3 tes
132 Estante 42
Andª 8ª
vol. 11

DECISIONVM VNIVERSARVM,

ET TOTIVS CHRISTIANI ORBIS RERVM OMNIVM IVDICATARVM,

SVMMÆ.

AC OPERIS VALDE ELABORATI, VTILIS, ET MAGISTRATIBVS vniuersis Christianæ Reipublicæ, Aduocatis, causarum Patronis, cæterisque in Iudiciali Foro, tam Ecclesiastico, quam sæculari versari cupientibus, admodum necessarij:

CAMILLO BORRELLO

Iurisc. Equite Aurato, & Palatino Comite Auctore.

TOMVS PRIMVS.

CVI ACCESSIT HAC SECVNDA EDITIONE TOMVS SECVNDVS nunquam hactenus impressus.

ADIVNCTIS SINGVLORVM TITVLORVM ARGVMENTIS, SVMMARIIS, Nec non triplici Indice, primo Authorum in toto opere allegatorum, secundo Titulorum materiarum iuris, tertio verò rerum omnium practicabilium, & verborum notabilium in fine Tomi.

CVM PRIVILEGIIS.



BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

VENETIIS, Apud Iuntas, M D C X X I I I.

SVPERIORVM PERMISSV.

DECISIONVM
VNIVERSARVM
ET TOTIVS CHRISTIANI ORBIS
RERVM OMNIVM IVDICATARVM
SVMMÆ.

AC OPERIS VALDE ELABORATI, VTILIS, ET MAGISTRATIVS vniuersis Christianæ Reipublicæ, Aduocatis, causarum Patronis, cæterisque in Iudicio Ecclesiastico, quam Ecclesiari versari cupientibus, admodum necessaria.

CAMILLO BORRELLO
Iurisc. Equite Aurato, & Palatino Comite Auctore.

TOMVS PRIMVS

QVI ACCESSIT HAC SECVNDA EDITIONE TOMVS SECVNDVS nunquam hactenus impressus.

ADIVNCTIS BINOVIDRIM TITVLORVM HIERVMENTIS, SPECIALIS Necnon triplici Indice, primo Authorum [illegible] iuris, tertio vero rerum omnium [illegible]

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, Apud Iuntas, MDCXXX.

SVPERIORVM PERMISSV.

SERENISSIMO
DOMINO
DON PHILIPPO AVSTRIO
QVARTO HISPANIARVM
REGI CATHOLICO.

CAMILLVS BORRELLVS IVRISC. F.

MAiorum tuorum claritatem Natalium: Illorum actiones, gesta, Iustitiam, Prudentiam, Fortitudinem, & Temperantiam, Fidem insuper, Liberalitatem, Sobrietatem, Magnanimitatem, Modestiam, Misericordiam, Pietatem, & Religionem, cunctasque alias animi, & corporis illorum dotes, ac virtutes, recantare non conuenit, cum illas exarauerim in alijs meis operibus in lucem traditis, Philippoque Secundo Regi Auo, Philippo Tertio Patri, Margaritæ Austriæ Reginæ Matri tradiderim, promptoque animo dedicauerim; Octauum hunc laborem, dum secunda vice in lucem ederetur, ne contra Diuinam traditionem Dominum meum vacuus salutarem, Maiestati tuæ humiliter offero. Dant alij ditiores Principibus suis Vasa Aurea, Argentea, Vniones, & Gemmas, quæ sunt oculorum, aliorumque sensuum oblectamenta. Ego illa non habeo, & si haberem minimè tuæ Maiestati offerrem, ne iocosè irriderer, quasi coram sole pusillum lumen accenderem. Pythius Bithinius Xersi Persarum Regi, dixit, habere Auri Myriadas quadringentas, Argenti talenta duo millia, Daricorum septem millibus minus, post Epulum de suo traditum exercitui illius, qui erat decies septies centum millia militum, quibus dedit per quinque menses stipendium; ordeum quoque Equitibus necessarium, & obtulisset illam summam Regi, tam magnam. Demiratus itaque Rex illius liberalitatem, tantasque diuitias, Regis tamen magni animi generositas, donum vlterius non sustinuit, sed propensam hominis liberalitatem conspiciens, ei dixit, Hospitem te meum facio, & ista quadragies centena millia nummum, meo ipsius explebo septem millibus; ne quadringentæ Myriades, ideſt quadragies centena millia, sint imperfectæ, sed addito è meis supplemento, summa sit solida, quæque possideas, ipse possideto, & scito semper talem agere, nam ita agentem, te neq; in præsens, neq;

in posterum pœnitebit. Tu igitur Rex Maximus, non solum tua Regna, Auro, Argento, gemmisque amplificas, sed de tuo Thesauro, & diuitiarum cumulo, participant etiam gentes exteræ. Ista, quę ego profero, animi pascua sunt. Nec Ennius ego sum: qui Scipionis Africani maioris acta conscribendo, Illustrauit, qua ex causa motus Imperator ipse illius imaginem in Capitolio inter prędarissimę Familię Cornelię Gentis, summos Principes, summo etiam, & vigili studio collocari mandauit. Et eo non contentus, illius sepulchrum propè suum apponi curauit. Quibus artibus, & Bello, & paci, grati, & magnanimi Principis, munus exercuit. Viuens enim armorum socios diligentissimè, & acerrimè fouens, sed doctorum, & literatorum virorum, etiam in morte consuetudinem non abijciens. Tu Scipione longè maior es, & illum claritate, Religione, & Potentia superas, & excedis, sed minorem me Ennio esse sentio. Hoc solo contentus, vt ista mea scripta, licet humilia sint, & Maiestati tuæ imparia, ab addictissimo seruo, & subdito tuo prolata, tua Magnanimitate accipere digneris, quod si feceris, Ennium excedam, & illo maior fiam.

ILLVSTRISSIMO,
ET EXCELLENTISSIMO
DOMINO
DON BALDAXARI A STVNICA
PHILIPPI AVSTRII
QVARTI REGIS CATHOLICI
In Supremo Consilio Italico Præsidenti.

CAMILLVS BORRELLVS IVRISC. S.

QVòd Sacra Catholica Maiestas nouissimè Excellentiam tuam apud supremum Italicum Consilium, penes ipsum residens, Præsidentem elegerit, Maximam tria Regna lætitiam conceperunt, Regnum istud Neapolitanum, Siculum, & Insubrum, siue Mediolanense, quòd illis à te succurri, & his turbulentissimis temporibus, releuari spem certam ducunt. Locus est tuus, in quo sedes, secundus est à Rege, officium Præfecti Prætorio est, cuius authoritas quàm magna sit, & si apud scriptores tradita, & passim scripta reperiatur, de illa, & nos etiam scripsimus alijs in commentarijs, qui fortè non multo post hæc in lucem prodibunt. Gaudium verò meum, & illud magnum est, & enarrare nequeo. Nam, & Regem nostrum video in Adolescentiæ flore existentem, ipsum, & illius cor in Manu DEI esse, cumque Consilium Mosis fuerit, ne alienigena, exterusque in Regnorum, ac Populorum gubernatione (vt Philo ait) sed ex suis, & sibi cognitis eligeretur. Hinc optimè PHILIPPVS Quartus Rex noster, te Principem huic tam magno, & supremo Muneri præposuit, quem longo rerum vsu, & experimento, cognouerat. Ex præclarissima tua familia Regnum istud Neapolitanum, quo pacto gubernari consueuit, quam vtilis, & fructuosa illi fuerit, ex administrantibus cognouit Don Joannes à Stunica Regni Castellæ Magnus Comestabulus, & Princeps Petræ Perciæ, dum huius Regni Neapolitani gubernationem gessit, eo modo illa fuit, vt integerrimi Regiminis sui perpetuam memoriam reliquerit. Huic ego tunc adolescens Bellugæ speculum Principum suppletionibus meis adauctum, cum Venetis Typis emisissem, suo nomini illud dicaui. Simili modo alter Don Joannes à Stunica, Mirandæ Comes, & Labagnesæ Marchio, sine macula illud, vt nobilissimum Principem decuit, administrauit. Optimam itaque, & laudatissimam tuæ personæ electionem ad horum trium Regnorum beneficium factam, omnium sapientum virorum iudicio comprobatur. Iudicium habes altissimum, pro obseruan-

dis horum trium Regnorum, quibus Præes, neceſſarijs, præſertim huius Regni Neapolitani, conſiderando, quòd cum Romana Reſpublica in Italia, & cum populis præſertim eiuſdem Regni, quingentos per annos cum ſuis Luſtrata, tantum erat difficile (vt Florus ait) dare Imperio caput, illam, & Regnum Neapolitanum ob noſtrorum tunc hominum præſertim Samnitorum Vires, & ferociam, qua ſubacta ducentis poſtmodum annis totum Orbem ſubiugauit ſuperueniens Chriſtianæ fidei religio, & obſeruantia, aſperitas in dulcedinem verſa eſt. Sed diu poſtea Regnum ipſum fatigatum, cum cæteris ſemper ſibi colluctatio fuit, donec per DEI gratiam ad Catholicos, & Auſtriacos Reges illud Iure delatum eſt. Tuus Principatus Magnitudine tantum diſtat à primo, es enim, ac diceris omnium ciuitatum, Gentium, ac Populorum parens. Illi autem, qui in ſubditorum detrimentum potentia abutuntur, nequaquam Principes, ſed hoſtes appellandi ſunt. Habet excellentia tua Potentiam, habet etiam ſapientiam aſſiſtrices, tot ſupremis conſiliarijs, & Regentibus comitatam. Artem gubernandi, qua vales diſrumpere iniquitates in Regnis, in quibus præpoſitus es, ſtirpa vtilia, & eradica facinora, & facta iniqua, bonos diſcernens à prauis. Ego tuæ Familiæ addictus, bona cum tuæ excellentiæ Venia, tanquam domus Tuæ ſeruus, neceſſitatem Regni, in quo natus ſum proſpiciens calamum ſumpſi, & lætitiæ verba, quę exierunt, rogo, vt tua excellentia boni conſulat, ac illi humiles preces effundo, vt Tomus iſte Maieſtati ſuę, dicatus, & verbo, & opere, vt Principem decet, foueat. Authoritas tua, quæ Maxima eſt, ſi id facere dignabitur, ſcripta alia mea quàm plurima, quę in meo Muſæo Principum ſuffragia, & fauorem efflagitant, Benigniſſimum iam dudum ſortitum fuiſſe confiteantur.

SALVE

SALVE
O
SANCTISSIMA TRINITAS
PATER, ET FILIVS, ET SPIRITVS SANCTVS.
VNVS DEVS

QVi hanc pulcherrimam Mundi machinam, admirabili diligentia, ac ſumma ſapientia formatam, creaſti, illamque tuo impenetrabili Iudicio gubernas, & regis, Princeps omnipotens, æternus, immenſus, ineffabilis, omnis ſapientiæ fons, vas pulchritudinis, ſplendor inuiſibilis, Thronus, & ſedes beatitudinis, ſtatera iuſtitiæ, miſericordiarum pater, indicibilis, incomprehenſibilis, inenarrabilis, & per ſæcula numquam finienda Benedictus.

Tibi Laus, Honor, Gloria, & Imperium.

Te Laudo, Te Adoro, Te Glorifico.

Qui dignatus es, de tui luminis immenſitate mihi radium, ac ſcintillam benigni roris infundere, & rutilantis ſplendoris fauilla, illuminare, pauca hæc licet ſint, Diuinoque conſpectui tuo indigna, pro exili tamen, ac paruulo talento mihi tradito, Altiſſimæ Maieſtati tuæ benignus offero.

SALVE

MARIA VIRGO SANCTISSIMA, GLORIOSISSIMA, ET IMMACVLATA, Speculum ſine macula, Templum DEI, Sacrarium Spiritus Sancti, Regina Virginum, Ianua Cęlorũ, quæ aſſumpta es in Cælum ſupra Angelorum Choros, peccatorum omnium, & totius Chriſtiani gregis aduocata, me totum tuę beatiſſimæ pietati, & protectioni commendo, vt apud Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, Filium tuum, me tuis fauoribus protegas, & defendas.

SALVETE

SANCTISSIMI SERAPHIN, CHERVBIN, THRONI, DOMINATIONES, virtutes, poteſtates, Principatus, Archangeli, & Angeli Cæleſtis Patriæ Spiritus.

Qui DEO ſemper aſſiſtitis, illique miniſtratis, eiuſque mandata exequimini, cunctos homines cuſtoditis, vos inſtantiſſime precor, vt ab omnibus malignis ſpiritibus, peccatis, & prauis cogitationibus, me tueri, & protegere dignemini.

SALVE

SANCTE MICHAEL, ANGELORVM PRINCEPS, QVI DIVINO IVSSV, cum tuis Angelis Luciferũ Draconem magnum Rebellem, ſuperbientem, atque imperioſo faſtu tumentem, è Cælo deieciſti, & in Tartar profundum proieciſti.

Cum eo die, quem Sancta Eccleſia tuo nomini dicauit, me Deus Optimus Maximus mũdo naſci placuerit, idcirco à mei ortus cunabulis, te in meum ſingularem protectorem, ſemper habui, habeo, & habebo, & iugiter colui, & colo; Te igitur ſupplex oro, vt nunc, & ſemper in cunctis operibus, & actionibus meis, pro tua magnanimitate, meas indignas orationes exaudias curam mei geras, meque tuo potenti brachio, protegas, & defendas.

SALVETE

Omnes Sancti Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, Euangeliſtæ, Martyres, Pontifices, Confeſſores, Doctores, Monachi, Eremitæ, Virgines, continentes, & omnes Sancti, Sanctæque DEI, electi. Vobis gratię immortales, quos rogo, pro veſtris ſanctis operibus, vt pro me intercedatis ad Dominum.

SALVE

BEATISSIME

GREGORI DECIME QVINTE PONTIFEX MAXIME.

Qui tãquam Domini noſtri Ieſu Chriſti Vicarius, ac Beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſor, Sanctam Eccleſiam regis, & omnem Chriſtianum gregem verbo paſcis, opere, & exemplo.

SALVETE

SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE ILLVSTRISSIMI CARDINALES ampliſſimi Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, alijque omnes Prælati, & Eccleſiaſtici ordinis, qui tanquam ſtellæ fulgentes in ſua Maieſtate, magnitudine, ac ſublimitate, Eccleſiã Dei regitis, inde rogo DEVM Omnipotentem, vt hunc ſanctiſſimum militantis Eccleſiæ ordinem, in pace ſeruet incolumem, illique omnium incrementa gratiarum, & virtutum concedat, & concedendo quotidie perſeueret.

SALVE

SALVETE

Illuſtriſſimi Sacræ Rotæ Romanæ Auditores, Magiſtratus lectiſſimi, ac ſapientiſſimi, veſtras amplitudines veneror, quia cauſarum arduarum Chriſtiani Orbis iudicia ſuſtinetis, & propterea e veſtrorum, ante omnia ſcriptis, nonnulla in hoc volumine deduximus, magnum operi meo ſpecimen, & authoritatem allatura.

SALVE

FERDINANDE AVSTRIE ROMANORVM IMPERATOR SEMPER AVGVSTE, INVICTISSIME

Qui ex tua progenitorum ſobole, poſt Rodulphum Primum, Albertum Primum, Fridericum Tertium, Ludouicum, Fridericum Quartum, Albertum Secundum, Friderieum V. Maximilianum Primũ, Carolum V. Ferdinãdum, Maximilianum Secundum, Rodulphum Secundum, & Matthiam. Tu decimus quartus à ſupremis Germanis Principibus Electoribus communi ſuffragio electus, & à Summo Romano Pontifice confirmatus, feliciſſime imperas, quo in Imperij culmine DEVS Opt. Max. tibi Sapientiæ, Prudentiæ, Conſtantiæ, fortitudinis, aliarumque virtutum omnium copiam concedat, ita, vt immanes Turcarum, Barbararũq. gentium, impetum ad nihilum redigas, tibiq. dexteram felicis auxilij, præſidijq. cęleſtis, vt ſolemnem victoriam, & bellorum triumphum obtineas, adiumenta impartiatur.

SALVETE

Inſuper Illuſtriſſimi eiuſdem Imperialis Cameræ Aſſeſſores Doctiſſimi, quorum iudicijs, fateor hoc opus meum illuſtrius eſt redditum.

SALVE

PHILIPPE AVSTRIE, QVARTE REX CATHOLICE, HIERVSALEM, Siciliæ, Hiſpaniarum, Noui Orbis, inſularum Indiarum Maris Oceani, ac tot Regnorum, de quibus alibi diximus.

Princeps inuictiſſime, Religioſiſſime, qui Sanctam Romanam Eccleſiam, & illius Summum Pontificem, ſanctamque fidem intrepido Marte defendis.

SALVETE

Illius Viri Illuſtriſſimi Principes, excellentiſſimi, Belli, Paciſque Conſiliarij, quorum Sapientia, Prudentia, rerum mundi cognitione, & experimento maximo, ſuprema Conſilia, Senatus, Cõſeſſus, & Tribunalia, omnium Dominorum, Prouinciarum, & Regnorum, in ampliſſima pace, quiete, iuſtitia, & ęquitate, tanquilliſſime reguntur.

SALVE

LVDOVICE GALLIARVM REX CHRISTIANISSIME,

Qui Regum tui nominis decimum tertium refers, & in adoleſcentiæ flore, à tuæ Natiuitatis exortu, Galliæ Regna ab immanium hæreticorum monſtris, pacata, & tranquilla gubernas, & priſtino Chriſtianæ fidei Candori errantes aliquos reſtituis, & ad verum Diuinum cultum addicis.

SALVETE

Viri Illuſtriſſimi Senatores, Iuriſconſulti Excellentiſſimi qui non modo Parlamentum, & Senatum Pariſienſem, Tholoſanum, Delphinalem, ſiue Gratianopolitanum Burdegalenſem, Rothomagenſem, Diuionenſem, Britannicum, Armoricum, Aquẽſem, & omnem Galliam, gubernatis, & regitis, ſed in toto Chriſtiano Orbe ſtudiorum omnium, ac illuſtria ſciẽtiarum ſemina, ac fructus emittitis, vnde in hoc meorum laborum opere, ex veſtrorum Conſeſſuum iudicijs vberrima ſcripta inſerui.

SALVETE

SERENISSIMAE RESPVBLICAE, VENETORVM, GENVENSIVM Lucenſium, Raguſinorum, Aliarumque Apud Germanos, Heluetios, & vbique Chriſtianarum Gentium.

SERENISSIMIQVE ALII PRINCIPES, DVCES, MARCHIONES Comites Barones, Domini, Oratores, Magiſtratus, Iuriſconſulti, Doctores, Aduocati, & alij, ad quorum manus hæc noſtra ſcripta peruenerint, ſalutem illis in Domino noſtro IESV CHRISTO, omnis veræ ſalutis, Authori, precatur, & orat, vt hoc ſuum opus, lympido, ſereno, ac hilari vultu conſpiciant, & DEVM Optimum Maximum rogent, & ad illum preces effundant, vt qui ſua Sanctiſſima gratia dignatus eſt, vt primum, & ſecundum Summæ Deciſionum omnium totius Chriſtiani Orbis Tomos abſolueret, ſic etiam ſua miſeratione, eiuſdem gratiæ munere dignetur, vel alios ſubſequentes Tomos abſoluat, Camillus Borrellus.

CVIVS.

CVIVSCVNQVE
DIGNITATIS,
ET CONDITOINIS
PERERVDITO, AC STVDIOSO
Lectori Typographus S: P. D.

QVamuis nullum dubium, ſed potius extra omnem controuerſiæ aleam poſitum ſit, multum deberi illis, qui in excolenda, atque illuſtranda vtriuſque iuris ſcientia omnibus ingenij viribus, nec non ſumma animi contentione deſudarint, & viam modumque inuenerint, vt præclariſſimam illius cognitionem Tyrones faciliori, luculentiori, & promptiori Methodo haurire, ac addiſcere poſſent, neque ab incæpto curriculo ex diffidentia quadam, tam propter rerum perplexitatem, quam difficultatem ſuborta deterrerentur, & ipſam quemadmodum à glorioſiſſimo Imperatore Iuſtiniano multis retro ſæculis præuiſum fuerat, deſererent: attamen nos ſemper in ea ſententia permanſimus, quæ nec adhuc vllis perſuaſionibus eximi potuit, multo pluris eorum operas æſtimandas, ſummis laudibus extollendas, & perpetua deprædicatione celebrandas eſſe, qui circa illius Praxim potius, quam Theoricam occupati ſunt, & illam inſtructionibus, cautelis, informationibus, clauſulis, aliiſque quamplurimis ſalutaribus remediis adornatam, ac locupletatam, ad poſteritatem tranſmittant. Namque cum diſciplinarum, quæ in agendo conſiſtunt, finis, iuxta opinionem Ariſtotelis, principalis ſit non cognitio, ſed actio, & operatio, neminem adeo infirmi intellectus eſſe arbitramur, qui contradicere audebit, eos qui ad aſſequendum hunc finem ſuis præceptis, inſtitutiſque ex longo rerum vſu, multiſque negotiorum argumentis acquiſitis aditum patefaciunt, gloria dignos eſſe ſempiterna. Meridiana enim luce clarius apparet, quod ſi quis in vitas hominum introſpiciat, omnia eſſe ad diſſentiendum procliuia, controuerſiarum plena, & ad appetendum, auferendum, & ſemper ſub prætextu tamen iuſtæ, honeſtæ, & probabilis cauſæ retinendum alienum inſatiabilia, paucoſque hac auariſſima tempeſtate reperiri, qui non varias technas excogitant, vt cum aliorum in commodis ſua comparent commoda, & denique extrema quæque moliantur. Quapropter ad eiuſmodi temeritatem coercendam, audaciam inhibendam, & noxios conatus auertendos publica Magiſtratuum auctoritas inſurrexit, & ſalubre in iudicijs, atque Prætorijs lites examinandi, cauſaſque diſceptandi exercitium increbruit, vt his mediantibus vnicuique quod ſuum eſſet, tribueretur, & ex æquilibro tam rationis, quam honeſtatis ius & iuſtitia ad humillimam implorantium inſtantiam, preceſque, adminiſtraretur. Ne igitur talia litigia ſine vllo ordine tractarentur, ſed magis magiſque rite & recte procederent, apud Romanos rerum Dominos, quibus exteræ Nationes cum ſuis legibus etiam actionum exercendarum Progymnaſmata communicarunt, ſolennes & determinatæ actionum formulæ ſubinde promulgatæ, vel aliæ prioribus in deſuetudinem abeuntibus ſubrogatæ fuerunt, quarum adminiculo quilibet ius, debitumue ſuum perſequeretur. Quæ enim quæſo vtilitas, quod commodum, quodque bonum ad aliquem inde reſultare poſſet? etiamſi non ſolum verba legum memoria teneret, ſed etiam earum vim, ac poteſtatem calleret, nec tamen ad vſum boni publici, priuatiue tranſferre poſſet, cum neminem latere cenſendum ſit, quod alibi Marcus Tullius, Romanæ eloquentiæ Parens, ſubinde inculcat, dicendo, neque Oratores, neque Medicos, quamuis artium præcepta multo labore, & vigilijs perceperint, tamen aliquid laude dignum ſiue vſu & exercitatione nequaquam præſtare, nec efficere poſſe. Cuimonito ſubſequentes Politici, ac Iuriſperiti citra contradictionem ſuum calculum adiecerunt. Quocirca cum ad tollendas controuerſias, & ſopiendas lites, ne immortales fierent, hominumue memoriam excederent, aut reſuſcitarentur, ſententiæ iudicum, cæterorumque magiſtratuum in primis attendendæ ſint, variæ illarum Deciſiones, quæ hinc inde in Chriſtiani Orbis circuitu emanauerunt, ab eorum Aſſeſoribus, aliiſque Iuriſconſultis conſignatæ, & in lucem emiſſæ fuerunt, vt rationes, ob quas ita pronunciatum fuerit, cuilibet obuiam eſſent, ipſarumque ductum ceteri in ſimilibus ſecundum facti circumſtantias ſequerentur. Quæ cum in immenſam multitudinem excreuerint, & ne idem, quod olim Imperatoris Iuſtiniani veterum Iuriſconſultorum Volu-

mina reformantis, & vtilioribus selectis in vnum corpus contrahentis tempore accidit, contingeret, quod vita hominis vix ad omnia perlegenda & ponderanda sufficeret, ea de causa Nobilissimus atque Clarissimus Iurisperitus CAMILLVS BORRELLVS, Eques Auratus, & Comes Palatinus, felicem manum admouit, & ex omnibus certam quandam SVMMAM, siue compendium omnium decisarum materiarum, & in quotidiana Praxi magis frequentium, selegit, quæque ipsi occurrerint aliorum non tam memoriæ, quam operæ inseruiendi studio communicaret. Nemini enim obscurum quanta sit huius Viri per totam Campaniam auctoritas, quantaque in alijs Europæ partibus existimatio, quam sibi per aliquot egregia sua in lucem emissa volumina non tantum abunde conciliauit, sed & propter patrocinium in arduis, & difficillimis causis præstitum Ducibus, & Principibus, nec non Consiliarijs Catholici Regis Hispaniarum Neapoli degentibus summopere carus fuit, & adhuc ab ipsis in summo honore habeatur, qua de causa superioribus annis summa cum laude, & omnium Congratulatione Visitator Regius per Calabriam constitui promeritus est. Quoniam verò materiæ in nobilissimo Iurisprudentiæ studio sunt ita fertiles, & copiosæ, vt singula illarum verba pene singula sint oracula, nec in vnum volumen omnia congeri, nec ita celeriter finiri possint, cuiusuis sit intelligere, cum primo intuitu appareret PRIMVM olim nostris prælis creditum, & modo in hac secunda impressione diligenter emendatum VOLVMEN. Vt omnia comprehenderet non satis capax fuisse. Ideo iuxta veterem nostram consuetudinem, quam in diuulgandis vtilibus, & præsertim ad conseruandam hominum congregationem in tranquillo statu, & pace publica conducentibus libris hactenus obtinuimus & ante nos maiores nostri simili pacto facti tasse omnibus constat curauimus vt statim ac SECVNDVM huius tam celebris authoris VOLVMEN diù desideratum ad nos peruenit, vnà cum memorato priori volumine, typis nostris ederetur, firma spe freti, quod tali pacto tuam nobis, Candide Lector, & authoris beneuolentiam, atque fauorem conciliabimus.

Dat. Venetijs octauo Idus Octobris. MDCXXII.

AVTHORVM OMNIVM,

QVORVM DECISIONES IN SVMMAM VNIVERSARVM totius Christiani Orbis Decisionum deductæ sunt, & ventilantur.

CATALOGVS.

A



Achilles de Grassis.
Aegidius Bellemera.
Aegidius Magister.
Aldobrandinus.
Alexander Raudēsis.
Aluarus Vallascus.
Andreas Gail.
Annæus Robertus.
Antonius Augustinus.
Antonius Capicius.
Antonius Faber.
Antoninus Thesaurus.

B

Barnabas Cornazanus.
Bernardus Cardinal. Bisgnetus.
Binarinus.
Blanchettus.
Borgninus Caualcanus.
Brauus.
Bubalus.

C

Cappella Tholosana.
Cæsar Barzius.
Cæsar Grassus.
Cæsar Vrsillus.
Cotta.
Crescentius Cardinalis.

D

Dominicus Arumæus.

F

Fabius Accorambonus.
Fabius de Anna.
Flaminius Chartarius.
Franciscus Cantuccius.
Franciscus Clapperius.
Franciscus Marcus.
Franciscus Milanensis.
Franciscus Viuius.

G

Garsias Mastrillus.
Gaspar Antonius Thesaurus.
Gerardus Maynardus.
Gomesius Leo.
Guido Papæ.
Gulielmus Cassadorus.
Gulielmus Horborch.

H

Hieronymus de Laurentijs.
Hieronymus Magonius.
Hieronymus Verallus.
Hippolytus Aldobrandinus.

I

Iafredus Lanfranchus Balbus.
Iacobus Cardinalis Puteus.
Iacobus Tomingius.
Ioannes Corserius.
Ioannes Gallus.
Ioannes Lucius.
Ioannes Mohedanus.
Ioannes Paulus Tholomeus.
Ioannes Paponus.
Ioannes Petrus Surdus.
Ioacchimus Mynsingerus.
Ioannes Thomas Minadous.
Ioannes Vincentius de Anna.
Iosephus Ludouicus.
Iulius Oradinus.

L

Ludouicus de Peguiera.

M

Marcellus Cardinalis Crescentius.
Marcus Antonius de Amatis.
Marsicanus Episcopus.
Matthæus de Afflictis.
Matthias Colerus.
Marcus Antonius Bellonus.

N

Nicolaus Boerius.
Nicolaus Intrigliolus.
Nicolaus Reusnerus.
Nicolaus Vigellius.

O

Octauius Cachèranus.

P

Paulus Aemilius Verallus.
Peregrinus Fabius.
Petrus Benintendus.
Petrus Rebuffus.
Prosper Sanctacrucius.
Petrus Royzius.

R

Rauellensis.
Renatus Choppinus.
Reomanus.
Rota Romana Antiqua.
Rota Romana Noua.
Rota Romana Nouissima.
Rubeus.

S

Seraphinus Oliuarius.
Stephanus Gratianus.
Stephanus Aufrerius.

T

Thomas Falstolus.
Thomas Grammaticus.
Thomas Thanus.
Thomas Triuisanus.

V

Vice Comes.
Vincentius de Franchis.
Vincentius Carrocius.

FINIS.

INDEX

INDEX OMNIVM TITVLORVM, DE QVIBVS IN SVMMA VNIVERSARVM DECISIONVM TOTIVS CHRISTIANITATIS agitur, secundum ordinem Alphabeticum taliter disposítus, vt numerus adiunctus paginam, litera vero a primam, & b secundam eiusdem faciem indicet.

A

Doha. 146. b
Aduocatorum officio. 305. b
Allodijs. 148. a
Assensu, Consensu, & licentia. 144. b

B

Beneficiorum gratia. 61. a
Beneficiorum permutatione. 66. b
Beneficiorum regreßu. 73. a
Beneficiorum reseruatione. 64. a
Beneficiorum resignatione. 70. a
Beneficiorum vacatione. 57. b
Beneficiorum valore. 68. a
Beneficiorum vnione. 74. b
Beneficijs, illorum collatione, & alijs ad illorum materiam pertinentibus. 48. a

C

Cardinalibus Sacræ Romanæ Eccleßæ. 11. a
Clerico ægrotante, & debilitato, & coadiutoria. 19. b
Clericis coniugatis. 18. a
Clericis, & Sacerdotibus. 14. b
Citatione. 176. b
Commenda, & Commendatarijs 82. b
Compromißis, arbitris, arbitratoribus, & laudo. 283. b
Consuetudine, stylo, & solito. 29. a
Contumacia. 200. a

D

Decimis. 41. a
Dilationibus, & terminis, & inducijs. 206. a

E

Emphyteoßi, emphyteota, ac iure emphyteotico. 97. a
Exceptionibus. 111. b

F

Feudis. 113. b
Foro competenti. 167. b.

H

His qui ad Eccleßas confugiunt, & de immunitate Eccleßarum. 7. a

I

Imperatore, & Principe iura Imperialia habente. 24. a
Inßantia caußarum. 300. b
In ius vocando. 196. b
Indicijs. 164. a
Iuramenti absolutione, habilitate, & relaxatione. 276. a
Iuramento, siue iureiurando in genere. num. 258. b
Iuramento assecurationis. 253. b
Iuramento calumniæ. 236. b
Iuramento decisiuo, siue iudiciali. 247.
Iuramento fidelitatis. 250. b.
Iuramento Homagij, & Ligij. 255. a
Iuramento in litem, siue veritatis, affectionis, & singularitatis. 239. b
Iuramento perhorreßcentiæ, quando Imperator inter pupillos, & viduas vel miserabiles personas cognoscat. 248. a
Iuramento purgationis, & purgatione canonica. 242. b
Iuramento suppletorio, neceßario. 244. a
Iure patronatus, & iure præsentandi. 86. b
Iurisdictione, & Imperio. 154. b

L

Laudemijs. 140. b
Legibus, Constitutionibus Principum, edictis, & Pragmaticis. 26. a
Libello, & illius oblatione. 220. b
Litis conteßatione. 232. b
Locatione bonorum eccleßasticorum. 37. a

O

Oblationibus pijs, & eleemoßynis. 39. a

P

Penßionibus. 79. a
Periurijs. 280
Poßulando 305. b
Præbendis. 76. b
Primitijs. 38. a
Procuratoribus, & defensoribus. 312. b

R

Rebus eccleßæ non alienandis. 34. a
Releuio. 49. a
Reßidentia, & de clericis non reßidentibus. 20. b

S

Sacroßanctis Ecclesijs. 5. a
Sanctißimis Episcopis. 13. a
Summo Pontifice. 10. a
Summa Trinitate, & fide catholica. 3. a

V

Vita & honestate clericorum. 22. a
Vita & militia. 150. b.

FINIS.

CAMILLI BORRELLI
IVRISCONSVLTI,
EQVITIS AVRATI, ET PALATINI COMITIS
Summa Deciſionum,

AD OMNES CHRISTIANI ORBIS MAGISTRATVS, ADVOCATOS, Cauſarum patronos, & in Foro verſantes,

PRAEFATIO.

OMnipotens DEVS, Optimus, Maximus, ſua inenarrabili, & incomprehenſibili potentia, creauit, impleuit, gubernauit, & rexit, creat, implet, gubernat, & regit omnia. Adamum Parentem omnium primum ex nihilo creauit, ac ei vxorem in adiutorium dedit, & in Paradiſo poſitis, legem ſuo ore promulgauit, vt de omni ipſius Paradiſi arbore fructus ederent, arborem tamen ſcientiæ boni, & mali, non tangerent, quia quo die de illa comederent, morte morerentur. Qui cum ſerpentis dolo in legem commiſiſſent, facinus grande intuitus, in ſerpentem, in Adamum, & Euam, commiſſi delicti, ſententias huius continentiæ protulit. Ad ſerpentem: quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ: ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Ad mulierem: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Ad Adamum vero: quia audiſti vocem vxoris tuę, & comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cūctis diebus vitæ tuæ; ſpinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Exiſtimauit enim legi inobedientes fuiſſe, pœnaque dignos iudicauit, ne legem à ſe poſitam ludibrio habuiſſe contenderent. E Paradiſo illos eiecit, vt profugi, & exules, vitam agerent. Hoc primum omniū ſummæ poteſtatis iudicium, ſolenni ſua Maieſtate, exercens. Et hinc, pro regenda mortaliū omnium vita hæc iudiciorum primordia iecit, docuit, & exercuit. Hæc exempla ſemini futuri populi prębens, quemadmodum ſucceſſuri iudices, ſanciendas leges cuſtodirent, obſeruarique procurarent. Hinc Abrahæ, quaſi ſecretum aperuit, quod in gentem magnam illum creſcere faceret, eo quod facturus eſſet iudicium, & iuſtitiam. At quemadmodum à principio iudicandi ſeriem primus inſtituit, ſic mundum interim regendum, & iudicandi munere completurum eſſe monſtrauit. De quo Moyſes in Deuteronomio inquit, Iudicabit Dominus populum ſuum. Et in libris Regū legimus. Dominus iudicabit fines terræ, & dabit Imperium Regi ſuo, & ſublimabit cornu CHRISTI ſui. De quo Dauid in Pſalmis ait, parauit in iudicio thronum ſuum, & ipſe iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iuſtitia. Et iterum. Surge DEVS, iudica terram, quam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Et alibi, inquit. exaltare, qui iudicas terram, redde retributionem ſuperbis. Et poſtmodum ait. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquaſſabit capita in terra multorum. Hinc Salomon. Iuſtum (inquit) & impium iudicabit DEVS. Et Eſaias. Stat ad iudicandum Dominus, ſtat ad iudicandum populos. Et apud Ioelem ait: conſurgant, & aſcendant gentes in vallem Ioſaphat, quia ibi ſedebunt, vt iudicem omnes gentes in circuitu. De quibus Iudicij Vniuerſalis ſententijs CHRISTVS apud Matthæum inquit: cum venerit filius hominis in Maieſtate ſua, & om-

Geneſ. cap. 3.

Geneſ. cap. 18.

Deutero. cap. 32.

1. Regum. cap. 2.

Pſalm. 9.

Pſalm. 18.

Pſalm. 93.

Pſal. 109.

Eccleſiaſtes cap. 3

Eſaiæ. c. 3.

Ioel. cap. 3

Matth. c. 25.

& omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem, super sedem Maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes. De quo Paulus Apostolus ad Hebræos ait, Iudicabit Dominus populum suum Et ad Timotheum inquit, Testificor coram DEO, & IESV CHRISTO, qui iudicaturus est viuos, & mortuos Hinc Apostoli, qui actu in humanis agentem CHRISTVM sequuti fuere, cũ dixissent Quid ergo erit nobis? promeruerũt audire dicentem Dominum apud eundem Matthæum. Sedebitis (inquit) & vos iudicantes duodecim Tribus Israel. Iudicauerat Moyses, & mandante DEO, vt seniorum consilium, atque Israelitarum senatum, quo iudicaret, ascisceret, & illi obtemperauit. In libro enim Numerorũ inquit; congrega mihi septuaginta de senioribus Israel, quos tu nosti, quod seniores populi sint, & scribas, & duces ad ostium Tabernaculi fœderis, faciesque ibi stare tecum, vt descendam, & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo, tradamq; eis, vt sustẽtẽt tecũ onus populi, & non tu solus graueris. Ordinauit itaq; DEVS Tribunal, & Senatum virorum, requisitã tamen fuisse in illis, Sapientiam, Prudentiam, & Scientiã; Sapientia enim pium ab impio, Prudentia, honestum à turpi, scientia, vt verũ à falso discernerent. Seniorũ insuper potius, quã iuniorũ personas eligeret, & hinc ab ætate senili senatores apud Romanos dicti, & Patres ob honorẽ, vt Lucius Fenestella docuit. Ceteræ nationes, & gentes aliæ simili modo fecere, quarum mentionem facere omittimus. Apud Athenienses autem quingentorum virorum Senatum Solonem elegisse Plutarchus asseruit, quem sequuntur Alexander ab Alexandro, & Alexander Sardus. Verum ante etiã Solonis tempora, Atheniensis senatum habuisse scribit Aristoteles in Politicis. Et Solonem Areopagitarum confessum quasi quoddam Sanctius consilium sexaginta virorum delegisse. Et Lycurgus è senioribus apud Lacedæmonios senatum constituit, quem Gerusiam dicebant, in quo Duodetriginta erant, vt sunt auctores Aristoteles, Herodotus, Plutarchus, & Sardus. Romulus apud Romanos, centum in Senatu creauit, qui post adauctus ad maiorem numerum passim redactus est. Sic Epidaurij, Carthaginenses, Vticenses, Massilienses, aliæque Respublicæ eorum Senatores à Consilijs habuerunt. Eodem modo, occupatis Imperijs, subactis Prouincijs, Reges, Principesque senatus optimos constituere procurarunt, consiliarijs, sapientibusq; refertos, quibus cũ pacis, & belli temporibus, Respublicæ, & regna gubernarentur. Hinc de Alexandro Seuero Imperatore AElius Lampridius. Nullũ (inquit) decretum fecit sine Iurisconsultis viginti, ac pleriſq; senatoribus, gerendarum rerum vsu peritis. Et ante illum Augustus, qui nõ modo sexcentorum senatorum consilium habuit, sed (vt Dio scribit) semotim Mæcenatẽ, & Agrippam ad eius cõsilium adhibuit, & Q. Pædium, & Cornelium Balbum, quibus cum occulte, cõmunicabat. Hinc Cæsari vitio tribuunt; vt cum alias natura mitis, & superbus non esset, quando tamen Dictaturam, & Consulatum exercuit, Senatu vsus non fuit. Quinimo Senatui ad se venienti, qui tunc ferè mille virorum erat, non surrexit, Cornelio Balbo adulatore suadente. Ob eandem causam Hieronymus Siciliæ Rex non solum, quia superbè dominaretur, sed quòd cum amicis tantum, ac intimis quibusdam, omnia inconsulto senatu moliretur, a subditis interfectus fuit, ut Thomas Facellus est auctor. Pulcrum rei huius nouum exemplum proferam. Ludouicus XI. Galliæ Rex edicta quædam iniqua in Parisiensi curia publicari iusserat. Curia, quod iniqua illa vnicuique videbantur, recusauit. Rex sua iussa ingeminans, adiecit minas, capitis pœnam indicens, nisi curia paruisset. Lanacrius supremi illius Senatus Præses, purpuratorum Senatorum corona stipatus, Regem adijt, se, suosq; collegas, dicẽs, malle mortem, quam propositæ iniquæ legis promulgationẽ pati. Rex incredibili Magistratuum cõstantia, & fortitudine perterritus, legem abrogari, & illius edictum, præsente iudicum ordine, lacerari iussit. Quam speciosum apud posteros notabile facinus, quo Rex à prima illa dominandi licentia semotus, in officio se continuit, & quo seuerus Præsidis, & aliorum purpuratorum Senatorum exemplaris animorum vigor emicuit. Vtriusq; partis nobilissimum, & commendabile exemplum. Optimas enim leges, quibus Regna, respublicæ, Populiq; regantur, obseruari, & custodiri oportet. Nam & Aristoteles inquit, Respublica nulla est, vbi leges non tenent imperium. Hinc Cicero dicit, Ad salutem ciuium, ciuitatumq; incolumitatem, vitamq; hominum quietam, & beatam, conditæ sunt leges. Si tamen intactæ maneant & in vsum publicum non redigantur, vanæ illę erunt, nihilque proderunt, eruntque veluti organa, aliaque musica instrumẽta, quæ quanquam dulcia illa sint, si tangantur, & ab excellente Musicæ artis Magistro modulẽtur, sin minus inutilia erunt. Tunc enim legum præcepta Reipublicæ vtilia, & commoda afferent, quando Magistratus aderunt, qui illas seruent, & illarum medio illius statum custodiant, & tueantur. Romulus (inquit Dionysius Halicarnassæus) postquam discreuit potiores ab inferioribus, mox legibus latis præscripsit, quid vtriſq; faciendum, vt Patritij sacra curarẽt, Magistratus gererẽt, ius redderẽt, secum Rempublicam administrarent; Plebęi vero ab his negotijs essent immunes. Quãuis enim

Hebr. c. 10
1. Timoth. cap. 4.
Matt. c. 19
Numer. c. 11.
L. Fenestell. de Magistr. cap. 1.
Plutarch. in Demetrio.
Alex. ab Alex. Dierum Genia. lib. 4. cap. 11.
Alex. Sardus de Morib. Gent. lib. 2. c. 7.
Arist. Polit. lib. 2. c. 10.
Arist. Polit. lib 2. c. 7
Herodot. lib. 6.
Plutar. in Lycurgo.
A. Sardus, lib. 2. c. 10.
AElius Lãpridius in Alexandro.
Dio lib. 36.
Thomas Facellus Histor. Sicul lib. 5. cap. 1.
Aristotel. Politic. lib. 4. c. 4.
Cicero de legib. lib. 2.
Dionys. Halicar. lib. 2.

enim lex anima, dominaq; ciuitatis esse dicatur, motum autem nullum illa habet, sed veluti Instrumentum quoddam est, ad res optimè gerendas aptum; Egregius tamen artifex desideratur, qui illo vtatur. Ordinabat idcirco Moyses (vt Flauius Iosephus est author) quod iudicum sententijs obtemperarent, nisi constaret iudices, magnis pecunijs fuisse corruptos, aut manifeste constare possit, illos non recte decreuisse. Oportet enim sine lucro, ac sine dignitatis respectu iudicare, & in rebus alijs, omnibus iustitiã anteponere. Eorundẽ tamẽ iudicũ vota ad iustitiæ tantũ exhibendæ finem cõmuni votorum, ac suffragiorũ concursu debẽt esse procliuia. Quemadmodum enim humani corporis membra omnia ad tuendam illius cõpagem, illudq; optime cõseruandum, vnanimi motu, & voluntate concurrunt, sic ad cõsessus, siue senatus authoritatẽ, Maiestatemq; seruandam, Magistratus, senatores, & iudices debent esse concordes. Indecorum enim, ac nimium turpe est, vt quos iudices Princeps, vel Respublica pro bono publico in vno Tribunali coniunxit, priuatis illos odijs, aut contradicendi studio, discordes esse. Quã optime M. AEmilius Lepidus, & Fuluius Flaccus, morum grauitate, & generis qualitate clari, atq; grauissimis odijs antea conflicti, creati tamen a Populo Romano simul Censores, & præconis voce renunciati, statim voluntate pari, similiq; studio, eadem die complexi sunt, vt non solum in censura gerenda iugi cõcordia, sed Magistratu finito fidissimè amicissimeque vixerunt. vt sunt Auctores Valerius, & Aulus Gellius. Nã ibi vera est iustitia (vt dicit Augustinus) vbi est concordia. Nec laudabilia, ac firma possunt esse decreta, quę non sunt plurium virorum consensu exarata, vt est auctor Cyprianus. Magna enim inde vtilitas nascitur, quia experiẽtia cognoscẽtes hoc Imperatores, Reges, Principes, & Respublicæ, consiliarios, & Magistratus plurimos in vnum coaduuare soliti fuere, quia quod vnus non recte prospiceret, plurium virorum prudẽtum auxilio rectius humanarum rerum administrationi consuleretur. Hoc est, quod Aristoteles ait, singuli duos oculos, manus, & pedes tantum habentes, attendere, & circumspicere omnia minime possunt, coactis tamẽ in vnum cætum multorum oculis, & manibus, vniuersa commodius, & clarius lustrare, & contrectare poterunt. Hinc Tribunalia, & subsellia multorum sapientum virorum electione congregata, consilia, & Senatus appellari consueuerunt. Sic Plato consilium illud rẽ sacram esse dixit. Proinde eius discipulus Aristoteles dicebat, consilium rem diuinissimam esse, apud quod, quid vtilius, quid præstantius sit, inuenitur. Theodosius, & Valentinianus Principes ad Senatum scribentes, bene (aiunt) cognoscimus, quod cum vestro consilio P. C. fuerit ordinatum, id ad beatitudinẽ nostri Imperij, & ad vestram gloriam redundare. Cõstat enim, consultationum omnium scopum, clauumq; tendere, & in eo versari, vt ad tuendam communem hominum vitam, & ad conseruandam in tranquillitate Rempublicam dirigantur. Ea ex causa Principes omnes, Respublicę, præsertim Christianæ admodum laborarunt, vt populos sibi subditos in pace continerent, in suis foris, & Tribunalibus summos viros in qualibet virtute, & qualitate præstantes eligerent quorum consilio subditi, iustitia, & æquitate seruarentur incolumes. Propterea Christianos, & de fide optime meritos, vitę religiosæ, & inculpabilis eligunt. se omnino a Iudæis abstinẽtes, quos Christiani Principes ita oderunt, vt de eis statuerint, dicentes. Neminem Iudæorum, quibus omnes administrationes, & dignitates interdictę sunt, nec defensoris ciuitatis fungi saltem officio, nec patriæ honorẽ arripere, nec acquisiti sibi officij authoritate muniti, aduersus Christianos, & ipsos plerũq; sacræ religionis Antistites, veluti insultantes fidei nostræ, iudicandi, vel pronunciandi quãlibet habeant potestatem. Quia, vt ex Innocentio inquit Simancas. Esset tenere serpẽtem in gremio, & ignem in sinu. Ob quod fugiendam esse illorum consuetudinem, & è Regnis, & ciuitatibus expellẽdos ex multis alibi dixi. Christiani etiam Principes abstinent etiam ab hæreticis, vti Christianæ fidei hostibus, a quibus omnino præcauendum est, quia tanquam serpentes quocunq; in loco recipiantur virus euomunt, & ex Philonis Iudęi consilio, sicuti viperas, scorpiosque, aliasque venenatas bestiolas, priusque mordeant, & saucient, occidimus, sic ab illis segregemur. Illorum conuersationem si antea vitassent Germania, Anglia, & Gallia, non tot ruinas, & mala perpessi essent, quanquam modo DEI misericordia, Germani maiori ex parte ab hac peste liberi sint, & Galli Principes illos penitus eliminarint. Vtinã sic accidat Anglis. Christiani namque Principes in illos antidotum aliud facere nequeunt, nisi, quod per suam sentẽtiam apud Ioannem protulit CHRISTVS. Si quis (inquit) in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Quam prudẽter, & seuere Catholici Reges nostri, qui nunquam illorũ nec verba, aut legationes audire voluerunt, (de quibus bene dixit Stanislaus Hosius Cardinalis Varmiensis. Nullum Regnum est nostro hoc infelici sęculo magis ab hæresibus intactum, quã sit) vel hoc solo nomine felicissimum Hispaniarũ Regum, cui propter hanc in fide Catholica constantiam, & eius tuendæ diligẽtiam, alias multas felicitates DEVS largitur. Ab hoc hominũ genere præcauendum esse iudicarunt, eligentes viros religiosissimos, DEVM timentes, a qui-

Iosephus Antiquit. Iudaic. li. 4. c. vlt.

1. ff. C. de Iudæis.

Simãc. in pract. Hæreseos. Titul. 17.

Philon. de specialib. legibus.

Ioan. cap. 15.

Hosius ad Prolog. Brentij libro 3.

Val. Max. lib. 4. c. 2. Aul. Gell. Noct. Attic. li. 12. cap. 2. Augus. de ciuit. Dei lib. 2. c. 21. Cyp. li. 4.

Arist. Polit. li. 3. c. 11. lib. 4. cap. 14.

Plato in Theage. Arist. Rhetoric. ad Alex. c. 1.

L. Humanũ. C. de leg.

quibus syncera, iustaque iudicia prodire arbitrantur. Requisita autẽ plurima necessaria sunt in Magistratuum electione, quorum amplissime memini per plura capita in meis commentarijs de Magistratuum edictis, quę vtinam ita fierent vbiq; sed hæc erunt, quando dicit Annæus Seneca in Hercule Oetheo.

De Magistratuum edictis. libro 2.

Ante ab occasu dies
Nascetur Indis, ante glacialem polum
Scythasve tepida Phœbus afficiet rota.

vel vt inquit Frãcisscus Petrarcha in Galathea.

Fugient proprijs dum sedibus astra
Mellis apes studium linquent, nidosq; colũbæ,
Cõiugium turtur, prædã lupus, arbuta caprę,
Custodita dolos mulier, mendacia seruus.

Si enim viri omni virtute, moribusque pręstãtes, & gubernandi consuetudine, & plurimarũ rerum cognitione conspicui in Senatibus electi fuerint, summa Reipublicæ felicitas causabitur, summa gloria summus iudicum honor, & populorum vtilitas redundabit. Optime igitur ad hanc vsque ætatem nostram fecere viri grauissimi, qui scriptis mandarũt arduarũ causarum placita, & res iudicatas æternitati consecrarũt, quibus imbuti Magistratum gesturi, iudicatarum rerum exempla sequẽtes, illis adhærentes, vnusquisque securiori quodam itinere allectus commissis sibi populis iustitiam exhibere valebit. Cum tamen in magnam congeriem illorum Decisiones excreuerint, illa concinnati iuris prima tempora renasci oporteret, atque eadem Iustiniani Principis acies, & industria necessaria foret, nec æuo isto Princeps aliquis assurgat, qui Tribonianos, Dorotheos, Leontios, Phocas, alioſq; viros huic oneri, & labori præponeret, vt ad breuem, & ordinatam seriem illas reducerent. Ego vlla alicuius Principis viri aura motus, vllo lucri desiderio tactus sed (ita me DEVS adiuuet) Christianæ Reipublicæ vtilitatẽ intuitus, cunctas Christiani Orbis Decisiones, in summam quandã, rerumque omnium iudicatarum compẽdium digerere aggressus sum, vt ex supremis Magistratuum iudicijs, quoddam promptuariũ exhiberem. Opus lectionis multiplicis, molis immẽsæ, magni, ac operosi laboris, & a quo multi abstinerent. Illud itaque magna animi, & alacritate, & vi assumpsi, nec me deterruit, quod dum patroni officio fungor, dũque causas ago, domus mea plena sit quotidiana obstrepentiũ vndique concurrentium clientum caterua, & dum prius apud Samnites, & Apulos Regię visitationis munere functus, nunc iterum ad illa vocatus Calabros, siue Brutios, denuo visitare compulsus, apud quos è domo mea, è gẽtilibus meis, duodecim dietarũ itinere iter facere coactus sum, & duobus fere continuis annis, adhuc (vt in prouerbio est) vellera sicco, vidi tres mille circiter libros vniuersitatum. ac Regiorum ministrorum, in scriptis redactæ, mille circiter hominum testificationes, & conscriptæ fuere, aures cunctis venientibus è prouincijs ad exponendas eorum petitiones, & querimonias, ore & scripto patienter prębui, omitto, insomnes noctes, algores, calores, & frigora, responsa, & expeditiones, ita vt pluries dixerim, verum esse Bertrandi Argẽtrei dictum, qui hominum lites, & iurgia, mortalium crucem appellauit. His tamen minime fractus animo, nõ destitutus, sed interritus, ab incœpto non destiti; Sanctissimæ Trinitatis auxilio fretus, superare cuncta discrimina sperans, inuocatis Sanctissima, & intemerata MARIA Virgine, Sanctissimis Angelicorum spirituum cohortibus omnibusq; Sanctis DEI vt opus hoc immensum, eorum aura inchoatum ad finem debitum, ipsis intercedentibus peruenire permittãt. Abieci otia, quæ semper abhorrui, & a me aliena fuere, cum iugiter, aut legens, aut scribens, nũquam solus, sed semper occupatus inueniar, & hi supremi labores, dulcissimi nisi mihi sunt, vt Reipublicæ gratum facerem. Quare autem id non facerem? cum meis imposuerim humeris, totius Christiani Orbis viros clarissimos, præsertim Rotæ Romanæ sub tot summis Pontificibus, Cameræ Imperialis, sub tot inuictissimis Cæsaribus; Regnorum sub nostris Catholicis Regibus; Regnorum Galliæ, sub tot Regibus Christianissimis; Rerumpublicarũ, Principumq; multorum, quorum virorum laboribus meum eleuatur ingenium. Quis non miretur Auditorũ Rotæ Romanę iudicia? qui per varios casus, & per tot rerum discrimina ad Tribunal perueniunt, a summis Pontificibus ex omnib. Christiani orbis partibus tanquam peritissimi selecti: Eodem modo in Imperiali Camera, & in Consessibus Regis catholici speciosissima Virorum ingenia conspiciuntur. Quid dicam de subsellijs supremis Parisiensi, Tholosano, Burdegalensi, Delphinali, Britannico Armorico Regum Galliæ, apud quos omnium scientiarum genere Iureconsultos præditos esse conspicio, quibus inuideo, æmulatione optima, amoris, & desiderij literarij plena. Vtinam iuuenis essem, non vt repuerascerem, sed vt possem locos illos peragrare, lętari, & (vt de Apollonio Thianęo dicebat Hieronymus) inueniẽs vbiq; quod discerem, semperq; proficerem. Silentio pertranseo alias Res publicas, alioſq; supremos Principes, eorumq; supremos Consiliarios, breuitati studens. Ex illorum operib. hoc opus molior, opus eorum, meũq; est. Arbitror facilem viam, & plenũ iter facere, quo Aduocati causas tueri, ac defendere valeant, quo iudices, & Magistratus reddere ius possint. Vtriq; illorum ordini, & tuendi, & iudicandi exempla propono. Habent quos sequantur, & imitẽtur, quibus cũ errare vix poterũt. SS. Trinitati sit laus per æterna secula. Amen.

Bertrand. Argẽtr. in consuetu. Britan. in princ.

DE

DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA.

ARGVMENTVM.

Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium, ab Arrij blaſphemo ore, & nefando auſu impugnatum, Sancti Apoſtoli primum vindicarunt, deinde Synodus Nicęna ſtabiliuit, & denique per Imperatorum Sanctiones hæreticis de illo amplius diſceptandi omnis occaſio pręciſa fuit. In illo fides Catholica fundata veram æternæ beatitudinis conſequendæ viam monſtrat, & erroneas opiniones ſub animę periculo ſtudioſe vitandas docet.

SVMMARIVM.

1 *Arrÿ Alexandrini hæreſis quo ad Sanctiſsimam Trinitatem.*
2 *Apoſtolorum Deciſio quo ad ſupra dictam Arrÿ hæreſim confutandam.*
3 *Concilium Nicenum contra Arrÿ hæreſim, & illius Deciſio. num. 4.*
4 *Homouſion quid denotet?*
5 *Contra Arrÿ Hæreſim B. Auguſtinus, & Athanaſius. num 6.*
7 *Leouigildus Hiſpanorum Rex Arrianus.*
8 *Arrÿ hæreſim ſequuti Martinus Lutherus, Ioannes Campanus, Michael Seruetus, Matthias Illyricus, Ioannes Caluinus Nouiodunenſis Piccardus, quos damnauit Academia Vuittembergenſis. nu. 9.*
10 *Arrii fatalis mors.*
11 *Ioannes Caluinus Arrii hæreſim refutauit, & idcirco Michaelem Seruetum nolentem illam reputare apud Geneuam publice comburi fecit.*
12 *Olipii epiſcopi Carthaginenſis Arrianiſtæ, hæretici mors.*
13 *In baptiſmo facto a Deuterio epiſcopo Arriano cõtra eccleſiæ formam, aqua fontis baptiſmalis diſparuit.*
14 *Fides chriſtiana quid. & num. 18.*
15 *Accedentem ad fidem credere oportet.*
16 *CHRISTI Deciſio contra non credentem.*
17 *S. Ioannes Baptiſta, dixit credentem in filium habere uitam æternam.*
19 *Fidei Catholicæ effectus. 21.*
20 *Vna fides, Vnus Dominus, vnum baptiſma, vnus DEVS.*
22 *Fidem continet, & opus, credere.*
23 *Apoſtoli dictum ad Romanos Cap. 3.*
24 *Fides ſine operibus quid operetur. nu. 25.*
26 *Fides & opera hominem iuſtificant.*
27 *Fides gradus eſt intelligendi.*
28 *Apoſtolorum fides.*
29 *Apoſtolorum ſymbolum pro fide.*
30 *Symbolum Apoſtolorum habet duodecim fundamenta.*
31 *Symboli laudes ex D. Ambroſio.*
32 *Ex Auguſtino.*

VOlo ad hanc Rubricam, dignum eſt, vt fundamẽta Chriſtianæ fidei, quę à Sanctiſſimis Eccleſiæ Principibus ſtatuta ſunt, & decreta, ante omnia proferamus, quibus iactis, ſubſequens ædificium (DEO adiuuante) nobile erigatur.

Cum itaque Arrius Alexandrinæ Ciuitatis preſbyter, Sylueſtro Summo Romano Pontifice eccleſiam moderante, & Conſtantino Magno Imperante, Anno Domini Noſtri IESV CHRISTI.

1 315. Ex diaboli ore, contra Sanctiſſimam † Trinitatem dogma falſiſſimum euomeret, aſſerens, diuerſas eſſe ſubſtantias Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Minorem eſſe Filium Patre, Spiritum Sanctum quoq; minorem eſſe, & Patre, & Filio, atque hanc hæreſim ſeminaſſet, ita vt plures Orbis chriſtiani Prouincias ea contagio infeciſſet, illamq; poſtmodum ſequuti fuere Eunomius, Cappadox, Macedonius, alijq; nonnulli ex antiquis hæreticis. Contra aſſertionem hanc falſam fuit facta a Sanctiſſimis Apoſtolis in vnum cõgregatis hæc prima Deciſio.

2 Credo in DEVM Patrem omnipotentẽ, & † in IESVM Chriſtum filium eius vnicum Dominũ noſtrum, qui cõceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex MARIA Virgne. De qua Deciſione dicã pro fuſius in hac eadem Rubrica infra, quo ad expoſitionem ſecundę partis Rubricę.

Aduerſus iſtã Arrij, & ſequacium hereſim apud Niceam Bithynię Vrbem congregatum fuit Con-

3 cilium Trecentorum † decem, & octo epiſcoporũ, in quo mõſtruoſa illa aſſertio eſt abolita, & Anathemate damnata, deciſa, ac decreta fuit agnitio, & confeſſio ſanctiſſimę Trinitatis, ne deinceps vllo modo dubitetur, conſiderantes DEVM, quo nihil aut

maius

maius, aut melius, aut sapientius possit excogitari, in essentia quidem, seu Natura Diuina, vnũ, & simplicem, in personis vero tribus esse distinctum, vt alius Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus, ante omnia certo credatur. Pater est, qui ab æterno Filium generat, Fons, & opifex rerum. Filius ex patris genitus substantia, Mũdi redemptor, ac saluator. Spiritus Sanctus, qui & Paracletus dicitur, ecclesiæ, & Christi fidelium administrator. Iam hi Tres, vnum sunt, hoc est vnus verus, æternus, immensus, & incomprehensibilis DEVS. Et sic omnibus placuit
4 & vno ore, & corde DECERNITVR † HOMOVSION conscribi debere, id est eiusdem cum patre substantiæ filium. Huic Decisioni, se omnes subscripserunt, exceptis sex, qui cum authore Arrio fuere à Concilio relegati. Huius Sanctæ Synodi actio, confirmatur ex Diui Athanasij Symbolo. Incip. Quicunque vult † saluus esse. Hanc
5 hæresim confutauit *Augustinus, in libro de fide, & symbolo. cap. 9. & confessionum lib. 1. cap. 4.* Huius Nicenæ Synodi, & Decretorũ meminit *Gratianus dist. 15. per totam*. Sed & idem fecerunt Imperatores *Gratianus, Valentinianus, & Theodosius in l. cunctos populos. C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol.* latius meminerunt *Eusebius, Rufinus, Socrates, & Sozomenus lib. 1. Sulpicius Seuerus lib. 11.*

Iterum vero ab eodem Arrio prosequuta, contra quem Athanasius tam diu pugnauit, eaq; ex causa
6 etiam † ab iniquis vexatus, Iulij Primi Pontificis tẽpore, eadem Hæresis damnata, & Athanasius dignitati suæ restitutus in consilio Hierosolymitano, *vt habetur in Hist. Tripartita lib. 4. c. 34. Baptista Platina in Iulio primo.* Licet dicat hoc fuisse in Cõcilio Laodiceno, vel apud Tyrũ facto. Sed de Hierosolymitano meminit summa conciliorũ, & paulo post idem dicitur factum in Concilio Syrmiensi. Et etiam prius in Concilio Sardicensi, in quibus fuit Osius episcopus Cordubensis.

Et cum eadem hæresis, & Hispaniam, & Galliam infecisset, & Arrianę sectę esset acerrimus defensor
7 Leouigildus † Hispaniarum Gothorum, & Suenonum Rex, qui proprio filio Hermenigildo Arrianorum aduersario, Martyrium intulit, eoque mortuo Reccaredus filius anno Domini 594. Tertium Toletanum Concilium congregauit, in quo eadem Arrij secta est penitus eliminata per alia decreta, quorum post Gregorium Magnum, ac Gregoriũ Turonensem, Rodericum Archiepiscopum Toletanum, Alfonsum de Cartagena, Michaelem Ritium, Ioannem Magnum Lucium Marinæum & Alanum Copum, memini *de Regis Catholici præstantia. cap. 41. nu. 12. cum pluribus sequent.*

8 Nouissime illã resuscitare studuerunt † Martinus Lutherus, Ioannes Campanus, Michael Seruetus, Matthias Illyricus, & Ioannes Caluinus Nouiodunensis Piccardus, quorum deliramenta Academia
9 Vuittembergensis † damnauit. De his omnibus scripsere Gabriel Prateolus de Vitis, & Sectis hæreticorum. In Iacobitis, in Paulo Samosetano, in Antilutheranis, in Pauliniſtis, in Caluiniſtis. *Alphonsus de Castro contra Hæreses in Verb. DEVS. Hæresi. 5. & Hæresi. 6. Michael Bucchingerus in Historia ecclesiastica noua. Sub Sylueſtro primo. fol. 142. Damianus Roscius de Sectis Hæreticorum. in Verb. Arrianistæ. in Verb. Trinitarij. Eymericus in Directorio Inquisitorũ. parte. 2. q. 4. Petrus Canisius in Summa Doctrinæ Christian. parte 1. tit. de fide, & Symbolo. §. 7. Vuilhelmus Damasi Lindanus Dub. Dialog. 2. Petrus Aerodius Decret. lib. 1. tit. 6. cap. 12. Ioachinus Hopperus Frisius, de Vera Iurisprudentia. lib. 6. tit. 2. Cornelius Mussus in Symbolum concione 16. ante eos Theodoretus Decre. diuinorum cap. 2. cap. 3. & in Dialogo 1. cui titulus. Immutabilis. & Dialog. 2. cui titulus. Inconfusus. Paulus Gryſaldus Decis. Catholicar. §. Christus. nume. 35.*

Hinc dum idem Arrius coram Imperatore die stata cum Alexandriæ Episcopo disputaret, cœpit ventris dolore laborare, & cloacam ingressus exo-
10 nerandæ ventris † causa, fatali iudicio, effusis visceribus, animam exhalauit. De cuius obitu *D. Ambrosius de Fide lib. 1. cap. 9. Nicephorus Calistus Histor. Tripartitæ. lib. 8. Cassiodorus lib. 1. cap. 12.*

Quid ? quòd etiam Ioannes Caluinus hæresiarcha, forte suæ primæ falsæ opinionis pertæsus apud
11 † Geneuam eundem Michaelem Seruetum publicę comburi fecit, nolentem confiteri CHRISTVM DEI Filium, *Teste Vuilhelmo Lindan. Dubit. Dialog. 2. & Damiano Roscio de Sectis hæreticorum, §. Seruetiani.*

Videantur Arrianorum hæreticorum fructus, ac exitus, nam Olipius Carthaginensis Episcopus
12 † Arrianus existens in Balneis, similibus blasphemijs in Sanctissimam Trinitatem inuehens, statim tribus igneis fulminibus ab Angelo visibiliter tactus, miserabili spectaculo spiritum reddidit, vt est auctor *Iacobus Philippus Bergomas supplementi chro-*
13 *nicor. lib. 9.* Et Deuterius † Arrianæ eiusdem Sectæ Episcopus sui Magistri Scholam sequutus, dum Constantinopoli, quendam Barbam baptizaret, & contra ecclesiæ catholicæ regulam diceret, baptizote Barbas, in nomine Patris per Filium in Spiritu Sancto, subito aqua disparuit. Et idem Lutherus ea morte Arrij occubuit, vt dicit *Fontenus in Historia Catholica. lib. 17. in fin.*

Quantum vero attinet ad secundam Rubricæ partem, scilicet, Fidem iam apud nos indubitatum
14 esse oportet; Ipsa est enim salutis † nostræ ianua, ipsa totius nostræ vitæ fundamentum, sine ipsa DEVS inueniri non potest, nec illi seruire, aut placere sine ea aliquis in hac vita potest. Per ipsam accessum, & reductionem habemus ad DEVM Omnipotentem, ipsum inuocando. Diffinitum est enim, quòd omnis quicunque inuocauerit nomen Domini saluus erit, omnis enim, qui credit in illũ, non confundetur. Ita decreuit *Paulus Apostolus ad Romanos cap. 10.* vbi subsequendo idem Apostolus, inquit, Quomodo ergo inuocabunt, in quem non credidernnt. Quia *idem Apostolus ad Hebræos. cap.*
15 *11. inquit.* Credere † oportere accedentem ad fidem. ibique de fide multa diuinarum scripturarum

exem-

exempla protulit. Sed in hoc non est adeo laborandum, quando Dominus noster IESVS Chri-
16 stus ore suo † sententiam promulgauit apud D. Marcum. *cap.* 16. dicens, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur. Cuius sententiæ a CHRISTO prolatæ meminit, ac testificatur *Ioan. cap.* 3. dum ait. Qui autem non credit, iam iudicatus est. vbi
17 † Ioannes Baptista in fin. inquit; Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius, qui credit in Filium, habet vitam æternam, qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Hanc ita dicens confirmat *Augustinus de tempore, Sermone* 38. Constat neminem ad veram peruenire posse Beatitudinem, nisi DEO placeat, & DEO neminem posse placere, nisi per fidem;
18 † Fides namque est bonorum omnium fundamentum. Fides est nostræ salutis initium, sine hac nemo ad filiorum DEI consortium potest peruenire, quia sine ipsa, nec in hoc sæculo quisque iustificationis gratiam consequitur, nec in futuro, vitam possidebit æternam. Et si quis hic non ambulauerit per fidem, nō peruenier ad peciē beatæ visionis Domini nostri IESV CHRISTI. Idem fere repetit *idem Augustinus in eodem libro Sermon.* 181. *cap.* 12. *& in lib. de verbis Apostoli, Sermon.* 1. *dum in-*
19 *quit*: Nullæ sunt † maiores diuitiæ, nulli thesauri, nulli honores, nulla Mundi maior substātia, quam est fides Catholica, quę peccatores homines saluat, infirmos curat, Catechumenos baptizat, fideles iustificat, pęnitentes reparat, iustos augmentat, Martyres coronat, Virgines, viduas, & coniugales casto pudore conseruat, clericos ordinat, Sacerdotes consecrat, Regnis cælestibus præparat, in æterna hæreditate cum Angelis Sanctis cōmunicat. Et *Leo Magnus de Natiuit. Domini. Sermon.* 4. *inquit: Post Apostolum ad Ephesios. cap.* 4. *inquit*: Vnus Dominus,
20 vna fides, vnum † Baptisma, vnus DEVS, & pater est omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis huic vnitati inconcussis mentibus inhærere, & in hac omnem sectamini sanctitatem, & in hac præceptis Domini deseruite, quia sine fide impossibile est, placere DEO, & nihil sine illa sanctum, nihil castum est, nihil viuum. Iustus enim ex fide viuit. Hinc scriptura *Genes. Cap.* 15. Credidit Abraham, & reputatum est illi ad iustitiam. Sic *Isaias cap.* 7. Nisi credideritis, non intelligetis.

Fides itaq; fundamentum est, & Principium, ha-
21 bet tamen socias, spem, charitatem, aliaq; † bona opera, nec enim fide sola iustificatio obtinetur, vt Eunomius olim, & nouissime Martinus Lutherus, Ioannes Caluinus, alijq; Hæretici asseruerunt, quia illa Moysis verba in allegato *Geneseos cap.* 15. intelli guntur, credidit Abraham DEO, & reputatum est
22 ei ad iustitiam, scilicet, credere † non fidem solum continet, sed & opus. Quantum in se Abraham credidit verbis Domini, & operatus est, quia per ipsum non stetit, quin filiū immolaret. Hinc CHRISTVS *apud Ioannem. cap.* 6. dicit: Hoc est opus DEI, vt credatis in eum, quem misit ille. Illud autem *Pauli ad Romanos. cap.* 3. dum dicit, Arbitramur
23 enim iustificari hominem per fidem † sine operib. legis. Quia intelligitur de operibus, quę fidē antecedunt, & de operibus, quæ legis tantum sunt, non autem de operibus gratię, vel fidei. de his *D. Iacob.*
24 *cap.* 2. quid proderit inquit † fratres mei, si fidem quis dicat habere, opera autem non habeat? subsequitur dicens, sic & fides, si non habeat opera, mortua est in semet ipsa. Subiungit, videtis, quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantū? & in fin. concludit, sicut enim corpus sine spiritu, mortuum est, ita, & fides sine operibus mortua est.
25 Et cum fides † sit sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. vt dicit *Paulus ad Hebr. eos. Cap.* 11. Sequitur fidem per subsequentia bona opera, ex mandatorum DEI custodiam probari. vt patet per *Apostolum ad Philippenses. cap.* 1. & *Ioannes in Epistol. cap.* 2. hæc probantur *ab Augustino de fide, & operibus lib.* 83 *q.* 76. & latissime prosequutus est *Ruardus Tapperus aduersus Caluinum. Tomo.* 2. *Articul.* 8. Hinc optime Decisionem hanc concludit *Felicianus Capitonus explicationum Catholicar. lib.* 1. *cap.* 18. *in fin.* dum dixit: Proinde, neq; fi-
26 des opera, neq; † opera fidem excludunt, sed simul iustificant hominem, fides quippe initiatiue, opera vero cōpletiue, ac consummatiue, sicut ex sententia *Iacobi. c.* 2. definitum est. Hæc Capitonus. Et illud *Isaiæ. c.* 7. resoluitur *ab eodē Augustin. Homeliar. li.* 50. *Homelia.* 32. *dicente*: Arcana, & secreta Regni Dei, prius quærunt credentes, quā fiant intelligentes, si
27 des enim gradus est intelligendi † intellectus aūt meritum fidei. Faciunt scripta *per Paulum Gryspaldū Decisionum Catholicarum.* §. *Fides. nu.* 3. Hoc idem nouissime decreuit *Concilium Tridentin. Session.* 6. *cap.* 9. *Incip. quamuis. & cap.* 10. *Incip. sic ergo.*

Sed omnis christianæ, catholicæq; fidei summa illa est, quam primus Religionis nostræ confessus, primum IESV CHRISTI duodecim colle-
28 gium, & fidei eiusdem † religionis duodecim ipsorum Apostolorum congregatio, vnanimi consensu, & nemine dissentiente, Spiritu Sancto dictante, pro fundamentis iecerunt, ac Symbolum Fidei constituerunt, in duodecim Capitibus distinctum, dignum authoribus a IESV CHRISTO Domino selectis, opus, vt cum missi essent ab eo, præceptumq; habuissent ad Euangelicæ prædicationis officium, vnanimis, & minime dissentiēs illorum prędicatio fieret. In hoc Symbolo aliquid noui non tradiderūt, sed quod forte in scriptura occultum erat, & obscure traditum ipsi enuclearunt, & in hæc ca-
29 pita † decreuerunt.

Petrus Primum

Credo in DEVM Patrem, omnipotentem, creatorem cæli, & terræ.

Andreas Secundum

Et in IESVM Christum filius eius, vnicum Dominum nostrum.

Ioannes Tertium

Qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex MARIA Virgine.

Iaco-

Iacobus Quartum

Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus.

Thomas Quintum

Descendit ad inferos, Tertia die resurrexit a mortuis.

Iacobus maior Sextum

Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram D E I Patris Omnipotentis.

Philippus Septimum.

Inde venturus est iudicare viuos, & mortuos.

Bartholomeus. Octauum

Credo in Spiritum Sanctum.

Matthęus Nonum

Sanctam Ecclesiam Catholicam, sanctorum communionem.

Simon Decimum

Peccatorum remissionem.

Thadæus Vndecimum

Carnis resurrectionem.

Matthias Duodecimum

Vitam æternam. Amen.

De his duodecim Christianæ fidei, & ecclesiæ articulis in sua visione dicit *Ioannes in sua Apocalypsi. cap.* 21. Murus ciuitatis Hierusalem, habet fundamenta † duodecim, & in ipsis fundamentis duodecim nomina Apostolorum. De quibus Sanctorum Apostolorum placitis, & decretis *post Clementem Romanum in Epistola ad fratrem Domini. D. Ambrosius ad Syricium in Epistol.* 81. *& Sermone.* 38. *dicit.* Arbitror Apostolicam † fidem, duodecim artificium operatione conflatam, duodecim enim Apostolorū Symbolo fides Sancta concepta est, qui veluti periti artifices, in vnum conuenientes, clauem suo consilio conflauerunt, clauem enim quandam ipsum Symbolum dixerim, per quod referantur Diaboli tenebræ, vt lux C H R I S T I adueniat. Confirmat hoc Augustinus de Tempore. Sermon. 181. Sancti † Apostoli (inquit) certam regulam fidei tradiderunt, quam secundum numerum Apostolicum, duodecim Sententijs comprehensam, Symbolum vocauerunt, per quam credentes Catholicam tenerent vnitatem, & per quam hæreticam conuincerent prauitatem; Tradūt enim, quòd post Ascensionem Domini, & Saluatoris nostri ad Patrem, cum per Aduentum Spiritus Sancti discipuli eius inflammati linguis omnium loquerentur ad singulas quasque nationes, vt D E I verbum prædicarent, ituri, ac discessuri ab inuicem, normam sibi prius futuræ prędicationis in commune statuerunt, ne locabiter ab inuicem discedentes, diuersum, vel dissonum prædicarent his, qui ad fidem C H R I S T I inuitabantur. Omnes igitur in vno positi, & Spiritu Sancto repleti, breue suæ prædicationis indicium conferendo, in vnum, quod sentiebat vnusquisque computabat, atque hanc ita credentibus, dandam esse regulam instituerunt. Hæc Augustinus. Quæ quasi per eadem verba retulit *Ruffinus in expositione in Symbolum. Hieronymus aduersus errores Ioannis Hierosolymitani ad Pammachium in Epistola.* 61. *Leo Magnus de Passione Domini, Sermon.* 11. *Irenæus aduersus hæreses Valentini. lib.* 1. *cap.* 1. *Idem Leo Magnus ad Pulcheriam Augustam Epistola.* 13. *Maximus Episcopus Taurinensis in Homelia de traditione, & expositione Symboli. Late D. Thomas de Aquino. secunda* 2. *q.* 2. *artic.* 5. *& alibi pluries. Zanchin. de hæreticis. cap.* 2. *nu.* 1. 15. *vbi optime Camillus Campeggius. Eymericus in Directorio Inquisitor. par.* 1. vbi tradit supradictum Symbolum Apostolorum & postmodum Symbolum Synodi Nicęnæ. Symbolum, siue Regulam Athanasij supradictum. & ibi *Franciscus. Pegna. Paulus Gryssaldus decisionum Catholicar.* §. *Symbolum. nu. fin. Petrus Suberti in vinea Christi. par.* 3. *cap.* 1. *& cap.* 2. Ideo Sacrum Oecumenicum Concilium Tridentinum *Session.* 3. *cap. vnico.* ponit totum Symbolum Nicęnæ Synodi, tanquam continens in se Symbolum Apostolorum. De Symbolo, siue Regula Athanasij, quem summis laudibus extollit *Gregorius Nazianzenus in Oration. Funebri in eundem. Ioannes Damascenus in Sermone de Defunctis. Ruffinus Historiæ Ecclesiasticæ. lib.* 1. *cap.* 14.

ARGVMENTVM.

Ecclesiarum, cuiuscunque eminentiæ, vel dignitatis sint, iura consistunt vel in extruendo, vel reparando, vel consecrando, vel dotando, vel fundando. Quarum priuilegijs gaudent Hospitalia Monasteria, & Monachorum conuentus, quando cum Episcopi consensu erecti sint, & causa fuerit fauorabilis.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia ædificari debet cum consensu Prælati.*
2 *In aliena parochia etiam si consensus prælati accedat, Parochiani consensus requiritur.*
3 *Ecclesiæ reparatio Episcopi consensum non requirit, secus si esset in totum diruta. num.* 4.
5 *Ecclesia quando præsumitur erecta cum consensu Episcopi.*
6 *Ecclesiæ erectionem ab aliquo factam fuisse quomodo probabitur.*
7 *Ecclesia, in qua diu diuina celebrata sunt, erecta præsumitur cum Episcopi consensu.*
8 *Monialium monasterium triginta annorum spacio, præsumitur superioris consensu erectum, & an sufficiant decem, vel viginti anni. num.* 9. *Declara. num.* 10.
10 *Licentia a consensu differt.*
11 *Aedificasse dicitur Ecclesiam, qui pro illa erigenda, domum dederit.*
12 *Ecclesia, vel oratorium, quando dicantur?*
13 *Ecclesiæ appellatione quid veniat? & an veniant monasteria?*

14 *Ius antiquioris eccleſiæ conſeruandum eſt.*
15 *Archiepiſcopalis Eccleſia, an dari poſsit Cardinali Diacono.*
16 *Eccleſiæ priuilegia quando hoſpitali competant.*
17 *Parochialis eccleſia requirit quatuor.*
18 *Parochialis Eccleſia dicitur curata.*
19 *Collegiata Eccleſia debet dotari.*
20 *Archiepiſcopus, & Canonici ſtante conſuetudine eccleſiæ, ad quid teneantur.*
21 *Epiſcopalem eccleſiã, quis reparet? quis parochialem? num.* 22.23.24.25.26.27.28.29.
30 *Parochiani an teneantur ad reparationem eccleſiæ parochialis?*
31 *Eccleſia quando dicatur inſignis?*
32 *Eccleſia quando dicatur ſub ſaluaguardia Regia?*
33 *Eccleſia an teneatur ad pœnam legalem?*
34 *Eccleſia an poſsit eſſe diuiſa, vt in ea ſint religioſi regulares, & in alia ſæculares?*
35 *Confabulanti, & deambulanti in eccleſia in Gallia pœna imminet.*
36 *Eccleſia vt amplietur, cogitur ſoli dominus illud vendere. Declara tamen ſi ſoluatur iuſtum pretium. nu* 37.
38 *Dominium ſine traditione transfertur in eccleſiam.*
39 *Quando cenſeatur locus profanus, licet ſit pius?*
40 *Eccleſia non conſecrata gaudet immunitate.*
41 *Conſecratio eccleſiæ per ſcripturam muro affixam probatur.*
42 *Eceleſiæ conſecratio non præſumitur.*
43 *Eccleſia cathedralis an per antiquitatem præſumatur conſecrata?*
44 *Eccleſia cathedralis ſub nomine Diœceſis, non ſub nomine Sancti intitulanda.*
45 *Eccleſia collegiata eſt dignior parochiali.*
46 *Eccleſia non in totum diruta, ſi reparetur, an ſit eadem, & an requirat nouam conſecrationem. numero* 47.
48 *Eccleſiam beneficialem quis reparet?*
49 *Eccleſiæ collegiatæ erectio præſumitur procedere vnione beneficiorum.*

TITVLVS II.

De ſacroſanctis Eccleſijs.

1 IN ædificanda Eccleſia rèquiritur Prælati ſuperioris † conſenſus. *Voluit arg. c. 1. cum ſimilib. extra de Religioſ. domib. & §. ſancimus. Auth. Vt nullus fabric. orat. Voluit Guido Papæ in Deciſ. Gratianop.* 360. *in princ. Franciſc. Cantuccius in Deciſ. nouiſsim. Roman.* 52. *num.* 4. *volum.* 2. *Ioan. Paulus Lancellott. Inſtit. canonic. lib.* 2. *Titul. de conſtruend. conſecrand. & reparand. eccleſ. per totum Iacobus Cuicius in Nouella.* 57. *in fin. Remigius de Gonny, de immunitat. Eccleſ. Ampliatione prima, numero primo. Paulus Fuſcus in tract. de viſitation. lib.* 2. *cap.* 2. *ante ipſum Ioan. Franciſc. de Pauin. in tract. de viſitat. parte prima, quæſt.* 7. *verſicul. Circa primam: Anaſtaſ. Germon. de ſacror. immunit. lib.* 3. *capit.* 1. *capit.* 2. *& argumen. c. Nemo eccleſiam.* 1. *Diſtinct. capit. eccleſias.* 16. *quæſt.* 7. *voluit Nicolaus Reuſnerus in Deciſ.* 1. *nume.* 32. *lib.* 4. Cathedralis autem requirit Papæ conſenſum, non Epiſcopi. *Ioan. Faber. in §. Religioſum. Inſt. de Rer. diuiſ. Franciſcus Marcus in Deciſ. Delph.* 1009. *nu.* 4. *vol.* 1.

Sed ſi in parochia eſſet Eccleſia, & vellet alia ædificari, etſi accederet Epiſcopi, aut Prælati conſenſus, id fieri nequit abſque parochi etiam conſenſu,
2 ne iuribus ſuæ parochialis † eccleſiæ præiudicium fiat. vt argumen. c. dilectus. de Cappel. monach. & aliorum iurium. *Voluit Guido Papæ in Deciſ. Gratianop.* 360 *Marcellus Cardin. Creſcent. in Deciſ.* 1. *nu.* 2. *de oper. noui nunc.* dicẽs, prẽſtari cautionem de demoliendo, & quod interim non conſecretur pendente lite. *Adde Franciſc. Marc. in Deciſ.* 1014. *nu.* 3. *vol.* 1.

3 In Reparatione vero eccleſiæ, † Epiſcopi, vel prælati conſenſus non requiritur. *Gloſs. in c. de Monachis.* 18. *quæſt.* 2. *vbi allegat tex. in c. ſi quis. vult.* 16. *quæſt. . quem ſequitur Nicol. Reuſner. in Deciſ.* 1. *ſub nume.* 32. *lib.* 4. *tamen text. in dicto. cap. ſi quis vult.* nihil dicit de reparatione, ſed quod ad meliorandum poteſt mutari locus eccleſiæ cum conſenſu tamen Epiſcopi. Sed ſi eſſet in totum
4 diruta † epiſcopi conſenſus exigitur. *Felin. in c. cum acceſsiſsent. nume..... verſic. Hæc & ſi. de Conſtit.*

Erecta etiam præſumitur eccleſia epiſcopi, &
5 ſuperioris authoritate, quando habet † dotem, *vt ex Calderin. in Conſil.* 4. *& AEgidio Bellamera. in capit. ſuper hoc. numero* 21. *de re iudic. cenſuit Cæſar de Graſsis in Deciſion. Rotę Roman. Nouiſsima.* 508. *numero quarto, volum primo.*

6 Eccleſiæ erectionem factam fuiſſe † per aliquem non probatur aſſertione inſtrumenti de captura poſſeſſionis, in quo id aſſeratur, vt concludit, nihil tamen allegans, *Ioan. Paulus Ptolomeus in Deciſ. Rotæ nouiſsima.* 1091. *vol.* 3.

Parochialis eccleſia, ſuperioris authoritate, & conſenſu ex lapſu temporis erecta præſumitur, quando in illa diuina officia publice cele-
7 brata fuere † vt voluit *Matth. de Afflict. in Deciſion. Neapol.* 368. *numero quinto. Franciſcus Cantuccius in Deciſion. Rotæ Nouiſsima.* 52. *numero* 41. *volum.* 3. *Late Anton. Gabriel. commun. opin. lib.* 1. *Titul. de præſumpt. concluſ.* 1 *num.* 8. *Anton. Gamma in Deciſ. Lucritan.* 144. *& in Deciſ.* 168. *Petr. de Anchar. in Concil.* 136. *verſic. præterea dictum monaſterium.* vbi dicit, pro monaſterio monialium præſumi † lapſu temporis triginta annorum, ſuperioris authoritatem interceſſiſſe. *Alexand. in Conſil.* 79. *colum.* 3. *verſic. ſed præmiſsis. volum. primo. & in Conſil.* 45. *in*

fin. vol. 3. vbi loquitur † de lapsu decem vel viginti annorũ. *Ioan. de Arnono in Commentar. 60. Andr. Tiraquell. de legibus connubial. in verb. contracter. gloss. 7. numero 39. cum pluribus sequen. Deci. in Consil. 222. numero 9. versic. Quarto. Nicol. Boer. in Consuetud. Biturigens. Titul. primo. §. 4. gloss. 1. colum. 5. versic. & ex lapsu. Idem Anton. Gamma in dicta Decis. 144. in fin. vbi dicit, ita bis fuisse iudicatum. & in dicta Decis. 168. numero 1. & fin. Aymo Crauett. in Consil. 204. numero 9. & Lancellot. Gallia in Consil. 124. numero 6. volum. primo. Ioan. Francisc. Balbus in Tract. præscriptionum. prima parte. tertię partis princip. quæst. 10. numero 38. Steph. Lamberteng. in Tract. de contract. consen. gloss. 7. num. 51. & sequen.*

Supradictam proximam Decisionem, & conclusionem aliqui procedere dixerunt, quando requiritur consensus, secus autem velint, si exigeretur li-
10 centia, in qua non sufficit cursus aliquis. *Matt. de Afflict. in cap. 1. numero 46. de prohibit. Feud. alien. per Lothar. voluerunt Domini de Rota in Decis. Roman. Nouissima. 788. numero 9. 10. volum. primo quam nouissime refert eruditissimus D. Ioan. Baptista Costa de Facti scient. & ignorant. in Verb. Communia vtriusque iudicij. Regul. 18. num. 9.*

11 AEdificasse Ecclesiam † dicitur, qui pro illa ædificanda domum dederit. *vt post Rocchum de Curte. de Iure patron. in Verb. Fundauit. quæst. 9. & alios decreuit Rota Romana apud Paul. AEmil. Verall. in Decisio. 290. parte prima, sic in dante fundum. post Lambertin. de Iure patr. quæst. 3. principal. Articul. 2. numero 1. parte prima, voluit Thom. Triuisan. in Decis. Veneta. 55. numero 17. lib. 2. ego latius in Consil. 23. num. 41. 42. Centur. 2. Cardin. Put. in Decis. 412. lib. 3.*

Ecclesia dicitur, non oratorium, si habet dotem, habet Campanile, percipit primitias, & decimas.
12 † *Cæsar. de Grassis in Decis. Roman. Nouissima. 508. nu. 1. vol. 1.*

Appellatione Ecclesiæ in fauorabilibus, veniunt
13 Ecclesiæ collegiatæ, monasteria, & conuentus † monachorum, vt fuisse decisum in Rota Romana scribit *Paul. AEmil. Verall. in Decis. 177. num. 6. & in Decis. 289. nu. 1. 2. parte 1.*

14 Antiquiori ecclesię ius suum † seruandum est. *argum. c. Ecclesiæ antiquitus. cap. quicunque voluerit. 16. quæst. 1. voluit Anton. Faber in Codice Fabrian. titul. de episcop. & cleric. Diffinitione. 21. numero quinto,*

15 Archiepiscopalis ecclesia dari potest † in titulum Cardinali, Diacono, adueniente ætate legitima. *Thanus in decis. Roman. nouissima 2076. volumine tertio.* Sed ex præscripto Sixti Quinti Summi Pontificis dispositum fuit, ne presbytero Cardinali Diaconia, nec Diacono Cardinali in posterum titulus daretur, vt scribit *Anastasius Germonius in tract. de indultu. §. tituli. nume. vigesimo.*

16 Priuilegia omnia ecclesiæ competentia † competunt etiam hospitali cum consensu Episcopi ere-
cto, vt voluit *Matth. de Afflict. in decision. Neapolit. 67 numero 4. de quo late Ludouic. Roman. in consilio 477. & Andr. Tiraquell. de priuileg. pio causæ. in præfat. vers. Item relictum hospitali. multos allegans. Renatus Choppin. Monasticon libro 2. titul. 1. nume. 27. Francisc. Marcus in decis. 1021. nume. 2. volum. 1. Remigius de Gonny de immun. eccles. Ampliation. 17. per totam.*

17 Parochialis ecclesia requirit † quatuor, primum, quod in ea adsit sacerdos habens potestatem ligandi. Secundo quod habeat certos fines. Tertium, quod curam exerceat nomine suo. Quartum, quod solus, & non cum alijs administret, vt pulchre ponit *Francisc. Cantuccius in decis. Roman. nouissima 52. nume. 2. 14. 16. 17. volum. 2. Paul. Fuscus de visitation. lib. 2. capit. 2. ante eos Petrus Rebuff. in concordat. Francię. titul. de collationibus. §. statuimus. il 2. in verb. parochiales. vers. & ad probandum.*

Ecclesia omnis parochialis dicitur curata, sed non e contra omnis curata dici potest parochialis,
18 † *vt post Petrum Rebuf. in concord. Francię. titul. de collat. §. statuimus. il secondo. in verb. parochiales ecclesiæ. & Bonifac. de Vitalinis. in clem. 1. numero 1. de off. Vicar. voluit Francisc. Cantuccius in decis. nouissima Romana. 52. nume. 37. volum. 2. adde his Alfonsum Hoiedam de Benefic. compatib. vel incompat. parte 1. capit. 13. numero secundo, qui multos retulit, quos allegauit antea Rebuff. in loco allegato.*

19 Collegiata ecclesia † dum erigitur dotari debet. *Cardinal. Crescentius in decision. 1. nume. 1. de paroch. post Rotam in Antiquis in decis. 874. incip. episcopus creauit in 1. dubio.*

20 Archiepiscopus, & canonici † stante loci consuetudine fuere condemnati cum prima vice, ac nouiter esset receptus, ad dandum ecclesiæ, quamquam fructus aliquos non percepissent, ornamentorum ipsius ecclesiæ quandam quantitatem, vt decretum fuisse refert *Gerardus Maynardus in decis. Tholosan. 4.*

21 Ecclesiam Cathedralem † egentem reparatione, tenetur Episcopus reparare. *Ioan. Gall. q. siue Arresto. 293. post Stephanum Aufrer. in decision. Cappellæ Tholos. 500. Renat. Choppin. de sacra. Forens. Polit. lib. 3. cap. 3. articul. 11. quos sequitur Gerardus Maynardus in decis. Tholos. 42. lib. 1. Nicolaus Reusnerus in decision. 1. num. 30. lib. 4.* Eodem etiam mo-
22 do † parochialem ecclesiam illius rector reparare tenetur. *vt voluit Cappella Tholosan. in decis. 499. Aluarus Vallascus in decis. 179. nume. 7. & decreuit Concil. Tridentin. session. 21. capit. 7. incip. cum illud. vide Ioannem Papon. Arrestor. Curiæ. lib. primo, titul. 1. Arresto. 12.* Et omnes tenentur, qui ab ecclesia recipiunt fructus decimales. *Gerard. Maynardus in Decisione Tholosan. 31. libro primo.*

Supradictæ tamen conclusionis Decisio recipit nonnullas declarationes, quas inferam.

Prima illa est, inspiciẽdam fore consuetudinẽ, vt

is ad

23 is ad reparationem teneatur, qui de † consuetudine reparare solitus sit. *vt arg. c. ad Apostolicæ extra de simon. voluit Abb. Panor. in c. 1. nu. 3. de Eccles. ædific. & voluit Aufrer. in dicta Decis. Cappellæ. Tholos.* 499.

Secunda est similis præcedenti, quod in ecclesia
24 in qua est quarta redituum, vel relictorum † deputata, pro illius fabrica, & reparatione eroganda est, & tunc nec Episcopus suam, nec Rector parochialem suam reparare tenebuntur, prout Gelasius, Simplicius, & Gregorius Summi Pontifices statuerunt. *in c. quatuor. c. de reditib. c. cognouimus. 12. q. 2. Hostiens. in summa titul. de eccles. ædific. §. 1. in fine. Panorm. in dicto cap. 1. & Aufrer. in dicta decis.* 499. *Ripa lib. 3. Responsor. cap. 22. nume. 3. post alios Aluarus Vallasc. consultat. siue decis.* 179. *numero septimo, cum his, quæ allegat Paulus Fuscus de visitat. lib. primo. cap.* 10. *num.* 15. 16. *nouissime Renatus Choppin. de iure Cœnobiorum. lib* 1. *titul.* 2. *artic.* 11. *Maynard. in decis. Tholos.* 41. *Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuersi. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 12.

25 Tertia declaratio, non teneri Episcopum † & Prælatum ad ecclesiæ reparationem si ab hostibus sit destructa. vt censuit *Io. Gallus Arrestor Curiæ* 69.

Quarta declaratio est, vt tunc Prælatus, & Rector teneãtur ad ecclesiæ reparationem, deductis tamen
26 ijs, † quibus pro necessitate vti possint & sic de superfluis tantum teneantur, vt dicit *Cappella Tholos. in dicta decis.* 499. *Hostiens. Panorm. & Aufrer. in locis allegatis. Vallascus in dicta consultatione, siue decis.* 179. *num.* 12. 13. 16. Eo enim casu ex fructuum
27 modicitate, & insufficientia † non tenẽtur. *arg. c. decernimus.* 10. *q.* 1. *c. de his. de eccles. ædif. & voluit Concilium Trident. Sess.* 21. *capitul.* 7. *incip. cum illud. ibi (qui si non fuerint sufficientes) quod aduertit Ioann. Baptista Costa de Remed. subsidiar. Remedio* 106. *Illatione* 2. *num.* 1. 2. *&* 3.

Quinta declaratio sit, vt ijs omnibus deficienti-
28 bus, teneantur subditi, & Parochiani, † cum ibidem recipiant sacramenta. *arg. c. si episcopus. de off. ordin. in* 6. *Panorm. in dicto c.* 1. *num.* 3 4. *& in c. de his. nu.* 3. 4. *eod. titul. Aufrer. in dicta decis. Cappellæ Tholos.* 499. *Vallascus in dicta consultatione, siue decis.* 179. *num.* 16. *cum pluribus seq.* Vbi dicit, vidisse pluries
29 id ordinari per Reges in † Lusitania, vt laici parochiani contribuant, constito tamen Regi de modicitate redituum ecclesiæ. Quod & probauit etiam Sacrum Tridentinum Concilium *in dicta sess.* 21. *cap.* 7. *supra allegato. Paul. Fuscus de visitat. lib.* 1. *cap.* 10. *sub num.* 16. *nouissime Gerardus Maynardus in Decis. Tholosan.* 32.

Eoque casu parochiani tenentur ad opera cum operibus manualibus, & cum curribus, & tenentur
30 † dare calcem & cementa, vsque ad finem operis perfecti, & Ecclesiæ ædificatæ. *Gerardus Maynardus in Decis. Tholos.* 32. *& in Decis.* 33.

Insignis dicitur ecclesia, quod sit in loco nobili, insigni, & præcipuo, & quod sic ex communi ho-
31 minum † opinione habeatur, vt scripsit *Franciscus Cantuccius in Decis. Roman. nouissima.* 29. *per totam vol.* 2. In qua dum ageretur de eo, qui impetrauerat Præposituram Sancti Georgij siti in Ducali Palatio Mediolanensi, in cuius precibus asserebatur, non esse Ecclesiam insignem, cum contrarium per Rotam fuit Decisum.

32 Ecclesia non est sub Saluaguardia † Regia, nisi specialiter recipiatur, non obstante, quod constet de fundatione illius, vt concludit *Ioannes Gallus in q.* 35.

33 Sicut legalem pœnam exigit † ecclesia, eodem modo, & ipsa ad legalem pœnam tenebitur. vt post Peregrinum Fabi. in Decis. Roman. nouissima. prima lib. 2. voluit Christophorus Robusterius in Decis. nouissima. 279. numero 1. & 3. volum. 2.

34 Ecclesia potest esse diuisa † in duas partes, in quarum vna sint Clerici sæculares, & in altera Monachi, possuntque in eadem esse duæ congregationes, vt dicit *Paul. AEmil. Verallus in Decision.* 87. *numero primo secundo, & sequen. parte prima.*

Quam optime in Gallia deambulanti, & con-
35 fabulanti in Ecclesia pœna imminet, prima † vice pecuniaria, secunda carcerum, tertia, exemplari animaduersione. *vt per Ioan. Lucium Placitorum Curiæ. Titul. primo. Placito* 2. *& Placito* 3. Hinc Tridentin. Concil. *session.* 22. *Titul. de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ. cap. Incip. quanta cura.* Vbi dicitur: Vana, & profana colloquia, & deambulationes, strepitus, & clamores ab ecclesia arcendos. sequitur *Ioan. Baptista. Antonus. in Catechesi Neapol. cap.* 26. *fol.* 68.

36 Ecclesia potest ædificari, & ampliari in solo † alieno, & cogitur Dominus soli vendere, nec isto casu ædificium cedit solo, sed solum cedit ædificio. *Francisc. Marc. in Decis. Delphin.* 535. *per totam. in Decis.* 636 *numero* 4. *in Decis.* 1014. *num.* 4. *uolum. primo. Thom. Grammat. in Decis. Neapol.* 75. *Gasp. Anton. Thesaur. quæst. Forens. lib.* 1. *quæst.* 64. *num.* 6.

37 Declara tamen eo casu soluendum † esse pretium iustum Domino soli vt ex Antonini Imperatoris rescripto dicit Vlpianus. *in l. si quis sepulchrum, in princip. ubi Gulielm. de Cuneo. & Ioan. Baptista Asinius. numero* 3. *ff. de Religiosis. & sumptibus fun. Voluerunt Francisc. Marcus, in Decis.* 535. *supra allegata. in Decis.* 636. *numero* 4. *in Decis.* 1014. *numero* 4. *uolum primo. Grammat. in Decis. Neapol.* 75. *vbi sic. fuit per Sacrum Consilium decisum. Renatus Chop. de iure cœnobior. lib.* 1. *Titul.* 3. *sub Articul.* 11. *vbi dicit similiter a Parisiensi senatu Decretum. anno.* 1600. *die* 24. *Februarij.*

38 In Ecclesiam sine traditione transfertur dominium, *voluit Hieron. Magon. in Decis. Lucens.* 39. *num.* 14.

39 Locus pius confraternitatis † Laicorum, qui nõ est consecratus ad modum Ecclesiæ, sine clericis, sine campanile, cœmeterio, sepultura, sine publica celebratione, & in quo Episcopus

ſua iura non exercet, nec eſt ſua authoritate deputa tus, cenſetur profanus. *Hieron. Magon. in deciſ. Lucenſ. 19. num. 16.*

Eccleſia etiam non conſecrata gaudet immunita
40 te eccleſiæ, quia habetur ratio cultus † diuini, qui ibidem exhibetur, non autem murorum, & parietum. *Franciſc. Marcus in deciſ. Delphin. 1021. ſub nu. 1. vol. 1. Petr. Grego. Syntagmat. Iuris vniuerſ. lib. 2. c. 1. num. 13. in fin.*

41 Conſecratio eccleſiæ probatur per † ſcripturam muro affixam, vel in marmore, vt dicit *Franciſcus Marcus in deciſ. Delphinal. 1011. nu. 2. vol. 1. deciſ. in conſ. 135. Paul. Fuſcus. de viſitat. lib. 1. cap. 10. nu. 3.* vbi dicit, etiam crucibus in pariete exiſtentibus probari.

42 Alias eccleſia conſecrata non † præſumitur, niſi probetur, *vt per Andr. Alciatum de præſumpt. Regul. 2 præſumpt. 4. num. 2.*

43 Verum Eccleſiam † Cathedralem præſumi ex temporis antiquitate conſecratam, quia in ea maior diligentia exigitur, *vt concludit Cæſar Lambertin. de Iure patr. lib. 1. par. primæ. quæſt. 2. articul. 7. Aymo Crauetta ante eum de Antiquit. tempor. par. 3. in princ.* Multa inducit. *Paul. Fuſc. de viſit. lib. 2. cap. 25. nume. 2.*

44 Eccleſia Cathedralis intitulanda † ſub nomine Diœceſis, non autem Sancti, *Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin. 1123. num. 5. vol. 1.*

45 Collegiata eccleſia † dignior eſt eccleſia Parochiali. *c. licet canon. c. ſtatutum. de elect. in 6 poſt Nicol. Boer. de Author. Magni Conſilij. numero 93. Hieronym. de Laurentijs in deciſ. Auenionenſ. 12. numero primo.*

46 Eccleſia, quæ non eſt in totum diruta, reparata eſt eadem. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 392. ſub nume. 12.*

Et ideo noua conſecratio eccleſiæ non exigitur, quando non eſt diruta, ſed etiam tantummodo
47 † deſtructum. *Blanchett. in deciſ. nouiſſima Roman. 306. num. 4. lib. 1. volum. 1.*

Pro reparanda eccleſia beneficiali fuit medietas fructuum deputata, & ſequeſtrata per parlamen-
48 tum † Pariſienſe, vt refert *Stephan. Aufrer. in Arreſto. 225. quem ſequitur Petr. Rebuff. ad conſtit. Galliæ. tomo 3. articul. 2. gloſ. vnica. in fin. in titul. de ſequeſtris.*

Eccleſiæ erectio collegiatæ præſumitur, quod
49 præceſſerit ſuppreſſionem, & vnionem † beneficiorum ei factam. *Cardin. Creſcent. in deciſ. 6. de præſumpt.*

Eccleſia, quod ſit collegiata cognoſcitur ex ſigil-
50 lo communi, refectorio, & dormitorio † communi. *Guid. Pap. in deciſ. Gratianop. 258.*

Statuta, & conſuetudines ſingulares, & particu-
51 lares adiectæ in fundatione Eccleſiæ, † non cenſentur derogata, niſi ſpecialis mentio habeatur. *Rota in Nouiſ. in deciſ. 3. incip. ſi ſtatutum.*

ARGVMENTVM.

Deum eſſe minime dubitare, neque prorſus abnegare decet, ſed illum vere, & omnipotentem exiſtere, qui vniuerſum hoc regat, & conſeruet, confiteri oportet, cum eidem a Patriarchis ſacrificia oblata, altaria, & tabernacula erecta, & ſibi templum non a Dauid, ſed Salomone ædificari voluit. His Chriſtiani Principes tantam reuerentiam exhibuerunt, vt ſi quis ad illa confugeret, ſecurus, & exemptus maneret, niſi ob grauiſſimum ſcelus commiſſum ſe tali indignum reddidiſſet immunitate. Quod priuilegium deinceps etiam ad cœmeterium, eccleſiæ ambitum, Epiſcopi palatium, monaſteria, cœnobia, hoſpitalia, & oratoria fuit translatum, illorumque violationem tam ſacri canones, quam Imperiales leges ſub variarum pœnarum comminatione interdicunt.

SVMMARIVM.

1 *Protagoras, an Dij eſſent, dubitabat.*
Diagoras, & Theodorus Cyrenaicus dixerunt Deos nullos eſſe.
2 *DEVM omnipotentem eſſe, qui mundum regat Plato, Phærecides, Pythagoras, Parmenides, Empedocles, Zeno, Ariſtoteles, Meliſſus, Euclides, Cleanthes, & omnis ſapientum turba, cenſuit.*
3 *Iacob Domino in Bethel altare erexit.*
4 *Tabernaculum, & templum Domini in Silo.*
5 *Sacrificia DEVS prohibuit in excelſis collibus fieri.*
6 *Templi ædificationem DEVS Salomoni reſeruauit. nume. 8.*
7 *Templi ædificationem cur DEVS Dauidi prohibuerit?*
9 *Templi a Salomone ædificati forma, & amplitudo.*
10 *Alexander Macedo Iaddum Pontificem ſummo ſtudio adorauit, & coluit. nume. 11.*
11 *Immunitates Templo Hieroſolymitano ab Alexandro Macedone conceſſæ.*
12 *Chriſtiani Principes templa DEO ædificarunt, & immunitates illis dederunt.*
13 *Domum DEI, orationis domum, ſtatuit IESVS CHRISTVS, non autem ſpeluncam latronum.*
14 *Ioab confugit ad altare, vt eſſet immunis.*
15 *Author contra Tiberiũ Decianũ, qui negat confugium ad diuinum altare eſſe de iure diuino.*

16 *Diuinæ*

16 *Diuinæ domus pollutio ſemper abominata.*
17 *Templum Hieruſalem Sanctum, ſic lamentatur Ezechiel. num.* 18. *& Paulus Apoſtolus. nu.* 19.
20 *In Palatijs Regum immunes ſunt, & quanto plus in Diuina domo?*
21 *Authoris modeſta excuſatio.*
22 *Cylonis Athenienſis pulcra Hiſtoria. num.* 23. 24. 25. 26.
27 *Pauſaniæ Lacedæmonij Hiſtoria.* 28. *&* 29.
30 *Clotharius Galliæ Rex occiſus, eo quod eccleſiam incendit. nu.* 30.
31 *Horum, qui confugientes ad eccleſiam impediunt pœna, de iure communi.*
32 *Et de iure Regni.*
33 *Eccleſia nondum conſecrata num gaudeat legis immunitate. nu.* 34. *an ſi in ea officia diuina non ſint adhuc celebrata. num.* 35. 36. 37. *An ſi ſit interdicta? nu.* 38. *an ſi fuerit deſtructa ſuperioris authoritate. num.* 39. 40.
41 *Cœmeterium an gaudeat immunitate eccleſiaſtica? num.* 42. 43.
44 *Eccleſiæ ambitus, num immunitate gaudeat? nu.* 45. 46. 47. 48. 49.
50 *Epiſcopi Palatium, an immunitate gaudeat? nu.* 51.
52 *Monaſteria, an immunitate gaudeant? nu.* 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63.
60 *Monaſteria, & Cœnobia cum Epiſcopi authoritate eriguntur. num.* 61.
64 *Hoſpitalia, an gaudeant immunitate eccleſiæ? numero* 65. 66.
67 *Confugientes ad Eccleſiam extrahi non poſſunt ſine Papæ licentia.*
68 *Author viſitator Regius in Calabria.*
69 *Latrones publici, an gaudeant immunitate. numero* 70.
71 *Nocturni agri populatores num gaudeant immunitate. num.* 72. 73.
74 *Raptores virginum, & adulteri an gaudeant immunitate num.* 75.
76 *Homicida doloſus an immunitate gaudeat. num.* 77. 78. *&* 79.
79 *Aſſaſſinus an gaudeat immunitate?*
80 *Ciuitates refugij quibus proderant?*
81 *In ciuitate Beneuenti in Regno, quomodo ſeruetur.*
82 *Delinquens in eccleſia, an illius immunitate gaudeat? num.* 83. 84 86.
85 *Quid ſi in vna eccleſia delinquat, & confugiat ad aliam.*
87 *Exiliatus ad eccleſiam currere nequit.*
88 *Clericus delinquens in eccleſia, an gaudeat immunitate? num.* 89.
90 *Captus carceratus per iudicem laicum ſi ducatur per eccleſiam, an gaudeat immunitate?*
91 *Debitor tributorum, an gaudeat confugio ad eccleſiam? num.* 92. 93.
93 *Debitor æris alieni, an gaudeat immunitate?*
94 *Accuſatus, cui fuit decreta tortura, an confugio ad eccleſiam gaudeat? nu.* 95.
96 *Damnatus ad exilium perpetuum, an gaudeat immunitate?*
97 *Argentarij, ſiue bancherij publici, de co ſi an gaudeant immunitate?*
98 *Excommunicatus ab homine ſeruato iuris ordine, an immunitate eccleſiæ gaudeat? nume.* 99. 100.
101 *Caroli Tapiæ Regentis apud Catholicam Maieſtatem, laudes.*
102 *Monitio ad iudices, quo ad confugientes ad eccleſias.*
Author dum eſſet viſitator Regius in Calabria, quid viderit?
103 *Extrahenti per vim confugientem ad eccleſiam, imminet pœna excommunicationis de iure canonico, & pœna mortis, de iure ciuili. num.* 104. *&* 105.

TITVLVS III.

De his qui ad Eccleſias Confugiunt, & de immunitate Eccleſiarum.

NVlla natio vnquã tam barbara fuit, quæ non fateretur DEVM aliquem eſſe, qui molem hanc mundi maximam, & admirabilem regeret; proinde Protagoras qui
1 † eſſentne Dij aliqui, vel non eſſent? dubitare dixit; Diagoras autem, & Theodorus Cyrenaicus, nullos omnino Deos eſſe dixerunt, inde Athei dicti fuere, quorum deliria, & ipſe Cicero in commentarijs de Natura Deorum, alijq; Chriſtiani Theologi deridēt. DEVM enim omnipotentem eſſe, eiuſq;
2 Prouidentia † Mundum regi, Plato, Phærecides Syrus Pythagoras, Parmenides, Empedocles, Zeno Ariſtoteles Meliſſus, Euclides, Cleanthes, longaq; ſapientum, & Philoſophorum turba aſſeruit. Nec locus iſte hanc diſputationem requirit quã alibi ſummis tantũ labris aſſeruit. Sic Spiritu Sãcto ducti, viri Sancti DEO Altaria, Aras, domos, & Tẽpla ędificarunt, in quib. preces, & orationes ad eius Maieſta-
3 tem dirigerent. Vnde Iacob † ędificauit Domino Altare in Bethel, vocauit locum illum, Domum DEI, vt habetur *Geneſ. cap.* 35. cum prius eo in loco, illi loquutus eſſet DEVS, & proinde dixerat idem Iacob, quam terribilis eſt locus iſte? Non eſt hic aliud niſi Domus DEI & porta Cęli: vt habetur
4 *Geneſ. cap.* 28. Habuerunt † propterea Tabernaculum, & Templum Domini in Silo, vt patet *Ioſuę. cap.* 18. *cap.* 19. *& Iudicum. cap.* 18. omni tempore, quo fuit domus DEI in Silo. & *cap.* 20. dicitur, qui ſurgentes uenerunt in domum DEI hoc eſt in Silo conſulueruntq; dominum, & de Elcana habetur *cap.* 1. *Regum. cap.* 1. Et aſcendebat vir ille de ciuitate ſua ſtatutis diebus, vt adoraret, & ſacrificaret Domino exercituum in Silo, & alibi pluries in ſcriptura. Et quia ad huc Iſraelitæ domum DEO perpetuam non ædificauerant, cum præcepiſſet *Deuteronomii. cap.* 12. Non ſacrificabitis Domino DEO
5 veſtro ſuper excelſos † colles, ſed ad locum, quem elegerit Dominus DEVS veſter. Idcirco ſatagens Dauid, vt Templum Domino erigeret, cõmunicato cum Nathan Propheta conſilio, illeque habito a
6 DEO reſponſo, quod honorem hunc † Salomoni

eius

eius filio reseruasset, *lib.* 1. *Paralipomenon. ca.* 28. Dauid sic loquitur. Audite me fratres mei cogitaui, ut ædificarem domum, in qua requiesceret Arca fœderis Domini, & scabellum pedum DEI nostri, & ad ædificandum omnia præparaui. DEVS autem dixit mihi, Non ędificabis domum nomini meo, eo quod
7 sis vir bellator, † & sanguinem fuderis. Et postmodum *lib.* 2. *Regum. cap.* 7. inquit Dominus, cum compleri fuerint dies tui, suscitabo semen tuum post te, & firmabo Regnum eius, ipse ædificabit domum
8 nomini meo. Emit autem Dauid Arcam ab Orna † Iebusęo sexcentis siclis auri, vt scriptum est *lib.* 2. *Regum.* 24. *& lib.* 1. *Paralipomen. cap.* 21. Hæc Arca erat in Monte Horia, quo in loco Abraham obtulit Isaac filium suum, & in eo ędificauit Salomon Tem
9 plum Domino, forma † amplitudine, & Magnificentia opus omne superans opus ipsum septem annorum spacio consummauit, vt scriptum est, *lib.* 1. *Pa-*
10 *ralip. cap.* 3. *& deinceps.* Cumq; Alexander † Macedo expugnaturus Hierosolymam peteret, Iaddus Pontifex illi obuiam factus, cum sacerdotibus byssino albo amictis, ipseq; Pontifex Stola Hyacinthina auro distincta, Tyaram in capite gestans, cum præfixa aurea Lamina, in qua nomen DEI altissimi scriptum erat, quos cum a longe conspexisset Alexander ad illum accedens, nomen DEI adorauit, & equo descęsus Pontificem salutauit, & comiter complexus, deducentibus sacerdotibus, vrbem peruenit, in Templum ascędens immolauit, & cum illum
11 honorifice Pontifex in † domum eius habuisset & Templo immunitates. & Iudæis concessit. De his *Iosephus Antiquitat. Iudaicar. lib.* 11. *cap.* 7. *cap.* 8. *Ioanes Zonaras Annalium. li.* 1. Egressi insuper postmodum alii Principes, præsertim christiani, eccle-
12 sias † magnas, & Templa ædificarunt, in quib. cum sanctissima sacramenta repræsententur, & cotidie exhibeantur factum est, vt illis decor maximus, reuerentia, & immunitates exhiberentur; Et hinc Dominus Noster IESVS CHRISTVS excăduit,
13 dum inquit, Domus mea † domus Orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronũ, Innuęs nihil in ea incõueniens, fieri oportere. Hinc
14 Ioab securum se † credens ad Templum, & altare confugit, quo in loco ex Salomonis Imperio illum Banaias occidit, vt patet *lib.* 3. *Regum. cap.* 2. nec ego magnifacio quod I. C. grauissimus Tiberius Decia-
15 nus in loco, quem inferius recitabo † vix probet, an in templo DEI hæc immunitas iuris diuini sit, quando in legibus Moysis etiam ciuitates erant confugij delinquentium, quas enumeraui in commentarijs de Regis Catholici præstantia. *capit.* 47. *num.* 93. *cum pluribus seqq.* quanto maiori priuilegio, & immunitate gauderet Templum ob diuini numinis, & sacramentorum reuerentiam? Semper
16 enim pollutio domus † DEI abominata est, vt habetur *lib.* 2. *Paralipom. cap.* 36. Et Sedechiæ Regi, & gentibus eius, quod polluerunt templum Domi-
17 mini Sanctum, quod est † in Hierusalem, & monti per Angelum subsannabant, permisit, quod Reges Chaldæorum illos insultarent, & iuuenes eorum in gladio in circuitu Templi Sancti occiderent, vt patet *lib.* 3. *Esdræ. cap.* 1. Lamentatur per Ezechielem
18 Dominus *cap.* 23. quod polluerant † sanctuarium eius. De hoc Apostolus Paulus. 1. *Corinthiorum. c.* 3. inquit, si quis templum DEI violauerit, disper-
19 det illum † DEVS, si enim in Palatijs Regum, ac-
20 principum seruantur indemnes, & probrum † maximum indicatur ab illis aliquem extrahi, quanto peius erita DEI, sanctorumque palatijs illos eripi?

Lectores, ad quorum manus ista peruenerint, veniam mihi præstent, si aliqua re feram ad diuinarũ,
21 & † Christianarum Ecclesiarum, & Templorum gratiam ex Ethnicis Gentilibus Historijs, quibus addiscant, quomodo in casibus iustis, Ecclesiarum nostrarum decorem tueantur, ne Christiana religio a Barbarorum virtute vincatur.

22 Cylon quidã Atheniẽsis, vetustæ nobilitatis † & potẽs & qui Theagenis Megarẽsis Tyrãni filiã sibi matrimonio copulauerat, et qui Olympia vicisset, soceri copijs acceptis, conuocatisque amicis Atheniẽsium arcem occupauit ad Tyrãnidem aspirans, ciues illum obsidẽt, tam diu, vt cibariorum inopia, coacti, fuga sibi noctu consuluit, ciues potiti arce, socios inueniunt, qui ad aras prostrati supplices veniam precabãtur, quod Patriam, legesq; illius perfide violassent. Veruntamen furor, indignatioq; militum, supplicum aliquos veluti in ipso Deorum conspectu, alios ab aris extractos interficiunt. Aliquos in Iudicium deducunt, & dum causa agitur, Athenienſis populus vtrumq; iniquissimo animo tulit, quod fuissent Athenis, qui patriam proderẽt, & de Tyrannide cogitarent; Alterum, quod Deorũ Religio violata esset & ab ijs qui primi, *ut Diodorus Siculus cap.* 13. *ait*, de supplicibus, leges inuenerũt. Et insuper habere in illorum legibus sacrilegos esse qui e templis aliquod furatus esset, qui vero ex aris supplices auulserint non execrabiles arbitrari? vt scribit Xenophon de laudibus Agesilai. Cũ præsertim in ea ciuitate ARA MISERICORDIAE
23 inter † homines prius erecta est. Magistratus, Cylonis memoriam illorumq; posteritatum, atq; eorum qui cum illo conspirauerãt & qui Deorum Iura vio-
24 lauerant damnauerunt, † neue ijs in Attica, vt impijs, impuris, & abominãdis vlla commemorandi facultas esset. Hi cum ad Lacedęmonios se contulissent, nec fuere admissi. Quinimmo cum longo post tempore aliqui ex Cylonis familia se contulissent
25 Athenas, accusante Myrone † Phlyasio, a Solone, sortitione facta trecentorum virorum optimorum, & grauium iudicio commissa est. Tandem apud tãtos Iudices, non diuturnissimum tempus, non commiseratio infinitæ pene multitudinis, nil ius mortuorum, nihil inter puros, & impuros contracta ma-
26 trimonia. Itaq; pronunciarunt, Totam † Cylonią gentem migrare, & qui in Attica sepulti essent, horum ossa eruta, extra patriam eijci, proijciq; Huius rei meminit *Thucydides Belli Peloponnensiaci lib.* 1. *Plutarchus in Solone.* Eodem modo, & Lacedęmo-
27 nij † Pausaniam eorum Ducem virum grauissimũ, quod cum Xerxe Persarum Rege de prodẽda Græ-

cia

cia instituisset, cum in templum Palladis Chalcedoniæ confugisset, arbitrantes grande delictum esse, & cõsiderantes fasne esset supplicẽ e Templo educere, periculosius illis uisum Religionẽ numenq; contemnere, ideo Tẽpli fores obstruxere, & adi us oẽs muro circumdedere, & hoc modo salua religione, & sacris sanguinis effusione minime pollutis ine-
28 dia † morere tur illum sic punierũt, vt scripsit *AEmilius Probus in Pausania. Thucydides lib. 1. Plutarchus in parallelis cap.* 21. Hoc idem fecit Clotarius Gallię
29 Rex † qui vt occideret Vuilicarium Aquitaniæ Ducem, qui ad Templum Diui Martini Turonensis cõfugerat incendio Ecclesiam, & illum consumpsit. vt est author *Gregorius Turonensis Historiar. lib. 4. cap.* 18. *cap.* 20. quorum etiam memini *in Commentariis de Regis Catholici præstantia, cap.* 71. *nu.* 137. hęc duo
30 vltima exempla sunt, non † omnino admittenda. Omitto alia, hæc sufficiant Iudicia ex Historicis ad hanc Rubricam pertinentia.

Hoc ad ecclesias confugium delinquentibus, & facinorosis hominibus Põtificium Ius probauit, &
31 contrafacientibus † sacrilegium imputari *c. sicut antiquitas. c. reũ c. frater. c. miror c. quisquis. c. si quis.* 17. *q.* 4. *c. reos* 23. *q.* 5. *c. Inter alia. c. fin. extra de Immun. eccles. Idem cautum est de Iure ciuili. in l.* 2. *l. præsenti. C. de his qui ad eccles. confugiunt. de quo multa Nicol. Boer. in Decis. Burdegal.* 109. *Andr. Alciat. in tract. Præsumption. Regul.* 3. *Præsump.* 33. *Ioan Coras. Miscellan. iuris Ciuil. lib.* 5. *cap.* 23. *Remigius de Gonny in trac. de Immunit. eccles. cap.* 2. *nu.* 2. *cum pluribus seq. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 25. *cap.* 26. *Iul. Clar. in pract. crimin. q.* 30. *Anast. as. Germonius de sacror. Immunitatib. lib.* 2. *cap.* 16. *Nicol. Vigell. in Decis.* 72. *cent.* 1. *Guido Pap. in Decis. Delphin.*
32 121. *in princip. & hoc idem prouisum fuit de iure* † *regni: per regem Carolum secũdum, in c. Item statuimus quod Ecclesiæ in toto Regno*, Itaq; Regula sit, non posse quem extrahi ab ecclesia, & si extrahatur, non posse ad mortem damnari.]

Amplia primo hanc conclusionem procedere so-
33 lum, si ecclesia sit de episcopi consensu erecta, † & ædificata, etiam si adhuc consecrata non fuerit. *c. pen. vbi Doctor. de Immunit. eccles. voluit Archidiacon. in c. fin.* 17. *q.* 4. *Hostiẽs. Ioan. Andr. Henricus Bohic. Anton. de Butrio, Petr. de Anchar. Cardin. & Panor. in dicto c. penul. de immunitat. eccl. Didac. Couar. Variar. Resolut. lib.* 2. *cap.* 20. *numer.* 4. *Iuli. Clar. in Pract. Crim. q.* 30. *nu.* 5. *& post Laur. Ioan de Lignan. Card. Panor. Clauas. Canophyl. & Cucchum dixi ad Bellugam in specul. Principum, Rub.* 11. §. *Sed quia loquimur. in Verb. Nondum consecrata.*

Contra hanc ampliationem, quod saltem debẽt
34 diuina officia celebrari in ecclesia, licet † nondum consecrata, alias non gaudeat immunitate. *arg. tex. vbi glo in c. pen. de Immunit. eccles. vt Hostiensem tenere retulit Remigius in dicto Tract. de Immunit. eccles. amplation.* 1.

Tamen ampliationem veram esse, etiam si diui-
35 na officia non sint celebrata, † tenuerunt *Gulielm. de Monte Laudun. & Imol. in clem.* 1. *de pœnit. & remiss. Ioan. Fab. in l.* 1. *C. de his, qui ad eccles. confug. & Panor. in dicto c. penult. de Immunit. eccle. Gulielm. Mayner. in l. Nemo de domo. nu.* 21. *ff. de Regul. Iur.* Qui dicunt, quod *tex. in dicto. c. pen. de Immun. eccles.* dum
36 dixit, diuina mysteria celebrentur, exponi † debet, id est celebrari possunt. Adde *Cardin. in Concil.* 13. *Martin. Mesnard. in Epit. Legum Pontifical. lib.* 3. Titulo 49. dum dicit, in qua diuina mysteria celebra-
37 buntur, per verba futuri temporis. & sufficit † desti natam esse ad celebranda diuina officia dicit *Daniel Venatorius in Analysi Iuris Põtificij. lib.* 3. *Titul.* 49. *in Verb. Quæ forma. Ioan. Paul. Lancellott. Inst. Canonic. lib.* 2. *Titul. de Immunit. eccles. §. sed & conuiuia.*

38 Amplia secũdo gaudere immunitate † ecclesiam interdictam. *Goffred. de Trano in summa titu. de immunit. eccles. Angel. de Clauas. in summa. §. immunitas. num.* 27 *Iul. Clar. in dicta q.* 30. *numero* 6. *Tiber. Decian. in dicto tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 25. *nume.* 10. *Carol. Tapia in dicto c. Item statuimus. num.* 9. *& post Hostiens. Remig. de Gonny, de immunit. eccles. in verb. ecclesia interdicta. Decianus in dicto capitu.* 25. *numero* 26.

39 Amplia tertio in † ecclesia destructa superioris authoritate, & adest spes reædificationis, gaudet immunitate. Late *Remig. in dicto tract. ampliat.* 20. quem sequitur *Iul. Clarus in dicta q.* 30. *num.* 7. *& Tiber. Decian. in dicto cap.* 25. *num.* 27. dicens, quod
40 si tectum ceciderit, & muri † remanerent, immunitate gauderet ecclesia.

Amplia quarto immunitatem etiam cœmeteriũ
41 habere, vt multi relati † *a Remigio in dicto tract. in verb. cœmeterium. dixit ad Bellug. in Specul. Princip. rub.* 11. §. *sed quia loquimur. in verb. cœmeterio. Aluar. Vallas. in Decision.* 81. *in princ.*

Declarat hanc ampliationem, non procedere in cœmeterio distante ab ecclesia. *Tiber. Decian. in dicto cap.* 25. *num.* 28. cui ego accedo, vt tunc ecclesiæ
42 † immunitate gaudeat, quando est intra ecclesiæ ambitum, de quo infra, cum cœmeteria regulariter
43 ijs immunitatibus gaudeant, quod ſecularia † negotia in eo non tractentur, vt *in dicto c. inter alia. de immunit. eccles.* & scribit *Sebastian. Medices de sepulturis. par.* 1. *q.* 10. *num.* 4.

44 Amplia quinto, † quod ecclesia matrix in ambitu per quadraginta passus, & minor pro triginta gaudet immunitate. *dicto c. sicut antiquitus. c. quisquis inuentus.* 17. *q.* 4. *Ioan. Paulus Lancellot. institution. canonicar. lib.* 2. *tit. de immunitat. eccles.* Nec abatrijs. *Petrus Belluga in Specul. rub.* 11. §. *sed quia loquimur. num.* 1.

45 Declarat *Ioan. de Biohis* † *in c. diffiniuit.* 17. *q.* 4. *vti eum refert Remigius in dicto tract. Ampliatio.* 6. procedere, vt confugiens ad ecclesiam ita gaudeat
46 immunitate quo ad ambitum † ecclesiæ, si prius ingressus fuerit ecclesiam, & postmodum exiret in ambitu, alias, si non ingressus esset ecclesiam, non gauderet, & hæc opinio esset admodum rationabilis.

47 Verum in contrarium † se habet communis sententia,

tentia, vt etiam ſi ingreſsus non eſſet in Eccleſiam, ſed tantum in circuitu, & ambitu gaudeat. *Ex Oldrado in Conſil. 55. & alys, voluit idem Remigius in dicta ampliation. 6.* quæ opinio ſi pro conſtanti ponenda
48 erit, † non oportet effundere, quæ diſputant de Atrio, Porta, & porticu, quando ſunt intra paſſus ecclęſiæ.

49 Subdeclaranda eſt ſupradicta † ampliatio, vt infra illos paſſus, & ambitum, non ſit aliqua domus extranea laicorum, quia tunc immunitas vltra illam domum non extenditur. *vt in dicto c. diffiniuit. 17. q. 4. & poſt Anton. de Butrio. in dicto c. inter alia. voluit idem Remig. in dicta ampliation. 6.*

50 Amplia ſexto, Immunitatẽ † extendi etiam ad domum, ſiue palatium epiſcopi. *Oldrad. in Conſil. 55. Syluester Prierius in ſumma. §. Immunitas. 3. nu. 1.*

51 Limita prædictam † ampliationem procedere, quando epiſcopi palatium eſſet infra ambitum paſſuum, tunc gaudeat, & non alias. quod & ego olim aſſerui ad Bellugam *in Specul. Principum Rub. 11. §. ſed quia loquimur. in Verb. Domũ. vbi alios retuli. adde Oldrad. in Conſil. 55. & Remigium in dicto Tract. Ampliation. 15. Anton. Scappus de Iure non ſcripto. lib. 1. cap. 26. nu. 4.*

52 Amplia ſeptimo eccleſiarum † hanc immunitatem ad monaſteria etiam extendi, veniũt enim monaſteria eccleſiarum appellatione. *vt poſt Ioa. And. in c. 2. de Reſtit. in integr. in 6. voluit ibidem Dominicus de Sancto Geminiano nu. 6. verſ. quæro quid comprehendatur. quos refert, & ſequitur Remig. in dicto Tract. de Immunit. eccleſ. Ampli: 3. ſub. num. 9.* Quare
53 autem † his etiam non *communicentur Priuilegia*, cũ nullum detur Monaſterium, quin eccleſiam habeat?

Contrarium dicunt eſſe verum nonnulli, cum
54 Monaſteria eccleſiarum appellatione minime † contineantur. *vt in c. grandi. vbi gloſ. in verb. Monaſteriorum. de ſupplend. neglig. prælat. in 6. vnde Gulielm. de Monte Laud. in extrauag. ſuſcepti regiminis. nu. 2. Ne ſed. Vac. dixit,* vſum obtinuiſſe, monaſteria ſeu loca
55 collegiata † non contineri eccleſiarum ſignificatione. Et *AEgid. Bellamera in clem. Religioſi. nu. 125. de Decimis.* dicit ſecundum communem vulgi opinionem, Monaſteria, & prioratus Regularium communi eccleſiæ vocabulo non comprehendi, ſed tantum monaſteria, & prioratus vulgariter appellari.

56 Non tamen diſcedendum eſt a prima † opinione, cum monaſteria, & ſolitudines Sanctorum Patrum, ab initio naſcentis fere mundi ortum habuerint, ſic Deo Optimo Maximo placuit, vt monachorum ordinem in eremo conſtitueret, dum *lib. 3. Regum. cap. 17.* Eliæ præcepit, Recede hinc, & vade cõ-
57 tra Orientem, & abſcondere in Torrente † Carith. qui eſt contra Iordanem, & ibi de Torrente bibes coruiſq; præcepi, vt paſcant te ibi. Et tñ erat Vir piloſus, & Zona pellicea accinctus renibus, *vt patet lib. 4. Regum. cap. 1.* Sic poſtmodum in Ioanne Bapti
58 ſta continuata † eſt ſolitaria monachorum vita, qui portabat veſtimentum de pilis Camelorum, & Zonam pelliceã circa Lumbos ſuos. *vt habetur Matth. cap. 3. & Luc. 16.* de his *Ioanes Caſsianus de Inſtitutis cœnobiorum. lib. 1. cap. 1.* a quorum exemplo, cum diſcipulos idem Vitæ inſtitutum ſectantes, Monachorum, & Monaſteriorum ordines profluxere, a quibus quãta ſanctæ eccleſiæ, & Chri-
59 ſtianæ † Reipublicæ incremẽta ſucceſserint demonſtrant Pauli primi Eremitæ, Antonij, Charitonis, Iuliani Baſilij, Pacomij, Simpliciani, Martini, Hieronymi, Auguſtini, Benedicti, Dominici, Frãciſci, Bernardi, & aliorum quamplurium exempla, qui eorũ ſplendore mundum illuſtrant, & in cælum tãquam ſtellę ardentes, cum hymnidicis Angelorum choris Laudes, & Gratias D E I reddunt. Cumq; illorum Cœnobia, & Monaſteria ordinarijs epiſcopi licen-
60 tia † erigantur *c. de monachis. c. cellulas. 18. q. 2. c. cũ olim. il 2. extra de Priuileg. Aluar. Pelag. de Planctu eccleſ. lib. 2. cap. 21. in princ.* iam in eccleſiarum cœtũ annumerari plus quam notum eſt. Vnde inter eccle-
61 ſiaſticos † cœtus monaſteria poſuit Gregorius in c. multos. 54. Diſtinct.

Ideoq; in Chriſtiana Republica eccleſiarum pri-
62 uilegia monaſteriis eſſe tributa experientia † demonſtrat. Non enim obſtant Iura in aduerſum adducta, quia in odioſis, & minime proportionabilib. monaſteria non veniunt appellatione eccleſiarum,
63 † ſecus vero in fauorabilibus, *vt poſt Ioan. Andr. & Cardinal. concluſit Rota apud Paulum AEmilium Verallum. in Deciſ. 289. parte 1. quem refert, & ſequitur Anaſtaſ. Germonius de Indultu. §. Regularia. nu. 24. 25. Petrus de Ancha. in clem. diſpendioſam. nu. 2. 3. de Iudic. quem nemo iſtorum allegat.*

Amplia octauo eadem ratione, & Hoſpitalia epi-
64 ſcopi authoritate erecta eadem immunitate † gaudere. *vt voluit Arch. diacon. in c. definiuit. 17. q. 4. quẽ ſequitur Bald. in l. ſi quis ad declinandam. §. in omnib. nu. 21. c. de epiſcop. & Cleric. Paul. de Caſtro, & Angel. de Caſtro filius in conſil. 458. Vol. 2. Petr. de Anchar. in Clem. diſpendioſam. nu. 2. 3. de Iudic. & Alexand. in Conſil. 9. col. 1. Vol. 2. arg. l. omnia vbi Bart. c. de ſacroſ. eccleſ. Plene Remig. in Tract. de Immunit. Eccle. Ampliation. 17. in Verb. Hoſpitalia. & nouiſsime Renat. Choppin. lib. 2. Monaſticon, ſiue de Iure Cœnobiorum.*
65 *Titul. 1. articul. 27.* Et ſicut Hoſpitale, ſi non eſt † priuatorũ, ſed epiſcopi authoritate ordinatum gau-
66 det ea immunitate, eodem modo, & † Oratorium ſimili authoritate conſtitutum, vt dicunt præfati Doctores. *Aluar. Valaſc. in Deciſ. ſiue conſult. 105. nu. 12. 40 43.*

Limita primo Regulam, quod licet qui confugit
67 ad eccleſiam ab illa extrahi non poſſit, † ſecus tamen erit, ſi de licentia ſummi Pontificis id fiat. *vt habetur in c. vxor Felicis. 17. q. 4. voluit Tiber. Decianus in Tract. Crimin. lib. 6. cap. 27. nu. 4.* Et dum paulo ante pro Viſitatione Regia contra Regni omnes Magiſtratus in Prouincijs Calabriæ fuiſsẽ, cui one-
68 ri biennio circiter † vacaui, Diploma ſummi Pontificis habui, quo nõ totum ad examinandas religioſas perſonas fæculares, & Regulares, poteſtas mihi a ſummo Pontifice Paulo quinto, tributa fuit, ſed a quibus Vis eccleſiis, Monaſterijs, & locis pijs conceſſa

cessa extitit, exceptis tantum monialibus & illorum monasterijs.

Limita secundo latrones publicos, grassatores,
69 qui in vijs publicis insidiose prætereuntibus † nocent, & pecunias, aliaque bona deprædantur, qui si ad ecclesias confugiunt, inde impune extrahi possunt, *vt in dicto c. inter alia. & in c. sicut antiquitus. 17. q 4. Oldrad. in consil. 154. num. 2. Iodoc. Damhauder. in Enchirid. crimin. cap. 106. num. 19. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 109. nu. 3. Iul. Clar. in pract. crimin. q. 30. nu. 9. Thom. Gram. in consil. crim. 37. sub num. 14. in consil. 59. num. 4. Ioannes Milleus in Praxi crimin. §. Hoc exacto. in verb. locum sacrum. num. 20. fol. 40. in paruis. Guido Papæ in decis. Gratianop. 121. in fin. Bernardinus Plotus in consil. 32. num. 17. 19. volum. primo crimin. diuersor. Dixi ad Bellugam in Specul. Principum. Rub. 11. §. sed quia loquimur. in verb. latrone. nouissime Ioan. Bonifacius in tract. de furtis. §. quod iure naturali. num. 65. Remigius in loco allegato. Fall. 1. Petr. Rebuff. in constit. Franciæ. tomo 2. titul. de immunit. eccl. articul. primo. glos. 2. nu. 2. dicit*, quendam qui noctis tempore crumenam cum decem libris furatus fuerat, & cum confugisset ad ecclesiam, ab illa extractum fuisse. *Tib. Decian tract. crim. lib. 6. cap. 28. nume. 2. Anton. Gamma in decis. Lusitan 171 in princip. Ludo. Roman. in consil. 226. incip. spectabilis. num. 2. Hippoly. Bonacossa. in commun. opin. crimin. §. ecclesia. parte 1. Didac. Couar. variar. resolut. lib. 2 cap. 20. nu. 13. vers. 19. vbi dicit in Hispania etiam fures simplices*
70 *templorum* † *immunitate non gaudere. Io. Berber. in Viat. iuris. parte 1. Rub. 33. nu. 2.*

Limita tertio immunitate ecclesiæ non gaudere
71 † nocturnos agrorum depopulatores. *vt in dicto c. inter alia.* vbi Panor. dicit facere differentiam inter latronem publicum, & nocturnum agrorum depopulatorem. Et in hoc dubium non est, quia latro nocet illi soli cui furtum facit, & bona eripit. Depopulatores nocturni agrorum vastatores sunt,
72 † incidentes vineas, incidentes arbores, omnia fata metentes, quod facere solent inimici, & milites in campestribus inimicorum, vt illos priuent victu, & alimentis, depopulator enim omni populo fruges, & victualia eripit, & inde dicitur depopulator quasi populi res deuastans. Et cum isti deuastando fruges, vineas alimenta omni populo subtrahant, eidem populo mortem accersunt, & il-
73 lum necare † dicuntur. *cap. pasce. 86. distinction. l. necare. ff. de liber. agnoscend.* non mirum igitur si ea immunitatis prærogatiua vti nequeant. quod tenuit etiam *Remigius in dicto tractat. Fallent. 2. Iul. Clar. in dicta quæst. 30. num. 9. Tiberi. Decian. in dicto lib cap. 28. nume. 3. Ludouic. Roman. in consil. 226. incip. spectabilis. num. 2. ante eos Oldrad. in consil. 154. nu. 2. Ioan. Berberi. in viator. iuris parte 1. Rub. 33. de violatorib. immunit. num. 2. Masuer. in pract. titul. de Iudicib. & eorum iurisd. num. 18.*

74 Limita quarto raptores virginum, & adulteros immunitatem ecclesiarum non iuuare, quia committentes talia crimina nullo loco sunt securi. Authent. *de Mandatis princip. §. sed neque. Cyn. in l. præsenti. C. de his, qui ad eccle. confug. Hyppolit. de Marsil. in Rep. l. Vnicę. sub nu. 109. c. de raptu virgin. Ioan. Mille. in Praxi crim. §. hoc exacto. num. 14. in verb. locum sacrum. fol. 39. textusque dictæ authenticæ est Nouella. 17, Iustiniani, quo in loco Iacobus Cuiacius dixit, in criminalibus non seruari ius asyli, in sicarijs, adulteris, raptoribus virginum.*

Declara tamen hanc limitationem procedere de
75 iure ciuili, non autem de iure canonico † *vt dicit glo. in dicto c. inter alia. in verb. publicus latro. Hostiensis in summa. tit. de immunit. eccles. § in quantum. col. 2. ver. alias. & in dicto c. inter alia. vers. si liber. extra. eo. tit. vbi dicit, quod in hoc leges corriguntur. Henricus Bohic in c. pen. eo. tit. Ioan. Fab. in dict. al. 1. C. de his, qui ad eccles. confug. Paul. de Castro in consil. 68. Barthol. de Cassan. in consuetud. Burgund. Rub. 1. §. 5. in verb. si l nagrace. num. 111. cum pluribus seq. Iul. Clar. in pract. quæst. 30. sub num. 20. Hippoly. Bonacoss. in commun. opin. crimin. §. ecclesia. parte prima.*

76 Limita quinto non procedere † immunitatē, nec illa gaudere homicidam, qui dolose ex proposito, ac appensate, non incidenter simile delictum commisit, sed animo deliberato. *c. 1. de homicid. Io. Milleus in pract. crim. in loco allegato. nu. 19. Petr. Plaza in epitom. delictor. lib 1. cap. 21. nu. 7. & dixi ad Petr. Bellug. in Specul. princip. Rub. 11. §. sed quia loqui-*
77 *mur. in verb. latrone.* Tanto plus † si proditorie factum dicatur. *Panor. in dicto c. inter alia. Guido Papæ. in decis. Gratianop. 121. in fi. Tiber Decian. in dicto*
78 *li. 6. c. 28. nu. 12.* In † assassino qui similiter gaudere
79 non debet ob excogitatum delictum, † dolo, & pecunia, vel simili causa patratum. *vt ex multis tradit Couar. variar. resolut. cap. 20. nu. 7. lib. 2.* Nec dubitandum esse censeo, quod ab ecclesia extrahi debeant, qui animo deliberato, non in rixa nouiter, aut incidenter delictum commiserint. *Ioan. Gall. q. 351. in decis. 989. nu. 2. vol. 1. Masuer. tit. de iudicib. nu. 18.* cum Ciuitates Refugij a DEO ordinatæ
80 in Sacra Scriptura illis tantum proderant, † qui casu, & nolentes, id fecissent, non autem præmeditata intentione, *vt est videre Numeri cap. 35. Deuteronomij. cap. 4. cap. 19. Iosuæ. cap. 20. apud Iosephum Antiquit. Iudaicar. lib. 4. cap. 7. apud Philonem Iudæum. in lib. de Profugis. & dixi plenius de Regis Catholici præstant. cap. 47. num. 91. cum plu-*
81 *ribus sequen.* Quamquam videam † in Ciuitate Beneuenti recipi indistincte omnes delinquentes, vt credo non Pontificum voluntate, sed magistratuum auiditate id fieri. Ad hanc limitationem adde *Ioan. Gallum. quæst. 351. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 109. num. 3. Francisc. Marc. in decis. Delph. 989. nu. 3. vol. 1. Masuer. in pract. tit. de iudicib. sub num. 18. Ioan. Berberij in viatorio iuris. Rub. 33. de violatoribus immunitatum. nu. 2.*

82 Limita sexto non procedere † in delinquente in ecclesia, non enim gaudebit illius immunitate. *c. fin. de immunit. eccles. Innocent. in cap. inter alia eo. titul. & Collectar. in dicto capit. fin. dicit:* non

solum procedere, quo ad delicta in illo textu enumerata, † sed in quolibet delicto, *Didacus Couar. variar. resolu. lib. 2. cap. 20. nu. 15. vers. 15. Io. Mille. in Praxi crimin §. Hoc exacto. num. 21. Iul. Clar. in dicta q. 30 nu. 15. Nicol. Boer in decis. Burdegal. 109. sub num. 3. Guido Papæ in decis. Gratianop. 12 . sub num. 3.* Et ita arbitror esse tenendum, *cum tex. in dicto c. fin. & rationes in illo narratæ militent in om-*

84 *ni casu.* Nec distinctio Hostiensis, † quam refert Remig. *in Fall. 3.* recipienda est, cum sit contra expressam dispositionē illius canones. *Farinacc. quæst. Crim. 28. nu. 25. And. Alciat. in tract. Præsumpt. Regul. 3. præsumpt. 33. nu. 3. Octauian. Vulpell. in Consil. 130. num. 7.*

85 Limita septimo † tanto plus procedere, si quis delinqueret in vna ecclesia, & ad aliam confugeret, *vt optime concluſum est per Cappell. Tholosan. in decis. 422. & dixit ad Bellug. in Specul. Princip. Rub. 11. §. sed quia loquimur. in verb. Latrone. ver. Delinquens. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 110. nu. 10. Franciſc. Marc. in decis. Delphin. 989. volum. 1. Iul. Clar. in dicta q. 30. nu. 16.*

86 Limita octauo in eo, qui † commisit graue delictum, immunitate Ecclesiastica indignum, confugit ad ecclesiam, capitur a iudice laico, committit magnam resistentiam, pro qua condemnatur ad triremes, & exilium, atque ictus fustium, & antequam sententia exequeretur petit pro causa principali restitui ecclesiæ, fuit iudicatum dari, & inferri pœnam pro hac vltima causa, & illa finita remitti ad ecclesiam. *arg. dictorum per Cappell. Tholos. in dicta decis. 422. & Nicol. Boer. in decis. 110. ob quæ iura ita decreuit Senatus Lisitanus, vt per Anton. Gammam. in decis. Lusitan. 52.*

87 Limita nono, non procedere † immunitatem in condemnato in exilium, qui non potest post condemnationem confugere ad ecclesiam. *Ita Ioannes Lucius Placitorum Curiæ. tit. 2. Placito 1.*

88 Limita decimo, nec clericum † delinquentem gaudere immunitate confugij ad ecclesiam. *Abb. Panor. in c. inter alia. de Immunit. eccles. Angel. de Clauas in summa. §. Immunitas. nu. 14. Ioan. Gallus q. 351. Didac. variar. Resolution lib. 2. cap. 20. nu. 16.*

89 Ego vt breuiter fateor non possum † non mirari in hac quæstione, censeo enim, quod confugientibus ad ecclesiam data est immunitas a cognitione iudicis sæcularis, vnde delinquente clerico, si non punitur a sæculari, & laico iudice, nec possit secundum eos, nec ab ecclesiastico capi, sequerentur plura inconuenientia quia clericorum facinora transirent impunita, & daretur maior ansa fauoris ab ecclesia clerico delinquenti, quam sæculari, & ideo alijs relinquo, vt hoc maturiori iudicio cōsiderent, referendo me ad ea quæ dico infra *Titul. de Clericis. & Sacerdotibus. nu.....*

Limita vndecimo, non procedere, nec habere locum, vel confugium, neque ecclesiæ immunita-

90 tem operari, quando † quis ducitur captus per iudicem laicum per ecclesiam, vel cœmeterium, & inde violenter extrahitur per eundem magistratum laicum, quia est licita extractio, nec dicitur violari ecclesiam, aut illius immunitatem. *Archidiacon. & Hostiens. in cap. sicut antiquitus 17. q. 4. Oldrad in cons. 14. Ioan. Lopez de Palatios Rubrios in Rep. Rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 38. num. 4. fol. 47. Franciſc. Marc. in decis. Delphinal. 989. num. 1. vol. 1. Hippolyt. de Marsil. in Rep. dictę. l. vnicæ. nu. 115. c. de Raptu Virgin.* Et ita etiam fuit in Senatu Lusitano iudicatum, *vt testatur Anton. Gamma in decis. Lusitan. 141. num. 1. Tiber. Decian. lib. 6. cap. 27. num. 30.*

Limita duodecimo, non procedere pro tributo-

91 rum debito, pro quo non tuetur illum † confugiū ad ecclesias, sed potest extrahi. *Oldrad. in consil. 54. arg. l. Nemo carcerem. C. de exactorib. lib. 10. Alber. de Rosate. in prima parte statutor. q. 39. Iacob. de Belluis. in Pract. tit. de Fuga reor. col. 2. Henricus Bohic. in c. pen. col. 2. in fin. ver. si fugiens. extra de immunit. eccles. Ioan. Andr. ad Specul. tit. de immunitat. eccles. in Addit. incip. eo.* vbi dicit immunitatem non pro-

92 cedere † quo ad ius bursale. *Petr. de Anchar. in c. inter alia. eod. tit. Angel. de Clauas. in sūma. §. immunitas. prim. nu. 26. Sylvester Prier. in summa. in verb. immunitas. q. 3. vers. Sextum fugiens. Nicol. Boer. in consuetud. Bituricens. titul. Des Coustumes concernans les luges, & leurs iurisdiction. §. 13. in Apostilla marginali. incip. Adde quod debitor. vbi allegat Angel. in l. 2. c. de his, qui ad eccles. confug. & ita dicit fuisse diffinitum idem Boer. in decis. Burdegal. 109. in princ. & in decis. 215. nu. 7. quem plene sequitur Petr. Rebuff. in constit. Galliæ tomo. 2. titul. de immun. eccl. Glos. 2. per totam. Barth. de Cassan. in consuetud. Burgund. Rub. 1. §. 5. in verb. s'il na grace. Remig. de Gonny de immunit. eccles. Fallent. 27. Anton. Scappus de iure non scripto. lib. 1. cap. 24. num. 5.* Tetigi aliqua de Regis Catholici præstantia. *cap. 71. casu 50. nu. 129. plenius in cons. 57. nu. 6. Centur. 2. Ioan. Lucius Placitorum Curiæ. tit. 2. Placito. 3.* vbi indistincte di-

93 cit æris alieni debitorem † Ecclesiastica immunitate non gaudere. Quo vero ad debitores Tributorū, quod non gaudeant immunitate ecclesiastica, vt in Authen. de Mandatis Principū §. publicorum vero tributorum. est Nouella. 17. vbi hoc annotauit Cuiacius.

94 Limita decimo tertio, non gaudere † immunitate ecclesiastica accusatum de aliquo crimine, etiā si non constet plene, sed fuisset ei solum decreta tortura, vbi pluries a Senatu decisum scribit *Anton. Gamma in decision. Lusitaniæ. 179. num. 1. 2.* Nec obstaret, quod delictum non constaret per veras probationes, sed tantum per indicia, ex quibus

95 posset ad torturam deueniri, quia † similiter immunitate gaudere non debet. *Idem Gamma in decis. Lusitan. 281.*

96 Limita decimo quarto, non † gaudere immunitate ecclesiæ eum, qui fuit damnatus ad perpetuum exilium, vel triremes ad remigandum, *vt dicit idem Anton. Gamma. in decis. Lusitaniæ. 362. nu. 2.*

97 Limita decimo quinto, † Argētarios, (siue quos vulgus appellat publicos Bancherios) decoctos

non

non gaudere eccleſiæ immunitate, *vt per Nicol. Boer. in Deciſ. Burdegal.* 215. *nu.* 7.

98 Limita decimo ſexto, excommunicatum † excludi ab immunitate eccleſiaſtica, quando eſt excommunicatus ab homine ſeruato iuris ordine, *vt concludit Hoſtienſ. in c. fin. de Immun. eccleſ. & in ſumma eo. tit. §. in quantum. verſ. quid ergo.*

99 Contrarium tenuit. *Nicol.* † *Boer. in Deciſ.* 110. *num.* 4. *cum ſeq. Iul. Clar. in dicta quæſt.* 30. *num.* 10. *Didac. Couar. Variar. Reſolut. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 11. *Remigius de Gonny. in tract. de Immunit. Eccleſ. Fall.* 19. *num.* 1.

100 Primam opinionem tenui ad † Bellugam *in Specul. Principum. Rub.* 11. *§. ſed quia loquimur. in verb. Latrone. verſ. Ego autem.*

Plura dicerem in hac Rubrica, quę non curo, cum ea tantum tango, quæ a ſcriptoribus Deciſionum tacta ſunt. Sed qui volet plene tractatam hanc materiam, *vltra Remigium in dicto tractatu videat eundem Tiberium Decianum in dicto tract. Criminal. lib.* 6. *cap.* 25. *cap.* 26. *cap.* 27. *cap.* 28. *& poſt Conſal-*

101 *uum de Pace in ſua Praxi* † *D. Meus Carolus de Tapia Regens. in c. Regni. Item ſtatuimus quod eccleſiæ. in noua Recompilatione Iurium Regni Neapolitani.* Aduertant tamen tam Eccleſiaſtici, quam Laici ſuperiores Magiſtratus, vt eo modo hanc Machinam ſeruent, vt Sanctis Eccleſijs ſuus decor immunitatis ita gubernetur, non tamen ſub hac libertate fa-

102 cinora perpetrentur, quia dum † biennio fere Regius Viſitator in Prouincijs Calabriæ aſſiſterem, nullam fere eccleſiam vidi, quæ ad minus triginta, & quadraginta delinquentibus non eſſet plena, qui reiterabant tria, & quatuor homicidia, & iterũ ad eccleſiam introibant, conniuentibus quandoq; Magiſtratibus, & vtinam non pecunia, ad inquiſitiones per me formatas me refero, quæ in ſuprema Hiſpaniæ curia reperiuntur.

Antequam finiam, dicendum eſt, eum qui con-

103 fugientem ad eccleſiam per vim † extraxerit, pluribus pœnis ſubiacere, iure enim humano, & ciuili, læſæ maieſtatis crimine puniri. *argum. l. præſenti. in princip. §. de his. qui ad eccleſ. confug. Panor. in cap.*

104 *pen. in fin. de Immun. eccleſ.* quo iure † pœna mortis imminet, *vt voluit Ioan. Berber. in Viatorio iuris. parte prima, tit. de Violatorib. Immunitat. nu.* 1. *parte prima.* Iure canonico eſt pœna pecuniaria, & ex-

105 communicatur. † *vt in dicto. c. miror. c. ſi quis contumax.* 17. *q.* 4. *Hoſtienſ. in ſumma. tit. de Immunit. eccleſ. §. fin. Ioan. Fabri in l.* 2. *C. de his, qui ad eccleſ. confug. Sylueſt. de Prier. in ſumma §. Immunitas.* 3. *q.* 7. *Angel. de Clauas. in ſumma. §. Immunitas. num.* 21. *Anton. Florentin. in ſumma. parte.* 3. *tit.* 12. *cap.* 3. *§.* 3 *Steph. Aufrer. ad Cappell. Tholoſ. in deciſ.* 422. *incip. Item fuit quæſitum, an ſi aliquis. Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal.* 110. *per totam.*

ARGVMENTVM.

Dominus noſter IESVS CHRISTVS Diuum Petrum ſuum Vicarium in terris conſtituit, cuius ſucceſſor eſt Summus Pontifex, a Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus in conclaui in loco ſolito electus, ordinariam in omnes totius mũdi eccleſias poteſtatem habens, & ab omni ſubiectione liber.

SVMMARIVM.

1 *IESVS CHRISTVS omnem poteſtatem, & omne Imperium habuit.*
2 *Iuriſdictionem CHRISTVS eccleſiaſticam, & profanam in D. Petrum ſuum ſucceſſorem tranſtulit.*
3 *Pontifex Maximus vtrumque gladium habuit, Eccleſiaſticum, & temporalem.*
4 *Papa eſt omnia, & ſuper omnia.*
5 *Papæ electio ad Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ pertinet.*
6 *Cardinalium præſentium duæ partes Pontificem eligunt.*
7 *Vnus ſi Cardinalis ſuper eſſet, ad illum ſpectaret Sũmi Pontificis electio.*
8 *Papę electio facienda eſt in conclaui in loco ſolito, ſi commode fieri poteſt, niſi melior ſe facultas offerret. num.* 9.
10 *Summus Pontifex, omnium eccleſiarum totius Mundi eſt ordinarius.*
11 *Manus vbi imponit ſummus Pontifex, alij ordinarij ceſſabunt.*
12 *Pontifices duo eodem tempore eſſe nequeunt.*
13 *Eccleſiaſticæ, & Spirituales res totius Chriſtiani orbis Pontificis iuriſdictioni ſubiacent.*
14 *Papæ nemo poteſt dicere cur ita facis, claue diſcretionis non errante. nu.* 15.
16 *Papa iudicat omnes, & ipſe iudicatur a nemine.*
17 *Papa, & Chriſti vnum eſt conſiſtorium, & quod Papa promulgat, dicitur a DEO promulgatum.*
18 *Papa poteſt Papatui renunciare, & facere id poteſt ſua authoritate, non coram Cardinalibus. num.* 19.
19 *Cæleſtinus Vir Sanctus Papatui renunciauit.*

TITVLVS IV.

De Summo Pontifice.

IESVS CHRISTVS omnem in terris habuit poteſtatem † omneq; Imperium, *vt dicit Rota Romana in Antiquis in Deciſ.* 40. *incip. Vtrum valeat conſuetudo. prope finem.* Ille autem omnem

fuum ſpiritualem, & temporalem, eccleſiaſticam, &
2 profanam † tranſtulit in Diuum Petrum, ſuum Vicarium, & ſucceſſorem, & idcirco vtrumq; gladium
3 † habet, & ſpiritualem, & temporalem. *vt dicit eadem Rota. in Nouis. In Deciſ. 200. Incip. Inferior. Ioã. de Capiſtrano de Poteſtate Papæ, parte. 1. & iterum. parte. 3. Alphonſus Aluarez in ſpecul. Roman. Pontificis. cap. 16. verſ. Reſpondetur. Franciſc. Burſatus in conſil. 90. num. 23. vol. 1. Nicolaus Intrigliol. de Feudis. Centur. 2. Articul. 82. nu. 132. Reſtaur. Gaſtald. de Imperator. q. 50. nu. 2. Petr. Cenedo parte. 3. collectan. Iuris Canonici. 167. nu. 1. Aluar. Pelag. de Planctu eccleſiæ. li. 1. cap. 45. & cap. 60. Franciſc. Pegna ad Eymericum in Director. Inquiſitor. parte. 1. Commentar. 8. Alexander Raudens. I. C. omnibus numeris abſolutus in Deciſ. Piſana. 51. num. 6.* & ego vltra omnes, qui forte antea ſcripſerint ex ratione naturali, ſcriptura ſacra, veteri, & noua, Canonibus, Legibus, Theologis, Doctoribus Vtriuſq; Iuris, exempliſq; Hiſtoriarum dixi, in Commentario de Pontificia vtriuſque gladij poteſtate, quam Rogante Illuſtriſſimo olim Vincentio Cardinali Iuſtiniano ſcripſeram, & manuſcriptum miſi Paulo Quinto ſummo Pontifici manu Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Domini Benedicti Cardinalis Iuſtiniani.

4 Papa eſt omnia, & ſuper omnia. † *Matth. de Afflict. in Deciſ. Neapol. 265. nu. 14. Cardinal. Pariſius in Conſil. 5. num. 71. Vol. 4. Gulielm. Redoar. de Reb. eccleſ. non alienand. Titul. de author. Prælat. in alienat. inte ponend. cap. 4. Incip. Papa. nu. 34. 35. Sylueſter Aldobrandin. In Conſil. 1. num. 18. Vol. 1. Ioan. Baptiſta. Coſta. de Facti ſcien. & ignorant. Centur. 2. Diſtinct. 38. nume. 13. & ego late in dicto Tract. de Pontificia vtriuſq; gladij poteſtate. Marc. Anton. de Amatis. in Deciſ. Marchiæ. 4. nu. 13.*

5 Papæ electio ad Sanctæ Romanæ † Eccleſiæ Cardinales ſpectat *arg. c. Innomine Domini. 23. Diſtinct. Voluit Nicol. Boer. in Deciſ. 31. nu. 7. Franciſcus Marcus in Deciſ. Delpinal. 1295. vol. 1. Sebaſtian. Medices in Summa Hæreſum. §. electio Põtificis. Quintilian. Mandos. in Gloſs. Facultat. §. Conſiderantes. in Verb. Cardinales. Ioan. Coraſius in Paraphraſi Sacerdot. cap. 8. ſub nu. 2 parte. 1. dico ego de Feudis Dignitatum lib. 2. cap. 1. nu. 2. c. 2. nu..... dixi antea de compromiſſ. §. 2 glo. 1. nu. 328. cum pluribus ſeq. Vincent. de Franchis in Deciſ. Neap. 2. nu. 9.*

6 Declara primo, duas partes Cardinalium † præſentium eligere debere ſummum Pontificem. *Franciſc. Marc. in Deciſ. Delphin. 936. nu. 2. 3. 15. & in Deciſ. 941. nu. 5. Vol. 1. Nicol. Boer. in Deciſ. Burdeg. 1. nu. 69. in Deciſ. 31. nu. 7. Archidiac. in dicto c. In nomine Domini. Philipp. Franc. in c. Vbi periculum. de elect. in 6. Paul. de Eleazar. in clem. Ne Romani. de elect. & ibi Ioan. de Vanquel. in §. Porro. Cõcluſion. 2. Martin Laudẽs. in Tract. Cardinal. §. 29. & in Tract at. de Principibus. §. 3. dixi de compromiſſ. in dicta gloſſ. nu. 331. Anton. Capic. in Deciſ. 114. nu. 5. & 7.*

Declara ſecundo, quod etiam ſi vnus ſupereſſet
7 Cardinalis, ad illũ ſpectaret ſummi Põtificis † electio. *ex glo. in dicta Clem. Ne Romani. voluit Franciſc. Marc. in dicta Deciſ. 936. nu. 15. vol. 1. & ego in dicto Tract. de compromiſſ. §. 2. gloſ. 1. nu. 329. Sed vt dicit Ioan. de Vanquel. in dicta clem. Ne Romani. §. Porro. conclu. 1. vbi dicit ex Hoſtienſe, quod talis caſus* DEO Annuẽte, nunquam ſuccederet. Dixi etiam *in Conſili. 70. nu. 28. centur. 1.*

8 Papæ electio facta extra conclaue, ad † locũ ſolitum, non valet, *vt dicit Franciſc. Marc. in Deciſ. Delphin. 1033. in fin. vol. 1.*

9 Declara tamen ſi commode fieri poteſt, † alias ſufficit, vbi melior ſe facultas obtulerit. *vt arg. dicti c. In nomine Domini. 23. Diſtinct. voluit Gloſ. in c. cum terra. in Verb. In quo. extra de electionib. Franciſc. Marc. in Deciſ. Delphin. 1033. in fin. vol. 1.*

Summus Romanus Pontifex, totius Mundi, om-
10 niumque eccleſiarum eſt ordinarius. † *vt inquit AEgid Bellamer. in Deciſion. 754. Alexand. Raudenſ. in Deciſ. Piſan. 50. nu. 9. Franciſc. Marc. in Deciſ. Delphin. 249. in deciſ. 658. nu. 3. vol. 2. Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib. 2. Tit. de ſacroſ. eccle. definition. 21. & lib. 6. tit. 1. definit. 6. nu. 1. in alleg.*

Et ideo vbi ſummus Pontifex ſe intromittit, &
11 manus apponit, alij ordinarij ceſſabunt, & ſe † intromittere, & nihil facere poſſunt. *arg. c. Vt noſtrum vbi tract. de Appellat. Ioan. Paponus lib. 2. Titul. 8. in Arreſto. 15. Hieronymus Gabriel. in Conſil. 166. nu. 6. vol. 1. Franciſc. Marcus in Deciſ. Delphin. 138. nu. 1. vol. 2. Cardinal. Puteus in Deciſ. 180. in fin. lib. 3. Ioan. Papon. lib. 2. Tit. 8. Arreſt. 15. Borgnin. Caualcanus in Deciſ. 5. nu. 79.*

Duo Pontifices eodem tempore eſſe nequeunt
12 † *argum. c. In apibus. 7. quæſt. 1. vt ſcribit Franciſc. Marcus, in Deciſ. Delph. 949. nu. 6. vol. 1.* quia eſſet contra Symbolum Sanctorum Apoſtolorum, Vnã Sanctam Eccleſiam Catholicam. de qua Paulus Apoſtolus *ad Epheſæos. c. 4.* Vnum corpus, (inquit) vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis, in vna ſpe vocationis veſtræ, vnus Dominus, vna fides, vnum Baptiſma. *Ioan. de Selua in tract. de Benefic. parte. 2. q. 2. num. 4. Aluar. Pelag. de Planctu Eccleſ. lib. 1. cap. 24. Lancellott. Conrad. in Templo omn. iudic. lib. 2. cap. 1. de Pontifice Maximo. q. 3. incip. quia contingere poteſt. num. 10. Franciſc. Pegna ad Eymeric. in Director. Inquiſ. parte 1. commentar. 8. plures referens Petr. Cenedo collectan. Iuris Canonici. part. 1. Collectan. 11. num. 1.*

13 Spirituales, & Eccleſiaſticæ res totius † Chriſtiani Orbis, Summi Pontificis Iuriſdictioni ſubiacent, *vt concludit nouiſſime Hartaman. Hartamannus Obſeruation. lib. 2. Titul. de Matrimonio. cap. 8.*

14 Papæ nemo dicere poteſt cur ita facis? † *Hieronym. de Laurentijs in Deciſ. Auento. 133. num. 18. Ioan. de Capiſtrano de Poteſtat. Papæ. parte 3. fol. mihi. 130. Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib. 1. Titul. 2. Defin. 10. num. 7. in alleg.*

15 Declara, claue diſcretionis † non errante. *vt dicit Franciſcus Marc. in Deciſion. Delphinal. 1122. num. 11. vol. 1.*

16 Papa iudicat omnes, & ipſe iudicatur † a nemine.

ne.

ne. *Anton. Faber in Codice Fabriano. lib. 1. Titul. 2. Defin. 10. nu. 7. in allegationib.*

Papæ, & CHRISTI idem est consistorium
17 † & quod papa promulgat, a DEO promulgatũ dicitur. *Francisc. Viui. in Decis. 191. nu. 16. Alexand. Raudens. in Decis. Pisana 50. nu. 9. Aluarus Pelagius de Planctu Eccles. lib. 1. cap. 29. Petr. Cenedo Collectar. Iuris Canon. parte. 1. Collectan. 47. sub num. 3. in fin.*

Papa potest papatui, eiusque dignitati renun-
18 ciare. † *vt argum. c. 1. de Renunciation. in 6. voluit Franc. Marc. in Decis. Delphinal. 1295. num. 2. vol. 1.* eaque renunciatio, siue per infirmitatem, siue per insufficientiam tanto oneri, fit propria authoritate
19 nec est necesse fieri coram Cardinalibus, † fecit tamen illam Cęlestinus Vir Sanctus, *de quibus Dominicus, Philipp. Franc. Vanquel. & alij in dicto. c. 1. supra allegato.*

ARGVMENTVM.

Cardinales Sanctæ Romanę Ecclesiæ ex omni actione ad numerum discipulorum CHRISTI a Summo Pontifice creantur, & purpureo birreto insigniuntur, vt semper ob emergentes arduas causas in curia Papæ præsto sint, nec sine licentia tia discedendi facultatem habeant. Quo mortuo ad alterius electionem tantum procedere, non autem quæ sunt iurisdictionis expedire possunt.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales Sanctæ Romanæ Ecclesiæ a Summo Pontifice creantur.*
2 *Cardinalium numerus quot debet continere. num. 3. 4. 5.*
3 *An Cardinales esse debeant septuaginta duo ad numerum discipulorum CHRISTI? nu. 4. 5.*
4 *Cardinalium numerus in summorum Pontificum arbitrio est. num. 7.*
5 *B. Martialis in numero Sanctorum Discipulorum CHRISTI.*
6 *Nomina, & numerus Discipulorum Christi.*
8 *Cardinales sunt de Iure Diuino.*
9 *Cardinales in locum Sacerdotum Leuitici generis successerunt.*
10 *Cardinalium cętus, mortuo Pontifice, quæ sunt iurisdictionis facere nequeunt, sed tantum ad electionem Pontificis attendent. nu. 11.*
12 *Cardinalium cætus alium Cardinalem creare nequit.*
13 *Cardinales Birreto purpureo ab Innocentio IV. fuere insigniti.*
14 *Cardinales Romæ in Curia morari debent ad Papæ præsentiam.*
15 *Cardinales Stellis fixis, modum tenentes, æquiparantur, quæ non mouentur, nisi Orbis motu.*
16 *Cardinales in partem solicitudinis cum Pōtifice sunt vocati.*
17 *Cardinales de summi Pontificis licentia Romæ discedere possunt.*
18 *Legationis causa supremi Cardinales Summi Pontificis iussu se obsentare possunt.*
19 *Cardinales habentes dignitates extra locum in illis accedere possunt.*
20 *Prælati Papæ seruientes, dicūtur suæ ecclesiæ seruire.*
21 *Romana Ecclesia, ecclesiarum omnium dicitur esse mater.*
22 *Cardinalium absentia ex rationabili causa permittitur.*
23 *Cardinales ex omni natione viri selectissimi eligendi sunt.*

TITVLVS V.

De Cardinalibus Sacræ Romanæ Ecclesiæ.

CArdinales Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, sicuti creant Summum Romanum Pon-
1 tificem, ita, & ipsi ab eodem † solo creantur. *Francisc. Marc. in Decis. Delphinal. 1297 nu. 3. 4. vol. 1. arg. Glos. in Clem. ne Romani in Verb. Potestatis. de elect. And. Barbat. de Præstant. Cardin. q. vltima. Martin. Laudens. de Cardinal. lib. 2. q. 1. Ioan. de Vanquel in Breuiario in dicta Clem. Ne Romani. conclus. 3. Cornelius Benincas. de Constitution. q. 7. nu. 69. Marc. Mantua Dialog. De narrator. Classe. 4. cap. 3. nu. 4. Anton. Paganus de Ordine Iurisdictione, & resid. Episcopor. sect. 2. Ioan. Corasius in Sacerdotiorum Paraphrasi. parte prima. c. 8. sub num. 2. Marc. Anton. Cucc. Institut. Canonicar. Maior. lib. 2. Titul. 4. nu. 21. dico plenius de Feudis dignitatum. lib. 2. cap. 2.* Quibus autem modis & cęremonijs hoc fiat, plene scribit *Marcellus Archiepiscopus Corcyrensis de sacris S. R. E. cęremonijs lib. 1.*

Numerum vero Sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinalium aliqui voluerunt debere esse secundum
2 † numerum discipulorum Domini Nostri IESV CHRISTI, quem asserunt fuisse septuaginta duorum, sed nonnulli plus, & minus, de numero septuaginta duorum scribit olim libellorum supplicum Præses Summi Senatus Parisiensis AEgid. Magister vbi tractat de Regalib. *cap. 7.* post Cardin. *in dicta Clem. Ne Romani. col. vltima. vers. irritum. voluit Anton. Capic. in Decis. Neapol. 114. nu. 10. Iacob. Aluarot. in c. 1. Episcop. vel Abbat. in Feudis. quē refert Francisc. Marc. in Decis. Delphin. 1294. nu. 6. vol. 1. & Alberic. de Rosate dicit in Rub. ff. de statu hominum,* quod deberent esse septuaginta duo, ad
3 numerum † dictorum discipulorum CHRISTI quem refert, & sequitur *Nicol. Boer. de Authorit. Magni consilij nu. 134. cum duobus seq.* Sed tamen summorum Pontificum arbitrio est Cardinalium nu-
4 merus. † vt post alios scribit *Francisc. Marcus, in Decis. 1306. nu. 1. vol. 1. Petr. Gregor. Syntagmat. Iuris Vniuersi. lib. 15. cap. 4. num. 9.* Referam illos septua-

ptuaginta duos Discipulos, inter quos dicunt fuisse Beatum Martialem, † qui asseritur fuisse ille, cuius caput tangens Dominus Noster IESV CHRISTVS. *Matth. cap.* 18. dixit, Nisi efficiamini sicut paruulus iste, & esse eundem de quo *Ioan. cap.* 6. dixit, Est puer vnus hic, qui habet quinque panes. Et Petrus Comestor in Historia dicit, hunc fuisse illum puerum, & Discipuli fuere scilicet,

6 1 Martialis † Episcopus Lemouicensis.
2 Cleophas cuius corpus est in Ecclesia Sãcti Firmini in Diœcesi Magalonensi in Gallia.
3 Lucas.
4 Iosephus dictus Barsabas.
5 Matthias.
6 Iosephus cognominatus Barnabas.
7 Stephanus Protomartir.
8 Philippus.
9 Prothorus.
10 Nicanor.
11 Simon.
12 Permenas.
13 Nicolaus Aduena Antiochenus.
14 Andronicus.
15 Iulias.
16 Agabus qui Zonam Pauli dissoluit.
17 Ananias, qui Paulum baptizauit.
18 Thadeus, nõ ille Apostolus, sed alius, qui a Beato Thoma Apostolo ad Abagarum missus fuit.
19 Simon Cleophæ filius Episcopus Hierosolymorum post Iacobum Iustum.
20 Ephenectus Episcopus Carthaginensis.
21 Ampliatus Episcopus Ecclesiæ.
22 Vrbanus Episcopus Macedoniæ.
23 Apelles Episcopus Orathæ.
24 Aristobolus Episcopus Bethanię.
25 Narcissus Episcopus Athenarum.
26 Rufus Episcopus Cęsarienſis.
27 Asmeretus Episcopus Hircanię.
28 Flegonta Episcopus Machonensis.
29 Hermes Episcopus Dalmatiæ.
30 Patrobas Episcopus Pinellorum.
31 Hermas Episcopus Philopoleos.
32 Gappus Episcopus Ephesinus.
33 Philologus Episcopus Sinopensis.
34 Lucius Episcopus Laodiceæ in Syria.
35 Sosipater Episcopus Iconij.
36 Iason Episcopus Tharsi.
37 Erastер Episcopus in Neadi.
38 Nereus Episcopus Bruti.
39 Amphæius Episcopus Smirnæ.
40 Herodion.
41 Stachim.
42 Lucius Secundus Episcopus Iconij.
43 Syluanus Episcopus Thessaloniæ.
44 Sosthenes Episcopus Colophoniæ.
45 Apollo Episcopus Iconij.
46 Linus, qui fuit coadiutor Romę post Petrum.
47 Epaphroditus Ananiæ Episcopus.
48 Iesus vocatus Iustus Episcopus Hierapolis.
49 Cæsar Durarij Episcopus.
50 Tithicus Episcopus Chalcedoniæ.
51 Artemas Episcopus Syriæ.
52 Clemens Episcopus Sardiniæ.
53 Onesiphorus Episcopus Coloniæ, siue Colophoniæ.
54 Carpus Episcopus Beræensis in Thracia.
55 Herodion, qui primus sedit Antiochiæ post Petrum.
56 Aristarchus Episcopus Apameę.
57 Zenas Episcopus Diospoleos.
58 Aristarchus alter.
59 Philemon Episcopus Gazæ.
60 Philetus episcopus Ephesi.
61 Hermogenes Episcopus Magarensis.
62 Demas, qui postmodum Idolis seruiuit.
63 Pudens.
64 Trophinus Episcopus Arelatensis.
65 Crescens Episcopus Chalcedonẽsis.
66 Richęus.
67 Sabinianus Episcopus Senonensis.
68 Potentianus Episcopus Trecensis.
69 Altimus Episcopus Aurelianensis.
70 Maximinus Episcopus Aquensis.
71 Vrsinus, siue Nathanael Episcopus Biturigum.
72 Iulianus Episcopus Cenomanensis, dictus Simon Leprosus.

Hos omnes, siue illi septuaginta duo IESV CHRISTI Domini Nostri discipuli fuerint, siue Ioannis, Petri, ac Pauli, post eundem Apostolũ, & Dorotheum, & Vincentium Beluacensem, sic enumerauit Petrus Suberti de Cultu Vineæ *Domini. parte. 7. cap. 3.* Sic referre mihi placuit, dicens, noluisse me quo ad locos titulorum siue Episcopatuum emendare, sed ita, vt inueni illos describere, de illorum electione a Domino facta habetur *Lucæ cap.* 10.

Quo vero ad eorundem Dominorum Sanctę Romanæ ecclesiæ Cardinalium numerum, nulla certi-
7 tudo datur, † cum hæc omnia ad nutum, & voluntatem Summorum Pontificum fiant, eorumq; vt diximus, arbitrio remittatur. Hi enim visa Sanctæ ecclesiæ necessitate, & Reipublicæ Christianæ beneficio, numerum eis visum, statuere solent, *vt scribit Martin. Laudens. de Cardinalib. lib.* 2. §. 2. *& ita intelligenda sunt dicta per Anton. Capic. in allegata Decis. Neapol.* 114. *nu.* 10. *hoc idem voluit post Augustinum de Ancona de Potestate Papæ. q.* 102. §. *ad quartam. & Antonin. Florent. in Summa Parte.* 3. *Titul.* 21. *cap.* 2. §. 2. *voluit Francis. Marc. in dicta Decis. Delphinal.* 1306. *nu.* 1. *Gabriel Cardinalis Paleottus de Sacri Consistorij Consultationibus. lib.* 5. *in Conclusione operis. membro.* 3. *vers. Post hæc nominis. Manfredus de Cardinalib. Decis.* 18. *Lancelott. Conrad. in Templo omnium Iudic. lib.* 2. *cap.* 3. §. 1. *in Verb. Institutionem. nu.* 15. *Cucch. Instit. Canonicar. maior. lib.* 2. *Titul.* 4. *nu.* 18. 19. *Petr. Gregor. Syntagmat. Iuris Vniuers. lib.* 15. *cap.* 4. *nu.* 8. *et nos diximus de Feudis dignitatum. lib.* 2. *cap.* 2. *Octauian. Vestri. in Praxi. Romanę Curiæ. lib.* 1. *cap.* 1 *nu.* 1. 2. *ubi Nicol.*

Anton.

Anton. Grauat. nu. 7. & deinceps. Petr. Cenedo Colle ctan. Iuris Canonici. parte 2. Collectan. 115. *ſub numero* 4.

8 Cardinales eſſe de Iure diuino † concludit *Franciſc. Marc. in Deciſ. Delphinal.* 1298. *nu.* 1. 7. *vol.* 1. vbi dicit, illos repreſentare Sanctos Apoſtolos, vt quemadmodum Apoſtoli aſſiterunt Domino noſtro IESV CHRISTO, eodem modo, & Cardinales aſsiſtunt Summo Pontifici, *de quo latiſſime Aluarus Pelagius de planctu eccleſiæ. lib. 2. cap.* 16. *nouiſſime Renatus Choppinus de iure Cœnobitarũ. lib.* 1. *titul.* 7. *articul.* 2. *in fin. Nico. Boer. in allegato tractat. de Authorit. Magni Conſily. nu.* 134. *& ſeq. Et nos latius diximus de feudis Dignitatum. lib.* 2. *cap.* 2. *vel vt optime dicit Innocent. in c. per venerabilem. §. rationibus. qui fil. ſint legit.* Cardinales Sa-

9 cerdotibus Leuitici generis † ſucceſſerunt. Sequitur Anaſta. Germonius de Sacror. immunitatibus. lib. 3. cap. 13. nu. 64.

Pontifice mortuo Cardinalium cętus eorum quę ſunt Iuriſdictionis, nihil facere poſſunt, ſed tantum

10 † ad electionem Pontificis attendere, & vacare, niſi magna aliqua ſubeſſet cauſa ob ſcandala vitanda. *vt dicit Antonius Capici. in Deciſ. Neap.* 114. *nu.* 2. *Franciſc. Marcus in Deciſ. Delphinal.* 936. *deciſio.* 1301. *ſub nu.* 1. *vol.* 1. Cum tamen Pontificia ſedes vacat, in inter regno Sacroſanctum ipſorum Cardinalium

11 Collegium, Rempublicam † Chriſtianam regit, rerumq; difficultati conſulit, donec alius ab eis Pontifex creatus fuerit, *vt dicit Petr. Gregor. Syntag. Iuris vniuerſi. lib.* 15. *cap.* 4 *nu.* 16. *Franciſc. Burſatus in conſil.* 108. *nu.* 20. 22. *vol.* 1. nullam tamen iuriſdictionem, quia Papæ iuriſdictio in collegium Cardinalium non ſeruatur, ſed tãtum quo ad electionem Pontificis. *Gloſſ. in c. vbi periculũ. §. ideo. de election. in* 6. *Andr. Barbat. in conſil.* 1. *col.* 16. *col.* 24. *vol.* 1. *& ex multis allegatis per Ioan. Iacob. de Leonardis. in conſil.* 114. *nu.* 298. *cum pluribus ſeq. vol.* 1.

12 Ideoq; Cardinaliũ cætus † Cardinalem aliquem creare non poteſt, *vt notauit Franciſc. Marc. in Deciſ. Delphin.* 1297. *nu.* 4. *vol.* 1.

13 Purpureo Birreto, & Galero inſigniti fuere † Sãctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales ab Innocentio Quarto Summo Pontifice, circiter anno Domini Noſtri IESV CHRISTI. 1244. *vt dicit Franciſc. Marc. in deciſ. Delph.* 1302. *vol.* 1. *ſcribit Baptiſta Platina in illius Vita. Polydor. Virgilius de Inuentoribus rerum. li.* 4. *cap.* 9. *Franciſc. Duaren. de Sacris Eccleſ. miniſterijs. lib.* 1. *cap.* 13. *Anton. Paganus de Ordine iuriſdictione, & reſident. epiſcop. Section.* 2. *Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæſt. caſu.* 392. *nu.* 8. *Marcus Antonius Marſilius Archiepiſcop. Salernitanus, de eccleſiaſticorum, redituum origine, & Iure. parte.* 2. *cap.* 13. *nu.* 37.

14 Aſſiſtere Summo Pontifici debent † Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſiue Romæ is fuerit, ſiue alibi, nec debent extra curiam morari. *c. Fundamenta. §. decet. de elect. in* 6. *poſt glo. in c. Nobiliſſimus.* 98. *diſtinct. voluit Matth. de Afflict. in deciſ.* 289. *nu.* 2. Cum enim Cardinales, qui præſentes apud Pontificem ſunt, & aſſiſtunt ſtellis fixis ęquiparentur, quę

15 non † mouentur, niſi motu Orbis, ſic ipſi ſemouerî nequeunt abſq; ſummo Pontifice. Ita elegãter *Bal. in c. Bonæ. il* 1. *nu.* 4. *de poſtulat. prælator. de quo etiã Paul. Aemil. Verall. in deciſ.* 86. *numer.* 12. *parte* 2. *quem ſequitur Anaſtaſius Germonius de indultu. §. Tibi quo adiuxeris. nu.* 18. Sunt enim Cardinales aſ-

16 ſiſtentes Pontifici, & ſic Principis † ſeruitio, aſſumendo pondus diei, & æſtus in partem ſolicitudinis vocati quorum Conſilio Summus Pontifiex agenda ordinat, *dicto §. decet. & voluit. Oldrad. in conſil.* 48.

17 Declara ſecus eſſe, ſi de ſummi † Pontificis licentia abfuerint ac voluntate, *vt voluit Ioan. Coraſ. in Sacerdotiorum Paraphraſi. parte* 4. *cap.* 2. *nu.* 13. *Verall. in deciſ.* 86. *nu.* 3. *parte.* 2. Vbi dicit quod probabitur licentia per duos teſtes de voce, & fama deponentes. & *Anaſtaſ. Germon. de Indultu. §. Tibi. num.* 19.

18 Declara ſecundo, procedere, niſi † cauſa Legationis ſibi iniuncta, & mandata fuerit, quia tunc abſentia legitima idcirco reputabitur. *Gloſſ. in dicto c. Nobiliſſimus. & Matthęus de Afflict. in dicta deciſ. Neapol.* 289. *nu.* 2.

19 Declara tertio, niſi Cardinalis † abeſſet, & faceret reſidentiam in aliquo loco ſuæ dignitatis, tunc enim excuſatione dignus cenſebitur, puta eſſet Archiepiſcopus, uel alicuius loci epiſcopus, & tunc cauſam reſidentiæ, vel non reſidentiæ Sacrum Tridentinum Concilium ſummi Pontificis arbitrio remittit. *ſeſſ.* 23. *c.* 1. *Incip. cum præcepto. de Reformat.* Quia iſtud arbitrium poterit ſummus Pontifex interponere, vel ut ad ſuas prælaturas, accedant, vel Romæ apud Papam commorentur, quia aſſiſtentes

20 Papæ ſeruitio ſuis eccleſijs ſeruire dicuntur † *dicto c. Bonæ. il* 1. *de Poſtul. prælat.* Romanæ enim eccleſiæ ſeruiens, ſingulis Eccleſijs ſeruire, & reſidere dici-

21 tur, cum omnium † eccleſiarum ſit mater, & magiſtra. *c. cum inſtantia. de Cenſib. Oldrad. in dicto Conſil.* 48.

22 Declara quarto procedere ex † qualibet alia iuſta, ac rationabili cauſa, qua ab vrbe abſentes fuerint, *vt arg. glo. in dicto c. Nobiliſſimus. voluit Matth. de Afflict. in dicta deciſ. Neap.* 289. *nu.* 2. *& ex Concilio Tridentino in loco allegato.* Vbi loquitur indiſtincte de omnibus ibi, Nam cum chriſtiana charitas, vrgens neceſſitas, debita obedientia, ac euidens eccleſiæ, vel Reipublicæ Chriſtianæ vtilitas, aliquos nonnunquam abeſſe poſtulent, & exigant, decernit Sancta Synodus, has legitimæ abſentiæ cauſas a Beatiſſimo Romano Pontifice, aut a Metropolitano, vel eo abſente ſuffraganeo epiſcopo antiquiori reſidente, qui eidem Metropolitani abſentiam probare debebit, & quæ ſequuntur, *de quibus Martin. Nauar. in ſumma confeſſar. cap.* 25. *numer.* 121.

23 Cardinales ex omni natione † viri ſelectiſsimi eligendi ſunt, *vt poſt Quintilian. Mandoſ. in conſil.* 55. *ſub num.* 22. *voluit Alexand. Raudenſ. in deciſ. Piſan.* 35. *nu.* 188.

Con-

24 Constitutio generaliter loquens † & odiosa nō comprehendit Cardinales. *vt post Petr. de Anchar. in consil. 295. & in consil. 297. & Lud. Roman. in consil. 498. per totū. Voluit Cardinal. Put. in decis. 195. num. 1. lib. 1.*

Cardinalium dignitas magna est, vt quæ post
25 Summum Pontificem illa est † maior. *vt dicunt Henrich. Bohic in c. 1. 23. distinct. i. & in c. quamquā. 2. q. 4. Hostiens. & Ioan. Andr. in c. dilectus. il 1. de præbend. Martin. Laudens. in tract. 2. de Cardinalib. col. penult.*

Adeo magna est illorum authoritas, vt Regibus
26 illos æquiparent, vt post alios † scribit *Hieronym. Manfredus de Cardinalibus. titul. de Nominibus. in decis. 41. quem sequitur Anastas. Germonius de sacrorum immunitatibus. lib. 3. cap. 6. num. 70. & ante eos Petr. de Anchar. in consil. 295. num. 4. Ludouic. Roman. in consil. 498. Franciscus Duarenus de Sacris Eccles. Ministeriis. lib. 1. cap. 13. Marc. Mantua. Dialog. Denar. Classe. 3. cap. 46. nu. 3. Tiber. Decian. in consil. 8. nu. 63. vol. 1. Ioan. Petr. Surdus in consil. 453. nu. 13. vol. 3. & de ipsorum materia dico plenius de feudis dignitatum. lib. 2. cap. 2. Renat. Choppin. in commentarijs Monasticon siue de Iur. Cœnobior. lib. 1. tit. 2. num. 1. in fin.*

ARGVMENTVM.

Episcopi de eadē natione in loco solito eligendi in Sanctorum Apostolorum locum successerunt, creantur a suis Archiepiscopis, & intra tres menses consecrationem procurare tenentur, illisque ciuitatem ingredientibus populus honoris ergo processionaliter obuiam ire debet. In quacunque suæ diœcesis parte iurisdictionem vel per se, vel per Vicarium, exercere possunt, in aliena vero tantummodo quæ sunt voluntariæ iurisdictionis exequuntur. Quod dignitatum culmen non impedit, quin Consiliarij sæcularium principum fieri, & armatam, familiam alere possunt.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus vndecunq; sit eligi potest, dum tamen idoneus sit.*
2 *Episcopus si eligatur de eadem natione, melius erit.*
3 *Personarum acceptio apud DEVM non est.*
4 *Episcopi Sanctorum Apostolorum loco successerunt.*
5 *Duos habere Archiepiscopos vnam prouinciam, monstruosum est.*
6 *Episcopatus non dignitas, sed dignitatum culmen dicitur. Quod in fauorabilibus procedit. nu. 7.*
8 *Episcopo ciuitatem ingredienti, populus obuiam ibit honoris, & reuerentiæ causa.*
9 *Canonici, & clerici processionaliter Episcopum ingredientem recipiant, & comitentur.*
10 *Episcopus a suo Archiepiscopo consecrandus, sit tamen ab alijs etiam. nu. 11.*
11 *Episcopus intra tres menses debet consecrationem procurare.*
12 *Episcopus, cui datus est terminus ad consecrandum a Papa, si tamen motu proprio Papa proroget, retinet interim beneficia.*
13 *Episcopi electio in loco solito, siue cathedrali in subsidium, vbi commodius facultas daretur, facienda est.*
14 *Episcopi duo an esse possint in vna ecclesia. nu. 15.*
16 *Archiepiscopus, an per suum Vicarium procedere possit contra Episcopum suffraganeum?*
17 *Episcopus legatum pium an possit in aliud pium opus commutare?*
18 *Episcopus in criminalibus negotijs, & grauibus, an procedat sine Capituli consensu?*
19 *Consiliarius, siue senator factus episcopus senatoriā dignitatem amittit. declara, vt nu. 21.*
20 *Episcopus potest fieri consiliarius, siue senator Principis profani.*
22 *Episcopus in quacunque Diœcesis parte, per se & suum vicarium potest suam Iurisdictionem exercere.*
23 *Episcopus acta per sæcularem iudicem facta tendentia ad punitionem sequi non tenetur.*
24 *In sua Diœcesi episcopus, non solum ab Archiepiscopo, sed etiam a Cardinali honorari debet.*
25 *Episcopus an armatam familiam tenere possit? numer. 26.*
27 *Episcopus sedere debet in loco sui prædecessoris.*
28 *Episcopus Melitensis habet Magnam Crucem, & sedet in prima sede post Magnum Magistrum, quo absente tenet primum locum.*
29 *Præsumitur episcopum præstitisse Iuramentum de non alienandis rebus ecclesiæ, licet non appareat.*
30 *Ad reparationem Cathedralis ecclesiæ episcopus tenetur.*
31 *An possit episcopus ad remiges, vel exilium condemnare. nu. 32.*
33 *Familiares episcopi an fori, sicut episcopus priuilegio gaudeant. nu. 34.*
35 *Bona quæsita ab episcopo, an præsumantur quæsita ex reditibus ecclesiæ. nu. 36. 37. 38. 39. 40. 41.*
42 *Episcopus præsente legato de latere, an portet Mozzettam discoopertam?*
43 *Episcopus ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, potest in aliena Diœcesi exercere, & suus Vicarius. num. 44.*
Literas dimissorias pro suscipiendis ordinibus potest in aliena diœcesi concedere. nu. 44.

TITVLVS VI.

De Sanctiſſimis Epiſcopis.

EPiſcopi electio facienda eſt, vndecunq; ille ſit etiam ſi ſit regularis, dum tamen
1 † idoneus ille ſit. *arg. c. nullus. in fin. de elect. in 6. & clem. 1. in fine. eo. titul. voluit Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin.* 1371. *nu.* 12. *vol.* 1. De quibus ſummatim ſcripſi de Regis Catholici Præſtantia. *cap.* 50. *num.* 39. *uſque ad finem.*

Bonum tamen, & commodius, ac vtilius erit, ſi
2 electio epiſcoporum fiat in eodem Regno, de † eadem natione, & lingua. *arg. c. Bonę. il ſecundo. §. intelleximus. de Poſtulat. Prælat. c. quoniam in pleriſq; de offi. ordin. c. Hortamur.* 71. *diſtinct. c. fin. de cleric. peregrin. c. nullus inuitis. c. obitum.* 61. *Diſtinct. glo. in c. ſi ponẽte. de Reſcript.* Plura iura & authoritates ad ſatietatem adduxi de Regis Catholici præſtantia. *cap.* 51. *per totum.* Si tamen, vt dictum eſt, idonei non adſunt, eliguntur ex quocunque loco, & natio-
3 ne, quia apud DEVM non eſt perſonarum † acceptio. *vt dixit Abb. Panor. in c. ad decorem. de Inſtitut. Dominicus de Soto de Iuſtit. & iur lib.* 3. *q.* 6. *ar.* 2. *Philippus Probus Regaliorum. q.* 35. *num.* 2. *cum pluribus ſeq. Petrus a Nauarra de reſtitut. ablator. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 165. *cum pluribus ſeq.* & nos diximus in loco allegato plenius.

4 Sanctiſſimi Epiſcopi Sanctorum † Apoſtolorũ loco ſucceſſerunt. *vt arg. c. In nouo.* 21. *diſtinct. voluit Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin.* 1122. *num.* 4. *vol.* 1. *quibus adde Aluar. Pelag. de Planctu Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 18. *col.* 1. *Ioan. Nicol. Gimontium in Enchiridio Benefic. tit.* 1. *cap.* 5. *nu.* 2. *Anton. Pagan. de ordine iuriſd. & reſident. Epiſcop. ſect.* 3. *ſect.* 4. *Franciſ. Burſat. in conſil.* 125. *nu.* 62. *vol.* 1. *Carolum Topiam de rebus religioſ. cap.* 9. *num.* 6. *Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunit. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 32. *& cap.* 8. *nu.* 1. *Concilium Tridentin. ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 4. *incip. Quoniam vero. & dixi de Præſtantia Regis Catholici. c.* 76. *nu.* 2. *Et de feudis dignitat. lib.* 2. *cap.... Franciſ. Viuius in deciſ.* 230. *nu.* 18. 27.

5 Duos habere Archiepiſcopos vnam † prouinciã monſtruoſum eſt. *Iafredus Lanfranc. in deciſ.* 141.

Epiſcopatus non dicitur dignitas, ſed dignita-
6 tum † culmen. *vt authoritate gloſſ. in c.* 2. *de præben. & dignitat. in* 6. *voluit Matthæus de Afflictis in deciſio Neap.* 365. *nu.* 16. *Ludouic. Bolognin. in tractat. de indulgentijs. num.* 23. *Lancellot. Conrad. in templo omn. iud. lib.* 2. *cap.* 5. *§.* 4. *ſub nu.* 2. *Ioſephus Ludouic. in deciſ. Peruſin.* 74. *nu.* 11. *Achilles Pedrocca in conſil.* 32. *num.* 44. *volum.* 1. *Franciſc. Viuius in deciſ.* 230. *nu.* 1. *Paul. AEmil. Verall. in deciſ.* 307. *num.* 1. *Anaſtaſ. Germonius de ſacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 9.

Declaranda tamen eſt præfata deciſio, atq; con-
7 cluſio, vt in odioſis non dicatur † dignitas, ſed tantum in fauorabilibus. *argumen. c. auaritiæ. de elect. in* 6. *voluerunt Gemin. Philipp. Franc. & Vanquel in dicto c.* 2. *de præben. in* 6. *& Ludouic. Roman. in conſil.* 140. *num.* 5.

Epiſcopo nouiter ciuitatem ingredienti, clerus
8 & populus cum proceſſionum pompa † honoris, & reuerentiæ cauſa obuiam exire debent. *vt poſt Ioan. de Firmo, & Andr. Tiraquell. dicit Vincent. de Franchis in deciſ. Neapol.* 253. *nu.* 1. *Quibus adde Petrum Suberti de Cultu Vincę Domini. parte.* 1. *cap.* 3. Vbi inducit actum, quo ingreſſus eſt IESVS in Hieruſalem. *Ioan. Franciſc. de Pauinis. de Viſitatione. parte.* 2. *q.* 1. *colum.* 2. *verſ. & adde. Paul. Fuſcum de Viſitation lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 10. *Michael Timothe. in Praxi Viſitandi. lib.* 2. *cap.* 5. *Gerard. Maynard. in Deciſion. Tholoſ.* 5. *vbi inquit, Canonicos, clericoſq; epiſcopum*
9 *in proceſſionibus* † *comitari debere.*

10 Epiſcopum a ſuo Archiepiſcopo fore † conſecrandum, *vt dicit Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin.* 1395. *nu.* 6. *vol.* 1. Sed & creatus epiſcopus a ſummo Pontifice, ab ipſo, vel eius commiſſario conſecrari potest, non per inferiores, *notat gloſſ. in c. ſi eo tempore. de election. in.* 6. *quem ad hoc allegat Lancellott. Conradus in Templo omn. iudic. lib.* 2. *cap.* 5. §. 1. *in verb.*
11 *conſecratio. nu.* 2. Verum epiſcopus † intra tres menſes debet ſuam conſecrationem procurare. *vt in c. quoniam quidam.* 100. *Diſtinct.* & confirmatur per Concilium Tridentin. *ſeſſion.* 7. *cap.* 9. *Incip. ad maiores.* Alias imminet pœna, vt teneatur ad fructuum reſtitutionem. Et ſi intra alios tres menſes id non fecerit, priuatur epiſcopatu. Idem Concilium Tridentin. *ſeſſion.* 23. *cap.* 2. *Incip. eccleſiis. Martinus Nauarr. in ſumma confeſſarior. cap.* 25. *ſub numer.* 118. *Paul. AEmil. Verall. in deciſ.* 401. *ſub num.* 3. *parte.* 2. *Simon Maiolus de Irregul. lib.* 3. *cap.* 24. *nu.* 11. tamen conſecratio, etiam ab aliis fit.

12 Epiſcopus cui datus eſt terminus a Papa † ad conſecrandum, ſi prorogatus fuerit motu proprio a Papa, retinet beneficia, ſecus ſi ad ſupplicationem. *Rota in Antiquis. in deciſion.* 576. *Incip. Vtrum epiſcopus.*

Electio epiſcopi facienda eſt in loco cathedrali,
13 ſeu ſolito, & in ſubſidium ubi † commodius daretur facultas. *gloſſ. in cap. cum terra. in verb. In quo. de elect. Franciſ. Marc. in deciſ. Delphin.* 1033. *volum.* 1. *Petr. Gregor. Syntagmat. Iuris Vniuerſ. lib.* 15. *cap.* 12. *numer.* 19.

Epiſcopi duo in eadem eccleſia quandoque
14 eſſe poſſunt, ſed ex cauſa, vt fuit in Valerio, & Auguſtino † Epiſcopis Hipponenſibus, de quibus habetur *in cap. Non autem.* 7. *quæſt.* 1. *vbi gloſſ. & voluit Franciſc. Marc. in Deciſ. Delphin.* 949. *num.* 5. 13. *volum. primo.* Verum hodie Summi Pontifices non faciunt, ſed vni eccleſiæ vnum ſponſum depu-
15 tant, & in caſu neceſſario impedimenti, † ſenectutis, vel infirmitatis dant coadiutorem, vt dico de feudis dignitatum. *lib.* 2. *capit.*..... Duas tamen eccleſias, vnum epiſcopum poſſe adminiſtrare, *voluit Cardinal. Puteus in deciſion.* 117 *lib.* 2.

Archiepiscopum non posse per suum Vicarium p: ocedere contra episcopum suffraganeum, sed per se ipsum solum cum cõsilio aliorum episcoporum, dicit eis per Decreta parlamenti Parisiensis proui sum *Ioannes Papinus Arrestorum Curiæ lib. 7. titul. 7. Arresto. 45.*

Episcopus legatum pium statutũ ad certũ opus
17 vel vsum personam, vel locum non † potest in aliũ vsum etiam pium deputari *Guido Pap. in Decis. Gratianop. 556.*

In criminalibus negotijs & grauibus delictis nõ
18 põt Episcopus sine Capituli cõsensu procedere, † *vt dicit Cardinal Puteus in decis. 209. lib. 1. De hoc vidē dus est Lancellot. Conrad. in templo omn. iud. lib. 2. c. 5. de episcopo. §. 4. in verb. potentia episcopi circa personas in temporalib. per totum. Marc. Anton. Cucchus Instit. Canonicar. Maior. lib 2. tit. 6. nu. 75. 118. Concil. Tridentinum. sess. 24. c. 24. Card. Paleot. in decis. Nouissima Roman. 618. nu. 3. lib. 3. Anton. Gabrielius commun. opin. lib. 7. tit..... conclus. 36. Hippoly. Bonacoss. cõmun. opin. crim. parte 1. §. episcopus in Arduis.*

Consiliarius ac Senator factus episcopus digni-
19 tatem † Senatoriam amittit. *arg. l. debitori. ff. de fideiuss. l. si reus. ff. de duob. reis. c. 1. 21. q. 1. Ant. Faber in Codice Fabria. lib. 1. tit. 3. definition. 13.* Potest tamen dũ est Episcopus senator, & consiliarius princi-
20 pis profani † fieri. *Idem Faber. ibidem.*

21 Declara, vt si per acquisitionem † dignitatis episcopalis senatoriam dignitatem amiserit, si ex principis profani placito eidem iterum concedatur eadem dignitas, restitutus intelligitur eidem ordini, sessioni, & prærogatiuę, quam antea habebat, tanto plus si princeps id cauerit. *Idem Anton. Faber in Codice Fabriano. lib. 1. tit. 3. defin. 13.*

In quacunque Diœcesis parte potest episcopus
22 suam authoritatem, & iurisdictionem exercere, non † modo per se, sed per suum Vicarium, contra omnes subditos in diœcesi existentes. *vt arg. c. Venerabilibus. c. de xenodochijs. de Relig. Dom glos. in clem. 1. in verb. Aut eorum. de for comp. Paul. AEmil. Verall. in decis. 306. num. 1. par. 1. post Anchar. in consil. 186. nu. 1. Thomas Triuisan. in decis. Veneta. 18. nu. 9. lib. 1. Anastas. Germon. de sacror. immunit. lib. 3. c. 8. nu. 52. Afflict. in const. Regni. Iudices vbiq;. nu. 11. Ioan. Anton. de Nigris in c. Regni. vt exercitium. Stephanus Gratian. in decis. 13. nu. 2. dixi in commentariis de Magistratuum edictis. lib. 4. cap....*

23 Episcopus non tenetur † sequi acta facta per iudicēm sæcularem contra clericum, tendentia ad punitionem. *vt post Gulielm. de Cun. in l. Magistratibus ff. de iurisd. omn. iud. & Bal. in Authen. Clericus. C. de episcop. & cler. voluit Iafred. Lanfranc in decis. 99. secus vero in actis, qui sunt ad instructionem, vt ibid.*

In sua Diœcesi episcopus non solum ab Archie-
24 piscopo, sed etiam a Cardinali † debet honorari. *vt per gl. in l nihil omnino. in verb. Ab inferiorib. vbi Ioan. de Platea C. de Palat. sac. largit. lib. 12. voluit Anton. Capic. in decis. Neapol. 27. nu. 24.*

25 Episcopus armatam familiam † tenere potest, *vt dicit Alexander Raudensis in decis. Pisana. 34. sub. numer. 108.*

Contrarium tenet Panormitan. *in c. significasti. de off. deleg.* qui tenuit non posse episcopum armatã familiam tenere, nisi habeat temporalem iurisdictionem, puta debet inuocare auxilium bracchij secularis.

Primam tamen opinionem tenet *Felin. in dicto c. significasti. col. 3. vers. vltimo: & in c. cum non ab homine. col. 3. vers. an autem. de iudic. Matth. de Afflict. in Const. Regni. Intentionis. nu. 13. Bal. in l. 3. §. ait enim. ff. de offic. præfect. vigil. Iacob. Berretta in consil. 3. & in consil. 4. Rolan. a Valle in consil. 37. vol. 4. Remig de Gonny de immunitat. eccles. in verb. defendere armis. q. 12. nu. 8. Ioan. Anton. de Nigris in cle. de vita & honest. cleric. in verb. priuilegio. num. 34. Ioannes Vincent. de Anna, in singul. 171.* Vbi dicit,
26 vidisse expediri prouisiones pro episcopis † per Cõ silium collaterale armatos posse tenere episcopum, non tamen armis prohibitis, ne extra horam solitã. Hanc opinionem tenet *Francisc. Pegna ad Eymericũ in directorio inquisitorum. parte 3. q. 59. commentar. 105. Alberic. Oliua in Ritu Archiepisc. Neapolitani. 38. nu. 3.*

27 Episcopus debet sedere † in loco in quo sedebat suus prædecessor. *Paul. AEmil. Verall. in decis. 307. nu. 7 parte 1.*

28 Melitensis episcopus † habet Magnam Crucem, & sedet in prima sede post Magnum Magistrum, & eo absente tenet primum locum, vt fuit Decretum in Rota. *vt per Paul. AEmil. Verall. in decis. 307. per totam par. 1. & in decis. 357. & in decis. 358. part. 2.*

29 Præsumitur episcopum † præstitisse iuramentum de non alienãdis rebus ecclesiæ, licet non appareat. *Marcellus Card. Crescẽtius in decis. 2. tit. de iureiur.*

Episcopus ad reparationem Cathedralis ecclesię
30 tenetur. *post Stephan. Aufrer. in decis. Cappell. Tholosan. 500. & Renatum Choppinum de Sacra forensi politia. lib. 3. num. 11. sequitur Gerard. Maynardus in decision. Tholosan. 42. dixi supra Rub. 2. de sacro. eccl. num. 21. cum pluribus seq.*

Non posse episcopum ad remiges, vel exilium
31 condemnare, *dicit Renatus* † *Choppin. de Sacra forẽsi Politia. lib. 2. tit. 3. num. 10. And. Alciatus in c. cum non ab homine. nu. 108. de iudic. Ioannes Baptista Villalobos. cõmun. opin. in ver. ecclesia. num. 4. Emanuel Suarez in Thesauro recept. sent. §. ecclesia. nu. 4. Hippoly. Bonacossa in commun. opin. crim. §. exiliũ. vol. 1.*

Contrarium tenet *Anastas. Germonius de sacror. immunitatib. lib. 3. c. 8. nu. 48. ante ipsum Ioan. Bernard. Diaz in practic. crimin. Canonica. cap. 126. Pet. Foller. in pract. crim. Canonic. in verb. Et si confessi. aut conuicti. nu. 121. & seq.* Sed quamuis communis
32 opinio sit in contrarium, † contrarium tamen obser uari video ab episcopis, qui ēt in exilium damnāt.

Familiares Episcopi gaudent fori priuilegio, quo
33 gaudet episcopus *Anton.* † *Capic. in decis. Neap. 12. nu. 2. cum pluribus seq. Iulius Clarus in pract. crim. q. 35. sub nu. 18. Ioan. Baptista Baiardus in pract. crimin. q. 36. sub num. 2. Hippolit. Bonacossa. de seruis, & famulis. q. 15.* De quo cum essem Calabriæ fuit ma-

xima

xima controuerſia inter Regiam audientiam,& epiſcopũ Biſiniani, qui occiderat quandam mulierem, ſuper quo tunc conſului, cui conſilio me refero.

Amplia idem procedere in officialibus, puta Notariis, & ſimilibus Epiſcopi vt poſt multos nouiſſime concludit *Stephan. Gratianus in deciſ.* 233. *per totam.*

Bona quæſita ab epiſcopo ex reditibus eccleſiæ præſumuntur, & ideo debentur ſucceſſori in digni-
35 tate,quando poſt promotionem quæſita ſunt,*vt eſt tex. in ç 1. vbi gl. de pecul. cleric. c. Manifeſta.* 12. *q.* 1. *c. ſacerdotes. c. quicunque.* 12. *q.* 4. *c. nulli. c. fixum.* 12. *q.* 5. *vt poſt Ioan. And. Anch. & Panor. ſcribit Anton. Gãma in deciſ. Luſitaniæ,* 313. *nu.* 1. Etiam ſi dixiſſet
36 † ex bonis proprijs,& patrimonialibus quæſiuiſſe, *vt dicit idem Gamma ibidem. num.* 2. 3. *Franciſc. Sarmient. de redit. eccleſiaſt. part.* 3. *cap.* 2. *& cap.* 3. Am-
37 plia ſecundo,vt nec ab inteſtato, nec ex teſtamento ſuis, vel alijs relinquere poſſit. *Gamma ibidem, nu.* 5. Amplia tertio, vt nec conſuetudine introduci poſſit, quod prælatus de illis diſponat, vel quod eis ſuccedant hæredes,quo ad bona immobilia,ſecus ſi bona eſſent mobilia, & modici valoris. *Panor. & And. Barbat. in c. cum in officijs. de teſtam. & Rocch. de Curte in c. fin. concluſ.* 5. *verſ. quarto de conſuetud. quos ſequitur idem Gamma. in loco allegato. nu.* 6. 7. Am-
38 plia † quarto ſi bona haberent aliquod ſignum eccleſiæ,quia tunc eccleſiæ præſumuntur,& ſucceſſori debẽtur. *vt concludit Cardin. Paleottus in Deciſ. Roman. nouiſſima.* 582. *nu.* 9. *vol.* 3. *Adde prefatis Marc. Ant. Marſi.* 1. *Archiepiſ. Salern. de eccleſiaſticor. reddit. orig. parte... cap.* 23. *nu.* 63.

Limita ſi fieret diſpoſitio bonorum intuitu eccle
39 ſiæ quęſitorum cum diſpoſitione † Summi Pontificis,quam ex cauſa concedere ſolet. *D. Thom.* 2. 2. *q.* 110. *articul.* 2. *in fin. Panor. in c. cum eſſes. num.* 29. 30. *de teſtam. Felin. in c. conſtitutus. nu.* 20. *de reſcrip. Gamma in dicta deciſ.* 313. *num.* 6.

Limita ſecundo, ſi conſtet Prælatum,vel epiſco-
40 pum habuiſſe bona propria, † vel officium ex quo tunc non præſumitur acquiſiuiſſe de bonis eccleſiæ. *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 20. *num.* 4. *ex Panor. in c. cum teſtes. nu.* 24. *de Teſtib. Ludouic. Roman. in conſil.* 159. *in fin. Corneo in conſil.* 314. *col. vol.* 3. *& alias decreuiſſe Rotam Romanam pro hæredibus prælati mortui ſcribit Cardin. Paleott. in dicta deciſ. Roma. nouiſſima.* 582. *nu.* 8. *& per totam. vol.* 3. Vbi dicit,
41 idem procedere, vt non præſumantur † quæſita ex redditibus Eccleſiæ, ſi illa eſt pauper.

42 Epiſcopus præſente † legato de latere non portat mozzettam diſcoopertam *Stephanus Gratian. in deciſ.* 29. *nu.* 1. 10.

43 Ea,quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis puta† concedere literas dimiſſorias pro ſuſcipiendis ordinib. ſacris poteſt in aliena diœceſi exercere. *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 30. *in princip. Stephan. Gratian. in deciſ.* 98. *nu.* 2. 14.

44 Amplia idem procedere in Vicario habente † poteſtatem concedendi literas dimiſſorias, *vt dicit Gratian. in dicta deciſ.* 98. *nu.* 5. 15. 16.

ARGVMENTVM.

Sacerdotum ordo,& habitus,nec non clericorum ingens numerus antiquitus inſtitutus,& ſemper ad noſtra vſque tempora magno honore, & multis priuilegijs decoratus fuit. Vnde clericatu ab ipſis legitime probato a laicorum iuriſdictione eximuntur, adeo vt nec fori declinatoriam coram ſæcularibus allegare teneantur, niſi clericalem viuendi modum aut negotiando, aut rebus profanis ſe immiſcendo abdicauerint. Alias ad Summi Pontificis, eiuſue delegati iudicium eccleſiaſticum reuocantur, & in ſtudijs viuentes a fructibus præbendarum,& diſtributionum cotidianarum perceptionibus non excluduntur, & ſimiliter ſoluentes onera ciuilia ab vſu rerum communium vniuerſitatis non arcentur, in quo tamen laicorum ſtatuta obſeruare tenentur.

SVMMARIVM.

1 *Mores,& habitus ſacerdotum volentium accedere ad faciendam rem diuinam in templo Hieroſolymorũ deſcribuntur ex Ioſepho.*

2 *Numerus Sacerdotum,& Leuitarum Templi magnus aſcendens ad centum viginti millia.*

3 *Sacerdotes Templi diſtribuebantur per claſſes, & Hebdomadas ad ſeruiendum.*

4 *Sacerdotes apud Hebræos magno in honore habiti.*

5 *Auctoris commẽtarius de Pontificia vtriuſque gladij poteſtate, quem ad Paulum Quintum Pontificem manuſcriptum miſit.*

6 *Clerici,& Sacerdotes Summo Pontifici ſubditi ſunt.*

7 *Clericatus probatio coram iudice ſæculari quo modo fiat? nu.* 8. 9.

9 *Carceratus prætendens ſe clericum penes ſæcularem iudicem interim detinetur. nu.* 10.

11 *Clerici, & Sacerdotes vti poſſunt paſcuis publicis vniuerſitatis ad communem vſum deſtinatis, tamen ſoluendo onera, vt alii ciues, & ſeruandum in hoc ſtatutum ciuium. num.* 12. *&* 13.

14 *Clerici dicuntur de diſtrictu temporali laicorum. num.* 15.

16 *Clericatus an teſtibus probetur. quid de iure canonico? nu.* 17.

18 *Clericatus, an probetur ex Bullis ſeu literis epiſcopi? nu.* 19. 20.

20 *Clericatus perſonæ illegitimæ, non probatur per vocem, & famam.*

21 *Quid ſi literæ ordinum fuerint deperditæ.*

22 *Clericatus an per vnum testem probari debeat, vel possit? num.23. & 24.*
25 *Statutum exclusiuum seminarum clerico non prodest nu.26.27.28. & 29.*
30 *Ex Bullis, in quib. alicui collatum est beneficium vti clerico, non probatur clericatus.*
31 *Clericus citatus per iudicem secularem non tenetur comparere ad allegandam fori declinatoriam.*
32 *Ad allegandam fori declinatoriam pro clerico citato a iudice laico, admitti an debeat procurator. nu.33.*
34 *In Regno Neapolitano procurator non admittitur in causis criminalibus ex ritu.*
35 *Fori declinatoria in clerico non auditur, nisi personaliter compareat. nu.36. 37. & 38.*
39 *Clericus si citatur ad foriudicandum admittitur procurator. nu.40.41.*
42 *Clericus citatus a iudice temporali in Gallia non admittitur procurator.*
43 *Clericus differens præsentare Bullas sui clericatus, si postmodum petit remitti ad suum iudicem, condemnandus est ad expensas. Expensæ taxantur a iudice ecclesiastico. nu.44. sed exequuntur a iudice temporali. num.45.*
46 *Clericus habens beneficium, siue prælaturam in loco extero, durante prælatura dicitur ciuis illius loci.*
47 *Clericus depositarius cogitur a iudice laico per modũ exequutiuum, non per viam ordinariæ iurisdictionis.*
48 *Bona mobilia clericorum, quia adhærent personæ, non exequuntur. nu.52.53.*
49 *Quid in animalibus?*
50 *Quid si factus sit clericus post condemnationem, sed ante exequutionem.*
51 *Quid si fuerit condemnatus pro alimentis?*
52 *Bona clerici, quæ sunt negotiationis causa, an exequantur?*
53 *Quid si clericus non viuat clericaliter?*
54 *Clericus, quando dicatur clericaliter viuere? num. 55.56. & 57.*
58 *Pro solutione pensionis conductionis exequi posse bona clerici.*
59 *Exequuntur bona clerici mobilia vocati vti hæredis patris.*
60 *Fructus bonorum immobilium clerici possunt exequi. nu.61.*
62 *Clericus coram iudice laico generalis procurator laici esse non potest.*
63 *Clericus citatus coram iudice temporali, non comparens, sed contumax factus, an possit mulctari? nu. 64. & 65.*
66 *Clerici immiscentes se negotijs secularibus, an amittant clericale priuilegium? num.67.68.69.70.*
67 *Clericus negotiator tanquam pestis vitandus.*
68 *Negotiator quis dicatur? num.69.*
70 *Monitio trina facienda est clerico negotiatori.*
71 *Episcopus sequi non tenetur acta facta contra clericum ad inquisitionem, secus in actis ad instructionem.*
72 *Clerici vacantes studijs, & Academiis, fructus suarum præbendarum, percipere debent. num. 73.77.*
74 *Clerici vacantes studiis an percipiant distributiones cotidianas?*
75 *Episcopi consensus requiritur clerico vacanti studiis & perceptioni distributionum cotidianarum. numero 76.*
78 *Clerici laicorũ principum negotia gerere non debent.*
79 *Clerici manu an in pectore iuramentum præstent?*
80 *Clericus citatur per iudicem laicum cum clausula, si sua putauerit interesse.*
81 *Clericus coram temporali iudice reconueniri potest. nu.82.83.84.108.109.110.111.*
85 *Clericus homicida voluntarius per Curiam temporalem cognoscitur, condemnatur, & immunitate non gaudet.*
86 *Clericus tonsura insignitus, beneficium ecclesiasticum obtinens, aut ordine sacro insignitus coram iudice, Aduocati officium exercere non potest. nu. 88. & 89.*
87 *Ioannis Xiphilini Patriarchæ Constantinopolitani, quo ad clericos exercentes officium Aduocati, constitutio.*
88 *Clerici, & sacerdotes in quibus causis aduocati esse possunt. nu.89.*
90 *Clericus author laudatus in curia temporali, an teneatur in eodem foro iudicium, & litem suscipere. nu.91.92.93.*
94 *Clericus, qui profanam iurisdictionem administrauit coram profano iudice conueniri potest. declara nu. 95.96.97.98 & 99.*
100 *Clericus pro debito a iudice temporali carcerari nõ potest. nu.101.102.103.104.*
101 *Heraclii, Constantini, & Alexii Comneni Imperatorum Orientalium constitutio ad fauorem fori ecclesiastici.*
102 *Clericus debitor suspectus de fuga capi potest a iudice temporali. num.103.104.*
105 *Clericus commiscens se carnaliter cum moniali, deponitur ab officio, & in monasterium detruditur.*
106 *Clericus pro debito alieno, nec carcerari, nec excommunicari potest. Declara num.107.*
112 *Clericum ad recognoscendam scripturam coram temporali iudice conueniri posse notatur.*

TITVLVS VII.

De Clericis, & Sacerdotibus.

1 CLericalis, ac sacerdotalis ordinis Hebræorum † mores habitumque describens Iosephus *de Bello Iudaico lib. 6. cap.6.* inquit: Ad altare vero, templumque accedebant carentes omni vitio sacerdotes, veste quidẽ amicti Byssina, maxime vero mero abstinentes, ac sobrij religionis metu, ne quid rem diuinam faciendo peccarent.

2 Numerus illorũ magnus erat, erant enim † Sacerdotes, ac Leuitę in viginti quatuor classes, turmas, siue ephemerias diuisi, & classis quælibet vltra

quinque

quinque millia hominum, & ideo aſcendebant ad numerum centum viginti millia. Diſtribuebantur
3 † autem per Hebdomadas, dato nomine cuiq; claſſi, a principe illius claſſis, vt hæc omnia habentur. *lib. 1. Paralipom. cap. 24. & meminit Ioſephus contra Apionem. lib. 2. Carolus Sigonius de Repub. He-*
4 *bræor. lib. 5. cap. 2.* Maximo † ſemper honore apud illos habiti, de quo hic locus nõ patitur. Sic AEgyptij, Græci, Romani, nationeſq; omnes ſacerdotes, ac religioſos venerati ſunt, de quo plura dixi de Põ
5 tificia vtriuſq; gladii poteſtate, quem † commentarium ad Paulum Quintum Pontificem Maximum, manuſcriptum tradi curaui.

6 Subeſſe clericos, & ſacerdotes Summis † Pontificibus, & eccleſiæ prælatis dixit *Ioannes Papa. in c. ſi Imperator. 96* Et hoc vti notorium, & omnibus obuium alia probatione non indiget.

Clericatus probatio per ſummariam, aç ſimplicẽ inſtructionem fit coram iudice ſæculari ad finem, vt
7 poſſit † illum remittere ad ſuum eccleſiaſticum Iudicem, *vt dicit Vincent. de Franch. in Deciſ. Neap.*
8 *329. num. 9.* non quod totalis cognitio † clericatus ſpectet ad laicum, ſed ad eccleſiaſticum, & inde Archidiacon. *in c. frequens. 60. Diſtinct.* dicit, quod de his qualitatibus, licet cognoſcendum ſit per Iudicẽ
9 eccleſiaſticum, fatendum tamen eſt, quod Iudex † ſęcularis ſummarie ſe informat, & cognoſcit ad finem remittendi ſi conſtat de qualitatibus. Sequitur *Anton. de Butr. in c. tuam. de ordine cognit.* quos ſequutus eſt *Petr. Belluga in Speculo Principum. Rub.* 11. §. *videamus. ſub nu. 5. cum non naſcatur quis clericus. c. Presbyteri. 68. diſtinct. c. legum. 2. q. 1. Ioan. Andr. in c. ſcienti. de Regul. Iur. in 6. Luc. de Pen. in l. quicunq; Præſumption. 62. c. de Apoch. pub. lib. 10 in. l. qui ex quæſturæ. Præſumpt. 25. c. de Quæſt. lib. 12. Albert. Brun. in conſil. 38. nu. 10. & dixi de Regis Catholici Præſtant. cap. 71. nu. 304. cum pluribus ſeq.* Et
10 laicus interim penes † carceratum detinebitur, *vt ibidem dixi ex Lapo, Mariano ſeniore, Vanquello, Afflicto, Fulgoſio, Ripa, Couarruuia, Claro, et Natta* His adde *Guid. Pap. in deciſ. Grattanop. 138. per totam. & authorem ſummũ Innocent. in c. vt famæ. in princip. de ſenten. excommunic. Et nouiſſime poſtquam hæc ſcripſeram tenuit Iacob. Ferrer. in Guidon. Pap. deciſ. 138.*

11 Clerici, & ſacerdotes † vti poſſunt paſcuis publicis vniuerſitatis ad communem vſum deſtinatis. *Ioan. Petrus Surdus in conſil. 59. nu. 12. vol. 1. & antea Oldrad. in conſil. 32. in fin. Dixi in conſil. 9. nu. 12. 19. centur. 1.* Quod meum conſilium retulit, & ſequitur *Don Garſias Maſtrill. in deciſion. Sicliæ. 49. num. 5. & nouiſſime dixi in Conſil. 54. num. 51. centur. 2.*

12 Declara tamen, illos uti poſſe † paſcuis, & nemoribus vniuerſitatum eo modo, forma, & oneribus, vt vtuntur alii ciues, & tenentur ſoluere, quemadmodum ſoluunt ciues pro eiſdem paſcuis, vt in ſpecie voluit *Abb. Panor. in conſil. 6. vol. 1. Federic. de Senis in conſil. 111. col. 2. Idem Garſias Maſtrill. in dicta deciſ. Sicliæ. 49. ſub. nu. 6.* cum aliis, quæ retuli *in dicto conſil. 54. nu. 56. centur. 2.*

13 Declara etiam primam † ſupranotatam concluſionem, vt ſi ſtatutum dictaret, ut nullus cum animalibus poſſit tale territorium ingredi, quod illud et ã in clericorum animalibus locum habebit, vt nec illa ingredi valeant, *vt dicit Lucas de Pen. in l. 2. c. de nauib. non excuſand. lib. 11. quem ſequitur Roland. a Vall. in conſil. 3. num. 22. vol. 2. Barthol. Bertazzol. in conſil. crim. 87. nu. 7. vol. 1. quos ſequitur Maſtrill. in dicta deciſ. Siciliæ. 49. nu. 11. 12.*

14 Clerici dicuntur de diſtrictu temporali † laicorum, *vt in c. fin. vbi Dominicus de Sancto Gemin. nu. 6. de offic. deleg. lib. 6. Franciſc. Marc in deciſ. Delphinali 1092. nu. 2. vol. 1. Franciſc. Cantucc. in deciſion. nouiſſ. Roman. 105. nu. 1. lib. 2. vol. 2. Dixi late de Regis Catholici Præſtantia. cap. 71. nu. 15. 16. 17.* Et ci-
15 uium † etiam appellatione veniunt. *Idem Franciſc. Marc. in deciſ. 456. nume. 9. vol. 1. & dicam infra. num....*

16 Clericatus non poteſt teſtibus † probari, ſecundum opinionem *Iacob. Butrig. in l. ſi quis per calumniam. C. de epiſcop. & cleriſ. quem refert, & ſequitur Guido Papæ in deciſ. Gratianopol. 449. nume. 4.* & iſta
17 opinio procedit de iure † ciuili, ſecus de Iure Canonico. *Nicol. Boer. in Deciſ. Burdeg. 171. ſub nu. 23.*

18 Bene probatur clericatus † ex literis, ſiue Bullis epiſcopi, eius manu & ſigillo munitis, quibus creditur. *vt per Rotam in Nouiſ. in deciſion. 22. Incip. Fuit dubitatum vtrum. Refert, & ſequitur Franciſc. Marcus in deciſ. 1006. nu. 1. vol. 1.* Et hoc ſufficit de iure canonico, *quod poſt Innoc. tenet Lælius Zanchi. de Priuileg. eccleſiæ. Priuileg. 38. nu. 11.* Intelligendo
19 tamen † de literis, ſiue Bullis Epiſcopi, qui contulit ordines. *Thom. Grammat. in deciſ. Neapol. 81. nu. 1. Petr. Rebuff. ad Conſtit. Galliæ. Tomo. 1. tit. de liter. oblig. Articul. 2. gloſſ. vnica. nu. 112. & in Tract. Nominationum. q. 24. nu. 55. Foller. in Conſt. Apoſtatantes. nu. 6. Joan. Paul. Tolomeus in deciſ. nouiſſ. Rom. 1064. in deciſ. 1067. lib. 3. vol. 3. Anton. Faber in Cod. Fabrian. lib. 4. titul. 14. deciſ. finit. 11. nu. 1. vol. 1. Guido Papæ in deciſ. Gratianop. 582. Petrus. Rebuff. in tractat. Nominationum. q. 24. nu. 55.*

20 Intellige clericatum perſonæ † illegitimę nõ probari per vocem, & famam. *vt Geminian. in conſil. 91. voluit Cardin. Puteus in deciſ. 359. nu. 1. lib. 1.*

21 Declara tamen, quod ſi † literæ ordinum fuerint deperditæ, id teſtibus probari poterit. *Guido Pap. in deciſ. Gratianop. 474. Franciſc. Marc. in deciſion. Delphinal. 1006. nu. 3. vol. 1. Petr. Foller. in Ritu Incip. Item ſi aliquis fuerit citatus. nu. 14.*

22 Declara ſecundo non ſolum † probari per teſtes, ſed per vnum teſtem probari clericatum, vt voluit *Bald. in c. licet. vbi Felin. de Teſtib. Petr. Gerard. de Petra Sancta in ſingul. 49. in fin. quos refert, & ſequitur Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 171. ſub. nume. 23. Matth. de Afflict. in Conſt. Regni. Apoſtatantes. num. 20. Petr. Rebuff. in Tract. Nominationum. q. 22. num. 14. Iacob. Philip. Port. in Tract. com. opin. lib. 1. concluſ. 5. verſ. Cautelam. Ioan. Vincent. de Anna. in ſingul. 408.*

Sub-

Subdeclara proximam declarationem non habe-
23 re locum, quando tractaretur † de interesse alicuius, vel de ipsorum Iudicum Iurisdictione, tunc enim ad probandum clericatum ad minus duo testes essent necessarij, *vt post Cyn. & alios. in dicta l. si qua per calumniam. C. de episcop. & cleric. Voluit Afflict. in dicta const. Apostatantes. nu* 20. *& alios voluit Anton. Gabriel. com. opin. lib.* 1. *titul. de Testib. concluf.* 1. *nume.* 68. *cum pluribus seq. Iacob. Philipp. Portius in Tract. commun. opin. lib.* 1. *concluf.* 5. *per totum.*

24 Declara tertio probari clericatum ex cõmuni † reputatione cum aliis coniecturis. *Rauellens. in decis.* 7. *nouiss. Rom.* 26. *lib.* 2. *vol.* 3. *Vide Rotam in antiq. in Decis.* 312. *Nota quod clericus. Card. Put. in dec.* 77. *nu.* 3. *vol.* 3.

25 Clerico non prodest statutum † exclusiuum feminarum, *vt dicit Io. de Imol in c. quod clericis. de for. comp. dicens ita ipsum consuluisse. quem sequitur Alexand. in consil.* 41. *num.* 6. *vol.* 7. *D. Alexand. Raud. in decis. Pisana.* 41. *nu.* 44. *Matth. Matthesilan. in Not ab.* 111. *Incip. Nota vnam lucrosam. Bartho. Socin. in consil.* 128. *nu.* 6. *vol.* 14. *Angel. in consil.* 283. *in fin. Marian. iunior. in consil.* 1. *num.* 63. *vol.* 1. *Gorg. Nata in Tract. quod statib. mascul. parte.* 3. *nu.* 82. *cum seqq.*

Contrarium tenuerunt, quod immo stante simili
26 statuto † clerici excludant feminas, *vt voluit Bald. in consil.* 30. *col.* 2. *vol.* 1. *Alexand. in consil.* 211. *col.* 1. *vol.* 2. *Andr. Barba. in consil.* 53. *vol.* 2. *in consil.* 50. *vol.* 3. *Lapus in Allegatio.* 100 *& in Alleg.* 101. *& ibi plures allegat. Quintilian. Mandos. pro hac opinione,*
27 *quam dicit esse communiorem. Pro vt communem* † *dicit, & sequitur Albert. Brunus in Tract. quod stantibus mascul. Articul.* 12. *nu.* 165. *cum pluribus sequentibus. Ioan. Mohedan. in decis.* 172. *in fin.*

28 Vltimam opinionẽ † esse cõmuni calculo approbatam nõ ambigitur, de quarum resolutione (Deo auspice) disserere conabimur in tit. de statuto feminas excludente. Nunc tamen cum habeamus text.
29 *in Constit. Regni. In aliquibus.* † quæ masculis extantibus feminas excludit, dum tamen dotentur. In Regno receptum est, clericos excludere feminas, vt dicit *Ioan. Thomas Minadous olim Regius consiliarius in Rep. dictę. Constitutionis, in Rub. in verb. Filiorum. nu.* 22. 23. *& dixi obseruationum ad Iura Regni Neapolitani lib.* 1. *obseruat.* 68.

30 Bullis Papæ asserentibus † contulisse beneficium alicui, quem appellat clericum, non creditur quo ad probationem clericatus, *vt ex Petro de Anchar in c. si iudex Laicus. col.* 2. *vers. Sed iuxta præfata quæro. de sent. exc. in* 6. *& alijs multis voluit Thom. Grãma. in decis.* 81. *num.* 3. 4. *Prosper Carauita in Ritu.* 235. *sub nu.* 20.

31 Clericus citatus pro causa † criminali per iudicem laicum comparere non tenetur ad allegandam fori declinatoriam *ex Archidiacon. in c. placita.* 15. *q.* 4. *& ex Matth. de Afflict. in constit. Regni. Priuilegia. nu.* 5. *Thom. Grammat. in consil.* 1. *post decisiones. nu.* 44. *&* 45. *Petr. Foller. in Pract. Crimin. in verb. audiantur excusatores. sub. nu.* 39. *vers. Ego dico quod clericus. Guid. Pap. in decis. Gratianop.* 450. *Aufrer. ad Cappel. Tholos. in decis.* 165. *Item fuit quæsitum, bannum.*

32 Ex hoc dicunt admitti procuratorẽ † vel aliũ, loco citati clerici absentis ad allegandam fori declinatoriam, & producendas Bullas, vel scripturam clericatus. *ut per Innocent in c. Veniens. extra de Testib. Bal. in l. seruũ quoq;* §. *publice. ff. de procur. Barth. de Chassanæ. in consi.* 1. *vers. sed nec in totum. eundem Foller. in dicto verb. Audiãtur excusatores: sub. nu.* 39. *Guid. Pap. in decis. Gratiano.* 338. *nu.* 2.

33 Verum supradicta vera sunt de iure cõmuni. † secus autem de iure Regni Neapolitani, quia per Ritum. 136. procurator, nec alius in causis criminali-
34 bus † admittitur, neq; ad media causæ. Item per aliũ Ritum. 230. ubi allegaturus declinatoriam fori non
35 auditur, nisi personaliter † compareat, per Ritum 235. quo disponitur nullum clericum audiri nisi per
36 sonaliter † compareat cum documentis clericatus. Et ita voluit *Petr. Foller. in dicto verb. Audiãtur excusatores. nu.* 39. *Prosper Carauita in dicto Ritu.* 230. *in prin. in Ritu.* 236. *et in Ritu.* 269. *n.* 2. vbi dicit ita
37 seruari † in omnibus Curijs Regni. Sed *Vincent. de Franchis in decis. Neap.* 329. *differit*, an, & quando si-
38 citetur clericus tamquam laicus † per iudicem temporalem, si admittantur scripturæ concernentes exceptionem fori declinatoriam per procuratorem, vel alium ad impediendam contumaciam, & concludit in primis citationibus non admitti: secus autem
39 in citatione ad foriudicandum, † quia tunc ob graue periculum, quia condemnaretur clericus ad mortem recipiuntur, & ita seruatur. Quod eo magis admittitur, quia si in primo casu accusata fuisset contumacia, pœna, & mulcta non exequitur, sed docto de
40 clericatu, nulla declarantur † acta, & non exigitur mulcta ex contumacia, *Iuxta tradita per Guid. Pap. in dicta decis. Grationop.* 450. & repertis Bullis, quæ
41 veritatem contineant, suspenduntur acta, † *vt per Vinc. de Franchis in dicta decis.* 329. *in fine*. Et tam Ritus prefati, quam decisionis meminit *Petrus Barbossa Lusitanus. in l. Titia. in prin. nu.* 24. 31. *ff. solut. matr.*

Tamen in Gallia ad opponendam exceptionem
42 fori declinatoriam ex parte clerici † vel per eius procuratorem, non fuit admissus citatus a curia propha na. *arg. l. si quis ex aliena. ff. de iud. per Arrestum Senatus Parisiensis. vt per Ioan. Papon. Arrestor. curię. lib.* 7. *titul.* 7. *Arresto.* 5.

Declaranda sunt prædicta, quod si clericus citatus coram laico iudice, distulerit producere, & præ-
43 sentare Bullas † clericatus, si postmodum petit remissionem ad suum iudicem, condemnandus est ad expensas, *vt per AEgidium Bellamer. in decis.* 226. *Gulielm. Cassador. in decis.* 3. *titul. de Appell. Cappell. Tholos. in decis.* 165. *& ibi Aufrerius. alios allegans Ioan. Vincent. de Anna in singul.* 131. *Thom. Gram. in decis. Neap.* 29. *nu.* 7. *Vide infra eodem titul. nu.* 11. 63. *M. An. Cucch. Inst. canon. maior. lib.* 3. *titul.* 9. *nu.* 88.

44 Et tales expensę taxantur † a iudice ecclesiastico, *vt per Deci. in consil.* 241. *& Thom. Grãmat. in Ritu.* 18. *nu.* 16. exequuntur tamen a iudice temporali,

vt

45 † *vt per Cappel. Tholoſan. in dicta deciſ.165.& Petr. Rebuff.in l. Diuus.nu.* 185.186.*ff.ad Senatuſconſultum Syllan.Proſper.Carauit. in Rttu.65.numē.8.M. Anton. Cucch. Inſt. Canonicar. libr. 3. titul. 9. numer.*88.

46 Clericus,Prælatus, & ſacerdos ,qui manet in loco extero ,ratione alicuius beneficii, vel prælaturæ, donec eſt prælatus,& prælatura durat, durabit ciuiliter *vt per Angel.in conſil.*23.*in fin.quem refert*, & *ſequitur Paris de Puteo de Syndicatu.in Verb.Ciuilitas.num.*1.*in fin.Nicol. Boer.in deciſ. Burdegal.*260. *num.*20.21.*plene Bartholom.de Caſſan.in conſuetud. Burgundiæ Rub.*13.§.5.*in verb. habitans.nu.* 2.*cum pluribus ſeq.dixi in Commentarijs. de Regis Catholici Præſtantia.cap.*71.*num.*15.

47 Clericus depoſitarius cogitur† a Iudice laico exequutiue ad depoſitum reſtituendum non per modum ordinariæ cognitionis.*Bald.in l.acceptam, ſub nu.*4.*c.de vſur.in l.ſi ſideiuſſor.ff.fin.ff.qui ſatiſd.cog. Alex.ad Bartol.in l.*1.*ſub nu.*1.*in verb.In clericis.ff. de iudic.Stephan.Aufr. de Poteſtate ſeculari ſuper eccleſ.perſon.Regul.*2.*Foll.*14.*Rob. Marant. in ſpeculo Aureo.Parte.*2.*diſtinct.*11.*nu.*38.*Reſtaur. Gaſtald. de Imperat.q.*101.*nu.*12.*Petr.Rebuff.ad Conſtit. Galiæ.Tomo.*1.*titul.de liter.Oblig. Articul.*3.*gloſſ.*9.*nu.* 3.*Stephan. Aufrer.ad Cappell.Tholos.in deciſ.*168.*Cæſar Vrſill.in deciſ.Neap.*24.*nu.*2.*Petr. Cenedo collectan.Iuris Canonici.Parte.*1.*collectaneo.* 37.*nu.* 21. *Ioſephus Cumia in Ritibus Sicilię, cap.*19.*nu.*24.*Ioa. Vincent.de Anna in ſingul.* 127. *Renatus Chopin.de Sacra Forens.Politia.lib.*2.*titul.*1.*ſub.nu.*17.*Matth. de Afflict.in deciſ.*24.*nu.*3.*Anton.Faber.in Codic.Fabrian.lib.*1.*titul.*3.*defin.*55.*nu.*13.*vol.*1.

48 Bona clericorum mobilia non †exequuntur,quia adhærent perſonæ, & illorum priuilegio gaudent. *arg.c.eccleſiarum ſeruos.*12.*q.*2.*gloſſ.in fin. extra. de Vita,& honeſtat.cleric.Petr. Rebuff. ad conſtit. Galliæ.tomo* 1. *titul.de liter. obligator. Articul.*2.*gloſſ.*2. *nu.* 106.*Gulielm. Onciacus quæſtion. Academic. lib.* 2.*q.*49.*nu.*7.

49 Amplia procedere, etiam in † animalibus, puta arcibus Locatis per triennium laicis ad ſtercorandum,vt pronunciatum fuiſſe ſcribit *Petr. Rebuff. ad conſtit.Galliæ.Tomo.*1.*titu.de liter.obligator.Articul. vnic.gloſ.*2.*nu.*107.

50 Amplia ſecundo, vt etiam † ſi quis ſit factus clericus poſt condemnationionem,ante tamen exequutionem, quod non fiet exequutio in bonis clericorum.*Idem Rebuff.in dicto Tomo.*1.*titu. de liter.Obligator.Articul.*2.*gloſſ.Vnica.num.* 112.*poſt Ioan.Gallum.q.*57.

51 Amplia Tertio,quod † etiam ſi fuerit condemnatus pro alimentis non fit exequutio in bonis mobilibus.*Petr.Rebuff.in Tomo* 1. *titul. de liter. Obligator. Articul.*2.*gloſſ.Vnica.nume.*113.vbi dicit per Arreſtum ita proui um.

52 Declara primo ſecus eſſe ſi bona † clerici eſſent negotiationis cauſa,quia illa exequi poſſunt, nec in eis priuilegiatus exiſtit.*c.quamquam.de cenſib. in 6. Alberic.in Authen. Statuimus. col.*2.*C.de epiſcop.& clericis.Stephan.Aufrer.de Poteſtat.ſęcul.ſuper eccleſiaſtic.perſon.Regul.*2.*limit.*32.*quos refert, & ſequitur Rebuff.Tomo* 1.*titul.de liter.obligator.Articul.*2. *Gloſſ.vnica.nu.*119.

53 Declara ſecundo,bona † mobilia clerici,qui cleri caliter non uiuit, exequi poſſe, vt in Senatu Pariſienſi Iudicatum,& demum iterum in camera computorum,ſcribit idem *Rebuff. in dicto titul.de liter.obligator. Articul.*2.*gloſſ.Vnica.numer.*120.121. *Tomo.*1.

54 Subdeclara tamen,clericum † clericaliter viuere, qui omnibus alijs relictis Dei omnipotentis inhæret miniſterijs,*vt dicit Nicol. de Neapol. in c. Regni. Item ſtatuimus quod clerici.*Sed dicendum eſt, illos

55 clericaliter viuere, qui habitum, & † tonſuram deferunt,eccleſiæ, ſaltem feſtis diebus,inſeruiunt,& a negotijs ſæcularibus, præſertim inhoneſtis abſtinent.*Specul.in titul.de cleric.coniug.col.*1.*Guido Pap. in deci.Gratianop* 83.*Ioan. Anton.de Nigris in extra uag.Clementis ſeptimi.de Vita,& honeſtat.clericor.in*

56 *verb.Priuilegio.nume.*297 qui† dicit,eſſe nimis rigidum dictum Nicolai de Neapoli, quia ſi illud eſſet verum, pauci clericaliter viuerent.Et quod ſufficiat

57 eccleſiæ inſeruire, ut dicantur † clericaliter viuere *dicit Gerard.Maynard.in deciſ.Tholoſ.*26.*lib.*1.*ſed ui de Rebuff.ad conſtit. Galliæ. Tomo.*1.*tit. de lite.oblig. Artic.*20.*glo.*1.*nu.*121. *Foller.c. Regni. Item ſtatuimus quod clerici.nu.*9.*Viui.in deciſ.*512. *D.Coſta de Remed.ſubſid.Remed.*29.*nu.*5.

58 Declara tertio, bona clerici conductoris † propenſionis ſolutione exequi poſſe, in ſenatu Pariſien ſi deciſum fuiſſe ſcribit *idē Rebuff. ad Conſtitut. Galliæ tomo.* 1. *titul. de liter. Oblig. Articul.*2.*glo.vnica. nu.*122.

59 Declara quarto exequi mobilia † contra clericum,vocatum uti hæredem patris vt placuit,& prouiſum fuiſſe dicit per ſenatum *Rebuff. in dicto titul.de liter.oblig. Articul.*2. *gloſſ.Vnica.numer.*123. *in fin.*

60 Declara quinto, vt quemadmodum † bona immobilia clerici exequi poſſunt, eodē modo fructus illorum,non dum collecti, ac recepti, cum ſint pars ſoli.*l.fructus.ff.de Rei uendic.Ioan. Copus de Fructi-*

61 *bus.lib.*1.*titul.*3. *cap.* 6. & per Arreſtum † ita fuiſſe terminatum teſtatur *Idem Rebuff.in dicto titul. de liter. obligat. Articul.* 2. *gloſſ. vnica. numer.* 125. *Tomo* 1.*Gulielm.Onciac.quæſtion.Academic.lib.*2.*q.* 49.*num.*7.

62 Coram iudice laico generalis † procurator laici eſse non poteſt clericus, niſi ſpecialiter ad aliquam cauſam.*poſt Innocen.in cap.*1.*in fin.de oblig.ad ratiocin. Iafred. Lanfranc. Balb.in deciſ.* 112. *Incip. clericus.*

63 Poſse clericum citatum a iudice temporali † coram ſe non comparentem, & contumacem factum expenſis mulctari, *uidetur text cum gloſſ. in l. nullum.C.de teſtib.quam notat Gul.de Ludo.ſingul.*8. *& glo.in c.conuenior:*23.*q.*8.

64 Contrarium quod hoc facere non poſſit † Iudex ſæcularis, *arg.c.at ſi clerici.de Iudic.et c ſi diligenti.*

de

de for. comp. voluit Specu. in tit. de citation. §. 1. *verſ. ſed pone q̃ iudex. Alber. & Bal. in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. nõ ierit. quorũ authoritate ita voluit Iafred. Lan franc. Balb. in deciſ.* 153. *Incip. clericum.* Sed ego di-

65 cerem hanc opinionem habere locum † in ſacerdote, quem notorium eſt ita eſſe, ſecus autem in eo, de cuius clericatu dubitatur, & ignoratur; ſed videnda ſunt ea, quæ dixi *ſupra hoc eodem titul. nu.* 43. *& ſequen. Matth. de Afflict. in deciſ.* 2. *ſub. num.* 8. *tetigi infra tit. de for. competenti. nu.* 145.

66 Clerici ſæcularibus negotijs † ſe immiſcentes, ac illa tractantes, amittunt clericalia priuilegia. *Guido Papæ in deciſ. Gratianop.* 196. *nu.* 2. Clericus enim ne

67 gotiator tanquam † peſtis euitandus. *c. Negotiatorem.* 88. *diſtinct.* De quo Paulus Apoſtolus 2. *Timeth. cap.* 2. Nemo Deo militans implicat ſe negotijs ſæcularibus, vt ei placeat cui ſe probauit. *Anton. Roſell. de Poteſtate Papæ & Imperator.* §. *Plus videtur. nu.* 3. *Petr. Rebuff. ad conſtitut. Galliæ Tomo.* 2. *titul. de Mercatorib. & Negotiat. in princ. & in titul. de Mercatoribus minutatim uendentib. Articul.* 1. *gloſſ.* 13. *Ferdinand. Vaſq. de ſucceſſ. parte.* 3. §. 26. *nu.* 78. *ante eos Federic. de Senis. in conſi.* 207. *Petr. Foller. in conſt. Regni. Clerici. nu.* 3. *& in conſt. De perſonis. nu.* 7. *D. Coſta de Remed. ſubſidiar. Remed.* 73. *Anton. Faber. in Cod. c. Fabr. lib.* 8. *tit.* 27. *Defin.* 23. *nu.* 7. *inalleg. nu.* 7. *vol.* 1.

68 Declara illum † dici negotiatorem, qui non mutata forma rei emptæ, illam reuendit, non autem dicitur negotiator, qui mutat formam, ut ex illo opere tur. *c. eijciens.* 88. *diſtinct. Dominic. de Sancto Gem. in c. quamquam. de cenſib. in.* 6. *Io. de Firmo in tract. de Gabell. parte.* 7. *q.* 6. *num.* 11. *Petr. Duenn. in Regul.* 110. *Fallent.* 11. *Petr. Cenedo collectaneorum Iuris Canonic. parte.* 1. *Collectaneo.* 37. *num.* 2. *Ioan. Anton. Niger, in extrauag. Clementis ſeptimi. de Vita, & honeſtat. cleric. in Verb. Priuilegio. num.* 222. 223. *Petrus Foller. in conſt. De perſonis. ſub. nu.* 8.

69 Declara ſecundo, non † appellari clericum negotiatorem, qui vendit ex ſuis proprijs bonis, & fundis, frumentum, Vinum, oleum, & ſimilia *Alfonſ. Viuald. in Candelab. eccleſ. Parte.* 2. *titul. de explanation. Bullæ in Cœna Domini. Caſu.* 5. *numer.* 40.

70 Declara tertio, clericum † negotiatorem, vt amittat priuilegia, debere præcedere trinam monitionẽ. *arg. c. fin. extra de Vita, & honeſt. cleric. voluit Ignatius Salzed. ad Bernardum Diaz. in Practi. canonic. cap.* 55. *quos refert, & ſequitur Petr. Cenedo collectaneor. Iuris Canonic. Parte.* 1. *collectan.* 37. *nu.* 2.

71 Acta facta contra † clericum per iudicem laicum ad inquiſitionem ſequi non tenetur epiſcopus, ſecus in actis ad inſtructionem. *Bal. in Authe. clericus. C. de epiſco. & cleric. Iafred. Lanfran. Balb. in deciſ.* 399. *incip. epiſcopus.*

72 Clerici Academijs, & ſtudijs † vacantes ſuarum præbendarum fructus percipere debent. *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegalenſ.* 17. *nu.* 3. 16. *& alij ſcilicet Archidiac. Specul. Gulielm. de monte Laudun. Federic. de Senis. Oldrad. Rebuff. Horat. Lucius, Bolognin. Felin. Scodob. Gemi. Copus, Ioan. Paul. Lancelott. Zanchus, Petr. Gregor. quos retuli in conſil.* 16. *centur.* 1. *poſt nos Gerardus Maynardus in deciſ. Tholoſ.* 8. *libr.* 1. *tetigi infra titul. de cleric. non reſident. nu....*

73 Declara ſupradictam † concluſionem non ſolum procedere, ſi clericus uacet ſtudijs Theologiæ, ſed etiam ſtudijs Canonum, legum ciuilium, Grammaticæ, ac ſimilibus. *arg. c. cum ex eo. de elect. in.* 6. *ca. de quibuſdam. vbi Archidiacon. & Dominic.* 37. *diſtinct. gloſſ. in dicto. c. cum ex eo. Federic. de Senis. in conſil.* 146. *Horat. Lucius de Priuileg. Scholar. Priuileg.* 31. *nu.* 12. *verſ. Primo igitur amplia.*

74 Declara ſecundo, non ſolum † deberi clerico vacanti ſtudijs fructus beneficiorum, ac de maſſa communi, ſed etiam cotidianarum diſtributionum, quæ dantur intereſſentibus, *vt dicit Ludo. Bolognin. in Authen. Habita. num.* 381. *C. ne fil. pro patr. Felin. in conſil.* 18. *Nicol. Boer. in dicta deciſ. Burdegal.* 17. *nu.* 3. 16.

75 Declara Tertio, requiri † epiſcopi diſpenſationẽ et licentiam non ſolum ad proſequendum ſtudium, ſed etiam ad fructuum receptionem, *vt voluerunt Ioan. Andr. & Ioan. de Imol. in c. tuæ. de clericis non reſidentib.*

76 Subdeclara tamen, quod † conceſſa ad ſtudium licentia, ad fructuum conceſſionem etiam conceſſa intelligitur. *Archidiacon. in c. frater.* 19. *q.* 3. *& Dominic. & Philipp. Franc. in dicto c. cum ex eo. de elect. in* 6. *Horati. Lucius in dicto Priuileg.* 31.

77 Declara quarto, † quod ſi curſus annorum, qui dantur clerico vacanti ſtudijs ob infirmitatem aliquis annus eis non vacauerit, poteſt proſequi poſtmodum, & tempus infirmitatis, vel alterius iuſti impedimenti eis non computabitur, *Dominic. de Sancto Gemin. & Philipp. Franc. in dicto c. cum ex eo. de elect. in.* 6. *vide Ioan. Petr. Surdum. in conſil.* 374. *nu.* 23. *vol.* 3.

78 Clerici Laicorum Principum, aliorumue prophanorum negotia gerere & adminiſtrare non debent, *ſcribit Gerardus Maynardus in deciſ. Tholoſan.* 22. *lib.* 1. *dixi plene de Magiſtratuum edictis. lib.* 1. *cap.* 10. *per totum.*

79 Quo pacto clerici iurare debeant, an † in pectore, vel manu tactis ſcripturis, *dicam in titul. de Iureiurando, cum his quæ dixi de Magiſtratuum edictis. lib.* 1. *cap.* 14. *nu.* 83. 84.

80 Clericus per iudicem laicum citari poteſt † cum clauſula, ſi ſua putauerit intereſſe, cum non arctet ipſum ad comparendum, quia dicitur monitio potius, *vt per Bald. in c. fin. colum.* 1. *de Fide Inſtrum. Maith. de Afflict. in deciſ. Neapol.* 24. *numer.* 8. *Petr. Foller. in conſtit. Regni. de Burgenſaticis. nume.* 38. *Roland. a Vall. in conſil.* 29 *numer.* 10. *vol.* 2. *Cæſar Vrſil. in deciſ. Neapol.* 380. *numer.* 6. *Anton. Capic. in deciſ. Neapol.* 8. *numer.* 2. *licet de hoc ſubdubitet idem Vrſill. in deciſ.* 2. *quem ſequitur Cæſar Barz. in deciſ. Bono.* 106. *num.* 12. *Franciſc. Viuius in deciſ.* 30. *numer.* 2.

81 Reconueniri poteſt clericus † coram iudice temporali, quando ipſe conuenit aliquem laicum ibidẽ.

vt

vt per Matth. de afflict. in decision. Neapol. 173. *vbi asseruit ita fuisse decisum in sacro consilio. Robert. Marant. in Specul. Aureo. par.* 4. *Distinct.* 6. *nu.* 35.

82 *& in Regno* † *habemus Ritum magnæ curiæ Vicariæ.* 67. *vbi Prosper. Carauita dicit hanc esse communem opinionem. Curtius Iunior. in l.* 2. *nu.* 88. *ff. de iurisd. omn. iudic. Ioã. Baptista Villalob. opin. commun.* §. *clericus. nu.* 72. *Bartbol. Socin. in regul.* 56. *Fallẽt.* 4. *Andr. Gail. Practic. obser. lib.* 1. *obseruat.* 37. *nu.* 6. *Vincent. de Franch. in decis. Neapol.* 193. *nu.* 3. *in decis.* 149. *num.* 1. *& dico infra hoc titul. nume.* 108. *Anton. Faber in Codice Fabrian. lib.* 3. *tit.* 12. *de fin.* 12. *nu.* 1. 2. 3. *vol.* 1. *Iafred. Lanfranc. Balb. in decis.* 64. *Franc. Viuius in decis.* 49. *nu.* 4.

83 Declara tamen, quod & si iudex † sęcularis cognoscat reconuentionis causam, & procedere possit ad condemnationem, non tamen ex ea causa poterit clericum de persona astringere, sed hoc faciet ecclesiasticus iudex. *Archidiacon. in c.* 1. *de cleric. coniugat. in* 6. *Lapus in allegation.* 118. *& ibi Quintilian. Mandos. in apostillis. Marian. Socin. Senior. in c.* 1. *nu.* 31. *de mutuis petit. & in c. proposuisti. nu.* 55. *de for. compet. Felin. in c. at si clerici. nu.* 24. *de iudic. Cæsar. Vrsill. in decision. Neap.* 173. *Ioachim. Mynsinger. in obseruat.* 67. *vers. primus casus. centur.* 2. *Franc. Viui. in decis.* 49. *nu.* 4. 5.

84 Declara secundo, quod reconuentio † clerici non habet locum in causa criminali. *Imol. in c. at si clerici. nu.* 5. *vbi decis. nu.* 48. *de iudic. vbi August. Bero. nume.* 150. *quos refert, & sequitur Iul. Clar. in Pract. crim. q.* 36. *sub nu.* 6. *M. Anton. Cucch. inst. canonic. Maior. lib.* 3. *titul.* 9. *nu.* 15.

85 Clericus homicida voluntarius † per curiam sęcularem cognoscitur, & condemnatur, at immunitate ecclesiastica non gaudet, conclusum fuit in Senatu Delphinali, *vt per Guidon. Papæ. in Decis.* 121. *& in decis.* 138. *& nouissime Gerardus Maynardus in decis. Tholos.* 23. *lib.* 1. vbi ex simili causa clericus fuit morti damnatus a curia temporali. *Dixi supra in titul. de his, qui ad eccles. confug. numero* 88. 89.

86 Clericus tonsura insignitus, & † beneficium ecclesiasticum obtinens, aut sacro ordine insignitus, coram sæculari iudice Aduocati officium exercere non potest. *c.* 1. *de postuland. Specul. in tit. de Aduocato. nu.* 5. *Sylvester de Prierio in summa. in* §. *Aduocatus. num.* 6. *uers. tertio. ante eum Angel. de Clauas. in summa.* §. *aduocatus. nu.* 9. *Barth. Fumeus in Armilla. num.* 6. *notatur etiam in c. sacerdotibus. extra. ne clerici, vel monachi.* De iure ciuili habetur *in l. placet C. de episcop. & clericis.* Sic decreuit Ioannes Xiphilinus Patriarcha Constantinopolitanus. Cũ

87 † multos (inquit) ecclesiasticos, & monachos, videremus alienas causas subeuntes, & pro ijs decertantes, qui ciuilibus, & ecclesiasticis iudicijs litigãt ab ecclesiastica consuetudine, & legum grauitate, quod fiebat, alienum iudicantes, statuimus, vt nemo deinceps, nec monachus, nec vllus ecclesiasticus, alienas causas suscipiens, in iudicio defendat. Id enim est aperta mercenaria opera, & nemo tale quid agens, nostræ moderationis spplicium effugiet, præterquam, si forte cum sit causa ecclesiastica a nobis iubeatur alterutrius litigantium partis defensionem suscipere. Tunc enim præterquam quod erit reprehensionis expers in pœnam quoq; non cadet. Præsens autem subnotatio omnibus quoque ciuilibus iudicis legi iussa est, vt cum nostri decreti scientiam habuerint, eos omnino non admittant ad vllorum causas agendas. Hæc ille, quam ponit Enimundus Bonefidius iuris orientalis *lib.* 2. *de constitutionibus Xiphilini.* 3. *Cuius meminit etiam Petrus Gregorius Syntagmate iuris vniuersi. lib.* 49. *cap.* 6. *nu.* 24. *Ioan. Paul. Lancelot. Instit. Canonic. lib.* 3. *titul. de procur.* §. *postulandi. M. Anton. Cucch. Instit. Canonic. maior. lib.* 3. *tit.* 10. *num.* 24. *cum pluribus seq.*

88 Declara primo posse † sacerdotes aduocare pro se, pro ecclesia sua, pro personis sibi coniunctis vsque ad quartum gradum, & pro personis miserabilibus. *Angel. de Clauas. in summa.* §. *Aduocatus. num.* 5. 6. posse tamen in causis delegatis disputare scribit *D. Rauden. de Analogis. cap.* 39. *num.* 5. 6. *Ad declarationem adde Ioan. Paul. Lancelot. Instit. Canonic. lib.* 3. *tit. de procur.* §. *postulandi.*

89 Subdeclara procedere † in causiis ciuilibus, verum in criminalibus coram iudice sęculari nullo modo possunt sacerdotes, & clerici aduocationis officium gerere. *Idem Angel. in dicto.* §. *Aduocatus. num.* 1. *in fin. & nu.* 7. *Simon Maiolus de irregularitate. lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 3. *Lancelott. in dicto. lib.* 3. *Instit. canonic. tit. de procuratoribus.* §. *postulandi.*

90 Author laudatus clericus in curia temporali nõ tenetur litigare, & litem sequi in foro, & tribunali sæculari, sed debet vocari, & illum defendere in curia ecclesiastica, *vt tenuerunt Angel. & Paul. de Castro. in l. venditor. ff. de iudicijs, quos ibidem sequitur Iacobin. de Sanct. Georgio. Anton. Capic. in decis. Neapol.* 197. *nu.* 7. *in fin.* vbi dicit, quod † clericos solẽt

91 remittere ad iudices ecclesiasticos. *Ioan. de Arnon. in singul.* 69.

92 Contrarium tamen quod † clericus author laudatus teneatur defendere suum emptorem vexatum coram iudice laico, *tenet Albert. Bald. Fulgos. & Lancelot. Deci. in dicta. l. venditor. Panor. in c. quoniam frequenter.* §. *in aliis. num.* 28. *vt lite non contest. & ibi Marian. senior nu.* 127. *Bartholom. Socin. in consil.* 91. *in vltimo dubio. vol.* 3. *Nicol. Boer. in decis.* 69. *num.* 27. *Hippoly. de Marsyl. in singul.* 694. *in fin. Anton. Burgos. in c. fi. nu.* 16. *post Panor. de empt. & vendit. Stephan. Aufrer. ad Cappell. Tholos. in decis.* 360. *in fin. Didac. Couarru. practicar. quæstion. cap.* 8. *num.* 2. 3. *Gaspar. Caballin. de euictionib.* §. 3. *nu.* 119. *cum pluribus seq.* vbi alios (licet inuolute) allegat. *Andr. Gail. Practicar. obseruat. lib.* 1. *obseruat.* 37. *nu.* 7. vbi dicit hanc opinionem esse veriorem, & in Imperiali Camera receptam. Et hanc nouissime probat *Hierony. Cęuallos practicar. opi. commun. contra com. quæst.* 588. Vbi procedere di-

93 cit † etiam in Hispania de iure regio. *Thom. Crammat. in decis. Neap.* 21. *nu.* 47. *cum pluribus sequent.*

Quam ſequitur Anton. Scappus de iure non ſcripto. lib. 1. cap. 21. nu. 1. 7. Iachi. Myncig. centur. 1. ob ſeruat. 22. in fin. ibi dicit in Camera Imperiali ita pro uiſum. *Centur. 5. obſeruat. 14. eo obſeruat. 33. Hiero ny. Treutler. diſput. ſelect. lib. 1. diſput. 12. theſi. 9. Tan go infr. titul. de Iudiciis. nu. 61. & de for. compet. nu. 92. Nicol Vigell. in deciſ. 37. centur. 1.*

94 Clericus, qui profanã adminiſtrauit iuriſdictionẽ corã profano iudice cõuenitur. Ita deciſum in ſupremo Pariſienſium parlamento *vt teſtatur Ioan. Gallus. q. 235. Renatus. Choppin. de Sacra Forẽſi Politia. lib 2. titul. 1. nu. 17. Stephan Aufrer. de poteſta te ſæculari Regul. 1. Fall 17. Guliel. Bened. in rep. c. Raynutius. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. deciſ. 2. nu. 155. Petr. Plaza. in Epitome delictor. cap. 14. nu. 23. Lancelot. Conrad. de offic. prætor. in cauſ. criminali. §. 3. titul. de inquiſit. nu. 7. verſ. 17. Petr. Foller. in conſtit. regni: De perſonis. nu. 9. Idem Choppin. Monaſticon lib. 1. titul. 3. ſub nu. 27.* vbi Clemen tis V. diploma refert, quo illos correctioni laicorũ iudicum ſtatuit.

95 Declaratur tamen quinq; † modis, primo, ſi prius fuerit facta publica monitio ſub pœna amiſſionis priuilegij clericalis, quo clericus magiſtratibus, & officijs ſæcularibus non ſe immiſceret. Secũdo poſt
96 illã fiat † alia trina monitio. Tertio, quod coactio,
97 & diſtrictio clerici eo † caſu fiat per iudicem eccle-
98 ſiaſticum. Quarto, quod illa clerici per † iudicem temporalem facienda, ſit ciuilis, non autem crimina lis. Quinto, quod illo profano officio, quod exerce-
99 bat, poſſit priuari † de quibus declarationionibus, & quo pacto intelligantur, videnda ſunt ea, quæ retuli de Regis Catholici præſtantia. *cap. 71. num. 34. uſq; ad nu. 4. ne idem iterum tranſcribam.*

100 Clericus & religioſus carcerari non poteſt a iudice temporali pro debito. *c. Odoardus. de ſolution. l. miles. in princ ff. de re iudic. Franci. Marc. in deciſ.*
101 *Delphin. 1060. nu. 1. vol. 1.* Huic conuenit † Piorũ Imperatorum Heraclij & Conſtantini conſtitutio, qua prouiſum eſt, ne epiſcopus, clericus, vel monachus pro cauſa ciuili, aut criminali adeat ſęcularem iudicem, ſed cauſas agitent apud ſuos epiſcopos, Metropolitanos, & Patriarchas, quam ex Bulla aurea confirmauit Alexius Comnenus. *de quibus Enimundus Bonfidius Iuris Orientalis. lib. 1.*

102 Declara ſecus eſſe, † ſi clericus ſit fugitiuus, ſeu ſuſpectus de fuga, quia tunc capi poſſet. *argum. l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his, quæ in fraud. & noluit idem Franciſ. Marc. in dicta deciſ. Delphin. 1060. nu. 1. vol. 1.*

103 Declara ſecundo eam † clerici capturam ſuſpecti de fuga fieri poſſe per creditorem, non autem poſſet illam iudex ordinare, & hoc, vt illum portet ad iudicem eccleſiaſticum, *vt dicit Franciſc. Marc. in deciſ. 1060. nu. 2. vol. 1.*

104 Declara tertio, vt ſi alia bona † clericus non habeat, neq; beneficiorum fructus arreſtari poſſe, ne contra ordinis dignitatem mẽdicare, vel nudus incedere, cogatur, *vt poſt alios ſcribit Petrus Pecchius de iure ſiſtendi. cap. 5. ſub nu. 8. ante eum Stephan. Aufrer. ad Cappel. Tholo. in deciſ. 245. incip. Itẽ fuit quæſitum aliquis. in fin. additionis.*

105 Clericus cum moniali † carnaliter ſe commiſcens, deponitur ab officio, & in Monaſterium detrudit. *c. ſi qua monica. c. ſi quis epiſcopus. 27. q. 1. Panormitan. in c. monaſteria. de vita, & honeſtat. cleric. Franciſ. Marc. in deciſ. Delphin. 966. num. 4. vol. 1.*

106 Pro debito alieno carcerari, † aut carceratus detineri non poteſt clericus, nec excommunicari. *Ioa. Andr. in c. ſi clericus. de ſent. excom. in 6. Panor. in c. Odoardus. num. 2. de ſolut. Matth. Matheſilan. in notab. 60. Hippolyt. de Marſi. in prac. crim. §. Attingam. nu. 70. Iacob. Menoch. de Arbitrar iud. quæſt. lib. 1. q. 88. nu. 8. quos refert, & ſequitur Marc. Anton. Cucch Inſtit. canonicar. Maior. lib. 3. Titul. 9. nu. 56. Nicola. Boer. in deciſ. 226. nu. 3. in fin.*

107 Declara tamẽ, procedere dum † modo confeſſus debitum ſi poteſt ſoluere in totũ, vel in partem, caueat de ſoluendo, ſi venerit ad pinguiorem fortunã, et cautio ſit fideiuſſoria, vel ſi illam non habeat, iuratoria. *vt in dicto. c. Odoardus. vbi. gloſs. & Panor. Cucchus inſtit. canonic. maior. lib. 3. Titul. 9. nu. 57. 58. plene. Steph. Aufrer. in Cappella Tholo. in Deciſ. 245. incip. Item fuit quæſitum aliquis.*

108 Quo ad reconuentionem clerici eorum † iudice temporali de qua diximus ſup. nu. 81. dicendo idẽ fiat alia declaratio, quod etiam ſi clericus renuncia ret liti, adhuc poſſe procedi coram iudice ſæculari in dicta recõuentione. *vt poſt Specul in titul de reconuentiõ. in fin.* Et alias fuit decretũ per Sacrum Conſilium, *vt per Matth. de Afflic. in deciſ. Neap. 173. nu. 4. 5. quem ſequitur Vincent. de Franchis. in deciſ. Neap. 349. num. 2. comprobat etiam Cæſar Vrſil. in deciſ. 173. in fin.*

109 Declara iterum, quod reconuentio † fieri poteſt etiam poteſt publicationem, vſq; ad ſententiam, *vt poſt Bartol. in Authen. & conſequenter. nu. 12. C. de ſentent. & interloquut. om. iud. & alias dicis Vincẽt. de Franch. in deciſion. Neap. 376 nu. 2.*

110 Declara poſtmodum, quod ſi † reconuentio ſit facta poſt litis conteſtationẽ non proceditur in reconuentione pari paſſu cum conuentione. *Ita Bart. in dicta Authent. & conſequenter. ſub nu. 12. de ſentent. & interloquut. omni iudic & ſic ſequitur Vincent. de Franch. in dicta deciſion. Neap. 376. numero 2.*

111 Declara, quod ſi clericus condemnetur in reconuentione, exequutio tamen fiet per eccleſiaſticum. *Cęſ. Vrſill. in Deciſ. Neap. 173. nu. 2. Franciſc. Viui. in deciſ. 49. nu. 6.*

112 Clericus coram iudice † temporali conueniri poteſt ad recognoſcendam ſcripturam, & e contra. *Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 3. titul. 3. num. primo. Dico infra in titul. de foro competen. num. 31.*

ARGVMENTVM.

Clericus cum vnica, & virgine coniugatus, quamuis ad beneficium promoueri non possit, attamen priuilegio clericali minime priuatur respectu c. si quis suadente. 17. quęst. 4. & in causis criminalibus, modo in officio sæculari constitutus non deliquerit, aut uestes, caputiumue diuersi coloris portauerit, aut causa ab episcopo iudici temporali commissa fuerit. Huius vxor pro mariti defensione procuratorē constituit, & itidem fori gaudet priuilegio, quod in vidua cessat.

SVMMARIVM.

1 *Clerici coniugati cum vnicas, & virgine, quo ad duo gaudent priuilegio clericali c. si quis suadente. 17. q. 4. & in causis criminum. declara. nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 13.*

10 *Negotia licita clericis, quæ sint. nu. 11.*

12 *Clericus omittens habitum, & post modum reaßumens, quando gaudeat clericali priulegio. num. 13. 14. & 15.*

16 *Clericus coniugatus, moriente (ipso superstite) illius vxore vnica & virgine, manens in viduitate in habitu, & tonsura, gaudet omnibus priuilegijs clericorum non coniugatorum.*

17 *Clericus coniugatus delinquens in officio sæculari, ecclesiastici fori priuilegio non gaudet.*

18 *Clericus coniugatus gaudet priuilegio clericali pro causis criminalibus ciuiliter intentatis.*

19 *Clericus coniugatus si reperiatur carceratus coram iudice temporali, non remittitur ad iudicem ecclesiasticum, nisi coram ipso ecclesiastico doceat ipsum duxisse vxorem vnicam, & virginem.*

20 *Clericus coniugatus Vicarius episcopi esse non potest.*

21 *Clericus coniugatus portans habitum, aut vestem, aut caputium diuersi coloris, fori priuilegio non gaudet.*

22 *Clericus coniugatus, qui portabat caligas coloris bipartitas ob delicta apud Tholosam fuit laqueo suspensus.*

23 *Clericus coniugatus in carcere curię existens ibidem sibi tonsuram faciens, priuilegio fori non gaudet.*

24 *Clericus, qui cum vnica, & Virgine contraxit, quæ committat adulterium, si se reconcilient, gaudet fori priuilegio. declara nō sibi deseruire quo ad suscipiendos alios ordines. nu. 25.*

26 *Clerico coniugato viuente, priuilegio fori gaudet etiam illius vxor, sed viro mortuo eidem viduæ non conceditur. nu. 27.*

28 *Vxor mortuo viro in dignitate posito, an gaudeat viri priuilegio.*

29 *Clericus coniugatus ad beneficium non promouetur.*

30 *Vxor clerici coniugati procuratorem pro viro ad agēdum & defendendum, constituere potest.*

31 *Causam criminalem clerici coniugati potest episcopus iudici temporali delegare.*

TITVLVS VIII.

De Clericis Coniugatis.

1 CLerici coniugati cum vnica † & Virgine, quo ad duo gaudent clericali priuilegio scilicet canone *si quis suadente. 17. q. 4.* & priuilegio fori ecclesiastici in causis criminū *vt in cap. vnico. de cleric. coniugat. in 6.* & in Regno Neapolitano habemus Pragmaticam *incip. Nuper. sub titul. de cleric. & diacon. siluat.* quæ est Regis Ferdinandi disponens idem. *Guido Papæ in decis. Gratianop. 83. M. Anton. Natta in consil. 319. num. 6. & in consil. 306. vol. 2. Cardinal. Paris. in consil. 40. num. 21. vol. 4. nouissime in dicta Pragm. Nuper D. Scipio Rouitus meritissimus Regius consiliarius.*

2 Declara primo supradictam conclusionem † procedere, dum tamen talis clericus coniugatus habitum, & clericalem tonsuram deferat. *Spec. in titul. de clerico coniugat. in princip. Lapus in Allegat. 40. incip. An priuilegium. in alleg. 118. incip. Quæritur Guid. Pap. in dicta decision. 83. Didac. Couar. pract. quæstion. cap. 31. num. 6. Iul. Clar. in pract. crimin. q. 36. num. 8. Ioan. Anton. de Nigris in extrauag. Clementis 7. de vita, & honest. clericor. in verb. Pragmaticam nu. 5. Prosper Caranita in ritu. 66. M. Anton. Cucch. Institut. Canonic. minorum. lib. 2. titul. 3. versic. item hi clerici. quos allegaui ad Bellugam in Specul. Principum. Rub. 11. §. videamus. in verb.*

3 *coniugatis.* Quos † iterum retuli, pro his, qui illum librum non haberent. Quibus nunc addo eundem Cucchum *Instit. Canonic. maior. lib. 3. tit. 9. nu. 27. Cappella Tholosan. in decis. 144. incip. item fuit quæstum, quidam clericus Ioan. Baptista Baiard. in practic. crim. quæst. 36. nu. 12. Francisc. March. in decis. Delphin. 290. num. 2. vol. primo. Cardinal. Paris. in cons. 40. nu. 21. vol. 4.* Quo priuilegio gaudet etiam si non deferat tonsuram ob firmitatem. *Cappel. Tholos. in decis. 104.*

4 Declara secundo nouissime debere † seruire alicui ecclesiæ ibiq; ministrare ex Concilio Tridentino *sess. 23. cap. 6. Prosper. Farina. quæst. 8. nu. 6.*

5 Declara tertio, dicto fori priuilegio † clericos coniugatos non gaudere in causis ciuilibus. *Tenuerunt Ioan. Andr. Petr. de Anchar. & Dominic. in dicto c. vnico. de cleric. coniug. in 6. & ibidem Ioan. de Vanquel. Ita etiam tenuerunt Ioā. de Imol. & Card. in c. ex parte. de cleric. coniug. quos sequitur Didac.*

Couar. Practicar. quæst. cap. 31. sub. num. 6. quos retuli ad Bellug. in dicta Rub. 11. §. videamus. in verb. Coniugalis. Quibus tunc iungo *Cappel. Tholos. in Decis. 414. incip. Item fuit quæsitum, quidam clericus. Nouissime Ioã. Guttierez practic. quæst. lib. 1. q. 5. nu. 3. Idem Guierez de iuramento confirmator. parte. 1. cap. 17. nu. 11.*

6 Contrarium quod immo etiã ex causis ciuilibus gaudeat fori priuilegio clericus coniugatus, nec in eo se intromittat iudex laicus. *Specul. in stit. de competent. iud. adit. §. 1. num. 24. Lapus in alleg. 40. & in alleg. 118. Philipp. Franc. in dicto c. Vnico. §. & cum. col. fin. vers. cogita tamen. de cleric. coniugat. in 6. Bar thol. Veron. in consil. crim. 10. col. fi. vers. c. super tertio. Ioan. Anton. de Nigris. in dicta extrauag. in 5. priuilegio. nu. 289. Quintiliã. Mandos. ad Lapum in dicta allegatiõ. 40. & in dicta allegat. 118. quos retuli ad Bellugam. in dicta rub. 11. § videamus. in verb. coniugatis. Cardin. in c. ex parte quæst. 3. vbi Petr. de Anchar. nu. 3. ext. de cleric. coniugat. Rota in decis. 202. incip. si clericus. in fin. in nouis. Petr. de Anchar. in c. vnico. num. 4. vbi Dominic. de Sancto Gem. nu. 7. de cleric. coniug. in 6. Raph. Fulgos. in consil. 124. inci. presuppositis statutis col. 1. vers. circa primum. Alex. in consil. 8. incip. videretur. col. fin. vers. ex his infertur. vol. 1. in consil. 149. in causa inquisitionis per totum, vol. 6. Marian. senior. in consil. 12. col. 4. vers. circa quartam. vol. 1. aliquos ex his & plures nouissime vidi allegatos per Hierony. Cæuallos. Practicar. quæstionum. q. 593. vers. sed contrarium.* Quicquid tamen sit,

7 ego uideo in causis ciuilibus † contrarium seruari, & attendi primam opinionem. Sed posset dici quod iudex sæcularis possit condemnare clericum coniugatum pro causa ciuili, tamen non distringet, neque carcerabit, sed iudex ecclesiasticus, *vt dicit Petr. de Anch. in dicto c. vnico. notab. 4. de cleric. coniug. in 6.*

8 Declara quarto, ita demum † clericali priuilegio gaudere clericum coniugatum dum tamen sæcularibus negotijs non se immisceant, & ab armis. *Post Stephan. Bertrand. in consil. 13. nu. 5. vol. 8. Alexan. de Neuo in consil. 60. nu. 4. Iul. Clar. in dicta quæ. 36. nu. 13.*

9 Subintellige tamen intelligi † de negotiationibus illicitis, non tamen de permissis, & inductis victus necessitate, *vt dicit Didac. Couar. Practicar. q.*

10 *c. 31. nu. 6.* quæ negotia † illis licita sint, & quæ illicita ponit *Io. Anton. de Nigris in dicta extrauag. Clementis Septimi. in verb. Honest. nu. 17. & in verb. solennia. Gulielm. Redoan. in tractatu de spolijs. q. 2. nu. 31. cum pluribus seq. quos retuli ad Bellugam in dicta rub. 11. §. videamus. in verb. coniugatis.* Illaque negotia permittuntur coniugatis, quę permittuntur

11 † alijs clericis non coniugatis, & istis casibus debet præcedere monitio, vt præiudicium fiat priuilegio fori, *vt dicit Alexand. in dicto consil. 149. versus finem. vol. 6.*

12 Declara quinto, quod † si clericus coniugatus omisisset habitum, & tonsuram, & commisisset delictum reassumpsisset que habitum ante delictum patratũ, absq; dubio vtitur priuilegio fori ecclesiastici. *Alexand. in dicto consil. 8. vol. 1. consil. 149. volum. 6. Christoph. de Castell. in consil. 5. Couar. in dicto cap. 31. sub nu. 7. quos refert Iul. Clar in dicta q. 6. num. 16. Cucch. Instit. Canonic. maior. lib. 3. tit. 9. num. 68. Iacobus Ferrarius ad Guidon. Pap. in decis. Delphin. 138.*

13 Subdeclara, nisi reassumpsisset † habitum, & tonsuram in fraudem quæ constaret ex notatis per Doctores. *in l. post contractum. ff. de Institut. Canonic. Maior. lib. 3. titul. 9. sub nu. 68. & bene Cappella Tholos. in decision. 144. incip. item fuit quæsitum, quidam clericus. Iacob. Ferrer. in dicta decis. Guid. Papa. 138.*

14 Declara sexto, quod si clericus † prius existens, & committat delictum, & post delictum, ducat vxorem vnicam, & virginem, quod nihilominus attento tempore quo delictum fuit commissum, debet cognosci a iudice ecclesiastico, ut concludit *Thom. Grammatic. in decison. Neapol. 10. sub num. 2.* quod

15 videtur † mihi de indubitabili, ratione temporis, & de magis indubitabili postquam duxerat vxorem vnicam, & virginem, postquam incedebat cum habitu, & tonsura.

16 Declara septimo, † quod clericus coniugatus, si moreretur vxor vnica & virgo, & manet in viduitate in habitu & tonsura redintegrantur in eo omnia priuilegia competentia clericis nonconiugatis, *vt dicit Abbas Panor. in cap. clericus. il 2. num. 4. extra de vita, & honest at. clericor. in dicta q. 36. num. 19. Dixi ad Bellug. in dicto §. videamus in verb. coniugatis. Steph. Aufrer. ad Cappell. Tholos. in decis. 104. incip. Item anno Domini.*

17 Declara octauo, quod clericus † coniugatus in sęculari officio delinquens, ecclesiastici fori priuilegio censetur priuatus. *Francisc. Marc. in decis. Delphinal. 290. nu. 1. vol. 1.*

18 Declara nono, quod clericus coniugatus † non solum pro causis criminalibus, criminaliter intentatis, sed si ciuiliter pro illis agatur, coram ecclesiastico iudice conueniendus est. *vt in dicto. c. vnico. de cler. coniugat. in 6. Guid. Pap. in decions. Gratianop. 83. M. Anton. Natta in consil. 356. num. 2. vol. 2. M. Anton. Cucch Instit. Canonic. li. 3. titul. 9. vbi supra, Cardin. Paris. in consil. 40. num. 21. volum. 4. Iacol. Ferrerius ad Guidon. Pap. in decision. Gratianop. 138.*

19 Declara decimo, clericum coniugatum † si reperiatur carceratus penes iudicem temporalem, remitti non debere ad ecclesiasticum, nisi doceat se vnicam, & virginem duxisse, idq; coram iudice ipso ecclesiastico, *vt voluit Rota in Nouis. in decis. 202. incip. si clericus coniugatus.*

20 Declara vndecimo, non posse † clericum coniugatum administrare officium vicarij episcopi, *vt dicit Ioan. de Imol. in c. Ioannes. col. 6 ver. circa quintam oppositionem. extra. de cleric. coniug. quem refert, & sequit. M. Anton. Natta in consil. 56. num. 3. vol. 2. Iul. Clarus. in pract. crim. q. 36. sub num. 6. versic. & hæc quidem. Cardinal. Paris. in consil. 40. num. 25. volum. 4.*

21 De-

21 Declara duodecimo, non gaudere † fori eccleſiaſti ci priuilegio clericum coniugatum, qui deferret habitum, veſtem, aut Capuciũ diuerſi coloris, & bipertitum. *Late Cappella Tholoſ. in deciſ. 227. Incip. Item*
22 *fuit quæſitum quidam clerici.* Qua ex cauſa † clericum cõiugatum, qui portabat caligas bipertitas per Regiam Curiam Tholoſæ fuiſſe laqueo ſuſpenſum ob delicta. *Refert Ioan. Millęus. in Praxi criminum. §. Ioannes Solon. in Verbo fori præſcriptio. nu. 8. fol. mihi. 92. quem refert etiam Iul. Clar. in Pract. q. 36. ſub nu. 15. Cucch. Inſtit. Canonic. maior. lib. 3. titul. 9. nu. 67. eadem Cappella Tholoſ. in deciſ. 252. Incip. Item fuit quæſitum, quidam.*

Declara decimo tertio, non poſſe † tueri ſe foro
23 eccleſiaſtico, qui exiſtens in fortiis curię, intus carcere facit ſibi tonſuram. *Dixit Cappella Tholoſa. in deciſ. 147. Item anno Domini. & antea in deci. 104. eiuſdem inity.*

Declara decimo quarto, qđ & ſi † clericus contra
24 xerit cum Vnica, & uirgine, quæ poſtea committat adulterium, & ſe reconciliet, & habitet cum eo, nihilominus non poteſt ſe intromittere cum ipſo curia temporalis, ſed tãtum iudex eccleſiaſticus. *Cappella Tholoſan. in deciſ. 64. Incip. Item fuit quæſitum, ſi clericus. Sequitur Iul. Clarus in Pract. cap. 36. nu. 10.*

Subdeclara ſupra notatam † declarationem pro
25 cedere, quo ad forum, ſecus vero, quo ad promotionem ad alios ordines, quia diceretur Bigamus *vt dicit Cappell. Tholoſ. in dicta deciſ. 64.*

Declara decimo Quinto † priuilegium fori com-
26 petens clerico coniugato, competere etiam eius vxori ipſo viuente. *vt per Franciſc. Milanens. in deciſ. Siciliæ. 10. nu. 9. lib. 1. Angel. de Clauaſ. in ſumma. §. ex cõmunicatio. 7. ſub nu. 8. ver. quarto vxor. M. Anton. Cucch. Inſtit. Canonic. lib. 3. titul. 9. nu. 20.*

Subdeclara mortuo † viro minime concedi. *vt*
27 *per Vincent. de Franchis in deciſ. Neapol. 363. & poſt Alexand. de Neuo in c. 2. nu. 22. de for. compet. Idem Franciſc. Milanens. in deciſ. Siciliæ. 10. nu. 11. lib. 1. quamuis prius num. 3. attentauerit contrarium.*

Sed concludendum eſt mortuo † viro conſtituto
28 in aliqua dignitate, vxorem gaudere priuilegio viri, præſertim fori, ſecus ſi eſt vir priuilegiatus ratione alicuius artificij. *vt per Vincen. de Franch. in dicta deciſ. Neapol. 363. & Franciſc. Milanenſ. in dicta deciſ. Siciliæ. 10. nu. 8. 9. & pluribus ſeqq. lib. 1.*

Clericus coniugatus ad beneficium non † promo
29 uetur, ſed ſi illud habet, ab eo remouetur *c. ſane. c. quod a te. de cleric. coniug. Lelius Zanch. de Priuileg. eccleſ. priuileg. 76. num. 3.*

Vxor clerici coniugati poteſt † conſtituere pro-
30 curatorem ad agendum & defendendum pro ſuo viro. *Rota. in Nouiſ. in deciſ 203. Incip. Vxor prædicti.*

Cauſam criminalem † clerici coniugati epiſcopus
31 delegare poteſt iudici ſæculari *vt poſt Archidiacon. in c. Vnico. de cleric. coniug. in. 6. voluit Guido Papæ in deciſ. Gratianop. 138. in fine.*

ARGVMENTVM.

Clerico, & Beneficiato perpetuo ægrotanti, infirmo, debilitato, ſenio confecto, coadiutor datur ſine clauſula, vt moriente illo in prælatura, aut beneficio ſuccedat, ad excludendum votum captandæ mortis, niſi euidentiſſima vtilitas, & neceſſitas vrgeat, quæ a Summo Pontifice cognoſcitur

SVMMARIVM.

1 *Senio confectus dicitur debilitatus. Coadiutoria ſeni clerico, & Beneficiato datur in ætate annorum ſeptuaginta.*
2 *Coadiutor datur etiam clerico annorum quinquaginta quinque, ſi cum ea ætate concurrat infirmitas calculs, morbi Gallici, & ſimilium.*
3 *Senex morti proximus eſt.*
4 *Quo ad ſenectam, & vitæ exitum, pulchra dicuntur ex Franciſco Petrarcha.*
5 *Senecta eſt vitæ exitus, ex Seneca.*
6 *Epiſcopo morbo affecto coadiutor datur, de clara. nu. 8. & 9.*
7 *Morbus, & infirmitas legibus non ſubĳciuntur.*
8 *Coadiutorẽ ob morbum Prælato non dat ſummus Pontifex, niſi ſit perpetuo duraturus.*
9 *Prælatus, cui coadiutor datur, manet in Prælatura. nu. 20.*
10 *Coadiutor quibuscumq; Prælatis non datur, vt moriente prælato, ille in Prælatura ſuccedat, niſi euidẽtiſſima cauſa, & neceſſitas vrgeat, quæ a ſummo Pontifice cognoſcitur. nu. 11.*
12 *Dare coadiutorem, vt Prælato morienti prælaturam capiat, captandæ mortis uotum præſtaretur.*
13 *Flaminĳ Torcellæ Foroſempronenſis epiſcopi Biſatiani, & Sancti Angeli encomium.*
14 *Prælati morte coadiutoria vacat.*
15 *Coadiutoriæ quando tollantur per indultus, & concordata Cardinalium. nu. 16. 17. 18.*
17 *Concordata, & indultus tollunt omnes gratias præuẽtiuas, tamen intelliguntur de gratĳs præuentiuis, non de illis, quę habent fomentum iuris, ut ſunt coadiutoriæ.*
19 *AEgroti, & infirmi ex infirmitate, quæ impediat, vt qui perſonaliter intereſſe nequeant, cotidianas diſtributiones habere debent.*
21 *Parochis imperitis ab epiſcopis, coadiutores, ſiue Vicarĳ temporarĳ dantur.*
22 *Quando danda eſt coadiutoria ob debilitatem, vel infirmitatem, quæ requirantur, & quæ concurrere debeant.*

TITVLVS IX.

De Clerico ægrotante, & debilitato, & coadiutoria.

1 DEbilitatus dicitur † Senio confectus, quo casu datur clerico, & Beneficiato seni coadiutor, sed eo casu probanda est ætas septuaginta annorum, quæ tunc dicitur ingraueſcens ætas, in qua datur coadiutoria. *Archidiacon. Io. And. in c. fi. de cleric. ægrotant. in. 6. vbi Dominic. in. §. Verum. nu. 5. Oldrad. in conſ. 93. nu. 20. et poſt Panor. in c. quoniam frequenter. nu. 18. & ibi Felin. extra. vt lit. non conteſtat. voluit Paul AEmil. Verall. in deciſ. 129. in deciſ. 130. in deciſ. 131. nu. 1. 2. 3. lib. 1. & in deciſ. 311. in deciſ. 315. eod. lib. 1. quem refert, & ſequitur Thom. Actius. in Tract. de Infirmitat. parte 1. cap. 19. nu. 7. 8. probatur ex c. quamuis. c. petiſti. 7. q. 1.*

2 Declara, quod quando cum † ætate ſenectutis cõcurrit infirmitas puta Morbi Gallici, calculi, & ſimilium, ſufficit probari ætatem annorum quinquaginta quinq; quia a pari procedunt ætas iſta, & morbus. *Ioa. And. in c. 2. extra. de cleric. ægrot. & in c. Vnico. eo. tit. in. 6. Cardinal. Pariſi. in conſil 29. nu. 67. 68. vol. 2. quos refert. Verall. in deciſ. 130. numer. 2. 3. lib. 1.*

3 Non mirum ſi ſenio † confectis ſacerdotibus coadiutor datur, ſenex enim morti proximior eſt, nec ſeni deſiderium eſſe debet iterum iuuenem fieri, vel repueraſcere, quam optime Franciſcus Petrarcha de Remedijs vtriuſq; fortunæ *lib. 2. Dialogo. 83.* Vitæ (inquit) curſus nunc breuis, nunc breuiſſimus, lon-
4 gus nunquam, durus † ſemper, aſperq; & ambiguus, huius vltima pars ſenectus, finis autem eſt mors. Quid hic habes querimoniæ ſingularis? ſenuiſti. Peregiſſe iam debes uitę munus, veniſti ad exitũ; quieſce. Amens uiator eſt qui labore vitæ exhauſtus, velit ad initium remeare. Nihil feſſis gratius hoſpitio. Hæc ille. Vnde non inaniter uulgus ſenectam morbum appellat, & valde Senes morti proximos eſſe, quia Seneca inquit, Senectam non
5 eſſe aliud, quam uitæ † occaſum, *de quo Franciſc. Viui. in deciſion. 243. ſub. numer. 20.* Hinc Adrianus Barlandus dicit Gregorio Traiectenſium epiſcopo ob ætatem ſenilem, adiutorem datum Adelbricum.

6 Idcirco epiſcopo morbo † affecto, ne detur afflictio afflicto coadiutor datur. *c. ex parte. extra. de clerico ægrot. Sebaſtiã. Medices de Caſib. Fortuitis. parte 1. q. Vltim. nu. 18. Martin. Meſnartius in epitom. legũ Pontificaliũ li. 3. tit. 6. Daniel Venatorius in Analyſi Iuris Pontificij. lib. 3. titul. 6.* Eſt enim morbi, & in-
7 firmitatis neceſſitas, quæ id operatur, cum † legibus non ſubiacet. *Franciſc. Marcus in deciſ. Delphinal. 645. nu. 1. vol. 1.*

8 Abſtinuerunt Summi Pontifices † dare coadiutorem Prælato ob ægrotationem, & infirmitatem, niſi ſit perpetuo duratura, non autem ob leuem febricu-
lam, ſed laboret graui. morbi, vt Lepra & ſimilibus ita quod adminiſtrationi deficiat, & tũc eidem coadiutori, qui eius loco curam ſubeat de facultatibus eccleſiæ congruam habebit portionem. *c. Rectoribus & c. fin. extra. de cleric. ægrotant. & c. vnico. eo. tit. in. 6. Franciſc. Duaren. de ſacris eccleſię Miniſterys. li. 3. cap. 5. Petr. Grego. Syntagm. Iuris Vniuerſ. lib. 15. cap. 25. March Anton. Marſil. Archiepiſcop. Salernitanus de eccleſiaſticor. reddit: orig. & Iure. parte. 3. cap. 15. nu. 33. cumſeqq. Cardinal. Puteus in deciſ. 226. num. 13. lib: 3. Verall. in deciſ. 91. nu. 2. lib. 2.*

9 Declarantur autem ſupradicta † omnia, non dari coadiutorẽ, vt Prælati munus ceſſet, quaſi ille ſubrogetur in illius locum, viuente enim Titulari prælato, alius ſubrogari nequit. *c. 1. de conceſſ. præb.* Et hic, qui matrimonium contraxerunt ab homine non reparantur, eodem modo, cum Prælatus contraxerit cum ſua eccleſia coniugium, coadiutorem, nõ ſubrogatũ accipit. *vt in dicto c. quamuis. c petiſti. 7. q. 1. toto titul. de Cleric. ægrot. in Decretali, & Sexto. Petr. Gregor. Syntag. dicto lib. 15. c. 25. facit. c ſicut. c. Non autem. 7. q. 1.*

10 Declarantur ſecundo, vt coadiutore † dari nequeat in quibuſcunq; beneficijs cum ſucceſſione futura poſt mortem Prælati, cui coadiutor datur, præſertim in eccleſijs Cathedralibus, niſi urgens neceſsitas, & euidens vtilitas poſtulet, & hæc cauſa, a Summo Pontifice ſit cognita. vt Tridentinũ Conſilium
11 † nouiſsime ſtatuit *ſeſſione 25. c. 7. de reformation.* Cuius meminit Martin. Nauar. *in Summa Confeſſar. cap. 25 nu. 139. Simon. Maiol. de Irregul. lib. 4. cap. 35. nu 3. uidendus eſt Cardin. Pute. in deciſ. 226. nu.*
12 17. *libr. 3.* Arguere enim ſolet Votum captandæ † mortis, & ob id optima ſacri conſilij animaduerſio. Nobile exemplum ab his deſiderijs abſtinendum eſſe proferam. Sereniſsimus Franciſcus Maria Secun-
13 dus † Vrbinatium Dux, imminente Senectute Archiepiſcopi Vrbinatis, Flaminio Torcellæ Foroſem promẽſi eius ſubdito epiſcopo tũc Biſatienſi, & Sancti Angeli Lombardorum, propoſuit uelle a Summo Pontifice coadiutoriam dicti Archiepiſcopatus in eius perſonam obtinere, is autem gratias agens Principi, illum rogauit, ne id moliretur, nolle enim dęmoni anſam præbere, vt ipſum tentaret Archiepiſcopi obitum deſiderare. Vtinam viueret dignus perenni vita, Prælatus nulli ſecundus, Amico priuatus ſum, non enim in morte fratrum meorum, quantum in illius exitu lacrymatus ſum. Cuius anima in ſinum Abrahæ D E V S peruenisse concedat.

14 Declara Tertio, per mortem coadiuti. † vacare regulariter coadiutoriam, *vt poſt Cardinal. in c. fin. de Cleri. ægrotant. ſcribit Cardin. Puteus, in deci. 226. nu. 3. lib. 3.*

15 Quando fiunt concordata, vel indultum † Cardinalibus, & alijs Prælatis ſex menſium tollunt materias præuentiuas, & ideo tollunt coadiutorias factas cum futuris ſucceſsionibus ad beneficium concordatorum, & indultorum, *vt tenuit Gulielm. Caſſador. in deciſ. Vnica. titul. de Pactis.*

Contrarium uoluit Cardin. Puteus *in deciſ. 478.*

*nu.4.cum ſeqq.lib.*2.vt indultus, & concordata non
16 comprehendant † coadiutorias, præſertim cum futura ſucceſsione, nec iſto caſu ſit neceſſaria clauſula derogatoria concordatorum, & indultorum, quia concordata, & indultus tollunt omnes gratias præ-
17 uentiuas, ſed intelliguntur † de illis gratijs, quæ ſunt mere præuentiuæ, non tamen gratias, quæ fomentum habent iuris, vt eſt coadiutoria cum futura ſucceſsione, in qua interuenit conſenſus Prælati coadiuti, conſentientis futuræ ſucceſsioni poſt eius mortem.*arg.l.fin.C.de Pact.*& in caſu Gulielm.Caſ-
18 ſadori ideo indultus †comprehendit coadiutorias, quia tractabatur de concordatis cum Prælatis Germaniæ ob publicam vtilitatem, ad euitanda Scandala ad fauorem illius Nationis, & ita ex his interpretatur Cardinalis Puteus illam deciſionem Caſſadori, vt ibi latius per eum.

19 AEgroti, atq; Infirmi diſtributiones † cotidianas habere debent, dummodo ea ſit infirmitas, vt perſonaliter intereſſe nequeant.*c. Vnico. de Cleri.non reſid.in.6.c.*1.*extra.de cleric.ægrot. Didacus Couar. Variar.Reſolut.lib.*3.*cap.*13.*num.*8.*in princip.quem ſequitur Petr. Duen.in Regul.*206.*Fallent.*7. *Alfonſ. Hoieda. de Benefic. compatibil. & incompatib. Parte* 1. *cap.* 17. *numer.* 15. *Paulus Fuſcus de Viſit. lib.*1.*cap.*20.*nu.*26.*cum his, & alijs allegatis per Petr.Cened.Collectan.Iuris Canonici, Parte.*3.*colle-*
*ctaneo.*15.*nu.*8.

Quando datur coadiutor, qui habet curam ani-
20 marum, debet alius adeſſe tamquam † principalis, & Titulatus, & ita intelligendus eſt Anton. de Butrio *in conſil.*3.*eſt autem mihi.conſi.*51.*incip. In facto Sanctæ Mariæ Maioris.ſub nu.*4.*vti ſcribit Chriſtophor.Robuſter.in deciſ.nouiſſ.Roman.*309.*num.*1.
*parte.*2.*vol.*2.

21 Imperitis Parochis † ab epiſcopis coadiutores, ſeu Vicarios temporarios dari, voluit vniuerſalis Tridentina Synodus *Seſſ.*21.*cap.*6. *Quam refert Renat.Choppin.lib.*2.*Monaſticon.titul.*3.*nu.*7.

Si eſt danda coadiutoria ob debilitatem, vel in-
22 firmitatem, minuentem, ſiue abbreuiantem † ætatem, ſiue vitam, debet eſſe cum impedimento perpetuo quæ aggrauat corpus ſine ſpe futuræ proſperitatis, licet ſit cum aliquo interuallo quietis. *poſt archidiacon.& Ioan.Andr.in cap.*1.*de cleric. ægrot.in.*
*6.& Ioan.de Imol.in c.fin.numer.*9. *extra. de cleric. ægro. Felin.in c.quoniam frequenter.nume.*6.*vt lit. non conteſt.voluit Paul. AEmil. Verall.in deciſ.*91.
*nu.*1.2.3.*lib.*2.

ARGVMENTVM.

Reſidentia originem ex iure naturali, diuino, Canonico, & authoritatibus Doctorum ſumpſit, ſine qua inſtitutio Sacerdotum curam animarum gerentium infrugifera foret, cum ſpiritualis pabuli, quo anima maxime indiget, carentia inde ſequeretur. Omnes igitur Rectores quemcunque dignitatis gradum pro vigilijs animarum obtineant, ad illam ſunt aſtricti, niſi ex cauſa neceſſaria abſentes ſint, aut in Academijs liberalibus ſtudijs vacent, aut reipublicæ cauſa legationibus fungatur, aut ſenatui, & conſilijs Regum intereſſe teneantur, quæ non impediunt, quo minus diſtributiones cotidianas lucrentur. Simplicia autẽ beneficia, & lues peſtifera excuſationem præbent.

SVMMARIVM.

1 *Prælatorum reſidentia neceſſaria fuit, alias ſacerdotum inſtitutio quaſi non prodeſſet, quo ad animarum curam.nu.*2.
3 *Reſidentia iure Naturali, Diuino, Canonico, & auctoritate Doctorum probatur.nu.*4.
5 *Canonicus regularis habens præbendam, qui commoratur cum Cardinali, habet fructus groſſos.*
6 *Beneficium habens onus celebrandi Miſſam, non requirit reſidentiam.*
7 *Habens ſimplicia beneficia non tenetur ad reſidentiam.*
8 *Cardinales an teneantur ad reſidentiam.*
9 *Patriarchę Primates, Metropolitani, & epiſcopi ad reſidentiam tenentur.*
10 *Omnes dignitates eccleſiaſticæ tenentur ad reſidentiam.*
Dignitas dicitur adminiſtratio rerum eccleſiaſticarum cum iurisdictione.
11 *Perſonatus eſt prærogatiua honorifica, habere in choro ſtallum honorificum, & officium ſine adminiſtratione.*
12 *Perſonatus num requirat reſidentiam.*
13 *Canonicatum, & præbendam tenentes in eccleſia cathedrali, vel collegiata, tenentur ad reſidentiam.*
14 *Rectores omnes animarum curam habentes, ad reſidentiam tenentur.*
15 *Beneficia ſimplicia, etiam exigua, de iure communi ad reſidentiam tenentur.*
16 *Beneficia extra eccleſias cathedrales, & collegiatas, ſimplicia non tenentur ad reſidentiam ex conſuetudine, ſed an dicta conſuetudo ualida ſit.nu.*17.18.
19.20.21.22.23.24.25.
26 *Studijs, & Academijs uacantes non dicuntur abſentes, ſed reſidentiam facere dicuntur.nu.*35.
27 *Senatores, & Conſiliarij Regij, Sacris ordinibus inſigniti, dum vacant ſenatui, & cauſarum expeditioni, licet ſint abſentes a beneficiis, tamen Reipublicæ cauſa præſentes iudicantur & beneficiorum fructus habent tamq; reſidentes.nu.*28.29.30.
31 *Qui vult a reſidentia ſe abſentare, debet cum ſuperioris licentia id facere. Declara nu.*32.

32 *In casu necessitatis absq; superioris licentia, qui residentiam facere tenetur se absentare poterit.*

33 *Cappellani, & commensales habentes beneficia, vt dicantur vacare in Curia, debent ibidem residere, alias dicerentur vacare extra curiam.*

34 *Distributiones cotidianæ clericis interessentibus, nõ autem absentibus ac non residentibus, debentur. Declara. nu.* 35.

36 *Pestis tempore, Prælatus residere non tenetur. Declara. nu.* 37.38.39.40.41.42.43.& 44.

TITVLVS X.

De residentia, & de Clericis non residentibus.

PRælatorum institutio vana fuisset, & humano generi inutilis, & minime fructuosa, sublata, & eliminata illorum residentia, præsertim quo ad beneficia animarũ
1 curã habentia. † Si enim ipsi populos, Prouincias, ac oues sibi commissas desererent, ac luporum voracitati relinquerent, ministerium illorum nullum esset, ouium exterminatio sequeretur, & sibi ipsis solum attenderent. Posſem post nullos summos Theologos, & scriptores, nonnulla tradere, & forte non contemnenda, ex quibus ipsorum residentiam firmarem, verum locus hic me admonet, vt decre-
2 torum, ac decisionum Summam & epitomen faciens, quam breuissime, quę necessaria sunt tradam, vt qui hæc lecturi sint, auctores adeant, qui hanc materiam agitarunt, a quibus haurire poterunt, episcoporum, Prælatorum, ac illorum, qui curam animarum susceperunt, Residentiam necessariam, esse.

3 Iuris itaq; Naturalis, Diuini, Canonici, † & scriptorum authoritate, & exemplis, residentiam fieri oportet. Omitto exempla ex scriptura Veteri, & noua. Paulus Apostolus aperte hoc testatus est apud Lucam *Actorum cap.* 20. Attendite (inquit) vobis, & vniuerso gregi, in quo uos posuit Spiritus
4 Sanctus † episcopos regere ecclesiam Dei, quam ac quisiuit sanguine suo. Motus ex præcepto CHRISTI *Ioannis capit.* 21. Pasce oues meas. quod ante omnes firmauit Thomas de Vio Cardinalis Caietanus *in Tract. de Residentia episcopor. cap.* 1. *& per Totum. Felin. in c. cum omnes. num.* 33. *de Constit. Idem Caietan. in summa.* §. *Beneficium. il* 1. *in fin. Angel. de Clauas. in summa.* §. *clericus.* 7. *per totum. Syluester Prierius. in.* §. *Residentia nu.* 1. *Barthol. Fum in Summa Armilla.* §. *Beneficium. numer.* 40. *Petr. Rebuff. in Praxi in titul. de non residen. numer.* 20.66. *Ioan. Bernardus Diaz. in Pract. Canonica. cap.* 47. *num.* 1. *Bartholom. Carranza de Controuers. ministrorum ecclesiæ. cap.* 1. *& seqq. Iacob. Naclantus episcopus Clugensis. de Resident. episcop. per totum. Ambros. Catharinus Archiepiscopus Consanus Thomas Campegius episcopus Feltrensis, Franciscus Torrensis in eorum tractatibus de Residentia. Henricus Botæus de Synodo. Parte.* 3. *Articul.* 1. *numer.* 150. *Cardinal. Iacobat. de consilio. lib.* 5. *Articul.* 6. *Ioan. de Selua in Tract. de Benefic. Parte.* 4. *q.* 2. *nu.* 2. *Dominicus de Soto de Iustit. & Iur. lib.* 10. *q.* 3. *Articul.* 1. *Didac. Couar. Variar. Resolution. lib.* 3. *cap.* 13. *nu.* 9. *Martin. Nauar. in Summa Confessar. cap.* 25. *num.* 121. *Alfonsus de Castro, de Iusta Hæreticor. punit. lib.* 3. *cap.* 4. *Alfonsi. Noied. benefic. compatib. & incompat. Parte.* 1. *cap.* 17. *num.* 21. *Bartholom. de Martyribus in stimul. Pastorum. parte.* 2. *cap.* 1. *& optime etiam Ludouic. Granatensis in Concione de Pastorali officio tam in* 1. *parte, quã etiã in* 2. *Io. Nicol. Gimont. in Enchiridio Benefic. titul.* 1. *cap.* 7. *num.* 15. *cum pluribus seq. Martinus Mensnartius in epitome Legum Pontifical.* 3. *titul.* 4. *per totum Petrus Cenedo multos ex præfatis, & alios allegans. Collectanear. Iuris Canonici parte.* 3. *collectan.* 30. *nu.* 2. *Paul. Fusc. de Visitat. lib.* 1. *cap.* 15. *nu.* 17. *lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 7. *& cap.* 4. *nu.* 1. *Daniel Venatorius in Analysi Iuris Pnotificij. lib.* 3. *titul.* 4. *M. Ant. Marsyl. Archiepiscop. Salernit. de ecclesiasticor. redit. origin. & iure. parte.* 2. *cap.* 12. *nu.* 1. *faciunt pulchre notata per Ioan. Francisc. de Pauinis. de Visitatione. parte.* 1. *q.* 1. *bene Ioan. Bapt. episcop. Sect.* 8. *Francis. Monald. in consil.* 23. *nu.* 12. *cum pluribus seqq. in consil.* 48. *nume.* 2. *in consil.* 2. *nu.* 19. *in consil.* 97. *nu.* 1. *vol.* 1. *plenissime, & doctissime Aluarus Pelagius de Planctu ecclesiæ. lib.* 2. *cap.* 8. *Ioan Paul. Lancellott. Institit. Canonic. lib.* 1. *titul de Cleric. non resid Martinus Nauar. in consil.* 1. *nu* 43. *lib.* 1. *vol.* 1. *Concil. Tridentin. sess.* 6. *cap.* 1. *de Reform. & sess.* 23. *de Reform. cap.* 1. *& plures.*

5 Canonicus Regularis, qui † habet præbendam, & commoratur cum Cardinali, potest petere fructus grossos. *Cardinal. Bisgnetus. in decision.* 1. *titul. de cleric. non resident.*

6 Beneficium habens onus † celebrandi Missam, residentiam non requirit, ex quo potest impleri per substitutum, qñ est simplex curam ammarum non habens. *Panor. in c. cum ad hoc num.* 5. *de Cleric. non resid. Felin. in c. dilecto el* 2. *col.* 1. *de Rescript.* Vbi di-
7 cit de Generali consuetudine mundi † obtinens beneficia simplicia non teneri ad residentiam. *Alex. in consil.* 4. *vol.* 1. *Stephan. Grattan. in decis. Marchiæ.* 155. *nu.* 1. *cum pluribus seq.*

8 Cardinales residere tenentur † in Curia, nec inde descendere possunt. *Matth. de Affli. in decis. Neapol.* 289. *nume.* 1. *numer.* 26. *vbi usq; in fin. dat plures limitationes.*

9 Patriarchæ omnes, Primates, † Metropolitani, & episcopi tenentur residentiam facere in eorum Prælaturis, vt dicunt maiori ex parte. illi quos supra alle gauimus, & nouissime tantum per Concil. Trident. *sessio.* 6. *cap.* 1. *de Reformat.*

10 Amplia primo, habere locum † in omni dignitate ecclesiastica, officio, & personatu, cum dignitas sit administratio rerum ecclesiasticarum cum Iurisdictione. *Panor. in c. de multa. nu.* 21. *de Præbend.* Perso-
11 natus uero est sine Iurisdictione prærogatiua † quę dam habere in choro honorificum stallum, & officium sit administratio ecclesiasticarum rerum sine

iuris-

iuriſdictione, *vt dicit Alfonſus Hoieda de Benefic. compatib. & incompatib. parte.* 1. *cap.* 7. *nu.* 1. Et id-
12 circo † oĩa præfata exigunt reſidentiã. *tex. in c. ad hæc. vbi Panor. & Philip. Deci. nu.* 30. *extra. de reſcri.*
13 Amplia ſecundo, quod omnes † tenentes Canonicatum, & præbendam in eccleſia cathedrali, vel collegiata, tenentur reſidere. *Abb. Panor. in c. peruenit. de Appellat. arg. c. inter quartum, extra de cleric. non reſid. conſil. Triden. ſeſſ.* 23. *cap.* 2. *incip. Cum præcepto. de reform. & ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *incip. cum dignitates. Martin. Nauar. in ſumma. cap.* 21. *nu.* 155.
14 Amplia tertio habere locũ, etiam † in rectoribus quibuſcunq; curam animarum habentibus, vt & ip ſi ad reſidentiam teneantur. *c.* 3. *de cleric. non reſid. c. extirpandæ.* §. *qui vero, vbi Panor. de Pręben. & habetur in dicto Conſil. Tridentin. dicta ſeſſ.* 23. *cap.* 1. *de Reform. & ponit Alfonſ. Hoieda. de benefic. compatib. & incomp. parte.* 2. *cap.* 17. *nu.* 21.
15 Amplia quarto, de iure communi etiam quælibet † beneficia ſimplicia requirere reſidentiam, etiam ſi exigua ſint. *c. quia nonnulli. de cleric. non reſidentib. c. præterea, de præbend. Innoc. Hoſtien. Ioan. Andr. & Panor. in c. fin. de cleric. non reſid. Ioann. de Selua in tract. de Benefic. Parte.* 4. *q.* 1. *Benedict. Capr. in Regul.* 90. *nu.* 109.
16 Limita primo, vt ſupra hoc eodem † titulo dictum eſt nu. 7. non procedere ex communi conſuetudine, qua extra eccleſias cathedrales, ſeu collegiatas beneficia ſimplicia reſidentiam perſonalem nõ exquirunt. *vt dicit Alfonſ. Hoied. de Benefic. compatib. & incompat. lib.* 1. *cap.* 17. *nu.* 26. *Steph. Gratian. in deciſ. Marchiæ.* 155. *num.* 2.

Declara ſupra dictam conſuẽtudinem non vale-
17 re, vti † eccleſijs oneroſam, *vt tenet Archidiac. in c. ſacerdotibus.* 31. *diſtinct. quem ſequitur. Ioan. de Lignan. in c. cum omnes. de conſti. vbi etiam Hoſtienſis.*
18 Contrarium, quod dicta † conſuetudo valeat, quam Papa ſcit, & tolerat. *vt dicit gl. in c. gratia. in verb. de iure teneri. de reſcript. in* 6. *quam tenet Lapus in allegat.* 35. *incip. Vtrum abſque diſpenſatione. Hoſtien. Ioan. Andr. Anton. de Butr. in c. ex parte. de cleric. non reſid. Abb. Panor. in c. tuæ. in fin. eod. tit. &*
19 *in conſil.* 96. *ſub nu.* 2. *vol.* 2. Vbi dicit, hanc † conſuetudinem eſſe hodie per totam Italiam. Quinimo idem Panor. *in c. extirpandæ.* §. *qui vero nu.* 31.
20 *de præbend. dicit*, hanc eſſe † communem opinionẽ. *Bene Alex. in conſil.* 1. *nu.* 3. *vol.* 7. *Matth. de afflict. in deciſ. Neap.* 289. *nu.* 11.

Vltima opinio eſt magis communis, quam in beneficijs ſimplicibus credo eſſe veram, & obſeruari,
21 non negauerim tamen, illos qui opulẽta ſimplicia beneficia, quorum numerus innumerabilis eſt, poſſident, illa deſeruiri facere per Vicarium, maxime ſi habẽt annexam celebrationem, vel exigant ſacerdotem, *vt dicit idem Lapus in dicta allegation.* 35. *ſub num.* 4. Vt conſulatur eccleſiæ beneficiali, &
22 † animabus illorum, qui ſimilia beneficia erexerũt.

Tanto plus procederet, & conſuetudo valeret, ſi eſſet quod poſſit deſeruire per ſubſtitutum, quia
23 tunc valida eſſet, & fructus beneficiorum † capi poſſent in abſentia. *arg. dicti c. cum omnes. de cõſtit.*
24 Declara ſecundo, quod † ſi conſuetudo eſſet ſuper beneficijs requirentibus reſidentiam, tunc ſi eſt ex rationabili cauſa, vt lucretur fructus, valebit, ſin autem minime valida ſit, vt eſt illa conſuetudo Flo-
25 rentiæ, qua Canonici cathedralis † eccleſiæ in abſentia percipiunt fructus, *de qua Lapus in dicta allegat.* 35. *in fin. & in alleg.* 42. *incip. An reſidens. ſub nu.* 1. *Hoſtienſ. in dicto c. cum omnes. de Conſt. Benedict. Capra in regul.* 92. *nu.* 31. 32. 33. *Alfonſ. Hoied. de benef. compat. & incompatib. li* 1. *cap.* 17. *nu.* 26. *& ita intelligo Matth. de Afflict. in deciſ. Neap.* 289. *num.* 11.

Studiis, & Academijs vacantes, habentur ac ſi
26 præſentes ſint, & non reputantur abſentes, ſed reſidentes, & percipiunt fructus beneficiorum, & eccleſiarum, *vt per Nic. Boer. in deciſ. Burdegal.* 17. *nu.* 3. 16. *Gerardum Maynardum in deciſ. Tholoſ.* 8. *lib.* 1. *dixi ego in conſil.* 16. *per totum. centur.* 1. *& late ſupra tit. de cleric. & ſacerdotibus. nu.* 72. *cum pluribus ſeq. Vide Afflictum in deciſ.* 289. *in fin. nu.* 37.
27 Senatores, & conſiliarij Regij † ſacris ordinibus inſigniti, dum vacant ſenatui, & cauſarum expeditioni, licet ſint abſentes a beneficijs, tamen Reipublicæ cauſa præſentes iudicantur, & beneficiorum fructus, tanquam reſidentes habent, ſic latum a ſupremo Pariſienſis curię ordine Arreſtum *die* 19. *Iulii* 1550. pro Chabanerio conſiliario, *vt refert Renatus Choppin. de Sacra Forenſ. Politia. lib.* 1. *tit.* 5. *nume.* 17. *quem refert, & ſequitur Gerardus Maynard. in deciſ. Tholoſ.* 60. *lib.* 1. *Faciunt notata per Nicol. Boer. in dicta deciſ. Burdegal.* 17. *nu.* 16.
28 Contra clericum † non reſidentem fit proteſtatio, quod reſideat, fructus percipiat, vel poſſeſſionẽ dimittat, vt poſſit etiam ad non perceptos fructus condemnari, vt nihil allegans ſcribit *Anton. Auguſtin. in deciſ. nouiſſ. Roman.* 1170. *nume.* 4. *lib.* 3. *volum.* 3.
29 Declara tamen, quod ſi tractatur † de rectore beneficij curati, moniti ad faciendam reſidentiam, vt poſſit procedi ad beneficij priuationem citari debet, etiam ſi abſentiæ licentiam obtinuerit ad diem certam, *ex Ioanne Andr. in c. quoniam.* §. *porro. vt lit. non conteſt. & Ioan. de Imol. in dicto c. ex parte. de cleric. non reſid. Matth. de afflict. in deciſion. Neapol.* 289. *ſub nume.* 11. *Alexand. in conſil. primo*
30 *num.* 2. *vol.* 7. Vbi dicit, † quod ſiue abſentia ſit voluntaria, ſiue cum licentia ſuperioris debet pluries citari, quem allegat *Vrſill. in deciſ. Neapol.* 289. *num.* 2.
31 Qui vult ſe abſentare a loco, † in quo debet reſidere, a ſuo ſuperiore abſentandi licentiam petere debet. *c. relatum. c. inter quatuor. de cleric. non reſidentib. Matth. de Afflict. in dicta deciſ. Neap.* 289. *num.* 10.
32 Declara tamen in caſu neceſſitatis † abſque ſuperioris licentia ſe abſentare poſſe. *ex Hoſtienſ. in dicto c. inter quatuor. de cleric. non reſid. Panor. in dicto c. relatum. num.* 6. *Sylueſt. Prier. in ſumma.* §. *reſidentia. num.* 3. *Petr. Rebuff. in Concord. Franciæ.*

titul. de collat. §. in verb. reſidentiæ. verſ. quæro, an Theologus. fol. mihi. 270. *Matth. de Afflict. in dicta deciſ. Neap* 289. *nu.* 10. *Quos refert, & ſequitur Pet. Cenedo collectaneorum iuris canonici. par.* 3. *collectaneo.* 30. *num.* 3.

33 Cappellani Papæ, & commenſales † habentes beneficia, vt dicantur vacare in curia, debent ibidē reſidere, alias dicerentur vacare extra curiam. *Ioan. Gallus in q.* 31.

34 Diſtributiones cotidianæ clericis † intereſſentibus debentur, non autem abſentibus, qui reſidentiam non faciunt, *poſt alios Franciſc. Vitius in deciſ.* 88. *num.* 6. *dicam latius in tit. de diſtributionibus cotidianis.*

35 Declara non procedere † in Vacantibus in Academijs, & ſtudijs cum habeantur, ac ſi præſentes ſint. *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 17. *& plenè dixi in conſil.* 16. *vol.* 1.

36 Peſtis tempore prælatus non tenetur † reſidentiam facere, *vt ex Ioanne de Imola in c. fi. de cleric. non reſid. Voluit Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal.* 520. *num.* 12. 13. *volum.* 1. *Tabiena. in §. epiſcopus. nu.* 5. *Simon Maiolus de irregularitate. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 3.

37 Contrarium tenuit † *Ioan. Franciſc. Ripa in tractatu peſtis. tit. de priuilegijs contractuū cauſa peſtis. num.* 147. *cum tribus ſequentibus.* Sed multi Theologi, Canoniſtæ, ac Legiſtæ in hac quæſtione ſatis obſcure loquuntur, & ideo ex illis aliquas faciam breues declarationes, ex quibus quæſtio eritreſoluta.

38 Declara primo pro ſalute animæ proximi † tenetur epiſcopus ſiue rector ēt cum ſuæ vitæ periculo reſidere, & non diſcedere a loco peſtifero, ponunt exēplū de puero, ne moriatur ſine baptiſmo ex pluribus locis S. Tho. de Aquino *lib.* 3. *ſentent. diſtin.* 24. *artic. vltimo. Armill. in §. epiſcopus. num.* 4. *& ex Alexandro de Ales, in ſumma. par.* 3. *q.* 189. *Membro.* 3. verſ. ad primum. Fortificat nouiſſimè *Rutilius Benzonus de Fuga Peſtis lib.* 1. *q* 1. *Diſputation.* 1. Vbi dicit, procedere quo ad extremam neceſſitatē

39 ſpiritualem, quando † vita proximi perit, ſine rectoris auxilio, nullumque habet remedium, & declarat neceſſitatem ſpiritualem. Et præſertim cum ſit ob peſtem quis in periculo vitæ, ob correctionis fraternæ neceſſitatem, quando aliud tempus non

40 expectatur, etiam cum propriæ vitæ periculo † obligatur. *ex Diuo Auguſtin. de Ciuitat. Dei lib.* 2. *cap.* 9. *& Caietano in* 2. 2. *q.* 73. *artic.* 4. *D. Thom* 2. 2. *q.* 26. *artic.* 5. *& ita ſentit Simon Maiolus in dicto lib.* 2. *cap.* 20. *nu.* 3.

41 Declara ſecundo, quod ſi relinqueret † prælatus & rector ſubſtitutum, qui ſui loco deſeruiret, poſſet a loco peſtifero aufugere, vt videntur ſentire omnes, vt ex formatione quæſtionis dicit *Ripa in loco allegato. nu.* 147. *Ioan. de Imol. in c. fin. de cleric. non reſid. Petr. Rebuff. in Praxi, tit. de Diſpenſatione de non reſiden. & ex Abulenſi refert idem Benzon. in loco allegato. Et habetur in c. extirpandæ. §. quia vero. de prebend.*

42 Declara tertio licere Prælatum, † ac Rectorem deſerere locum ob furorem tyranni, vel Turcarū, ſic eſt illud Chriſti Matth. cap. 2. dum fugit in AEgyptum. Et diſcipulorum Chriſti, qui ob Iudæorum metum, ipſum reliquerunt, & ſimilia.

43 Declara tertio, debere rectorem † cum effectu miniſtrare peſte infectis ſub pœna mortalis peccati, non ſolum non aufugere. *Martin. Nauar. in ſumma confeſſar. cap.* 24. *num.* 11. *cap.* 2. *num.* 133. *ex Ioanne Maior. Gabriele, Franciſ. Toleto. & alijs refert Benzon. in loco allegato.*

44 Declara quarto, quod † ſi miniſtrorum cauſa eccleſia defectum pateretur, & ſi rector eſſet abſens debet venire, *vt ſcribit Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin.* 520. *nu.* 13. *vol.* 1.

ARGVMENTVM.

Sacerdotij auctor in veteri teſtamento fuit Deus Optimus Maximus, in nouo autem Dominus noſter IESVS CHRISTVS illud inſtituit, & Apoſtolos ſuos in vniverſum terrarum orbem ad prædicandum mittens poſt ſe reliquit. Horum ſucceſſores, & tota Clericorum corona ſicut a laicis vitæ genere ſeparata, & diſtincta eſt: ita vitam ſanctam, honeſtam, ac pudicam in moribus, veſtimentis, & congreſſibus repręſentare, & ſuorum anteceſſorum egregia facta, & laudabilem viuendi conſuetudinem imitari, nec nō procul a ludicris, luxuria, comeſſationibus, & quę clericalem ordinem dedecorant, remoti eſſe debent.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotij dignitas ab initio naſcentis mundi ſemper in honore habita.*
2 *Sacerdotium apud Hebræos a DEO ordinatum. numero* 3.
4 *Pontifex Magnus IESVS CHRISTVS, Sacerdotes Angeli dicuntur.*
5 *Sacerdotes Dy appellantur.*
6 *Sacerdotes Sal terræ dicuntur.*
7 *Clericus cum ſæcularibus habitare ſine ſuperioris permiſſu non poteſt.*
8 *Clerici in feminarum conſortio habitare non debent. num.* 9. 10.
11 *Tentamentum clericorum eſt feminarum acceſſus frequens.*
12 *Vbiq; ab omnibus clerici cum mulieribus conuerſantes maledictis lacerantur.*

13 *Mu-*

13 *Mulieres, & uirgines, morari cum clericis periculosum est. nu.* 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26.

15 *Femina igne flammigero percutit conscientiam habitantium, & montium fundamenta exurit.*

27 *Clerici honestum vitæ temperamentum in cibo, potuque seruare debent, ne crapulæ, vel ebrietati dediti sint.*

28 *Clericis ebrijs a communione hominum, per triginta dies abstinere debent, & corporali pœnę subijciendi sunt. nu.* 29. 30.

30 *Appetitus gulosus damnatur.*

31 *Clerici non debent alios ad bibendum incitare per mutuas inuitationes.*

32 *Clerici edendi, ac bibendi causa tabernas, non nisi causa itineris, & peregrinationis frequentare debent.*

33 *Clerici ab aleæ lusu, & alijs abstinere debent.*

34 *Spectaculis, ac scenicis ludicris interesse clerici non debent.*

35 *Clerici ad militiam, & sacros honores venire non debent. nu.* 36.

37 *Clerici Tabellionatus officium exercere nequeunt.*

38 *Officia sæcularia commentitia clerici exercere nequeunt.*

39 *Sententiam sanguinis, nec exercere, nec proferre poterunt clerici.*

40 *Administratores, vel procuratores, sæcularium rerũ dominiorum esse non debent clerici.*

41 *Chirurgorum exercitium clerici non agant, nec agere possunt.*

42 *Clericis vacare venationi quando permittatur. numero* 43.

44 *Barbam, & comam clerici nutrire nequeunt.*

45 *Barbam, & comam clerici nutrientes an mortaliter peccent?*

46 *Tonsura clericalis an illa sit, quæ modica rasura fit. nu.* 47. & 49.

48 *Hæretici tonsuram deridet, Ioannes Vuicleph, & Martinus Lutherus.*

50 *Vestes clericorum quales esse debent.*

51 *Habitus clericorum qualis?*

52 *Vltramontani de Tonsura docere debent.*

53 *Clerici beneficiati ad hospitalitatem, & eleemosynam faciendam compelli possunt.*

54 *Clerici voluptuosè, vel minus bene seruitium suum facientes, beneficiorum fructus suos non faciunt.*

55 *Clericus aleator ecclesiasticum beneficium obtinere nequit. nu.* 56.

57 *Clericus mercator coram laico iudice conuenitur.* 59.

58 *Clericus fornerius panem coquens, & uendens priuilegium clericale amittit.*

59 *Mercaturam ne exerceant clerici, quomodo senatus Parisiensis decreuerit?*

TITVLVS XI.

De vita, & honestate clericorum.

SAcerdotii dignitas explicatu difficilis est vt quæ apud ethnicos, & Barbaros ab
1 initio nascentis mundi culta † semper fuit, maximoq; in honore habita. Hanc in ceteros summo in honore Hebræi tenuerunt,
2 quã apud illos DEVS omnipotens † ordinauit, illiq; ad summum usq; coluere. Adueniente postmodum CHRISTO Domino, sacerdotium instituit æternum, de cuius sacerdotio iam dictum
3 erat † apud ecclesiasticum. *cap.* 45. Statuit illi testamentum pacis, Principem sanctorum, & gentis suę vt sit illi, & semini eius sacerdotii dignitas in æternum. Quod in personam Aaron præfiguratum in typo CHRISTI ipse veniens Pontificatum gessit. de quo Paulus ad Hebræos. *cap.* 4. Habentes in
4 quit, Pontificem † magnum, qui penetrauit cælos Iesum filium Dei, & in cælum ascendere volens, sui loco Petrum reliquit, qui consacerdotibus inquit 1. *Petr. cap.* 5. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, agens sancta, prouisus acquisitionis. Quos aliquãdo Malachias *cap.* 2. uocauit, Angelos Domini exercitiuum, & Dauid *Psalm.* 81. ego (inquit) dixi uos Dii estis. Quod repetitum est a
5 Ioanne. *cap.* 10. & regibus † illos æquiparauit Clemens Romanus Constitutionum Apostolicarum. *lib.* 2. *cap.* 38. dicens, hos Principes, & reges uestros putatote, & tributa tanquam regibus, penditote. eorum itaq; exercitium Christiano præsertim populo, necessarium est, e quorum manibus renascimur, & ecclesiastica sacramenta suscipimus, in quo
6 rum uitam speculamur, & cum sint † sal terræ, illorum uita exemplaris esse debet, ne forte illi dicatur, illud Matthæi *capit.* 5. quod si sal euanuerit, in quo salietur. Idcirco in iure Põtificio posita est rubrica ista de Vita, & honestate Clericorum. quæ autem decreta a summis pontificibus, ab Oecumenicis Conciliis pro illorum uita, facta fuerint, breuibus fasciculum faciens enarrabo.

7 Nullus clericorum. sine sui episcopi † permissio ne cum sæcularibus habitare præsumat quod ab officii cõmunione pellatur. *Ita decisum est in Concilio Aurelianensi* 2. *cap.* 9.

8 Cum nulla femina consortium habeat, nec † cohabitet, nisi sit soror, & ex illis tantum personis, quæ suspiciones effugiunt. nec licere episcopo aliter uiuere, non presbytero, non diacono, non subdiacono, non alicui omnino, qui in clero est præter matrem, sororem, aut amitam, ut supra, hoc decreuit primum Nicenum concilium *capitul.* 3. Et habetur *in capitul. interdixit.* 32. *distinct.* confirmatum † fuit in Concilio Elibertino.
9 *cap.* 27. in hęc uerba. episcopus, uel quilibet clericus alius, aut sororem, aut filiam uirginem dicatam Deo, tantum secum habeat, extraneam uero nequaquam: nullus diaconus, nec presbyter, uel episcopus, ad cellarii secretum puellam, uel ingenuam, uel ancillam intromittat. *Decreuit.* 2. *Arelatense Concilium. capit.* 4.

Hinc Gratus episcopus in Concilio Carthaginensi primo, *c.3. & cap.4. dixit.* vt nulli liceat apud extra-
10 neas † feminas cõmorari. Idẽ decisum in Concilio Carthaginẽsi tertio *cap.*17. simile in Cõcilio Toletano secundo *c.4.* In Concilio Matiscoñẽsi. *c.1. & cap.2.* & in Concilio Toletano secundo capit.3. in consilio Hispalensi primo *cap.* 3. confirmando, quę antea facta fuerant in Concil. Toletano secundo *cap.3.* vbi idem prohibitum fuerat, decreuit Hispalense primum *cap.3* Sed sufficiat hoc vnum, quo ex Hieronymo utitur Aquisgranense concilium. *cap.* 98. qui ita colloquitur.

11 Præcipue illud inquit) reor † attentius tibi esse prouidendum, quia prima tentamenta sunt clericorum, mulierum frequens accessus, iste sexus reprehensibiles exhibet clericos. Quid tibi reuera cum feminis, qui ad altare cum domino fabularis? te cuncti in publico, te in agro rustici, aratores, ac
12 vinitores cotidie grauiter † lacerabunt, si contra dispositum fidei cum feminis habitare contendis, & quia (vt arbitror) concupiscis irreprehensibilis inueniri, testimonio bono utere. Num quid in cho-
13 ro Apostolorum feminæ affuerunt? Prohibe † tecum virgines morari, etiam, quæ de genere tuo sunt. Dilige eas, exterius ordina, frequenter visita iunctus obsequio clericorũ nedum secretaliter, ac solus ingredieris macules testimonium tuum. Aliter coniugati aliter virgines admonentur, ecclesiastici subire onus ministerij Feminarum cum cleri-
14 cis nullo pacto coniuncta † præcipitur conuersatio. Ianua diaboli, via iniquitatis, scorpionis percussio, nociuumq; genus est femina. Cum proximat, stimulat, & incendit ignem. Flammigero igne per-
15 cutit femina conscientiam pariter † habitantis, exuritq; fundamenta montium. Ego iudico, si cum viris feminæ habitent, viscarium non deerit diaboli,
16 ex eis aucupatus est ab initio † peccatum. Ferreas
17 mentes libido domat. Si alligauerit quis ignem † in sinu suo, uestimenta eius non comburentur? Aut si quis ambulauerit super carbones ignis, pedes suos non cõburet? Mihi crede non põt toto corde
18 cum domino habitare † qui feminarum accessibus copulatur. Sed dicit, qui ambulat simpliciter, ambu-
19 lat confidenter. Sed oportet te testimonium † bonum habere ex his, qui foris sunt. Licet coram Deo recte incedas, tamen coram hominibus, bona prouide-
20 nda sunt, quia astutiores sunt † filij tenebrarum filijs lucis. Cum ergo hoc genus a te non amputatur, das reprehendẽtib. te locum, ipse te detrahentium morsibus tradidisti si agapetarum consortiũ
21 non dimiseris. Benignus es, gaudeo pudicus, † falsum est. Si aliquis senserit, clericum habitare cum feminis, non credit esse castum. Si pudicitiam quæ-
22 ris, quare habitas cum feminis? Feminam, quam bene videris conuersantem, mente dilige non corporali frequentes ornatu. Non uestis tenera cleri-
23 cum facit, aut sacerdotem sed casta mentis † intentio. Hæc enim deuotionem honoris in te custodit. Honorem quidem gloriosum boni operis fama conseruat. Sacerdotes quippe decet, vel ceteros clericorum gradus, vt supra dictum est, a feminis segregari. Si igitur generis gratia, iudicas eas dem nullo pacto dimittere, memẽto Thamar, quod
24 ab Ammon † fratre suo corrupta sit. Hæc pulchre Hieronymus in epistola de vita clericorũ ad Oceanum, qua authoritate illorum uiuendi modum confirmauit concilium. His concinit, *c. a nobis extra de cohabitatione clericor. & mulier.* His adde Franciscum Zoannettum *in tract. de Imperio. nu.* 18. 19.

25 Quinimmo cum personis † coniunctis, matre, sorore, & amita, si ancillas, & pedisequas habẽt, co habitare minime debent, quia iuxta illud Augusti
26 ni, Non omnes, quæ cum sorore mea † sunt, meæ sorores sunt. Et si illis subuenire intendunt, ab illarũ conuersatione alibi habitandi necessaria subministrent. Ita decretum fuit in Concilio Mogutiensi, *vt in c.1.§. sed si quæ. extra de cohabit. cleric. & mul. Foller. in pract. Crim. canon part.1. in verb. moraliũ nu.42. Cappell. Tholos. in decis.448.*

27 Honestum vitæ temperamentum in cibo, † potuq; seruare debet ne crapulæ, ac ebretatis sint dediti, vt in Agathensi Cõcilio traditum fuit, de quo *in c. fin. 35. distinct. Petr. Foller. in Pract. Crim. canon. parte.1. in verbo moraliũ. 1. nu. 34. 35. M. Ant. Cucch. Inst. Canonic. Maior. lib.3. Tuul. 10. nu. 35.*

28 Amplia primo clericum ebrium a cõmunione † hominum per triginta dies abstinere debet, aut debere corporali pœnæ subijci. *c. ante omnia. distinction. 35.* Inobedientes moniti † nisi desistant ab officio, & beneficio suspenduntur *c. sine. 1. q. 1.* Gulo-
30 sus enim † appetitus dat natur, nõ vsus rerum pro necessario corporis vsu, & cibo. *c. quisquis.* §. Nam huiusmodi. 41. distinct.

31 Amplia secundo, clericum † non debere alios ad bibendum incitare, nec incitari, vt æqualiter tot potus fiat, eo modo, quo apud plures non modo vino deditos, (sed vtinam non apud magnates) vsu inductum est. quod ab Innocentio Tertio sublatum est. *in c. a Crapula. ex. de vita & honest. clericor.*

32 Amplia tertio, clericos † edendi, & bibendi causa tabernas ingredi non debere, nisi itineris vel peregrinationis causa id facere compellantur *c. clerici. 44. distinct. Petr. Foller. in Pract. crim. Canonic. in verb. moralium. nu.35. Marc. Anton. Cucch. Instit. canon. maior. lib.3. cap.10. nu.22.*

33 Aleas, & taxillos, & alios ludos † non possunt facere. nec illis interesse clerici. tot tit. *ex. de vita, & honest. cleric. M. Anton. Cucch. Instit. Canonic. maior. lib.3. titul.10. nu.23.*

34 Spectaculis in scenis † interesse non debent, vel ludicris, quæ fieri solent in nuptijs, quinimmo Thimelicis ingredientibus debent e conuiuio surgere, & abire, vt in Concilio Laodiceno decretum fuit *cap.54. & habetur in c. Non oportet. 5. distinct. Cucch. in loco. allegat. nu.21.*

35 Clerici ad militiam, & sacros honores † venire prohibiti sunt, ex decreto patrum in Cõcilio Chalcedonensi. *cap.7.* & habetur *in c. eos, qui semel. 20. q. 3. & in* Concilio Triburiẽsi. *cap.27.* in quo illud decretum confirmatur. Quia, vt Isidorus dicit, hos esse

Hip-

36 Hippocentauris ſimiles, qui nec † homines, nec equi ſunt ſed tamquam bruta animalia ſua libertate, & deſiderio feruntur. *Guid. Pap. in deciſ. Gratia nop. 138. Anton. Faber. in Codic. Fabrian. lib. 1. titu. 3. defin. 25. nu. 3. vol. 1.*

37 Tabelionatus officium ne † exerceant clerici cõpellendi. ſunt. *c. ſicut. extra. Ne cleri. vel monachi. & ibi Ioan. Andr. & Panor. Io. Bernard. Diaz. in Pract. canonic. cap. 53. M. Anton. Cucch. Inſt. canonic. Maior. lib. 3. titu. 10. nu. 37. Hierony. Cæuallos Practic. quæſt. commun. contra communem. q. 404. nu. 3.*

38 Officia, & ſæcularia † commercia exercere neque unt. *cap. clerici. de Vita, & honeſt. cleric. Franciſc. Viui. in deciſ. 28. numer. 17. 18. 19. Guid. Pap. in deciſ. 196. in princ. Petr. Rebuff. ad conſt. Gallie. Tomo. 2. titul. de Mercator. in rub. poſt medium. Cucch. inſtit. canonic. maior. lib. 3. titul. 10. numer. 19. Dixi ſupra plene. in titul. de Cleric. & Sacerdotib. num. 66. cum pluribus ſeq.*

39 Clerici nec dictare, nec proferre † Sanguinis ſen tentiam debent, nec aliud exercere, per quod ad ſanguinis uindictam tendant, & ſi moniti non deſiſtant ab officio, & beneficio deponuntur. *c. ſententiam c. clericus. extra. ne cleric. uel monach. Marc. Anton. Cucch. Inſtit. Canonic. maior. lib. 3. titul. 10. numer. 42.*

40 Adminiſtratores, vel procuratores † ſæcularium rerum, & dominorum, niſi in cauſis orphanorum eſſe non poſſunt, vt in conſilio Carthaginenſi. Tertio *cap. 15* decretum fuit. & habetur *in c. placuit. 21. q. 3.* & in Concilio Chalcedonenſi primo *cap. 3. poſito in c. peruenit ad ſanctam. 86. diſtin.*

41 Chirurgorum exercitium † ob membrorum adu ſtionem, vel inciſionem clerici facere non debent. *dicto cap. Sententiam. extra. Ne clerici, vel monach. Marc. Anton. Cucch. Inſtit. Canonic. Maior. lib. 3. titul. 10. nu. 43.*

42 Venationi uacare, canes, & accipit res † pro uenatione, & aucupio tenere clericis permiſſum non eſt, & fuit deciſum in Concilio Agathenſi. *cap. 35.* Habetur *in c. epiſcopum, presbyteram. 34. diſtinct. in c. omnibus. extra. Ne clerici, vel monachi. M. Anton. Cucch. Inſtit. Canonicar. minor. lib. 2. titul. 2. uerſ. Venatio. Item. Martin. Nauar. in ſumma confeſſ. cap. 13. nu. 11. cap. 17. nu. 120. Card. Cuiet. in Verb. Venatio. Dominic. de Soto de iuſtit. & iur. lib. 4. q. 6. articul. 4. Franciſc. Marcus in deciſ. Delphin. 529. nu. 5. diffuſe d. xi de Magiſtr. edict. lib. 4. cap. 3. nu. 58.*

43 Declara tamen venationem † clamoſam clericis prohibitam, & eis, qui nimium accurate illi vacent, quia ſi facerent incitãdi appetitus gratia, vel recreationis, cum retibus, & laqueis, & etiam cum canibus, dummodo fiat modeſte, & cum ſilentio, niſi ſit tempus Viſitationis, vel prædicationis, *vt ſic ſcribit Angel. de Clauas. in Summa. §. Venatio. in princi. Raynald. Corſ. Indagat. Iuris. lib. 3. cap. 14. Ioan. de Turre cremata ante eos. in c. qui venatoribus. 86. diſtinct. Bernard. Diaz. in Pract. Crim. Canonic. cap. 61. num. 13. Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iud. quæſtion. lib. 2. Centur. 5. caſu 413. numer. 16. plene alios plures allegans Petr. Cenedo. collectaneorum Iuris Canonic. Parte. 2. collectaneo. 57. nu. 1.*

44 Barbam, & Comam nutrire † clericis prohibiti ſunt, ſed tonſuram deferre debẽt, quam coronam appellant, & etiam inuiti clerici a ſuis Archidiaconis tonderi debẽt, illamq; tonſuram deferre, vt fuit deciſum in Concilio Chartaginenſi *quarto. cap. 44. Cappella Tholoſana in deciſ. 256. M. Anton. Marſil. Columna. de eccleſiaſticorum redituum origine, ac Iure. Parte. 2. cap. 19. nu. 17. ante eos Aluar. Pelagius de Planctu eccleſ. lib. 2. cap. 14.*

45 Declara illam nutrientes † mortaliter peccare *vt dicit Bernard. Diaz. in Pract. crimina. Canonica. cap. 70. in fin. Petr. Rebuff. in Pract. de Forma literar. Tonſura. numer. 32. Martin. Nauar. in ſumma Confeſſar. cap. 25. nu. 110. verſ. Trigeſimo tertio. & Petrus Cenedo alios allegans Collectaneorum Iuris Canonici. Parte. 2. collectaneo. 11. nu. 3.*

46 Declara ſecundo tonſuram † clericalem non eſſe illã, quę fit ab aliquibus quæ eſt modica raſura, & eſt in Summitate capitis, ſed fieri debet larga ita quod ſupra frontem, & circa caput remaneat capillorum circulus ad modum coronæ, & ideo corona fuit appellata, quam ante omnes portauit Diuus Petrus, & alij Apoſtoli, quorum tempore in uſu fuit, ad memoriã coronæ ſpineæq; quã & ſi illudendo CHRISTO poſuerint Iudæi tamen Apoſtoli ad decus, & gloriam reputarunt, vt illa uterentur omnes eccle-
47 ſiæ miniſtri, vt † in omnibus CHRISTI ſpeciem & figuram gererent, vt ſcripſit Diuus Dionyſius de eccleſiaſtico Hierarchia. *parte. 2. cap. 6. & poſt eum. & Hieronymum, & Auguſtinum declarat Catechiſmus ordine Tridẽtini Concily, & Pij Quinti. in titul. de Sacramento ordinis. Dominicus de Soto lib. 4. ſentent. diſtinc. 24. q. 2. articul. 1. Polidorus vergilius de Inuentorib. rerum. lib. 4. c. 8. & Petr. Cenedo Collectaneorũ iuris canonici. par. 2. collectan. 11. ſub. nu. 4.*

48 Sed non defuere † Hæretici, qui deridendam eſſe cenſuram aſſeruerunt vt fuit Ioannes Vuicleph, & Martinus Lutherus, qui conuincuntur ex dicta Apoſtolorum inuentione, de qua Dionyſius de eccleſiaſtic. Hierarchia. *parte. 6. cap. 6. & Dominicus de Soto in 4. Sententiarum Diſtinct. 24. q. 2. articul. 1. & ex Concilio Toletano. 4. cap. 40.* In quo Patres ita de-
49 creuerunt. Omnes † Clerici, vel lectores, ſicut Leuitæ, & Sacerdotes, detonſo ſuperius capite toto, inferius ſolam circuli coronam relinquant, non ſicut hucuſq; in Galiciæ partibus facere lectores uidentur, qui prolixis (ut laici) comis, in ſolo capitis. apice, modicum circulum tondunt. Ritus enim Iſte in Hiſpaniis huc vſq; hæreticorum fuit, vnde oportet, ut pro amputando ab eccleſiis ſcandalo hoc ſignum dedecoris auferatur, qui ſecus fecerit fidei Catholicæ reus erit. Et idcirco eorundem Hæreticorum traditionem damnat Paulus Gryſaldus Deciſionum Catholicarum. *§. tonſura. nu. 2. & poſt Franciſc. Turrianum contra Magdeburgenſes lib. 5. cap. 19. voluit Sebaſtian. Medic. in ſumma. Hæreſum. §. tonſura. quos ſequitur Cenedo Collectan. Iuris Canonic. parte. 2. Collectan. 11. ſub. nu. 4.*

50 Quo ad veſtes autem, pallijs diffibulatis † in publiço vti non debent, ſed in collum, vel ante pectus, hinc inde connexis, nec indumentis admodum breuibus, nec nimium longis, cappas manicatas clerici intra eccleſiam ad diuinum officium non gerant, nec vtantur manicis ad cubitum pendentibus, non frenis, ſellis, pectoralibus, & calcaribus deauratis, nec corrigiis auri, & argenti ornatum habentibus, nec annulis, niſi cui competunt ex dignitatis officio nec ueſtes ſint rubei, ac viridis coloris. Sic ſtatutum fuit apud quartum Concilium Carthaginenſe. *cap.* 45. In Conſilio Agathenſi *cap.* 50. in Concilio Matiſconenſi. primo. *cap.* 3. In Concilio Lateranenſi ſecundo. *cap.* 16. ſub Innocentio Tertio Summo Pontifice. & in Concilio Conſtantinenſi ſub Martino Quinto Summo Pontifice *ſeſſio.* 43. *& habetur in c. clericus.* 41. *Diſtinct.* Honeſtus itaq; habitus a clericis, ordini, & dignitati congruens portandus eſt, ita vt habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, aliisq; rebus, nil niſi graue, moderatum, ac religione plenum, prę ſe ferant. Concilium Tridentinum. *ſeſſ.* 14. *cap.* 6. *& ſeſſ.* 22. *capit.* 1. *de reformat. Cappell. Tholoſ. in deciſ.* 52. *& in deciſ.* 227. *Guido. Pap. in deciſ. Gratianop.* 138. *nu.* 1. *Petr. Foller. in Pract. crimin. canonic. Parte.* 1. *in verb. Moralium. nu.* 40. *M. Anton. Marſil. Archiepiſ. Salernitanus de eccleſiaſticorũ redit. origin. & iure. Parte.* 2 *cap.* 19. *nu.* 16. *M. Anton. Cucch. Inſtit. canonicar. Maior. lib.* 2. *Titul.* 2. *verſ. Curare igitur. & in Inſtitutionib Maiorib. lib.* 3. *titul.* 10. *nu.* 1. *cum pluribus ſequentibus.*

51 Ita quod quantum † ad habitum ſæcularium clericorum nullus eſt certus ſtabilitus modus, *vt dicit Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin.* 651. *nu.* 5. *vol.* 1.

52 Vltramontani debent docere † de tõſura, ſed Citramontani minime, quia illis ſufficit quaſi poſſeſſio habitus, & clericalis, vt de Gallis dicit Ioã. Gallus *q.* 53. ſic poſſunt dicere Itali quo ad Gallos.

53 Clerici beneficiati poſſunt † compelli ad faciendam hoſpitalitatem, & faciendam eleemoſynam *concludunt Ioan. Andr. Hoſtienſ. & Panormitan. in c.* 1. *extra. de empt. & vend. vbi Anton. Burgos. nume.* 27. *dicens, alios peccare. voluit etiam Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin.* 540. *nu.* 30. 31. *vol.* 1.

54 Clerici voluptuoſe viuentes, non † facientes ſeruitium, vel minus bene illud exequẽtes ſuorum beneficiorum fructus ſuos non faciunt. *Archidiacon. & poſt eum Dominic. de Sancto Gemin. in c. cum autem.* 44. *diſtinction. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin.* 527. *nu.* 5. *Vol.* 1. Prout de his, qui omittunt dicere horas diſcutit Petrus a Nauarra *de Reſtitutione ablatorum lib* 2. *cap.* 2. *num.* 182. *cum pluribus ſeqq. de quo vltimo plene Hierony. Ceuallos. Practicar. opin. contra commun. q.* 644. *per totum.*

55 Beneficium eccleſiaſticum obtinere non poteſt clericus aleator, & collatio, quæ illi fieret nulla eſt. c. 1. 34. diſtinc. Clericus vero dum beneficiatus eſt, & obtinens beneficium, indulgetq; aleę, monitus,

56 ſi non relinquant, punitur, quia carceri † includitur, & a diuinis triennio ſuſpenditur. vt poſt Parid. de Puteo in Tract. de ludo. num. 44. Scribit Iacob. Menoch. de Arbitrar. iudic. quæſt. lib. 2. centur. 4. caſu. 395. num. 3.

57 Clericus mercator coram laico iudice † conueni tur, vt ſcribit Petr. Rebuff. ad conſtit. Galliæ. Tomo. 2. in Rub. de Mercatoribus minutatim vendentib. gloſſ. 13. num. vnico.

58 Clericus Fornerius † coquens panem, ac illum vendens clericale priuilegium amittit. *Guido Papæ in deciſ. Gratianop.* 138.

59 Mercaturã ne exercerent clerici, Senatus Pariſiẽ ſi interpellauit Archiepiſcopum Tholoſanum alio quin illos non defenderet, *vt ſcribit Petrus Rebuff. ad conſtitut. Galliæ. Tomo. 2. titu. de Mercatorib. & negotiatoribus. in Rubrica, poſt medium.*

ARGVMENTVM.

Imperator Romanus ſupremam poteſtatẽ in omnes, excepto Romano Pontifice, habet, qui ex Germanorũ natione per Germaniæ Principes Electores electus poſt coronationem, priuilegia, & ceteras immunitates concedit, & pro bono publico alteri ſuum ius, & dominium ſoluto pretio auferre poteſt. Quod idem Principi iura in ſuo territorio Imperialia habẽti competit.

SVMMARIVM.

1 *Imperatores in electione Romanorũ Pontificum ſe interponere nequeunt, cum illa fiat, & ſpectet ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales.*

2 *Imperatores, vel Principes ſęculares legem condere nequeunt, quod læſę maieſtatis crimen commiſſum per clericum, cognoſcatur per iudicem temporalem.*

3 *Papa Imperatoris eſt ſuperior. nu.* 4.

5 *Ante coronationem Imperator, an concedat aliquod priuilegium? ſed intellige, & declara. numer.* 6. 7. 8.

9 *Princeps habens iura Imperialia in ſuo territorio facere poteſt omnia, quæ facit Imperator in Imperio. nu.* 10.

11 *Principem abſoluta poteſtate vti poſſe, an verum ſit. nu.* 12. 13. 14. 15.

15 *Princeps an dominium alterius auferat. nu.* 16. 17. 18. 20. 22. 23. 24. 25.

18 *Princeps de poteſtate ordinaria tollere ius dominii alterius non poteſt.*

19 *Princeps ſi ſine cauſa vtitur poteſtate abſoluta, non ordinaria peccat apud DEVM.*

20 *Princeps pro bono publico auferat ius, & dominium alterius, debet tamen pretium ſoluere. nu.* 21.

21 *Prin-*

21 *Princeps dum vult bona alterius debet pretium ſoluere.*

25 *Princeps auferens ex cauſa rem, vel ius alterius, cauſa ceſſante, rem reſtituet.*

26 *Cauſa præſumitur in Principe, licet non appareat. nu.27.*

28 *Difficile, & impoſſibile eſt, interpretari voluntatem Principis, an fuiſſet quid conceſſurus.*

29 *Princeps eſt omnium dignitatum culmen.*

30 *Princeps tyrannice viuens, dum ad ſuperiorem recurri nequit, expelli, non tamen occidi poteſt. numero 31.*

32 *Princeps iuri tertij præiudicare, ac derogare non præſumitur.*

33 *Imperator, an poſſit imperii dignitati renunciare. nu.34.35.36.37.38.*

39 *Imperator an ſolū ex Germanis, ſiue Teutonibus eligatur? nu.40.41.42.43.*

41 *Riccardus Northūbriæ Comes in Anglia Imperator electus a duobus electoribus, quod pecunia obtinere concupiuit. nu.42.*

43 *Alfonſus Decimus Hiſpanię Rex electus Imperator.*

TITVLVS XII.

De Imperatore, & Principe Iura Imperialia habente.

IMperatores non poſſunt ſe intromittere in electione Romanorum Pontificum
1 quia dum aliquando ſe interpoſuerunt, fuit de facto potius, quam de iure, & conſuetudo tam diu docuit electionem fieri per Cardinales, *vt poſt Alberic. in l. bene a Zenone. col. 3. C. de quadriē. præſcrip. gl. in c. In nomine domini. in verb. impetrauerint. 23. diſtinct. dicit Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 31. nu. 5. 6. 7. late Reſtaurus Caſtaldus de Imperator. q. 99.*

Imperator, vel alius Princeps legem condere
2 non poteſt, quod clericus committens † crimen læſæ Maieſtatis, cognoſcatur per iudicem ſęcularem, *vt poſt Bald. in c. clericus. de Pace tenend. ſentit Thomas Grammat. in deciſ. Neapol. 29. nu. 12. in deciſ. 61. nume. 17.* rationes huius deciſionis ampliſſimæ ſunt, quæ uideri poſſunt in meis commentariis de regis catholici præſtantia. *capi. 71. a num. 8. uſq; ad nu. 34.*

Imperator Papā habet ſuperiorem, vt dicit Car-
3 dinalis Puteus *in deciſ. 58. nu. 8.* † *lib. 1.* ad quæ faciunt *c. quis dubitet. c. duo ſunt. c. ſi Imperator. 96. diſtin.* omnes enim Imperatores, Reges, Principes, Summo Pontifici ſubeſſe, *notatur in cap. ſolitæ. de maior. & obed. c. venerabilem. de elect. c. per venerabilem. Qui fil. ſint legit. c. ad apoſtolicæ. de ſent. & re iudic. in 6. c. alius. 15. q. 6. c. grandi. de ſupplen. neglig. prælator. in 6. c. omnes. 22. diſtinct. & in Extrauag. ſuper gentes. Ioan. 22. de conſuetud. in commun. & extrauag. Vnam Sanctam. de maior. & obed. in commun. l. inter claras. l. non reddentes. C. de ſumma Trinitat. & fide cathol.* de quo Clemens Romanus *lib. 2. Apoſtolicar. Conſtit. ca. 11.* ita decreuit. Stude Mū-
4 diciei operum excellere, †, cognoſcens locum, & dignitatem tuam, tamquam locum DEI obtinens, eo quod prȩes omnibus Dominis, Sacerdotibus, Regibus Principibus, Patribus, filijs, Magiſtris, atq; ſubditis ſimul omnibus. Et ego plenius de Pontificia vtriuſq; gladii poteſtate. Dixi etiam de Regis Catholici præſtantia. *cap. 47. num. 10.*

Ante coronationem Imperator non poteſt ali-
5 cui concedere aliquid priuilegium, † vt concludit *Gloſ. fin. in l. bene a Zenone. C. de quadrien. præſcript.* ob quam ita concludit Guido Papæ *in deciſ. 239. num. 3.* Quod ante eum dixerat, & ad longum concluſerat Oldrad. *in conſil. 180. in conſ. 191. quem ſequitur Bartholom. de Salycet. in dicta l. bene a Zenone diſputans pro vtraq; parte. Specul. ante ipſum. in titul. de reſcript. præſentat. §. fin. verſ. Item quod eſt obtentum ab Imperatore.*

Contrarium autem tenuerunt Corn. *in conſil. 177. vol. 1. Deci. in conſil. 194. num. 1.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, vbi alios allegat. Idē voluit Ioan. de Firmo *in tract. de epiſcopo lib. 3. quarta parte principali. ſecundæ partis. col. 2. verſ. quid de Imperatore, & Rege. Martinus Laudenſis. in tract.*
6 *de Principibus.* §. 25. vbi dicit, poſſe † Imperatorem ante coronationem adminiſtrare, & ſuam authoritatem exercere, ſi fuerit in concordia a maiori parte electus. *Anton. Corſetus de poteſtat. & excellentia Regia. q. 88. Ioan. Lecerier de primogenitur. lib. 2. q. 12. num. 13. 14. late eam comprobat Reſtaurus Caſtaldus de Imperatore. q. 46. & Lancelott. Conradus in templo omnium iudic. lib. 1. cap. 1. §. 1. q. 4. Franciſ. Marcus in deciſ. Delphinal. 162. num. 7. 8. vol. 1.* vbi dicit, habere adminiſtrationem, ſed non vocari im-
7 peratorem † ante coronationem, quia coronatio dicitur ortus imperij dies coronationis. Hanc eandē opinionem dicit communem Franciſcus Viuius *in communi opin. in verbo. Imperatores. quod in nouiſſime impreſſis eſt lib. 1. opinion. 148. quem ſequitur Emanuel Suarez Receptarum ſententiar. §. Imperator. num. 17. ante eos Aluarus Pelagius de Planctu eccleſiæ lib. 2. cap. 29. in fin.* dicens ex relatione Ioannis Andreæ, quod ſi duo fuerint Imperatores
8 † in diſcordia electi, omnes adminiſtrant, donec Summus Pontifex vnum approbauerit, reprobato altero. Et in hoc non uidetur aliter pugnandum, cum videamus Romanorum Imperatores, facta electione ab electoribus, comprobari a Summo Pontifice, & adminiſtrationem proſequi. Promittunt enim quam primum poterunt coronas de more ſuſcipere, & ſi quando eam dilatant, Summi Pontifices conniuere ſolent, ex iuſtis cauſis, preſertim quia aduentus Imperatoris in Italiam, non eſt ſine locorum per quos tranſitum facturus eſt, onere, & ex alijs, quas non eſt meum referre, ſed melius ſciunt ſupremi eccleſiaſtici, & profani Principes, debere autem confirmari a Papa, eſt poſtmodum adminiſtrare, ipſo Romanorum Rege a Pontifice approbato, *poſt Salycet. in dicta l. bene a Zenone. voluit Fraciſc. Marc. in deciſ. Delphin. 940. nu. 8. 9. vol. 1.*

Prin-

Princeps,qui habet iura Imperialia, & ad supre-
9 mum Principem spectantia,in suo territorio † potest facere omnia, quæ potest facere Imperator in Imperio,præsertim si habet Iura Regalia. Ita Octauianus Cacheranus *in decis. Pedemontan.* 88. *nume.* 17. *ex allegatis per Robert. Marantam. in disputat.* 6. *nu.* 14. *qui alios allegat.* Idcirco ita de Rege Hispaniæ, Neapolis, Duce Sabaudiæ, Magno Duce Hetruriæ, Duce Ferrariæ, Duce Mantuæ, Marchione Montisferrati, Comite Astensi, Republica Venetorũ, Republica Genuẽsium, & aliis dixi de Catholici Regis Præstantia. *cap.* 5. *nu.* 13. *usq; ad num.* 24. & de Duce Ferrariæ, Mantuæ, & Vrbini dixi *in eodem lib. cap.* 48. *num.* 9. 10. 11. 12. 13. De Duce Sabaudiæ Antonin. Thesaurus in Procœmio decisionum. *nu.* 14. *& in decis.* 155. Anton. Sola in Procœm. Constitutionum Sabaudiæ. De eodem Duce, Duce Mantuæ, & Ferrariæ. Alexander Raudens. de Analogis. *cap.* 28. *nu.* 6. Ad conclusionem supra-
10 dictæ decisionis quod Princeps in temporalibus † superiorem non recognoscens, possit ea, quæ potest Imperator in Imperio. Anton. Corset. *in singular. Princeps.* 4. *decis. in consil.* 271. *nu.* 7. *Thom. Grammat. in decis.* 45. *num.* 63. *Carol. Ruin. in consil.* 200. *nu.* 2. 3. *vol.* 2. *Ioan. Baptista Plotus. in consil.* 12. *nu.* 3. *Curt. Iunior. in consil.* 61. *nu.* 9. *Menoch. in consil.* 92. *nu.* 32. *vol.* 1. *Francisc. Bursat. in consil.* 162. *nu.* 11. *vol.* 2. *Nicol. Bellon. in consil.* 51. *nu.* 3. *Roland. a Valle in consil.* 91. *nu.* 17. 18. *vol.* 2. *Marian. Iunior in consil.* 33. *num.* 9. *volum.* 3. *Hierony. Gabriel. in consil.* 163. *nu.* 17. *vol.* 1. *Cardinal. Paris. in cons.* 69. *nu.* 3. *vol.* 1. *Ioan. Baptista Laderch. in consil.* 71. *vol.* 1. *Ludouic. Sacca in cons.* 1. *nu.* 12. *vol.* 1. *Frãc. Odetus inter Consilia Morotÿ.* 45. *numer.* 7. *Ludolphus Schrader. de Feudis. par.* 4. *cap.* 1. *nu.* 10. *Regens Tapia de constitutionib. Princip. in Rubrica capit.* 1. *numero* 9.

11 Principis potestate absoluta vti posse † supremũ Principem, & nulli licere de eius potestate disputare *arg. l. sacrilegij. C. de crim. sacrileg.* de qua loquũtur Antonin. Thesaurus *in decis.* 91. *nu.* 1. & de eadem meminit Didac. Couarruuias variar. resolution. *cap.* 6. *nu.* 8. *Hierony. de Laurentÿs in decision. Auenion.* 133. *nu.* 18. 19. *Gerard. Mazzol. in consil.* 36. *nu.* 28.

Quo ad hoc dicunt nonnulli, non dari Princi-
12 pis potestatem liberam, & absolutam † sed emenda, quod ipsi dicunt, non posse Principem vti potestate absoluta, non autem, quod non detur, reperiuntur enim Principes nonnulli in quibus sufficit pro ratione uoluntas. & tamẽ nec Imperator
13 nec Reges, aliiq; Principes, ista † absoluta potestate utentes Principes dici possunt, sed Tyranni, vt dicit Andr. Alciatus *in consil.* 23. *nu.* 2. *vol.* 5. *Didacus Couarr. in loco allegato. nu.* 7. *Regens Tapia de consti. Princip. in Rub. cap.* 1. *sub. num.* 78. *Theſſaur. in dicta decis.* 91. *nu.* 1. *Fortun. Garzia in l. Gallus.* §. *& quid si tantum. nu.* 290. *ff. de lib. & posthum.* qui appellat eam uim, ac terrorem. vt refert Ioan. Coras. *in l. frater a fratre. nu.* 71. *ff. de cond. indebit. & plura Arius Pinell. de rescind. vend. in rub. cap.* 2. *num.* 25. Non enim potest illud Princeps facere, quod faciendo peccat. *Anton. Capic. in decis.* 166. *num.* 12. *quam bene Bald. in cap.* 1. §. *filij nati. num.* 2. *si de feud. fuerit controuers. int. domin. & agnat.* dicens, Principes, qui res huiuscemodi affectant, inhumanos esse, & pecudibus comparari. Vnde adulari eos Principibus, qui illis hanc potestatem proponunt, dixit ille Parisiensis, cuius nomen si omnia eo modo scripsisset, non esse deletum & hanc eandem opinionem firmarunt Vdalric. Zas. *in consil.* 10. *nume.* 7. *vol.* 2. *Andr. Gail. lib.* 2. *obseruat.* 56. *num.* 9. quos nouissime refert, & sequitur Andr. Facchineus controuers. iuris. *lib.* 8. *cap.* 63. *& Marc. Anton. Peregrin. in consil.* 7. *num.* 22. *vol.* 3. *Hierony. de Laurentÿs. in dicta decis. Auenion.* 133. *num.* 20. Idcirco bene Innocen. *in c. innotuit. de elect.* In dubio intelligẽdum esse Prin-
14 cipem non vti plenitudine potestatis. Quia † illa plenitudo, & absoluta potestas in bonis subditorum, non Christiani Principis, sed est Turcarum Tyranni, vt optime censuit Dominicus de Soto de iustitia, & iure *lib.* 4. *q.* 4. *artic.* 1. *& concinit Francisc. Zoanett. in tractat. de Imperio. nu.* 40.

Ex his sequitur, prauum esse illud generale dictũ posse Principem de potestatis plenitudine etiam nulla causa subsistente tollere, & conferre domi-
15 nium alterius † *arg. l. Item si verberatum.* 15. §. *Itẽ si forte. ff. de rei vendic. & l. Lucius.* 11. *ff. de euict. ob dictum Angeli. in dicta l. Item si verberatum.* §. 1.
16 *vbi inquit,* quod † Imperator de plenitudine potestatis dominium auferre potest nobis nulla causa subsistente quem sequitur cum alijs ab eo allegatis *Deci. in consil.* 269. *num.* 7. quam potestatis pleni-
17 tudinem posse solum Principem, nõ † autem Principis consistorium exercere voluit Capic. *in decis.* 47. *nu.* 7. sed posse Principem præiudicare, non solum in his, quæ sunt iuris, sed etiam in illis, quæ sunt facti, scribit Ioan. Mohed. *in decis.* 88. plenitudo enim potestatis est arbitrij, nulli necessitati subiecta ac nullis regulis limitata. Idem Capicius *in decis.* 166. *nu.* 11. Ioan. Thom. Minado. *in decis.* 42. *num.* 12. *Portius in consil.* 99. *num.* 4. *in consil.* 107. *num.* 43.

18 De potestate tamen ordinaria, † quæ supremo Principi competit, tollere ius Dominij minime potest, vt argum. tex. *l. fin. & ibi glos. C. si contra ius, vel vtil. pub.* & eorum, quæ dixit Iode Imol. *in c. quia plerique, de immun. eccle.* voluit Idem Anton. Capic. *in decis. Neap.* 69. *num.* 13. & reprobata Angeli sententia voluit Aym. Crauett. *in consil.* 241. *nume.* 10. *Marian. Nepos in consil.* 77. *nu.* 124. *vol.* 1. *quos sequitur Iacob. Menoch. de Arbitrar. iud. quæst. lib.* 1. *q.* 48. *nu.* 6. 7. *Fabius Turrett. in consil.* 76. *num.* 23. *vol.* 1. *Iosephus Ludo. in decis. Perusin.* 45. *num.* 5. *multos referens Achill. Pedrocc in consil.* 1. *num.* 285. *vol.* 1. Quia quod facit Princeps, sine alterius iniuria facere debet. *Matth. de afflict. in decis. Neap.* 286. *num.* 3. Debent enim sui actus regulari a Iustitia Poli, & fori, & sibi placere debet, quod iustum, ac verum est. *vt dicit Andr. Gail. obseruat. practicar. lib.* 1.

obser-

obſeruation. 14. *nu.* 6. Nec dicitur poſſe Principem, quod cum peccato poteſt, & vtendo poteſtate abſo
19 luta † ſine cauſa, & non ordionaria, licet non habeat, qui eiuſdem Principis facta diiudicet, peccat tamen apud D E V M, vt dicit *Anton. Capici. in deci. Neap.* 196. *nu.* 12. 13.

20 Declarant primo † non procedere pro bono publico, pro quo Princeps auferre poteſt rem & ius alterius, & ita intelligi oportere *dictam leg. item ſi verberatum.* §. 1. *ff. de rei vendicat. & dictam l. Lucius. ff. de euict. annotauit. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol.* 361. *nume.* 4. *Anton. Capicius in deciſ. Neap.* 166. *nu.* 5. *Petrus Anton. Anguſſol. in conſil.* 3. *nume.* 3. *lib.* 7.

21 Subintellige tamen, eo † caſu debere ſoluere pretium, *argum. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. commun. præd. Matth. de Afflict. in deciſ. Neap.* 321. *nu.* 17. *multos allegans Menoch. de Arbitrar. iudic. q. lib.* 1. *q.* 48. *nu.* 10. *Andr. Gail practicar. obſer.* 56. *nume.* 6. *Iacob. Philipp. Port. in conſil.* 36. *nu.* 15.

22 Declara ſecundo Principem poſſe ius † alterius tollere, vel illi derogare, ſi non facit contra ius naturale, vel gentium, ſed tantum contra ius ciuile, *vt dicit Thom. Grãmat. in deciſ.* 65. *nu.* 32. *Portius in conſil.* 6. *nu.* 34. *cum pluribus ſeq. & Minadous in deciſ. Neapol.* 42. *nu.* 9. *Ioan. Mohedan. in deciſ.* 43. quia ſi contra ius naturale, vel gentium faceret, non præſumitur facere iuſta cauſa, *vt poſt Raphael. Fulgoſi. in conſil.* 61. *col.* 2. *verſic. quarto, quia reſcriptũ. Scribit Ioachim. Mynſinger. obſer.* 8. *centur.* 4. *q firmat Andr. Gail. lib.* 2. *Obſeruat.* 58. *num.* 2. *Capic. in deciſ.* 166. *nu.* 8. Niſi faceret motu proprio, quia tunc cauſa præſumeretur iuſta, ſecus ſi ad partis inſtantiam, quia præſumitur per importunitatẽ. *Mynſing. & Gail. in deciſ. allegatis.*

23 Declara tertio, poſſe præiudicium † facere in iure quod in ſpe conſiſtit, non autem in re. *vt arg. gloſſ. in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilitatem public. voluit Ioan. Mohedan. in deciſ.* 97. *Portius in conſil.* 106. *nu.* 36. *Gerardus. Mazzoll. in conſil.* 117. *nu.* 37. 38. 39.

24 Declara quarto, ſi † ablatũ a Principe alicui fuiſſet ab eo libero volũtatis arbitrio cõceſsũ, vt poſt multos dicit Menoch. *de arb. iud. quæſt. lib.* 1. *q.* 48. *nu.* 11.

25 Princeps ex cauſa priuato rem, vel ius auferens, cauſa ceſſante ablatum reſtituere debet. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neap.* 361. *nu.* 29

In Principe præſumitur cauſa, licet non appare-
26 at *vt ex Cyno. in l. reſcripta. in* 3. *q.* 4. † *C. de precib. Imp. offer. Andr. de Iſern. in c.* 1. *ſub. nu.* 16. *verſi. præſumi debet quod cauſa. Voluit Auton. Capicius in decis. Neapol.* 166. *nu.* 8. *Iacob. Philipp. Portius in conſi.* 107. *nu.* 50. *Ioan. Thomas Minadous in Conſt. In ali quibus. in verb. Comites. nu.* 31. 32. & cauſa in illo eſt voluntas, *vt dicit Afflict. in deciſ. Neapo.* 4. *nu.* 2. *Minadous in deciſ. Neapol.* 42. *nu.* 32. *Tho. Grammat. in deciſ. Neap.* 46. *num.* 8. *Aufrer. ad Cappel. Tholoſ. in deciſ.* 275. *nu.* 7. *Paris de Puteo de Reintegr. Feudor. cap.* 266. *incip. Pone quod Rex. nu.* 6.

27 Declarando tamen quod ſi tolleret † ius aliquod alicui, iuſta cauſa pſumatur illud feciſſe, ſi cauſa aliqua poſſet imaginari, ſecus ſi nulla. *AEgid. Bellemer. in deciſ.* 723. *nu.* 1. *Thom. Gram. in deciſ. Neap.* 46. *nu.* 6. *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 42. *nu.* 28.

Non ſolum difficile, ſed impoſſibile reputatur,
28 quod pendet a poteſtate, & voluntate Principis, † an quid fuiſſet conceſſurus. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neap.* 116. *nu.* 4. *Anton. Capic. in deci. Neapol.* 32. *ſub. nu.* 16. *Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedem.* 26. *nu.* 7. *Rota in Antiquis in deciſ.* 350. *Nota, quod illa falſitas. Iacobin. de Sãcto Georgio in inueſtitur. Feud. in.* §. *Princeps Pedemontium. ſpeciali* 44. *nu.* 12.

29 Princeps dicitur dignitatum omnium culmen, idcirco poſteriorem poteſt prior præferre, *vt dicit Franciſ. Marc. in deciſ. Delphin.* 808. *nu.* 2. *vol.* 1. vbi agit de precedentia ſua in parlamento Delphinali.

30 Tyrannice viuens princeps, dum non poteſt recurri ad ſuperiorem, poteſt expelli, non autem occidi, ex decreto Concilij Conſtantienſis. *Anton. Capic. in Deciſ. Neap.* 69. *nu.* 37. *de quo Auguſt. de Ancona, de poteſtate eccleſ. q.* 54. *Felin. in c. cum nobis. num.* 7. *de præſcript. Idem Capic. in Inueſt. Feudal.* §. *Feuda amittuntur. verſ.* 47. *Dominic. de Soto de iuſt. & iure lib.* 5. *q.* 1. *artic.* 3. *Ferdinand. Vaſqui. Controuerſ. Illuſtr. lib.* 1. *cap.* 8. *nu.* 33. *Lucas de Penna in l. Quicquid. col.* 4. *C. Public. Lætit. lib.* 11. *Anton. Corſet. de Poteſtat. & Excell. Regia. q.* 3. *Paris de Puteo. de Syndicatu. in verb. Reſiſtentia. cap.* 1. *nu.* 3. *Afflict. in Conſt. Regni. Pacis cultũ. Robert. Marantã in diſput.* 1. *& pluſquam alius ego dixi in conſ.* 30. *nu.* 72. *cum*
31 *plurib. ſeq. Centur.* 2. vbi ex Diuo Thoma † dico expulſionem fieri debere ſuperiorum medio, non autem propria authoritate.

32 Princeps in dubio † iuribus tertij præiudicare non præſumitur, nec illi derogare. *Franciſ. Marc. in deciſ. Delphinal.* 243. *nu.* 1. *vol.* 2.

33 Imperator renunciare poteſt dignitate Imperij in manus Summi Romani Põtificis ſui ſuperioris. *vt ex Bal. in l. Barbarius. ff. de offic. Prætoris. concludit Franciſ. Marc. in deciſ. Delphinal.* 940. *nu.* 10. *in fin. vol.* 1. *Martin. Laudens. de principib.* §. 441.

34 Sed alij tenuerunt, eam † imperij renunciationẽ fieri debere penes Principes Imperij electores, qui eum elegerunt, *vt videntur tenuiſſe Anton. Roſellus de Poteſtat. Papæ. q.* 27. *vti illum refert Reſtaur. Caſtald. de Imperatore. q.* 103. *ſub nu.* 12.

Verum breuiter diſtinctione punctus reſoluitur quod ſi Imperator electus ab electoribus, nondum acceptaſſet dignitatem, tunc libere in manibus eo-
35 rundem electorum † renunciare poſſet, ſi non eſſet confirmatus a Papa, ſed ante confirmationem. *vt argum. eorum quæ ſcribit Innocent. in c. cum veniſſent. de reſtit in integr.* vbi inquit quod electus ante inſtitutionem poteſt renunciare iuri ſuo, ſibi
36 ex electione quæſito † in manibus eligentium, & ita dixerunt Domini de Rota *in deciſion.* 269. *incip. ſi aliquis præſentatus. innouis. & ita dicunt procedere. c. admonet. & c. quod in dubijs. extra de renunciat. Rota eadem in Nouis in deciſion.* 178. *incip. emancipatio. & in antiquis in deciſ.* 290. *incip. Nota quod licet. & in deciſion.* 328. *Incip. Nota quod vbi.*

37 Si vero est cõfirmatus† a Summo Pontifice, tunc renunciatio ei est facienda, vti suo superiori, argumento eorundem iurium, & ita intelligit dictum Baldi *in dict. a. l. Barbarius. Iacob. Aluarot. in c. 1. nu. 13. Quis sit dux, & Marchio*. In omnem tamen casum renunciationis exigitur consensus electorum, quando renunciatio coram eis fieret, & consensus
38 Pontificis,† quando coram ipso, *vt distinguit Ludouic. Gomez. in regul. de infirmis. q. 2.* vbi etiam dicit valere renunciationẽ quo ad præiudicium ipsius renunciantis, non autem ad præiudicium illius, intuitu cuius fieret, cum quibus distinctionibus transit Castaldus de Imperatore *in dicta q. 103. dico de Feudis dignitatum. cap. 1. libr. 3.*

39 Imperator eligendus est† de Teutonibus, siue Germanis, *vt dicit Francisc. Marcus in decis. Delphinal. 940. nu. 10. vol. 1.*

Liberum tamen est, principum electorum iudicio istud remitti, qui ex omni natione eligitur dum
40 tamen sit Imperio † dignus, & sua requisita habeat. *Bald. de pace Constantiæ. in verb concesserimus. q. 3. late Restaur. Castald. de Imperatore. q. 6.* cum li-
41 centia, & Romani Pontificis assensu. Hinc mortuo Federico Secundo, Archiepiscopus Moguntinus, & Comes Palatinus Rheni elegerunt in Romanorum Imperatorem Riccardum Northumbriæ Comitem, Regis Angliæ fratrem, quanquam illũ ma-
42 gno pecuniarum aceruo quasi principatum † venalem concupisse; vniuersus vero aliorum omnium principum electorum ordo, Alphonsum Decimum
43 Hispanię Regem, domi foriſque supremum † Principem, elegerunt. De quibus post Platinam in Clemente IV. & in Gregorio X. Albertum Crantium in Saxonia. *lib. 8. cap. 30. Bernardin. Corium in Histor. Medio lib. 2. Alfonsum de Carthagena in Anacephaleosi Hispanorum Regum. cap. 84. Lucium Marineum. de Reg. Hispan. lib. 7. cap. 1. Dixi plene de Regis Catholici præstantia. cap. 58. per totum.*

ARGVMENTVM.

Lex est inuentum, & donum Dei, decretum hominum sapientum, edictum Regum, atque Principum potestatem condendi illam habentium, iustam uiuendi normam præscribens, omnesque vel ad pœnam obligans, vel ad præmium inuitans, qua in totum sublata vinculum societatis humanæ dissoluitur, & communis Reipublicæ status labefactatur, quam uis quandoque declarari, & consuetudinem tollenti vicissim per posteriorem derogari possit, si tamen ipsius ratio cessare incipit, amplius in consideratione esse desinit.

SVMMARIVM.

1 *Leges a DEO processerunt. num. 3.*
2 *DEVS Rex Regum, & Dominus Dominantium.*
4 *Rex est lex animata in terris.*
5 *Præfectus prætorio an possit legem condere. num. 6. 7. 9.*
8 *A sententia Prefecti Prætorio non appellabatur.*
10 *Constitutiones Regni Neapolitani ius commune in Regno faciunt.*
11 *Scriptum an sit de legis substantia? numero 12. 13.*
14 *Principis rescriptum legis vim obtinet.*
15 *Decisiones Sacri Neapolitani Consilij, an legis vim habeant? num. 16. 17. 18.*
17 *Decisiones nonnullæ ab eisdem Tribunalibus reuocantur. nu. 18.*
19 *Constitutio noua non reuocat actus factos vigore veteris constitutionis, nisi constet de mente legislatoris.*
20 *Edictum a iudice positum, an possit ab ipso reuocari?*
21 *Regulæ Cancellariæ Apostolicæ an legis vim habeant?*
22 *Leges a publicationis die ligant.*
23 *Publicatio an sit de legis substantia. num. 23.*
24 *Hominis prouisio facit prouisionem legis cessare.*
25 *Constitutio antiqui iuris declaratoria non se extendit ad præterita.*
26 *Constitutio non trahitur ad futura, quando habet connexitatem cum præteritis.*
27 *Constitutiones factæ inter episcopum, & Capitulum ligant successores, & per non vsum sublatæ non intelliguntur.*
28 *Synodales constitutiones, vt publicari possint, consilium, & consensus Capituli exigitur.*
29 *AEgidianæ Constitutiones factæ in Marchia Anconitana, declaratæ fuerunt per Sixtum Quartum Summum Pontificem, quod in toto ecclesiastico statu seruarentur. nu. 30. 31.*
32 *Constitutio Marchiæ præfertur Iuri Canonico.*
33 *Constitutiones Marchiæ habent locum in iudicibus delegatis.*
34 *Constitutio Regni Neapolitani. Incip. Instrumentorum robur. quæ vult, vt subscribatur Notarius, Iudex, & testes, habet locum in instrumento vltro, citroque obligatorio.*
35 *Constitutio Marchiæ Anconitanæ arctat vniuersitates ad creandum Syndicum.*
36 *Publicum edictum, & proclama inducit scientiæ præsumptionem.*
37 *Iuris communis appellatione venit statutum.*
38 *Leges locum habent in testamento, non obstante contraria testatoris dispositione.*

39 *Lex perſonalis, quamuis loquatur in viro trahitur ad vxorem.*
40 *Legi fraus facienda non eſt.*
41 *Legis diſpoſitio intelligitur, prout fieri conſuetum eſt.*
42 *Leges ad caſus raro occurrentes non adaptantur.*
43 *Pars vna legis, vel ſtatuti per aliam declaratur.*
44 *Lex generaliter loquens non comprehendit actum ſpecialem, & priuilegiatum.*
45 *Lex inducens peccatum ſeruanda non eſt.*
46 *Lex habet vim Apoſtolici.*
47 *Lex, & conſtitutio ſui natura futura reſpicit. declara vt num.* 48.
49 *Non obediens legi, an peccet mortaliter. num.* 50. 51. 52.
52 *Lex, & ſtatutum, quæ continere debeant, vt ſint valida, remiſſiue.*
53 *Iuris ignorantia neminem excuſat, cum poſſit conſulere peritiores. nu.* 54. 55. 59.
55 *Mulier an ab ignorantia iuris excuſetur. nume.* 56. 57. 58. 59.
60 *Lex, & pragmatica non trahitur ad lites pendentes, quo ad deciſionem, ſecus quo ad ordinationem.*
61 *Mulieres an legem condere poſſint. num.* 62.
63 *Lex ſtatutaria, quamuis dura, eſt ſeruanda.*
64 *Leges tranſgrediuntur quandoque ob emergentes caſus.*
65 *Regium edictum poſt duos menſes ligare incipit. declara. num.* 66.
67 *Edictum Principis obligat ſubditum, vbicunque gentium.*
68 *Verba legis quando interpretationem recipiant.*
69 *Edicta principis cum ſint ſtricti iuris amplianda nõ erunt.*
70 *Lex, & edictum an tollatur per contrarium vſum. num.* 71.
72 *Principis contractus pro legibus ſeruandi ſunt.*
73 *Lex habens varios intellectus ad cauſarum deciſionem allegari non debet. nu.* 74.
75 *Lege permittente quod fit, pœnam non meretur.*
76 *Lex ceſſat, ceſſante legis ratione.*
77 *Leges, & iura in ciuitatibus, & vrbibus Regum, & Principum approbatis legi debent.*
78 *Lex, vel conſtitutio permittens, quod filij naturales, ſiue ſpurij cum filijs legitimis, & naturalibus ſuccedant, non valet. num.* 79. 80.
81 *Ius canonicum, & ius ciuile, quando, & coram quibus iudicibus ſeruandum eſt. nu.* 82.
83 *Conſtitutio Ambitioſa. Pauli Secundi quando ſerda ſit.*
84 *Lex poteſt conſuetudinem tollere.*
85 *Legi, & conſuetudini, quando ſtandum ſit.*
86 *Lex poſterior prioribus derogat.*
87 *Lex in viridi obſeruantia ſemper eſſe præſumitur.*
88 *Vbi eſt caſus legis, turpe eſt viro docto Doctores allegare.*
89 *Legi aliquid prohibenti contrafaciens, num peccet mortaliter. nu.* 90. 91.
92 *Prouincia, ſeu oppidum, ſi uniatur Regno, cuius loci legibus vti debeat?*
93 *Leges condere ſolius Principis eſt.*
94 *Lex principis ſecularis liget poſſeſſiones ſitas in eorũ dominio.*

TITVLVS XIII.

De legibus, conſtitutionibus Principum, edictis, & Pragmaticis.

1 LEges † a DEO proceſſerunt, *ita dicit Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol.* 321. *nu.* 1. *in fin. Franciſc. in deciſ.* 106. *nu.* 8. Hinc DEVS optimus Maximus dũ Geneſ. *cap.* 26. benediceret Abrahamo, inter alias,
2 quod ſeruabat leges Domini.† DEVS enim Rex Regum, & Dominantium Dominus, leges tradidit, & inde in Scriptura, *Exodi. cap.* 13. dicitur, vt lex Domini ſemper ſit, *& cap.* 17. Præcepta DEI, & leges eius. *& Leuitici. cap.* 4. leges Domini appellantur. *& cap.* 5. & alibi pluries. quod nunc præſentis operis non eſt, ſed alibi diximus. cum Deus
3 primaria † cauſa ſit omnium legum. *Sebaſt. Medices de legib. & ſtatut. par.* 1. *q.* 1. *nu.* 5.

4 Rex eſt lex animata † in terris. *Anton. Capic. in deciſion. Neapol.* 20. *num.* 7. *Oldrad. in conſil.* 250. *Bald. in Authen. Hoc amplius. C. de fideicom. poſt alios Sebaſt. Medices de legib. & ſtatutis. par.* 1. *quæſt.* 19. *num.* 4.

Præfectus prętorio, cum ille ſit primus poſt prin
5 cipem, ſeu † Regem, poteſt legem condere, *vt dicit Guido Papæ in Deciſ. Gratianop.* 50. *in fi.*

6 Sed aduerte hoc uerum non eſſe, cum † nullo modo Præfectus Prætorio legem condere potuiſſet, *ita Sebaſtianus Medices de legibus, & ſtatutis.*
7 *parte.* 1. *quæſt.* 17. *nu.* 9. *arg. l. Formam. alias* †. *l. Normam. C. de offic. præfect. prætor Orien.* Accurſius ibidem ex ea lege ſumit dictum, præfectum Prætorio facere poſſe legem, ſuper quo ſalua Reuerentia illi debita, errauit, cum ibi dicatur, normam, ſiue formam a præfecto prætorio datam, eſſe ſeruandam, niſi legibus, & conſtitutionibus contraria ſit, vel niſi ex authoritate Principis fuerit innouatum. Vnde adeo legem facere poterat, vt nec etiam normam ab eo contra leges traditam, probaret Princeps. Eam tantum prærogatiuam
8 habebat, † vt ab eius ſententia prouocaretur, *vt docuit Lucius Feneſtella de Magiſtratib. Romanorum. capitul.* 22. *de quo Pomponius Lætus de Magiſtratibus Romanis. capitul.* 8. *& dicit idem Guido Papæ in dicta deciſ.* 50. *in fin. Alexander Sardus de Moribus Gentium. lib.* 2. *capitul.* 14. *& habetur in l. proconſulibus. C. de appell. Philipp. Broideus ad Franciſc. Polletum in Hiſtoria Fori Romani. lib.* 5. *capitu.* 17. *Ad quæ adde Franciſc. Marc. in Deciſ. Delphin.*
9 804. *nu.* 6. vbi dicit idem, non † poſſe legem condere, niſi ex euidenti, & neceſſaria cauſa.

10 Constitutiones Regni Neapolitani † ius commune in Regno ipso faciunt, *vt dicit Vincentius de Franchis in decis. Neapol.* 102. *nu.* 21. *Ioan. Vincentius de Anna, in const. Constitutionem diuæ memoriæ. num.* 1. *Thom. Grammat. in decis. Neap.* 2. *nume.* 10. *Matth. de Afflict. in decis. Neap.* 404. *num.* 2. *& in prælud. constitut. q.* 1. *num.* 1.

11 De substantia legis est, quod fiat † in scriptis. *Voluit Rota in Nouis in decis.* 246. *incip. constitutio. Guido Papæ in decis. Gratianop.* 91. *nu.* 2. *glo. in c.* 1. *in verb. interpretatus. in fin. extra de postulat. prælat. Archidiacon. & Dominic. de Sacr. Gemin. in c. lex est.* 1. *distin. Cyn. Bald. & Salyc. in l. Mumanum. C. de legib. Bald. & Barbatia in rub. de constit. Alberic. in* 1. *parte statutor. q.* 14. *Idem Bald. in c. in causis de re iud. Petrus Cenedo in Collectaneo iuris canonici. par.* 1. *cap.* 1. *nu.* 4.

12 Contrarium, quod de legis essentia † non sit scriptura, tenuit *Ioan. And. in c. nemo potest ad impossibile. de regul. iur. in* 6. *Rota in nouis in dicta decision.* 246. *incip. constitutio Vacon. a Vacuna declarat. iuris ciuilis lib.* 4. *declar.* 63. *nu.* 3. *Sebastianus Medices de legibus, & statutis. par.* 3. *quæst.* 11. *Emanuel Suarez receptar. sententiar. §. lex. nu.* 135. *& plene Cornelius Beninus. de constitut.* 4. 1. *num.* 8. *quæst.* 8. *per totum.*

13 Primam opinionem ego tenui † in Commentar. de Magistratuum edictis *lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 2. *usq; ad finem.* Vbi lectores remitto.

14 Legis vim habet Principis rescriptum, † *Matth. de Afflict. in decis. Neapol.* 128. *num.* 14. *quem sequitur Simon de Prætis in consil.* 6. *vol.* 1.

15 Sacri consilii Neapolitani sententiæ in Regno eodem † ius faciunt & habentur pro legibus. *Matth. de Afflict. in decis. Neapol.* 96. *in fin. Rota Genuensis in decis.* 104. *num.* 10.

Quia causarum facta diuersa esse solent, accidit, vt ex minima negotii diuersitate, diuersa etiam, &
16 contraria decreta nascantur, & proinde decreta † Sacri Consilii venerantur, tanquam maturo supremi tribunalis, & summorum Iurisconsultorum in eo militantium iudicio trutinata, tanquam oracula habeantur, & nihilominus, quod vno tempore ab eodem Sacro Consilio iudicatum, idem amplissimus ordo, alio tempore corrigat, emendet, uel re-
17 uocet, sic † apud Matth. de Afflict. *in decis Neapol.* 291. suo tempore quod indicatum fuit, postmodū contrarium fuit decisum tempore Thomæ Grammatici *in decis. Neapol.* 103. *num.* 98. 99. 100. Nec solum in Decisionibus Neapolitanus hoc accidit, sed in quibusuis supremis Christiani Orbis subsselliis, in Rota Romana, cuius authoritas, & si magna ac suprema sit, de qua late *Anton. Maria Coratius, de communi Docto. opin. eligen. lib.* 1. *titul.* 9. *casu.* 10. *nu.* 54. nihilominus, multoties Domini contrarium
18 † decidere solent, *vt Coratius vbi supra num.* 59. *ex Cardinal. Paleot. in decis. nouissima Romana.* 674. *nu.* 6. *lib.* 3. *vol.* 3. *& nouissime Francisc. Viui. in decis.* 401. *nu.* 21. 22. Sic est etiam uidere in supremis Parlamentis Galliæ, tam apud Parisienses, Tholosates, Burdegalenses, Armoricos, Delphinales, de quibus plura exempla videri possunt apud Rebuffum, Choppinum, Maynardum, & alios, eodem etiam modo apud Cameram Imperialem, & alia suprema Tribunalia Germaniæ, ex quibus patet easdem Decisiones habendas esse in summa authoritate, non tamen, quod legis vim obtineant, cum præsertim in his dentur reclamationes, & supplicationes, in quartum cognitione, plerumq; decreta facta retractantur.

19 Constitutio noua † non reuocat actus perfectos uigore veteris constitutionis, nisi constet de contraria mente facientis nouam legem, vel constitutionem. *Blanchett. in decis. Roman. nouissima.* 319. *nu.* 3. *par.* 1. *vol.* 1.

20 Edictum siue † bannum a iudice positum consensu partium, ipso iudice inscio amoueri potest, si illos solum respiciat, non autem si alios, *vt per Cappel. Tholosan. in decis.* 73.

21 Regulæ Cancellariæ Apostolicæ † legum uim habent. *Cappel. Tholosan. in decis.* 444. *in princip. Christophor. Robusterius in decis. Roman. nouissima* 256. *nu.* 2. 3. *lib.* 2. *vol.* 2. *ad quæ adde Petr. de Ancharan. in consil.* 295. *incip. pro clariori euidentia. & late Ludouic. Gomez. in Proœm. Cancellariæ. q.* 2. *vbi respondet ad contraria.*

22 Leges ligant a publicatione generali, quia † de substantia illarum est publicatio. *Cappell. Tholos. in decis.* 444. *in fin. Francisc. Marcus in decis. Delphin.* 63 *nu.* 2. *vol.* 1. *Thom. Grammat. in decis. Neapol.* 47. *num.* 9. *Borgnin. Caualchan. in decis. Fiuizan.* 30. *nu.* 9. *parte prima. Petr. Cenedo collectan. iuris canonici.* 1. *num.* 3. *par.* 2. sed vide quæ ex multorum Doctorum Caterua diximus in Commentar. de Magistratuum edictis. *lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 7. *cum pluribus s. q. adde Carrocium casu, siue decis.* 63. *num.* 3. *Ioan. Baptistam Costam. de Facti scientia, & ignorantia Centur.* 2. *Distinct.* 98. *per totam.*

23 Sed declarandum est, quod esto, quod sit publicata † in Curia Imperatoris vel Regis, non ligabit, donec in prouincia publicata non fuerit, *vt dicit Octauian. Cacheran. in decis. Pedemont.* 141. *num.* 2. *Vincent. de Anna, in Allg.* 55. *nu.* 17. *dicit*, sufficere reperiri in Archiuo impressam, quia habetur pro publicatione.

Legis priuisionē facit cessare prouisio hominis.
24 † *Francisc. Cantucc. in Decision. Roman. nouissima.* 3. *nu.* 2. *parte.* 2. *lib.* 2.

25 Constitutio antiqui iuris declaratoria † non se extendit ad præterita. *Franciscus Marc. in decis. Delphin.* 463. *nu.* 8. *vol.* 2.

26 Constitutio non trahitur ad futura, quando habet connexitatem cum præteritis. *Ioan. Paulus Tolomeus in Decis. Roman. nouissima* 818. *lib.* 3.

27 Constitutiones factæ inter episcopum, &† Capitulum, ligant successores, nec censentur sublatæ per non vsum, nisi probetur contrarius vsus. *Paul. AEmilius Verall. in decis.* 220. *num.* 1. *par.* 1.

28 Synodales constitutiones † episcopi, vt possint publicari, requiritur Capituli consensus, & consilium.

lium. *Paul. AEmil. Verall. in decis. 222. num. 1. par. 1. & ex authoritate Innocen. in c. nisi. de aucto. & vsu pall. & Henric. Bohic. in tract. de synodo. par. 3. num. 137. Voluit idem Verall. in decis. 305. nu. 1. cum sequentibus. par. 1. vbi dicit*, quod si sunt constitutiones iustæ de æquitate canonica seruandæ sunt. Sed meo iudicio, non est discedendum a Decisionibus Rotæ.

29 AEgidianæ constitutiones, licet † sint factæ in Marchia Anconitana, tamen ex Sixti Quarti Summi Pontificis Romani rescripto, fuit declaratum, quod in omnes terras ecclesiæ Romanæ locum haberent, & sic fuit decisum vendicare sibi locum etiam in statu Auenionensi, *vt dicit Verallus in de-*

30 *cis. 223. nu. 1. par. 1.* ex quibus ego dico idem † procedere in Ciuitate Beneuenti. Quinimmo etiam Romæ locum habent. *Verall. in decis. 229. lib. 2.* extra vero ecclesiæ Romanæ terras non seruari

31 † clarum est. *Ioan. Mohedan. in decis. 5.*

32 Constitutio † Marchiæ præfertur iuri canonico. *Marcus Anton. de Anatis, in decis. Marchiæ 37. num. 16.*

33 Constitutiones † Marchiæ habēt locum etiam in iudicibus delegatis, *vt per Marcellum Cardinalem Crescentium in decis. 1. in princip. tit. de constitu. & ex pluribus alijs Stephan. Gratian. in decision. 196. num. 1.*

Constitutio Regni Neapolitani. incip. Instrumentorum robur. quæ dictat, vt subscribantur No-

34 tarius, † iudex, & testes, habet locum tantummodo in instrumentis vltro, citroq; obligatoriis. *vt dicit Paul. AEmil. Verall. in decis. 225. num. 1. parte prima.*

35 Marchiæ Anconitanę constitutio † arctat Vniuersitates ad creandum Syndicum, qui denunciet maleficia. *Ioseph Ludou. in decis. Perusin. 3. nu. 22.*

36 Publicum edictum, & proclama, inducit † præsumptionem scientiæ. *Thom. Grāma. in decis. Neapol. 36. nu. 19. Vide per transitum Ioan. Baptist. Costam, de facti scientia, & ignorantia. Centur. 1. distinctio. 49. nu. 8.*

37 Iuris communis † appellatione venit statutum. *Thom. Triuisan. in Decision. Venetā. 44. num. 3. lib. 2. sequitur, Cæsar Barzius in decis. Bononiens. 107. nu. 18. Iasredus Lanfran. in decis. 175. dicens*, id procedere si fiant a principibus & Prælatis, secus si a Magistratibus, quia erunt annalia.

38 Leges locum habent in testamento, non obstante contraria dispositione testatoris. *Ioan. Petr. Surdus in decis. Mantuan. 62. nume. 29. post Ferdinand. Vasq. de successi on. creation. §. 3. nu. 8. §. 7. per totum. Simon. de Pratis. de Interpret. vltim. voluntat. lib. 2. interpret. 2. Dubitat. 2. solut. 2.*

39 Lex quamuis pœnalis † loquens in viro, trahitur ad vxorem, *dicit Octauian. Cacheran. in Decis. Pedem. 30. nu. 11.*

40 Legi fraus non est faciēda. † *Surdus in decis. Mantuan. 21. nu. 5. Est argumentum in l. contra legem. 28. l. fraus. 29. ff. de legib.* & dicitur pluribus modis fieri, *vt ibidem docet Accursius, & voluit Marian. Socin. Senior. in Consil. 67. volum. 1.*

41 Dispositio legis intelligitur, pro † ut fieri consuetum est. *Card. Pute. in decis. 355. num. 2. lib. 3.*

42 Leges ad casus raro contingentes, minime † adaptantur. *arg. l. nam ad ea. ff. de legib. Gulielm. Cassadorus in titul. de acquir. rerum dominio. decis. 1. num. 2. & 9.*

43 Pars vna legis, vel statuti per † aliam declaratur. *arg. l. vtrum. ff. de petit. hered. post Cardin. Paris. in consil. 43. nu. 51. vol. 3. voluit Octauian. Cacher. in decis. Pedem. 163. num. 11.*

44 Lex generaliter † loquens non comprehendit actum specialem, & priuilegiatum. *Cardin. Pute. in decis. 595. num. 2. lib. 1.*

45 Lex peccatum inducens, seruanda † non est, *vt scribit Surdus in decis. Mantuan. 158. num. 7.*

46 Lex habet † vim Apostolici, *vt dicit Francisc. Marc. in decis. Delphin. 46. num. 15. volum. 2. Ioach. Mynsinger. obseruat. 99. Cētur. 3. Anton. Scappus de iure non scripto. lib. 2. cap. 3. nu. 2.*

47 Lex, & constitutio sui natura futura respiciunt. *arg. l. cum lex. ff. de legib. c. quoniam. de constit. Card. Puteus. in decis. 407. nu. 2. lib. 1. Andr. Gail. practic. obseruat. lib. 2. obseruat. 9. nu. 3. Hierony. Magō. in decis. Lucens. 88. num. 1. post Ferdinand. Vasq. de success. creat. §. 18. requisito. 29. nu. 280.*

48 Declara, nisi talia † verba adsint, quæ ad præterita, & pendentia trahantur *Card. Puteus. in decis. 382. nu. 2. lib. 2.*

49 Non obēdiens † legi peccat mortaliter, ex Hierony. Cardinali Albano, *in consil. 27. nu. 2. tradidit Franc. Viui. in decis. 106. num. 1. ante eum Nicol. Boerius in decis. Burdegal. 1. num. 73.* vbi dicit, peccare mortaliter, qui non seruat solennitates statuti.

50 Declarat tamen † Ioan. Gerson Cancellarius olim Parisiensis *in lib. de Vita Spirituali Animæ. lectione. 4.* solum DEVM posse dare leges, & præcepta, quorum transgressio sit tam noxia, vt hominem ad pœnam constringat æternam, quia solus DEVS est, qui potest homini pœnam infligere æternam.

51 Verum hanc † Gersonis assertionem vti erroneam, refellit docte, & eleganter Alfonsus de Castro de potestate legis pœnalis. *lib. 1. cap. 4. cap. 5. Nicol. Boer. in dicta decis. 1. nu. 74. 75. 76.* dat quasdam exceptiones, quas non refero. Sed uidendi ad hoc sunt Dominicus de Soto *de iust. & iure. lib. 1. q. 6. artic. 4. & artic. 5. Didac. Couar. in Regula. Peccatum. par. 2. §. 5. num. 2. Sed & pulchre declarat Martin. Nauar. in Summa Confessarior. cap. 23. nu. 48. cum pluribus seq.* Multos hanc rem tractantes refert Petrus Cenedo *Collectan. Iuris Canonici. 2. nu. 3. par. 2. Vide Pelbartum a Tesuar in Rosar. Sacræ Theologiæ. par. 2. in verb. peccatum. §. 29. & par. 3. in verb. Ars, & scientia. §. 6. vers. vtrum autem leges. Paulum Grysaldum Decisionum Catholicar. §. lex.*

52 *num.* 8. In omnem tamen † casum lex, vel statutum habere debet, quæ ex Isidoro, scripta sunt. *in c. erit autem lex. 4. distinct.* De quibus ego plene scripsi

de Ma-

de Magiſtratuum edictis. *lib. 2. cap. 1. cum pluribus capitibus ſeq. Vide Tiraquel. in trac. ceſſante cauſa. parte. 1. num. 18. vide inferius hoc titulo. numer. 89. 90. 91.*

53 Iuris ignorantia † neminem excuſat. *c. Ignorantia. de Regul. iur. in 6. l. error. C. de iuris, & fact. ignor. voluit Franciſc. Viui. in deciſ. 253. num. 1.*

54 Amplia tanto minus † excuſat, ſi peritiores conſulere potuit. *vt per Accurſ. Alexan. et Iaſ. in l. iuris ignorantia. C. qui admitti. Franciſc. Viui. in dicta deciſ. 253. nu. 3.*

55 Declara tamen ſecus eſſe † in muliere, in qua qui buſdam in cauſis ignorantia iuris præſumitur, maxime cum tractatur de damno vitando, *poſt Bar. in l. bonorum. ff. de Bonor. poſ. & Corn. in conſil. 226. nu. 13. vol. 1. Voluit idem Vinius in dicta deciſ. 253. nu. 6. argu. l. Regula. §. 1. ff. de iuris. & fact. ignor. voluit Anton. Capic. in deciſ. Neap. 159. numero 22. 23. & Thom. Grãmat. in deciſ. Neap. 76. num. 10. Sfortia. Oddus de Reſtitut. in integr. q. 1. numer. 1. Auguſtin. Berous in Conſil. 93. numer. 76. vol. 2* vbi dicit procedere, quoties non tractant de lucro. *Idem dicit M. Anton. Peregrin. in concil. 22. nume. 10. 11. vol. 3.*

56 *vbi inquit.* Hoc facilius † procedere ſi agat contra fiſcum. *arg. l. 2. §. fi. ff. de iur. fiſc.* qui omnes dicunt

57 idẽ procedere in Ruſtico, & minore, † quinimmo etiam in milite potius ignorantiam iuris, quam dolum præſumi, *voluit Berous in Conſil. 56. nume. 40. vol. 3. Surd. in Tract. de alim. titul. 6. quæſt. 7. numero 7.*

Non ſuccurri autem mulieri, aut ruſtico ex cauſa ignorantiæ, in tendentibus ad conſeruandum

58 † Iuris rigorem, poſt multos voluit Octauianus Cacheranus *in deciſ. Pedemont. 87. ſub numero 4. quem ſequitur alios allegans Ioan. Baptiſta Coſta de Facti ſcient. & Ignorant. Regul. 15. num. 2. Idem Cacheran. in deciſ. 27. nume. 6. Ioan. Petr. Surdus de Alimen. titul. 6. q. 7. num. 6. Hierony. de Laurentijs in deciſ. Auenion. 143. ſub. nu. 9.*

59 Declara etiam ignorantiam † iuris excuſare in his, in quibus dolus exigitur, *vt ex Decio. in conſil. 667. num. 6. Carol. Ruin in conſil. 23. vol. 1. voluit Vinius in deciſ. 253. nu. 4.*

60 Lex, & pragmatica non trahitur † ad lites, & cauſas pendentes, quo ad deciſionem, ſecus ſi ad litis ordinationem. *Matth. de Afflict. in Deciſion. Neap. 396. num. 11. Ioan. Vincent. de Anna. in Allegat. 49. num. 3.*

61 Mulieres legem condere nequeunt, etiam † ſi ſit Auguſta. *argu. gloſſ. in l. ſi Auguſtæ. ff. de legat. 2. voluit Iafredus Baldus in deciſ. 117. incip. conſuetudinem. Tango tit. de conſuetudine.*

62 Limita non procedere in mulieribus † Illuſtribus habentibus feuda tranſitoria ad feminas. *Idem Iafred. Bald. in dicta deciſ. 117. incip. Conſuetudinem.*

63 Lex ſtatutaria † quantumuis dura, eſt obſeruanda. *Franciſc. Marc. in Deciſion. Delphinal. 21. nu. 12. vol. 1. Borgnin. Caualcan. in deciſ. Fiuizan. 37. nu. 6. parte. 1.*

64 Leges transgredi propter † emergentes caſus, quandoque licitum eſt. *Franciſc. Marcus in deciſ. Delphin. 6. num. 5. in deciſ. 15. num. 51. in deciſ. 154. num. 30. in deciſ. 256. nume. 5 in deciſ. 289. nume. 4. in deciſ. 778. num. 9. Vol. 2. in deciſ. 1251. nume. 2. vol. 1.*

65 Edictum Regium † ligare incipit poſt duos menſes a die publicationis. *Franc. Marcus in deciſ. Delphin. 247. nu. 2. vol. 2.*

66 Declara tamen † ſecus eſſe, quando appoſitum eſt tempus, a quo ligare incipiat, quia duorum menſium tempus non expectatur, *ex Iacobo Menochio de Arbitra. iudic. quæſt. lib. 2. centur. 2. Caſu. 185. Vincentius de Franch. in deciſ. Neapol. 360. numero 2.*

67 Edictum Principis obligat † ſubditum vbicunq; gentium. *Anton. Faber. in Codice Fabriano lib. 1. Titul. 5. Defin. 3. circa medium. vol. 1.*

68 Verba legis, quamuis † generalia, vniuerſalia, & geminata fuerint, interpretationem recipiunt ac limitationem laudabilem, etiam impropriando, cum iuſtitiæ temperamento, & æquitatis, *Octauian. Cacher. in deciſion. Pedemont. 169. nu. 6.*

69 Edicta Principis cum ſtricti † iuris ſint, amplianda non erunt. *Antonius Faber. in Codice Fabrian. lib. 1. Titul. 5. defin. 1. vol. 1.*

Conſtitutio, vel lex, per contrarium tollitur

70 vſum. † *Cardinal. Puteus in deciſion. 1. in fin. lib. 1. Paul. AEmil. Verall. in deciſ. 220. nu. 2. Parte. 1. Pet. de Benintẽd. in deciſ. Bonon. 13. nu. 9. Franciſc. Viui. in deciſ. 338. per totam.*

71 Declara tamen quod contrarius legis aut † conſtitutionis vſus, tunc legis, aut Principis Conſtitutionem tollit, quando vel conſenſus illius expreſſus acceſſit, vel actus contra legem, aut conſtitutionem facti probentur, & ſciente, & patiente. *Verall. in dicta deciſ. 220. nu. 3. parte. 1. & in deciſ. 204. nu. 3. parte. 3. Benintend. in dicta deciſ. Bononienſ. 13. nu. 9. Franciſc. Viui. in deciſ. 338. nu. 7.*

72 Contractus Principis pro lege ſeruandi † ſunt. *Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedemontan. 141. numero 6.*

73 Lex varios habens intellectus ad cauſarũ † deciſionem allegari non debet, nec meretur. *Octauian. Cacheran. in Deciſ. Pedem. 22. nu. 10. Petr. Rebuff. in Proœm. conſtitution. Regiarum. Gloſſ. 5. nu. 3. tomo. 1.*

Contrarium tenet Gulielmus Caſſadorus *in deciſ. vnica. nu. 15. in titul. de acquir. rer. domin. di-*

74 *cens*, † quod ſi hoc eſſet verum, ſequeretur, quod plures leges corruerent, ex varijs Doctorum opinionibus, & diuerſis illorum intellectibus, & fruſtra leges membranas occuparent, quod dici, & audiri abſurdum eſt.

Quod fit permittente lege, ac nullo iure prohi-

75 bente † pœnam aliquam non meretur. *Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 9. titul. 8. Defin. 1. nu. 10. in allegation. vol. 2.*

76 Lex ceſſat, ceſſante legis ratione. † *AEgid. Bellemer. in deci. 632.* Ad materiã *And. Tiraquel. in trac. Ceſſante cauſa. Parte. 1. per totam.* Quia lex nulla

eſt

eſt, niſi rationabilis ſit, vt pleniſſime in Commentar. de Magiſtratuum edictis. lib. 2. cap....

77 Leges, ac Iura legi debent † in Ciuitatibus, & Vrbibus Regum, ac Principum approbatis. *Franciſc Marc. in deciſ. Delphin. 349. num. 1. vol. 1.* hanc rem plene tractaui in commentarijs de Regis Catholici præſtantia. *cap. 34.* vbi ſtudiorum, & Academiarum celebrium multarum memini.

78 Lex, aut conſtitutio † permittens, quod filij naturales, ſiue ſpurij in ſimul cum filijs legitimis, & naturalibus æque ſuccedant, non valet. *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 127. nu. 9. Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 312. nu. 2. Ioan. Petr. Surdus de alimentis. Titul. 1. quæſt. 13. numer. 6. & quæſt. 25. numer. 16. 17. 29.*

79 Contrariam ſententiam † probauit Gabriel Cardinalis Paleotus de nothis, & ſpurijs. *cap. 54. nume. 12. & per totum.*

80 Primam opinionem † contra Cardinalem ego tenui *poſt Federic. de Senis. Bar. Bald. Deci. Rocch. de Curte, Anch. Caſtrenſ. Alexand. Bero. Boeri. Rebuff. Botæum, Durant. Villalobos. Hieron. Gabriel. Roman. Viui. & Caballin. in meis Commentarijs de Magiſtratuum edictis. lib. 2. cap. 2. nume. 39. vſq; ad nu. 50.*

Ius canonicum, & Ius Ciuile, ſi differant, in foro
81 † eccleſiaſtico ſeruandum canonicum, in foro temporali ius ciuile. *Anton. Capic. in deciſion. Neapol. 201. numero 3. Octauian. Cacher. in deciſ. Pedem. 152. numer. 6. Sequitur Surdus de aliment. Titul. 7. q. 29. nu. 14.*

82 Declara quod in † materia Conſcientiæ, & continente peccatum, tam in terris Summi Pontificis, ſiue eccleſiæ Romanę, quam in terris, & locis Dominorum temporalium ſeruari debet ius Canonum, *vt ex Alexandro in Conſil. 38. numer. 31. vol. 3. Petr. Rebuff. in Proœm. Conſtitut. Regiarum. gloſſ. 5. numero 120. Gaſpar. Caballin. in Milleloq. 620. Surdus de Alimentis. titul. 7. queſt. 29. numero 11.*

83 Conſtit. Ambitioſæ. Pauli Secundi an ſit vſu † recepta? dico *in tit. de reb. eccleſ. non. alien.*

84 Quamuis conſuetudo poſſit aliquas † ſolennitates inducere, lex tamen poſſet conſuetudinem tollere. *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 1. num. 20. 29. quem ſequitur Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib. 8. titul. 33. Defi. 4. vol. 2. Petr. Duen. in Regul. 144. Borgnin. Caualcan. in Deci. Fiuizan. 43. numer. 71. parte 1.*

85 Legi antiquæ, vel conſuetudini ſtandum eſt, † dum tamen non agatur de re priuata, cui Dominus poteſt, quam ſibi placuerit, legem imponere, *vt dicit Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 1. nu. 70. Anton. Faber. in Codic. Fabrian. lib. 8. titul. 33. Defin. 5. per totam. vol. 2.*

86 Lex poſterior prioribus derogat. † *Thomas Triuiſanus in deciſione Veneta. 20. nu. 2. lib. 1.*

Lex ſemper præſumitur eſſe in viridi obſeruan-
87 tia, † quia ſemper loquitur *Borgnin. Caualcan. in deciſ. Fiuizan. 43. nu. 67. 71. & in deciſ. 45. numer. 27. parte 1.*

88 Vbi caſus eſt legis, turpe eſt docto Viro † allegare Doctores. *Deſiderius Guido in deci. Triuiſan. Veneta. 9. nu. 2. lib. 2.*

89 Legi aliquid prohibenti, aliquis † contrafaciens illicitum facit, & mortale peccatum committit. *Franciſc. Viuius in deciſ. 28. num. 3. & in Deciſione 106. nu. 1. 5. vide ſupra hoc eodẽtit. nu. 49. 50. 51. 52.*

90 Declara in prohibitione, & † contrauentione legis diuinæ, vel Pontificiæ, non autem ſæcularis, *vt dicit Ioan. de Imol. in c. cum contingat. extr. de iureiurando.*

91 Contrarium, quod etiam † contraueniens legi ciuili, ſiue temporali incurrat mortale peccatum, ponit *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 1. nu. 73. Panor. & Cardin in c. 2. de maior. & obed. & Felin. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ. nu. 37. de Conſti. voluit idem Viui. in deciſ. 106. ſub nu. 6. Sed vide quæ dixi ſupra hoc eodem titulo. numer. 46. & ſequent.*

92 Prouincia, vel terra † ſi uniatur acceſſorie ad Regnum, eſt ſubdita legibus illius Regni, ſecus ſi non acceſſorie, vel principaliter, quia viuit ſuis proprijs legibus, *vt poſt Bartol. in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pignorat. act. voluit Franciſcus de Claperiis Deciſionum Fiſcalium cauſa. 1. q. 1. faciunt quæ dixi in conſil. 70. num. 23. cum pluribus ſequ. Centur. 1.*

93 Leges condere † ſolius Principis eſt. *l. fi. C. de legib. Franciſ. Marc. in deci. Delphin. 804. nu. 5. Vol. 1.* ſic alij, qui habẽt iura Principũ, vt de Ducibus Sabaudiæ, Florẽtiæ, Ferrariæ, Mãtuæ, Vrbini, & Rebuspublicis, latiſſime dixi de Regis Catholici Præſtantia. *cap. 31. nu. 16. cum pluribus ſeqq.* Sic dicere poſſumus de Duce Parmæ, & Placẽtiæ. *de quo Franciſc. Burſat. in conſ. 349. nu. 22. Vol. 4. Ludouic. Sacca in conſil. 1. nu. 12. vol. 1.* Eodem modo de Duce Mutinæ, & Regij *de quo Alexan. in conſil. 1. nu. 31. vol. 5. Andr. Alciat. in conſil. 5. nu. 26. vol. 4. Ioan. Baptiſt. Laderch. in conſil. 71. ſub nu. 2. vol. 1.*

94 Lex principis ſæcularis, puta † Imperatoris, vel Regis, ligat poſſeſſiones clericorum, in eorum dominio exiſtentes. *cap. poſtulaſti. vbi Innoc. & Ioan. Andr. extra de foro compet. Archidiac. in c. ſi tributũ. 11. q. 1. Ita voluit Guid. Pap. in deciſ. Gratianop. 79. ſub nu. 1.*

ARGVMENTVM.

Conſuetudo, ſi eſt honeſta, rationabilis, & ſuper duos actus a teſtibus probata, nec a mulieribus introducta, tantum robur obtinet, vt legem vincat. Magna igitur illius uis eſt, non ſolummodo in Eccleſiaſticis, verum etiam ſæcularibus negotijs, & quemcunque ad ſui obſeruantiam aſtringit.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo quid ſit? ex Cicerone.*
2 *Ex Iſidoro.*

3 Ex

3 *Ex Aristotele.*
4 *Ex D. Thoma Aquinate.*
5 *Ex Platone.*
6 *Ex Marsilio Ficino.*
7 *Consuetudinis vis magna est.*
8 *Consuetudo iuris ciuilis pars est.*
9 *Consuetudo Ius non scriptum est.*
10 *Consuetudines Neapolitanæ glossatæ fuerunt a Napodano Sebastiano, Antiquo Iurisconsulto.*
11 *Consuetudo in loco legem vincit.*
12 *Consuetudo confirmanda an sit a Principe legis condendę potestatem habente? numer.13.14.15.16.17.18.19.20.*
19 *Consuetudo quot actus requirat. numer.20.21.22.23.39.*
24 *Consuetudo de iure ciuili, an inducatur per annos decem.nu.25.26.27.*
28 *Consuetudo debet esse vniformis.*
29 *Consuetudo debet ęse rationabilis.*
31 *Consuetudo turpitudinem habere non debet, sed honestatem.nu.32.33.*
33 *Consuetudinem quomodo testes deponant. nume.34.35.36.*
37 *Consuetudo an probetur per Papæ narratiuam.numero 38.*
40 *Actus in probatione consuetudinis, quando, & quomodo probati dicantur.*
41 *Testes super probanda consuetudine, quomodo testificari debent?.nu.42.*
43 *Consuetudo Ecclesiæ nociua, vel onerosa, non admittitur.*
44 *Consuetudo, quo ad extra iudicialia instrumentis non probatur.nu.45.46.*
47 *Consuetudo probata in Diœcesi, censetur probata in loco subdito.*
48 *Consuetudo, quod in ingressu detur prandiũ, vel quod det prandium Canonicis, an valeat?*
49 *Consuetudo immemorabilis habet vim priuilegij.nu.50.declara.nu.53.*
51 *Consuetudo an valeat, quod quis teneat duas dignitates, aut duos Canonicatus, aut duo beneficia simplicia.nu.52.*
54 *Consuetudo mala an excuset? nu.55.56.*
56 *Consuetudo excusat a pęna temporali, non autem a pęna gehennali.nu.57.58.*
59 *Consuetudo facere potest, quod facit pactum.*
60 *Iurisdictionem alicui priuato tribuit consuetudo.nu.61.62.*
61 *Iacobi Menochij opinio refutatur.*
63 *Mulieres an consuetudines inducant.nu.64.*
65 *Consuetudo, quod habens dignitatem sine præbenda, non possit acceptare primam præbendam vacaturam, non valet.*
66 *Consuetudines speciales ecclesiarum per clausulas derogatorias in literis specialibus positas, sublatæ censentur.*
67 *Inualida est consuetudo inducens Monomachiam, siue duellum.nu.68.*
68 *Bartholomæus Brixiensis consuluit Regibus Hispaniæ, & Anglię, ne duella permitterent, consuetudine, tanquam praua non obstante.*
69 *Consuetudo per inferiorem episcopo allegata quod in ecclesia Vicarius ad tempus constituatur, inualida censetur.*
70 *Quo ad solennitates concernentes litis ordinem procedendi in processu, locus ipsius Iudicij attenditur. declara.nu.71.*
72 *Contractus censetur factus secundum loci consuetudinem.*
73 *Consuetudo, quod instrumentum sine die, & anno, non valet, declara.nu.74.*
75 *Consuetudo soluendi pro sepultura est improbata.declara.nu.76.*
77 *Optandi consuetudo in ecclesia, in qua sunt maiores & minores præbendæ tollitur per clausulas derogatorias positas in literis Apostolicis, declara tamen nu.78.79.80.81.82.83.*
84 *Consuetudo, quod antequam quis acceptet canonicatum, in ecclesia Cathedrali suis beneficijs renunciet, non valet.*
85 *Consuetudo dans nouam formam pro solennitate testamenti diuersam a primis, consuetudine noua nõ publicata, testamentum factum cum veteribus solennitatibus, an valeat.*
86 *Consuetudo loci seruanda est, quo ad successiones, in quo quis defunctus est.*
87 *Loci, in quo res sita est consuetudo seruari debet.*
88 *Legum optima interpres, est consuetudo.*
89 *In prælationibus consuetudo inspicitur nu.118.*
90 *Consuetudo, quod Rex, vel Princeps possit cognoscere in clericos solutos, etiam in actionibus ciuilibus, non valet.*
91 *Quod fiat beneficiorum vnio absque capituli consensu consuetudine introduci non potest.*
92 *Consuetudo, quod Metropolitanus cognoscat de causis subditorum suorum suffraganeorum, illis inuitis, non valet.*
93 *Consuetudo est interpretatiua contractuum.*
94 *Consuetudo excludẽs religiosum a successione, etiam si apostatando matrimonium contraheret a successione excluditur.*
95 *Consuetudo, quod vxor succedat viro in omnibus bonis mobilibus, etiam extantibus filijs, an valet. Declara.num.95.*
96 *Per inuestituram regulariter non transfertur dominium sine traditione declara.nu.97.*
98 *Consuetudo, quod finita locatione rei ecclesiasticæ, fiat relocatio proximiori primi conductoris, obseruari debet.declara.nu.99.100.*
101 *Consuetudo militum Hierosolymitanorum Sancti Ioannis, quod vacante beneficio, fructus primi anni sint Magni Magistri, non valet.*
102 *Valet consuetudo, quod in iucundo aduentu Episcopus ponat vnum Canonicum in ecclesiis sibi subditis.*
103 *In Curia Romana seruatur, quod Anni Domini numerentur ab illius Natiuitate, sic in Italia, Catalonia, Aragonia, Hispania, Dacia, Vasconia, sed in Gallia, Anglia, & Alemania computantur a die Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis.*

104 *Curiarum Stylus, & consuetudo circa iudicia seruandi sunt. nu.* 105. 106.

106 *Stylus non exigitur, quod sit obtentus in contradictorio iudicio.*

107 *Sententia contra Stylum lata nulla est.*

108 *Stylus curiarum, siue ad ordinationem, siue ad causarum decisionem, seruandus est. Declara. num.* 109. 110.

110 *Stylus curiæ in quo causa ventilatur, non curiæ delegantis seruatur.*

111 *Stylus inducitur spacio decem annorum.*

112 *Consuetudo potest facere, quod instrumenta, quæ non probant, probent.*

113 *Quo ad subhastationes, siue auctiones consuetudo seruanda est.*

114 *Consuetudo sic obligat, vt expresse esset deductum in contractu.*

115 *Consuetudo in ecclesia existens, quod ad canonicatum ascendatur per gradus, ex tribus ordinibus, maiore, medio, & inferiore, qui impetrauit a Papa debet capere inferiorem.*

116 *Solitum per vnam vicem inducitur, & verificatur.*

117 *Consuetudo, quod in causis arduis episcopus procedat cum adiuncto aliquo in iurisdictionalibus ex parte Capituli seruanda est.*

118 *In materia præcedentiæ attenditur consuetudo.*

119 *Ius sepeliendi non præscribitur consuetudine.*

120 *Lex omnis positiua per consuetudinem tollitur.*

121 *Consuetudo loci, vbi fit contractus, attenditur. nu.* 122. 123. 124.

125 *Consuetudo loci ipsius viri attenditur quando agitur de dotis restitutione.*

126 *Si tractatur de ponderando, & mensurando forte rem venditam, attenditur consuetudo loci contractus.*

127 *Consuetudo non potest transferre possessionem sine actu corporeo, & corporali traditione. declara. nu.* 128. 129. 130.

131 *In conflictu opinionum tenenda est consuetudo.*

132 *Doctori attestante consuetudinem, an sit credendũ? nu.* 133. 134. 135. 136. 137. 138.

139 *Si adest consuetudo qua exigere soleat episcopus quãdam mensuram pro quolibet modio frumenti, qui in fraudem ducit farinam, soluere tenetur.*

140 *Licet in collegiatis Ecclesiis præbendarum collatio, spectet ad ipsarũ collegia, & in Cathedralibus ad Episcopum, & Capitulum, secus tamen si consuetudo aliud seruauerit.*

141 *Consuetudo etiam decennalis faciendi inuentariũ sine citatione creditorum, valet.*

142 *Stante consuetudine, quod quæsita per coniuges æqualiter diuidantur, potest alter ipsorum consuetudini renunciare.*

143 *Consuetudo laicorum clericos non ligat.*

144 *Consuetudinum scriptores enumerantur.*

TITVLVS XIIII.

De consuetudine, Stylo, & solito.

1 Consuetudinem diffinit Cicero in Rhetoricis † ad Herennium. *lib. 2. cap. de Iuridiciali absoluta.* Consuetudo (inquit) est id, quod sine lege, eque, ac si legitimum, vsitatum est. Sed, & eleganter Isidorus *Etymologiar. lib.* 5. inquit, Consuetudo autem est ius quoddam, moribus institutum, quod pro lege suscipitur
2 cum deficit lex. † Et habetur *in c. consuetudo. 1. distinct.* ex vsu hominum consuetudo inducitur, consuetudine enim fieri dicuntur, quæ ideo fiunt, quia sepe fecerunt, vt dicit Aristoteles *Rhetoricor. lib.* 1.
3 quæ in vsum deducta est, tanquam Natura, † vt inquit Idem Aristoteles *in libro. de memoria, & reminiscent. cap.* 3. Quam in naturam conuerti dicit Michael Ephesius ibidem. Est enim consuetudo habitus, quem acquirit agens, vt plurimum reiteratione, *vt dicit Auerroes cõtra Algazelem Disputation. Physica.* 1. & cum consensu populorum inducatur, ideo D. Thom. Aquinas *lib. 2. Metaphy. text.* 14. *lectione.* 5. dicit, quod illud quod est consuetum, est
4 nobis † magis notum, quia consuetudo vertitur in Naturam. Et Plato *de legibus. dialog.* 3. dicit consuetudines ab hominibus sumptas esse pro legibus. Sed melius idem Plato *Dialogo.* 7. inquit. Consue-
5 tudines bonæ leges † non scriptæ sunt, & in consuetudinẽ inductæ, tunc firmas leges scriptas reddunt, sin autem cõtra, velut in fabrorum edificijs sul cra, e medio dilabentia in idem omnia corruere faciũt, & alia ab alijs procumbere, tum ipsa, tum ea, quæ posterius recte extructa sunt, priscis illis delapsis. Quibus autem modis, & causis inducantur, pulchre describit Marsilius *in lib. de Fato. cap.* 3. Consuetu-
6 do (inquit) † non quadam necessitate, sed vel legibus, publicisque moribus, vel exemplo, & disciplina priuata, vel fortuna, & occasione quadam, vel proprio consilio, & opinione, vel his omnibus prouenit. Et alteram naturam consuetudinem appellauit *Alex. de Alesi. lib. 2. Metaphysices cap.* 46.

7 Magna itaq; consuetudinis vis est, † vt illa pro lege seruetur, docent hoc Iurisconsulti Iulianus, Vlpianus, Hermogenianus, Paulus, & alij, *in l. de quibus.* 31. *l. diuturna.* 32. *l. cum de consuetudine.* 33. *l. sed ea quæ.* 34. *l. immo magnæ.* 35. *ff. de legib.* Consue-
8 tudinem iuris ciuilis † partem esse nemo negabit. §. *constat.* §. *ex non scripto. Inst. de iur. natur. gent. & ciuili.* De qua pulchre Placentinus in summa Codicis *lib.* 8. *tit.* 56. inquit. Consuetudo est ius non
9 scriptum, moribus populi † diuturnis inductum, estq; altera natura, & magnæ authoritatis. Morib. gentium introductum ius primum, & non scriptũ ius iure scripto uetustius esse, post Platonẽ censuit Francisc. Connanus *commentariorum iuris ciuili. lib.* 1. *c.* 10. Passim postmodum pluribus in locis in scriptis redactæ, vt consuetudines Neapolitanæ, quæ glosatæ fuere a Napodano Sebastiano Do-
10 ctore † antiquo. Sic Burgundicæ a Bartholomæo Cassaneo. Andegauenses a Renato Choppino or-

natæ Commentarijs in quarum Consuetudinum prologo, infinitos propemodum retulit, qui Gallicarum ciuitatum consuetudines illustrarunt, quos infra referam in fine huius tituli. Itaq; Cardinalis Puteus in *decis.* 176. *num.* 7. *lib.* 3. dixit, consuetudi-

11 nem † in loco legem vincere. Sed sit Axioma, Consuetudinem loci obseruandum fore, decuius vigore, & potẽtia *Anton. Gabriel. in titul. de consuetudin. conclus.* 1. *Ioseph. Ludouic. in decis. Perus.* 14. *nu.* 4. *in decis.* 62. *num.* 14. *Rol. a Vall. in consil.* 4. *nu.* 20. *vol.* 3. *Andr. Gail. Pract. obser. lib.* 1. *obser.* 36. *Guidus Pancirol. in consil.* 47. *numero* 6. *vol.* 1. *Peregrin. in consil.* 102. *num.* 10. *vol.* 1. *Claudius Cantiuncul. in consil.* 3. *numer.* 36. *Elbert. Leonin. in cons.* 57. *nu.* 3. *Francisc. Bursat. in consil.* 40. *numero* 12. *vol.* 1. *Achill. Pedrocc. in consil.* 37. *nu.* 80. *Vincent. Carro. in casu, siue decis.* 111. *num.* 9. *Dominic. Arumęus. in decis.* 14. *nu.* 1.

12 Declara primo consuetudinem † non admitti, nisi confirmata fuerit a principe habente potestatem legis condendæ, cum sit iurisdictionis, *ita dicit Augustin. Berous in consil.* 28. *numer.* 32. *vol.* 3. *Bartholom. Bertazo. in cons. ciuili.* 125. *nu.* 29. *& dicam infra.*

13 Declara secundo † consuetudinem nullam esse, quæ sit contra ius diuinũ vel naturale, & dicitur ius naturale, cuius transgressio peccatum inducit. *c. fin. vbi Panor. & alij. extra de consuetud. Alex. in consil.* 196. *num.* 13. *vol.* 2. *Cardin. Paris. in consil.* 78. *num.* 193. *volum.* 4. quos cum alijs allegat, & sequitur *Petr. Duen. in Regul.* 137. *in prin.* ¦Dixi de Magistratuum edictis. *lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 24. *cum pluribus seq. Andr. Tiraquell. de pœnis causa.* 38. *nu.* 20.

14 Declara tertio posse consuetudinem † induci, etiam nesciente Principe, sed sciente populo, *Panor. in c. fi. nu.* 13. *de consuetud. Alex. in consil.* 6. *nu.* 4. *vol.* 1. *ante eum Oldr. in cons.* 244. *nume.* 7. *Francisc. Connan. commentar. iuris ciui. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 6. *Alex. in cons.* 196. *nu.* 14. *vol.* 2. *Barthol. Socin. in cons.* 111. *vol.* 4. *Deci. in consil.* 275. *num.* 9. *Gomez. Leo. in decis.* 91. *Francis. March. in decis. Delphin.* 255. *nu.* 1. *vol.* 1. *Paul. AEmil. Verall. in decis.* 203. *num.* 7. *lib.* 3. *dixi ad Petr. Bellug. in Specul. Princ. Rub* 4. *in verb. vnum. Gerard. Mazzoll. in cons* 118. *num.* 50. *Pancirol. in consil.* 51.

15 Limita supra dictam † declarationem, non procedere consuetudinem sine scientia Principis, vbi tractaretur de reseruatis ipsi Principi. *gloss. in c. pen. de filijs presbyt. Bartol. in l. si¦ publicanus. §. in omnib. num.* 1. *ff. de Publican. & vectigal.*

16 Limita secundo, quod si † consuetudo induceretur contra ius publicum vtilitate, & authoritate, ne cesse erit tunc scientiam Principis interuenire. *Io. Andr. & Dominic. in c. fi. de censib. in* 6.

17 Limita tertio in Põtifice, † & supremo Principe scientiã nõ præsumi. *c.* 1. *c. cũ mater¦ de constit. in* 6.

18 Quod intelligerem † non præsumi contra factũ proprium, nec ad præiudicium tertij scientiam, sed in decursu temporis pro consuetudine bene præsumi, vt de primis duobus capitibus *Cæsar de Grassis in decis. Roman.* 9. *nu.* 9. *Francisc. Viui. in decis.* 225. *num.* 41. *Antonin. Thesaur. in decis. Pedem.* 15. *nu.* 5. *in decis.* 91. *nu.* 1. *Seraphin Oliuar. in decis. nouissim. Rom.* 614. *nu.* 5. *vol.* 1. *de vltimo vero Alex. in consil.* 6. *vol.* 1. *Ioan. Anchar. Regiens. quæst. Famil.* 53. *nu.* 13. *lib.* 2.

19 Declara quarto, consuetudinem † actuum frequentiam exigere. *Cyn. in l.* 2. *C. quæ sit lõga consuetud. Alex. in consil.* 105. *& in consi.* 175. *Vol.* 2. *Corn. in consil.* 89. *Vol.* 2. *Deci. in consil.* 275 *nu.* 10. *Franc. Connan. commen. Iuris ciuil. lib.* 1. *cap.* 10. *sub. num.* 6. *Francisc. Marc. in decis. Delphin.* 255. *num.* 1. *vol.* 1. *Matth. de Afflict. in decis. Neap.* 321. *sub nu* 17. *& in decis.* 388 *sub nu.* 7. *Rol. a Vall. in consil.* 2. *num.* 126. *vol.* 1. *Francisc. Viui. in decis.* 130. *nu.* 8. *Frãcis. Cantucc. in decis. Nouiss. Roman.* 19. *nu.* 4. 5. *vol* 2. *Octauian. Cacher. in decis. Pedem.* 99. *nu.* 45. *Stephan. Gratian. in decision. Marchiæ.* 148. *nu.* 10. *Marcell. Cardin. Crescent. in decis.* 1. *in princip. titu. de consuetud. dixi ad Bellug. in specul. Princip. Rub.* 4. *in verb. vtrũ & dictum meum sequitur. D. Thesaur. Iunior. quæst. Forens. lib.* 1. *q.* 38 *nu.* 16. 17. *Federic. Scotus in consil.* 40. *nu.* 18. *tomo.* 2. *lib.* 4. *And. Gail. Pract. obseruat. lib.* 2. *obseruat.* 31. *nu.* 1. *Cæsar. Barz. in decis. Bonon.* 95. *nu.* 7. *& seqq. Marc. Anton. Bellon. in decision. Genuæ.* 17. *nu.* 6.

20 Sub intellige, vnũ actum non sufficere, sed duos actus esse necessarios *Andre. de Iser. in c. Imperialem. §. præterea dicatus. num.* 2. *in fin. de prohib. feud. alien. per Federic. Francis. March. in decis. Delphin.* 255. *nu.* 2. *vol.* 1. *Vincent. de Franch. in decis. Neapol.* 91. *num.* 16. *Marcell. Card. Crescent. in decis.* 1. *tit. de consuet. Cęsar Barzius in decis. Bonon.* 98. *nu.* 12. 13. *Alex. Rauden. variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 17 *num.* 56. *Ioan. Baptista Villalob. Opin. commun. §. consuetudo. num.* 181. *dixi ad Bellugam. in dicta Rub.* 4 *in verb. vnum. Francisc. Connan. commentar. iuris ciuil. lib.* 1. *cap.* 10. *sub nu.* 6. *Hieron. Cæuallos opin. commun. contra commun. q.* 357 *num.* 1. *Gerardus Mazzoll. in consil.* 118. *nu.* 50. *cum plurib. seq. Gaspar Antonius Thesaur. quæst. Forens. lib.* 1. *q.* 38 *nu.* 16. *Thom. Grã. in decis. Neap.* 48. *num.* 1. 3. *Francis. Cantucc. in decis. nouiss. Rom.* 72. *nu.* 30 *par.* 2. *vol.* 2. *D. Garzias Mastrill. in decis Sicil.* 67 *nu.* 16. *Andr. Gail. pract. obser. lib.* 2. *obser.* 31. *nu.* 7. *Menoch. in cons.* 428. *nu.* 6. *vol.* 5.

21 Et quatenus aliqui tenuerint † vnicũ actum sufficere, vltra quod hæc opinio non attenditur, tamẽ procedit quo ad probandum solitum, *vt ex Bar. & Io. de Amicis dixi ad Bellug. in Specu. Prin. Rub.* 4. *in vnum et idem post tradita a nobis tenuit doctissimus Thesaurus iunior in dicta q.* 38. *nu.* 17. sic etiam in

22 actibus † successiuis, & permanentibus, vt ibi dixi. *& dicit D. Thesaurus. de solito. Ita* Blanchett. *in decis. nouiss. Rom.* 294. *nu.* 2. *par.* 1. *vol.* 1.

23 Quo vero ad hos binos † actus vt inducant consuetudinẽ debent verosimiliter ad populi notitiam peruenire, *vt ex Bartol. in l. de quibus. numero* 10. *& Ias. nu.* 51. *Sylvest. de Prierio. in summa. in Verb. Consuetud. nu.* 4. *voluit Hieron. Cęuallos opin. commun. supra commun q.* 357. *num.* 2. *& ego dixi supra*

proxime.

proxime. vers. Declara tertio. Gerard. Mazzoll. in cõs. 118. nu. 50. 56. vol. 1.

24 Declara quinto ad inducendam † consuetudinẽ iure ciuili decem annorum cursum desiderari, vt scripsit Bart. *in l. de quibus. num. 4. ff. de legib. vt in rebus profanis dicit Rota in Nouis. in decis. 460. incip. Quæritur quanti. Matth. de Afflic. in decis. Neap. 321. ante. nume. 18. Anton. Augustin. in decis. nouiss. Roman. 1697. parte 3. vol. 3. Matthias Colerus decis. German. 21. num. 4. Aymo Crauett. de Antiquit. tempor. par. 4. nu. 7. quem refert Menoch. de Arbitrar. iudic. quæst. lib. 2. centur. 1. casu. 83. num. 2. Andr. Gail. Pract. Obseruat. lib. 2. obseru. 31. nu. 3. Marc. Anton. Natta in consil. 98. num. 6. volum. 1. Marian. Iun. in consil. 68. num. 3. volum. 3. Nicol. Festasi. de AEstimo. Parte 2. cap. 3. nu. 25. Surdus in consil. 58. nu. 11. vol. 1. & in consi. 335. nu. 57. vol. 3. Hieronym. Cæuallos pract. opin. commun. contra cõmunem q. 357. nu. 4.*

25 Subintellige primo præscriptionem † præfatam annorum, currere a primo actus die, ut dicit *Alberic. in l. de quibus. nume. 87. vbi Bartol. in Rep. nu. 15. Iason. numero 43. ff. de legib. quos refert, & sequitur Hierony. Cæuall. pract. commun. opin. contra communem. q. 357. nu. 9.*

26 Subintellige secundo hanc declarationem † nõ procedere in rebus ecclesiasticis, quia requiruntur anni quadraginta. *Rota in Nouis in dicta decis. 460. quæritur quanti. Andr. Gail. pract. obseruat. lib. 2. obseruat. 31. nu. 3. Thomas Grãmat. in decis. 64. nu. 37.*

27 Subintellige tertio in † consuetudine præter ius siue contra ius, quia exiguntur quadraginta anni. *Francisc. Aretin. in cons. 23. col. 4. vers. sed quando vniuersitas. Rota in dicta decis. 460. in Nouis Petr. Duen. in Regul. 140. in prin. Matth. de Afflict. in decis. Neap. 121. nu. 18. Borgnin. Caualcan. in decis. 11. numer. 48. parte 1. Hierony. Cæual. pract. quæst. commun. contra communem. q. 357. nu. 10. vide Andr. de Iser. in cap. 1. numero 1. 2. de his qui feud. dar. poss.*

28 Declara sexto, quod consuetudo † semper fuerit uniformis, non autem diuersimode obseruata, vel diuersis actibus facta. *l. quæsitum. §. si quis eodem. ff. de Fund. instruct. & instr. legat. l. si certis annis. vbi Deci. nu. 16. C. de Pact. Alex. in consil. 5. nu 7. vol. 5. Aym. in cons. 96. nu. 4. Riminald. Senior. in cõs. 737. nu. 36. vol. 4. Hippoly. Riminald. in consil. 257. nu. 49. Octauian. Cacher. in decis. Pedem. 99. numero 7. Borgnin. Caualcan. in decis. Fiuzan. 11. nu. 51. parte 1. Hieronym. de Laurent. in decision. Auenion. 20. nu. 9. Francisc. Cantucc. in decision. nouiss. Roman. 72. nu. 28. 29. parte 2. vol. 2. Claud. Bertaz. ad Patrem in consil. 109. litera. G. vol. 1. Petr. Anton. Angust. in consil. 23. nu. 9. lib. 3. Iacob. Philipp. Porti. in cons. 106. nu. 59. Surd. in consil. 254. nu. 29. vol. 2. & in consil. 449. numer. 7. vol. 3. Ioach. Mynsinger. obseruat. 42. centur. 6.*

29 Declara septimo, consuetudinem † rationabilem esse debere, quia si irrationabilis sit, corruit, & nulla est, & cum sit ad legis similitudinem §. *ius ciuile. inst. de iur. natur. gent. & ciuili.* quemadmodũ in lege requiritur, quod rationabilis sit, eodem modo in consuetudine. *c. erit autem lex. 4. distinct. Carol. Ruin. in consi. 116. num. 8. vol. 4. quem refert, & sequitur Marian. Socin. nepos. in Consil. 98. num. 40. vol. 3. Plene ad materiam Constantius Rogerius. in Tract. de interpre. legum. §. 1. num. 13. cum pluribus seq. Dico plene de Magistratuum edictis. lib. 2. cap. 3. Andr. Gail. Practic. Obseruat. lib. 2. obseruat. 31. sub nume. 11. M. Anton. Natta in consil. 179. numero 21. vol. 1. Francisc. Marc. in decis. Delph. 1258. nume. 3. vol. 1. D. Alexand. Raudens. in decis. Pisan. 4. nu. 120. Alfons. Hoied. de Benef. compatib. cap. 19. nu 9. parte 1. Thomas Triuisan. in decis. Veneta. 54. numer. 25. lib. 2. Francisc. de Claper. in deci. Fiscal. cauf. 35. q. 2. num. 2.*

30 Declara octauo † consuetudinẽ honestã vel esse debere continere honestatẽ, non aũt esse turpẽ, vel turpitudinẽ præ se ferre. *Dicit Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 71. in fin. dixi plene de Magistratuum*

31 *edictis. lib. 2. cap. 4. nu. 8.* Proferam duo † exempla, quæ retuli *in consil. 1. numero. 150. Centur. 1.* Quorum vnum circa iuga Alpium, & Montes Allobrogos in quibus erat quoddã ius Dominorum quorundam, qui prima nuptiarum nocte nouas nuptas eorum amplexibus accipere soliti fuerant, & Cunnagij ius dicebatur, quod in pecuniarium ius redactum fuisse scripsi ex Hieronymo Mutio. Alterum, quo Canonici, & Comites Lugdunẽses, habuissent primo connubiali die in Thoro Geniali subditorũ

32 † nuptias ineuntium ius locandæ coxæ, & obscenũ, ac turpe ius conuersum fuisse in epulare munus, *vt ex Renato Choppino in Consuetud. Andegauens. lib. 1. cap. 31. sub. num. 8. vol. 2. retuli in dicto consil. 1. nu. 150. de quo meminit allegans etiam meum Consilium Gerardus Maynard. in decis. Tholos. 3. lib. 1.* vbi etiam refert fuisse sublatas cõsuetudines quasdam, ne in sepeliendis cadaueribus aliquid reciperent, nec in nouis nuptijs, nec in noua Missarum celebratione, tympana pulsarentur, nec choreæ a sacerdotibus, vtroque casu fierent. *Maynardus in dicta decis. Tholos. 3. lib. 1. adde Ant. Solam. in Decretis Sabaud. in proœm. gl. vlti. nu. 11.*

33 Declara nono, consuetudinem † probandam per testes formiter illam deponentes per verba affirmatiua, non autem negatiua. *Alexand. in consil. 45. nu. 5. vol. 3. quẽ sequitur Stephan. Gratian. in decis. Marchiæ. 148. nu. 11. 12. faciunt notata per Barthol. Bertazzol. in Consil. crim. 114. nu. 6. vol. 1. AEgid. Bellame. in decis. 65. & in decis. 461.* Nisi esset actus † ne

34 gatiuus habens implicitum consensum, *vt per Frãcisc. Marc. in decis. Delphin. 255. num. 5. vol. 1. Ioan. Bapti. Ferrett. in consil. 312. nu. 13.*

35 Declara decimo, testes in consuetudine probanda contestes esse debere in probandis actibus, & saltem duo testes esse concordes in actibus, & in tempore. *post Alex. in consil. 105. & in consil. 175. vol. 2. Corn. in consil. 89. volum. 2. decis. in consil. 275. num. 10. voluit Aluarus Vallasc. in Decis. siue consultat. 162. nume. 11.* Et cum debeat esse

36 † præscripta, debent deponere de congruo, & concordi tempore præscriptionis, *ut dictum est supra*

hoc eodem titul. vers. Declara quinto. num. 24. cum duobus seq. & uoluit Aluar. Vallasc. vbi supra nu. 12. AEgid. Bellemer. in decision. 64. Sequitur Cardinal. Paleot. in decis. nouissim. Roman. 508. nu. 3. lib. 3. vol. 3. Andr. de Iser. in c. 1. num. 2. de his. qui feud. dar. poss.

37 Declara vndecimo, cõsuetudinem probari † per narratiuã Papæ, *vt post Inno. & Felin. in c. inter dilectos. extra de fide instrum. Cur. iun. Thom. Gramma. & Nattam quos allegat, voluit Seraphin. Oliuarius in decision. nouissim. Roman. 171. num. 3. 6. lib. 1. volum. 1.*

38 Subintellige, tunc Papæ † narrationi stari in probanda consuetudine, donec contrarium probetur. *Gloss. & ibi Doctores in Cle. literis. de Probat. & voluit idem Seraphin. Oliuar. in dicta decis. 171. nu. 6. vol. 1. facit Marcell. Cardin. Crescent. in decis. 1. tit. de consuetud.*

39 Declara duodecimo, per binos † actus probatos, & per binas sententias, consuetudo probatur. *Thom. Grammat. in Decis. Neapol. 48. num. 1. 3. & Don Garzias Mastrill. in Decis. Siciliæ. 67. num. 16. Cæsar Barzius in Decis. Bononiens. 98. nu. 9. 11. 13. Iacob. Menoch. in consil. 501. nu. 36. 38. vol. 6.*

40 Declara decimo tertio, † quod actus probatæ consuetudinis, dicantur probati, & facti animo inducendi consuetudinem, & non aliter. *Gloss. in cap. Consuetudo. prima distinct. Panor. in c. fin. ver. Septimo requiritur. extra de consuetud. Roland. a Vall. in consil. 2. nu. 126. vol. 1. & alios allegans Vallascus in decis. siue Consultat. Lusitan. 162. num. 13. Ioan. Baptist. Ferret. in consil. 395. nu. 8. Ioan. Petr. Surd. in consil. 254. num. 30. vol. 2. & in consil. 393. num. 28. volum. 3.*

41 Declara decimoquarto, vt † testes in probanda consuetudine recipiendi deponant reddentes causam scientiæ, & rationem etiam non interrogati. *Vallasc. in dicta Consultation. siue decis. 162. nu. 15. Stephan. Gratian. in decis. Marchiæ. 148. num. 10.*

42 Declara decimo quinto, quod testes † de consuetudine testificantes, ex illa aliquod proprium interesse non prætendant. *Didacus Couar. Practicar. quæstion. cap. 18. sub num. 4. Guido Papæ in Decis. Gratianop. 193. sub. num. 2. Hierony. de Monte in tract. Finium Regundor. cap. 58. num. 2. 12.*

43 Decimo sexto declara, consuetudinem † nullam admitti, quæ ecclesijs, sit nociua, onerosa, vel contra vtilitatem illius *c. 1. vbi gloss. extra de consuetud. tex. notab. in c. cum causa. de sent. & re iudicat. & habetur in tit. de statut. & consuetud. contra libert. eccles. & in Authent. cassa, & irrita. C. de sacros. eccl. Francisc. Marc. in Decis. Delphinal. 446. num. 5. vol. 1. & in decis. 1026. num. 1. eod. vol. 1. in decis. 47. nu. 6. vol. 2. Iacob. Philipp. Port. in consil. 62. num. 10. in in consil. 139. nu. 19. Thom. Gramm. in decis. Neap. 64. num. 37. Hierony. Cæuall. pract. opin. com. contra commun. q. 388. nu. 10.*

44 Declara decimo septimo consuetudinem, quo ad † extraiudicialia, instrumentis minime probari. *Panor. in consil. 53. nu. 1. & in. consil. 73. nu. 1. vol. 2. Sequitur Peregrin. Fabius in decis. nouissim. Roman. 287. num. 3. 5. par. 3. vol. 3. Ioan. Petr. Surd. in consil. 354. nu. 25. vol. 3.*

45 Subintellige, quod si cum instrumentis † concurrant aliqui testes, consuetudo dicetur recte probata. *Peregrin. Fabius in dicta decis. 287. vol. 3.*

46 Subintellige etiam quod si sint plura instrumenta diuersis temporibus facta consuetudinem probant. *Iosephus Ludo. in Decis. Lucen. 29. nu. 27.*

47 Consuetudo probata in Diœcesi, censetur † probata in loco subdito, vel annexo eidem Diœcesi, *vt ex Panor. Alexan. Iason. & Gozadino scribit Paul. AEmil. Verall. in decis. 229. nu. 1. lib. 1.*

48 Valet consuetudo quod pro ingressu † detur prãdium, vel quod episcopus in festis maioribus prandium dare teneatur Canonicis, vt dicit esse in ecclesia Andegauẽsi, in qua ipse fuit Archidiaconus maior, *& testatur AEgidius Bellemera in consi. 31.* Quã consuedinem fuisse approbatam per supremum Senatũ Parisiensem *scribit Petrus Rebuff. in Concord. Francis. tit. de Reseruat. §. in Cathedralibus. in verb. in Cathedralibus. vers. Quinto etiam. fol. 231.*

49 Immemorabilis consuetudo vim habet † Priuilegij, & concessionis. *l. hoc iure. §. ductus ff. de aqua cotid. & æstiu. Guido Pap. in decis. Gratiano. 549. nu. 1. Alex. in consil. 6. vol. 1. Cardinal. Paris. in consil. 3. in consil. 49. vol. 1. Paul. AEmil. Verall. in decis. 227. nu. 1. lib. 1. in decis. 56. nume. 2. lib. 3. Cardinal. Puteus in decis. 466. nu. 4 lib. 2. dicam latius in titul. de Præscriptione. Guid. Pancirol. in consil. 119 nume. 74. vol. 1. Io. Baptist. Ferrett. in consil. 669. nume. 10. M. Ant. Natta in consil. 154. nu. 6. vol. 1. Surd. in consil. 262. num. 22. vol. 2. Francisc. de Clapper. in decis. Fiscal. causa. 27. q. 3. nu. 4.*

50 Limita primo nõ habere locum † nec valere consuetudinem immemorabilem circa duo beneficia incompatibilia, sed reprobatur. *c. 1. de consuetud. in 6. vbi Dominic. & Philipp. Franc. Idem Cardin. Puteus. in decision. 466. nu. 4. lib. 2.*

51 Declara tamen procedere, non valere † consuetudinem quamcunq; vt possit quis tenere duas dignitates, siue duos canonicatus in eadem ecclesia, verum secus est in detinente vnam dignitatem, & Canonicatum, seu duo beneficia simplicia. In his enim consuetudo valet. *Cardin. Paris. in consil. 4. nu. 15. vol. 4. Cæsar Lambertin. in tract. de iure patron. parte 1. lib. 2. Articul. 15. q. 7. num. 5. Petr. Duen. in Regul. 71. Ampliat. 5. Martin. Nauar. in summa confessar. cap. 25. nu. 128.* vbi dicit subesse debere causam ali-

52 quam † necessariam, de quibus ipse plenius tradidit.

Declara consuetudinem immemorabilem atten-

53 di, † dum tamen non sit a iure reprobata, *vt post Philipp. Franc. in c. 1. de consuetud. in 6. voluit Cardinalis Pute. in decis. 466. nu. 4. lib. 2.*

54 Consuetudo etiam mala excusat. *Tex. & glos. † & Petr. de Anchar. in c. cum Venerabilis. de Consuetud. Francisc. Cremens. in singul. 149. incip. Mos. Francis. Marc. in decis. Delphinal. 61. nu. 4. vol. 1. Iacob. Menoch. in consil. 1. nu. 257. in consil. 37. nu. 109. Vol. 1.*

Thom.

Thom. Grammat. in Deciſ. Neap. 50. num. 3. Barthol. Bertaz. in conſil. crim. 263. num. 19. vol 2. D. Alexand. Raudens. Variar. reſolut. lib. 1. cap. 20. num. 9. Simon de Prætis in conſil. 15. nu. 9. vol. 1. Ioan. Petr. Surd. in conſil. 270. nu. 25. vol. 2. Vincent. Carrocius in caſu, ſiue deciſ. 13. nu. 5. Hierony. Magon. in Deciſ. Lucen. 27. nu. 31.

55 Amplia excuſare conſuetudinem † etiam ſi irrationabilis fuerit. *Dicunt ex Iaſon. in. c. Ait prætor. §. Iurari. ff. de iureiur. Thom Gram. in dicta Deciſ. Neapol. 50. num. 4. Bertaz. vol. in dicto conſil. crimin. 263. nu. 19. vol. 2. D. Raudens. in dicto. cap. 20. nu. 9. variar. Reſolut. lib. 1. Simon. de Prætis. in conſil. 178. nu. 15. vol. 1.*

56 Declara primo conſuetudinem † excuſare a pœna temporali, non autem a pœna æternali, ſiue gehennę, quia eo caſu tanquam peccati nutritiua reijcienda eſt, & nullius eſt momenti. *Bald. in rep. l. dequibus. nu... ff. de legib. quem refert Thom. Gram. in dicta. deciſ. Neapol. 50. nu. 5. Petr. Gerard. de Petra Sancta. in ſingul. 83. incip. tenementi. Ludou. Roman. in conſil. 466. numero 2.* & ideo conſuetudinem

57 † non excuſare eum, qui fecit contractum uſurarium, quia ea contractus ſpecies fieri ſolita, ſit, quia excuſat a pęnis temporalibus, non autem a generalibus, & ſtatutis in foro animæ, *vt poſt Baldum. Alexan. Decium, Clauaſium, Caguolũ, Butriũ, Vignatum, Ioann. Paulum Lancelott. Cremam. Solam, Cucchum, Connanum, Plotum, Villalob. Follerium, Lupum, & Sainxonem. Plene dixi in Conſil.*

58 65. *nume. 42. cum pluribus ſeq. centur. 1. quod* † *Conſilium refert, & ſequitur Alexan. Raudens. in deciſ. Piſan. 7. num. 37. Nunc ſuperaddo Franciſc. Marc. in deciſion. Delphinal. 65. nu. 5. volum. 1. in deciſion. 521. nu. 3. vol. 2. Guidon. Pancirol. in conſil. 148. nu. 12. vol. 1. Simon de Prætis. in conſil. 87. nu. 23. vol. primo. Thom. Triuiſan. in deciſ. Venet. 44. num. 6. lib. 2. Achill. Pedrocch. in conſil. 36. num. 277. vol. 1. Anton. Sola in Decret. Sabaud. in proœm. gloſſ. vltim. numero 12.*

59 Conſuetudo facere poteſt, quod facere † poſſet pactum, *vt dicit Matth. de Afflict. in deci. Neapol. 91. nu. 9. & in deciſion. 258. nu. 2.*

60 Iuriſdictionem tribuit conſuetudo † alicui priuato. *c. cum contingat. vbi gloſſ. de for. compet gloſſ. in l. 1. C. de emancip. lib. cum alys allegatis per Iafred. Lanfr. Bald. in deciſ. 120. incip. Conſuetud. Ioan. Faber. in §. retinendæ. Inſt. de interdict. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin. 426. nu. 1. vol. 2. Iacob. Menoch. in conſil. 112. num. 65. vol. 2.* Sed ibi dicit, conſuetudine tribui iuriſdictionem, non tamen merum, aut

61 † mixtum Imperium. Huic Menochij opinioni, me minime ſubſcribam, quando ſcio, me patrocinante, probata immemorabili conſuetudine, legitime præſcripta, referente admodum Illuſtri domi-

62 no Franciſco Alderiſio Regio conſiliario Sacrum Neapolitanum Conſilium decreuiſſe, deberi Ciuitati Biſatienſi perpetuis futuris temporibus & ſyndico illius, qui pro tẽpore fuerit per nouẽ dies incipientes die. 19 Maij per totum diem. 27. eiuſdem menſis iuriſdictionem ciuilem, criminalem, & mixtam, merum, ac mixtum imperium & gladij poteſtatem, de quo habetur in meis Conſilijs cẽturia ſecũda. Et ad corroborationem concluſionis aſſumptæ, *vidcantur, quę dixi infra, titul. de iuriſdictione num. 176. cum pluribus ſeqq. & nume. 187. cum pluribus ſeqq. Natta in conſ. 294. ſub nu. 2. vol. 2. Ant. Scapp. de Iure non ſcripto. lib. 3. cap. 1. nu. 2.*

63 Mulieres conſuetudines † inducere, & leges condere nequeunt. *ut ex gloſſ. in l. ſi Auguſtæ. ff. de leg. 2. uoluit Iafred. Lanfran. Balbus. in deci. 117. incip. conſuetudinem. & dixi ſupra. titul. de legibus. numero 61. 62.*

64 Declara tamen, poſſe mulieres † inducere conſuetudines ad mulieres ſpectantes, ut in obſtetricibus exemplificat idem Iafredus, *in dicta deciſ. 117. incip. conſuetudinem.*

65 Conſuetudo, quod habẽs † dignitatem ſine præbenda, non poſſit acceptare primam præbendam vacaturam, non valet, nec per eam ligantur manus Papæ. *Rota in antiquis in deciſ. 113. Incip. Nota quod non valet.*

66 Conſuetudines ſpeciales † eccleſiarum per clauſulas derogatorias in literis ſpecialibus poſitas ſub latæ cenſentur. *Rota in Nouis. in deciſion. 3. Incip. ſi ſtatutum.*

67 Monomachiam, ſiue duellum † conſuetudo permittens inualida eſt. *Franciſc. Cremenſ. in ſingul. 149. Incip. Moſ. vbi de ludo lapidum, & de Duello. Franciſc. Viui. in deciſ. 66. nu. 4. dicit ex Barthol. Bri*

68 *xiens. in Verb. Duellum* Qui bis conſuluerat † Regibus Hiſpanię, & Angliæ, ne duella permitterent non obſtante conſuetudine, quas conſuetudines, & prauos vſus ſuſtulit Concilium Tridentinũ *ſeſſ. 25. cap. 19. Incip. Deteſtabilis: de quo Martin. Nauar. in ſumma Confeſſar. cap. 11. num. 39. & cap. 15. num. 9. uerſ. Decimo. & Hieron. Mercurialis de arte Gymnaſtica lib. 6. cap. 6. in fin. De Duello dixi plura de Magiſtratuum edictis. lib. 2. cap. 1. numer. 33. uſq; ad nu. 92. Ad hanc concluſionem uide Anton. Solam in Decret. Saba. in Proœm. gloſſ. vltim. ſub nu. 11.*

69 Conſuetudo † allegata per inferiorem epiſcopo quod in eccleſia curata ualeat inſtitui Vicarius ad tempus, abſq; priuilegio inualida cenſetur. *Rota in Antiquis. in deciſ. 150. Incip. Nota quod non admittitur.*

70 Quo ad ſolennitates concernentes † litis ordinationem, & ordinem procedendi in proceſſu, conſuetudo loci ipſius iudicij attẽditur. *l. teſtium. in fi. ff. de teſtib. Guido Pap. in deciſ. Gratianop. 267. ſub. numer. 1.*

71 Limita ſecus eſſe in concernentibus † litis deciſionem, quia attenditur locus contractus. *arg. l. 1. ff. de vſur. l. ſi fundus ff. de euict: Idem Guid. Pap. in deciſ. 262. ſub. nu. 1. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 226. nu. 4. Marc. Anton. Gellon. in deciſ. Genuens. 38. numer. 4. Octauian. Cacheran. in deciſion. Pedemon. 114. nu. fin.*

72 Contractus cenſetur † factus ſecundum loci cõſuetudinem, *ex pluribus dicit Anton. Gabriel. in com*

num:

mu. opin. titul. de conſuetud. concluſion 1. *nu.* 1. *Marc. Anton. Natta in conſil.* 195. *nu.* 3. *vol.* 1. *& alij quos refert, & ſequitur Ioan Petr. Surd. in deciſ. Mantuã.* 223. *num.* 11.

73 Conſuetudo, quod inſtrumentum † fiat ſine die, & anno, non valet, *vt cõcludit Bernardus Cardinal. de Biſgneto. in deciſ.* 7. *incip. vtrum valeat. titul. de Conſuetudin. quem quaſi per eadem Verba ſequitur Rota in Antiq. in deciſio.* 440. *incip. Nota vtrum valeat.*

74 Declara niſi ſimus † in fauorabilibus, *vt exemplificat Peregrin. Fabius in deciſ. nouiſſim. Roman.* 245. *num.* 1. 2. *vol.* 3. Quæ opinio mihi non ſptisfacit, multis enim mali faciendis daretur locus.

75 Conſuetudo ſoluendi pro ſepultura eſt † improbata. *c. abolẽdæ. de ſepultur. Deci. in conſil.* 215. *nu.* 1. *Cotta in deciſ. nouiſſim. Rom.* 223. *nume.* 1. 2. *vol.* 1. *Ioan. Paul. Lancellot. Inſtitut. Canonicar. lib.* 2. *tit. de ſepult.* §. *fin.*

76 Limita tamen, ſi ſit pia, & laudabilis conſuetudo, puta quod præſupponatur, quod conſuetum fuerit, pro quolibet cadauere fuiſſe ſolitum donari tantum presbytero, aut eccleſiæ. *Anton. de Butr. in dicto c. abolendæ. num.* 4. *Alex. de Aleſ. in* 2. *primæ. q.* 169. *Membro* 4. *articul.* 1. *Sebaſtian. Medic. de ſepulpart.* 2. *q.* 1. *ſub num.* 1. *Ioan. Paul. Lancelott. in dicto loco alleg.*

77 Optandi conſuetudo in eccleſia † in qua ſunt maiores, & minores præbendæ tollitur per clauſulas derogatorias poſitas in literis Apoſtolicis. *Rota in Nouis. in deciſ.* 300. *Incip. ſi mandetur.*

78 Declara tamen hanc conſuetudinem optandi, vbi ſunt canonicatus, & præbendæ diſtinctæ eſse debere annorum quadraginta, vbi autem non ſit actualis diſtinctio præbendarum, ſufficiet conſuetudo decennalis. *Rota in nouis. in deciſ.* 460. *incip. Quæritur quanti temporis.*

79 Declara ſecundo non habere † locum in beneficio vacante ex cauſa permutationis, *vt ex Aegidio Bellamer. in deciſ.* 179. *incip. Permutatio. Federic. de Senis. in conſ.* 62. *& in tract. permutation. q.* 28. *voluit Ioan. Baptiſt. Ferrett. in conſil.* 211. *num.* 14. *in conſil.* 227. *num.* 1.

80 Declara tertio, conſuetudinem † de optando, nec in beneficijs reſeruatis locum habere *poſt Nicol. Milium. in repert. in verb. conſuetudo. Ioan Baptiſt. Ferret. in conſil.* 211. *num.* 14. *in conſil.* 227. *nu.* 1.

81 Declara quarto quod prębenda vacans in curia, non poteſt optari prætextu conſuetudinis. *Rota in deciſ.* 296. *incip. ſi aut canonicatus.*

82 Declara quinto, quod vbi ſunt † ſtatutæ certo numero præbendæ maiorum, & minorum, ſed non eſt certus, & ſtatutus canonicorum numerus, ſi recipiatur canonicus vltra numerum præbendarum, valebit conſuetudo, quod non poſſit optare, niſi maiorem præbendam. *Rota. in Nouis. in deciſ.* 226. *incip. ſi in eccleſia.*

83 Declara ſexto, non valere † conſuetudinẽ, quod habens maiorem præbendam poſſit optare minorem, quia eſſet deſcendere, ſed e contra attenditur. *Rota in Nouis. in deciſ.* 227. *incip. valet, & tenet.*

84 Conſuetudo, quod antequam † quis acceptet Canonicatum in Eccleſia Cathedrali, ſuis beneficijs renunciet, non valet. *Rota in Antiquis. in deciſ.* 325. *incip. Nota. quod non valet.*

85 Conſuetudo requirebat quaſdam † ſolennitates in teſtamento, poſtmodum menſe Martio, fuerunt reformatæ, vel factæ conſuetudinum nouæ reformationes, quibus aliæ ſolennitates pro condendo teſtamento factæ fuere, menſe Iunio, cum conſuetudines publicatę, atque typis excuſæ non eſsent, fit teſtamentum noua ſolennitate aliter non adhibita, ſed ſecundum veterem modum, fuit decretũ, quod teſtamentum validum eſt. *Annęus Robert. Rerum iudicatar. lib.* 2. *cap.* 1.

86 Quo ad ſucceſſiones ſeruanda † eſt cõſuetudo loci, in quo quis defunctus eſt. *Franciſc. Marcus in deciſion. Delphin.* 316 *num.* 2. *vol.* 1. *Matth. Colerus in deciſ. Germa.* 203. *nu.* 18.

87 Loci vbi res, de qua agitur, ſita eſt † conſuetudo inſpicitur. *AEgidius Bellamer. in deciſ.* 2.

88 Optima legũ interpres eſt † conſuetudo *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol.* 166. *ſub. nu.* 9. *& in deciſ.* 173. *nu.* 3. *Bald. in conſil.* 136 *proponitur. vol.* 2. *quẽ ſequitur Menoch. in conſil.* 32. *nu.* 44. *vol.* 1. *in conſil.* 161. *nu.* 77. *vol.* 2. *Marc. Ant. Natta in conſil.* 406. *num.* 25. *vol.* 2. *Andr. Tiraquell. in tract. nobilitatis. cap.* 10. *num.* 9. *Achill. Pedrocch. in conſil.* 1. *num.* 35. *volum.* 1.

89 In prælationibus conſuetudo attenditur, *vt ex Bald. in cap. cum olim. extra. de conſuetud. in l. obſeruare.* §. *antequam. ff. de offic. proconſul voluit Natta in conſil.* 62. *nu.* 7. *vol.* 1. *& in conſil.* 577. *nume.* 2. 3. *vol.* 3. *arg. gloſſ. in c. legitimus in verb. Nec altera.* 93. *diſtinct.*

90 Conſuetudo quod Rex poſsit † cognoſcere in clericos ſolutos, etiam in actionibus ciuilibus, non valet. *Bernard. Cardinal. Biſgnetus in deciſion.* 2. *tit. de Conſuetud. prout in ſimili conſuetudo Anglicana nulla eſt. Rota. in Antiquis. in deciſion.* 840. *incip. vtrum valeat.*

91 Quod fiat beneficiorum vnio abſque † Capituli conſenſu, cõſuetudine introduci non poteſt. *vt ſcribit Thomas Falſtoli. dubitation.* 26.

92 Conſuetudo, quod Metropolitanus † cognoſcat de cauſis ſubditorum ſuorum ſuffraganeorum, illis inuitis non valet. *Rota in antiquis in deciſ.* 843. *incipien. vtrum valeat ſtatutum.*

93 Conſuetudo eſt interpretatiua † contractuum. *l. quod ſi nolit.* §. *qui aſſidua. ff. de ædilit. edict. Ant. Gabriel. in commun. opin. tit. de conſuetudin. concluſ.* 1. *Ioan. Ronchegall. in l. nemo. nu.* 27. *ff. de duob. reis. quos ſequitur Hierony. Magon. in deciſ. Florentin.* 56. *nu.* 3. *Berous in conſi.* 91. *nu.* 10. *vol.* 3. *Idem Magon. in deciſ. Lucens.* 7. *num.* 21. *Lancellot. in deciſ. Nouis. Roman.* 615. *num.* 4. *parte* 1. *vol.* 1. *Menoch. de arbitrar. iud. quæſt. caſu.* 83. *nu.* 10.

94 Dum conſuetudo a ſucceſsione † excludit religioſum, etiam ſi apoſtatando, matrimonium contraheret, a ſuccedendo excluditur. *Cardinal. Biſgne-*

Biſgnetus. in deciſion. 1. titul. de conſuetud.

95 Conſuetudo quod vxor in omnibus † bonis viri mobilibus ſuccedat, etiam filijs exiſtentibus. *voluit Rota in Antiquis. in Deciſion. 476. Incip. Nota conſuetud.* Cui non accedo, niſi habeat bona immobilia pro filijs, ne excludantur ab eo, quod etiam iura naturalia præſtant. *Vide Rotam in nouiſ. in deciſ. 18. incip. fuit dubitatum, & in relationibus.*

96 Per inueſtituram regulariter † non tranſfertur Dominium ſine traditione. *vulg. l. traditionibus. C. de Pact. Corn. in cõſ. 37. nu. 17. vol. 3.* Verũ niſi cõſue-

97 tudo † aliter dictet. *ex Bald. in conſil. 377. nu. 1. vol. 1. & Alexã. in conſil. 87. in fin. vol. 2. voluit Hierony. Magon. in deciſ. Lucens. 38. nu. 14. dico infra in titu. de Feudis. nu. 719.*

98 Conſuetudo quod finita † locatione rei eccleſiaſticæ fiat relocatio proximioribus primi conductoris, obſeruari debet, *ex Bartol. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua cotid. & æſtiua. Ripa in l. 1. nu. 6. ff. de priuileg. credit. dictt Paul. AEmil. Verall. in deciſ. 230. nu. 2. 3. lib. 1.*

99 Declara eam conſuetudinem † eſſe debere quadraginta annorum. *c. fin. de conſuetud. vbi glo. Idem Verall. in deciſ. 230. nu. 6. lib. 1.*

100 Declara procedere † etiã ſi eccleſia vellet pro ſe retinere *vt ex Decio in conſil. 131. col. 3. Ruin. in conſil. 161. nu. 36. vol. 1. Idem Verall. in dicta deci. 230. nu. 4. lib. 1.*

101 Non valet cõſuetudo militum † Hieroſolymitanorum Sancti Ioannis, quod vacante beneficio fructus primi anni beneficij, ſint Magni Magiſtri. *Marcell. Cardin. Creſcent. in deciſi. 3. nu. 2. ſub tit. de ſolution.*

102 Valet conſuetudo, quod in iucundo † aduentu epiſcopus ponat vnũ Canonicum in eccleſijs ſibi ſubditis. *Bernard. Cardinal Biſgnetus. in deciſion. 3. titul. de conſuetudi.* Vbi præbendæ non ſunt diſtinctæ. *Rota in Antiq. in deciſion. 841. incip. vtrum valeat.*

103 In Romana curia conſuetudine † ſeruatur, quod anni Domini computantur a die natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſic in Italia Catalonia, Aragonia, Hiſpania, Dacia, Vaſconia, In Gallia uero, Anglia, & Alemania computantur a die annunciationis Beatæ Mariæ Virginis. *Rota Romana in Antiquis in deciſ. 809. incip. ſciendum eſt, & in deciſ. 813. incip. ſciendum eſt.*

104 Curiarum ſtylus, & conſuetudo, † præſertim circa iudicia ſeruanda ſunt, *ex multis concludit Guid. Pap. in proœm. deciſionum.* Et potius ſtandũ eſſe ſty-

105 lo, quam conſuetudini, *dicit † idem Guido in deciſ. 292. num. 3. Cappell. Thol. in deci. 155. Matth. de Afflict. in deciſ. Neap. 79. nu. 4. Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedem. 22. nu. 7. Verall. in deciſ. 88. nu. 5. in deciſ. 331. num. 2. lib. 3. Franciſc. Viui. in deciſ. 297. nu. 1. 2. Steph. Gratian. in deciſion. Marc. 237. nume. 18. Idem Afflict. in deciſ. 135. nu. 3. in deciſ. 235. nu. 4. Ioſeph. Ludo. in deciſ. Lucens 39. nu. 8. Garſias Maſtrill. in deciſ. 1. nu. 20. Ioan. Vincent. de Anna in ſingul 497. Borgnin Caualcan in deciſ. Fiuiz. 6. nu. 17. in deciſ. 19. nu. 15. parte 1. Barnabas Cornaza in deciſ. Florent. 72. num. 6. Marc. Anton. Bellon. in deciſ. Genuæ. 206. nu. 3. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphi. 158. nu. 3. vol. 1.*

106 Declara neceſſe non eſſe, quod ſtylus † ſit obtẽtus in cõtradictorio iudicio, *ut dicit Aym. Crauett. in Conſil. 201. nu. 21. Stephan. Gratian. in dicta deci. Marchiæ. 237. nu. 19.*

107 Declara ſecundo, quod ſententia † contra ſtylum lata nulla eſt. *l. prolatam. C. de ſent. & interloc. omn. iud. Octauian. Cacher. in dicta deciſ Pedemonta. 22. nu. 6. ante eam Guido Papæ in deciſ. Gratianop. 292. nu. 2. Marc. Anton. Cucch. Inſt. Canonic. maior. lib. 1. titul. 8. nu. 32. Nicol. Anton. Grauat. ad Octau. Veſtr. in Praxi. Roman. Cur. lib. 5. cap. 3. nu. 5.*

108 Declara tertio ſtylum curiarum ſeruandum eſſe ſiue ſit ad ordinationem ſiue ad deciſionem cauſarum. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neap. 79. nu. 4. Octauian. Cacheran. in dicta deciſ. Pedem. 22. nu. 7. Stephan. Gratian. in deciſio. Marchiæ. 237. nu. 18. D. Alexand. Raudens. in deciſ. Piſan. 6. nu. 67.*

109 Contrarium quod in deciſorijs ſtylus † non attenditur, *voluit Franciſc. Marc. in deciſi. Delphinal. 276. nu. 2. vol. 1.*

110 Sed communis opinio probat † declarationem, quæ ſubdeclaranda eſt, vt quod tunc quo ad deciſoria ſeruetur ſtylus, quando apparet eſſe probatum per ſcripturas, aut plene parte citata probetur per teſtes, *vt per AEmilian. in conſil. 148. nu. 6. Borgnin. Caualcan. in deciſ. Fiuiz. 11. num. 45. parte 1. Hiero. Magon. in deciſ. Lucens. 87. nu. 19. & ex Bartol. in l. de quibus. nu. 22. ff. de Legib. voluit Cucch inſtit. Maior. lib. 1. titul. 8. nu. 41. & ita intellige dictum Cæſaris Graſſi. in deciſ. nouiſſim. Roma 331. num. 1. lib. 1. vol. 1.*

Eſt tamen aduertendum, quod ſi eſt commiſſa per ſuperiorem, & uentilatur in partibus, non eſt ſeruandus ſtylus fori, & Curiæ ſuperioris delegantis ſed curiæ, vbi cauſa ventilabitur, *voluit AEgid. Bellamer. in deciſ. 78. incip. ſuper. appellatione. & in deciſ. 62 incip. ſi Papa. Nicol. Ant. Grauat. ad Octauian Veſtr. in Praxi Roman. Curiæ. lib. 3. capit. 3. numero 4.*

111 Declara quarto † Stylum induci decem annorum ſpacio. *Voluit Petr. Rebuff. ad conſtit. Galliæ. Tomo. 7. tit. de conſuetud. articul. 2. gloſſ. 13. nu. 11. quem refert, & ſequitur Steph. Gratianop. in deciſ. Marchiæ. 237 ſub num. 35. M. Anton. Cucch. Inſtit. Canonic. maior. lib 1. titul. 8. nu. 6.*

112 Conſuetudo poteſt facere quod † inſtrumenta, quæ alias non probarent, probent, *vt dicit Franciſ. Claper. in deciſ. Fiſcali. cauſa. 21. q. 1. num. 5. Anton. Scappus de iure non ſcripto. lib. 4. cap. 6. num. 2.* Vbi hoc uerum, niſi delinquendi materiam præberet. Ex Franciſc Marc. in deciſ. Delphin. 369. nu. 1. in fin. vol. 1.

113 Quo ad ſubhaſtationes, & † auctiones cõſuetudo ſeruanda eſt. *Franciſ. de Claper. cauſa. 4 q. vnica. numero 10.*

114 Conſuetudo ita expreſſe obligat, † ac ſi expreſſe

in

in contractu deductum esset, *vt dicit Matth. de Afflict. in decision. Neap. 91. sub nu. 10.*

115 Consuetudo existens in ecclesia † quod ad canonicatum ascendatur per gradus ex tribus ordinibus, maiore, medio, & inferiore, qui impetrauit a Papa, debet acceptare inferiorem, & seruare consuetudinem, *vt concludit Bernardus Cardinalis Bisgnetus, in decis. 4. tit. de Consuetudin. Quem sequitur Rota in Antiq. in decis. 838. incip. Nota, quod in quadam.*

116 Solitum inducitur, & verificatur per † vnam vicem. *ex Paulo de Castro in l. Mela. §. sed si alimenta. nu. 4. ff. de alim. legat. Deci. in consil. 441. nu. 11. Carol. Ruin. in consil. 35. nu. 3. vol. 1. Herony. Magon. in decis. Lucens. 14. nu. 29. Blanchett. in decis. nouiss. Roman. 294. nu. 2. lib. 1. vol. 1.*

117 Consuetudo, quod in causis † arduis episcopus procedat cum adiuncto aliquo in iurisdictionalibus ex parte Capituli, obseruari debet, etiam si esset decennalis. *Cardinal. Puteus in decisio. 12. lib. 3. Lancelott. in decis. Nouiss. Roman. 615. nu. 1. 4. parte 1. vol. 1.*

118 In Materia præcedentiæ attenditur † consuetudo. *Seraphin. Oliuarius. in decisio. Nouissim. Roman. 522. in princip. parte 1. vol. 1.*

119 Ius sepeliendi non præscribitur † consuetudine. *Cotta in decis. Nouissim. Roman. 223. numer. 1 parte 1. vol. 1.*

120 Lex omnis positiua per consuetudinem † tollitur. *Seraphinus Oliuar. in decis. nouis. Roman. num. 2. parte 1. vol. 1.* Quia sic intelligo illud quod consuetudo facit silere leges, & Principum rescripta. *Menoch. de Arbitrar. iud. quæst. lib. 1. q. 71. nu. 5. Anton. Scappus de iure non scripto lib. 5. cap. 27. nu. 5.*

121 Loci vbi fit contractus consuetudo † attenditur. *l. si fundum. ff. de euict. Matth. de Afflict. in Decision. Neapol. 226. nu. 6.*

122 Declara procedere, quo ad originem †, & ordinẽ contractus, & tunc in actu gerendo inspicitur consuetudo, vbi fit contractus, *vt ex Bartol. in l. 1. in fin. ff. de ventre inspiciẽd. voluit idem Afflict. in dicta decis. Neap. 226. num. 6. Octauian. Cacheran. in decis. 114. nu. 5.*

123 Declara secundo, quod † quando agitur de resolutione contractus tunc inspicitur locus, & consuetudo loci, vbi conueniendus est. *Ita Afflict. in dicta decis. 226.*

124 Declara tertio, quod vbi tractatur † de contractibus faciendis, & instrumentis dotalibus, attenditur consuetudo loci, vbi matrimonium celebratur, *ex Alberic. de Rosat. in l. exigere. ff. de iud. Afflict. in dicta decis. 226.*

125 Declara quarto, quod quando † tractatur de restitutione dotis, tunc attenditur consuetudo loci ipsius viri. *dicta l. exigere dotem. ff. de iudic. Deci. in consil. 19. in consil. 284. in consil. 402. post Bald. in consil. 471. vol. 1. Francis. de Crema in singul. 67. Rolan. a Valle de Lucr. dot. q. 12. nu. 15. in q. 16. nu. 8. in q. 21. nu. 8. Phanuc. in Tract. de lucro dotis. gloss. 9. nu. 3. Afflict. in dicta decis. 226. num. 7. Martan. Iun. in cons. 14. vol. 1. Cæsar. Vrsill. in decis. 266. in princ.*

126 Declara quinto, quia si agitur † de ponderando, & mensurando forte rem uenditam attenditur cõsuetudo loci contractus. *Idem Afflict. in decis. 393. nu. 5. Octauian. Cacheran. in decis. Pedemont. 114. sub nu. 4. plene Roland. a Valle in consil. 100. per totum. vol. 3. nouissime Hieronym. Cauallos Practicar. opin. commun. contra commun. q 733. nu. 15.*

127 Consuetudo non potest transferre † possessionẽ sine actu corporeo, & corporea traditione, *Matth. de Afflict. in decision. Neap. 239. nu. 6. ex Alexan. in Consil. 83. in princip. vol. 2.*

128 Contrarium tenuit Guido Papæ † *in decis. Gratianop. 22. & in decis. 552. sub nu. 2.* quod consuetudo ipso iure, nullo actu interueniente possit possessionem † transferre. ante ipsos *Bar. in l. cum vnus. §. fin. nu. 3. ff. de bonis. auth. iudic. possid. Idem Afflic. in decis. Neap. 299. nu. 14. vers. sed tex. mortua. & in c. 1. in princ. nu. 9. de controuers. inuestitur. Cardin. Paris. in consil. 41. nu. 8. & pluribus seq. vol. 1. & cõmunem opinionẽ patet hanc esse ex multis, quos post Florian. de Sancto Petr. in l. seruitutes. la grande, col. 3. vers. Adde tamen, quod per solam consuetudinem. ff. de seruitutib. voluit Andr. Tiraquell. in tract. le mort. sai sit leuif. in præfat. Declarat. 6. nu. 5. cũ pluribus seq. & de iur. constit. possess. Parte 2. Ampliation 4.*

129

130 Declarari tamen posset, † vt pro securiori cautela daretur aliqualis actus traditionis corporalis, puta per apprehensionem modici pugilli terræ. *de quo in c. 2. extra. de consuetud. de quo Matth. de Afflict. in dicto c. 1. num. 8. 9. de contro. inuestit. & Tiraquell. in dicto Tract. le mort. sait. le vif. in Præfat. declarat. 6. nu. 4. in fin. & Parte 5. declarat. 4. nu. 1. in fin.*

131 In conflictu opinionum † in dubio tenenda consuetudo, & obseruanda. *Matth. decision. Neap. 192. in fin. & Gregor. Lopez. l. 7. tit. 7. Partita. 4. in verb. prosilaron. dicit Hierony. Cęuallos Practicar. commu. opin. contra commun. in Præfat. nu. 48.*

132 Doctori de consuetudine † † attestandi credendum est. *Bartol. in Rep. l. de quibus. nu. 21. ff. de legib. voluit Guido Pap. in decis. Gratianopol. 135. sub nu. 1. in fin. & referens Bald. Comens. Castrens. Cepoll. Lanfranc. Gratum Deci. Calcan. Rip. Socin. Barbat. Iason. Parid. Curt. Cassã. Rebuff. Gozal. Berbrãd. & Lofred. scribit Anton. Gabriel. com. opin. titul. de probat. conclus. 4. in princ. quibus adde Ferdinand. Loazes. in in l. filius familias. §. Diui. nu. 37. ff. de leg. 1. Ioan. Neuizan. in Sylua Nuptial. lib. 5. nu. 2. Augustin. Bero. in Consil. 99. numer 4. vol 1. Cardin. Alban. in consil. 5. numer. 46. Hercul. de Negatiu. numer. 302. Iacob. Menoch. in consil. 1. numer. 164. vol. 1. in consil. 190. nume. 1. vol. 2. Guid. Pancirol. in consi. 30. numer. 13. vol. 1. Lancelott. Gallia. in consil. 99. nume. 92. Ioan. Baptist. Laderch. in consil. 141. numer. 2. Iacob. Philipp. Porti. in consil. 42. numer. 5. Ioan. Philipp. in consil. 31. numer. 16. Martan. Iun. in consil. 131. nume. 1. vol. 2. Polydor. Ripa. in obseruat. 27. numer. 3. 8. Christophor. Torniola in consil. 84. numer. 45. vol. 1. Vincen. Carroci. in decision. siue casu. 78. numer. 8.*

Ste-

Steph. Gratian. in decis. Marchiæ. 202. nu. 2. Matth. Gribal. in commun. opin. §. consuetudo.

133 Contrariam sententiam, quod Doctori † de consuetudine attestanti non credatur, *tenuerunt Bald. Alex. Aretin. Deci. Corn. Socin. Zas Barb. Marsil. Curt. Purpurat. Gram. Cassan. Rip. Gemin. Gozzad. Ioan. de Selu. Bertran. Rocch. Crauett. Ruin. Paris. Loffred. Socin. Iun. quos refert. Anton. Gabr. in dicto titul. de prob. conclus. 4. col. 2. ver. contrariam sententiam quibus adde Petr. Rauen. de consuetud. section. 8. q. 5. nu. 9. Hierony. Cagn. in l. vnica. num. 20. ff. si quis ius dicent. non obtem. quæ sententia fuit in Rota Romana approbata, vt scribit Ioan. Mohedan. in decis. 209. & in decision. 276. Francisc. Marc. in decis. Delphin. 51. nu. 11. vol. 2. Francisc. Bursat. in consil. 16. num. 17. vol. 1. Thob. Non. in consil. 48. nu. 17. & alios referens Acchil. Pedroch. in consil. 26. nu. 17. in consil. 36. nu. 283. in consil. 37. num. 147. Christoph. Torniola in consil. 27. nu. 6. vol. 1.*

134 Declara primo, quamcunq; opinionem † teneas, tunc credi Doctori alleganti consuetudinem si erit Doctor aliquis famosus, Illustris, atque Excellens in suo exercitio. *Bartol. in dicta l. de quibus. num. 21. ff. de legib. Alexand in dicta l. post dotem. in princip. nu. 29. ff. sol. matr. Deci. in l. 2. §. mutui datio. nu. 12. ff. si cert. pet. Idem Deci. in consil. 420. in fin. in cons. 694. sub num. 3. Hierony. Gratianop. in consil. 12. nu. 58. vol. 1. Lud. Gozadin. in consil. 59. sub. nu. 18. Ioan. Baptista Ferrett. in consil. 102. nu. 6. Curt. Iun. in cõsil. 60. sub nu. 5. Rolan. a Valle in consil. 71. nu. 21. in consil. 87. num. 12. vol. 1. Albert. Brun. in consil. 66. Aymo Crauett. in consil. 166. nu. 9. Anton. Gabriel. in dicto tit. de probat. conclus. 4. nu. 3. Guid. Pancirol. in consil. 30. nu. 13. Lancellot. Gallia in consil. 99. num. 92. vol. 1. Marc. Anton. Natta in consil. 218. num. 4. vol. 1. Ioan Philipp. in consil. 31. nu. 16. Ioan Baptista Laderch. in consil. 141. num. 2. vol. 1. Aldonin. inter consil. Peregrin. in consil. 21. num. 16. Peregrin. in consil. 22. nu. 5. vol. 4. Ludouic. Sacca. in consil. 14. nu. 17. vol. 1. Francisc. Monald. in consil. 110. num. 20. vol. 1. Io. Lopez de Palatios Rubeos in Repet. Rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 21. num. 2. Matt. de Afflict. in Const. Regni. Castellanis. nu. 5. in fi. Guido Pap. in decis. Gratianop. 565. sub. nu. 4.*

135 Declara secundo, quod quando † tractatur inter actorem, & reum, non creditur Doctoribus de consuetudine referentibus, *ita post Francisc. Purpuratum in consil. 467. num. 6. vol. 2. voluit Hierony. Cæuallos pract. opin. commun. contra communem. q. 1. num. 19.* Sed hoc mihi non satisfacit, quia in causis, quæ maiori ex parte controuertuntur inter actores, & reos, occurrunt istæ discussiones.

136 Declara tertio, quod † quando Doctor referret consuetudinem illius loci, in quo ingiter versatus est, ei referenti credatur, puta Doctori, qui semper versatur in Curia Romana, vel Neapolitana, testantur de his consuetudinibus, vt tunc ei credatur. *Ita ex Alex. in consil. 5. col. fi. volu. 3. Deci. in consil. 472. col. 2. Paris. de Put. in tract. syndicatus. in verb. Doctor. cap. An Doctor, vel aduocatus. sub num. 10. Voluit Ioan. Dilect. Durant. de Arte testandi. tit. 5. cautel. 35. in fin. Sequitur Anton. Gabriel. in titul. de probat. conclus. 4. num. 2. Marc. Anton. Natta in consil. 218. num. 4. vol. 1. Ioan. Lopez. in Rubr. de donat. int. vir. & vxor. §. 21. num. 2. Ioan. Cephal. in consil. 361. num. 25. vol. 3. Ioan. Pet. Surdus in consil. 74. nu. 1. D. Ioan. Baptista Costa de Remed. subsidiar. Remedio. 50. nu. 31. Guido Papæ. in decis. Gratian. 139. sub nu. 1.*

137 Declara quarto, vt Doctori † de consuetudine testificanti credatur, vt faciat præsumptionem, trãsferentem onus probandi in opponentem, & donec contrarium probetur. *Ioseph. Mascard. conclus. 426. num. 10. Aym. Crauett. in consil. 166. & in consil. 325. Peregrin. in consil. 11. num. 30. volum. 3. Ioan. Baptist. Laderch. in consil. 202. nu. 4. Aldouin. in consil. 75. nu. 47. inter consil. Peregr. vol. 4. Ioseph. de Rusticis in tract. An, & quan. liber. in condit. posit. lib. 1. cap. 11. nu. 71. Marc. Anton. Natta. in consil. 218. num. 4. vol. 1. Iacob. Menoch. in consil. 199. num. 1. vol. 2. Lancel. Gallia. in consil. 99. nu. 93. vol. 1. Marian. Iun. in consil. 60. nu. 9. vol. 2. Anton. Capic. in decis. Neap. 176. nu. 17. 20. 23. quem sequitur Pet. Benintendus in decis. Bonon. 95. Stephan. in decis. Marchiæ. 202. nu. 3.*

138 Non tamen desunt aliqui dicentes † non credi alicui etiam excellenti Doctori attestanti de consuetudine, quos refert, & sequitur *Federicus Scotus in consil. 3. lib. 1. Tomo. 2.*

139 Consuetudo, qua episcopus † solet exigere quandam mensuram pro quolibet modio frumẽti, quod intrat in ciuitatẽ, qui in fraudem inducit farinam, tenetur soluere. *Rota in Antiq. in decis. 385. incip. Episcopus habet.*

140 In ecclesijs collegiatis, præbendarum † collatio spectat ad collegia ipsarum ecclesiarum, In Cathedralibus vero ad Episcopum, & Capitulum, nisi consuetudo aliter obseruauerit. *Rota in nouiss. in decis. 167. incip. de collatione præbendarum.*

141 Consuetudo faciendi inuentarium † sine citatione creditorum, valet etiamsi fuerit decennalis. *Vicecomes in decision. nouiss. Roman. 629 num. 1. & 5. parte prima, volum. primo.* & ita de consuetudine seruari in Gallia dicit Guido Papa *in decision. Gratianop. 330. num. 3. versic. secundo requiritur. quem sequitur Paulus Montan. de iure tutelar. cap. 32. Regul. 15. num. 93. dicam Deo duce in titul. de inuentario.*

142 Stante consuetudine, quod quæsita † per coniuges æqualiter diuidantur, potest per alterum ipsorum consuetudini renunciari. *Rota in antiquis in decis. 842. incip. consuetudo est.*

143 Consuetudo Laicorum † clericos non ligat. *Cappell. Tholos. in decis. 153. incip. Item fuit quæsitum an consuetudo.*

144 Qui cupit habere consuetudinarios Scriptores, infrascriptos legat in constitutiones Regni Neapolitani. Marinum de Caramanico Glossatorem. Andream de Isernia, Matthæum de Afflicto, Thomam Grammaticum, Lallum de

Tuscia, Petrũ Follerium. In consuetudine Neapoli, vt dixi Neapodanum, Sebastianum cũ Postillis Antonij de Alexandro, Antonij Baraptutij, Antonij Capicij, Bartholomæi Martialis, Cæsaris Vitellij, Colutij Coppulæ, Stephani de Caieta, Gasparis de Leo, Francisci Reuerterij, Frãcisci Antonij Villani, Ioannis Angeli Pisanelli, Matthęi de Afflicto, Ioannis Felicis Scalaleoni, Nicolai Maricõdæ Scipionis Iannuarij, Scipionis Bucini, Scipionis Sanctinis, Thomæ Grammatici, Marini Frecciæ, Vincentij de Franchis, & Camilli Salerni. In capitula Regni Napodanus, Sebastianus, Lucas de Penna, Ioannes Antonius de Nigris, Bernardinus Siriphilus, Petrus Follerius. In consuetudinibus Cenomanensibus scripsit Gulielmus Rouillius. In consuetudines Turonenses Ioannes Sanxon, & Ioannes Brætheus. In Pictonicas Andreas Tiraquellus, Petrus Rattus, & Theuenellus. In Marchianas Calęus; In Britannas Armoricas Bertrandus Argentreus. In Aluernias Ioannes Bessianus, Aymon Publicius, & Lespynalius. In Burgundicas Bartholomæus de Chasſanæo, & Rubisius Lugdunensis. In Caluimontanas Gousſetus. In Aurelianas Ioannes Pyrrhus Anglebermæus, & Tripaldus. In Normannicas, Gulielmus Rouillius, & Terrienus. In Biturigenses Nicolaus Boerius, & Gabriel Abbas. In Carnutenses AEgidius Tullus. In Blesenses Dionysius Pontanus. In Burdegalenses Arnoldus Ferronus. In Monstrolienses Nicolaus Burſius. In Pontinenses Cacaudus. In Brittonicas Eguinarius Baro. In Trecenses Petrus Piteus. In molinenses Duretus. In Valesienses Bergeronius. In Burgundas Ioannes Baptista Riccardus. In Syluanectenses Iacobus Monstierius. In Parisienses Philippus Aymonius, Renatus Choppinus. In Andegauenses, idem Choppinus. In statuta Mediolanensia, Horatius Carpanus. In Bononiensia Monterentius. In Florentina Ioannes Baptista Asinius. In consuetudines Bari Vincentius Maxilla. In consuetudines Auersæ Nũcius Pellicia. In consuetudines Panormitanas Marius Muta. In cõsuetudines Catinẽses Nepita. In Ritus Magnæ Curiæ Vicarię Neapoli Annibal Troysius, Prosper Carauita, Ioannes Franciscus Scaglionus. In Pragmaticas Idem Troysius, Scaglionus, & nouissime D. Scipio Rouetus I. C. celebris Regius Consiliarius. In constitutiones, capitula, Ritus, & Pragmaticas D. Carolus Tapia meritissimus Regens apud Catholicam Maiestatem.

ARGVMENTVM.

Quælibet bona Ecclesiæ possunt rite alienari, quando vrgens necessitas, aut euidens vtilitas, aut commiserationis causa, aut rei onerosa retentio illud suadeat. Solus tamen Papa, & eiusdem delegatus, non consideratis solennitatibus res Ecclesiasticas alienare potest, cum ipse omnes requisitorum defectus suppleat, & cunctarum Ecclesiarum supremus sit Dominus, cuius auctoritatem, atque licentiam qui spernit in alienando, est ipso facto excommunicatus. Idem obseruatur in facultatibus hospitalium, & aliorum piorum locorum, ad certum, & determinatum vsum destinatis.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rerum ecclesiæ sine debitis solennitatibus prohibita est.*
2 *Solennitates requisitæ in alienatione rerum ecclesiæ, quæ sint, & quot? & nu. 3.*
4 *Causæ cognitio in rei ecclesiasticæ venditione interuenire debet.*
5 *Papa, & qui ab eo facultatem habent, possunt res ecclesiæ alienare. & nu. 8. 9. & 10.*
6 *Papa omnes defectus, & solennitates supplet.*
7 *Papa Dominus est omnium ecclesiarum.*
9 *Alienatio facta per obreptionem facti am Papæ inualida est.*
10 *Notario asserenti in alienatione rerum ecclesiæ interuenisse solennitates, non creditur.*
11 *Prælato, vel delegato asserenti interuenisse solennitates, creditur.*
12 *Prælatus in remunerationem obsequij, & laboris res ecclesiæ alienari prohibitas, alienare poterit. Declara. nu. 13. 14.*
15 *Episcopus, & Prælatus, vita eius durante res ecclesiæ donare potest.*
16 *Res ecclesiasticæ modici valoris alienatio sine solennitatibus valet.*
17 *Episcopus potest committere tractatum requisitum in alienatione rei ecclesiæ.*
18 *Authoritas Vicarij, vel officialis episcopi non sufficit in alienatione rei ecclesiasticæ.*
19 *Alienatio cum debitis solennitatibus rei ecclesiæ licet valida sit, tamen rescindi potest per restitutionem in integrum. Amplia nu. 20.*
21 *Alienatio rei ecclesiasticæ, seu dismembratio, requiritur expressionem contractus, & rectoris vocationem.*
22 *Alienatio rei ecclesiasticæ per viam permutationis cum Principe valet cum superioris consensu. numero 23.*
24 *In transactione, vel cessione rei ecclesiasticæ, debent interuenire solennitates omnes.*
25 *Alienatio rei ecclesiasticæ per Prælatum facta in consanguineos suspicione non caret.*
26 *Nullitas alienationis rei ecclesiasticæ allegatur, si ecclesia voluerit.*

27 *In*

27 *In alienatione rei ecclesiasticæ, ob vtilitatem ecclesiæ, vel æs alienum hæc debent probari.*

28 *Si in instrumẽto alienationis rei ecclesiasticæ, solennitatum mentio facta non fuerit, spacio septuaginta annorum præsumuntur.*

29 *Beneplacitum Sedis Apostolicæ spacio triginta annorum interuenisse præsumitur.*

30 *Ob dispositionem statuti, libera alienatio bonorum ecclesiæ in casibus permissis non impeditur.*

31 *Consensus Papæ non sufficit, dum expeditus est, si in euidenti ecclesiæ vtilitate fuerit, si de vtilitate nõ constet.*

32 *Rei ecclesiasticæ alienatio de vna persona ad aliam, an sit permissa. & nu. 33.*

34 *Prælatus rem immobilem ecclesiæ emens, non soluto totali pretio, potest ab emptione discedere absque solennitatibus.*

35 *Rei sterilis ecclesiæ alienatio fit sine decreto.*

36 *Rem ecclesiæ repertam in mensa, Prælatus Romano Pontifice inconsulto, non alienat.*

37 *Alienatio rei ecclesiasticæ permittitur pro redemptione captiuorum, & carceratorum.*

38 *Alienantes bona ecclesiastica citra Papæ licentiam sunt ipso facto excommunicati.*

39 *Alienans contra extrauagantem ambitiosæ. bona Ecclesiastica perdit litem, & possessionem beneficij.*

40 *Extrauagans Ambitiosæ. procedit in Prælatis inferioribus episcopo.*

41 *Hospitalium bona tractantur tanquam ecclesiastica.*

42 *Alienans rem ecclesiæ, reuocat illam vna cum fructibus, non obstante quod suam turpitudinem alleget.*

43 *Pij loci bona non possunt absque solennitatibus alienari. Adhibenda tamen est distinctio vt num. seq.*

45 *Emens rem ecclesiæ sine solennitatibus requisitis est in mala fide.*

46 *Alienatio rei ecclesiasticæ debet fieri a procuratore speciale mandatum habente.*

47 *Quod mandatum nec per mille annos præsumitur.*

48 *Bona ecclesiastica relicta ad certum, & determinatum vsum eroganda a solo Papa alienantur, & in alium vsum conuertuntur.*

49 *Ecclesiæ bona emens ab illius administratoribus pretium perdit.*

50 *Iusiurandum de non alienandis ecclesiæ bonis est difficilis probationis, quando de eo scriptura non conficitur.*

51 *Extrauagans Ambitiosæ. Pauli 2. an sit vsu recepta.*

52 *Prælatus successor reuocat male alienata per suum prædecessorem, & etiam alienata ab ipso. & nu. 53*

54 *Prælatus, quamuis iurauerit inconsulto Romano Põtifice non alienare res ecclesiæ, necessitatis tamen tempore, non habens consulendi illum commoditatem poterit alienare.*

55 *Rerum ecclesiasticarum alicuius præbendæ per canonicum alienatio fieri poterit cum episcopi, & Capituli consensu.*

56 *Alienatæ res Ecclesiæ liberantur illi, qui iustum pretium obtulit, remoto illo, qui vltra debitum valorem ob æmulationem plus offerret.*

57 *Abbas maior in communi etiam Capitulo non potest minuere ius vnius ecclesiæ, nisi ex causa iusta, & uocato possessore.*

58 *Consuetudo alterans naturam, ac formam alienationis bonorum valet.*

59 *Alienatio, quando prohibita est, tum de iure, tum ex dispositione hominis, etiam in casibus permissis, fieri non potest.*

60 *Bona ecclesiastica, etiam pro bono pacis per sæcularẽ Principem alienari nequeunt, absque superioris ecclesiastici authoritate.*

61 *Per prohibitionem venditionis facta ab extrauagauti. Ambitiosæ. Pauli II. non veniunt domus. num. 62.*

63 *Contra Prælatum indebite alienantem res Ecclesiæ, datur actio ad repetendam rem alienatam.*

64 *Pro rebus ecclesiæ male alienatis, & si non præcedat Prælati, & Capituli negligentia, sine consensu, & sine mandato omnes agere possunt. Declara, vt num. 65.*

66 *Rectori vendicanti bona ecclesiæ male alienata, si opponatur illegitimitas, hoc non obstante admittitur.*

67 *Quando fit reuocatio rei ecclesiasticæ alienatæ, a bonę fidei emptore, an fiat pretij restitutio. num. 68. 69. 70.*

71 *Malæfidei posessor pretium non recuperat.*

72 *Læsio in alienatione rei ecclesiasticę inspicitur contractus tempore.*

23 *Læsio enormissima in alienatione rei ecclesiasticæ, non consideratur, quando actus alij. supersunt, quibus prælatus venire potest.*

74 *Hospitale hęres antequam declaretur, non potest cedere hæreditatem absq; solẽnitate Extrauag. Ambitiosę.*

75 *Bona Ecclesiæ pro Curati ipsius debito nec exequi, nec alienari possunt.*

76 *Emptor rei ecclesiasticæ male alienatæ præscribit. Declara vt nu. 77.*

TITVLVS XV.

De rebus Ecclesiæ non alienandis.

1 ALienatio rerum Ecclesiæ sine debitis † solennitatibus prohibita est. *Guido Papæ in decis. Gratianop. 149. Anton. Capici. in decis. Neap. 16. & in decision. 105. Ioan. Paponus Arrestor. Curiæ. lib. 1. tit. 13. Arresto. 3. Francisc. Marc. in decis. Delphin. 1078. nu. 2. vol. 1. & in deci. 188. nu. 1. vol. 2. Thom. Gram. in deci. Neap. 79. Octauian. Cacheran. in decis. Pedem. 99. nume. 32. & in decis. 172. nu. 3. Borgnin. Caualcan. in decisio. Fiuizan. 45. nu. 27. cum pluribus seq. vol. 1. & in deci. 29. sub nu. 15. cum pluribus seq. & in decis. 30. nume. 15. cum pluribus seq. vol. 2. Ioseph. Ludo. in deci. Perusin. 93. nu. 15. cum pluribus seq. Lancel. in decis. nouissim. Roman. 18. vol. 1. Hierony. Magon. in deci. Florentin. 69. nume. 4. 8. Cæsar Grassus in decis. Nouissim. Rom.*

360.*num.*17.*& in decis.*463.*num.*1.*vol.*1.*Francis. Cantuccius in decis.nouissima Roman.* 160. *num.*1. *vol.* 2. *Seraphin. Olivarius in decis. nouiss. Roman.* 178.*nu.*1.*vol.*2.*Vincent.de Franchis.in decis. Neapol.*35.*per totam. ante eos Federicus de Senis in consil.*142.*Francisc. Aretin.in consil.*114.*nu.* 23.*Mar. Anton Natta in consil.*441.*num.*6.*vol.*2. *Alex. Raudens.de Analog.cap.*38.*nu.*3. *Anton. Faber in Codice Fabrian.lib.*4.*titul.*38. *Definit.*6.*Gerard. Maynard. in decision. Tholos.*7. *lib.*2. *Barthol. Socin. in Regul.*110.

Solennitates vero illæ narrantur, vt intercedāt
2 † iustæ alienandi causæ, & hæ communiter a Doctoribus quatuor assignantur, prima, vrgens necessitatis causa.*c. sicut* 12.*q.*2.*Authent. Hoc ius porrectum.C.de sacros.eccles.*vt quia forte alienum æs imminet. Secunda causa pietatis, puta ob captiuorū redemptionem.*l. sancimus.C. de sacros.eccles.* Tertia causa erit euidens ecclesiæ vtilitas. *c. sine exceptione.*12.*q.*2.Quarta causa ratione vitandæ incōmoditatis ipsius ecclesiæ, vt si illi alienatio esset vtilior, quam retentio *vt in dicto.c.sine exceptione.* De quibus alienationis causis scribit *Goffred. de Trano in summa de reb.eccles.non alien.col.*1.*vers.prohibetur præpositus in c.Non licet Papæ* 12. *q.*2. *Petr. Rebuff.de rebus eccles non alien.num.*8. *versic. Notandum est, Gulielm. Redoan. de reb. eccles. non alien. in rub.de causis propter quas fiunt alienationes. per totum.fol.mihi.*112.*qui postmodum facit tres alias rubricas.*53.*rub.de causa vtilitatis.fol.*122.*rub.de causa pietatis.fol.*136.*rub.de causa incommoditatis. fol.* 142. *Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæstion. lib.* 2.*centur.*2.*casu.*177.*num.*8. *Martin. Nauar.in cons.* 1.*tit.de reb.eccles.nō alien.vol.*1. *Iosephus Ludouic. in Decis. Perus.*93.*nu.*15. *cum pluribus seq. Anton. Faber.in Codic.Fabrian.lib.*4.*tit.*38.*definit.*6. *Hierony. Magon.in Decis. Florentin.*69. *num.*4.8. *Roderic. Suarez in alleg.*21. *Nicol. Vigellius. in decis* 60. *centur.*2.

Solennitatibus interuenientibus, duas tantum
3 † causas sufficere, scilicet necessitatē, & euidentem ecclesiæ vtilitatem in alienatione immobilium, *voluerunt Borgnin. Caualcan.in decis. Fiuiz.*46.*num.* 1.*vol.*1.*Francisc. Cantucc. in decis.nouiss. Rom.*65. *num.*17.19. *in decis.*78.*nu.*3. *in decis.*60.*nu.* 1.*vol.* 2.*Seraphinus. Oliuar.in decis.nouiss. Roman.*177.*nu.* 10.*vol.*2. *Iacob. Berretta in cons.*92. *Iacob. Menoch. in consil.*114.*num.*10 *cum pluribus seq.vol.*2. *Hierony. Magon.in Decis. Florentin.*69.*nu.*4 8. *Don Garzias Mastrillus in decis. Sicilie.*77.*num.*9.10. *Cæsar Vrsil.in decis.* 101. *in princ. Barnabas Cornazan. in Decis. Lucens.*87.*nu.*10.

4 Causæ cognitio in rei ecclesiasticæ † venditione & tractatus interuenire debent, vt alienatio sit valida, alias nulla est. *Thom. Grammat. in decis. Neapol.* 79.*nu.*13.15.16.18.

Papa autem potest res ecclesiæ alienare, & alij quilibet ex eius ordine, & delegatione idem facere
5 poterunt † *voluit Anton. Capic. in decis. Neapol.* 16. *num.* 1. *cum seq. quem refert, & sequitur Francisc. Cantuccius in decis. nouiss. Roman.*65.*num.*2.*vol.*2. *post Abb. Panor. in consil.*41.*nu.*3.*vol.* 1. Rationem reddit, quod Papæ authoritas omnes defectus sup-
6 plet, & solēnitates.† *Bal Deci. Ruin. Rolan. a Valle, quos refert Francisc. Cantucc. in dicta decis.*65. *nu.* 2.*vol.*2.*post Abbat. Panor. in dicto.consil.*41.*num.*3. *vol.*1. *Ioan. Baptista Ferrett. in consil.* 248.*num.*2. Vltra illorum rationem, alteram ego redderem,
7 quod Papa est Dominus † Ecclesiarum. *arg.c.propo fuit.de concession.præben.c.constitutus.de religios. domib.c.*1.22.*distinct. dicit Ant. Capic. in dicta decis.* 16. Idcirco a maioritate rationis, sicut tanquam ecclesiarum omnium Dominus potest de illis ad sui libitum disponere, eodem modo maiorique ratio-
8 ne de illarum bonis, quod nouissime † comprobat *Menoch. in Apostill. de arbit. iud. quæst. ad casum.*177. *nu.*37. Et ideo vbi in alienatione rerum ecclesiasticarum Papæ authoritas interuenit, solennitas aliqua requisita non erit. *Francis. Cantuc. in dicta decis.*65.*num.*1.*vol.*2. *Lancellott. in decis. nouissim. Roman.*181. *in fi.lib.*1.*vol.*1. *Vincen. de Franch. in decis. Neapol.*163.*num.*13. *Io. Baptista Costa de facti sciēt. & ignor. centur.*1. *distinct.*91.*nu.*19. *Barnabas Cornazan. in decis. Lucens.*87.*nu.*5.

9 Declara primo supra dictam † conclusionem, quod, & si Papæ authoritas interesserit in alienatione rei ecclesię, si tamen illa per obreptionem, vel subreptionem interuenerit, alienatio nulla erit, *vt post Carol. Ruin. in consil.*157.*num.*4.11.*vol.*1.*& Deci. in consil.*142.*nu.*5.6. *voluit Francisc. Cantuccius in dicta decis.*65.*num.*2.*vol.*2.*quos sequitur Menochi. in dicta addition. ad casum.*172.*nu.*38. *Barnabas Cornazan. in decis. Lucens.*87.*nu.*7.

10 Secundo declara insuper non credi Notario, † si in instrumento asserat in alienatione bonorum ecclesiasticorum interuenisse vtilitatem ecclesiæ, & alias solennitates per assertionem partitum, *vt per Guid. Papæ. in decis. Gratian.*151.*& per Thom. Grammat. in decis. Neap.*79.*nu.*20. Quia, vt ipsi dicūt, requiritur aliud probationis genus. *Borgnin. Caualcan. in decis. Fiuizan.*45.*nu.*30.*lib.*1.*& in decis.*29. *num.*30.*lib.*2. *Aym. Crauetta in primo Responso pro genero.num.*26. *Barnabas Cornazan. in deci. Lucens.* 87.*nu.*5.

Tertio declara itidem, quod si prælatus, vel delegatus ipse a papa faceret in instrumento assertio-
11 nem † in alienatione rerum ecclesiæ adhibuisse diligentiam, ac fuisse per ipsum obseruatas solennitates, & requisita, & pro ecclesiæ euidenti vtilitate alienationem factam fuisse, tunc alienatio ualida erit, & assertioni stabitur, & illi fides adhibenda erit. *Anton. Capic. in decis. Neapol.*16.*num.*4.*quod sequitur. Iacob. Menoch. in addit. ad dictum casum.* 172.*num.*25. *vbi alios allegat. & Idem Menoch. in consil.*287.*numer.*40.53.56.*vol.*3. *Barnabas Cornazan. in decis. Lucens.*87.*nu.*5.

12 Quarto declara, posse Prælatum † res ecclesiæ alienari prohibitas, in remunerationem obsequij, & laboris alienare. *argu.c.liberti.§. pro renunciatione.*12.*q.*2. *Octauian. Cacheran. in deci. Pedemontan.*

99.*nu-*

59. *numer.* 32. *allegat Alexand. in conſil.* 55. *vol.* 1. *quod pluribus cumulat Andr. Tiraquell. in Rep. l. ſi vnquam. in verb. donatione largitus. numer.* 27. *C. de reuoc. don. quod ſequitur, & comprobat. Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. centur.* 5. *caſu.* 434. *& Hierony. Magon. in deciſion. Florentin.* 67. *numero* 41. *Riminal. Senior. in conſi.* 173. *numer.* 8. *vol.* 1.

13 Subdeclara ſupranotatam † declarationem, quã do donarentur mobilia, non autem bona immobilia, *vt poſt Alberic. de Roſat. Bartol. & Paul. de Caſtr. in l. iubemus nulli.* §. *ſcientes. Sentit. Deci. in conſil.* 174. *Magon. in dicta. deciſ. Florentina.* 67. *nu.* 42.

Subdeclara ſecundo, dũ tamẽ Prælatus remune-

14 rationis metas & limites non excederet, † *vt dicit idẽ Menoch. in dicto Caſu.* 434. *nu.* 3. Iſtud aũt noluit taxare, quod vſq; ad quinquageſimam, vel centeſimam redituum locum habeat. *Cappel. Tholoſan. in deciſ.* 497. Sed hoc non eſſet alienare de bonis eccleſiæ, ſed de reditibus, quæ ſpectant ad prælatum, pro hac ſubdeclaratione facit Riminaldus ſenior *in conſil.* 172. *nu.* 8. *vol.* 1.

15 Quinto declara poſſe † epiſcopum, & prælatum bona eccleſię alienare, eius tamẽ vita durante, quia ſucceſſori alienando præiudicium facere non poteſt. *Ioan. Mohedan. in deciſ.* 7. *Paul. AEmil. Verall. in deciſ.* 165. *nu.* 3. *lib.* 1. *Cardinal. Paleott. in deciſ. Nouiſſ. Roma.* 622. *lib.* 3.

16 Sexto declara, rem † eccleſiaſticam modici valoris abſq; ſolẽnitatibus alienari poſſe permiſsum eſt. *arg. c. terrulas* 12. *q.* 2. *Guid. Pap. in deciſ.* 156. *nu.* 1. 2. *& in deciſi.* 158. *Borgnin. Caualcã. in deciſi. Fuiz. an.* 46. *nu.* 71. *lib.* 1.

17 Septimo declara, tractatum † qui exigitur in rei eccleſiæ alienatione, poſſe per epiſcopum cum Capitulo, alicui committi, *voluit Bernard. Gardin. de Biſgneto, in deciſ.* 5. *Titul. de Reb. eccleſ. non alien.*

18 Octauo declara, in alienatione rei † eccleſiaſticæ non ſufficere authoritatem Vicarij, vel officialis epiſcopi. *Cappell. Tholoſ. in deciſ.* 97.

19 Nono declara, valere † eccleſiaſticæ rei alienationem, ſolennitatibus debitis interuenientibus, quamuis cauſa non ſubſit, reſcinditur tamen per in integrum reſtitutionem. *Guido Pap. in deciſion. numero* 1.

20 Amplia etiam ſi epiſcopus † iurauerit non alienare, & alienauerit, quia erit alienatio valida licet epiſcopus ſit periurus. *Marcell. Cardin. Creſcent. in deciſ.* 3. *in fin. tit. de iureiur.*

21 Decimo, rei † eccleſiaſticę alienatio, aut diſmembratio, requiritrei, & contractus expreſſionem, ac Rectoris vocationem. *Rota in nouis in deciſ.* 229. *incip. In diſmembratione.*

22 Vndecimo, alienatio per viam † permutationis rei eccleſiaſticæ cum Principe facta valet in euidentem Eccleſiæ vtilitatem, cum ſuperiores conſenſu. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol.* 17. *num.* 2. *& poſt Deci. in conſil.* 210. *& Marian. Iun. in conſil.* 56. *vol.* 2. *voluit Cæſar. Vrſillus in deciſ.* 17.

23 Subdeclara, valere quidem † permutationem, dum tamen Princeps pro ſe velit retinere rem, quã habuit in permutationem, & hoc caſu eccleſia compellitur, *vt dicit Afflict. in dicta deciſ. Neap.* 17. *nu.* 2. Sic olim factum fuit inter Regem Ferdinandum primum, & Abbatem Sancti Leonardi in Apulia, quia Regi fuit datum quoddam Monaſterium diſtans duobus millibus paſſuum a Ciuitate Aſcoli, quod fuit redactum ad Palatium, quod etiam nunc deſeruit pro Officialibus, & Magiſtratibus Regij equitij, & equilij, in quo manent hyemis tempore equi emiſſarij Regiarum equarum, & Abbati fuit datum Palatium, & territoria Apuliæ in loco dicto Turris Lamandę inter Aſculum, & Cirignolam, de quo dixi in diſcurſu equilij, & equitij ad Philippũ Tertium Regem, *parte.* 1. *cap.* 7. Fuitque cum Summi Pontificis aſſenſu ab anno Domini 1479. vſque ad annum. 1486. quo fuit completum.

24 Duodecimo declaratur, quod † ſi Prælatus facit tranſactionem, vel ceſſionem rei eccleſiaſticę immobilis, dum cedit, ac tranſigit, omnes illæ ſolennitates interuenire debent, quæ in alienatione requiruntur. *Paul. AEmil. Verall. in deciſ.* 106. *num.* 1. *lib.* 1. *& in deciſ.* 318. *nu.* 1. 2. *lib.* 3.

25 Decimo tertio declara, quod & ſi † rei eccleſiaſticæ alienatio per Prælatum facta in cõſanguineos non careat ſuſpicione *vt dicit Franciſc. Cantuccius in deciſion. nouiſſ. Roman.* 65. *num.* 18. *lib.* 2. *& Don Garzias Maſtrillus in deciſ. Sicil.* 77. *nu.* 12. Si tamẽ fieret in bonæ conditionis, & famæ conſanguineos & debitę ſolennitates interceſſerint, fraude, & læſione ceſſantibus, valida erit. *Idem Cantuccius in deciſ.* 18. *nu.* 2. *vol.* 2.

26 Decimo quarto declara † rei eccleſiaſticæ alienationem ita demum nullam eſſe, ſi eccleſia id voluerit, alias non, ex quo non ab emptore, vel alio, ſed ab eccleſia nullitas allegari poteſt, *vt dicit Octauian Cacheran. in deciſ. Pedemont.* 94. *num.* 23. 24. *Franciſc. Cantucc. in deciſ. nouiſſ. Rom.* 133. *nu.* 11. 12 *vol.* 2. *& poſt Cardin. in conſil.* 3. *colum.* 2. *Carol. Ruin. in conſil.* 40. *num.* 7. *volu.* 5. *voluit Flaminius Chartar. in deciſ. Genuens.* 46 *nu.* 19.

27 Decimo quinto, quod alienatio ſit facta rei † eccleſiaſticæ pro eccleſiæ vtilitate, vel quod facta ſit ob ęs alienum, non preſumitur, ſed vtilitates Eccleſiæ & æs alienum imminens probanda ſunt. *Paul. de Caſtro in conſil.* 74. *vol.* 1. *Deci. in conſil.* 142. *nu.* 4. *Guid. Papę in deciſ.* 151. *nu.* 1. *Octauian. Cacher. in deciſ. Pedemontan.* 172. *nu.* 3.

28 Decimo ſexto † declara, quod facta rei eccleſiaſticæ alienatione, & in ſcriptura, & inſtrumento ſolennitates neceſſariæ enunciatæ non fuerint ſeptuaginta annorum ſpacio elapſo in eadem alienationẽ interueniſſe præſumuntur. *Cardinal. Puteus in deci.* 365. *lib.* 2. *Anton. Gamma in deciſ. Luſitaniæ.* 323. *num.* 3.

29 Decimo ſeptimo, ſtante lapſu annorum † triginta, cum poſſeſſione, præſumitur Sedis Apoſtolicæ beneplacitum interueniſſe in alienatione bonorũ eccleſiæ, *concludit Chriſtophor. Robuſterius. in deciſio. nouiſſim. Roman.* 179. *num.* 1. *vol.* 2.

30 Decimo octauo, libera facultas † alienandi in

permiſſis

permissis casibus, & solennitatibus bona ecclesiæ, non impeditur ob dispositionem statuti, *vt dicit Lancel. in decis. nouiss. Roman.* 479. *nu.* 5. *vol.* 1.

31 Decimo nono declara, quod concessio, † siue alienatio rei ecclesiasticæ sine euidenti illius vtilitate facta nulla est, etsi accederet Papæ cõsensus, præsupposita enim non vtilitate ecclesiæ, & læsione, non sufficit consensus confirmationis Apostolicę. *ex Geminian. in consi.* 68. *col.* 4. *Decio in consil.* 142. *voluit Lancel. in decision. Nouiss. Roman.* 181. *nu.* 4. *vol.* 1.

Vigesimo declara, Alienationem ecclesiasticæ
32 rei † de vna persona ad aliam permissam esse, *dixit Thomas Trutisan. in decis. Veneta.* 56. *num.* 17. *lib.* 2. vbi rationem assignat. Quæ opinio, circumscriptis solennitatibus & causis, mihi non satisfacit, quia
33 nõ debet vna ecclesia discooperiri, vt altera † cooperiatur. *arg. c. cum causam. de Præben. Cranet. in consi.* 6. *nu.* 86. cuidens enim vtriusq; ecclesiæ vtilitas vix esse poterit. Ex hoc enim prætextu multæ ecclesiæ depauperarentur, & corruerent, & aliæ ditarentur.

34 Vigesimo primo declara, quod si † religiosus emerit immobilem rem ecclesiæ & velit, antequam totius pretij solutio fiat, ab emptione discedere, id facere poterit absq; solennitatibus, nec in hoc requiritur solennitas requisita in alienatione ecclesiasticæ rei, quia Prælatus in quærendis, ecclesiæ præiudicare potest. *Peregrin. Fabius in decis. Nouissim. Roman.* 209. *nume.* 3. 4. *lib.* 2. *vol.* 3. *in decis.* 233. *lib.* 3. *vol.* 3. *& in decis.* 284. *num.* 8. *lib.* 3. *vol.* 3. *Vincen. de Franchis. in decis. Neapol.* 14. *num.* 9. 16. *cum pluribus seq.*

35 Vigesimo secundo declara, quod rei † ecclesiasticæ, ẽt sterilis, si fiat alienatio sine decreto infirmatur. *Ant. Capic. in decis. Neap.* 105. *per totum.*

36 Vigesimo tertio declara, rem † ecclesiæ repertã in mensa prælatus alienare non poterit, Romano Pontifice inconsulto. *Guido Pape in decision. Gratianop.* 153. *nu.* 1. *Marcell. Cardinal. Crescent. in decis.* 1. *numer.* 4. *titul. de reb. eccles. non alien. c.* 1. *de his qui feud. dare poss. vbi Andr. de Isern. Iacob. Aluarot. & Martin. Laudens. Vdalrich. Zas. in epitome Feudor. parte* 5. *nu.* 49.

37 Vigesimo quarto declara, pro † redemptione captiuorum, & carceratorum alienatio rei ecclesiasticæ permittitur. *Gulielm. Redoan. de Rebus eccles. non alienand titul. de causa pia. nume.* 71. *quem sequitur Sfortia Oddus de restitut. in integrum. q.* 11. *numer.* 57. *parte* 1.

38 Alienãtes ecclesiastica bona sine Papæ licentia † ipso facto sunt excommunicati. *per Extrauag. Pauli.* 2. *Incip. Ambitiosæ. tit. de reb. eccles. non alienand. Francisc. Marc. in decision. Delphinal.* 1078. *num.* 2. *vol.* 1. *Martin. Nauar. in consil.* 3. *numer.* 3. 5. *titul. de reb. eccles. non alien. vol.* 1. *& in consi.* 11. *eod. tit. vol.* 2. *optime Ioan. Baptista Costa. de facti scięt. & ignor. centur.* 2. *Distinct.* 22. *per totam. Ioan. Paul. Tolom. in decision Nouissim. Roman.* 896. *lib.* 3.

39 Amplia, quod perdit litem, † & possessionem beneficij, quia contra eandem Extrauagantem aliena uit. *Verall. in decis.* 182. *num.* 3. *lib.* 3.

40 Declara † supradictam ampliationem procedere in prælatis inferioribus ab episcopo, vt ex dicta Extrauaganti voluit *Martin. Nauar. in consil.* 3. *nu.* 5. *titul. de reb. eccles. non alienand.*

41 Hospitalium bona tractantur tanquam ecclesiastica. *Anton. Gamma in decis. Lusitan.* 390. *num.* 6. Procedit tamen si episcopi authoritate sint erecta, & non aliter, *vt ibidem Petrus de Benintendis in decis. Bononi.* 13. *nu.* 1. 2. *& deinceps.*

42 Alienans rem ecclesiæ ipse illam reuocat ac † repetit vna cum fructibus non obstante, quod suam turpitudinem alleget. *Hierony. Magon. in decision. Florentin.* 91. *nu.* 17. *Iulius Oradinus in decis. Nouissim. Roman.* 14. *num.* 5. *vol.* 1.

43 Etiam pij loci bona non possunt, absque † solennitatibus alienari. *Cæsar. Barz. in decisio. Bononiens.* 124. *nu.* 1. 2.

44 Sed hoc non videtur mihi vndequaque † subsistere, etiam authoritate Guliel. Redoan. *de reb. eccles. non alien. in Rubr. An in materia alienation. c.* 1. *sub nume.* 9. 10. *fol.* 231. vbi dicit posse vendi sine solennitatibus, cum distinctione, vt ibidem. ad quę faciunt. *quæ post Petr. de Benintend. in decis. Bonon.* 13. *nu.* 4. *& Hierony. Magon. in decis. Lucens.* 19. *nu.* 16. *dixi in consil.* 81. *numer.* 3. *cum pluribus seq. Centur.* 1.

Emens rem ecclesiæ sine solennitatibus requisi-
45 tis † dicitur esse in mala fide. *Iulius Oradinus in decisi. Roman. nouiss.* 14. *nu.* 2. *vol.* 1. *Vincent. de Franch. in decis. Neapol.* 35. *nu.* 1. 2. 8.

46 Alienatio Rei ecclesiasticæ † debet fieri a procuratore habente speciale mandatum. *Borgnin. Caualcan. in decis. Fiuizan.* 55. *nu.* 22. *parte* 1. *quem refert, & sequitur Don Garzias Mastrillus in decis. Siciliæ.* 77. *num.* 1.

47 Declara quod dictum † mandatum, si non constet de eo, nunquam præsumetur per mille annos. *Matth. de Afflict in decis. Neapol.* 345. *sub. nu.* 7. *Don Garzias Mastrill. in deci. Sicil.* 7. *nu.* 3. *post Borgnin. in decis.* 45. *numer.* 11. *part.* 1.

48 Bona ecclesiæ relicta ad certum, & † determinatum vsum eroganda, a solo Papa alienari poterunt, & ad aliũ vsum cõuerti. *Garzias Mastrillus in decisio. Siciliæ.* 77. *nu.* 6.

49 Ecclesiæ bona emens † ab illius administratoribus pretium perdit. *ex text. l. Iubemus. §. fane. C. de sacros. eccle. Bart. Cepoll. in consil. ciuili.* 25. *num.* 11. *voluit Aluar. Vallasc. in decis.* 83. *sub nu.* 11.

50 Præsumitur prędictum ab episcopo † in manibus Decani Diaconorum Cardinalium, vel officialium iusiurandum de non alienandis rebus ecclesiæ, quia esset difficilis probationis, cum de eo scriptura nõ conficiatur, *vt post Signorol. de Homod. in cons.* 71. *& Cardin. in consil.* 137. *col.* 3. *vers. sed iuramentum. voluit esse decisum Marcell. Cardin. Crescent. in decis.* 2 *nu.* 3. *titul. de iureiur.*

51 Extrauagans Ambitiosæ. Pauli. 11. vbi non est † vsu recepta, non ligat, & ideo dum allegatur in aliquo loco, debet eius vsus probari, *vt dicit Ioan. Mohedan. in decis.* 1. *titul. de constitut. in decis.* 8. *titul.*

de

de locato & conduct. Marcell. Cardin. Creſcentius in deciſ. 3. in fin. titul. de iureiur. & poſt alios dixi in conſil. 91. num. 7. centur. 1. quod meum dictum allegauit Andr. Fachin. Controuerſ. iuris lib. 10. capit. 98. His adde Petr de Benintend. in deciſ. 13. Ioan. Paul. Tolom. in deciſ. 139. Couar. Variar. reſolut. lib. 2. cap. 16. num. 6. Alexand. de Neuo in conſ. 30. Franciſc. Marzar. in conſ. 15. Franciſc. Becci. in conſ. 61. Borgnin. in deciſ. Fuiz. 43. nu. 4. in deciſ. 45. nu. 27. vol. 1. dicit vbique ſeruari. Sequitur Fabi. de Anna. in conſ. 38. nu. 1. Ant. Gamma in deciſ. Luſit. 390. nu. 2. Ioan. Baptiſta. Coſta de facti ſcient. & ignorant. cent. 1. diſtinctio. 91. nu. 6.

52 Prælatus ſucceſſor reuocat † male alienata per ſuum prædeceſſorem. *Paul. AEmil Veral. in deciſio. 245. num. 2. part. 1. quem ſequitur Franciſc. Viuius in deciſion. 141. nu. 3.*

53 Amplia eundem prælatum † poſſe rem eccleſiaſticã ab ipſo alienatam reuocare iuramento nõ obſtante. *Franciſc. Marc. in deciſ. Delphi. 43. num. 2. in deciſion. 1075. per totam. vol. 1. Hierony. Magon. in deciſio. Florentin. 61. num. 17. Marcell. Cardin. Creſcẽtius in deci. 3. in fin. in tit. de iureiur. Thom. Grammat. in deciſ. Neap. 79.*

54 Declara, quod & ſi in conſulto Romano † Pontifice, iurauerit non alienare epiſcopus, tamen neceſſitatis tempore, non habens commoditatem illum conſulendi poterit rem eccleſiæ alienare, *ex Felin. in c. cum acceſſiſſent. num. 20. de conſt. & Martin. Nauarra in conſil. 1. num. 3. titul. de reb. eccl. non alien. voluit Franciſc. Viuius in deciſion. 323. num. 12.*

55 Alienatio rerum eccleſiaſticarum † alicuius præbendæ fieri poteſt per Canonicum, debet tamen interuenire conſenſus epiſcopi, & Capituli. *Marcell. Cardin. Creſcent. in deciſi. 2. titul. de reb. eccl. non alien.*

Res eccleſiæ alienatæ liberantur ei, qui in ſub-
56 haſtatione † obtulit iuſtum pretium, nec auditur offerens plus, vel ob æmulationem, vel vltra debitum valorem. *Franciſ. Viuius. in deciſion. 145. numero 5. 6.*

57 Abbas maior in communi etiam † Capitulo Regularium non poteſt minuere de iure vnius eccleſiæ ſibi ſubiectæ, niſi ex iuſta cauſa, ac poſſeſſore vocato, *vt per Rotam in Nouis in deciſion. 347. incip. ſi abbas.*

58 Conſuetudo alterãs naturam, ac formam † alienationis bonorũ eccleſiæ valida eſt. *Rota in Antiq. in deciſ. 135. Incip Nota quod vbi eſt.*

59 Alienatio rei eccleſiaſticæ prohibita † tum de iure, tum ex prohibitione hominis etiam in caſibus a iure permiſſis fieri non poteſt. *arg. gloſ. in cap. verum. de condit. appoſit. voluit Matth. de Afflict. in deciſion. Neapol. 17. num. 5. Borgnin. Caualcan. in deciſion. Fuizan. 29. num. 15. vol. 2. Thom. Grammat. in deciſion. Neapol. 93. num. 4. Hierony. Magon. in deciſion. Florentin. 92. num. 29. Franciſc. Milaneus in deciſion. Siciliæ. 7. num. 69. lib. 1. Don Garzias Maſtrill. in deciſ. Siciliæ. 77. nu. 4. 7.*

60 Bona eccleſiaſtica etiam pro † bono pacis non poſſunt per ſęcularem principem alienari, abſque ſuperioris eccleſiaſtici authoritate. *Matth. de Afflic. in deciſ. Neap. 391. per totam.*

61 In prohibitione alienationis rei eccleſiaſticæ facta per Paulum Secundum per Extrauag. Ambitioſæ. non veniunt domus, *vt poſt Benedictum Canophil. in dicta Extrauagant. Fall. 40. 41. & Redoanum de reb. eccl. non alien. titul. de caſibus, in quibus ſit alien. cap. 20. incip. iudicio per totum. & dixi in conſil. 91. num. 5. Centur. 1. & meum dictum ſequitur Andr. Facchin. controuerſ. iuris. lib. 10. cap. 98.* & ratio eſt, quia non requiritur ſolennitates in re-
62 bus, quæ † ſunt eccleſiæ magis oneroſæ, quam vtiles, *vt dicit Guid. Pap. in deciſ. Gratianop. 156. Petr. Rebuff. in compendio alienationis rerum eccleſ. in fin.*

63 Contra Prælatum † in debite res eccleſiæ alienantem datur actio ad repetẽdam rem alienatam, ſiue prædium. *Guido Pap. in deciſion. Gratianop. 159. in fin. Hierony. Magon. in deciſion. Florentin. 69. nu. 3.* competit etiam eccleſiæ interdictum vnde vi quo ad res alienatas. *Rota in antiquis in deciſ. 227. incip. nota quod prælatus. & in deciſ. 542. Sequitur. Verall. in deciſ. 170. num. 5. in deciſ. 182. num. 9. lib. 3.*

64 Pro rebus eccleſiæ † male alienatis & ſi non præcedat Prælati, vel Capituli negligentia, oẽs agere poſſunt ſine conſenſu, & ſine mandato, *vt dicit Cardinalis Puteus in deciſion. 441. num. 7. lib. 2.* ſiue
65 contra alienantem, ſiue contra † poſſeſſorem, *vt dicit Nicol. Boer. in deciſ. Burdeg. 182. num. 37. quem ſequitur Gulielm. Redoan. in tract. de Reb. Eccl. non alien. titul. An contractus male factæ alienationis. ſiue. q. 22. cap. 5. incip. An repetendum.* Vbi plene dixerit, an agens agat nomine ſuo an vero eccleſiæ, & alia neceſſaria de hoc vltimo ponit *Ioan. Baptiſta Ferrett. in conſil 59. nu. 1.*

66 Si uero Rectori uendicanti bona † eccleſiæ male alienata opponatur illegitime, & ex dãnabili coitu natum, hoc non obſtante admittitur, cum ſufficiat ei eſſe in poſſeſſione, ſeu quaſi iuris adminiſtrãdi, *vt dicit Anton. Gamma in deciſion. Luſitaniæ. 16. num. 1.*

67 Quando fit reuocatio alienationis † rei eccleſiaſticæ a bonæ fidei emptore, tunc fit pretij reſtitutio eidem emptori, *Ex gloſ. inc. ad audientiam. extra de rebus eccl. non alien. voluit Franciſc. Marc. in deciſion Delphinal. 1076. num. 2. volum. 1. allegat gloſſa tex. in c. Vulteranæ. 12. q. 2.* in quo dicitur pretium
68 recuperari ab eo, qui † vendidit, & ſic a Prælato, *vt Guido Papæ in deciſ. 159. in fin. Ioan. de Firmo in tract. de Epiſcopo. lib. 4. partis. 4. q. 41. Felin. in c. cũ cauſa. num. 27. de ſent. & re iudic.* Et mortuo Prælato recuperabit ab eis hæredibus, quando Prælatus
69 promiſerit emptori † euictionem, *vt dicit Panor. in dicto c. ad audientiam. num. 5. & in c. ſi quis presbyterorum. num. 13. eo. tit. Franciſc. Aretin in conſil. 113. Iuli. Oradin. in deciſion. nouiſſ. in Roman. 14. num. 6.*
70 *lib. 1.* Si autem Prælatus, vel hęres † non eſt ſoluendo,

uendo,tunc emptor recursum habebit contra ecclesiam, quatenus esset effecta locupletior, & non aliter. *Authen. Qui res. vbi Accurs. Bart. & alij. C. de sacros. eccl. Francisc. Marc. in dicta decis. 1076. vol. 1. Hierony. Zoannett. in Trac. de differ. Iuris cononici, & ciuil. differ. 224. Aym. Crauett. in consil. 272. nu. 19. Gulielm. Redoan. de Reb. eccles. non alien. tit. An contractus male fact. alien. cap. 5. incip. ad repetendum. fol. 468. Hippolyt. Bonacos. de æquitate canon. conclus. 13. Vincent. de Franchis in decision. Neapol. 296. nu. 4. Sebast. Vant. titul. Quoties, & intra quod num. 54.*

71 Verum malæ fidei possessor pretium† non recuperat, *vt est tex. singularis. in dicta Authen. Qui res C. de sacros. eccles. voluit Alexand. in consil. 4. vol. 3. & omnes supradicti Doctores. & nouissime Petr. Cenedo nonnullos ex præfatis referens. Collectaneor Iuris Canonici. Parte 2. collectan. 71. nu. 3. & ita nunc residens. D. Ioan. Baptista Costa de facti sciēt. & ignorant. Centur. 2. distinct. 22. nume. 17. cum pluribus. sequentib.*

In alienatione rei ecclesiasticæ, contractus tem-
72 pore † læsio inspicitur, non autem si postmodum res alienata fertilior facta sit. *Guido Papæ in decision. Gratianopol. 157. nu. 1.*

73 Læsio enormissima † in alienatione rei ecclesiasticæ non consideratur, quando alia supersunt bona, quibus prælatus viuere potest. *Paul. AEml. Verall. in decis. 151. lib. 2.*

74 Hospitale hæres institutum, si † antequam declaretur hæres hæreditatem cedat, absq; solennitate Extrauagantis Ambitiosæ. Paulinæ id facere non potest. *Peregrinus Fabius in decision. nouissim. Roman. 30. lib. 2. vol. 3. faciunt scripta Vincent. de Franch. in decision. Neapol. 14. nu. 9. 16. cum pluribus seq.*

75 Pro Curati debitis,† ecclesiæ bona capi, aut alienari minime debent, nec in illis exequi, vt Arresto prouisum asserit. *Petr. Rebuff. in concor. Francie. tit. de Regia ad Prælaturas. §. 1. in verb. in manib.*

76 Emptor rei ecclesiasticæ † male alienatæ præscribit, non tamen currit tempus præscriptionis rei male alienatę vita illius Prælati, qui perperam alienauit, durante, sed eo mortuo currere incipit, *vt dicit Guido Papæ in decis. Gratianop. 150. nu. 1. & in deci. 161. in fin. vbi Anton. Rambaudi in Apostil. allegat Archidiacon. in c. post quingentos. 16. q. 3.* & sic etiã fuisse latum Arrestum in Senatu Parisiensi scribit Petr. Rebuff. *in compend. alienat. rerum eccles. numero 36.* Pro hac decisione est *c. si sacerdotes. 16. q. 3. Ioan. Francisc. Balbus in tract. præscriptionum. parte principal. 5. q. 1. nu. 8. versi. Nunc limita. & q. 2. incip. secundo quæro. vtrum ecclesia. sub nu. 4. Anton. Faber. in Codic. Fabri. lib. 4. titul. 38. Defin. 7. nu. 5. vol. 1.*

77 Declarando supradictam † conclusionem, quod supradicto casu erit præscriptio quadraginta annorum contra ecclesiam (excepta Romana) *vt concludit Guido Papæ in decision. 161. num. 2. Sequitur Petr. Rebuff. in compend. alienat. rer. eccles. num. 36. Ioan. Baptista Boni. de statutar. Vrb. Præscript. gloss. 19. num. 199. Balbus. in dicto tract. præscrip. parte 5. per totam.*

ARGVMENTVM.

Bona ecclesiastica ad triennium, nec ad longum tempus locari possunt, cum eiusmodi locatio dicatur alienatio, nisi interueniãt solennitates requisitæ in alienandis rebus ecclesiæ, & tunc locationi per antecessorem factæ successor stare tenetur, illamque per annuæ pensionis receptionem ratificare censetur. Sin vero consueta fuerint locari, tunc respectu consuetudinis tenet locatio, & primus conductor in relocatione semper præfertur. Idem iudicium de fructibus beneficij, quorum conductor si laicus fuerit, coram iudice laico forum sortitur.

SVMMARIVM.

1 *Res ecclesiastica vltra triennium locari non potest. nu. 2. 5.*

3 *Locatio rerum ecclesiasticarum ad longum tempus fieri non potest.*

4 *Locatio bonorum ecclesiæ ad longũ tempus, requirit solennitates requisitas in alienatione.*

5 *Locatio bonorum ecclesiasticorum facta vltra triennium, nec intra triennium valebit. declara. numero 6. 7.*

8 *Prælatus successor locationi per suum prædecessorem factæ stare non tenetur. Declara. num. 9. 10. 11. 12. 13.*

14 *Res locari solita, non obstante extrauaganti Ambitiosæ. locari potest vltra triennium. Declara. num. 23.*

15 *Prælatus, qui iurauit ecclesiæ bona non alienare, si locauerit ad longum tempus, non idcirco erit periurus.*

16 *Locationes rerũ ecclesiasticarũ quæ prohibentur per Sacrum Concilium Tridentinum, si sunt factæ ad euidentem ecclesiæ vtilitatem, validę erunt.*

17 *Successor Locatoris rei ecclesiasticę, continuando in receptione pensionis annuæ, locationem ratificare causetur.*

18 *Beneficij fructus laico locari possunt.*

19 *Locatio rerum ecclesiasticarum, vbi constat de ecclesię euidenti vtilitate per summariam informationem, confirmanda est.*

20 *Constitutum dicitur ius in re in locatione rerum ecclesiasticarum ad modicum tempus.*

21 *Locatio rerum ecclesiasticarum facta ad tempus, illo tempore non finito, non potest fieri alia locatio.*

22 *Relocatio, quando facienda est, primus conductor, vel eius hęres præferendus est.*

24 *Extrauagantem Ambitiosę. Pauli 11. non esse in ali*

quibus

quibus locis vſu receptam probari debet. Declara. nu. 25.

26 *Quando prælatus habita anticipata ſolutione moritur, ſucceſſor locationi ſtare non tenetur.*

27 *Rex Galliæ iure regaliorum an teneatur ſtare locationi. num. 28.*

29 *Conductor laicus fructuum beneficij coram laico iudice conueniendus eſt.*

TITVLVS XVI.

De locatione bonorum Eccleſiaſticorum.

1 REs † eccleſiaſtica vltra triennium locari non poteſt, per extrauagantem Ambitioſæ. Pauli II. *dicit Ioan Paponus Arreſtor Curiæ lib. 1. titul. 13. Arreſto. 5. Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal. 224. num. 2. Borgninus Caualcan. in deciſion. Fiuizan. 43. num. 6. 7. 9. Menoch. de Arbitrar. iudic. quæſt. lib. 2. Caſu. 5. num. 5. Vincent. Carrot. de locat. & conduct. tit. de Bonis eccleſ. non alienand. nu. 5. Gaſpar Caballin. in Mille-loq. 160. Ioan. Vincent. de Anna in ſingul. 327. Franciſ. Viui. in deciſion. 106. nume. 3. Garſias Maſtrill. in deciſion. Siciliæ. 4. numero 10. 11. 12. qui loquitur*

2 † *de locatione de quinquēnio in quinquennium, & de nouennio in nouennium. Anton. Gamma in deciſion. Luſitan 390. num. 2.*

3 Ad longum autem tempus † ex his prohibita eſt locatio rerum eccleſiaſticarum, quod etiam Concilio Lateranenſi cautum fuit. *Anton. Auguſtin. in deciſ. nouiſſima Roma. 1794. lib. 3. vol. 3.* Quia locatio ad longum tempus dicitur alienatio, *ex Alexand. in conſil. 117. nu. 2. vol. 3. voluit Cæſar Barzi. in deciſi. Bonon. 17. numero. 24. Iaſon. in conſil. 94. numero 2. vol. 1.*

4 Vnde ſi eſt facta locatio rerū, ac bonorū † eccleſiaſticorū ad longum tempus, debent interuenire illæ ſolennitates, quæ requiruntur in alienatione ut dicit Pariſienſe Parlamētum determinaſſe Ioan. Paponus Arreſtorum Curiæ *lib. 1. titul. 13. Arreſto. 4. de quo mentionem facit Petr. Rebuff. in Compend. alienat. rer. eccleſ. num. 19. Vincent. Carrot. de locat. & conduct. tit. de effect. locat. ad long. temp. num. 13.*

5 Quinimo facta locatio vltra † triennium, nec intra triennium valida eſt, quia quando fit vltra tempus permiſſum, nec pro tempore permiſſo valebit, *vt ex Lapo in allegation. 80. ſub num. 2. dicit Matth. de Afflict. in deciſ. 107. nu. 2. 4. Ioan. Baptiſta Plotus in conſil. 19. num. 62. 63. poſt Ioan. de Arnon. in Cautela. 43. Roland. a Vall. in conſil. 84. num. 29. vol. 1. Marius Anguſs. in conſil. 99. num. 6. Io. Neuizan. in conſil. 90. nu. 26. Laurent. Calcan. in conſil. 125. nu. 23. Sigiſmund. Loffred. in conſil. 3. num. 35.*

Contrarium autem, quod locatio ad longum

6 † tempus, licet pro toto tempore non valeat, valebit tamen pro tempore permiſſo, quam opinionem tenuit expreſſim *Bald. in Authent. Si quas ruinas. num. 2. C. de ſacroſ. eccleſ. quem ſequitur Paul. de Caſtro. in Authent. Qui rem. num. 7. C. de ſacroſanct. eccleſ. Alexand. in conſil. 38. numum. 5. vol. 2. quam dicit communem, & ab ea non recedendum. Deci. in dicta Authen. Qui rem. numer. 22. Ioan. de Imol. in capit. ex part. col. pen. extra, de Feud. Didac. Couarr. Variar. reſol. lib. 2. cap. 16. num. 5. verſ. ſed præmiſſa. Curt. Iun. in Tract. Feudor. Parte 2. q. 6. Iulius Clar. in §. emphyteutis. q. 6. Gloſſ. in Conſuetud. Paris. §. 41. q. 10. num. 43. Vincent. Carrot. de locat. & conduct. titul. de bonis eccleſ. non alien. ſub nu. 5. verſ. declaratur dicta. Andr. Tiraquell. de Retract. conuētion. in fine. nume. 143. 144. Ludouic. de Molin. de Hiſpanor. Primogen. lib. 1. cap. 21. nu. 28. & hanc opinionem ſequitur Cæſar Vrſil. in deciſion. 107. & opinionem hāc eſſe communiorem, & magis receptam voluit Ioan. Gutierez. lib. 2. q. Canonicar. cap. 13. num. 6. & ab hac in iudicando non eſſe recedendum cenſuit Hieron. Cæuallos practic. opin. commun. contra commun. q. 199. nu. 15. 16. Anton. Gamma in deciſ. Luſit. 390. nu. 3. Vrſill. in deciſ. 101. ſub. num. 5.*

7 Qui vellent tenere primam opinionē † poſſent vti illa Cautela, quam tradidit *Ioā. de Arnon in ſingul. 72. & in Cautela. 43.* quod in contractu locationis dicatur, quod vltra triennium dominium rei locatæ non intelligatur translatum.

8 Prælatus ſucceſſor † locationi factæ, per ſuum prędeceſſorem ſtare non tenetur. *Rota in deciſ. 232. incip. ſi prælatus. & in deciſ. 233. incipien. ex præmiſſis. in Nouiſ. Franciſc. Marc. in deci. Delphin. 102. nu. 2. vol. 1. in deciſ. 196. nu. 1. 8. vol. 2. AEgid. Bellem. in deciſ. 747. incip. Suppoſito. Cardinal. Puteus in deciſ. 181. in princip. in deciſ. 421. lib. 1. Ioan. Vincent. in Alleg. 92. vbi plene. Guido Pap. in deciſ. 480. nume. 3. Garzias Maſtrill. in deciſ. Siciliæ. 5. nu. 9. Mandell. in conſil. 108. num. 1.*

9 Declara primo ſupradictam † deciſionem non procedere in ſucceſſore Vniuerſali, *vt per. Guidon. Pap. in deciſ. 484. nu. 3.* Sed ego cōſidero hanc declarationem huic rei non conuenire, ſed in rebus profanis.

10 Declara ſecundo † Reſignatarius beneficij ſucceſſor debet ſtare locationi fructuum beneficij factæ a prædeceſſore, *vt voluit Gerard. Maynard. in deciſ. Tolos. 63. lib. 1.*

11 Declara tertio, † Locationem factam per Prælatum cum conſenſu Capituli, vel per inferiorem cū conſenſu ſuperioris ex cauſa legitima, & quādo eſt eccleſię vtilis, valere, & tenere, & ei ſucceſſorem ſtare debere. *Rota in deciſ. 232. Incip. ſi prælatus. in Nouiſ. Franciſc. Marc. in deciſion. Delphin. 102. ſub num. 2. vol. 1.*

12 Declara quarto † ſi eccleſiaſticæ rei locatio, non Prælati, ſed eccleſiæ nomine facta eſſet, & ad ipſius eccleſiæ vtilitatem, quia tunc illius Prælatus ſucceſſor eidem locationi ſtare tenebitur. *Franciſc. Marc. in deciſion. Delphin. 196. ſub num. 8. volum. 2. Pulchras (multa allegans) rationes reddit. D. Ioan. Baptiſta. de fact. ſcien. & ignorātia centur. 1. Diſtinc. 91. num. 1. 2. Mandos. in conſil. 108. nu. 5.*

13 Declata quinto, Oeconomum † ecclesiæ vacantis colono stare debere, & locationi, vt fuit latum Arrestum Parlamenti die 19. Septemb. 1579. *refert Renatus Choppin. in consuetud. Andeg. lib. 2. parte 1. titul. 1. cap. 2. art. 11. in Margine.*

14 Quando res ecclesiastica † est solita locari, potest non obstante extrauaganti Ambitiosæ. vltra triennium locari ob consuetudinem, *vt voluit Alexand. in consil. 175. col. 5. vers. secundo quia locatio. vol. 2. Cardinal. Parisius. in consil 98. num. 10. vol. 4. post Rocch. de Curt. in c. fin. num. 501. de consuetud. quos refert, & sequitur Cæsar Vrsill. in decis. 101. sub num. 7.*

15 Prælatus, qui iurauit bona † Ecclesiæ non alienare, si locauerit ad longum tempus, non idcirco erit periurus. *Francisc. Cantuccius in decis. nouiss. Roman. 26. num. 2. vol. 2.*

16 Locationes Ecclesiasticarum † rerum, quæ prohibentur per Sacrum Concilium Tridentinum *Sess. 25. de Reformat. cap. 11. incip. Magnam.* Si sunt factæ in euidentem vtilitatem ecclesiæ validæ erunt, *vt per Lancel. in decision. Nouissima Roman. 479. num. 14. vol. 1. & voluit Martin. Nauar. in Summa Confessarior. cap. 27. nu. 150.*

17 Successor locatoris rei Ecclesiasticæ, † continuando in recipienda annua pensione censetur ratificare locationem. *Rota in decis. 233. incip. ex præmissis. & tangit. Cardinal. Puteus in decis. 181. lib. 1. & Lancellott. in decis. nouissima. Roman. 181. parte 1. vol. 1. faciunt scripta D. Ioan. Baptistæ Costæ. in tract. de Retrotraction. cap. 9. casu. 11. sub. num. 5.*

18 Fructus beneficij locari possunt † *Francis. Marc. in decision. Delphin. 102. num. 2. vol. 1. in decis. 195. nu. 2. vol. 2.*

19 Locatio rerum ecclasiasticarum, † vbi per informationem summarie captam constat cedere in euidentem ecclesiæ vtilitatem, confirmanda est. *Lancel. in decis. Nouissima. Roman. 479. nu. 1. vol. 1.*

20 Constitutum dicitur ius in re, in locatione † rerum ecclesiasticarum ad non modicum tempus. *AEgid. Bellemer. in deci. 747. Vincent de Franchis in decis. Neap. 123. nu. 7.*

Si fuit facta locatio rerum ecclesiasticarum per
21 † aliquod tempus, illo tempore locationis non finito, eiusdem rei non potest alia locatio fieri, vt pluribus rationibus pro Capitulo Sancti Germani Altissidiorensis decisum fuisse scribit *Ioan Papon. Arrestor. Curiæ. lib. 1. tit. 13. Arresto. 5. Sequitur Petr. Rebuff. in Compend. alien. rer. ecclesiastic. numer. 18. 19.*

22 Quando rei ecclesiasticæ facienda est † relocatio, primus conductor præferendus est, & primi conductoris hæres. *Ioan. Paponus. Arrestor. Curiæ. lib. 1. titul. 13. Arresto. 6. quem refert, & sequitur Petr. Rebuff. in Compend. Alienat. Rei ecclesiast. sub num. 62. Paul. AEmil. Verall. in decision. 230. parte 1. Vincent. de Franchis in decision. Neapol. 123. per totam.*

23 Locatio rerum ecclesiæ locare solitarum † vt valeat omnino requiritur, vt in euidentem ecclesiæ vtilitatem cedat, vt Rotam Romanam pluries iudicasse scripsit *Vincent. Hondedeus in consil. 51. num. 61. vol. 1. & in Consil. 31. num. 19. Vol. 2. Andr. Facchin. controuers. iuris. lib. 10. cap. 98. vers. secundo notandum est.*

24 Extrauagans Ambitiosæ. † Pauli II. prohibens locationem bonorum ecclesiasticorum, vltra triennium, in aliquibus partibus vsu receptam non esse, & proinde probandus illius vsus dicit *Marcell. Cardin. Crescen. in decis. 150. incip. Prælatus iurans. sub tit. de iureiur. Ioan. Mohed. in decis. 219. & in decis. 240. tit. de locat. & cond. siue secundum nouissimam editionem. Mohed. in decis. 1. tit. de const. in decis. 8. de locat. & conduct. in decis. 1. tit. de Transact. de quo dixi in consil. 91. nu. 7. centur. 1.* Sed vsu receptam dicit *Did. ac. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 16. Alexand. de Neuo in consil. 30. Francisc. Becci. in consil. 91. Ioan. Paul. Thom. in decis. 139. Petr. de Benintend. in decis. Bonon. 13. Borgnin. Caualcan. in decision. Fiuizan. 43. num. 4. in decisio. 45. num. 27. volum. primo. Fab. de Anna in consil. 38. num. 1. Anton. Gamma in decision. Lusitan. 390. num. 2. Ioan. Baptista Costa. de facti scien. & ignor. centuria prima distinct. 91. num. 6.* Nisi dicamus primam opinionem procede-
25 re † quo ad excommunicationem, secundam vero in reliquis, *vt post Francisc. Sarmient. in tract. de Reddit. eccle. cap. 2. nu. 20. parte prima. voluit Andr. Facchin. Controuers. Iuris. lib. 10. cap 98.*

26 Quando prælatus per anticipatam † solutionem habitam moritur, successor non tenetur stare locationi, per notata ab *Innocent. & Panor. in cap. fin ne prælat. vic. suas. Bald. in l. defuncta. ff. de vsufr. super. quo in specie scripsit optime Petr. de Anchar. in consil. 116. Ioan. Baptista Costa de facti scient. & ignor. Centuria prima distinct. 91. nume. 3. Arnulphus Ruzeus de Iure Regalior. priuileg. 30. num. 9. quos sequitur Renat. Choppin. de Sacra Forens. Politia. lib. 3. tit. 7. Articul. 7.*

27 † Ex quibus dicunt Regem Galliæ, qui mortuo Prælato habet ius regaliorum, & est voluntarius episcopi ac Prælati successor, non tenetur stare locationi. *Arnulphus Ruzeus de iure regalior. Priuilegio. 30. num. 9. facit Bald. in l. si filiofamilias. §. fin. ff. Solut. matr.*

Sed tamen contrarium determinasse amplissimum ordinem pro conductore episcopalis Molen-
28 dini † Sancti Clodoaldi, mense Augusto. 1568. & alia vice æquitatis ratione attenta, prudenter, & vt decuit sanæ mentis Iurisconsultum, *scribit Renatus Choppin. de Sacra Politia Forensi. lib. 3. tit. 7. a ticul. 7.*

29 Conductor laicus † bonorum beneficij coram laico iudice conueniendus est. *Octauian. Cacher. in decis. Pedemontan. 31. in fin.*

ARGVMENTVM.

Primitiæ Abelis posthabitis Caini DEO placuerunt, quarum solutio sicut certa die præstanda subsequentibus annis per legem diuinam confirmata, ita determinata quantitas ab Ezechiele Propheta præscripta fuit. Quas si quis parochiali ecclesiæ, aut cui debeantur, per triennium soluerit, in futurum obligatus remanet, & nulla possidens bona semper exemptus censetur.

SVMMARIVM.

1 *DEVS sibi complacuit in recipiendis primitijs ab Abele.num.2.*
3 *Primitiæ, & primogenita dabantur ex lege veteri DEO. num.4.*
5 *Primitys soluendis dies stata erat, secunda Azymorum die, scilicet decima sexta primi mẽsis Nysan, siue Martij.nu.7.*
6 *Aliud opus Auctoris.*
7 *Apud Hebræos prima falx messis fiebat decima sexta die mensis Martij.*
8 *Quibus ex rebus primitię dabantur.*
9 *Primogenita hominum, bouium, ouium, caprarum, camelorum, equorum, & aliorum, quomodo permutabantur, vel redimebantur.*
10 *Quare primitiæ DEO dabantur?*
11 *Apud Romanos vinorum, frugumque primitię sacerdotibus dabantur.*
12 *Quantitas primitiarum quomodo erat taxata? num.13.*
14 *Corus quot modios caperet.*
Ephus quid? ibid.
Batus quid? ibid.
15 *Primitiæ liquidorum, quo pacto dabantur apud Hebræos?*
16 *Primitiæ debentur ecclesiæ parochiali, nisi consuetudo aliter seruet.*
17 *Primitiarum solutio triennalis, obligat in futurum.*
18 *Primitiæ personales sunt, non reales, vel mixtæ.*
19 *Nulla bona possidens, ad primitiarum solutionem nõ tenetur.*

TITVLVS XVII.

De Primitijs.

1 DEVS † Omnipotẽs sibi cõplacuit, quod Abel sibi obtulerit de primogenitis gregis suæ, & de adipe eorum. *Genesis c.4.* Est summe notandum, quod Cain obtulit quidem Domino † munera terræ, ad quæ non respexit, sed ad munera Abel, scripsit enim Hieronymus, in libro traditionũ Hebraicarum in Genesim, externo signo id cognitum, repẽte de cęlo igne misso, DEVM cremasse, & consumpsisse sacrificium Abel, intacta oblatione Cain relicta. Et proinde sapientissimus Historiæ scriptor Moses, prætulit Cain in generatione ordine Naturę seruato, in oblatione Primitiarum prætulit Abel, grati animi officium, virtutes patefaciens, quod ample tradidit Philo Iudęus, *in libr. de sacrificijs Abelis, & Cain.* Hinc pro æterna lege DEVS in manu Mosis tradidit *Exodi cap.22.* Primitias (inquit) tuas non
3 tardabis reddere, primogenitum † filiorum tuorũ dabis mihi, de bobus quoque, & ouibus similiter facies. Et iterum *cap.23.* primitias (inquit) frugum terrę tuæ deferes in domum Domini DEI tui, & pluries *cap.25. cap.34. cap.35.* Et Leuitici *cap.2. cap.7. cap.22. cap.23. cap.25.* & alibi pluries. Mandauit autem Dominus, vt Sacerdotibus illæ darentur, vt patet *Numeri cap.5.* Omnes (inquit)
4 Primitiæ, quas † offerunt filij Israel ad Sacerdotẽ pertinent. Et Deuteronomij. *cap.18.* inter alia, quæ dari præcipit sacerdotibus, primitias frumenti, vini, & olei, & lanarum partem ex ouium tonsione, & de his millies præcepta in Sacra Scriptura edocuit.

Meminisse autem oportet, statutum fuisse diem, qua primitię offerebantur, erat autem secunda dies
5 Azymorum, † cum Phase, siue Pascha fieret, decima quarta die primi Mensis Nysan, scilicet Martij, postmodum, qui sequebatur dies decimus quintus primus erat Azymorum, quo die passus est Do-
6 minus noster IESVS CHRISTVS † vt abunde probauimus in Apologia Catholica Italo idiomate conscripta aduersus sententiam Pilati Aquilæ repertam. Considera hoc pie lector (vt istud obiter dicam) magnum esse mysterium, vt primogenita, & primitiæ in veteri scriptura DEO eo tempore offerrentur, quo Dominus noster IESVS CHRISTVS primogenitus, (quem idcirco primitiæ appellat Paulus Apostolus *ad Corinthios 1.cap.15.* pro humani generis salute, se in sacrificium obtulit.

Secunda itaque die, quæ vt prædiximus, decima
7 sexta dies † Martij erat, qua prima vice Hebræi messi falcem ponebant, illasque primitias in DEI tẽplo offerebant. De ea re sic statutũ erat Leuitici *cap.23* Cum ingressi fueritis terrã, quã ego dabo vobis, &

messueritis segetem, feretis manipulos spicarum. primitias messis uestræ ad sacerdotem, qui eleuabit fasciculum coram Domino, vt acceptabile sit pro uobis. De quo ita Iosephus Antiquitatum Iudaicarum *lib.3.cap.10.* loquitur. Secunda Azymorum die, quæ est mensis huius decima sexta (& loquitur de mense Martio) frugibus demessis, & hactenus intactis, incipiunt frui, æquumq; rati D E V M huius ubertatis authorem per gratitudinem honorari, hordei primitias offerunt. Verum quia, vt diximus, primitiæ erant hominum, iumentorum, alio-
8 rumq; animalium immundorum, redimerentur, † bouium, ouium, & caprarum non item. De qua re deptione sic Dominus *Exodi.cap.13.* Omne autem Primogenitum hominis de filijs tuis pretio redimas. Cum autem dixisset ibi, primogenitum asini mutabis oue. Et *Exodi c.34.* De cunctis animantibus, tam de bobus, quam de ouibus meum erit, primogenitum asini redimes oue, sin autem, nec pretium pro eo dederis, occidetur, primogenitum filiorum tuorum redimes. Sed redemptio hominis illa est, quam statuit *Numeri.cap.18.* quicquid primum erumpit e Vulua cunctæ carnis, id offerunt domino siue ex hominibus, siue de pecoribus fuerit, tui iuris erit, ita duntaxat, vt pro hominis primogenito pretium accipias, & omne anima, quod immundum est, redimi facias, cuius redemptio erit post vnum mensem siclis argenti quinque, pondere san-
9 ctuarij, siclus † viginti obolos habet. Primogenitum autem bouis, & ouis, capræ non facias redimi, quia sanctificata sunt Domino. De hoc ritu ita meminit Philo Iudæus in lib. de Præmijs Magistratuũ & honoribus. Tertium (inquit) præmium sunt primogenita masculа ex omni genere terrestrium, quæ in vsum hominum veniunt, nam hæc iure diuino debentur sacerdotibus, ex armentis bouium, & ouium, caprarumq; gregibus, ipsi iuuenci, hirci, & arietes, quippe cibo puri, ac sacrificio. Pro equis vero, asinis, camelis, & similibus, æstimationis non iniquæ pretium. Et post pauca inquit. Ceterum ne filij primogeniti, sacratiq; disiungantur a parentibus, redimuntur, certa pecunia, tantidem pauper, ac diues, nullo respectu, uel dignitatis offerentium.

Primitiarum præstatio, vt D E O tanquã Domino, & auctori, ac largitori, ex oblatione illarum hõ-
10 norem debitum † exhibeamus, eiusq; ministris necessaria tradantur, vt a quibus spiritalia Sacramenta percipimus, temporalia nostra recipiantur. Sed heu dolendum est Christianæ Reipublicæ, cum vincamur ab ethnicis. Nam Franciscus Duarenus de sacris ecclesiæ Ministerijs lib.7.cap.2. inquit, ab Hebræis Romanos offerendarum primitiarum consuetudinem didicisse, dum Plinius *lib.18.cap.2.* dicit. Romanos vina frugesq; nouas non gustasse, priusq;
11 Sacerdotes † primitias libassent. Quod, & nobili Arresto Ioan. Paponus *lib.1.titul.12. Arresto.1.* cautum fuisse scribit. de hoc etiam lib. Fastorum secundo Ouidius inquit.

Farra tamen veteres iaciebant, farra metebant.
Primitias Cereri farra recepta dabant.

12 Quantitas † Primitiarũ erat maiori ex parte per leges Moysi datas taxata per ea, quæ supra retulimus, non sic apud iura canonum, quia maior pars dationis quo ad fruges voluntarie solui solita, verum ex quadraginta vnum, & minorem, qui soluit ex sexaginta vnum, vel quod consuetudine hactenus seruatum fuit, *voluit Nicol. Boer. in decis. Burdegal.236.nu.5. Sequitur Ioannes Paponus Arrestor. Curiæ.lib.1.tit.12. Arresto.1.* Sed voluntarias esse scribit *D. Thomas in 2. secundæ.q.86. artic.4. in fin.* Cuius opinionem sequutus Cardin. Puteus *in decis.169.num.2.3. lib.3.* concludit, quod Primitiæ quo ad substantiam, sunt de præcepto sicut decimæ, quo ad quantitatem pendent ex voluntate, *authoritate glos. & Ioan. de Turrecremat. in loco per ipsum allegato.*

Sed summè notandum est determinatam, & ta-
13 xatam † apparere Primitiarum solutionem apud Ezechielem *cap.45.* dum ibi dicitur. Et hæ sunt primitiæ, quas tolletis, sextam partem ephi de coro frumenti, & sextam partem ephi de coro hordei. Mensura quoque olei, batus olei, decima pars cori est, & decem bati corum faciunt, quia decem bati implent corum, & arietem vnum de grege ducẽtorum. Ex his supra narratis patet, quod quantum ad hominum primogenita, & immundorum animalium iam statutus est redimendis modus. Nunc autem apud Ezechielem, esse declaratam ouium quantitatem, nec non aridorum, & liquidorum mensuras, quia quod in libris Moysi declaratum non erat, illorum ambiguitas ab Ezechiele sublata est, vt sacerdotum petitionem cohi-
14 beret. Corus autẽ † triginta modios habet. Ephus autẽ & Batus æquales sunt, vt Ezecchiel inquit. Ex quibus colligitur, quod ex coro triginta modiorũ, ephus erit trium modiorum, & in liquentibus, batus trium mensurarum. Ex aridis itaq; primitiarum solutio frumenti, & hordei erit semimodius id est medius modius. Sic ex liquidis trium mensurarium bati erit media mensura. Qui si calculo re-
15 digantur, facient quod ex aridorum, & † liquidorum quantitate, pro quibuscunq; sexaginta, loco primitiarum dabatur vnum. Hæc subtilissime D. Hieronymus in Ezecchielem *dicto cap.45.* de istis mensuris post antiquiores agit nouissime Petrus Gregorius in Syntaxi Artis mirabilis *lib.15.cap.12.* licet alio modo loquatur Gulielmus Budæus de Asse *lib.5.* Cetera vero quo ad hũc punctum declaret ecclesia, & qui cupit de primitijs alia noscere videat Angelum Clauasium *in Summa. §. primitiæ. Frãcis. Duaren. de sacris eccles. Ministerijs. lib.7. cap.2. Petrum Rebuff. de decimis. q.1.nume.17. cum pluribus seq. Andr. Tiraquell. in Primogen. Præfation. nu.69. cum pluribus seq.* quo in loco abunde ex omni scriptorum, antiquitate primitiarum materiam egit, cuius vestigia nouissime sequuntur *Petr. Gregorius Syntagmate iuris vniuersi. lib.2. cap.19. Anastasius Germonius de sacror. immunit. lib.1. cap.14. Daniel Venatorius in Analysi Iuris Põtificij lib.3. c.30. ver. quid sunt primitiæ. Irenæus aduersus hæreses. li.*

4. cap.

4.capit.32.Ioan.Ferrar.Montan.in vsus Feud.lib.2. cap.3.vers.decimæ nunquid. Ioan.Papon.lib.1.titul. 12.Arresto primo.

16 Primitiæ, cõsuetudine secluſa † parochiali eccleſiæ ſoluendæ ſunt, maxime ſi ibi percipiuntur ſacramenta. *Cardinal.Puteus in deciſ.169.nu.1.lib.3.Anton.Faber in Codic.Fabrian.lib.1.tit.2.Definit.45. nu.12.23.vol.1.*

17 Triennalis præſtatio † Primitiarum inducit obligationem ſolutionis faciendæ in futurum. *Nicol. Boer.in deciſ.Burdegal.236.col fin.ſub nu.5.*

Primitiæ perſonales ſunt, non reales, aut mixtæ

18 † *Anton.Faber in Codice Fabrian.lib.1.titul.2. Defin.45.nu.26.vol.1.*

19 Qui nulla bona poſſidet † ad primitias aliquas non tenetur. *Anton.Faber in Codice Fabrian.lib.1. titul.2.Defin.45.nu.28.vol.1.*

ARGVMENTVM.

Eleemoſynæ, & oblationes quamuis ſint de præcepto, attamen excommunicatis, & non indigentibus illas præſtare prohibitum eſt. De proprijs igitur bonis, & quoties occaſio ſe offert, aut neceſſitas vrget, fieri debent, & Parochiani ſi ſolitas exoluere recuſant, a Rectore eccleſię compelli poſſunt. Pauperior autem inter pauperes erit præferendus.

SVMMARIVM.

1 *Oblationum ſeptem ſunt ſpecies, quæ deſcribuntur. num.2.3.4.5.6.7.*

8 *Oblatio, & Eleemoſyna, quadruplici ratione ſunt de præcepto.*

9 *Oblatio in piam cauſam DEO promittitur.*

10 *Oblatio teſtamento, vel donatione, ſit debita.*

11 *Oblatio, quæ ſit Rectori, vel ſuæ eccleſiæ, a quo ſacramenta recipiuntur, eſt ſubuentio ex cauſa neceſſitatis.*

12 *Nemo vnquam ſuis ſtipendijs militat.*

13 *Qui eccleſię aſſidet, ab eccleſia ſacramenta recipit.*

14 *Eleemoſyna ab omni peccato, & a morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras.*

15 *Peccata eleemoſynis redimuntur.*

16 *Orationes, & eleemoſynæ aſcendunt in conſpectũ DEI.*

17 *Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis.*

18 *Eleemoſynis, & fide purgantur peccata.*

19 *Oblationes, & eleemoſynæ, quando a parochianis rectori dari ſolitæ ſunt, poſſunt ad illas cogi.*

20 *Eleemoſynæ faciendæ ſunt ſaltem dominico die.*

21 *Condemnato per ſententiam ad erogandas eleemoſynas, ſi poſtea eſt in mora ſoluendi, poteſt dari commiſſarius ad illam diſtribuendam.*

22 *Oblationes, & eleemoſynæ, quæ fiunt imagini in aliquo muro depictæ, ſunt Rectoris illius, ſub cuius parochia ſita eſt.*

23 *Eleemoſyna excommunicato, & anathematizato danda non eſt Declara.num.24.*

25 *Apud Gallos in Senatu Pariſienſi, ſub pœna dupli, & quadrupli, mandatur debentibus eleemoſynam, vt ſatisfaciant.*

26 *Equites Sancti Ioannis Hieroſolymitani ad præſtandam eleemoſynam inopibus Trecenſibus tenẽtur.*

27 *Eleemoſyna eroganda pauperibus danda eſt pauperiori. Declara num.28.*

29 *Eleemoſyna de bonis alienis facienda non eſt.*

TITVLVS XVIII.

De oblationibus pijs, & eleemoſynis.

PRæfari neceſſe eſt in hoc titulo, quod oblationũ plures ſunt ſpecies. Prima eſt ob

1 latio, quam † facit poſſeſſor conuentus actione hypothecaria, offerendo creditori creditum, de qua dicetur in titulo, de iure offerendi.

2 Secunda oblatio eſt, dum ſit debiti depoſitum † ad purgandam moram, de qua dicemus in titulo, de Mora.

3 Tertia eſt oblatio, quæ fit † dum exhibetur pecunia ad liberationem pignoris de qua dicemus in titulo de Pignoribus & hypothecis & in titulo de Pignoratitia actione.

4 Quarta eſt oblatio † ad eximendum ſe ab vſuris, de qua dicendum in titulo, de vſuris.

5 Quinta eſt oblatio, quando † quis offert ſe, & bona alicui eccleſiæ, de qua dicendum eſt in titulo, de Religioſis domib.

6 Sexta eſt oblatio, quæ † fit in Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, de qua dicendum eſt in titulo, de Sacrificio Miſſæ.

7 Septima eſt oblatio eleemoſynæ, † quæ fit eccleſijs, vel pio loco, vel perſonis eccleſiaſticis, vel in cauſam piam, de qua nunc verba faciemus.

Quadruplici ex cauſa has oblationes, & eleemo-

8 ſynas de præcepto fieri, non dubium eſt, quarum † prima illa eſt, ſi fiat ex præcedenti conuentione, & hic potius reditus, ac cenſus dicitur. Secundo ob præcedentem deputationem, puta quis inter viuos vel in teſtamento eccleſiæ, vel alicui loco pio rem aliquam mobilem deputat. Tertio ob neceſſitatem quia forte traduntur aliqua territoria, vnde eccleſiæ miniſtri ſuſtententur. Quarto propter conſuetudinem, qua eccleſia colligere ſolita eſt a fidelibus aliquibus conſuetas aliquas oblationes, vt decreuit *D.Thomas in 2.Secũdæ.q.86.Articul.1.* Sed has non dici oblationes in his quatuor cauſis, ſed obligationes dixit *Ferdinandus Paez in Rep.c.Miſſas. nu.146.de conſecrat.diſtinct.1.*

9 Quo ad primam cauſam, data † cõuentione, nulli dubiũ, oblata omni iure deberi, cum ſint promiſſiones ex cauſa, & quod promittitur in piam cauſam,

ſam, Deo promittitur, *vt dicunt Iacob. de Rauen. Alberic. de Roſat. & Cyn. in l. illud. C. de ſacroſ. eccleſ.* Nam iuxta illud Dauid *Pſalm.* 124. Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. Et etiam lex ciuilis dicit. Pacta ſeruabo.

Secunda cauſa, & ſi a principio voluntaria ſit
10 † oblatio, teſtamento tamen vel donatione fit debita, & hinc reſultat legatorum piorũ, donationum, & cõtractuum materia, & idem reincidit, quia iſta eleemoſyna, ſiue oblatio ab initio uoluntaria eſt, ex poſt facto neceſſaria, vnde, nec iſta, nec prima oblatio appellabitur, ſed debita obligatio.

Tertia cauſa huic titulo congruit, quia ſubuenire
11 eccleſię, vel illius rectori, a quo ſacramenta † eccleſiæ recipiuntur, in neceſſario caſu indigentiæ, ad illius ſubuentionem omni iure conuenit, & debetur, quaſi uictus, & alimentorum loco. In hoc ſubſiſtendo aliquantulum, dico quod Chriſtianæ religioni noſtræ cõgruit, Politiam iſtam tã optime a IESV CHRISTO Domino ordinatam, eccleſiaſticorum Sacramẽtorum adminiſtrationem, illorumq; exhibitionem continentem, pie ac ſolenniter offerre. Populos vero ſimiliter, ne ingratitudinis macula, aut impietate arguantur, & templa decenti ornatu conſtruere, ſolenni decore fouere, miniſtroſq; illorum in neceſſitatibus ſuccurrere, breui ſermonis apparatu decreuit Apoſtolus Paulus, qui 1. *ad Co-*
12 *rinthios. cap.* 9. quis (inquit) militat † ſuis ſtipendijs unquam? Quis plantauit uineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis nõ manducat? Numquid ſecundum hominem hoc dico, an & lex hoc non dicit? Scriptum eſt etiam in lege Moyſi. Non ligabis os boui trituranti. Nũquid de bobus cura eſt DEO? Nam propter nos vtiq; ſcripta ſunt, quoniam debet in ſpe, qui arat, arare, & qui triturat in ſpe fructus percipiendi. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus? Et poſt pauca idem Apoſtolus inquit, Neſcitis, quia qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt? Et qui altari deſeruiunt, cum altari participent? Ita Dominus ordinauit his, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. Hæc Paulus. De hoc ſimiliter Clemens Romanus Conſtitutionum Apoſtolicarum.
13 *lib. 2. cap.* 29. dixit, oportet enim eos, † qui eccleſiæ aſſident, ali de eccleſia. Hinc Tobias laudatur, quod diuidebat cuique prout poterat de facultatibus ſuis, eſurientes alebat, nudiſque veſtimenta præbebat, vt habetur *Tobiæ cap.* 1. Vnde inſtruebat Tobiã filium dicens. Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & noli auertere faciẽ tuã ab vllo paupere, ita enim fiet, vt nec a te auertatur facies Domini, quomodo potueris, ita eſto miſericors; ſi multum tibi fuerit, abundanter tribue, ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum impartiri ſtude. Præmium enim bonum tibi theſaurizas die neceſſitatis, quoniam eleemoſy-
14 na ab omni peccato, & a morte liberat, † & non patietur animam ire in tenebras, *vt habetur Tobiæ cap.* 4. Præceptum dedit Eccleſiaſticus *cap.* 7. Exorare (inquit) & facere eleemoſynam, ne deſpicias. Et
15 Daniel *c.* 4. Peccata tua eleemoſynis † redime. Qui eleemoſynam vltra ſuas uires offerret, videretur mihi illum optime ſupererogationis officium præſtare, ſi bona voluntate id faceret, quia, vt diximus ex Tobia, facultatum habita conſideratione, & ſuę neceſſitatis conſideratio facienda eſt, quod & Lucas *cap.* 11. tradidit dicens, veruntamen, quod ſupereſt date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Fideles autem ad res ſuas eccleſiæ dandas circumueniendi non ſunt, oblatio namq; ſpontanea eſſe debet, iuxta illud, quod ait ſcriptura apud Dauid *Pſalm.* 53. voluntarie ſacrificabo tibi. Hinc Exodi *cap.* 36. dicitur, omnis populus mente deuota obtulerunt donaria Domino. Et Iuſtinus Martyr *in Apologia.* 2. pro Chriſtianis ad Antoninum Piũ inquit, quibus copiæ ſuppetunt, hi ſi volunt, ſuo quiſq; arbitratu, quod vult, largitur, quodq; colligitur, & cogitur, apud eum, qui præeſt, reponitur, iſque pupillis, & viduis, iiſque, quos morbus, aliaue cauſa inopes fecit, & illis, qui in vinculis ſunt, & hoſpitibus, omninoq; omnibus, qui aliqua indigentia præmuntur, ſubuenit. Hinc Lucas *Actorum cap.* 10. loquitur de Cornelio Centurione, qui ſæpe eleemoſynis ſe exercebat, quia apparuit illi Angelus in domo ſua ingreſſus, & ei dixit, Orationes
16 † tuæ, & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriã in conſpectu DEI. Vſuram exigit a DEO eleemoſynas faciens, de hoc Salomon Prouerb. *cap.* 19. Fæneratur Domino, qui miſeretur pauperis, & vi-
17 ciſſitudinem † ſuam reddit ei. Et Beatus Clemens Romanus Conſtitutionum Apoſtolicarum *lib.* 7. *cap.* 13. inquit, Eleemoſynis enim, & fide purgantur
18 peccata, noli † dubitare in erogando in pauperes, nec cum das murmurato, cognoſcet enim quiſnam is ſit ille, qui prẽmia tribuit. Tangit e noſtris hoc Renatus Choppinus *Monaſticon. lib. 2. titul. 3. arti. 6. in fin.* Sed non præteream inducere illum, qui vtinam ſic omnia dixiſſet, Ioannem Bodinum de Republica. *lib. 6. cap.* 2. dicentem, certe quidem religionis, ac ſapientiæ Principes illi veteres Hebræi, hanc diſciplinam a Sanctiſsimis Prophetis acceptam, poſteritati tradiderunt, cum dicerent, diuitiarum munimentum omnium maximum, ac firmiſsimum eſſe, eleemoſynam, ac benignitatem aduerſus egentes. Ad quæ notãda ſunt quæ ſtatuit Concilium Tridentinum *ſeſſione.* 21. *cap.* 4. *Et nouiſſime Rutilius Benzonus de Fuga. lib.* 2. *q.* 2. *artic.* 2. *verſic. Decima tertia concluſio.*

Quarta cauſa, quando oblationes, vel eleemoſy-
19 nę dari ſolitæ ſunt, cogi poſſe parochianos † ad illas præſtandas, *poſt D. Thomam, Goffred. de Trano. Panor. Ant. de Butrio. Alexand. Cardin. Marian. Socin. Anton. Florentin. Troilum Maluet. voluit Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedemontan.* 99 *nu.* 17. 20. *quem ſequitur Ioan. Petr. Surdus de Aliment. tit.* 1. *q.* 60. *nu.* 7. 8. Declarans id procedere, quando oblationis voluntarium fuerit initium, non autem violentum, *ex Abbate Panor. in c. ad apoſtolicam. extra, de ſimon.* Hinc Rectori eccleſiæ condemnati fuere

paro-

parochiani ad soluendam certam quãtitatis grani oblationem, quam soluere soliti erant, *vt apud eundem Octauian. Cacher. in dicta decis. Pedem. 99. in fi. Francis. Marc. in decis. Delph. 213. nu. 2. vol. 2. quod eleemosynę dari solitæ, perpetuo debentur.*

Oblationes ecclesiæ faciendas saltem Domini-
20 co † die, *tenuit Glos. in c. omnis Christianus de consecrat. distinct. 1. & alibi. Hostien. in summa de Paroch. §. 2. Lapus in Allegation. 57.* Et pręcepti esse, non cõsilij ex illo Exodi cap. 24. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Quam sequitur *Ludo. Roman. in consil. 344. num. 2. cum pluribus seq.*

Contrariam sententiam, die Dominico non obligari ad faciendas oblationes de necessitate præcepti, sed consilij esse, non solum diebus Dominicis, sed alijs omnibus *voluerunt D. Thomas. in dicto articul. 1. Anton. Florent. in Summa Parte. 3. titul. 12. cap. 11. Gabriel. Biel. in Canone Missæ. Lection. 16. Collectarius in c. 2. nu. 2. extr. de Paroch. Ioan. de Anan. in c. suam. num. 3. & ibi Felin. nu. 3. de Simon. Angel. de Clauas. in summa. §. oblatio. in fin. Dominicus de Soto, de iustitia & iure. lib. 9. q. 1. articul. 1. col. 4. quos, & alios referens sequitur Ferdinand. Paez. in dicta. rep. c. Missas. numer. 145. de consecrat. distin. 1. vbi late.*

Qui per sententiam succubuit ad faciendam eleemosynam, si est in mora soluendi, fraude, vel do-
21 lo, deputatur † commissarius ad illam distribuendam, *vt dicit Ioan. Papon. Arrestor. Curiæ lib 20. titul. 6. Arresto. 6.* Quod in hoc Regno faciunt commissarij expediri soliti ab officio Reuerendæ Fabricæ Apostolicæ.

22 Oblationes, quæ factæ sunt alicui † imagini in muro pictæ, vel affixæ, sunt ecclesiæ parochialis, in qua sunt de pictæ, illiusq; Rectoris, *vt post Ioan. Andr. & Hostiens. in c. pastoralis de his, quæ fiunt a prælat. voluit Cappell. Tholosan. in decisio. 482. quod, & voluit Abb. Panor. in c. dilectus. sub numer. 4. extra de offic. ordin. Cardin. in clem. 1. q. 6. de supplen. negli. prælat. Troilus Maluetius in Tract. Oblationum. Dubit. 4. col. 6. Petrus Rauen. in sing. incip. oblationes quæ fiunt. num. 468. Michael. Timothe. in Praxi Visitand. lib. 2. cap. 27. Paul. Fuscus de visitat. lib. 1. cap. 24. nu. 12.*

Eleemosyna excommunicato, & anathematiza-
23 to, † danda non est, *ex gloss. in c. quam pio. 1. q. 2. voluit Francisc. Marc. in decis. Delphinal. 884. numer. 14. vol. 2. gloss. alia in c. non omnis. 5. q. 5. Surdus de Alimentis, titul. 7. q. 2. nu. 12.*

24 Declara filium posse dare † patri excommunicato alimenta. *c. inter alia. extra de sentent. excõmun. Voluit Petr. Duen. in Regul. 68. sub num. 10.* vbi dicit, hoc procedere etiam si iuste sit excommunicatus, quem sequitur *Surdus in Tract. de Aliment. tit. 1. q. 19. nu. 12. cum pluribus seq.* vbi dicit pietatis, & humanitatis causa id fieri posse, & eleemosynam dari tamen in magna necessitate constituto, & sic non solũ in patre, sed in alijs etiam procedit. Secus ego dicerem, si excommunicatus non curaret se ab excommunicatione absolui, & perseueraret, cum in sua facultate existat se eximere ab excommunicatione. *Gloss. Ioan. Andr. in c. pastoralis. §. verum, vbi Panor. nu. 16. decis. nu. 9. de Appellat.*

25 Apud supremũ Parisiensem † senatum, qui sunt morosi ad soluendam quotam eleemosynæ pauperibus debitæ, iussi sunt satisfacere sub pœna dupli, & quadrupli, die 7. Augusti. 1577. *vt testatur Renatus Choppinus Monasticon lib. 2. titul. 3. articulo 6. in Margine.*

Et nouissime equites Sancti Ioannis Hierosolymitani, qui immunes se esse ab oneribus Cleri Gallici, profitentur vltro damnari se passi sunt ad elee-
26 mosynam publicam Trecensium † inopum ob alimoniam, vitæq; subsidium per eundem amplissimũ ordinem lato Arresto die 5. Maij 1598. *vt scribit idem Choppin. Monasticon lib. 2. titul. 3. articul. 6. in fin.* citra tamen illius ordinis, ac religionis priuilegiorum præiudicium.

27 Eleemosyna eroganda pauperibus, † danda est pauperiori, *ex opinione Philipp. Franc. in c. constitutis. el 2. sol. 1. de Appell. arg c. non satis. 19. distinct. nolunt post alios Alexand. Raudens. in decis. Pisan. 33. num. 60.*

28 Contrarium quod immo sufficiat † distributorem eligere pauperem, nõ habita distinctione quis sit pauperior. *Bald. in l. 1. sub nu. 31. C. de sacrosanct. eccles. & in l. id quod pauperibus. nume. 34. C. de episcop. & cleric. Marc. Anton. Natta in consil. 537. num. 22. vol. 3. idem Alex. Raudens. in decisio. Pisana. 37. num. 290. Cornel. Benicas. de Priuileg. Paupertat. q. 4. num. 50.*

29 Non debet tamen eleemosyna fieri † de bonis alienis, furti enim species est de alieno Largiri, cũ teneatur domino restituere. *Sebastian. Medices in summa Decreti 14. q. 6. articul. 2. nouissime Ioan. Bonifac. in Tract. de Furtis. §. Animo lucri faciendi. nume. 23.*

ARGVMENTVM.

Decimæ, quæ de decem partibus vna vocatur, solutio in iure diuino radicata, & postmodum iure canonico, & consuetudine introducta fuit, & debetur de omnibus fructibus, etiam bonorũ, vt in Regno Neapolitano, feudalium, sine aliqua sumptuum, operarumue detractione, nisi quis ab illius præstatione vel propter priuilegium, quod nullus sæculariũ Principum, sed solus Romanus Pontifex concedit, nec ad colonos partiarios extendi tur, vel ob paupertatem, vel propter rei naturam, vel per præscriptionem centenariam, approbatam tamen a Papa, sic liberatus. Sicut ergo decimæ tribuuntur ecclesijs, earum Rectoribus, & personis

ecclesia-

ecclesiasticis, ita earum cognitio ad sæculares iudices non spectat, nec etiam super illis in laicos arbitratores compromittitur, quâuis contrarium in fructibus decimarum obseruetur, & in aliquos Regnis a Regijs Consiliarijs decimarum causæ discutiantur, in quibus de plano, sine strepitu, & schemate iudicij proceditur, vt lis quam celerrime terminetur.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ de Iure Diuino debentur. & nume. 2. & 3.*
4 *Decimæ debentur de omni fructu.*
5 *Decimæ debentur de bonis Feudalibus præsertim in Regno Neapolitano.*
6 *Decimæ, quæ fiunt intra fines parochiæ debentur ecclesiæ parochiali, & illius Rectori. & numero 7.8. & 9.*
10 *Semen, sumptus, & expensæ ex decimis non extrahũtur. nu. 11. & 12.*
13 *Causa decimarum est spiritualis, & Ecclesiastica. vide numer. 15.16.17.18.19.20.21.22.23.24. 25. & 26.*
14 *Decimarum causa an in arbitros laicos compromittatur.*
16 *Decimarum causa super facto consistens a laico iudice cognoscitur.*
17 *Decimarum causa, quando illarum infeudatio laico facta esset, a laico iudice cognoscitur.*
18 *De causa decimarum quo ad possessorium a laico iudice cognoscitur, non de petitorio.*
19 *De fructibus decimarum laicus iudex cognoscit.*
20 *In Regno Neapolitano Decimarum causa a Regijs Magistratibus cognoscitur. & numero 22. 23. 24. & 25.*
25 *Napodanus Sebastianus Iurisconsultus quo tempore fuerit mortuus.*
26 *In Gallia similiter decimarum causa cognoscitur ab officialibus Regis.*
27 *Decimę præteriti temporis non petitæ an debeantur? nu. 28.29.30.*
29 *Decimæ asportari debent sacerdotibus, sumptibus debitorum. nu. 73.*
31 *Priuilegium non soluendi decimas, an prosit colonis? nu. 65.76.*
32 *Clericus maior quatuordecim annorum esse potest in iudicio ad agendas causas beneficiales.*
33 *In causis decimarum, electionum, & similium proceditur de plano, sine strepitu, & figura iudicij.*
34 *Priuilegium non soluendi decimas, intelligitur de extraordinarijs.*
35 *Agens possessorio decimarum, & probans in vna specie, ad illam solam restituitur.*
36 *Laici capaces erant decimarum ante Lateranense Concilium. nu. 37.*
37 *Non apparente scriptura inuestiturę decimarum, quod fuerit ante Cõcilium Lateranense, præsumetur ante, si probetur tempus, quo hominum memoria non existit. nu. 39. & 40.*
38 *Lateranense Concilium quo tempore fuerit.*
40 *Priuilegio Apostolico, etiam nunc post Cõcilium Lateranense posset quis decimis inuestiri. num. 41. Declara debere priuilegium expresse Concilio Lateranensi derogare nu. 42.44.*
43 *Decimarum fructus ex causa ad vitam concedi possunt & non in feudum.*
45 *Consuetudo percipiendi decimas sufficit, si probetur per annos septuaginta.*
46 *Decima dicitur de decem partibus vna.*
47 *Præscriptio centum annorum requiritur in decimis. nu. 55.56.*
48 *Decima, quæ debetur de animalibus, debetur post lactationem.*
49 *Laici ecclesiasticas decimas quando præscribere possint. nu. 50.51.52.*
53 *Decima si non præscribitur tota, præscribitur quota. nu. 54.55.56.*
57 *Priuilegium Guadalupæ quo ad decimas.*
58 *Spolio decimarum agens debet probare titulum saltem coloratum.*
59 *Vicarius perpetuus ecclesiæ, an decimas petere possit? num. 60.*
61 *Rectores, non autem episcopi super decimis habent intentionem fundatam, nisi super quarta.*
62 *Consuetudini statur in solutione decimarum ex fructibus collectis in territorio alieno.*
63 *Onus soluendi decimam reale est, & possessorem sequitur.*
64 *Decima proprietario, non conductori spectat.*
65 *Priuilegium exemptionis decimarum alicui ecclesiæ vel ordini concessum, non extenditur ad eorum colonos partiarios.*
66 *Priuilegiũ decimarum concessarum Hispaniæ Regibus a Summis Pontificibus.*
67 *A sentẽtia condẽnationis decimarum an appelletur declara. nu. 68.69.70.71.*
72 *Consuetudo, quod de aliquibus rebus non soluatur decima, puta de caseo, lana, vel alijs, attenditur.*
74 *Transactio super perceptione decimarum fieri potest non autem quo ad ius decimandi.*
75 *Decima prius soluenda ab emphyteuta, & poste a pensio emphyteusis.*
76 *Priuilegium non soluendi decimas concessum militibus Templarijs, Hospitalarijs, & Hierosolymitanis vt de eorum possessionibus decimæ non soluantur, non extenditur, ad colonos, & conductores.*
77 *Ex decimarum solutione, quæ bona proueniant.*
78 *Decimarum exactor prohibere potest, ne fructus efferantur, nisi soluta prius decima, vel præsente eius nuncio, vel apponat custodes ad excludendas fraudes.*
79 *Decimarum exactio causam habet continuã. & semper exigi potest.*
80 *Animæ illorum, qui decimas nõ soluerunt, quia non fuerunt petitæ, non sunt in via damnationis.*

81 *Nemo a ſolutione decimarum exemptionem prætendere poteſt.*

82 *Decimarum quota, ſi incerta eſt, ſecundum proximiora loca decernenda eſt.*

83 *Quando paupertas excuſet a decimarum ſolutione.*

84 *Priuilegium immunitatis non ſoluendi Decimas ex iuſta, & rationabili cauſa, ſolus Summus Pontifex concedit.*

85 *Imperator, alijque Principes ſæculares priuilegium non ſoluendi decimas, concedere nequeunt.*

86 *Si prætenditur pro decima Vigeſimam de aliquibus fructibus, & pro alijs trigeſimam deberi, interim ſoluet Vigeſimam.*

87 *Iudex ſolui debet facere decimam quo ad quotam ſciens illam, quia tunc iuris formam non ſequitur.*

88 *Decimæ conceſſę in feudum ante Concilium Lateranenſe, reuerſæ ad eccleſiam, non poſſunt iterum infeudari laicis. Declara. nu. 89. 90. 91. 92.*

93 *Decimæ noualium debętur Parocho cum habeat fundatam intentionem. Declara. nu. 94.*

95 *Decimæ perſonales ſoluuntur in fine anni. nu. 96.*

97 *Decimæ obligari extraneo nequeunt. nu. 98. 99.*

100 *Omnes, qui percipiunt decimas tenentur ad erectionem, & reparationem eccleſiæ.*

101 *Quarta pars decimarum pro congrua portione.*

102 *Si debetur decima de fundo, debetur etiam de fructibus arborum, quæ poſtea plantarentur in illo.*

103 *Decimę prima pars epiſcopo, ſecunda clericis, tertia pauperibus, quarta eccleſiæ pro reparatione debetur.*

104 *Penſionarius, qui ex fructibus quotam non habet ad decimas, & dona gratuita non tenetur.*

TITVLVS XIX.

De Decimis.

1 DEcimas deberi de Iure Diuino † pluſquam notum eſt. *Rota in Antiq. in deciſ. 25. incip. Nota, quod vbi petuntur.* Sed collige breuiter Decimarum faſciculum ex locis ſacrę Scripturæ, quibus apparet, Iure Diuino illas deberi. *Geneſ. cap. 14. cap. 28. Exodi. cap. 22. Deuteronom. cap. 12. cap. 14. cap. 26. Leuitici c. 27. Numeri. cap. 17. lib. 1. Regum. cap. 8. lib. 2. Paralipom. cap. 31. lib. 2. Eſdrę. cap. 10. cap. 12. cap. 13. Thobiæ. cap. 1. Eccleſiaſtici. cap. 35. Ezecchiel. cap. 20. Amos. cap. 4. Malachiæ. cap. 3. Eſaię. cap. 6. Macchabeor. lib. 1. cap. 3. cap. 10. cap. 11. Matthæi. cap. 23. Lucæ. cap. 11. c. 18. Apoſtolus Paulus ab Hebræos. cap. 7. Petr. Belluga in Specu. Princip. rub. 13. §. Tractemus. vbi ego dixi allegans Gloſſ. Archidiacon. Anch. Franc. Aretin. Dominic. Philip. Franc. Ioan. Andr. Cardin. Rotam. Alexand. Sotum. Capram. Cucchum. Rebuff. Burſat. Menoch. Ioſeph. Ludouic. Marſil. Column. & meam opinionem ſequitur. & retulit Petrus Cenedo. Collectan. Iuris Canonici. parte 1. Collectaneo. 66. num. 1. Dixi plene in conſil. 20. nu. 14. cum pluribus ſeq. centur. 1. & de compromiſſ. §. 2. gloſſ. 1. num. 314. Quam meam opinionem nouiſſime refert Hieron. Cę uallos Practicar. opin. commun. contra. communem. q. 437. in prin. vol. 1. Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuerſ. lib. 2. cap. 21. Franciſc. Gratian. in compendio iuris Canonici. diſtinct. 3. Ioannes Paulus Lancellot. Inſtituti. Canonicar. lib. 2. titul. de decim. Martinus Meſnartius in Epitome leg. Pontifical. lib. 3. titul. 30. Matth. de Afflict. in Conſt. Regni. Quanto ceteris. nu. 7. 8. 9. 10. vbi ample hanc partem tuetur. vbi etiam Petr. Foller. nu. 22. Daniel Venatorius in Analyſi Iuris Pontificij. lib. 3. titu. 30. §. Quæ cauſa efficiens. Anton. Capic. in deciſio. Neapol. 20. num. 5. Franciſc. Marc. in deciſion. Delphin. 198. nu. 1. vol. 2. Anaſtaſ. Germon. de ſacror. Immun. lib. 3. cap. 19. num. 1. 2. cum pluribus ſeq. Angel. Gambilion. in conſil. 29. num. 1. Paul. Gryſald. deciſion. Catholicar. §. decima. Ioſephus Lud. in deciſion. Peruſin. 106. num. 33. nouiſſime. Nicolaus Reuſner. in deciſi. 2. num. 4. lib. 4. Ioan. Ferrar. Montan. in vſus Feudor. lib. 2. cap. 3. col. 8. verſ. decimæ numquid. Anton. Scappus de iure non ſcripto. lib. 1. cap. 53. num. 3.*

2 Contrarium vero, quod decima † non ſit de iure diuino, ſed iure humano, & Pontificio, tenuere *D. Thom. in 2. ſecundę. q. 87. Articul. 1. & ibidem Thom. de Vio Caiet. & Ioan. de Turrecremat. in c. reuertimini. 16. q. 1. Antoni. Florentin. in ſumma parte 2. titul. 4. c. 3. §. 5. Sylueſter. Prierius. in Summa, in verb. decima. q. 3. Ioan. Maior. in 3. diſt. 37. q. 36. Alexan. de Aleſ. in 3. part. Summæ. q. 37. Membro. 6. Articul. 2. Alfonſus de caſtro aduerſus Hęreſes. in verb. decima. Didac. Couar. Variar. reſolut. lib. 1. cap. 17. num. 2. Petr. Rebuff. in Tract. de decim. q. 1. num. 2. Dominic. de Soto de iuſtitia, & iure. lib. 6 q. 4. Articul. 1. & Articul. 3. Ioan. Guttierez lib. 2. quæſtiõ. Canonicar. cap. 21. nn. 1. 7. quos refert, & ſequitur. Hieron. Cæuallos practicar. opin. commun. contra commun. quæſt. 437.*

Sed prima opinio eſt vera, & ab ea non eſt recedendum, cum authoritatibus veteris, ac nouæ ſcri-
3 pturæ † non poſſit dari reſponſum, niſi per cauillationem non ſubſiſtentem, ſed ipſi veritati contrarium, & Summorum Põtificum, ac aliorum doctorum authoritatibus in prima opinione deſcriptis, & tenuit Sebaſtianus Medices *in Summa Decreti. 26. q. 1. articulo 4.*

4 Decimæ debentur de omni † fructu. *Ioan. Mohedan. in deciſion. 69.* De prouentibus molendinorum, fæno, lana, piſcationibus, apibus, vino, frumento, oleo, caſtaneis, nucibus, amygdalis, hordeo, ſiligine, ſpelta, Fabis, leguminibus, canape, lino, animalibus, palea, etiam milio, caulibus, lupinis, venationibus, croco, lignis, pretio lapidicinarũ, argẽti fodinis, ac metalli, vt late dixi *in conſil. 20. num. 1. vſque ad nume. 14. Centur. 1. Franciſc. Marc. in deciſion. Delphinal. 531. num. 1. 2. 3. vol. 1. Cardinal. Puteus in deciſion. 100. per totam. lib. 1. & Franciſc. Cantuccius in deciſion. Nouiſſ. Roman. 17. numero 10. 11. Parte prima, vol. primo. Plene Nicolaus Reuſnerus in deciſion. 2. num. 45. 46. 47. 48. 49. 50. lib. 4. Bartol. Bellencin. de charitat. ſubſid. q. 77. num. 2. & q. 79. num. 2.*

5 Amplia deberi decimas, etiam † de bonis feudalibus, præſertim in hoc Regno Neapolitano, proprijs eiuſdem Regni iuribus, de quibus *Matth. de Afflict. in conſt. Regni. quanto ceteris. num. 41. cum pluribus ſeqq. Neapodan. Sebaſtian. in c. Regni. Item ſtatuimus. & in c. officiales. & vtrobiq; Ioan. Anton. de Nigris. faciunt, quæ ſcribit Reſtaur. Caſtaldus de Imperatore. q. 116. Cardinal. Pariſius in conſil. 101. num. 20. vol. 1. faciunt quæ ſcribit Guido Pap. in deciſion. Delphin. 266. num. 1. dum neq; Imperatorem, aut alium Principem immunes eſſe cenſuit Rebuffus in Tract. de decimis. q 8. num. 27. Matthæus in d. deciſ. Guid. Pap. 266.*

6 Decimæ, quæ fiunt intra fines † parochiæ, debentur eccleſiæ parochiali, ſiue eius rectori, *vt arg. cap. cum contingat. de decim. Franciſc. Marc. in deciſion. Delphin. 17. num. 1. vol. 1. Petr. Rebuff. in Tract. de decimis. q. 6. num. 19. Card. Pariſi. in conſil 73. num. 1. vol. 4. Anton. Capic. in deciſion. Neapol. 20. num. 1. cum pluribus ſeq. Cardinal. Puteus. in deciſion. 154. num. 1. 4. 6. 8. in deciſion. 341. nume. 2. lib. 1. Paul. AEmil. Verall. in deciſion. 353. num. 3 parte 2. in deciſion. 306. nume. 3. parte 3. Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 1. titul. 3. Defin. 21. nume. 3. vol. 1. Ioſephus Ludouic. in deciſion. Perus. 72. numero 3. 9. 10. Franciſc. Cantucc. in deciſion. Roman. nouiſſ. 31. nu. 1. 4. 5. in deciſion. 163. nu. 1. parte 2. vol. 2. Anton. Auguſtin. in deciſion. nouiſſ. Roman. 1592. lib. 3. vol. 3. Nicolaus Reuſner. in deciſion. 2. num. 32. lib. 4. Gomeſius Leo. in deciſion. 77. Antonius Scappus de iure non ſcripto. lib. 1. cap. 53. num. 13. cum ſeq.*

7 Declara † ſupradictam concluſionem procedere intuitu eccleſiarum Parochialium, *vt dicit Paul. AEmil. Veral. in deciſ. 306. nu. 3. 4. parte 3.*

8 Declara etiam † ſecus eſſe, ſi eſſet conſuetudo ſoluendi decimas in aliena parochia, *vt dicit Cardinal. Puteus in deciſion. 154. nume. 8. lib. 1. Franciſc. Cantucc. in deciſion. nouiſſ. Roman. 163. par. 2. vol. 2. Antonio Scappus de iure non ſcripto. lib. 1. capit. 53. num. 13. cum duobus ſeq. dicens, ſufficere curſum decem annorum.*

9 Declara ſimiliter † ſecus eſſe, ſi conſtat, decimas ab alijs fuiſſe perceptas. *Anton. Auguſtin. in deciſion. Nouiſſima Roman. 1592. lib. 3. vol. 3.*

10 Ex decimis, nec ſemen, neque expenſę, nec † ſumptus deduci debent, ſed integræ ſoluendæ ſunt, nulla ſumptuum, aut expenſarum ratione habita, *Anton. Capic. in deciſion. Neapol. 23. Ioan. Papon. lib. 1. titul. 12. Arreſto. 12. Franciſc. Marc. in deciſion. Delphinal. 198. num. 1. vol. 2. Cardin. Puteus in deciſ. 100. num. 1. 2. lib. 1. Matth. de Afflict. in Conſtit. Regni. Quanto Ceteris. ſub num. 18. 19. vbi Foller. num. 34. Ioan. Vincent. de Anna in Allegation. 94. ſub nume. 11. Bartol. de Caſſan. in Conſuetud. Burgund. Rub. 3. §. 1. in verb. faire les fuciels ſiens. num. 3. Ioan. Anton. de Nigris. in cap. Regni. Volumus. ſub nume. 3. Barthol. Bellencin. de charitat. ſubſid. q. 69. nume. 1. Franciſc. Viui. in deciſion. 4. num. 1. 14. 15. 20.*

11 Limita non procedere † in rebus non germinantibus, vt in expenſis, quæ fiunt in *confectione Sacchari*, qui deducuntur, *vt per Cardinal. Puteum. in deciſ. 100. in fin. lib. 1.*

12 Limita ſecundo, non procedere in decimis † perſonalibus, in quibus deducuntur expenſæ, *Franciſc. Vtuius in deciſion. 4. numer. 21. cum pluribus ſeq.*

13 Cauſa decimarum eſt † ſpiritualis, & eccleſiaſtica, & ab eccleſiaſtico, & ſpirituali iudice cognoſcitur. *argu. cap. tua. extra. de decim. Clement. diſpendio ſam. de iudic. gloſ. in c. ex tenore. de for. compet. Ita iudicatum refert Ioan. Papon. lib. 1. titul. 4. Arreſto. 1. & titul. 12. Arreſto. 8. Belluga in Specul. princip. Rub. 13. §. Reſtat. nu. 1. cum pluribus ſeq. vbi ego dixi, in verb. eccleſiæ. poſt. Federic. de Senis. Calderin. Comens. Fulgoſ. & Felin. & nouiſſime Anaſtaſ. Germon. de Sacror. Immunitatib. lib. 3. cap. 19. nu. 84. cum pluribus ſeq. Ioan. Lucius Placitor. Curiæ lib. 2. titul. 1. Placito 2. Marc. Anton. Natta in conſil. 561. num. 3. vol. 3. tres deciſiones refert Renatus Choppin. Monaſticon. lib. 2. titu. 1. Articul. 17. Ioachim. Mynſinger. Obſeruat. 100. Centur. 1. Nicol. Reuſner. in deciſio. 2. nu. 41. lib. 4.*

14 Amplia ſupradictam † concluſionem, vt nec in arbitros laicus compromitti poſſit cauſa decimarum, *vt dixi late de compromiſſ. §. 2. gloſſ. 1. nu. 314. cum pluribus ſeq. vbi etiam dixi, quid in arbitratore. & iterum dixi ad* Bellugam *in Specul. princip. Rub. 13. §. Reſtat. in verb. Eccleſiæ.*

15 Declara primam † concluſionem procedere, quãdo quis prętenderet non teneri ad ſolutionem decimarum ex priuilegio, compoſitione, vel alio modo, vt tunc eccleſiaſticus ſit iudex competens, vt poſt alios Canoniſtas ſcribit *Petr. Belluga in dicto Specul. princip. Rubric. 13. §. Reſtat. ſub num. 1.*

16 Declara ſecundo non procedere † concluſionem, quando quæſtio decimarum eſſet ſuper facto, tunc enim iudex ſæcularis, & laicus de illa cognoſcere debet, *ex Federico de Senis in conſil. 145. in fin. dicit Belluga in loco allegato. numer. 4. Petr. Rebuff. in Tract. de decimis. q. 10. numer. 3. 4. Napodan. Sebaſtian. in capit. item ſtatuimus, quod comites. numer. 5. Ioan. Anton. de Nigris. ibidem. ſub nume. 9. Andr. Gail. Practicar. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 38. nume. 3. 4. Idem Niger in capit. Regni. Volumus. numer. 29.*

17 Declara tertio, Iudicem † laicum eſſe iudicem competentem decimarum, quando decima peteretur a laico vigore in feudationis ſibi factæ, *vt conſuluit Raph. Comens. in conſil. 83. incip. cauſa decimalis. col. 1. quem ſequitur Ioan. Franciſc. Balbus in tract. Præſcription. 1. parte quintæ partis principal. q. 7. ſub numer. 7. in fin. Ioan. Anton. de Nigris in dicto. capit. Regni. Item ſtatuimus, quod Comites. in fin. Petr. Foller. in cap. Regni. & quia nuper. num. 1.*

18 Declara quarto, † laicos iudices de poſſeſſorio decimarum cognoſcere, non autem de petitorio, vt ſcribit *Rebuff. de Decimis. quæſt. 1. numero 4. poſt Petrum Bellug. in Specul. Princip.*

in

in dicta Rub. 13. §. *Reſtat. numer.* 4. *Petr. Foller. in dicto cap. Regni. Et quia nuper. numer.* 1. *Andr. Gail. Pract. obſeruation. lib.* 1. *Obſeruat.* 38. *numer.* 3. 4. *aſſerens ita Seruari ſolitum in Camera Imperiali. Ioan. Petr. Surd. in conſi.* 338. *nu.* 26. *vol.* 3. *Laurent. Chircoui. commun. opin. Centur.* 2. *conclus.* 92. *Guid. Pap. in deciſion.* 1. *num.* 1. 2. *in deciſion.* 85. *num.* 1. *in deci.* 552. *vbi ampliſſime. Matth. de Afflict. in deci. Neap.* 2. *nu.* 10. *in deci.* 24. *nu.* 9. *Vincent. Carroc. in deci. ſiue. Caſu* 137. *ſub nu.* 3. *Nicol. Boer. in deci. Burdegal.* 69. *num.* 13. *Thom. Gram. in deciſion.* 78. *Octauian. Cacher. in deciſion. Pedem.* 116. *Nicol Anton. Grauat. ad Octauian. Veſtr. in Praxi Romanæ Cur. lib.* 5. *cap.* 1. *nu.* 3. *cum pluribus ſeq. Burſat. in conſil.* 49. *nu.* 5. *vol.* 1. *Ioan Lucius Placitor. Curiæ. lib.* 2. *titul.* 1. *Placito.* 2. *Anton. Faber. in Codice Fabria. lib.* 1. *titul.* 7. *Definition.* 22. *& lib.* 3. *titul.* 12. *Defin.* 12. *in fin vol.* 1. *dixi de Præſtantia Regis Catholici cap.* 71. *num.* 349. 350.

19 Declara quinto non procedere † concluſionem, quando tractaretur de fructibus decimarum, quia de his cognitio pertinet ad iudicem laicum, vt tenuerunt *Rebuff. de decimis. in dicta q.* 1. *nu.* 3. 4. *Petr. Foller. in dicto cap. Regni, & quia nuper. num.* 1.

20 Declara ſexto, quod in hoc Regno † Neapolitano cognitio omnium decimarum eſt penes Magiſtratus Regios, præſertim ſupremi collateralis, ſiue Sanctioris Conſilij, & habemus iura Regni hoc diſponentia, & præſertim *per capit. Et quia nuper Regis Roberti.* per quod diſpoſitum eſt, vt detur cognitio iudicibus temporalibus. Nec obſtaret quod ſit lex facta a Rege Roberto, & ſic a Principe Temporali, quæ eccleſijs præiudicium facere non potuit, nec perſonis, aut cauſis eccleſiaſticis, quia reſpondetur eadem iura fuiſſe a Papa Honorio confirmata, vt teſtatur Napodanus Sebaſtianus *in c. Item ſtatuimus*

21 *quod Comites.* Et tamen rector † iſte perijt Anno Domini 1362. vt teſtatur Scipio Ianuarius *in Proœ. Conſuetudinum Neapolis.* Et deinceps eam cogni-

22 tionem Regij Magiſtratus † habuerunt. Vnde Decimarum cauſa in ampliſſimo Senatu Neapolitano agitata fuit apud Antonium Capicium *in deciſion.* 20. *& Dixi ad Bellugam in ſpecul. Principum. in dicto §. Reſtat. in Verb. Princeps. & in dicto Conſili.* 20. *Centur.* 1. Et vltra litem agitatam inter Ciuitatem Iſerniæ cum epiſcopo, Me patrocinante fuit agitata ea-

23 dem cauſa in Sacro conſilio inter † Ciuitatem Biſatij cum Epiſcopo, & alia pro Terra Rocchettæ San-

24 cti Antonij cum † epiſcopo Laquedonienſi, & hoc anno pro Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Domino Gaſpare Palutio Albertonio epiſcopo Sancti Angeli Lõbardorum Aduocatus cauſam egi cum Vniuerſita-

25 te Oppidi † Leonum ſuper materia decimarũ apud Regia Tribunalia. Solent autem has cauſas Regij Magiſtratus celeri iuſtitiæ curſu expedire, ne eccleſiarum, Prælatorum, vel clericorum iura retarden-

26 tur. Hoc idem in † Regno Galliæ obſeruari *ſcribit Ioan. Rupellanus Inſtitution. Forenſium. lib.* 1. *c.* 25. Et latius idem obſeruatur in Regno Granatę, *vt dicit Didac. Couarruuias Practicar. quæſtion. capit.* 35. *ſub num* 2. *verſic. Tertio quoties. Franciſc. Duaren. in conſuetud. Feudales. cap.* 5. *ſub num.* 7. *vbi teſtatur de eadem Galliæ conſuetudine.*

27 Decimæ † præteriti temporis non petitæ, minime dẽbentur. *Rota in Antiquis in deciſ.* 25. *incip. Nota quod vbi petuntur. Ita ibi in ſummario deciſionis voluit Card. Pariſ. in conſil.* 15. *nu.* 26. *vol.* 1. *in conſil.* 6. *nu.* 11. *vol.* 4. *Ioan. Anton. de Nigris. in cap. Regni. volumus. num.* 17. *Philipp. Probus Regaliorum q.* 22. *num.* 2. *Anton. Faber in Codice Fabrian. lib.* 1. *tit.* 2. *Definit.* 66. *num.* 1. *vol.* 1. dicens, ob non petitionem videri decimas tacite remiſſas. *Ioan. Vincentius de Anna in ſingul.* 143.

28 Contrarium uidetur † Rotam concludere in dicta deciſion. 25. in vltima opinione, cum parochiani ad decimarum ſolutionem, & naturali & Diuino iure teneantur, tanquam debitores tenentur ire ad domos creditorum abſque petitione iuxta dictum Innocentij. *in cap. ſignificante. de Pignor.* præſertim parochiani, cum ſint in eodem loco, per dicta *Bartol. in l. Item illa. in princ. nu.* 13. *ff. de conſtit. pecun.* Cum præſertim iuxta dictum Malachiæ, *cap.* 3. dicẽ

29 tis. Inferte decimas in † horreum meum, vt ſint cibus in domo mea. Vnde ibidem tenẽtur aſportare abſq; requiſitione, cum requirantur a lege, quæ ſem per loquitur. *l. Arriani. C. de Hæretic. quod optime poſt Rotam tenuit M. Anton. Natta in conſil.* 136. *nu.* 12. *vol.* 1. *facit Cappell. Tholoſan. in deciſ.* 432. *Item fuit quæſtum numquid ruſticus. Quam opinionem vltimo loco tenet Petr. Rebuff. de decimis. q.* 11 *quem ſequitur Federicus Scotus in conſil.* 13. *lib.* 2. *Tomo.* 2. *& eſt de mente Philippi Probi, in dicta q.* 22. *in fin.*

30 Declara, quod ſi teneatur prima † opinio, ſi eſſet conſuetudo in contrarium, quod parochiani ſoluerint etiam decimas non petitas, vt ille ſolui debeant, *vt poſt Hoſtienſ. in ſumma titul. de decimis.* §. *Et vtrum. voluit. Ioan. Franciſc. Balbus in tract. præſcriptionum. prima parte.* 5. *partis. principalis. q.* 7. *numero* 12. *Cardinal. Pariſ. in conſil.* 15. *numero* 26. *vol.* 1.

31 Priuilegium reale quod de talibus † territorijs non fiat ſolutio decimarum, quia eſt priuilegium reſpiciens territoria, illo gaudebunt etiam coloni partiarij, ſecus ſi priuilegium reſpiceret perſonas priuilegiatas, quia tunc coloni tenerentur ſoluere, *vt argumento Gloſſ. in clem.* 1. *in verb. excolendas. de decim. voluit Rota in antiquis. in deciſion.* 876. *incip. Papa conceſſit. Bernardus Cardinal. de Biſgneto. in deciſion.* 1. *incip. Papa conceſſit. titul. de Deciſion. Cardinal. Puteus in deciſion.* 522. *numero* 2. 3. *lib.* 2. *Ioan. Papon. Arreſtor. lib.* 1. *titul.* 12. *Arreſto.* 4. *Hierony. de Laurentijs in deciſion. Aueuion.* 77. *in fin.*

Quemadmodum clericus maior quatuordecim

32 annorum eſſe poteſt in iudicio, & tanquam maior † agitare cauſas beneficiales, & ſpirituales, *ex c. ſi annũ. de iudic. in* 6. Eodem modo Laicus poterit eſſe in iudicio ad defendendam ſuam cauſam Decimarũ, quas habere prætẽdit ex priuilegio ante Cõcilium

Lateranense, *dicit Rota in Antiquis, in decision.* 498. *incip. Nota quod c. si annum. eadem Rota in Nouis in decis.* 46. *incipien. Capitulum.*

33 In Causis decimarum, † electionum, & similium proceditur summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, *clem. dispendiosam. de iudic.* Sed non habet locum si causa decimarum esset inter laicos, sed tantum inter clericos, vel religiosos. *Rota in Nouis, in decis.* 433. *incip fuit dubitatum si agatur.*

34 Priuilegium de non soluendis † decimis intelligendum est de extraordinarijs, non autem de ordinarijs. *Cardinal. Puteus in decision.* 65. *num.* 1. *lib.* 3.

35 Agens possessorio ad omnes decimas † nec probans, nisi solutionem decimæ agnorum, & non aliarum, ad illam solam, non ad alia restituitur, *vt dicit Paul. AEmil. Verall. in decis.* 12. *nu.* 2. *in decisi.* 244. *num.* 1. *lib.* 1.

36 Ante Lateranense † Concilium, Laici per decimarum infeudationem sunt illarum capaces. *Paul. AEmil. Verall. in deci.* 241. *num.* 3. *lib.* 1. *Ioan. Francis. Balb. in Tract. Prescription.* 1. *parte*, 5. *partis principal. q.* 7. *nume.* 19. *Andr. Barbat. in consil.* 31. *vol.* 2. *Francisc. Bursatus in consil.* 50. *numer.* 11. 12. *vol.* 1. *Petr. Rebuff. in declaration. Feudor. num.* 35. *Iacob. Aluarot. in cap.* 1. *in princip. sub numer.* 15. *de his qui feud. dar. poss. Anton. Capic. in inuestitur. Feud.* §. *Feudorum Genera. in verb. feudum decimarum. Vdalrich. Zas. in Tract. Feud. part.* 4. *num.* 24. *Marian. Socin. Iunior. in consil.* 115. *num.* 38. *vol.* 2. *Anton. Gabriel. commun. opin. lib.* 5. *de Præscript. Conclus.* 1. *nu.* 25. *Francisc. Sonsbec. In vsus Feudor. Parte.* 8. *num.* 11. *Sed & videndus est Iacobus de Ardizon. in summa Feudor. cap.* 31. *incip. Item potest dari. Curt. Iun. in Tract. Feudor. parte* 2. *q.* 8. *Gulielm. Hanneton. iuris. Feudor. lib.* 1. *cap* 4. *Francisc. Duaren. in Consuetudines Feudor. capit.* 5 *nume.* 7. *Guido Pap. in decision. Gratianop.* 288. *num.* 3. *Cappell. Tholos.* 439. *incip. Item fuit quæsitum olim. Francisc. Duaren. de sacris. eccle. ministerys. lib.* 7. *cap.* 1. *Dixi plene. ad Bellugam in Specul. Principum. Rub.* 13. §. *Tractemus. in verb. inexpugnabilem. & plenius de Regis Catholicæ præstantia. cap.* 59. *nu.* 10. *cum pluribus seq. Rota in decision.* 46. *incip. Capitulum. in Nouis.*

37 Declara primo, si non appareat † scriptura, ipsam inuestituram fuisse ante Concilium Lateranense, præsumitur tamen ex lapsu temporis, quo hominum memoria non existit, *vt ex Ioanne Francisco Balbo in Tract. Præscripti onum. parte* 1. *quintæ partis principalis q* 7. *num.* 14. *Francisco Duareno de sacris eccles. minister. lib.* 7. *cap.* 1. *Bursato in consil.* 50. *vol.* 1. *Francisc. Sonsbec. in comment. Feud. parte* 8. *num.* 10. *Dixi de Regis Catholici præstantia. cap.* 59. *num.* 18. *Quibus adde Cappell. Tholos. in decision.* 439. *Francisc. Duaren. in consuetudin. Feudi. cap.* 5. *num.* 7. *Ioan. Ferrar. Montan. in vsus Feud. lib.* 2. *cap.* 38 3. *col.* 8. *vers. decime numquid.* Lateranense † Concilium siue fuerit in anno 1179. iuxta opinionē Cappellæ Tholosanæ *in dicta decis.* 439. *& Guidonis Papæ in dicta decisio.* 288. siue in anno 1215. vt dixi in dicto *cap.* 59. *num.* 10. *cum pluribus seqnen.* hoc non officit ad conclusionem. *Facit quod dicit Cardinal. Crescent. in decision.* 1. *num.* 3. *de decim.*

39 Subdeclarabam ego † vltra immemorabilē probationem, exigi etiam famam, quod concessio facta fuisset ante Concilium Lateranense, *vt deduxi ad Bellugam in dicto. Verb. inexpugnabilem.*

40 Declara secundo etiam † posit Concilium Lateranense posse laicos de spiritualibus decimis infeudari per priuilegium Apostolicum, *vt voluit Paulus AEmil. Verall. in decis.* 241. *nu.* 3. *lib.* 3. *Antea Rota in Nouis. in decis.* 46. *incip. Capitulum.*

41 Subdeclara, quod † prætendēs fuisse inuestitum per priuilegium a sede Apostolica post Lateranense Concilium decimis, debet probare. *Verall. in decis.* 376. *nu.* 4. *lib.* 2.

42 Declara tertio, † quod habens priuilegium concessionis decimarum post Lateranense Concilium a Summo Pontifice, concessio nulla est, nisi specialiter in priuilegio dictum sit, quod derogauerit concilio Lateranensi, *vt conclusum fuit per Rotam apud Christophorum Robusterium in decision. nouissima Roman.* 122. *num.* 1. *in decis.* 123. *per totam. parte* 1. *vol.* 1. *vide Iacob. Menoch. in consil.* 276. *vol.* 3.

43 Declara quarto † decimarum fructus ex causa ad uitam concedi posse, non tamen feudum, *Andr. Tiraquell. de Retract. consanguin.* §. 1. *gloss.* 7. *sub. nu.* 51. *Nicol. Intrigliol. de Feudis. Centur.* 1. *q.* 44. *num.* 13. *parte* 1. *Nicol. Reusnerus in decision.* 2. *num.* 43. *lib.* 4. Sed locari ad vitam, & dari in feudum, *voluit Ioan. Mohedan. in decision.* 4. *in decision.* 248. *Francis. Marc. in decision.* 198. *nu.* 11. *vol.* 2. *Petr. de Bellapertic. de Feudis. titul.* 5. *num.* 4. *Francisc. Viui. in decision.* 50. *num.* 7.

44 Declara quinto, † quod habenti priuilegium non soluendi decimas, applicatur dimidia, & altera dimidia curato, vel rectori, vt in Senatu Parisien si prouisum fuisse scribit *Petr. Rebuff. in Tract. de decimis. q.* 14. *num.* 31.

45 Consuetudo percipiendi decimas † sufficit probatam esse septuaginta annorum spacio. *Paul. AEmil. Verall. in decision.* 306. *num.* 7. *parte* 3.

46 Decima integra † dicitur de decē partibus vna. *Francisc. Cantucc. in decision. Roman. nouissima.* 163. *num.* 3. *parte* 2. *vol.* 2. *Sed vide Petr. Rebuff. de decimis. q.* 4. *num.* 1.

47 Contra præscriptionem centum † annorum totidem requiritur in decimis, *vt dicit Anton. Augustin. in decision. nouiss. Roman.* 1669. *lib.* 3. *vol.* 3.

48 Decima, quæ debetur de animalibus † non debetur, dum filij lacte indigent, sed post finitam lactationem, *ex Oldrado in consil.* 236. *Vincent. de Frā chis in decisio. Neapol.* 114. *post Petr. Rebuff. in Trac. de decimis. q.* 6. *num.* 30. *Fabius de Anna. in consi.* 64. *num.* 11. *consil.* 65. *num.* 5.

49 Laici ecclesiasticas decimas præscribere † nequeunt. *Guido Papę in decision. Gratianop.* 284. *num.* 2. *Franc. Marc. in decision. Delphin.* 205. *vol.* 1. *in decis.* 198. *numero* 9. *vol.* 2. *Ioan. Papon. lib.* 1. *titul.* 12. *Arresto.* 3. *Paul. AEmil. Verall. in decision.* 241. *num.* 1.

lib. 1.

lib.1.Ioſephus Ludouic.in deciſ.Peruſ.106.num.8. 9.Ioan.Franciſc.Bald.in Tract. Præſcript.1.parte 5.partis princip.q.7.num.14.Auguſtin.Berous in conſil.84.num.33.vol.1. Proſper Paſethus.in conſil.55. num.10.in conſil. 57.num.7.18.Marc.Anton.Natta in conſil.136.vol.1. Franciſc. Purpurat.in conſil.7. Riminald.Iunior.in conſ.169.Bartho.Bertaz.in conſil.ciuil.72.num.16.vol.1.Marc. Anton. Peregrin.in conſi.74 per totum.vol.1.Anaſtaſ.Germon.de ſacror. immunit.lib.3.cap.19.num.50.cum pluribus ſeq. plene ego in conſil.20.per totum. Centur.1. & Nicolaus Reuſnerus in deciſ.2.num.33.35.lib.4. Ant. Scapp. de iure non ſcripto lib.1. cap.53.nu.4. Cardin. Creſcentius in deciſio.1.num.2. de decimis. Franciſ.Viui. in deciſion.4.num. 45.57.

50 Declara primo † ſupra dictam opinionem procedere in decimis prædialibus, non autem in decimis perſonalibus. *Felin.in c.cauſam.in prin.de Præſcript.Natta in conſi.136.nu.7.vol.1.Didac.Couar. Variar. Reſolut.lib.1.cap.17.ſub num.9.Cardinal. Paris.in conſil.25.num.7.vol.4.Ioſephus Ludouic. in deciſion. Peruſin.106.num. 35.36. Ego in aliegato Conſil.20.ſub num.61.centur.1. Franciſ. Viui.in deciſ.4.num.45.57.*

Declara ſecundo ſecus eſſe in clericis, qui præ-
51 ſcribere † omnem decimarum exemptionē poſſunt contra eccleſias, vel alios clericos, *vt ex gloſſ. in c.in aliquibus.de decimis.voluit Felin. in c. cauſam quæ. in princ.de præſcript. Ioan.Franciſc. Balbus de præſcript.1.parte, quintæ partis principal.q.7. nu.8.13. equitur Didac. Couarru. Variar.reſolut. lib.1.cap. 17.ſub num.10.ver.octauo eodem iure. Ioan.Anton. de Nigris in c.Regni volumus.nu.19.Nicolaus Reuſnerus.in deciſ.2.nu.34.lib.4.*

52 Amplia ſupradictam declarationem † procedere etiam in conuerſis alicuius eccleſiæ, qui cum non ſint omnino laici, poſſunt ſpiritualia pręſcribere. *vt ex Abbate Panormitano in dicto.cap. cauſam quæ. de præſcrip. voluit Balbus. in dicta.q.7.num.18.Concinūt dicta Carol. Tapię de Rebus Religioſ.in verb.ſua. cap.10.num.2.3.*

53 Declara tertio non procedere † in præſcribenda parte decimarum, cum dicant ſi præſcribi non poteſt tota, præſcribitur quota, puta, quod decimæ loco fuerit ſoluta uigeſima, trigeſima, vel quid ſimile, quod fieri poſſe dixerunt. *Cyn. Bald. & Salicet.in l.competit.C.de præſcript.30.annor.& ſequuntur Canoniſtæ relati a Paul.de Caſtr.in conſil.324. in cauſa decimali. Barthol.Socin.in conſil.145.col.2.vol.1. in conſil.297.vol.2.Ioan.Baptiſta Ferret.in conſil.156. num.3.4.Franciſc. Marc. in deciſion.205. vol.1.& poſt D. Thomam de Aquin.& Archidiacon. quos refert Henric.Bohic.in c.peruenit.extra.de decim. Dominic.de Soto, de iuſtit. & iur. lib.9.q.4. Articul.1. quos retuli in dicto conſil.20.num.34.centur.1. Quibus nunc addo Guidon.Pap.in deciſi. Grationop.284. Didac.Couar.Variar.Reſolut.lib.1.cap.16.ſub nu.9. ver.ſexto pariter infertur. Io.Papon.lib.1.tit.12.Arreſto.3.Ioan. Franciſc.Balb. de Præſcription parte 1. 5 partis princip.q.7.num.8.Cardin. Pariſ.in conſil. 25.num.21.vol.4. Rebuff.de decimis.q.13.num.57. Ioan.Anton.de Nigris in dicto c. Regni. volumus.nu. 21.Anton.Fabr.in Codic.Fabrian.lib.1.tit.2. Defin. 26.vol.1.& lib.7.titulo.13.Definit.14.num.8. in allegatione.poſt Guid.Pap.in ſingul.966.Anton. Scapp. de iure non ſcripto.lib.1.cap.53.nu.7.*

54 Sed qui ſe fundat in ea præſcriptione † debet illam probare. *Cardin.Paleott.in deciſio.nouiſſiam. Roman.471.num.1.lib.3.vol.3.*

55 Declara quarto † non procedere in caſu præſcriptionis immemorabilis, & excedentis hominū memoriam, quia per illam poteſt laicus præſcribere, allegando titulum ab eccleſia ante Lateranen ſe Concilium, *vt poſt Ioan. Andr.& Abbat.Panor.in c.cum apoſtolica. de his.quæ fiūt a prælat.ſine conſen. capit.Gemin.& Philipp.Franciſc.in c.2.§.Iane.de decim. in 6.Balbus in dicta q.7. num.19. cum pluribus ſeq.Paul. AEmil.Verall.in deciſ.241. nu.1. latius in deciſion.242.lib.1.in deciſion.376.num.2.3.4.lib.2. Cappell.Tholoſ.in deciſion.439.incip.Item fuit quæſitum olim.Andr.Barbat.in conſil. 35.vol.2. Cardin. Pariſ.in conſil.108.vol.1. Ludo. Gozadin.in conſil.7. num.18.Ioan.Anton.de Nigris in c.Regni.Volumus. num.20.Franciſ.Duaren.in Conſuetudin. Feud.cap. 5.nu.7.Ioan.Ferrar.Montan.in vſus feudales. lib.2. cap.3.col.8.verſ.Decimæ numquid.Franciſc. Sōsbec. in vſus feudor.par.8.num. 11. dixi in Specul. principum ad Bellug.Rub.13.§. Tractemus. in verb.inexpūgnabilem.Gulielm.Hannet ton.Iuris Feudor lib.1. cap.4.verſ.Nam ſi ſpiritualia eſſent.*

56 Quo ad ſupra dicta † vero, qui quo ad decimarum cauſam præſcriptione vti vellent in totum, vel in partem, neceſſe eſt, illam a Papa approbatam eſſe debere, *vt ex gloſſ.& Innocent. in c. In aliquibus. de decimis.voluit Nicol.Boer.in deciſi.Burdega.236. ſub.nu.5.verſ.tamen vbi eſſet. Couar. Variar. Reſol. lib.1.cap.10.ſub.num.9.Anton.Faber. in Codice Fabrian. lib.7.titul.13. definition.14. in Allegatione. vol.2.*

57 Habebat prius † Monaſterium de Guadalupe in Hiſpania exemptionem a ſolutione decimarum, & illam confirmarunt Martinus Quintus, & Innocentius Octauus Summi Pōtifices, ſimile priuilegium Alexander Sextus Summus Pontifex conceſſit Monaſterio de Luz, *vt voluit Paul.AEmil.Verall.in deciſion.278.nu.1.vol.2.*

58 Agens † ſpolio decimarum, vt obtinere poſſit, habere debet titulum coloratum, vt eſt neceſſe in omnibus beneficijs, *vt voluit Rota Romana in Nouiſ.in deciſ.257.incip. ſi quis dicat.Guid.Papæ.in deciſion. Gratianop.85.& in deciſ.288.AEgidius Bellemer.in deciſ.49.Paul.AEmil.Verall.in deciſion.306.num.1. lib.3.Matth.de Afflict.in deciſion.Neapol.324.numero 4.*

59 Vicarius perpetuus Eccleſiæ, † decimas petere non poteſt, ſed datur vendicatio illarum illi eccleſiæ, cui eſt annexa. *Paul.AEmil.Verall. in deciſi. 339.lib.3. Adde Cardinal. Creſcent. in deciſion.2. de decim.*

60 Declarando etiam, quod † dato Rectore eccle-

ſiæ Vicarius non agit ad decimas, ſed ipſe Rector. *Verall in dicta deciſ. 339. per totam. lib. 3.*

61 Super decimis, & illarum † exactione, eccleſiarũ Rectores intentionem habent fundatam, non autem epiſcopi, niſi ſuper quarta, *vt concludit Franciſc. Cantuccius. in deciſ. Nouiſſima Roman. 31. nu. 1. 4. 5. Parte 2. vol. 2.*

62 Quod ſoluatur decima † Parochiano de fructibus collectis in alieno territorio attenditur conſuetudo. *Ioan. Paul. Tholomeus in deciſ. nouiſſim. Roman. 954. lib. 3. vol. 3.*

63 Onus ſoluendi † decimas, eſt onus reale, & ſequitur poſſeſſionem. *Bene Ripa in. l. 5. §. ſi hæres. nu. 16. verſ. Septimo fallit. ff. Ad Trebell. arg. l. Imperatores. ff. de Publican. Lud. Roman. in conſil. 173. in fin. Marian. Senior. in conſil. 119. vol. 1. Blanchett. in deciſio. nouiſſima Rom. 305. nu. 1. parte 1. vol. 1. Ioan. Vinc. de Anna in ſingul. 143. Anton. Capic. in deciſio. Neapol. 20. nu. 27. AEgid. Magiſter. cap. 41. Guido Papæ in deciſ. 42. Franciſc. Marc. in deciſio. Delphinal. 345. nu. 5. 6. vol. 1. nouiſſime D. Ioan. Baptiſta Coſta de Portione Rata. q. 149. nu. 11.*

64 Et nihilominus † decimarum onus ad proprietarium, non ad conductorem ſpectat, *vt ſcribit Vincent. de Franch. in deciſ. Neapol. 107.*

65 Sed ſi fuerit conceſſum † priuilegium exemptionis Decimarum alicui eccleſiæ, vel ordini, non tamen extenditur ad eorum colonos partiarios. *Ioan. Paul. Tolomeus in deciſ. 950. lib. 3. vol. 3.*

66 Reges Hiſpaniarum, & Domini † temporales a Summo Pontifice conceſſionem habuerunt Decimarum omnium, quas Mauri hucuſq; ſoluerunt. *Card. Puteus in deciſion. 319. lib. 3. Cardin. Paleott. in deciſ. nouiſſim. Roman. 665. nu. 1. lib. 3. vol. 3. Dixi plene ad Bellugam in Speculo Principum. Rub. 13. §. Tractemus. in verb. reſtat. & in Verb. Sanctio, & Petro. & plenius de Regis Catholici Præſtantia. cap. 59.*

67 A ſententia condemnationis Decimarum † non datur appellatio. *Stephan. Gratian. in deciſ. Marchiæ. 100. nu. 1. ante eum Federic. de Senis. in conſil. 81. in fin.*

68 Declara primo, quando Laicus † litigans cum eccleſia, prætenderet conſuetudinem, aut præſcriptionem, ſecus autem ſi eſſet ex priuilegio, compoſitione, vel pacto, quia tunc appellatio admittitur. *Hoſtienſ. in c. Tua. il 2. col. Vlti. in fin. in Verb. appellatione remota, quem ſequuntur Ioan. de Anania, Henricus Bohic. Petr. de Anch. & Cardinal. ibidem. extra de decim. Item Steph. Gratianus in dicta deciſ. Marchiæ. 100. nu. 4.*

69 Declara ſecundo, quod ſi eſſent † duæ eccleſiæ, quæ ſimul litigarent, quælibet prætendens ſe potiorem, quia quælibet ipſarum appellare poſſet. *ex Hoſtienſe, & Henrico Bohic in dicto. cap. Tua. de decim. Idem Stephan. Gratianus in dicta deciſ. Marchiæ. 100. ſub nu. 4.*

70 Declara tertio, nõ † dari appellationem ad finẽ retardãdi exequutionẽ, quia pro decima prius fit exequutio, & poſtmodum appellatio proſequitur, *vt ex Petro Rebuff. in Tract. de Decimis. q. Vltima. nu. 21. & in Commentarijs ad Conſtitutiones Gallie. titul. de ſentent. exeq. in Præfation. nu. 30. Tomo. 1. uoluit Stephan. Gratian. in dicta deciſ. Marchiæ. 100. nu. 6. Franciſc. Viu. in deciſ. 73. nu. 2. 3.*

71 Sed qui condẽnati fuere ad † decimas, appellarunt ad Senatum, a quo condemnati fuerunt ad emendam, ex quo dixerant nunquam ſoluiſſe decimas Croci, *ex Stephano Aufrerio in Stylo Parlamenti. Arreſto. 62. & ad Cappellam Tholoſan. in deciſion. 109. & in Senatu deciſum teſtatur Petr. Rebuff. in Tract. de decimis. q. 13. nu. 41.*

72 Conſuetudine attenta, quod de † aliquibus rebus non ſoluatur decima, puta de lana, caſeo, vel alijs fructib. ipſa probata in pluribus cauſis per Senatum ſecundum illam iudicatum fuiſſe ſcribit *Nicolaus Boer. in Conſuetudin. Biturices. titul. de conſuetud. Prædior. §. 12. in fin. quem refert, & ſequitur Rebuff. in Tract. de decimis. q. 13. num. 51. verſ. Quintus caſus.*

73 Decimæ deferendæ ſunt † ad eccleſiam ſumptibus deferre, & ſoluere debentium. *Cappella Tholoſan. in deciſ. 432. Paris de Puteo de Redintegration. Feudorum. capit. 34. incip. fuit magna quæſtio. num. 3. Ioan. Antonius de Nigris. in cap. Regni Volumus. num. 28. Et eſt authoritas Malachiæ. cap. 3. quæ cauillari non poteſt. Ioan. Vincent. de Anna. in Alleg. 94. num. 11. Franciſcus Viui. in deciſ. 4. num. 32. 33. Renatus Choppin. de Priuileg. Ruſticor. lib. 1. cap. 7. num. 3.*

74 Tranſactio ſuper † perceptione decimarum fieri poteſt, non autem quo ad ius ipſum decimandi. *Nicol. Reuſnerus in deciſ. 2. num. 44. lib. 4.*

75 Decimam prius † ſoluere debet Empthyteuta, & poſtmodum penſionem emphyteuſis. *Anton. Capic. in deciſion. Neapol. 20. num. 14. 15. Anton. Gamma in deciſion. Luſitan. 150. num. 1. in deciſion. 249. numero 1.*

76 Priuilegium non † ſolutionis decimarum tributũ militibus Templarijs, Hoſpitalarijs, & Hieroſolymitanis de illorum poſſeſſionibus, quas proprijs manibus vel eorum expenſis colunt, non habet locum, ſi alijs colendas tradunt *ex c. licet. extra de decimis. Guido Papæ in deciſion. Gratianop. 207. numero 1.*

77 Decimarum ſolutio tribuit † ſanitatem corporis vbertatem fructuum, peccatorum remiſsionem, & bona cæleſtia. *Guido Pap. in deciſion. Gratianopol. 266. num. 3. Anton. Scappus de iure non ſcripto. lib. 1. cap. 53. num. 12. Petr. Foller. in Conſti. Regni. Quanto. num. 4.*

78 Exactor decimarum † poteſt prohiberi facere ne efferãtur fructus, niſi ſoluta prius deciam, vel quod ipſe, vel eius nuncius ſit præſens, & apponi debent cuſtodes ad excludendas fraudes. *Guido Papæ in deciſ. Gratianopol. 283. Andr. Tiraquell. de Retract. Cõſanguin. §. 1. gloſ. 7. num. 39. Cappell. Tholoſan. in deciſ. 109. Ioan. Papon. lib. 1. titul. 12. Arreſto. 6. Anton. Capic. in deciſion. Neapol. 27. num. 38. 39. Vincent. de Franch. in deciſion. Neap. 117. ſub. num. 7. Hierony. de Laurentijs in deciſion. Auenion. 54. in fin.* Vbi dat

cau-

cautelã domino fructuum per ſex horas ante, alias liceat colligere fruges, ob periculum caſuum, qui in ſtipulis poteſt accidere. *Pet. Cenedo Collectan. Iuris Canonici parte 1. Collectan. 66. num. 3. Franciſcus Viui. in deciſion. 4. num. 37. 38. 39. Ioan. Vincent. de de Anna. in alleg. 94. nume. 10. Renatus Choppin. de Priuileg. Ruſticor. lib. 1. cap. 7. nu. 3.*

79 Decimarum exactio habet † cauſam continuam, & ideo ſemper poteſt exigi. *Guido Pap. in deciſion. Gratianop. 266. num. 2.*

80 Animæ illorum qui decimas † non ſoluerunt non ſunt in via damnationis, ſi non fuerunt petitę. *Guido Papæ in deciſ. Gratianop. 283. num. 2. Ioannes Anton de Nigris in c. Regni. Volumus. num. 14. Ioan. Franciſc. Balbus in Tract. Præſcription. 1. parte. 5. partis princip. q. 7. numer. 5. verſ. Sed eſt notandum. Marc. Anton. Natta in Conſil. 136. num. 11. volu. 1.* Sed ego dubito de hoc cum (vt ſupra diximus) debitor decimarum teneatur ire ad domum creditoris, per ea, quæ dicta ſunt ſupra hoc eodem titulo. *Verſ. Contrarium videtur tenere Rota. nu. 28. 29.*

81 Nemo a ſolutione † decimarum exemptionem prætendere poteſt. *Ioan. Paponus. lib. 1. titul. 12. Arreſto. 2. Guid. Pap. in deciſ. 266. nu. 1. Cornel. Beninca ſa de Priuilegijs paupertatis. Priuilegio Iudiciali. 6. num. 9. Pet. Gregor. Syntagmat. iuris vniuerſ. lib. 2. c. 24. nu. 1.*

82 Si decimarum † quota ſit incerta, recurrendum eſt ad loca proximiora, & illa ſolui decernatur, quæ inibi frequentius recepta ſit. *Anton. Faber in Codice Fabriano. lib. 1. titul. 2. Definit. 63.*

Paupertas a Decimarum ſolutione non excuſat,

83 † niſi ſit extrema mendicitas, quia tunc clerici ob tantam inopiã ipſis pauperibus ſuccurrere debent. *ex gloſſ. in c. quia tua. 12. q. 1. vbi Cardinal. Alexandrin. Angelus de Clauaſio in ſumma. §. Decimæ num. 13. Franciſc. Marc. in deciſion. Delphinal. 198. per totam. volum. 2. Lud. Gozadin. in conſil. 51. num. 16. Cardin. Pariſien. in conſil. 25. numer. 26. vol. 4. Cornel. Beninca ſ. de Priuileg. Paupertatis. Priuilegio. 6. Iudiciali. nu. 20. cum plurib. ſeq. Rutilius Benzon. de Fuga. lib. 2. q. 2. Articul. 2. verſ. Decima tertia cõcluſio. Hieronym. Cæuallos Practicar. quæſtion. commun. contra commun. quæſtion. 729. numer. 22. Bartol. Bellencin. de charitat. ſubſid. quæſtion. 77. nume. 2.*

84 Priuilegium immunitatis a ſolutione † decimarum ex iuſta, illaq; rationabili cauſa concedere poteſt ſolus Summus Romanus Pontifex. *Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 1. titul. 3. Defin. 1. nu. 2. in allegatione. volum. 1. ex Sylueſtro de Prierio in Summa. §. Decima num. 5. Rebuff. de Decimis. q. 13. num. 31. ante eos Oldrad. in conſil. 268. deciſ. in conſil. 113. & in conſil. 147. Alexand. in conſil. 78. nu. 17. vol. 5. Andr. Alciat. in conſil. 22. num. 10. Menoch. in conſil. 276. vol. 3. Cardin. Pariſ. in conſi. 18. nu. 11. vol. 1. Nicol. Intrigliol. de Feudis. centur. 1. q. 44. nu. 14. vol. 1. Nicol. Reuſner. in deciſ. 2. nu. 42. lib. 4. Angel. de Clauas. in ſumma. §. decimæ. nu. 14. in fin.*

85 Imperator autem, aliuſue quilibet † Princeps ſecularis Eccleſiarum Decimas vſurpare, aut alijs cõcedere nequeunt, quia contra D E V M, & Sanctorum Patrum Sanctiones facerent, & raptores eccleſiæ, & Sacrilegi iudicarentur. *argu. c. dudum. extra de decim. c. Imperium. Diſtinct. 10. c. ex tranſmiſſa. de decim. c. cauſa. de verb. ſignific. c. duotidie liceat 12. q. 2. vt optime dicit Nicolaus Reuſnerus in deciſ. 2. nu. 37. 38. lib. 4.*

86 Qui pro decima dicit vigeſimã † debere pro quibuſdam fructibus, & pro alijs trigeſimam, pendente lite, condemnari non poteſt, vt omnium fructuũ uigeſimam præſtet. *Anto. Faber in Codice Fabriano. lib. 1. titul. 2. Definition. 24. in fin. vol. 1.*

87 Quãdo iudex ſcit certam † quotam Decimæ ſoluendæ, iuris formam non ſequitur. *Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib. 1. titul. 2. Defin. 63. nu. 12.*

88 Decimæ conceſſæ in † feudum ante Concilium Lateranenſe, reuerſæ ad eccleſiam, ſeu Prælatum nõ poſſunt iterum infeudari laicis. *c. prohibemus. c. quamnis. extra de decimis. cap. cum Apoſtolica de his, quę fiunt a prælat. ſine conſenſ. Capitul. Ioã. And. & Panor. in dicto c. prohibemus. Cald. in conſil. 1. titul. de feud. Dixi ad Bellug. in Specul. principum. Rub. 13. §. tractemus. in verb. in expugnabilẽ. Vdalrich. Zas. in Tract. Feudor. parte 3. num. 25. Franciſc. Sonsbec. in vſus Feudor. parte 8. nu. 12. Curt. Iun. de feud. parte 2. q. 8. Didac. Couarru. Var. Reſol. lib. 1 capi. 17. ſub nu. 5. Iacob. Menoc. de Præſumpt. lib. 6. Præſump. 86 ſub. nu. 3. Petr. Nicol. Mozzi. de Feudis titul. de Rebus quæ in feud. dari poſſ. num. 19. Andr. Facchin. controuers. iuriſ. lib. 7. capit. 72. Iulius Clarus in §. Feudum. q. 13. verſ. ſed quero. Nicol. Intrigliol. de Feud. centur. 1. q. 44. num. 20. Franciſc. Duaren. in Conſuetud. Feudal. cap. 5. Claudius de Seiſell. in Specul. Feudor. titul. Quæ res in Feud. dari poſ. 30. in paruis. ver. Nihilominus. fol. 358. vbi eſt finis libri. & ita a Senatu Pariſienſi prouiſum, & decretum refert nouiſſime Renatus Choppinus Monaſticon. lib. 2. titul. 1. Articulo 17. præſertim in anno. 1272. in anno. 1582. & apud Britanniam Armoricam anno. 1266.*

89 Declara tamen † prædictam deciſionem, vt tunc procedat, quando decima reuerſa eſt ad eccleſiam, vel prælatum per meram donationem, quia tunc dicitur effecta res ſpiritualis, & tũc infeudari nequit, *vt per Franciſc. Duarenum in commentar. ad conſuetudines Feudales. c. 5. nu. 8.* Quod dicit facile procedere in Gallia ob quandam Ludouici I V. Regis, Conſtitutionem.

90 Declara ſecundo † decimas ante Lateranenſe Concilium conceſſas in hæredes continuari quidem poſſe, cũ nõ dicatur noua conceſſio, ſed veteris continuatio. *Andre. Fachine. controuer. iuris. lib. 7. c. 72. in fin. ante eum poſt. gloſſ. in c. quamuis. de decim. Iacob. Aluar. in cap. 1. col. 5. de his, qui feud. dar. poſſ. Franciſc. Sonsbec. in vſus Feud. parte. 8. nu. 10.*

91 Declara tertio, † decimas ante Lateranenſe Cõcilium conceſſas laicis iterum dari non poſſe, ſecus vero clericis. *Ioan. And. & Panor. in dicto c. prohibemus. extra de decim. Ioan. de Imol. & alij in cap. 2. extra de decim. Clau. de Seiſell. in Specul. Feudor. in tit.*

quæ

quæ res in feud. dari possunt in loco allegato. fol. 358.

92 Declara quarto † decimas, vt supra concessas ante Concilium Lateranense, non autem reuersas ad ecclesiã, posse laicũ laico illas concedere, consensu tamen episcopi interueniente. *arg. dicti. cap. cum apostolica. de his, quæ fiunt a Prælat. sine cõsen. Capit. & voluit gloss. in dicto cap. prohibemus. de decim. Iacob. Aluarot. in dicto cap.* 1. *de his, qui feud. dar. poss. Francisc. Sonsbec. in vsus feud. parte* 8. *sub num.* 10. *Anton. Cap. in Inuestitur. Feudal. in verb. Feudor. gener. in vers. feudum decimar. fol.* 223. *col.* 1.

93 Decimæ Noualium † Parocho debentur, cum habeat in illis fundatam intentionem de iure, cum ager intactus longo tempore steterit, nec unquam aratro scissus, *vt per Ioan. Papon. lib.* 1. *titul.* 12. *Arresto.* 11. *Arresto.* 14. *Francis. Duaren. de Sacris eccl. minister. lib.* 7. *cap.* 1. *prope finem. Specul. ante eos, in titul. de Probat.* §. 1. *num.* 20. *vsque ad fin. & concludit Nicol. Reusner. in decision.* 2. *num.* 56. *lib.* 4. *Cardinal. Crescent. in decis.* 1. *num.* 1. *de decim. Gerard. Maynard. in decis. Tholos.* 30. *lib.* 1.

94 Declara, quod si dominus, vel Patronus † haberet Priuilegium, vel concessionem etiam Noualium, tunc ne nimium grauetur ecclesia, Dominus non habebit nisi dimidiam decimam ex noualibus, relicta parocho medietate. *c. statuto.* §. *statuimus. de decim. in* 6. *Francisc. Duaren. de Sacris eccles. minister. lib.* 7. *capit.* 1. *quem sequitur Nicol. Reusner. in decis.* 2. *nu.* 58. 59. *lib.* 4.

Decimæ personales in fine anni persoluendæ
95 sunt. † *Glo. in c. reuertimini.* 19. *q.* 1. *Panor. in c. peruenit. de decim. Angel. de Clauas. in Summa.* §. *decima. num.* 4. *Antonin. Florent. in summa. parte* 2. *titul.* 4. *cap.* 3. §. 3. *vers. Personales sunt. quos refert Francis. Viui. in decis.* 4. *num.* 35.

96 Contrarium vero, quod † non expectato anno, statim decimæ personales sint soluendæ, *post Cardinal. Florentin. & Rebuff. voluit Idem Viuius in dicta decision.* 4. *num.* 36. *Et hæc opinio tutior est, quam tenuit etiam Petr. Rebuff. in Tract. de decim. q.* 12. *num.* 4.

97 Decimæ † obligari extraneo nequeunt. *Francis. Viui. in decis.* 4. *num.* 72. *arg. c. fin. de decim.*

98 Declara dominum a quo † decima in feudum data est, posse illam obligare *cap.* 1. *extra de feud. Viui. in decis.* 4. *nu.* 74. *in decis.* 50. *nu.* 73.

99 Declara, fructus † decimarum obligari posse, *vt post. Alberic. & Gulielm. Redoan. voluit Francis. Viu. in decis.* 4. *nu.* 74. *in decis.* 50. *nu.* 7.

100 Omnes, qui percipiunt † decimas tenentur ad erectionem, & reparationem ecclesiæ, *Gerard. Maynard. in decis. Tholos.* 31. *lib.* 1.

101 Quarta pars fructuum † Decimalium assignanda est pro cõgrua portione, *Gerard. Maynard. in decis. Tholos.* 39. *& in decis.* 40. *nu.* 2. *lib.* 1. *Petrus Rebuff. in tract. congruæ portionis. nu.* 48. 49.

102 Si debetur decima † ex fundo, debetur etiam si postmodum in fundo plantentur oliuæ, vineæ, vel aliorum fructuum arbores, quia de oleo, vino, & fructibus debebitur, *vt in Sacro Concilio decisum asserit Io. Vincent. de Anna in alleg.* 94. *per totam.*

103 Decimæ prima pars episcopo † secunda clericis tertia pauperibus quarta ecclesiæ reparationi est soluenda. *Gerard. Maynard. in decis.* 40. *lib.* 1. *Petrus Rebuffus in tract. de decimis. q.* 3. *nu.* 14.

104 Pensionarius, qui ex † fructibus quotam non habet ad decimas, & dona gratuita non tenetur. *Gerard. Maynard. in decis.* 44. *lib.* 1.

ARGVMENTVM.

Beneficiorum ecclesiasticorum, & spiritualium nõ est capax laicus, excõmunicatus hęreticus, apostata homicida illiteratus, illegitimus, qui non est in possessione vel quasi clericatus, clericus lusor, Simoniacus, ex filia spuria natus, periurus, indignus, intrusus aut quauis alia ĩfamię, aut dedecoris per præcedens iudicis decretũ insignitus. Minor viginti quinque annis licet beneficium curatum obtinere nequeat, tamen in cathedrali ecclesia infra decimum quartum annum constitutus, imo septennis, admittitur, & præbendam habere potest. Conferuntur autem illa a Summo Pontifice aut eius Legato de latere, Episcopo, vel eius Vicario, ad id tamen speciale mandatum habente, Prælato post electionis confirmationem, & alio quocunque ad quem conferendi ius legitimo modo acquisitum spectat, & pro patrono recognoscitur, siue vacent in cathedrali, collegiata, parochiali, vel animarum salute procurante ecclesia, siue in quacunque diœcesi. Ad hæc adipiscenda, & retinenda quoniam in primis canonica institutio tam interdiu, quam nocte facta, necessaria est, igitur de illa, si excitata fuerit controuersia, vel per testes, vel per instrumenta probari debet. Nam tituli loco habetur, quo vnico absque traditione stante consensu acquiritur ius in re, sola superioris auctoritate interueniente. Cum vero beneficiorum numerus odiosus, & ambitiosus habeatur, igitur duo etiam simplicia beneficia sub eodem tecto quis possidere nequit, neque etiam ante scientiam mortis beneficiati, quæ per famam non sufficienter probatur, facultatem impetran-

di ha-

di habet, multo minus ſucceſſionem in vacantibus prætendere poteſt. Si ad priuationem propter ſuperuenientem defectum procedendum eſt, tunc ſemper principalis, nunquam procurator citari debet, quamuis ille ex mandato cum libera acceptate poſſit beneficium. Denique illorum appellatione regularia, & iura patronatus, minime autem dignitates canonicatus, & hoſpitale, comprehenduntur.

SVMMARIVM.

1 *In beneficialibus debet doceri de titulo, & de legitima, & Canonica inſtitutione.*
Laicus ſpiritualia poſſidere nequit.
2 *Commenda dicitur titulus canonicus.*
3 *Beneficij titulus eſt indiuiſibilis.*
4 *Ex duobus impetrantibus, primus a Papa, Secundus ab ordinario, etiam ſi adeptus ſit poſſeſſionem, præfertur impetrator a Papa, amplia num. 5.*
6 *Qui primo impetrauit, non præfertur ſecundo impetranti, qui prius gratiam præſentauit, intimauit, & exequutor ſuum decretum apposuit.*
7 *Anterior per gratiam Papæ præfertur acceptationi poſteriori expectantis, licet acceptatio facta ſit intra menſem.*
8 *Ex duobus expectantibus æqualibus in data, qui exequutori prius literas præſentauit, proceſſū formauit, præfertur alteri in præbenda, & beneficio poſtmodum vacante.*
9 *Si collatio beneficij facta ſit eadem die, ſi apparet, vel non apparet de hora, quis præferatur.*
10 *Electiuum beneficium quando dicatur?*
11 *Beneficium curatum quando dicatur?*
12 *Beneficia an præſumantur eſſe ſine cura.*
13 *Collatio facta de beneficio pertinente ad præſentationem laici per mortem, vel reſignationem contempto patrono, eſt ipſo iure nulla.*
14 *Beneficij collatio excommunicato facta nulla eſt. Declara. num. 15. 16. 17. 18. 19.*
19 *Excommunicatus habet electionem, & opinionem.*
20 *Exequutor gratiæ Apoſtolicæ, & ſi ſit excommunicatus, vel irregularis poteſt conferre.*
21 *Impetrans beneficium viuentis, delictum cõmittit.*
22 *Habens titulum Pontificis, & Regis, dicitur per vtriuſque gratiam poſſidere.*
23 *Beneficium prouiſum per falſam cauſam, etiam ſi decretum ſit interpoſitum, alteri conferri poteſt.*
24 *Habenti beneficium cum cura animarum, & beneficia ſimplicia, quæ non ſufficiunt ad ſuſtentationẽ, debet aſſignari congrua portio.*
25 *Legatus de latere confert beneficia ad Summum Põtificem deuoluta.*
26 *Rector beneficij curati, ſi obtinuit licentiam abſentandi, & quod redeat ſub pœna priuationis, eo non redeunte, non priuabitur, niſi de nouo citetur, & moneatur.*
27 *Papa ſolus diſpenſat ſuper beneficiorum incompatibilitate.*
28 *In Eccleſia Cathedrali minor quatuordecim annorum, immo ſeptennis poteſt obtinere canonicatum, & in eccleſia collegiata præbendam. Declara. numero 29.*
30 *Dignitas curata requirit ætatem viginti quinque annorum.*
31 *Beneficia duo, etiam ſimplicia, ſub eodem tecto quis habere non poteſt. nu. 32. 33. 34. 35.*
Beneficiorũ numerus odioſus, & ambitioſus iudicatur.
34 *Legatis, an poſſit prouidere de duobus beneficijs, ſub eodem tecto. 35.*
36 *Incompatibilitas quando dicatur.*
37 *Epiſcopus, an diſpenſet, vt quis teneat duo beneficia ſub eodem tecto?*
38 *Impetrans per obitum Martini, & tamen ſit Petri, dum conſtet de eccleſia impetratio valida erit.*
39 *Mortui beneficium ante ſcientiam mortis, an impetretur?*
40 *Expectans Apoſtolicus concurrens cum prouiſo ab ordinario prouiſore, oportet probare beneficium vacaſſe in menſe Apoſtolico.*
41 *Acceptans beneficium vigore gratiæ, expectatiuæ, quod ſciuit, non ſponte dimiſit, gratia eſt conſumpta.*
42 *Gratiæ expectatiuæ, cum ſint ambitioſæ, ſunt reſtringendæ.*
43 *Quod beneficij collator eſſet in quaſi poſſeſſione iuris conferendi, fama, inſtrumento, vel alio modo probatur.*
44 *Impetrans canonicatum in eccleſia in qua ſunt plures ordines, debet habere inferiorem.*
45 Beneficiatus a Papa, ab inferiore ob delictum condemnari poteſt.
Ordinatus a Papa, non deponitur ab inferiore.
46 *Princeps ſæcularis reductionem eccleſiæ, ſiue beneficij vacantis penes ipſum facere, ac Oeconomum ad colligendos, & conſeruãdos fructus deputare, num poſſit. num. 47.*
48 *Is, cui eſt collatus canonicatus non habens præbendam diſtinctam, ſed ſolam canonicalem elapſo mẽſe poterit portionem acceptare.*
49 *Contumax perſeuerans per annum poteſt beneficio ſuſpendi, aut perpetuo priuari. nu. 50.*
51 *Beneficium ſine canonica inſtitutione poſſideri nequit. Declara. num. 52.*
53 *Solus Summus Pontifex in perpetuam commendam dare poteſt. Declara. nu. 54.*
55 *Poteſt Summus Pontifex eccleſiam dare in perpetuam adminiſtrationem, & viſitationem. nu. 55.*
56 *Epiſcopus per ſex menſes poteſt in commendam beneficium dare.*
57 *Abbas commendatarius incapax eſt beneficiorũ, & ad ea obtinenda inhabilis. declara. num. 58.*
59 *Vicarius Epiſcopi conferendi beneficia ſine ſpeciali mandato poteſtatem non habet.*
60 *Beneficiarii obitus non probatur per famam. Declara. num. 61.*

62 *Impetratio beneficiorum, quibus aliquis est priuatus per sententiam ob crimina, a qua est appellatū, nulla est. Declara. num. 63. 64. 65.*

66 *Gratiam habens pro beneficio in aliqua ecclesia, acceptare potest, ad cuiusuis electionem, vel institutionem pertineat.*

67 *Anterior data literarum Apostolicarum regulariter præfertur.*

68 *Ex prouisis eodem die ab ordinario, & a legato, qui ceperunt eodem die possessionem, præfertur prouisus ab ordinario.*

69 *Ex duobus expectātibus, acceptatio prior præfertur.*

70 *Expectanti præfertur prouisio facta per Papam ante illius acceptationem, etiā si acceptet intra mēsem.*

71 *Collatio beneficij, quæ fit per episcopum etiam alicui ex suis domesticis, non probatur sine testibus.*

72 *Beneficium sæculare, non potest conferri Regulari.*

73 *Statuto stante, quod beneficia dentur nobilibus, si fuerit nominatus aliquis ignobilis, non debet instituí. Declara. num. 74.*

75 *Concessa a Summo Pontifice potestate administrandi bona temporalia relicta per eius maiores pro celebratione Missarum, an eo casu Cappellania computetur in bonis temporalibus.*

76 *Spurius, & illegitimus, an beneficia ecclesiastica obtinere possit. Declara. nu. 77. 78.*

79 *Inferior a Papa non censetur dispensare super defectu natalium.*

80 *Ordinarij prouisio, atque collatio absque testibus facta, non valet.*

81 *Collatio beneficij per simoniam facta, nulla est.*

82 *Condemnatus ad carcerem perpetuum non dicitur beneficio priuatus.*

83 *Beneficia deuoluta ad Sedem Apostolicam a legato, & exequutore Apostolico conferri.*

84 *Apostolica prouisio præstat coloratum titulum.*

85 *Intrusus in beneficialibus dicitur, qui sine superioris authoritate possessionem ingreditur. Declara. nu. 86. 87. 88.*

89 *Laicus cum dispensatione potest beneficia ecclesiastica retinere.*

90 *Cappellani honoris non tenentur residere in curia.*
Beneficia cappellanorū honoris, vbicunque moriantur dicuntur vacare in curia.

91 *Vbi agitur ad beneficii priuationem citandus est principalis, non autem procurator.*

92 *Beneficij impetratio, semper præsumitur legitime facta.*

93 *Canonicatus, & Beneficium, in quo debet celebrari Missa, sunt compatibilia, quia potest fieri per substitutum.*

94 *Beneficiorum appellatione, etiam regularia comprehenduntur.*

95 *Theologi præferuntur aliis graduatis in beneficiis.*

96 *Beneficium per sæculares regi solitum probationem quot annorum requirat?*

97 *In beneficiis successor minime datur.*

98 *Literis non expeditis beneficium acceptari potest.*
Expeditio literarum in beneficialibus non est necessaria.
Signata supplicatione, & expedita gratia est perfecta.

99 *Narrans in supplicatione se laicum, cum sit clericus non idcirco beneficio carebit.*

100 *Impetratio beneficij, non facta mentione, quod habet alia beneficia, etiam tenuia, nulla est.*

101 *Collatio facta spreto patrono, ipso prosequente, quando sit nulla.*

102 *In causa beneficiali, reo mortuo, per audientiam cō tradictarum procedi potest ad vlteriora.*

103 *Prælatus si conferat beneficium adhuc ei non deuolutum, si subsequatur deuolutio, illa collatio nulla est, & noua est necessaria.*

104 *Acceptatio facta coram Notario, vim prouisionis habet.*

105 *Collatio præbendarum in ecclesiis collegiatis, spectat ad ea collegiata.*
In cathedralibus ecclesiis collatio spectat ad episcopū nisi obstet in contrarium consuetudo.

106 *In gratiosis subreptio vitiat.*

107 *Collator, siue prouisor potest liti assistere cum eo, qui fuit prouisus.*

108 *Acceptans vbi constat, quod in beneficio acceptato ius non habet, potest aliud beneficium acceptare.*

109 *Purificatio ab impetrante non facta ex culpa exequutori, vel ordinarii, beneficiario minime imputatur.*

110 *Mandans alicui prouideri de beneficio in certa ecclesia, si vnicum ibidem tantum sit, an sit prouidendum.*

111 *Duos procuratores habens, quorum vnus vnum alter alterum acceptauerit beneficium, tunc beneficium pinguius acceptatum intelligitur.*

112 *Criminis exceptio contra promotum ad beneficium a beneficio ipsum non repellit.*

113 *Beneficij collator in primo turno impeditus, in secundo potest conferre.*

114 *Cappellanum Papæ quem fuisse, non probatur per scripturam impetrationis a Papa factam.*

115 *Archidiaconatum, vel Archipresbyteratum impetrans a Papa debet dicere, si est cum cura, vel sine cura.*

116 *Religiosus expectans, potest acceptare officium, spectans ad Abbatis collationem, secus in clericis.*

117 *Non est subreptitia impetratio beneficii, quod habet aliud annexum, de quo non fit mentio.*

118 *Beneficia simplicia, vt perfecta ob clausulas in gratiis appositas pro affectis habentur, ita quod ordinarius de his disponere nequit.*

119 *Tempus acceptandi expectantibus non currit, si beneficium de facto, licet non iure, ab alio possideatur.*

120 *Si fit reuocatio gratiarum expectatiuarum, comprehendit etiam acceptantem, qui non fecit sibi prouideri post acceptationem & ante reuocationem.*

121 *Expectans Decani, vel Capituli communiter, vel diuisim, non admittitur ex gratia ad beneficia singularum personarum.*

122 *Expectans ad collationem Decani, vel Capituli ecclesiæ*

cleſiæ Cathedralis beneficium vacans in eadem eccleſia admittitur.

123 Pactum primi expectantis, quod non acceptabit beneficium ſecundi expectantis, validum eſt.

124 Expectans ad collationem epiſcopi ſimpliciter, prouideri poteſt de beneficio, & præbenda, quæ eſt in Cathedrali.

125 Impeditus per ordinarium purificare gratiam infra menſem, ſi faciet poſt menſem retrotrahitur.

126 Impetrans beneficium intuitu quod alius beneficiarius contraxerit matrimonium, ſi non probauerit, quod per verba de præſenti contraxerit, non ſufficit.

127 Beneficium tenens, ita quod promoueatur infra annum, monitio præcedere debet.

128 Habens beneficium in clauſtro, ſeu continentibus ædificijs, dicitur habere in eccleſia.

129 Beneficia eccleſiaſtica etiam de nocte conferri poſſunt.

130 Impetranti ad collationem epiſcopi ſufficit epiſcopum eſſe in quaſi poſſeſſione iuris conferendi.

131 Mandatum de prouidendo quid requirat.

132 Super poſſeſſorio beneficiorum eccleſiaſticorum & aliorum iurium ſpiritualium temporalis iudicis cognitio eſt.

133 Literæ impetrationis beneficij arreſtatæ, de arreſtari, & relaxari ſine cautione non debent.

134 Literis, & ſigillo exequutoris, & commiſſarij deputati ſuper exequutione gratiæ, quod ille beneficiũ acceptauerit, creditur, ſaltem cum acceptantis iuramento.

135 Mandatum ob mortem in profanis non expirat, nec in fructibus, & expenſis in beneficialibus. Intellectus clem. fin. de procur.

136 Qualitas de iure inhærens beneficio non debet mentionari in impetratione, ſecus in qualitate inhærente de facto.

137 Canonicus, qui abfuit, litigans cum Capitulo, integros fructus percipere debet.

138 Vigore ſententiæ beneficium acceptans dum exequutor contra iſtum profert, & non appellat, poteſt ſecundum beneficium acceptare.

139 Regulam de infirmis ordinarius obſeruare non debet,

140 Impetrans non poteſt acceptare beneficium vnicũ ſpectans ad collationem alicuius ad euitandum mortis periculum.

141 Expectans beneficium ad collationem Capituli poteſt acceptare illud, quod cõferret Hebdomadarius

142 Ceſſio in beneficialibus, non inducit ceſſionẽ iuris.

143 Clericatus præceſſiſſe præſumitur beneficij collationem eadem die factam.

144 Erectio eccleſiæ collegiatæ præceſſiſſe præſumitur vnionem beneficiorum ei factam.

145 Regula de viginti diebus, habet locum in collationibus neceſſariis.

146 Falſitas, quæ non inducit concedentem ad concedendum, non vitiat.

147 Acceptatio primi, quę fuit valida, licèt reddatur inutilis, præſtat tamen impedimentum ſecundo.

148 Parochiale beneficium obtinens, etiam poſt lapſum promotionis annum, ſacerdos fieri poteſt.

149 Canonicus præbendatus de alio beneficio gratiam impetrans, facta mentione ſolum præbendæ, non canonicatus, non ideo habebitur gratia ſubreptitia.

150 Impetratio beneficii, quod aſſeruit eſſe curatum, & exigere reſidentiam, & tamen ſit ſimplex, nõ erit ſubreptitia.

151 In gratiis expectatiuis non cadit eleemoſynaria inſtituta per aliquem in eccleſia, habens cappellaniã ab ea dependentem.

152 Impetratio beneficii, tacendo, quod defunctus erat familiaris cardinalis, eſt ſubreptitia.

153 Beneficii collatio per teſtes, & inſtrumenta probatur.

154 Impetratio beneficii facta pro abſente, nõ vitiatur ex eo, quia non fuere expreſſa beneficia, quæ obtinebat.

155 Reuocatoria reddit inefficacem acceptationem primi in data, & non inualidat acceptationẽ ſecundi.

156 In collatione beneficii citatio non exigitur. Declara. num. 157.

158 Falſa demonſtratio, vel error qualitatis expreſſæ, non vitiat literas impetrationis, vbi conſtat de corpore.

159 Dignitas electiua ſi impetretur in collegiata, non facta mentione, quod ſit electiua, impetratio erit nulla.

160 Nomen prouiſi de beneficio ſufficit, licet erretur in nomine illius per quem vacauit.

161 Expectans ad collationem epiſcopi, & Capituli, poteſt acceptare præbendas cathedralis eccleſiæ.

162 Speciale mandatum exigitur ad recipiendam poſſeſſionem iuris canonicalis.

163 Oriundi in beneficialibus præferuntur exteris. Declara num. 164. 165.

166 Expreſſio dignitatis, quæ re vera erat officium, non reddit gratiam ſubreptitiam.

167 Collatio infra menſem datam expectantibus per ordinarium, licet expectantes non acceptauerint, non præiudicat illis, qui idẽ beneficiũ acceptauerũt.

168 Beneficiorum appellatione dignitates, & canonicatus non comprehenduntur.

169 Locus erectus epiſcopi authoritate, præſumitur beneficium.

171 Prouiſio Papæ de beneficio non facta mentione ſacri Concilii Tridentini, eſt nulla.

172 Prouiſio facta per exequutorem ante purificationẽ gratiæ inualida eſt.

173 Habens canonicatum ſub expectatione præbendæ, poterit præbendam vacantem, re integra, acceptare poſt menſem.

174 Cappellanis imputatur ſi acceptant tenuia beneficia.

175 Collatio iuris patronatus facta ab ordinario infra illum mẽſem datum ad præſentandum, valida eſt, ſi patroni intra tempora non contradicant.

176 Papa ſi diſpẽſat cum promoto ad epiſcopatum, vt beneficium retineat ad laici præſentationẽ ſpectans, diſpenſatio, & impetratio valida erunt.

177 *Clerico luſori beneficium non confertur.*

178 *Diſtributiones cotidianæ non ſunt de corpore beneficij.*

179 *Poteſtas exequutoris, quando expiret morte mandantis.*

180 *Epiſcopus generaliter, non ſpecialiter poteſt Vicario conferendi beneficia facultatem, etiam viua voce tribuere.*

181 *Inductio in beneficij poſſeſſionem facta ab illo, qui habet conferendi poteſtatem, collationis vim obtinet.*

182 *Collatio de beneficio conſueto aſſignari clericis ſæcularibus, facta monacho eſt ipſo iure nulla, abſq; diſpenſatione.*

183 *Ordinis Cluniacenſium ſub Regula D. Benedicti viuentium priuilegium quo ad obtinenda beneficia.*

184 *Papa ſi confert beneficium, vti de iure patronatus laicorum, qualitas iſta probanda eſt.*

185 *Probatio in beneficalibus, quod centum remaneant liberi pro rectore, concludens eſſe debet.*

186 *Licet Abbas, vel Prælatus regulares ſint negligentes, non idcirco conferendi facultas deuolueretur ad Capitulum.*

187 *Vicarius ſi habet poteſtatem conferendi beneficia, poterit & dignitates conferre.*

188 *Optionem habentes debent vnus poſt alium optare, ita vt qui eſt anterior optet.*

189 *Papa ſine cauſa poteſt aliquem beneficio priuare, ſecus vero in profanis.*

190 *Qualitates omnes exprimendæ ſunt in impetrandis beneficijs, quæ poſſent Papam a concedendo retrahere.*

191 *Collatori currit tempus a quo ſcire debuit, vel potuit.*

192 *Qualitas, quod impetrans poſſidebat aliud beneficium ſub eodem tecto, non expreſſa non vitiat.*

193 *Omnimoda collatio, plenariam collationem ſignificat.*

194 *Fructus recipiendi ſunt de manu beneficiarij, non de manu coloni.*

195 *Obtinens gratiam ad collationem abbatis, poteſt acceptare beneficium pertinens ad collationem cum conſenſu epiſcopi.*

196 *Beneficia curata obtineri, & gubernari debent ab idoneis, & dignis Parochis.*

197 *Clericus præſumitur idoneus ad beneficium obtinendum.*

198 *Promotus ab ſacros ordines ad titulum certæ penſionis ſibi per laicos aſſignatæ, in impetrationibus de ea mentionem facere non oportet.*

199 *Impetrantes primarias preces ab Imperatore, habente poteſtatem a Papa, non præferuntur Apoſtolicis poſteriores habentibus a Papa.*

200 *Apoſtolici impetrantes præferuntur nominatis per Archiepiſcopum in vim ſpecialis priuilegij.*

201 *Illiterati penitus ad obtinenda beneficia inhabiles ſunt. Declara. num. 202.*

203 *Collatio cappellæ, quam quis fundauit, facta ante epiſcopi confirmationem, an valida ſit.*

204 *In Parochiali eccleſia ſufficit vnus clericus, qui ſacerdoti ſeruiat.*

205 *Prælatus poſt confirmationem electionis, beneficia conferre poteſt.*

206 *Beneficium tenue acceptans ſibi imputet.*

207 *Apoſtolicus receptus ad poſſeſſionem ſub conditione, ſi ſibi de iure debeatur, & non alias, cenſetur pure receptus.*

208 *Eccleſia quæ ſolet regi per ſæculares clericos, collata regulari, & clauſtrali, & quod non exiret clauſtrum, per epiſcopum, eſt inualida.*

209 *Ex quibus ſignis beneficium cognoſcitur?*

210 *Beneficia patrimonialia comprehenduntur ſub indultu Cardinalium, & quæ tenentur obſeruare.*

211 *Monacho, & Canonico regulari poteſt prouideri de beneficio curato ſæculari, ſaltem epiſcopo diſpenſante.*

212 *Adminiſtratio Cappellaniæ, & hoſpitalis commiſſa laico, puta dici faciendo numerum Miſſarum celebrandarum ex reditibus a teſtatore relictis, non dicitur eccleſiaſticum beneficium.*

213 *Beneficium dicitur litigioſum quo ad illum, qui committi fecit, ſecus vero quo ad illum contra quē impetrata fuit commiſſio, literis tamen expeditis.*

214 *Portio, quæ datur miniſtro Eccleſiæ non dicitur beneficium eccleſiaſticum, niſi detur in titulum perſonæ habili.*

215 *Ordinarius cui eſt conceſſa alternatiua a Summo Pontifice, poteſt conferre beneficia, etiam literis nō expeditis.*

216 *Beneficia litigioſa non niſi a Summo Pontifice conferri poſſunt.*

217 *Mandatum habens de prouidendo etiam non confectis literis acceptari poteſt.*

218 *Quo ad habilitatem ad obtinenda beneficia, communis reputatio ſufficit.*

219 *Collatio Canonicatus, & prębenda in eccleſia numerata, inualida eſt.*

220 *Archipresbyteratus cum beneficio curato ſunt incompatibilia.*

221 *Beneficia litigioſa ſub regula de annali, ac Triennali non comprehenduntur. Declara. nume. 222. & 223.*

224 *Beneficium datum per Abbatem Caſſinenſem, dicitur ille potius adminiſtrator, quam beneficiarius.*

225 *Obtinens beneficium extra patriam examinari debet ſi ſciat linguam idiomatis.*

226 *Impetratio beneficij per obitum Petri, cum eſſet Franciſcus, conſtito de identitate beneficij, valida eſt.*

227 *Acceptans beneficium vigore expectatiuæ, quod acceptare non poterat, gratia eſt conſumpta. Declara. num. 228.*

229 *Poſſeſſio beneficij non dicitur probata ex quo ille appelletur illius eccleſiæ Rector.*

230 *Impetratio beneficij a Sede Apoſtolica quo venit priuandus homicida ſi interim accuſatus moritur, nulla eſt.*

231 *Apostatæ vti infami beneficia conferri nequeunt.*
232 *Possessio decem annorum causat bonum titulum.*
233 *Collatio debet esse libera, non continens onus, conditionem, nec modum.*
234 *Simoniaca beneficij collatio nulla est.*
235 *In beneficialibus titulorum communicatio admittitur, & potest se no, vel altero titulo iuuare.*
236 *Beneficium an sit conuentuale, vel non, exprimendum est.*
237 *Manus ordinarij ligantur pendente termino dato ad acceptandum non autem manus Pontificis.*
238 *Expectatiua concessa alicui per Pontificem, cum clausula, sine præiudicio expectantium Apostolicorum, & mandata de prouidendo prosequentium, & si fiat per successorem gratia alteri, prima valet.*
239 *Cancellata supplicatione, denegata censetur, sicuti non cancellata, censetur concessa.*
240 *Data per episcopum vicario potestate beneficia conferendi, poterit conferre etiam beneficia ecclesiæ cathedralis.*
241 *Papa beneficiatum duplici onere grauare non præsumitur.*
242 *Episcopus ignoranter conferens indigno, iure conferendi non priuatur.*
243 *Beneficia existentia in vrbe extraneis non conferuntur ex priuilegio, & ideo Papa dicere solet, accedente Populi Romani consensu.*
244 *Paupertas, & tenuitas fructuum non præsumitur, sed est probanda.*
245 *Mortuus beneficio priuari non potest.*
246 *Pater etiam clericus de reditibus sui beneficij filiã dotare tenetur.*
247 *Simplicia beneficia de totius mundi cõsuetudine residentiam non requirunt. Declara. numer. 248. 249. 250.*
251 *Ecclesiasticũ beneficium absq; canonica institutione obtineri nequit.*
252 *Natus ex filia spuria ab obtinenda beneficia inhabilis est.*
253 *Beneficium cum onere celebrandi Missam residentiam non requirit.*
254 *Bannito beneficium non confertur. declara. numero 255.*
256 *Litigantibus duobus beneficiatis mortuis lis extinguitur, & beneficia remanent libera. declara. nu. 257. 258. 259. 260. 261.*
262 *Prælatus, vel rector ecclesiæ agens contra debitores suæ ecclesiæ, debet de illius titulo, & possessione, licet non plene. docere. Declara. nu. 263. 264. 265.*
266 *In beneficio prioratus ille præfertur, qui a Papa cõfirmatus fuerit.*
267 *Beneficia curata, quem clericum, & sacerdotem intra annum fieri, requirunt.*
268 *Collatores beneficiorum non distribuunt collationes sine testibus, & Secretario, vel duobus Notarijs.*
269 *Ex expectatiua reuocata oritur titulus coloratus. Declara. nu. 270.*
271 *Statutum excludens a beneficiis filios condemnatorum, & reconciliatorum habet locum in condemnatis, & reconciliatis ante statutum.*
272 *Beneficii possessio principalis nomine capta per procuratorem, nisi sequatur ratificatio, nulla est.*
273 *Habens tempus certum in data, siue aduersarius adsit, sine non, præfertur.*
274 *Collatio motu proprio criminoso facta per Papam, valida est, secus si ad partis instantiam.*
275 *Plura beneficia simplicia habens in noua impetratione tenetur exprimere, alias est nulla impetratio.*
276 *Collatio de ecclesia facta simpliciter, non intelligitur de curata.*
277 *Beneficium curam animarum habere dicitur, quãdo illi inest ius inquirendi, corrigendi, reformandi, præcipiendi, interdicendi, suspendẽdi, & similium.*
278 *Solo titulo in spiritualibus acquiritur ius in re, absq; traditione. stante consensu.*
279 *Ecclesiæ collatio dari solita clericis sæcularibus, data monacho, etiam de consensu Abbatis absque dispensatione, non valet.*
280 *Beneficium si confertur ab inferiori a Papa, nisi fiat cum causæ cognitione, non censetur super naturalium defectu dispensare.*
281 *Prælatus, & successor nouus, res, & iura sui beneficii possidere, siue quasi sine apprehensione censetur.*
282 *Indultum Cardinali pactum, nouæ prouisioni factę per Papam, obstat, quando ad est decretum, siue clausula, irritans. Declara. nu. 283.*
284 *Canonicatus, & præbenda requirunt collationem episcopi, & Capituli.*
285 *Narratiua facta per Vicarium episcopi de solennitatibus adhibitis, nisi facta sit ab eo, qui eas solennitates fecerit.*
286 *Prouisio noua non purgat vitia præterita.*
287 *Tempus, quo durauit ecclesia, vel beneficium in commendam non subducitur de medio præscriptionis.*
288 *Collatio facta intruso, non valet, nisi fiat mentio vitiosæ intrusionis, & possessionis, & idem vitium purgetur.*
289 *Episcopus, qui indigno contulit, vuriare non potest, nec gratificari.*
290 *Si nominandus debet studuisse per tempus statutũ, & post nominationis tempus studuerit, etiam ante beneficii vacationem, nominatio non valet.*
291 *Ad possessionem adipiscendam in beneficialibus saltem coloratus titulus exigitur.*
292 *In spiritualibus acquiritur ius in re interueniente sola superioris authoritate absque traditione.*
293 *Impetrans parochialem ecclesiam, non cogitur dicere, quod habet curam animarum.*
Parochialis ecclesia species curiæ dicitur.
294 *Pensio beneficii intrusionis mentione non facta, nulla est.*
295 *Beneficium ecclesiasticum indigno conferri nequit, etiam de ordine Papæ. Declara. num. 296.*
297 *In causis beneficialibus iuris canonici dispositio seruanda est.*
298 *Fructus beneficij cedunt lucro rectoris a die confirma-*

firmationes, non a die præsentationis.

299 Possessio beneficij si in vim prouisionis Papæ capienda sit, vel collationis ordinarij, nec talis titulus in possessione exprimatur, si tamen sit capta possessio, & titulus sit sufficiens, non vitiatur.

300 Acceptans parochialem vigore expectatiuæ primæ non potest aliam acceptare vigore gratiæ mutationis, vel extensionis dictæ expectatiuæ.

301 Homicida voluntarius non amittit ipso iure beneficia. Declara. num. 302.

303 Papa præueniendo confert beneficia in mense Episcopi, ob maiorem potestatem, quam penes se retinuit.

304 Ignorantiæ allegatio non admittitur vbi tractatur de lucro prouisi, & de officialium damno.

305 Pater, qui recepit fructus beneficij filij tenetur filio restituere. Declara num. 306.

307 Acceptatio beneficii expectatiui nulla ex postfacto non conualescit.

308 Confessio extraiudicialis beneficiarij, de commissione delicti est sufficiens probatio quo ad priuationem beneficij, non quo ad imponendas pœnas.

309 Legatus de latere confert omnia beneficia in sua prouincia existentia. Declara. num. 310. 311.

312 Procurator cum libera potest acceptare beneficia.

313 Intrusio non probatur per literas, vel testes, qui dicant se vidisse Instrumētum possessionis alterius scilicet ipsius intrusi nisi exhibeat, vt & recognoscatur.

314 Quasi possessio clericatus sufficit ad beneficium obtinendum. Declara nu. 315.

316 Habens expectatiuam, non potest acceptare beneficium affectum, vel commendatum, & commendatum dicitur affectum.

217 Beneficia commendata dicuntur affecta, in quibus maior se intromittere nequit.

318 Intrusi in possessionem beneficij lite pendente parere debent iudicato.

319 In beneficialibus attenditur possessio.

320 Ob infamiam quis non dicitur inhabilis ad beneficia, nisi in sententia expresse dicatur.

321 Beneficiati de iure præsumuntur habere congruam portionem.

322 Datę tempus attenditur in concessione per Papam facta.

323 Habens beneficiū tenue, & insufficiens potest aliud sub eodem tecto obtinere.

324 Collatio beneficij facta clerico promoto non a suo ordinario, ante ordinarij ratificationem nulla est.

225 Narrata per impetrantem semper sunt verificanda.

326 Coadiutoria super Archidiaconatu, etiam simplici clerico concedi potest, si sit viginti quinque annorum.

327 Coadiutoria ob ætatem ingrauescentem non datur, nisi post annos septuaginta.

328 Collatio facta per Vicarium, pro titulo colorato sufficit, adminiculato cum aliqua Vicarii potestate.

329 Commenda est res extraordinaria, & non inducit incompatibilitatem.

330 Commenda cessat per non tituli superuenientiam.

331 Collator, licet sit exterus, ac alterius diœcesis, tamen dicitur de illa, in qua situm est beneficium.

332 Actus reciproci in beneficialibus reprobantur.

333 Data parua facit actum perfectum si est extensus consensus alias minime.

334 Collatio plenū ius non tribuit non secuuta acceptatione prouisi.

335 Dispensatus, vt possit tenere plura beneficia in cathedrali quomodo procedat.

336 Doctoribus facile conferuntur beneficia.

337 Beneficia electiua quæ sint?

338 Expressio non vitiat, quando, & si non expressisset, Princeps concessisset.

339 Executiue contra intrusum proceditur lite pendente, etiam si appellationē introduxisset.

340 Expectatiua ad collationē, dispositionem, & prouisionem episcopi, extenditur ad beneficia consistentia extra diœcesim ad eiusdem episcopi collationem.

341 Litigiosum beneficium acceptari non potest.

342 Prouisus præfertur acceptanti ante illius acceptationem.

344 Papa potest prouidere intra mensem concessum expectanti.

345 Expectantium cautela est, vt singulis diebus acceptent & petant prouideri intra alium mensem a die actionis meæ.

346 Beneficii detentor a die malæ fidei ad fructus tenetur.

347 Inhabilitas impetrantis in supplicatione specificanda est.

348 Beneficia conferri, & commendari non possunt Cardinalibus, quod fructus ducatos ducentos non excedunt.

349 Impetratio, quæ dicit vacasse in mense Maii præsentis, cum dicere debebat præteriti, ex errore manifesto emendatur.

350 Papa licet quādo concedit expectantibus expectatiuas, ipsis det potestatem, vt possint intra mensem acceptare, non intelligitur Papam sibi manus ligasse.

351 Indulta Cardinalibus concessa capiunt etiam beneficialia patrimonialia, ordinariorum collationem respicientia.

352 Legatus super compatibilitate de iure nihil potest.

353 Legatus de latere non habet potestatem conferendi duo beneficia sub eodem tecto, quamuis habeat potestatem conferendi beneficia.

354 Libri chronicorum probant erectionem aliquorum beneficiorum.

355 Beneficium non dicitur litigiosum, quādo lis est super expensis.

356 Ordinarius conferens beneficium, potest imponere onus lecturæ Theologalis. Declara. num. 357.

358 Ordinarius beneficia in sua diœcesi existentia de iure confert. Declara. num. 359.

360 Quis sit beneficiatus, ad episcopum spectat videre.

361 Prouisio ordinarii facta eadem die præfertur prouisso Apostolico cum possessione.

362 *Dispensatio de non promouendo ad septennium ad episcopatum non faciens mentionem de retentione beneficiorum, ex nunc vacare intelliguntur.*

363 *Prouisio facta excommunicato, & publicato ob non paritionem literarum, est ipso iure nulla.*

364 *Noua prouisio non supplet defectum publicationis, vel insinuationis.*

365 *Beneficia electiua digna sunt speciali nota.*

366 *Iura patronatus veniunt appellatione beneficiorum.*

367 *Regula Pauli. III. Summi Pontificis reuocatoria expectantium, non habet locum in beneficiis, de quibus possunt disponere ordinarii.*

368 *Regula de Triennali, non habet locum in beneficio vacante in curia per priuationē, vel veram contumaciam.*

369 *Noua prouisio bonum titulum tribuit.*

370 *Habens canonicum titulum beneficij, potest illius possessionem propria authoritate suscipere.*

371 *Executor merus non potest assignare possessionem impetranti leuato velo, & absque partis citatione.*

372 *Parochiale beneficium obtinens, etiam post lapsum annum, gradum obtinere, & sacerdos fieri potest.*

373 *Decretum pacifici possessoris prodest illi, qui titulum coloratum, & possessionem triennalem ex propria persona habet.*

374 *Graduatus nominatus tale ius intra decennium insinuare tenebitur, triginta tamen annis præscribitur.*

375 *In mandatis ad vacatura quæ clausula poni soleat, & qua existente si in termino non expediuerit nouas prouisiones, impetratio erit nulla.*

376 *Senatores ecclesiastici vacantes, & residentes in consilio, beneficiorum fructus percipiunt.*

377 *Procuratores debent respondere fructus beneficij rectori, cuius fuere procuratores.*

378 *Obtinens a Papa beneficium dicens habuisse collationem a Vicario episcopi, prouisi valet etiam non probata Vicarij facultate.*

379 *Causa litigantium dubia existente, beneficij fructus interim sequestrantur.*

380 *Procuratori laico absentis beneficium conferri potest.*

381 *Duo beneficia in vna diœcesi quis acceptare potest episcopo non contradicente.*

382 *Beneficium retrotrahitur ad tempus datæ si ad est clausula nunc prout ex tunc. nu.* 383. 384. *Clausulæ tunc prout ex tunc, & e contra, virtus.*

385 *Executor iurisdictionis exercitium non habet ante expeditionem, & præsentationem literarum. Declara. num.* 386.

387 *Consuetudo Militum Hierosolymitanorum quod vacante beneficio fructus primi anni sint Magni Magistri, non valet.*

388 *Periurus dignitate, & beneficio ecclesiastico priuatur.*

389 *Facultas concessa Nunciis conferendi quæcunque beneficia, comprehendit etiam dignitates. Declara. num.* 390.

391 *Hospitale beneficii appellatione non venit.*

392 *Cardinalium indulta vacantia per obitum, capiūt etiam vacantia aliorum Cardinalium.*

393 *Regula reuocans facultates conferendi beneficia, non reuocat alternatiuas ordinarij.*

394 *Canonicus nouus absque probata causæ cognitione, recipiendus est.*

395 *Beneficia hæreticorum tanquam vacantia impetrari possunt.*

396 *Contumax excommunicari potest, non tamen beneficio priuari.*

397 *Titulus proprius beneficii per beneficiarium probandus est.*

TITVLVS XX.

De beneficijs, illorum collatione, & alijs ad illorum materiam pertinentibus.

1 IN Beneficialibus quis non obtinet, si nō docet de† titulo, ac legitima, & Canonica institutione, quia laicus spiritualia possidere nequit. *Matth. de Afflict. in de cis. Neapol.* 324. *nu.* 4. *Octauian. Cacher. in decis. Pedem.* 55. *num.* 4. *Francisc. Marc. in decision.* 16. *in decision.* 1120. *num.* 7. *vol.* 1. *Sebast. Medic. de regul. iur. Regul.* 7. *Ampliat.* 9.

2 Commenda dicitur† titulus canonicus, maxime si fuerit ad uitam. *argu. cap. dudum. il* 2. *de elect. cap. qui plures.* 21. *q.* 1. *voluit Guido Papę in decision.* 152. *sub num.* 1. *Ioan. Gallus ex Arrestis. q.* 18. *q.* 19. *vbi in Gallia sic indicatum fuisse refert, quos post alios sequitur Petr. Rebuff. de Pacific. possess. num.* 47.

3 Beneficij titulus † est indiuisibilis, vt nec in duobus locis, nec diuisim subsistere possit, quemadmodum dicit Cardin. Puteus in decision. 442. num. 3. lib. 1.

4 Qui a Papa beneficium † impetrauit, licet alter postmodum impetrauerit ab ordinario, etiā quod adeptus fuisset possessionem, tamē qui a Papa prius impetrauit, ea præuentione ordinarij manus ligatæ erant, nec de illo conferendo se intromittere potuit. *Nicol. Boer. in decision. Burdegal.* 24. *num.* 4. *& per totam.*

5 Amplia, etiam, quia † prouisus a Papa præfertur prouiso ab ordinario in possessorio. *vt dicit Cardinal. Paleot. in decision. nouissim. Roman.* 723. *lib.* 3. *vol.* 3.

6 Quando prius impetrauit † Franciscus, secundo impetrauit Petrus, & primo loco gratiam suam purificauit illamq; præsentauit, & intimauit, vt exequutor suum decretum appposuit, Franciscus, qui primo impetrauerat, & postmodum similiter purificauit, nihilominus Petrus, qui prius purificauit Francisco prę fertur in beneficio, *Cappella Tholosan. in decision.* 272.

7 Sed qui est anterior † per gratiam Papæ præfertur acceptationi posteriori expectantis licet facta

sit acceptatio intra mensē. *Paul. AEmil. Veral. in decision. 61. nu. 1. lib. 2. Andr. Gail. Pract. Obser. 55. nu. 9. Anton. Gabriel. com. opin. lib. 3. titul. de empt. & vend. conclus. 2. num. 33. vers. sexto limita.*

8 Ampliatur dicta † conclusio, quod etiam in duobus expectantibus habentibus gratias æquales, & eandem datam, qui prior præsentat literas exequutori, & format processum, præfertur alteri in præbenda, ac beneficio postmodum vacante, *vt decreuit Rota in decision. 403. incip. Nota si vnus. in Antiquis. & in decision. 100. incip. si vnus. Cappell. Tholos. in decision. 25.*

9 Collatio beneficij facta eadem die, illa † præfertur, quę hora præcedit, sed si non apparet horæ prioritas, ea præfertur, qua quis reperitur in possessione. Verum si nullus possideat, ea collatio præcedere debet, quæ per Summum Pontificem, vel eius legatum facta fuerit, *per Matth. de Afflict. in decision. Neapol. 387. sub nu. 5. faciunt quæ scribit Felin. in c. Capitulum Sanctæ Crucis. num. 4. cum pluribus seq. de rescriptis. Catellian. Cotta in Memorab. in verb. Hora. Cæsar Vrsil. in decision. 387. num. 5. Ioan. Papon. Arrestor. Curiæ lib. 2. titul. 9. Arresto. 9.*

10 Electiuum beneficium dicitur illud, quod exigit superioris confirmationem, seu per cuius vacationem ecclesia redditur viduata. *Rota in decision. 124. Incip. Nota, quod vocetur beneficium electiuū. in Antiq.*

11 Beneficium dicitur † curatum, & si administratio sacramentorum, & aliorum actuum ad animarum curam spectantium, per plures fieret, & administraretur, cum cura immineat episcopo, vel eccle fiæ Prælato *ita respondendo Oldrad. in consil. 67. qui aliquibus videbatur contrarium concludere, voluit Auditor Rotę Cotta in decision. Nouissim. Roman. 48. num. 5. 6. 7. lib. 1. vol. 1. q od melius, & clarius explicauit Iulius Oradinus in decis. nouissima Roman. 17. per totam. dicto vol. 1.*

Beneficia præsumuntur esse sine cura, dum
12 † tamen clerum non habeant, vel populum. *AEgidius Bellemer. in decision. 675. incip. si impetrans. quem sequutus est Ioan. Staphil in confusaneo, sed vtilissimo libro, cui titulus de literis gratiæ, & Instit. parte 2. titul. de qualitate, & statu beneficior. num. 2. nouissime sequitur Iul. Oradin. in decis. nouissim. Roman. 17. nu. 1. vol. 1.*

13 Collatio facta de beneficio † pertinente ad præsentationem laici per mortem, vel resignationem, contempto patrono, est ipso iure nulla. *Guido Pap. in decision. Gratianop. 374. AEgid. Bellemer. in decis. 128. Francisc. Mar. in decision. Delphin. 475. num. 1. & in decision. 1142. num. 2. vol. 1. Ioan. Mohedan. in decision. 268. & in decision. 326. Sed latius vide in titul. de iure patro. vbi fit declaratio, & limitatio.*

14 Beneficij collatio, † facta excommunicato, nulla est. *Rota in decision. 195. incip. acceptatio facta. in nouis. Nicol. Boer. in decision. Burdegal. 119. sub nu. 1. in decision. 290. num. 1. Gulielm. Cassador. in titul. de præbend. in decision. 1. num. 6. Francisc. Marc. in decision. Delphin. 920. nu. 2. 3. vol. 1. & in decision. 884. num. 22. vol. 2. Simon. Maiol. de irregular. lib. 3. cap. 21. num. 3.*

15 Declara primo, † quod excommunicatus ignorans se excommunicatum, potest beneficium impetrare, & Apostolicas literas obtinere. *Rota in decision. 281. Incip. Nota glossam. Nouissime Ioan. Baptista Costa de facti scientia, & ignorātia. Inspectione, 96. nu. 1.*

16 Declara † secundo, posse excommunicatum acceptare beneficium in vim gratiæ obtentæ ante excommunicationem. *Cardinal. Bisgnetus. in decisio. 4. titul. de sent. excom. Francisc. Marc. in decisio. Delphin. 884. num. 22. vol. 2.*

17 Declara tertio † si in collatione beneficij Papa apponat clausulam hāc, *Te a censuris, & penis, quas vis authoritate, & a quocunq; latis, quibus innodatus existis, ad effectum harum tantummodo consequendarum absoluimus, & absolutum fore censentes,* tunc ad beneficium illud obtinendum dispensatus cēseatur, *vt dicit Alberic. de Rosat. in l. a procedē te. in princip. C. de Dilat. vbi inquit, id obtinuisse a Benedicto. 12. Summo Pontifice, dum Romæ esset Mediolanensium legatus, quē referens sequitur Nicol. Boer. in dicta decision. Burdegal. 290. num. 2. 3.*

18 Sub declara † supradictam tertiam declarationem, quod si per annum perseueraret in excommunicatione, & illius contumacia, beneficium illud non obtineret. *Nicol. Boer. in dicta decision. 290. nu. 3. Francisc. Marc. in dicta. decision. 884. num. 22. vol. 2.*

19 Declara autem † quarto, excōmunicatum habere electionem, & opinionem, quia sunt facti, & voluntatis, non autem iuris, *vt dicit Rota in decision. 195. incip. acceptatio. & in decisiō. 317. incip. habens. in Nouis.*

20 Exequutor autem gratiæ Apostolicæ † si est excommunicatus, vel irregularis, potest conferre, ex quo exhibet tantummodo nudum ministerium, *Cardin. Crescent. in decision. 1. titul. de sent. excommun.*

21 Impetrans viuentis beneficium † delictum committit, omniaq; iura cōtra se habet, propter captandæ mortis votum, ad desiderium. *Gulielmus Cassador. in decision. 21. titul. de præb. Cardin. Crescent. in decision. 116. lib. 1. Ludouic. Gomez. in Regul. de impetr. benef. viuent. q. 7. Francisc. Marc. in decis. Delphin. 481. num. 4. in decision. 495. num. 21. vol. 1. in decisione 199. eodem. vol. 1. Cardinal. Puteus in decision. 280. num. 10. lib. 2. pulchre, & optime Francisc. Cantucc. in decisio. nouissim. Roman. 9. nu. 3. 4. & in decis. 42. num. 2. vol. 2.*

22 Habens titulum † beneficij Pontificis, & Regis si per Pontificis titulum, se recipi faciat, ac in possessionem mitti, & postmodum obtineat Regalem cum clausula, quod non teneatur se poni facere in possessionem, dicitur tamen possidere per gratiam Regiam, quæ cum Pontificali concurrit. *Ita Ioan. Gallus per Arrestum. q. 22.*

23 Beneficij prouisio † alicui per Papam facta ex fal-

sa

sa causa, etiam si decretum inde sit interpositum, cum interpositio decreti ex falsa causa facta sit, beneficium non afficit, quin alteri conferri valeat. *Rota in decis. 39. incip. Nota quod vbi. in Antiq.*

24 Habens beneficium cum animarum cura, si illud, ac simplicia beneficia, quæ possidet, ad eius sustentationem non sufficiant, congrua portio illi assignabitur, *concludit Iulius Oradinus in decision. nouissima. 17. num. 1. volum. 1. infra hoc eodem titul. num. 170.*

25 Legatus de latere † confert beneficia, quæ ad Summum Pontificem sunt deuoluta, *vt dicit AEgidius Bellemer. in decis. 106. Cardinal. Puteus in decis. 266. lib. 2.*

26 Rector beneficij curati, † quod requirit residentiam, si habuerit absentandi licentiam per aliquod tempus, & quod eo elapso redeat sub priuationis pœna, nihilominus non priuabitur beneficio, nisi de nouo citetur, & moneatur, & si licentiæ tempus lapsum sit. *Matth. de Afflict. in decision. Neapol. 289. sub num. 11.*

27 Solus Papa potest † dispensare super incompatibilitate beneficiorum. *Francisc. Viui. in decision. 230. num. 7.*

28 In Cathedrali ecclesia minor † quatuordecim annorum, immo etiam septennis potest obtinere canonicatum, aut præbendam, & in collegiata. *c. ex eo quod. vbi glos. & Doct. de elect. in 6. glos. in c. si eo tempore. de rescript. in 6.*

Secus vero de iure nouissimo Concilij Triden-
29 tini, quo esse debet † maior quatuordecim annorũ, *vt patet sess. 23. cap. 6. nullus. Facit Rota in decis. 204. incip. Nota. quod minor, & in decis. 276. incip. Nota quod vbi. Martin. Nauar. in Summa Confessar. cap. 25. num. 22. 135. Ioan. Baptista Antonuc. in Cateches. Neapol. cap. 8. Ioannes Coras. in Paraphras. Sacerdotior. part. 3. cap. 3. nu. 1. Simon Maiol. de Irregular. lib. 1. cap. 30. nu. 12. & ego dixi de Magistrat. Edictis. lib. 1. cap. 6. nu. 29.*

30 Dignitas autem † curata de iure canonum ætatem vigintiquinque annorum requirit. *c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect.* Nisi Papa prouideat, quia prouidendo cum illo dispensare videtur, *vt dicit Cardinal. Puteus in decis. 403. lib. 1.* Licet attẽtare videatur, tunc a Papa dispensatum censeri, si illud expresserit, *vt dicit Idem Cardin. Puteus. in decis. 448. lib. 1.* Et dispositionem dicti *c. cum in cũctis.* approbauit Concil. Trident. *sess. 24. cap. 12. incip. Cum dignitates. Et habetur in c. licet canon. cum seq. de elect. in 6.* Absque tamen dispensatione Apostolica curatum beneficium a minore viginti quinque annorum obtineri nequit. *Anton. Augustin. in decis. nouis. Roman. 162. nu. 1. lib. 3. vol. 3.*

31 Beneficia duo, etiam † simplicia sub eodem tecto quis habere non potest, *vt dicit Paul. AEmil. Verall. in decis. 88. lib. 1. Martin. Nauar. in Summa Confessar. c. 25. nu. 127. 129. late Alfons. Hoieda de benefic. compatib. & incompa. part. 1. cap. 20. num. 1. 25. Don Garzias Mastrill. in decis. 2. num. 11. Concil. Triden. sess. 7. cap. 5. incip. Ordinarij. de refor. & sess. 24. c. cum ecclesiasticus. 17.* Secus si fuerit dispensatum, *vt in dicto c. ordinarij. Concil. Triden.* Ratio cõclusionis est, quia beneficiorum numerus odiosus, & ambitiosus iudicatur. *arg. c. quia nonnulli. de cler. non resid. c. quia in tantum. de presb. in 6. dicit And. Tiraquel. in l. Boues. §. hoc sermone. in princ. nu. 32. de verb. signif. Gul. Cassad. in decis. 36. titul. de regul. Cancell.*

32 Declara tamen quo ad incompatibilia beneficia in dispensatione, ipsius incõpatibilitatis facienda est mentio. *vt dicit Cardin. Pute. in decis. 246. num. 2. lib. 1.*

33 Declara similiter, quod dispensatus ad duo † beneficia, dimittendo alterum, seu duo, non potest aliud, vel duo alia vi illius dispensationis obtinere, quia consumpta est gratia. *c. ordinarij. de offic. ordin. in 6. Tiraquel. in l. Boues. §. hoc sermone. limit. 4. nu. 1. de verb. signif.*

34 Declara etiam, quod si legatus † habet facultatẽ a Pontifice, vt possit prouidere de duobus beneficijs sub eodem tecto, id facere poterit. *Paul. AEmil. Verall. in decis. 145. nu. 1. lib. 2.*

35 Subdeclara, quod si hanc facultatem † nõ habet specialiter expressam, de iure non posset legatus dispensare super pluralitate beneficiorum incompatibilium *vt concludit Rota in decis. 286. incip. Legatus de latere. in nouis. de quo late Andr. Gammar. in tract. de offi. & potest. legat. lib. 5. tit. An legatus possit plura benefic. vni confer. nu. 236. cum pluribus seq. Petr. Rebuff. in Praxi benefic. tit. de dispens. ad plur. benef. num. 25. Alfons. Hoieda de benefic. compatib. & incompatib. par. 2. c. 12. nu. 13.*

36 Declara quarto incompatibilitatem † non dici per acceptationem beneficij, quando habet dispensationem ad vnum, vt rationem reddens dicit *Paul. AEmil. Verall. in decision. 81. numero 1. lib. 2.*

37 Declara quinto † episcopum ob vtilitatem, vel necessitatem ecclesiæ posse dispensare, vt quis in eadem ecclesia duas teneat dignitates *Rota in decision. 29. incip. Nota quod episcopus. in antiquis.*

38 Dum vacat † beneficium per obitum Martini, & impetrans acceptauit per obitum Rodulphi, si constat de ecclesia, siue eius titulo talis villæ, aut loci, acceptatio valebit, sed non prouiuo. *Rota in decision. 413. Incipient. Nota sed pone.*

39 Mortui beneficium † ante scientiam mortis impetrari potest, & de iure communi impetratio valet, vt iuris canonum esse scribit *Cardinal. Puteus in decis. 280. nu. 19. lib. 2.*

40 Expectans Apostolicus † dum concurrit cum prouiso a prouisore ordinario, probare oportet in mense Apostolico beneficium vacasse. *Cardin. Puteus in decis. 266. lib. 3.*

41 Acceptans beneficium vigore gratiæ † expectatiuæ, quod acceptare non debuerat, si statim, quod sciuit, non sponte dimisit, gratia est consumpta, *vt post Ludou. Roman. in consil. 329. nu. 1.*

voluit Peregrinus Fabius in decis. nouissim. Roman. 6.num.3.lib.2.vol.3.

42 Gratiæ expectatiuæ, cum † sint ambitiosæ, sunt restringendæ. *Paul. AEmil. Veral. in decis. 3.num.2. lib.1.*

43 Quod beneficij collator esset † in quasi possessione iuris conferendi, probare sufficit per famam, per instrumenta, vel alio modo. *Rota in decis.123. incip. sufficit. in nouis.*

44 Canonicatum † impetrãs in ecclesia in qua sunt Canonici trium ordinum maiorum, mediorum, & minorum, siue inferiorum, non potest eligere, nisi inferiorem, seruata consuetudine, quod ascendant gradatim. *Bernard. Cardin. Bisgnet. in decis. 4. tit. de consuetud.*

45 Beneficiatus a Papa † condemnari poterit ab inferiore ob delictum, secus vero in ordinato a Papa, quia non deponitur ab inferiore, *Cappel. Tholos. in decis. 292.*

46 Princeps sæcularis † potest reductionem Ecclesię, seu beneficij vacantis penes ipsum facere, ac deputare Oeconomum ob colligendos, & conseruandos fructus pro beneficio eiusdem Ecclesiæ, vel successorum in eodem beneficio, ad saluandum habentis ius in beneficio, & obuiandum scandalis, atque periculis futuris, ne aliqui se intrudant, ne permittatur vitiosus ingressus. *argum. c. eum qui. de eo, qui mit. in poss. lib. 6. voluit Francisc. Marc. in decis. Delphin. 90. num. 5. vsque ad finem. vol. 1. & in decis. 44. nu. .. & in decis. 552. num. 5. vol. 2. quæ est duplicata cum dicta decis. 90. confirmat. Anton in. decis. Pedemon. 131. num. 6. quem sub dubio sequitur ibidem Gaspar Antonius eius filius.*

47 Declara, non posse Principem † se intromittere quo ad spiritualitatem, sed solum quo ad fructus, *vt per Lapum in alleg. 81. in fine*, quos retinet tanquam custos, *vt ibidem inquit*, de quo Arnulphus Ruzæus de iure regaliorum *in præfation. parte 2. & Philippus Probus quæst. Reg. 49. q. 52.*

48 Is cui est facta collatio † Canonicatus non habentis præbendam distinctam, sed solum portionem Canonicalem, etiam elapso mense poterit portionem acceptare. *Rota in decision. 292. incip. Nota quod vbi Papa. in antiq.*

49 Contumax perseuerans † in contumacia per annum potest suspendi, vel perpetuo priuari officio & beneficio. *c. cum bonæ. extra. de æt at. & qualit. vóluit Guid. Papæ in decis. 429. num. 3. Petr. Foller. in pract. crimin. Canon. cap. 10. nu. 59.*

50 Declara tamen † vt priuatio beneficij ob contumaciam sit reuocabilis, etiam si post illam alteri sit facta collatio, *vt per Achill. in decis. 1. titul. de Absolut. quam sequuta est nouissime Rota, vt per Cottam in decision. nouissim. Roman. 68. num. 3. lib. 1. vol. 1.*

51 Beneficium sine † canonica institutione possideri nequit. *c. 1. vbi Dyn. & alij. de regul. iur. in 6. Ant. Faber in Codice Fabrian. lib. 1. tit. 2. diffinit. 2. nu. 5. & diffinit. 51. num. 7. & titul. 3. diffinit. 14. num. 6.*

52 Declara † eam canonicam institutionem saltem coloratam esse oportere, *vt dicit idem Anton. Faber. in dicto lib. 1. titul. 2. diffinition. 23. in fine. Sed, & alios complures allegat Petrus Cenedo in Collectan. Iuris Canonici. 18. numero primo. parte 3.*

53 Solus Summus † Pontifex potest beneficium in perpetuam cõmendam dare. *Nicol. Boer. in decis. num. 29. Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 1. tit. 2. diffinit. 9. num. 1. vol. 1. Cardinal. Puteus in decis. 158. nu. 3. lib. 1. Paulus Fuscus de visitat. lib. 2. cap. 9. nu. 6. Vide plenius infra in titul. de commenda, & commendatarijs.*

Amplia primo Summum Pontificem posse, &
54 † beneficium, & ecclesiam in perpetuam administrationem concedere. *c. is cui. de elect. in 6. Nicol. Boer. in dicta decis. 2. & Anton. Faber in dicto lib. 1. titul. 2. diffinit. 9.*

55 Amplia † secundo Summum Pontificem posse dare ecclesiam, & beneficium alicui in visitationẽ. *arg. c. fin. de supplen. neglig. prælat. Boer. in dicta decis. 2. & Anton. Faber. in dicta diffinit. 9.*

56 Amplia tertio † Episcopum posse dare beneficium in commendam, sed per sex tantum menses, *arg. c. Nemo de inceps. de elect. in 6. Cardinal. Puteus in decis. 206. in princ. lib. 3. Francisc. Marc. in decis. Delphin. 1240. in princip. vol. 1. Ioan. Francisc. Panin. de visitation. part. 2. q. 6. in fin. Michael. Timoth. in praxi visitand. lib. 2. cap. 15. vide infra titul. de commenda.*

57 Abbas † commendatarius incapax est beneficiorum ad illaque obtinenda inhabilis *c. presbyteros. 19. q. 1. Oldrad. in consil. 14. nu. 4. & seq. Alfonsus Hoieda de benefic. compatib. & incompatib. parte 1. cap. 6. num. 1. Garzias Mastrill. in decis. Siciliæ. 2. num. 6. Lancellott. Conrad. in templo omn. iud. lib. 2. cap. 7. sub nu. 17.*

58 Declara tamen † quod si non est adepta possessio Abbatiæ incapax non est beneficiorum, sed per illius possessionem beneficia vacare dicuntur. *Petr. Rebuff. in Concord. Franciæ. titul. de mandat. Apostolicis. §. statuimus. num. vltimo. in verb. Monasteria. & ex Oldrado Panorm. Decio. Rebuffo. Pauino, & Gigante dicit Hoieda in allegato. capit. 6. numero 5.*

59 Vicarius episcopi conferendi † beneficia potestatem non habet, sine speciali mandato. *cap. fin. de offic. vicar. in 6. Guido Pap. in decision. 374. numero 5.*

60 Beneficiarij obitus † non probatur per famam publicam, nec per eam constituitur ordinarius in negligentia a die famæ, *vt concludit Cardinalis Puteus in decis. 132. in decision. 133. & in decis. 143. lib. 3.*

61 Declara secus † esse contra possessorem beneficij, quia quo ad eum vacatio probatur publica voce, & fama. *Idem Cardinal. Puteus in decision. 185. lib. 2.*

62 Impetratio † beneficiorum, quibus aliquis est priuatus ob crimina per sententiam, a qua est appellatum, est nulla. *Ioan Paul. Tholomæus in decisio.*

nouissi-

nouiſſima Roman. 834. *nu.* 1. *vol.* 3. *Anton. Auguſtin. in deciſ. nouiſſima Roman.* 1149. *nu.* 1. *vol.* 3.

63 Amplia procedere † etiam ſi impetratio facta eſſet intra decem dies datos ad appellandum, quia nulla erit. *Idem Tholomæus in dicta deciſ.* 834. *vol.* 3. *Robert. Lancell. de Attentatis appellatione pend. par.* 2. *cap.* 11. *num.* 17.

64 Amplia ſecundo † procedere, quod etiam ſi appellatio eſſet iuſta, & tamen non proſequuta, & deſerta quia ſimiliter impetratio erit nulla. *Idem Tholom. in dicta deciſ.* 834. *& Anton. Auguſtin. in dicta deciſ.* 1149. *num.* 3. *vol.* 3.

65 Limita tamen ſecus † eſſe, ſi appellatio eſſet nulla, quia forte appellare non poterat, quia tunc, & impetratio, & collatio beneficij valida eſſet, *vt dicit Anton. Auguſtin. in dicta deciſion.* 1149. *num.* 3. *volum.* 3.

66 Habens gratiam † pro beneficio in aliqua eccleſia, poteſt illud acceptare, ad cuiuſcunque collationem, inſtitutionem, vel electionem pertineat, *vt dicit Rota in deciſ.* 411. *incip. Nota habens gratiam. in Antiquis.*

67 Data anterior literarum † Apoſtolicarum regulariter præfertur. *AEgidius Bellemer. in deciſ.* 570. *nu.* 1. *Nicol. Boer. in conſil.* 33. *nu.* 23. *Aymo Crauetta in conſil.* 93. *nu.* 2. 3.

68 Ex prouiſis † de beneficio eodem die vnus ab ordinario, alter a legato, qui ceperunt beneficij poſſeſſionem eodem die, præfertur prouiſus ab ordinario, *Ioan Papon. lib.* 2. *tit.* 9. *Arreſto.* 12.

69 Acteptatio † prior facta ab altero ex expectantibus vigore gratiæ expectatiuæ, in qua dabatur menſis ad acceptandum, facit priorem diligentiorem altero habente ſimilem expectatiuam, qui fuit poſterior in acceptando. *Paul. AEmil. Verall. in deciſ.* 5. *nu.* 1. *& ſeq. lib.* 1.

70 Expectanti, præfertur † prouiſio facta per Papā ante illius acceptationem, etiam quod ipſe acceptet intra menſem, & Papa poteſt prouidere intra menſem, & ſua prouiſio valida eſt. *vt poſt Rotam in deciſ.* 5. *nu.* 2. *de conceſſion. præbend. quos ſequitur Verall. in deciſ.* 337. *nu.* 1. 2. *lib.* 1.

71 Collatio beneficij, quæ fit per † epiſcopum, etiam alicui ex ſuis domeſticis, nō probatur ſine teſtibus, quia diceretur actus priuatus, non publicus, *vt dictum fuiſſe per Arreſtum, ſcribit Petr. Rebuff. ad Conſt. Galliæ in rub. de chirograph. & ced. num.* 11. *tomo primo.*

72 Beneficium † ſæculare conferri non poteſt regulari, *vt poſt altos ſcribit Dominus Don Garzias Maſtrillus in deciſ. Siciliæ.* 31. *nu.* 8.

73 Exiſtente ſtatuto † quod beneficia dentur Nobilibus, & tamen in beneficio fuerit nominatus ignobilis, prælatus illum inſtituere non debet, vt per Arreſtum prouiſum fuiſſe ſcribit *Petrus Rebuff. in tractat. nominationum. q.* 15. *nu.* 40.

74 Declara ſecus eſſe, ſi in † beneficio Doctor eſſet nominatus, cum Nobilis dicatur. *vt dicit Cyn. in l. prouidendum. C. de poſtuland. Guido Papæ in deciſion. Gratianop.* 88. *ſub num.* 1. *ample Andr. Tiraquel. de Nobilit. cap.* 5. *nu.* 3.

75 Conceſſa a Summo † Pontifice poteſtate adminiſtrandi bona temporalia relicta per eius maiores pro Miſſarum celebratione, cum dubitaretur an poſſet cappellaniam a ſuis maioribus fundatam, obtinere, in qua a teſtatore diſpoſitum fuerat, vt tot Miſſæ celebrarentur, & de reditibus clericus aleretur. Reſponſum fuit, quod Cappellania inter temporalia computatur bona, illam ſine dubio obtinere poſſe, cum dicatur profana, & temporalis. *Ita Guido Papæ in deciſion. Delphinal.* 187. *quem refert, & ſequitur Aluarus Vallaſc. in deciſion. ſiue conſuetudine.* 60. *num.* 12. *allegans. Abbat. Panorm. in conſil.* 29. *vol.* 2.

76 Spurius, & illegitimus † beneficia eccleſiaſtica obtinere non poteſt. *argum. c. cum in cunctis. in princip. c. innotuit de election. Gloſ. in c. Niſi cum pridem. in verb. Manzeres. extra. de renunc. & habetur Deuteronomij. cap.* 23. Non ingredietur Manzer hoc eſt, de Scorto natus in Eccleſiam Domini vſque ad decimam generationem. *Ita in Tholoſano Senatu iudicatum refert Petr. Rebuff. in tract. de pacificis poſſeſſoribus. nume.* 276. 277. *faciunt notata per Cardinal. Paleott. de Nothis. & Spur. capit.* 57. *per totum. Cardinal. Pariſ. in conſil.* 96. *num.* 4. *volum.* 4. *quem refert, & ſequitur Cæſar Barzius in deciſion. Bonon.* 3. *nume.* 41. *Simon Maiolus de irregular. lib.* 1. *cap.* 3. *per totum. Marc. Anton. Marſil. Archiepiſcop. Salernitan. de Eccleſiaſticor. redit. origin. & iure. parte* 1. *capit.* 18. *num.* 1. 2.

77 Primo limita † ſecus eſſe, ſi cum illis diſpenſatum ſit a Summo Pontifice, *vt in cap. fin. de filijs presbyter. Petr. Rebuff. de pacific. poſſeſſoribus. numero.* 278. *Ioan. Nicol. Gimontius in Enchiridio Sacerdotior. titul. primo, cap.* 7. *num.* 41. *cum pluribus ſequen. Rota in deciſion.* 136. *incip. voluerunt Domini. Bellemer. in deciſ.* 362. *incip. illegitimus. Barzi. in deciſ. Bon.* 3. *nu.* 42.

78 Sub limita † & declara tamen diſpenſationem prius faciendam eſſe, quo ad ordines Sacros, *vt in c.* 1. *extra de fil. presbyter. & in cap.* 1. *eod. tit. in* 6. *Ioan. Coraſi. in Paraphraſ. ſacerdotior. parte* 3. *cap.* 2. *num.* 1. *AEgid. Bellemer. in deciſion.* 362. *illegitimus.*

79 Inferior a Papa conferens beneficium † ſine cauſæ cognitione, non cenſetur diſpenſare ſuper defectu natalium. *Thom. Grammat. in deciſ. Neapol.* 81. *num.* 9.

80 Ordinarij collatio, † ac prouiſio abſque teſtibus facta, non valet, *vt dicit Ioan Paponus Arreſtor. lib.* 2. *titul.* 9. *Arreſto.* 5.

81 Beneficij † collatio per ſimoniam facta, nulla eſt, *argum. cap. cum vniuerſorum. extra de rerum permut. Cappell. Tholoſ. in deciſion.* 438. *antea Rota in deciſion.* 736. *incip. Nota quod reſignatio. in antiquis. Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal.* 117. *num.* 4. *Lud. Gomez. in regul. de triennal. q.* 12. *Petr. Rebuff. de pacific. poſſeſſ. num.* 198. *Petr. Cenedo collect. iuris. Canonici.* 174. *numero tertio. parte ſecunda,*

plene Simon Maiolus de irregular.lib.5.cap.45.num. 2.3.Marcell.Cardinal. Crescent.in decision.3.num. 2.de simon.

82 Ad carcerem perpetuum † condemnatus super crimine,non intelligitur priuatus beneficio. *Bernardus Cardinal. Bisgnetus. in decis.5.de sent. & re iudicata.*

83 Beneficia † deuoluta ad Sedem Apostolicam,cõ ferri possunt a legato, & exequutore Apostolico. *Cappell.Tholosan.in decis.434.*

84 Prouisio Apostolica præstat † titulum coloratũ. *Aldobrandin. in decision.Roman. nouissima.205.nu. 1.vol.1.*

85 Intrusus in beneficialibus dicitur † qui sine superioris authoritate possessionem ingreditur. *Aluarus Vallascus in consultat.siue decision. 191.sub.nu.* 27.Is enim qui suo sensu,spreta superioris authoritate beneficij possessionem inuadit, intrusus dicitur.*c.ad aures.de excess.prælat.c. quia diuersitatem. de conces. præben. Io.Coras. in Sacerdot. paraphrasi,Parte 4.cap.1.nu.17.late Bernard.Diaz.in Pract. Crimin.Canon.cap.44.num.1.& Felin.in cap. in nostra. de rescript. Deci. in consil. 121. in fin. Rota in Antiquis in decision.415.incip. Nota quod intrusus.*

86 Declara etiam † intrusum dici, qui antequam Bullas,siue diploma expediretur, bonorum beneficij possessionem apprehendit. *Felin. in c. veniens. de accusat.& in consil.219.col.fin. Aym. Crauett. in consil.133.num.24.*

87 Declara † dici intrusum, qui ab eo collationem, & possessionem accipit,qui conferendi potestatem non habet.*Rota.in dicta decis.415.incip.Nota quod intrusus.in Antiq.*

88 Declara etiam † intrusum dici, qui vacantis beneficij possessionem accepit lite pendente. *Cardinal.Puteus in decis.62.num.1.lib.3. Robert. Lancelott. de Attentatis.parte 3.cap.27.num.24.*

89 Laicus beneficiorũ, † notorie incapax non est, potest enim illa retinere ex dispensatione. *Paul. AEmil. Verall. in decision. 138.lib.2. & in decision. 34.nu.2.4.lib.3.Francisc.Marc. in decisio. Delphin. 1355.sub num.4.vol.1.*

90 Cappellani honoris, & si non teneantur † residere in curia, vbicunque tamen moriantur, beneficia in curia vacare dicuntur. *Ioannes Gallus. quæst.31.*

91 Vbi agitur ad † beneficij priuationem, non sufficit procuratoris citatio, sed est citandus principalis,*vt voluit Peregrin. Fabius in decision.nouissima Roman.234.num.2.lib.2.& in decis.276.nu.3.cum seqq.lib.3.vol.3.*

92 Præsumitur semper, † quod beneficij impetratio sit legitime facta, *ex Gulielmo Cassad. in decisio. 3.super Regul.Cancellariæ.Cardinalis Puteus in decis.427.lib.3.Francisc. Cantuccius in decis. nouissim.Roman.9.num.4.vol.2.*

93 Canonicatus,& beneficium,in quo † debet celebrari Missa, puta pro defunctorũ animabus, sunt compatibilia,ex quo in altari ad celebrandas Missas per alium seruire potest,*vt post Lapsum in allegat.35.nu.2. Alfons. Hoiedam de Benefic.compatib. & incompatib. parte 2.cap.1.num.1.2. voluit Stephan.Gratian. in decision.155.num.16.17.& ante ipsum Ioan.Baptista.Ferrett.in consil.112.nu.1.faciunt notata per Cottam in decis. nouissim.Roman. 264.num.1.2.vol.2.*

94 Beneficiorum † appellatione, etiam Regularia comprehenduntur. *Aldobrandin.in decision.nouissim.Roman.189.num.1.vol.2.*

95 Theologi † in beneficijs alijs graduatis præferũ tur. *Christophor. Robuster.in decis.nouissim. Roman. 301.num.1.vol.2.*

96 Beneficiũ † solitum regi per seculares seruata solennitate.*c.cum de beneficio.de præbend.lib.6.* sufficit probatio per decem annos, nisi probetur contrarium per annos quadraginta.*vt per Rotam in decis. 32.incip.fuit dubitatum quid impetrans,in nouis.*

97 Successor in beneficijs † minime datur. *Peregrinus Fabius in decision.nouissi.Roman.125.nu.3. lib. 2.vol.3. Marcel.Cardin. Crescent.in decis.13.nu.1. titul.de procurat.*

98 Literis non expeditis,beneficium † acceptari potest, expeditio enim literarum de iure communi non est necessaria, quia signata supplicatione, & expedita,gratia perfecta est.*Gulielm.Cassador.in decisi.8.num.1. de Restit.spol. Paul. AEmil. Verall.in decis.4.& in decis.367.per totam.lib.1.*

99 Narrans in supplicatione † se laicum, cum sit clericus, non idcirco beneficio carebit. *Cardinal. Paleott. in decis. nouissim. Roman.516.lib.3.vol.3.*

100 Impetratio † beneficij nõ facta mentione,quod habet alia beneficia, etiam tenuia, est nulla,*vt post Dominic.de Sancto Gemin.in consi.128.col.1.voluit Borgnin. Caualcan. in decis. Fiuizan. 17.siue. 63. num. 64.parte 2. quem sequitur Don Garsias Mastrill.in decis.Siciliæ.2.num.12.*

101 Collatio † facta spreto patrono, eo prosequente nulla est.*c.decernimus.16.q.7.*si autem non præsentet patronus,vel inhabilem intra tempus,aut collationi consentiat, valida erit, *vt per Petr. Rebuff.in tract.nomination.q.17. num. 31. Et in concordatis Franciæ titul.de collation.§.si quis vero.in verb.disposuerit.vers. Et dicitur etiam nolle. fol. mihi. 320. Guido Papæ in decis.Gratianop.374.sub nu. 1. Francisc.Marc.in decision.Delphinal.475.num.1.volum. primo.*

102 In causa beneficiali † mortuo reo, per audientiã contradictarum procedi potest ad vlteriora contra omnes ad effectum adiudicationis faciendæ actori, præsertim propter fructus sequestratos. *Rota in decis.144.incip.in causa. in nouis.*

103 Beneficij collatio si fiat † a Prælato, antequam potestas esset ad ipsum deuoluta, subsequente post modum deuolutione, non potest illam ratificare, sed eget noua prouisione.*Francisc.Marcus.in decis. Delphinal.475. num.3.vol.1.Petr.Rebuff.in tract. nominationum.q.17.num.31.vers.secundo.de quo nouissime D.Ioan.Baptista Costa in tracta. de retrotraction.cap.8.Casu.30.sub.nu.13.*

104 Acceptatio facta coram † Notario, habet vim

proui-

prouiſionis, nec poteſt appellari minor diligentia quæ fit per literarū preſentationem. *Paulus AEmil. Verall. in deciſ. 5. num. 4. lib. 1.*

105 In eccleſijs † collegiatis, præbendarum collatio de iure ſpectat ad earundem eccleſiarum collegia. In Cathedralibus vero ad epiſcopum, niſi cōſuetudo aliter diſponat. *Rota in deciſ. 167. incip. de collatione. in nouis. Sed vide infra in titul. de Præbendis.*

106 Surreptio † in gratioſis ipſo iure vitiat. Ita ex communi Doctorum opinione dicit *Paul. AEmil. Verall. in deciſ. 7. num. 2. lib. 1.*

107 Collator † ſiue prouiſor poteſt aſſiſtere liti cum eo, qui fuit prouiſus. *Rota in deciſio. 282. incip. nota qualiter ille. in Antiq.*

108 Vbi conſtat notorie, quod acceptans † in beneficio acceptato ius non habet abſque expectatione ſententiæ id declarantis, poteſt aliud beneficium acceptare. *Rota in deciſ. 142. incip. Nota, quod vbi eſt notorium. in antiquis. Faciunt quæ dicit Tiraquel. in l. boues. §. hoc ſermone. limitation. 1. nu. 8. de verb. ſignific.*

109 Si intra † tempus ab impetrante non ſit facta purificatio ex culpa exequutoris, vel ordinarij, beneficiario minime imputabitur. *Rota in deciſio. 164. incip. Nota quod vbi non ſtetit. in Antiq.*

110 Si † mandetur alicui prouideri de beneficio aliquo in certa eccleſia, ſi vnicum ibi beneficium extat, non prouidebitur. *Rota in deciſio. 216. incip. voluerunt, & ordinauerunt. in nouis. Thomas Falſtol. in deciſion. ſiue dibitat. 55.*

111 Dum † quis habet duos procuratores, quorum vnus acceptauerit vnum beneficium, alter alterum, tunc pinguius acceptatum cenſebitur, *vt dicit Rota in deciſion. 173. incip. Nota quod duobus. in Antiq.*

112 Exceptio † criminis contra promotum ad beneficium, a beneficio ipſum non repellit. *Rota in deciſio. 178. incip. Nota quod vbi apponitur. in Antiquis.*

113 Collator beneficij in primo turno † impeditus, in ſecondo turno conferre poteſt. *Rota in deciſion. 190. incip. Nota quod vbi ex ſtatuto. in Antiquis.*

114 Si Papa confert beneficium † ob mortem cappellani, tamquā cappellani Papæ, per hæc verba non probatur illum fuiſſe cappellanum. *Rota in deciſio. 197. incip. Nota quod vbi Papa. in Antiq.*

115 Impetrans † a Papa beneficium, puta Archidiaconatū, vel Archipresbyteratum, mentionem facere neceſſe non habet, ſi ſit cum cura, vel ſine cura. *Rota in deciſio. 202. incip. Nota quod non tenetur. in Antiq.*

116 Religioſus † expectans, poteſt acceptare officium ſpectans ad Abbatis collationem, ſecus in clericis. *Rota in deciſio. 265. incip. Nota quod vbi religioſus in Antiq.*

117 Impetratio † beneficij principalis, quod habet aliud beneficium annexum, de quo non ſit facta mentio, non eſt ſubreptitia. *Rota in deciſ. 319. incip. Nota, quod vbi beneficium. in Antiq.*

118 Beneficia † ſimplicia, & perfecta ob clauſulas in gratijs appoſitas, pro affectis habentur, ita vt ordinarius de his diſponere nequeat. *Cardin. Puteus in deciſ. 153. nu. 4. lib. 2.*

119 Tempus † acceptandi expectantibus non currit, ſi beneficium de facto ab alio poſſidetur, licet non de iure. *Rota in deciſ. 695. incip. Nota quod non currit in Antiquis.*

120 Reuocatio † gratiarum expectatiuarum ſi fuerit facta comprehendit etiam acceptantem, qui non fecit ſibi prouideri poſt acceptationem, & ante reuocationem. *Rota in deciſ. 696. incip. dic quod reuocatoria.*

121 Expectans † Decani, vel Capituli communiter, vel diuiſim, non admittitur ex gratia ad beneficia ſingularum perſonarum. *Rota in deciſ. 111. incip. Nota quod vbi aliquis. Bernard. Cardinal. Biſgnetus. in deciſ. 10. de conceſſ. præbend.*

122 Expectans † ad collationem decani, vel Capituli eccleſiæ cathedralis, poteſt acceptare beneficium vacans in eadem eccleſia. *Rota in deciſ. 112. incip. Nota quod vbi aliquis eſt expectans in Antiquis.*

123 Pactum † primi expectantis, quod non acceptabit beneficium ſecundi expectantis, validum eſt. *Rota in deciſ. 123. Incip. Nota quod vbi primus in in Antiquis.*

124 Expectans † ad collationem epiſcopi ſimpliciter, prouideri poteſt etiam de beneficio, & præbenda, quæ eſt in Cathedrali. *Rota in deciſ. 213. incip. Nota quod vbi eſt aliquis. in Antiq.*

125 Impeditus † purificare gratiam per ordinarium infra menſem, ſi facit poſt menſem, retrotrahitur, cum non ſentit per ipſum. *Rota in deciſ. 225. incip. Nota quod vbi aliquis eſt impeditus. in Antiq.*

126 Impetrans † beneficium intuitu, quod beneficiarius contraxerit matrimonium, ſi non probauerit, matrimonium per verba de præſenti contractū fuiſſe, non ſufficit. *Rota in deciſ. 481. incip. Nota ſi impetraretur. in Antiq.*

127 Tenens beneficium, vt promoueatur infra annum, vt priuari poſſit, monitio præcedere debet. *Rota in deciſ. 520. incip. Nota quod tenens in Antiquis.*

128 Habens † beneficium in clauſtro, ſeu continentibus ædificijs, dicitur habere in eccleſia. *Rota in deciſ. 549. incip. Vtrum beneficium. in Antiq.*

129 Etiam de nocte † beneficia eccleſiaſtica conferri poſſunt. *Marcel. Cardin. Creſcentius in deciſ. 13. nu. 1. titul. de reſcrip.*

130 Impetranti ad † collationem epiſcopi, ſufficit Epiſcopum eſſe in quaſi poſſeſſione iuris conferendi idem beneficium impetratum, licet ad verſarius ſe offerat, collationem ad alium ſpectare, probaturum. *Rota in deciſion. 537. incip. Quidam impetrauit. & in deciſion. incip. vtrum ſicut in Antiq.*

131 Mandatum de † prouidendo quo ad parochialem, ſi non eſt facta mentio minoris ætatis, eſt nullum. Marcell. Cardin. Creſcent. in deciſion. 15. nu. 1. de reſcriptis.

132 Quo ad poſſeſſorium † beneficiorum, & aliorum iurium ſpiritualium, temporalis iudicis eſt cognitio.

tio. *uGido Papæ in deciſion.* 1. *num.* 1. *in deciſion.* 71. *num.* 1. *in deciſion.* 85. *Gulielm. Benedict. in c. Raynutius. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. deciſion.* 2. *num.* 39. *de teſtam. Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal.* 69. *num.* 23. *Matth. de Afflict. in deciſi. Neapol.* 2. *num.* 10. *in deciſion.* 24. *num.* 1. *Thom. Grammat. in deciſion.* 78. *num.* 2. *Franciſc. Marc. in deciſion. Delphinal.* 190. *num.* 6. *in deciſion.* 512. *num.* 2. 3. *vol.* 1. *in deciſion.* 215. *num.* 3. *vol.* 2. *Octauian. Cacheran. in deciſion. Pedemontan.* 116. *num.* 1. *in deciſion.* 131. *Ioachim. Mynſinger. pract. obſeruat. centur.* 2. *obſeruat.* 67. *Antonin. Theſſaur. in deciſio. Pedemontan.* 82. *Arnulphus Ruzeus de iure Regalior. Priuileg.* 26. *num.* 2. *Aluarus. Vallaſcus in deciſion. ſiue conſultat.* 93. *Renatus Choppin. de Sacra Politia Forenſi. lib.* 2. *titul.* 1. *Articul.* 2. *dixi de Præſtantia Regis Catholici. cap.* 71. *num.* 214. *cum pluribus ſeqq. dicam infra. in titul. de cauſ. poſſ. & proprieta. & in titul. de poſſeſſorio. nouiſſime Gerardus Maynardus. in deciſi. Tholoſ.* 28. *lib.* 1.

133 Literæ † impetrationis beneficij arreſtatæ, dearreſtari, ac relaxari ſine cautione non debent. *Rota in deciſion.* 172. *incip. Primo, & ſecundo in Antiq.*

134 Creditor † literis, & ſigillo exequutoris, & commiſſarij ſuper exequutione gratiæ deputati, quod ille beneficium acceptauerit ſaltem cum iuramento acceptantis. *Rota in deciſion.* 574. *incip. vtrum credatur. Cardinal. Biſgnet. in deciſion.* 1. *titu. de fid. inſtrum.*

135 Mandatum in beneficialibus † licet per mortem ceſſet, vt in Clem. fin. de Procur. tamen ſecus eſt in fructibus, & expenſis, & in omnib. profanis, quia ob mortem non expirat. *Marcell. Cardin. Creſcent. in deciſio.* 8. *& in deciſion.* 13. *num.* 1. *titul. de procurat.*

136 Qualitas inhærens † de iure beneficio, non debet mentionari in impetrarione, niſi in qualitate inhærente de facto. *Rota. in deciſion.* 610. *incip. Dominus Vrbanus. in Antiquis.*

137 Canonicus, qui ab fuit † ob proſequutionem litis cum capitulo debet integros fructus percipere. *Gerardus Maynardus in deciſion. Tholoſ.* 45. *lib.* 1. *Ioannes Copus de fructibus. lib.* 4. *titul.* 3. *cap.* 4.

138 Acceptans beneficium † vigore ſententiæ, ſi exequutor poſtmodum profert contra eum, & ab hac exequutoris pronuncia non appellat, poteſt ſecundum beneficium acceptare. *Rota in deciſion.* 234. *incip. Nota quod vbi quis. in Antiq.*

139 Ordinarius regulam de † infirmis obſeruare minime debet. *Gerardus Maynardus in deciſion. Tholoſ.* 52. *lib.* 1.

140 Impetrans † non poteſt acceptare vnicum beneficium ſpectans ad collationem alicuius ad euitandum periculum mortis proximi. *Rota. in deciſion.* 241. *incip. Nota quod vbi quis eſt impetrans. in Antiquis.*

141 Expectans † beneficium ad collationem capituli, poteſt acceptare beneficium quod conferre ſolet Hebdomadarius, ex quo cũ mutetur de ſeptimana in ſeptimanam illud officium repreſentat Capitulum. *Rota in deciſion.* 259. *incip. Nota quod expectans. in Antiq.*

142 Ceſſio in beneficialibus † non inducit iuris ceſſionem. *Marcell. Cardin. Creſcen. in deciſion.* 4. *num.* 2. *titul. de reſtit. ſpol.* Habet tamen vim pacti de nõ petendo, vt ibi.

143 Clericatus præſumitur † præceſſiſſe beneficij collationem eadem die factam cum ille habet horam. *Marcel. Cardinal. Creſcent. in deciſi.* 4. *de Præſumpt. & in deciſ.* 16. *titul. de præbend.*

144 Eccleſiæ collegiatæ erectionem † præſumitur præceſſiſſe ſuppreſſionem, & vnionem beneficiorum ei factam. *Cardinal. Creſcentius in deciſion.* 6. *de Præſumpt.*

145 Regula de viginti diebus habet locum † in collationibus neceſſarijs. *Gerardus Maynardus in deciſ. Tholoſ.* 54. *lib.* 1.

146 Falſitas, quæ non inducit † concedentem ad cõcedendum, non vitiat. *Rota in deciſion.* 350. *incip. Nota quod illa. in Antiq.*

147 Acceptatio primi, quæ fuit † valida, licet reddatur inutilis, præſtat tamen impedimentum ſecundo, ex quo prima a principio fuit valida. *Rota in deciſ.* 422. *incip. Nota primus. & in deciſ.* 433. *in incip. nota ſed pone. in Antiq.*

148 Parochiale beneficium obtinens, etiam † poſt elapſum promotionis annum gradum obtinere, & ſacerdos fieri poteſt. *Gerard. Maynard. in deciſ. Tholoſ.* 55. *lib.* 1.

149 Canonicus præbendatus † impetrans gratiam de alio beneficio, facta mentione ſolum de præbenda, ſed non de canonicatu, non ideo habebit gratiam ſubreptitiam. *Rota in deciſ.* 547. *incip. vtrum Canonicus. in Antiq. Cardin. Biſgnet. in deciſ.* 2. *tit. de præbendis.* Secus autem ſi fieret mentio de Canonicatu, & non de præbenda, vt dicit ibi.

150 Si Papa † impetranti beneficium conceſſerit, quod aſſerunt eſſe curatu, vel exigere reſidentiam, cum reperiatur eſſe ſimplex, ſine cura, vel reſidentia, non ideo erit impetratio ſubreptitia. *Rota in deciſ.* 562. *incip. Papæ ſupplicat. & in deciſ.* 583. *incip. Quidam obtinuit.*

151 Eleemoſynaria † inſtituta per aliquem in eccleſia Gerundenſi, vel alia, habens cappellaniam ab ea dependentem, non uenit, nec cadit in gratijs expectatiuis. *Rota in deciſ.* 584. *incip. Quidam in ciuitate. in Antiq.*

152 Impetratio † beneficii, tacendo quod defunctus erat familiaris Cardinalis, eſt ſubreptitia, vt declarauit Gregorius vndecimus Summus Pontifex. *Scribit Rota in deciſion.* 721. *incip. Nota quod Dominus.*

153 Collatio † beneficii probatur per teſtes, & inſtrumenta. *Rota in deciſion.* 780. *dic quod collatio. in Antiquis.*

154 Impetratio † beneficii facta pro abſente, non vitiatur ex eo, quia non fuere expreſſa beneficia, quæ obtinebat. *Rota in deciſ.* 825. *incip. Nota quod ſi ſupplicetur. in Antiquis.*

155 Reuocatoria † reddit inefficacẽ acceptationem

primi

primi in data, nec ideo validat acceptationem ſecundi. *Rota in deciſion. 833. incip. Primus, & ſecundus. in Antiq.*

156 In collatione beneficij citatio non exigitur, nec etiam per edictum, & ſi lædatur ius tertij, & alteri beneficium collatum foret, *vt poſt Ludouic. Roman. in Conſil. 483. num. 15. & in conſil. 499. num. 5. Ludouic. Gomez. in Regul. de infir. reſig. q. 18. tenuit Blanchettus in deciſion. nouiſſim. Roman. 309. num. 1. lib. 1. vol. 1. fuit dictum Lapi. in Allegat. 103. ſub num. 1. Vbi Quintilian. Mandoſ. in Apoſtillis allegat Cæſarem Lambertin. de iure patron. parte 2. lib. 2. Articul. 13. q. 6. nu. 2.*

157 Limitatur † tamen deueniri non poſſe ad miſſionem in poſſeſſionem, non citato poſſeſſore, & negotio diſcuſſo, *vt per AEgid. Bellemer. in deciſion. 85. in fin. & voluit alios allegans Quintilian. Mandoſ. ad Lapum in alleg. 16. in verb. & poterit.*

158 Falſa demonſtratio, vel error † qualitatis expreſſæ, non vitiat literas impetrationis, vbi conſtat de corpore, & quod ibidem non ſit aliud ſimile, vt exẽplificat *Rota in deciſion. 839. incip. Papa conceſſit. in Antiquis.*

159 Dignitas electiua † ſi impetretur in collegiata, non facta mentione, quod ſit electiua, impetratio erit nulla. *Rota in deciſion. 878. incip. Præmiſſa in Antiq.*

160 Sufficit, quod conſtet † de nomine prouiſi de beneficio, quamuis ſit erratum in nomine eius, ex cuius perſona uacauit, *Rota in deciſion. 319. incip. licet impetrans. in nouis.*

161 Expectans ad collationem † epiſcopi, & Capituli, poteſt acceptare præbendam cathedralis eccleſiæ, ſi non ſit excepta. *Rota in deciſion. 247. incip. habens gratiam. in nouis.*

162 Ad recipiendam † poſſeſſionem iuris canonicalis, ſpeciale mandatum exigitur. *Rota in deciſion. 290. incip. ad recipiendum. in nouis.*

163 Oriundi hominibus † extraneis præferuntur in beneficialibus. *Blanchett. in deciſion. nouiſſima Roman. 299. num. 1. lib. 1. vol. 1. & in deciſio. 413. num. 4. eod. libro 1. vol. 1. Cardinal. Pariſ. in conſil. 38. num. 13. 14. vol. 4. Ioan. de Selua in tract. de benefi. parte 3. q. 26. deciſion. in conſil. 542. num. 13. Didac. Couar. practic. quæſt. cap. 35. Quintilian. Mandoſ. in conſil. 55. num. 5.*

164 Declara † procedere exiſtentibus idoneis oriundis in loco, alias dantur, extraneis. *Blanchett. in dicta deciſion. nouiſſ. Rom. 299. num. 2. & in dicta deciſion. 313. num. 4. lib. 1. vol. 1. Quintilia. Mandoſ. in regul. 16. de concurrent. ſuper benefic. iuxta qualit. q. 39. Alfonſ. Hoied. de benefic. compat. & incompat. parte 1. cap. 23. num. 85.*

165 Declara ſecundo † ſi originarij, in alio loco ſe tranſtulerint, in quo domicilium cõtraxerint. *Blanchett. in deciſion. in nouiſſim. Roman. 327. nu. 1. cum pluribus ſeq. lib. 1. vol. 1.*

166 Expreſſio dignitatis, quæ † re vera erat officium, non reddit gratiam ſubreptitiam. *Cardin. Biſgnet. in deciſ. 19. titul. de præbend.*

167 Collatio infra menſem † datum expectantibus per ordinarium, licet expectantes non acceptauerint, non præiudicat illis, qui idem beneficium a Papa impetrarunt. *Cardin. Biſgnet. in deciſio. 32. tit. de Præbend.*

168 Beneficiorum appellatione † dignitates, & Canonicatus non comprehenduntur *Cæſar Graſſus in deciſion. nouiſſim. Roman. 343. num. 2. lib. 1. vol. 1. & in deciſion. 592. num. 2. quæ eſt. quaſi ſimilis lib. 1. vol. 1.*

169 Locus erectus † epiſcopi authoritate præſumitur beneficium. *Cæſar. Graſſus in deciſion. nouiſſim. Roman. 508. num. 6. & in deciſion. 109. num. 1. lib. 1. vol. 1.*

170 Habens beneficium † cum cura animarum, ſi illud, ac beneficia ſimplicia, quæ habet non ſufficerent ad eius ſuſtentationem, dabitur congrua portio. *Iulius Oradinus in deciſi. nouiſſ. Roman. 16. num. 1. lib. 1. vol. 1. ſupra hoc eodem titul. num. 24.*

171 Prouiſio Papæ de beneficio † non facta mentione ſacri Concilij Tridentini, eſt nulla. *Cotta in deciſ. nouiſſim. Rom. 48. num. 1. 2. lib. 1. vol. 1.*

172 Prouiſio facta per † exequutorem ante purificationem gratiæ, inualida eſt. *Rota in deciſion. 317. incip. habens gratiam. in nouis.*

173 Qui habet canonicatum † ſub expectatione præbendæ, poterit præbendam vacantem, re integra, poſt menſem acceptare. *Rota in deciſione. 238. incipi. habens authoritatem. in nouis.*

174 Cappellanis † imputatur ſi acceptant tenuia beneficia. *Aldobrandin. in deciſion. nouiſſim. Rom. 230. num. 5. parte 1. vol. 1.*

175 Collatio † iuris patronatus facta ab ordinario infra menſem datum ad preſentandum, ſuſtinetur, ſi intra tempora patroni non contradicant. *Chriſtophor. Robuſterius. in deciſion. nouiſſim. Roman. 77. num. 4. parte 1. vol. 1.*

176 Papa † ſi diſpenſat cum promoto ad epiſcopatum, vt retineat beneficium, ad laici præſentationem ſpectans, diſpenſatio, & impetratio valent. *Rota in deciſion. 331. incip. ſuppoſito facto.*

177 Clerico † Luſori beneficium eccleſiaſticum non confertur, vt plene, & pulchre dicit. *Aldobrandin. in deciſion. nouiſſima Rom. 426. incip. Domini dixerunt Gundiſſaluum. parte 1. lib. 6.*

178 Diſtributiones † cotidianæ nõ ſunt de corpore beneficij. *Cæſar Graſſus in deciſion. nouiſſim. Roman. 402. nu. 4. lib. 1. vol. 1.*

179 Poteſtas exequutoris, ſi ſibi data eſt † hoc modo, *Si, ita eſt, & vocatis vocandis*, expirat morte mãdantis, ſecus ſi dixiſſet, quod abſque cauſæ cognitione prouideret. *Rota in deciſion. 349. incip. ſi Papa. in nouis.*

180 Epiſcopus generaliter, † non ſpecialiter poteſt Vicario conferendi beneficia poteſtatem tribuere, & poteſt viua voce dari, & teſtibus probari. *vt dicit Rota in deciſion. 397. incip. Si epiſcopus. in nouis.*

181 Inductio in poſſeſſionem beneficij † facta ab eo, qui conferendi beneficij poteſtatem habet, vim collationis continet. *Rota in deciſion. 441. incip. fuit dubitatum*

dubitatum.in nouis,quam ſequitur,& corrupte allegat Paul. AEmil. Verall. in deciſion. 81.*num.* 5. *lib.*1.

182 Collatio de beneficio conſueto † aſſignari ſecularibus, facta monacho, eſt ipſo iure nulla, niſi cum ipſo diſpenſatum fuerit.*Rota in deciſion.*483. *incip.Collatio facta.in nouis.*

183 Ordo Cluniacenſium† priuilegium habet,vt nemo recipiatur,niſi illius ordinis mentio fiat,tamen qui impetrauit ad collationem Prioris ordinis Sancti Benedicti,ſub cuius ordine Cluniacenſes militant, prouiſus hoc non obſtante non repellitur. *Bernard. Cardinal.Biſgnet.in deciſion.* 11.*titul. de reſcript.*

184 Papa ſi conferat beneficium, vti † de iure patronatus laicorum, omnino qualitas iſta probanda eſt.*Aldorandin.in deciſion.Nouiſſ.Romana.* 532. *num.*3.*lib.*1.*vol.*1.

185 Probatio in beneficialibus, † quod centum remaneant liberi pro rectore, concludens eſſe debet. *Lancellot.in deciſion.Nouiſſ.Rom.*380.*num.*1. *lib.*1. *vol.*1.

186 Abbate, vel Prælato † regularis, vel collegiatæ eccleſiæ,beneficium conferre negligentibus, non idcirco facultas conferendi deuoluetur ad Capitulum.*Cardin.Biſgnet.in deciſio.*1.*titul. de ſupplen. neglig.prælat.*

187 Vicarius ſi habet † poteſtatem conferendi beneficia, poterit dignitates conferre. *Cardin. Biſgnet.in deciſ.*2.*tit.de offi.Vicar.*

188 Optionem † habentes debent ſucceſſiue vnus poſt alium optare,ita vt qui eſt anterior optet. *arg. c.*1. *de conſuetud.in* 6. *Rota in deciſion.*300. *incip.ſi mandetur.Aldobrandin.in deciſion.nouiſſi. Roman.* 420.*num*1.*lib.*1.*vol.*1.

189 Papa ſine cauſa poteſt † aliquem beneficio priuare,ſecus vero in prophanis. *Seraphin. Oliuar.in deciſion.nouiſſ.Roman.*136.*nu.*1.*lib.*1.*vol.*1.*& ante eum Ioan.Mohedan.in deciſion.*86.

190 Qualitates omnes † in beneficijs impetrãdis exprimendæ ſunt,quę poſſent Papam a concedendo retrahere. *Seraphin.Oliuar.in deciſi.Nouiſſ. Roman.* 95.*num.*2.3.*lib.*1.*vol.*1.

191 Collatori currit tẽpus, a quo † ſcire debuit, vel potuit. *Cardin. Biſgnet.in deciſ.*7.*tiul. de præbend.*

192 Qualitas,quod impetrans poſſidebat aliud † beneficium ſub eodem tecto, ſi non exprimatur in gratia, non vitiat, quia non retraheret Papam a concedendo. *Ioan.Mohedan.in deciſion.*171. *quam ſequitur Seraphin. Oliuar. in deciſio. nouiſſima Roman.*650.*num.*3.4.*libro* 1.*vol.*1.

193 Collatio omninoda facta † collationem plenariam ſignificat.*Blanchet. in deciſion. nouiſſ. Roman.* 296.*nu.*1.*lib.*1.*vol.*1.

194 Fructus † percipiendi ſunt de manibus illius, qui tenet beneficium,non autem de manu colonorum.*Franciſc. Cantuc. in deciſion.nouiſſim.Roman.* 7.*nu.*3.4.*parte.*2.*vol.*2.

195 Obtinens † gratiam ad collationem Abbatis, poteſt acceptare beneficium pertinens ad eius collationem cum conſenſu epiſcopi. *Bernard. Cardinal.Biſgnet.in deciſion.*10.*titul.de Præb.*

196 Beneficia † curata debent a dignis, & idoneis Parochis obtineri,& gubernari *ex Concil.Trid.ſeſſ.* 24.*de Refor.cap.*18.*Franciſc.Cantuc.in deciſion. nouiſſ.Roman.*10.*num.*1.*par.* 2.*vol.*2.

197 Clericus præſumitur † idoneus ad beneficium obtinendum.*Franciſc.Cantuc.in deciſion.nouiſſim. Roman.*16.*num.*1.*parte* 2. *vol.*2.

198 Promotus † ad ſacros ordines ad titulum certæ penſionis ſibi per laicum aſſignatæ in impetrationibus de illa mentionem facere non tenetur. *Cardinal.Biſgnet. in deciſion.*11. *titul.de præben.*

199 Impetrantes primarias preces † ab Imperatore, habente poteſtatem a Papa, non præferuntur apoſtolicis habentibus poſteriores. *vt dicit. Biſgnetus Cardin.in deciſion.*15.*titul.de præbend.*

200 Apoſtolici † ſimiliter impetrantes preferuntur nominatis per archiepiſcopum in vim ſpecialis priuilegij.*Cardin. Biſgnetus in deciſion.*19. *titul.de præbend.*

201 Penitus illiterati † ad beneficia obtinenda inhabiles ſunt,intelliguntur autem illiterati, qui penitus literarum ſtudia neſciunt, nec literarum principia,vel ſolum ſciunt legere,& ſcribere in vulgari. *Franciſc. Cantucc.in deciſion.nouiſſi. Roman.* 16.*num.*2.3.*par.*2.*vol.*2.

202 Declara procedere † in beneficijs curam animarum habentibus,vel in quibus requiritur induſtria,aut Conſilium,vt in Canonicatu Cathedralis Eccleſiæ,ſecus,in beneficio ſimplici, *vt poſt Rotam in deciſion.*13.*num.*4.*de prob.in antiquis, quam alle gauit, & ego in meo libro non inueni, & ſequitur idem Franciſc. Cantuc. in dicta deciſion.* 16.*nume.*4.

203 Titius in quadam eccleſia † fundauit cappellam, illam dotando, & conſtituendo ei redditus perpetuo annuos antequam illud epiſcopus confirmet, contulit Caio,poſtmodum ad petitionem Titij cõfirmationem beneficij adimpleuit, collatio facta Caio nulla erit. *Bernar.Cardin.Biſgnet. in deciſion.*17.*tit.de præben.*

204 In parochiali eccleſia † vltra ſacerdotem ſufficit vnus clericus,qui ſacerdoti ſeruiat.*argu. cap. vt quiſq; de vita & honeſtat.cleric. Gulielm. Caſſador. in deciſ.*19.*nu.*1. *Cantuccius in deciſion. nouiſ.Rom.* 56.*num.*10.*par.*2. *vol.*2.

205 Prælatus † poſt confirmationem electionis, beneficia conferre poteſt. *Lancellot in deciſion.nouiſſ. Roman.*182.*num.*3.*parte* 2.*vol.*2.

206 Beneficium † tenue receptans ſibi imputet. *Franciſc.Cantuc.in deciſion.nouiſſ.Roman.*56.*num.* 11.*parte* 2.*vol.*2.

207 Apoſtolicus † receptus ad poſſeſſionem ſub conditione, ſi ſibi de iure debeatur,& non alias, cenſetur pure receptus. *Cardin. Biſgnet. in deciſ.*9. *de conceſſ.præbend.*

208 Eccleſia † quæ ſolet regi per ſeculares clericos, collata regulari, vel clauſtrali per epiſcopum, & quod non exiret clauſtrum, eſt inualida. *Thomas Falſtoli.*

Faſtoli. Dubitat. ſexageſima quinta.

209 Ex† ſequentibus ſignis beneficium cognoſcitur, ex ratione perſonarum conferentium, & perſonæ, cui confertur, quomodo conferatur, & quod onus habeat. *Cæſar Graßus in deciſ.nouiſs.Rom.* 508.*nu.* 3.*lib.*1.*vol.*1.

210 Beneficia † patrimonialia comprehenduntur ſub indultis Cardinalium, tenentur tamen obſeruare omnia, ad quæ tenebantur ordinarij. *Paul. AEmil.Verall.in deciſ.*66.*num.*1.2.*lib.*1.

211 Monacho † Canonico Regulari poteſt prouideri de beneficio curato ſæculari ſaltem cum epiſcopi diſpenſatione.*Verall.in deciſion.*85.*lib.*1.*fuit contra Rotam in deciſion.* 262. *in Nouis. incip. in religioſo. quam declarat ſine diſpenſatione veram eſſe.*

212 Adminiſtratio † Cappellaniæ, & hoſpitalis, puta habere curam in celebrari faciendo certum numerum Miſſarum ex reditibus a teſtatore relictis, & quod ſupereſt, conuertatur ad vtilitatem ipſius,non dicitur eccleſiaſticum beneficium, quia de eo ſunt capaces laici, & mulieres. *Cotta in deciſ.nouiſs.Roman.*264.*nu.*1.2.*in deciſion.*265.*num.* 1.*part.*2.*vol.*2.

213 Beneficium † non dicitur litigioſum quo ad illum, contra quem fuit impetrata commiſſio, literis non expeditis, ſecus vero quo ad committi facientem. *Gulielm. Caſſador. in deciſion.* 6.*num.*3. *Peregrinus Fabius in deciſ.nouiſs. Roman.* 90. *nu.*1. *volum.*3.

214 Portio,quæ datur † miniſtro eccleſiæ, non dicitur beneficium eccleſiaſticum,niſi detur in titulum perſonæ habili. *Cotta in deciſ.nouiſs. Roman.*264. *nu.*2.*par.*2.*vol.*2.

215 Ordinarius, † cui eſt conceſſa alternatiua a Summo Pontifice, poteſt conferre beneficia, etiam non expeditis literis, cum ex ſola ſupplicatione gratia perficiatur, *Peregrin. Fabius in deciſion. nouiſsim. Roman.* 251. *numero* 2.3.*lib.*1. *volum.*3.

216 Beneficia † litigioſa, non niſi a Summo Pontifice conferri poſſunt. *Anton. Auguſtin. in deciſ. nouiſſi.Rom.*1898.*lib.*3.*vol.*3.

217 Habens † mandatum de prouidendo, poteſt acceptare etiam non confectis literis. *Ioan. Mohedan.in deciſion.nouiſs.Roman.*6. *numero* 1.*in deciſion.*7.*lib.*1.*volum.* 3.*in deciſ.*59. *& in deciſ.* 63.*lib.* 2.*vol.*3.

218 Quo ad habilitatem † ad oſtendenda beneficia, communis reputatio ſufficit. *Rota in deciſion.*349. *incip.Nota quod ſi impetrans.in Antiq.Anton.Auguſtin.in deciſion.nouiſs. Roman.*1163.*num.*5.6.*lib.*3. *volum.*3.

219 Collatio canonicatus, & præbendæ in eccleſia numerata, non valet, niſi appoſita fuerit clauſula, non obſtante numero. *Ioan.Paul. Tholomæus in deciſ.nouiſſim.Roman.*771.*lib.*3.*volum.*3. *vbi eſt concluſum contra AEgid.Bellemer.in deciſion.*13.*titul. de præben.*

220 Archipresbyteratus † cum beneficio curato, ſunt incompatibilia.*Ioan.Paul.Tholom. deci.nouiſ. Roman.*814.*lib.*3.*volum.*3.

221 Beneficia † litigioſa non comprehenduntur ſub regulis de Annali,vel Triennali.*Ioan.Paul.Tholomæ. in deciſion. nouiſſim. Roman.* 815. *lib.* 3. *volum.*3.

222 Limitatur primo niſi † inter alios lis moueretur poſt interpretationem *Tholom.in dicta deciſio.*815. *lib.*3.*vol.*3.

223 Limitatur ſecundo, † niſi cum prædeceſſore impetrantis fuiſſet litigioſum.*Idem Ioã.Paul.Tholom. in dicta deciſ.*815.*lib.*3.*vol.*3.

224 Beneficium alicui collatũ † per Abbatem Caſſinenſem,dicitur potius illi datum, vt ſit, & dicatur adminiſtrator, quam beneficiarius, cum poſſit per ſucceſſorem Abbatem amoueri.*Peregrin.Fabius in deciſion.nouiſsima Roman.* 177.*numero* 1.2.*lib.*3. *volum.*3.

225 Obtinens beneficium † extra patriam,debet examinari ſi ſciat linguam ratione idiomatis. *Ioan. Paul.Tholom. in deciſio. Nouiſs. Roman.*920.*lib.*3. *volum.*3.

226 Impetratio † Beneficij per obitum Petri, cum deberet eſſe Franciſci,conſtito de identitate beneficij,valida eſt.*Thauus in deciſ.nouiſſi. Rom.* 1920. *in deciſ.*1940.*in deciſ.*1952.*lib.*3.*vol.*3.

227 Acceptans † beneficium vigore expectatiuæ, quod acceptare non poterat, gratia eſt conſumpta. *Fabius Accorombonus in deciſ.nouiſs. Roman.* 3.*lib.* 1.*vol.*3.*Ludou.Roman.in conſil.* 329.*num.*1.*quem ſequitur alter Peregrin.Fabius in deciſ.nouiſs.Rom.* 6.*lib.*2.*vol.*3.

228 Declara tamen † gratiam non dici cõſumptam, ſi ſtatim poſt acceptationem dimiſit. *Idem Peregri. Fabius in dicta deciſ.*6.*lib.*2.*vol.*3.

229 Poſſeſſio † beneficij, ex eo, quod ille vocetur illius rector,non idcirco probabitur. *Ioã. Paul. Tholom.in deciſ.nouiſs.Roman.* 924.*lib.*3.*volum.* 13.

230 Impetratio † beneficij per aliquem facta a Sede Apoſtolica, vt ſibi illud conferatur, quo venit priuandus homicida, & interim accuſatus moritur, talis impetratio nulla redditur *Cappell.Tholoſan.in deciſ.*436.

231 Apoſtatæ tanquam infami † beneficia conferri nequeunt. *Paul. AEmil. Verall. in deciſ.*219.*nu.*5. 6.*lib.*3.

232 Poſſeſſio decem † annorum cauſat bonum titulum.*Guliel.Caſad.in deciſ.*2.*& in deciſ.*4.*nu.* 5.*tit. de cauſ.poſſ.& propr.*

233 Collatio debet eſſe libera,nec modum,nec conditionem,nec onus continere debet. *Paul. AEmil. Verall.in deciſ.*241.*nu.*2.*lib* 3.

234 Simoniaca beneficij collatio nulla eſt † ipſo iure.*Cappel.Tholoſ.in deciſ.*438.

235 In beneficialibus † titulorum communicatio admittitur, nec tenetur ſpecificare, & eligere ante ſententiam, ex quo ſi non poteſt vno titulo ſe iuuare, iuuabitur altero. *Gulielmus*

Cassador. in decision. 21. num. 5. de Regul. Cancell. Verall. in decision. 305. num. 2. lib. 3.

236 Beneficium an sit † conuentuale, vel non, debet exprimi. *Verall. in decision. 248. numero 2. lib. 3.*

237 Pendente termino dato † ad acceptandum, ligantur manus ordinarij, non autem Papæ. *vt dicit Rota in decision. 834. incip. cum ad collationem. in Antiq. Cardin. Bisgnet. in decision. 23. titul. de præben. Paul. AEmil. Verall. in decision. 73. numero 2. lib. 2.*

238 Expectatiua concessa Titio † per Pontificem cum clausula *sine præiudicio expectantium Apostolicorum, & mandata de prouidendo prosequentium*, non obstante quod per successorem Pontificem fuerit facta gratia alteri, concessio prima valet, & ad futura porrigitur. *Ioan. Paulus Tholomæus. in decision. nouissim. Roman. 833. lib. 3. vol. 3.*

239 Cancellata supplicatione denegata † censetur, non cancellata autem censetur concessa. *Rota in decision. 378. incip. Nota quod si petatur. in Antiq. & in decision. 77. incip. si petitur committi. in nouis. AEgid. Bellemer. in decision. 394. Paul. AEmil. Verall. in decision. 75. numero. 7. 8. lib. 3.*

240 Episopus, vel prælatus † potestatem dans Vicario conferendi beneficia, intelligitur etiam beneficia Cathedralis ecclesiæ conferre posse. *Rota in decision. 439. incip. nota vtrum Vicarius. in Antiq. Ioan. Paul. Tholom. in decision nouissim. Roman. 985 lib. 3. vol. 2.*

241 Præsumitur Papam † beneficium non grauare duplici onere. *Paul. AEmil. Verall. in decision. 86. nu. 3. lib. 3.*

242 Episcopus † ignoranter conferens indigno, non priuatur auctoritate iuris conferendi. *Tholomæus. in decision. Nouissim. Roman. 1099. lib. 3. vol. 3.*

Beneficia existentia in vrbe extraneis non con-
243 feruntur per Summum Pontificem † ex priuilegio, & ideo Papa dicere solet accedente Populi Romani consensu. *Verall. in decision. 143. numero 1. 3. lib. 3.* Sic in Hispania etiam, vt dico de Regis Catholici præstantia, *52. vbi plene.*

244 Paupertas, & tenuitas fructuũ de iure † non præsumitur. sed est probanda. *AEgid. Bellemer. in decision. 377. in decision. 618. Verall. in decision. 370. nu. 3. lib. 3.*

245 Mortuus † beneficio priuari non potest. *Cappel. Tholosan. in decision. 436.* Quia morte soluitur. *Doctor. in c. Priuilegium. de regul. iur. in 6. Ad materiam vide Sebastian. Medic. in tract. Mors omnia soluit. parte. 2. conclus. 15. num. 48.*

246 Pater etiam † clericus filiam suam de beneficij redditibus dotare tenetur, *vt scribit Ant. Gamma in decis. Lusitaniæ. 149. nu. 7.*

247 Simplicia † beneficia de totius mundi consuetudine, residentiam non requirunt, *vt scribit Stephan. Gratianus in decision. Marchiæ. 155. numero 2.*

Dispositio tamen iuris communis est, omne beneficium, quamuis tenue sit, residentiam requi-
248 rere, † *vt tenuerunt Innocent. Hostiens. & Ioan. Andr. in c. fi. de cleric. non residentib. argumen. c. præterea. extra. de præben. Philipp. Dec. in c. ad hæc. numero 3. de præben. Ioan. de Selua, in tract at. de benefic parte 4. quæst. 1. Petr. Rebuff. in praxi benefic. titul. de disputat. de non residen. quam communẽ opinionem esse tradidit Benedict. Capra in tract. Regularum. Regul. 90. nume. 109. & postmodum Martin. Nauar. in Summa Confess. cap. 25. numero 12. Alfons. Hoieda de benefic. comp. part. 1. capit. 17. numero 24. & Ioan. Baptista Ferrett. in consil. 112. Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuer. lib. 17. cap. 2. num. 12.*

Declara tamen, posse per statutum Ecclesiæ,
249 vel consuetudinem residentiam † in simplicibus beneficijs requiri, vt nouissime dispositione cauetur Concilij Tridentini *sess. 6. cap. 2. in princ. & voluit idem Steph. Gratian. in dicta decis. Marchiæ. 155. nu. 22. Ex Lapo in allegat. 35.*

250 Contrariam † sententiam quod talis consuetudo non valeat tenuit Archidiaconus *in c. sacerdotibus. 38. distinct. quem sequutus est Ioannes de Lign. in cap. cum omnes. de constit. &* Lapus *in Allegat. 42. incip. An residens. tamen longam distinctionem facit Hostiens. in dicto. cap. cum omnes. quem sequitur Benedict. Capra in regul. 92. num. 31. 32. 33. quem refert, & sequitur Hoieda in dicto cap. 17. sub numero. 26.* Sequenda tamen est Sacri Concilij Tridenti authoritas, a quo similis consuetudo non improbatur

251 Ecclesiasticum † beneficium absque canonica institutione obtineri non potest. *Octauian. Cacheran. in decision. Pedemon. 54. num. 4. Francis. Marc. decision. Delphin. 16. num. 4. vol. 1.*

252 Natus † ex filia spuria ad obtinenda beneficia inhabilis est. *Petr. Rebuff. de pacific. possessoribus. num. 276.*

253 Beneficium † habens onus celebrandi Missam non dicitur habere residentiam, quia per substitutum adimpleri potest. *Stephanus Gratian. in decis. Marchiæ. 155. num. 4.*

254 Bannitus beneficium † obtinere non potest. *Pet. Rebuff. de pacific possessorib. nu. 249.*

255 Declara bannitum † posse retinere beneficium habitum ante bannum. *Item Rebuff. in dicto tract. de pacific. poss. nu. 249.*

256 Duobus collitigantibus † super beneficio mortuis lis extinguitur, & beneficium remanet liberum. *Cardinal. Puteus in decision. 354. numero 2. lib. 3. argumen. clemen. vnicæ. in princip. vt lit. penden. AEgid. Bellemer. in decision. 156. incip. mortuo actore. Gulielm. Cassador. in decision. prima titul. de re iud. Ioan. Mohedan. in decis. 142.*

257 Ampliatur etiam † in morte ciuili, cum mortis appellatione, veniat tam naturalis, quam ciuilis, *vt voluit Gulielm. Cassador. in decis. 3. num. 6. tit. vt lit. penden.*

258 De-

258 Declara tamen † posse papam actore mortuo in ius & litem alium subrogare, & per talem litis subrogationem lis non dicitur extincta, sed per subrogationem alterius personæ, censetur litem durare. *Gulielm. Cassador. in decision. prima, titul. vt lit. pend.*

259 Declara secundo, † quod si reus superstes vellet litem prosequi, posset hoc facere, nec dicetur litem extingui, quia posset pro eo dari, & sequi sententia absolutoria, *vt per AEgid. Bellemer. in dicta decision. 156. & Cassadorin dicta decis. prima & decisio. 6. titul. vt lit. penden. Achill. de Grassis. in decis. 188. Nicol. Milis. in verb. litis pendentia.*

260 Declara tertio, † quod si moreretur reus, actor non posset litem prosequi, sed quo ad ipsum diceretur extincta. Et ita intelligi oportere Rotam *in decision. 144. incip. in causa in nouis. Scribit Bellemer. in dicta decision. 156. Cassad. in dicta decision. prima. de sentent. & re iudic. in decision. 6. vt lit. pendent. refert, & sequitur Robert. Lancellot. de Attent. part. 2. in probat. cap. 4. nu. 271. & seq.*

261 Declara quarto, quæ diximus de † morte actoris procedere, si mortuus sit in prima instantia, quia tunc dicitur lis finiri, secus in secunda instantia, & quando in prima pronunciatum fuisset contra reum, *vt declarauit Rota per Cardinal. Puteū in decision. 159. num. 1. lib. 2. vbi dicit ita interpretatam fuisse. AEgid. Bellemer. decision. 156. supra allegatam.*

262 Prælatus, vel rector ecclesiæ † agens contra debitores suę ecclesiæ, debet docere de titulo eiusdem ecclesiæ, licet non plene, ac etiam de possessio ne illius. *vt per Rotam in decision. 467. incip. Nota possessor. in Antiq. eadem Rota in decision. 4. incip. possessor beneficij. in Nouis. Nicol. Boer. in decision. 313. num. 1. 3. Anton. Capic. in decisio. Neap. 6. nu. 1. cum pluribus seq.*

263 Declara, quod † probata possessione, titulum ostendere non cogitur. *Rota in dicta decision. 467. in Antiq. Capic. in dicta decision. 6. num. 4. 9.*

264 Declara secundo, nisi † possessio esset recens, quia tunc cum ea esset necessaria tituli probatio. *vt per Rotam in nouis in dicta decision. 4. & Anton. Capicium in dicta decision. 6. num. 8.*

265 Amplia dictam secundam declarationem, idem esse si possessio doceretur antiqua, & haberet contra se aliquam præsumptionem, puta litem, & competitorem super eadem re, *vt post Compostell. in c. nihil. in fin. de elect. voluit Anton. Capic. in dicta decision. 6. num. 9.*

266 In beneficio Prioratus † ille præfertur, qui prius a Papa confirmatus fuerit, *vt per AEgid. Bellemer. in decision. 326.*

267 Beneficia curata requirunt † quem esse clericum, & habere ordinem sacerdotalem infra annum. *argum. c. licet canon. de Elect. in 6. voluit Nicol. Boer. in decision. Burdegal. 171. num. 3. cum pluribus seq. Bernard. Diaz. in practic. crim. canon. cap. 48. Petr. Rebuff. in pract. benefic. titul. de non promouen. intra ann. in princ. Alfons. Hoieda. de benefic. Compat. parte 1. cap. 24. in princip. Martin. Nauar. in Summa Confessar. cap. 25. num. 117. quos refert. & sequitur Pet. Cened. collectan. Iuris Canonici. par. 3. Collectan. 30. num. 1. in fin.*

268 Collatores † beneficiorum non distribuūt collationes sine testibus, & secretario, vel duobus Notarijs, *vt per Arrestum, de quo Petr. Rebuff. in Concord. Franc. titul. de collat. fol. 246. sub verb. palam etiam.*

269 Titulus † coloratus oritur ex expectatiua reuocata. *Veral. in decis. 312. & in decision. 313. num. 1. parte 3.*

270 Declara tamen † procedere, quando acceptans acceptauit sub conditione, si beneficium cederet sub sua gratia, alias non, *vt dicit Verall. in dicta decis. 313. num. 2. lib. 3.*

271 Statutum excludens a beneficijs filios † condemnatorum, & reconciliatorum, habet locum in condemnatis, & reconciliatis ante statutum. *Paul. AEmil. Verall. in decision. 208. numero 1. 2. lib. 3.*

272 Beneficij possessio † capta nomine principalis per procuratorem vigore generalis mandati, ratificari debet, alias est nulla. *Cardinal. Paleat. in decision. nouissima. Roman. 437. nume. 3. lib. 3. volum. 3.*

273 Habens tempus † certum in data præfertur, siue adsit aduersarius, siue non. *Rota in nouis in decision. 100. incip. si vnus Gulielm. Cassador. in decision. 20. titul. de præbend. Cardinal. Paleott. in decision. nouissim. Roman. 734. in fin. libro tertio volum. tertio.*

Concessio facta criminoso, non est ipso iure nul
274 la † quando Papa collationem fecit motu proprio, secus si ad partis instantiam. *Paul. AEmil. Verall. in decision. 7. num. 3. 4. & in decision. 35. lib. 1.*

275 Plura beneficia habens, etiam † simplicia, & tenuia, in noua beneficij impetratione, de omnibus mentionem facere debet, alias est nulla. *Borgnin. Caualcan. in decision. Fiuiz. 17. siue. 63. num. 74. lib. 2.*

276 Collatio de ecclesia simpliciter facta, non † intelligitur de curata. *Cardin. Puteus in decis. 207. in decision. 308. lib. 1.*

277 Beneficium curam animarum † habere dicitur quando illi inest ius inquirendi, corrigendi, reformandi, præcipiendi, interdicendi, suspendendi, & similium. *argum. c. cum satis. de offic. archidiac. c. quia nonnulli. de cleric. non resid. voluit Francisc. Marc. in decision. Delphinal. 1004. num. 5. volum. 1.*

278 In spiritualibus † solo titulo acquiritur ius in re, etiam absque traditione stante consensu. *Gulielm. Cassador. in decision. 21. num. 9. titul. de Regul. Cancellar.*

279 Collatio † ecclesiæ parochialis dari solita clericis sęcularibus, data monacho absque dispensatione, etiam de consensu Abbatis non valet, cum dicatur mundo mortuus, & resuscitari dicitur ad

hos actus in qua resuscitatione dispensatio exigitur. *AEgid.Bellamer.in decis.713.nu.1.3.quod antea dixerant Domini de Rota in nouis, in decision. 483.incip.collatio facta.*

280 Beneficium, dum ab inferiori † a Papa cõfertur, nisi cum causæ cognitione fiat, non censetur super natalium defectu dispensare. *Thom.Grammatic. in decis.Neapol.91.nu.9.*

281 Nouus Prælatus, & successor † censetur res, & iura sui beneficij possidere, seu quasi, sine aliqua apprehensione, cum in beneficialibus possessio a prædecessore in successorem prælatum continuetur, *vt voluit Guido Papæ in decis. Gratianop. 355. & in decis.629.*

Erat enim penes ecclesiam, quæ nunquam moritur, sed semper manet, semper possidet, licet prælati mutentur, quem sequitur *Andr. Tiraq.in tract. Lemort saisit le vif. in præfat. Declarat. 6. numero 1.*

282 Indultum factum Cardinali obstare nouæ prouisioni factæ per Papam, quando adest decretum, siue clausula irritans. *Paul. AEmil.Verall.in decis. 82.par.2.*

283 Declara, nisi † in noua prouisione esset derogatum indulto, *vt dicit idem Verall. in dicta decision. 82.lib.2.*

284 Canonicatus, & præbenda † non sunt ad solam collationem episcopi, sed episcopi, & Capituli. *Gulielm.Cassador.in decis.22.sub.num. 1.2. titul.de præbend. post Rotam Verall. in decision. 88.num.5. lib.2.*

285 Narratiua facta per Vicarium † episcopi de solennitatibus adhibitis in beneficio, non probat, nisi ab eo facta fuerit, qui illas solennitates fecerit. *Rota in nouis in decis.423.incip.sed retento.Veral.in decis. 38.nu.1.lib.2.*

286 Noua prouisio non purgat † vitia præterita. *Gulielm.Cassador.in decis.6.nu.8.titul.de præbend. Verall.in decis.251.nu.2.lib.2. & in decision.83.num. 4.lib.3.*

287 Ex tempore † præscriptionis non subducitur de medio tempus, quo durauit ecclesia, vel beneficiũ in commendam. *Guido Papæ in decision. Gratianop. 152.in princ. Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib.1. tit.2.definit.10.nu.10.*

288 Collatio facta intruso, non tenet, nisi expresse mentio fiat vitiosæ intrusionis, vel possessionis, & idem vitium purgetur. *AEgid.Bellemer.in decis.48. in decis.49.in decis.50.in decis. 358.Petr. de Benintend.in decis.Bonon.73.nu.5.Anton.Faber.in Codic. Fabrian.lib.1.titul.2.definit.11.nu.5.*

289 Episcopus, qui contulit indigno, variare † non potest, nec gratificari, dum prius indigno contulit, & priuatum se reddit iuris conferendi auctorirate, *vt per Arrestum Parisiense, de quo Petr. Rebuff. in Concord.Franciæ.titul. de collat.§.si quis vero. vers. Item anno.fol.mihi.326.*

290 Si nominandus debet studuisse † per tempus statutum, & post nominationis tempus studuerit, etiam ante beneficij vacationem, nominatio non valet, lato Arresto, de quo *Petr Rebuff.in verb.præfata tempora.fol.444.*

291 In beneficialibus saltem titulus coloratus exigitur ad possessionem adipiscendam, ne in beneficia vitiosus detur ingressus. *Gulielm.Cassador.in decis. 21.titul.in Codice Fabrian. lib.1. titul. 2. defin.13. volum.1.*

In spiritualibus speciale est, acquiri ius in re
192 † interueniente sola superioris auctoritate absq; traditione. *Nicol.Boer.in decis.Burdegal.2.num.38. quem sequitur Ant.Faber in Codic. Fabrian. lib.1. titul.2.defin.19.nu.1.vol.1.*

293 Impetrans Parochialem † ecclesiam, non cogitur dicere, quod habeat curam animarũ, parochialis enim species curæ dicitur, vt decreuit Senatus supremus Parisiensis, *teste Petr. Rebuff. in Concord. Franciæ titul.de Mandat. Apostolicis.in forma mandat. Apostolicis in verb. cum cura. ver.an sufficiat. fol.540.*

294 Pensio † beneficij non facta mentione intrusionis est nulla. *Cappel.Tholos.in decis.483.*

295 Beneficium si † ecclesiasticum indigno conferri non potest, etiam de ordine Papæ. *Cappell. Tholos. in decis.488.*

296 Declara secus † constaret de Papæ intentione, illum voluisse, quod indigno cõferretur, quia tunc parendum esse Papæ, si esset de illis casibus in quo Papa dispensare possit. *Cappel.Tholos. in dicta decision.488.*

297 In causis beneficialibus, † Iuris Canonici dispositio obseruanda est, *vt dicit Cæsar Barzius in decis. Bononien.30.nu.1.*

298 Fructus cedunt † lucro beneficiarij a die confirmationis, non autem a die præsentationis. *Anton. Gamma in decis.Lusitan.128.nu.2.*

299 Possessio beneficij si capi debet † in vim prouisionis Apostolicæ, vel collationis ordinarij, nec talis titulus in possessione exprimatur, si tamen capta sit possessio, & titulus sufficiens sit, non vitiatur. *Petr. Rebuff. in Concordat. Franciæ in forma mandati Apostolici. in verb. inducentes. fol. 609.*

300 Acceptans parochialem vigore † expectatiuæ primæ, non potest aliam acceptare vigore gratiæ mutationis, vel extensionis dictæ expectatiuę. *Pau. AEmil Veral.in decis.3.lib.1.*

301 Homicida voluntarius † non amittit ipso iure beneficia. *Cappel.Tholos.in decis.207.*

302 Sed tamen homicidæ † ecclesiastica beneficia, quæ curam animarum habent, etiam quæ curam animarum non habent, dari nequeunt. *Concil. Trident.sess.14. cap.7.Martin. Nauar. in Manuali Confessar. capit. 27. num. 239. Maur. Anton. Berarduc.in Summa Coron. cap. 10.fol.mihi.443. Ioan. Baptista Antonucius in Cateches.Neapolitan. cap.25.fol.55.*

303 Papa præueniendo confert † beneficia immense episcopi, ob maiorem potestatem, quam penes se retinuit. *Borgnin. Caualcan. in decision. Fiuizanens.17.sine.63.num.43.lib.2.*

304 Vbi tractatur de lucro † prouisi, & de officialium damno,allegatio ignorantiæ non admittitur. *Cardinal.Pute.in decision.363.in fin.lib.2. quem sequitur Ionn. Baptista Costa de facti scient. & ignorant.inspect.95.in prin.*

305 Si pater acceperit fructus † beneficij ecclesiastici ipsius filij beneficiarii, tenetur eos filio restituere,dicũtur enim esse de peculio quasi castrensi filij. *argu.cap.præsenti.de offic.ordi.& habetur.in l.sacrosanctæ.C. de episcop. & cleric. ita voluit Matth. de Afflict. in decision. Neapol.241. num.1.2.3.faciunt scripta Guid. Papæ in decision. Gratianop.110. num. 1.Nicol. Boer. in decision. Burdegal.199. num.4.Ascan.Clementinus de Patria potestat.effectu.4.num. 22.Ioan.Copus de Fructib.lib.4.titul.3.cap.2. Ioan. Lopez de Palatios Rubios.in rep.c. per vestras. in rubric.§.42.num.9.*

306 Declara non procedere, si † pater vellet compensare hos fructus cum alimentis filio præstitis, & aliis expensis pro illo erogatis. *Paul. de Castro, Alexan.Stephan. Bertrand. Ioan.Lopez. quos refert, & sequitur Cæsar Vrsillus. in decision. Neapol.241. num.1.*

307 Acceptatio beneficii expectatiui † nulla, ex post facto non conualescit. *Rota in Antiq. in decision. 52.incip.Nota.quod vbi sunt.*

308 Confessio extraiudicialis † beneficiarii de commissione delicti,est sufficiens probatio, quo ad priuationem beneficii, non autem quo ad imponendas pœnas delicti. *Rota in Nouis.in decision.180. incip.licet confessio. quam licet corrupte allegat Peregrin.Fabius in decisio.nouissim. Roman.4.num.4. lib.3.vol.3.*

309 Legatus de latere † confert omnia beneficia in sua Prouincia existentia. *Thomas Triuisan. in decis. Veneta.63.num.2.lib.2.*

310 Declara,si habet in † commissis ex suo diplomate. *Renat. Chopp.de Sacr. Forens.polit.lib. 2.titul.6. num.1.*

311 Violator iuramenti † priuatur beneficio, secus in violatore fidei. *Cardin.Bisgnetus.in decision.1.titul.de pact.*

312 Procurator cum † libera potest acceptare beneficia. *Bernard.Cardinalis.Bisgnetus.in decision.8.titul.de Procur.*

313 Intrusio non probatur † per literas, vel testes, qui dicunt vidisse instrumentum possessionis illius intrusi, nisi exhibeatur,& recognoscatur instrumẽtum. *Peregrin. Fabius. in decision. nouissim.171. lib.3.vol.3.*

314 Ad † beneficium obtinendum sufficit quasi possessio clericatus. *Anton. Augustin.in decisi. nouissim. Roman.1296.lib.3.vol.3.*

315 Declara secus esse † in illegitimo, bigamo, & alias infecto. *vt dicit idem Anton. Augustin.in dicta decision.1296.& in decision.1336.lib.3.vol.3.*

316 Qui habet expectatiuam, non † potest acceptare beneficium affectum,vel commendatum,& affectum dicitur commendatum. *Ioã. Paul. Tholomeus in deci.nouissim.Roman.1127.per totam.lib.3.vol.3.*

317 Beneficia † commendata dicuntur affecta, in quib. inferior intromittere se nõ potest. *Tholom. in decision.nouiss.Rom.1127.num.3.in fin.lib.3.vol.3.*

318 Intrusi in possessione † beneficii lite pendente, debent parere iudicato,& executorialibus expeditis,alias proceditur ad declaratoriam irrogationis pœnarum. *Cardinal.Paleott. in decision.nouissim. Rom.441.lib.3.vol.3.Rota.in nouis.in decision.478. incip.supposito.& in decision.480.incip.si executor. Cardin. Crescent. in decision.16.titul. de sentent.& re iud.*

319 In beneficialibus † attenditur vera institutio, non autem possessio. *Cardin.Paleott. in decision. nouissim.Rom.678.num.3.lib.3.vol.3.*

320 Inhabilis ad beneficia † non dicitur quis propter infamiam, nisi expresse dicatur in sententia. *Cardinal.Paleot.in decisio.nouissim.698.num.5.lib. 3.vol.3.*

321 Beneficiati de iure † præsumuntur habere congruam portionem. *Verall. in decision.62.numer.1. lib.1.*

322 Tempus datæ attenditur † in concessione facta per papam conferentem. *Verall. in decision.86.nu. 2.lib.1.*

323 Habens beneficium † tenue,& insufficiens, potest aliud sub eodem tecto habere. *Verall.in decisio. 89.lib.1.*

324 Collatio alicuius † beneficij, quæ fit alicui clerico promoto a non suo ordinario ante ordinarij ratificationem, non tenet. *Verall. in decision.129. num.5.6.lib.1.*

325 Narrata per impetrantem semper † sunt verificanda. *Verall. in decision.128.num.1.lib.1. in decision.39.num.1.lib.2.post AEgid.Bellemer.in decis. 79.num.6.7.*

326 Coadiutoria † super Archidiaconatu, concedi etiam simplici clerico potest,dum tamen sit maior viginti quinque annis. *Verall.in decision.127.num. 1.lib.1.*

327 Condiutoria propter † ætatem ingraue scentem non datur,nisi post septuaginta annos. *Verall.in decision.129.lib.1.*

328 Collatio facta per† Vicariũ sufficit pro colorato titulo adminiculato cum aliqua Vicarij potestate. *Verall.in decision.136.lib.1.in decision.311.nu.1. lib.3.AEgid.Bellemer.in decision.50.*

329 Commenda est † extraordinaria, & non inducit incõpatibilitatem. *Verall. in decision.145.num. 2.lib.1.*

330 Commenda † cessat per noui tituli superuenientiam. *Verall.in decision. 146.lib.1.*

331 Collator, licet † sit exterus, ac alterius diœcesis,tamẽ dicitur de illa,in qua situm est beneficium. *Verall.in decision.178.num.3.lib.1.*

332 Actus reciproci in beneficialibus † reprobantur *Verall.in decision.206.num.2.lib.1.*

333 Data parua facit † actum perfectum,si est extensus consensus,alias minime secundum stylum notorium. *Verall.in decis.237.lib.1.*

334 Collatio plenum ius † non tribuit,non sequuta

acceptatio-

acceptatione prouiſi. *Verall. in deciſion.* 267. *num.* 4. *lib.* 1.

335 Diſpenſatus, vt poſſit † tenere beneficium in Cathedrali, in caſu, quo ex primo non poſſit ſe ſuſtentare, non dicitur diſpenſatus, vt poſſit capere primum Cathedrale. *Verall. in deciſion.* 272. *nu.* 1. *lib.* 1.

336 Doctoribus facile conferuntur † beneficia a Papa. *Verall. in deciſion.* 277. *num.* 2. *lib.* 1.

337 Beneficia electiua † illa ſunt, quæ ſunt caput collegij. *Verall. in deciſion.* 295. *nu.* 3. *lib.* 1.

338 Expreſſio non † vitiat, quando, & ſi non expreſſiſſet, Princeps conceſſiſſet. *Rota in Antiq. in deciſio.* 350. *incip. Nota quod illa. AEgid. Bellemer. in deciſio.* 4. *num.* 1. *Gulielm. Caſſador. in deciſio.* 3. *titul. vt lit. pend. & in deciſion.* 10. *titul. de præben. quos ſequitur Verall. in deciſion.* 310. *nu.* 5. *lib.* 1. *& in deciſio.* 254. *num.* 4. *lib.* 2.

339 Contra † intruſum executiue procedit, lite pendente, etiam quod appellationem introduxerit. *Veral. in deciſion.* 329. *num.* 1. 3. *lib.* 1. *AEgidius Bellemer. in deciſion.* 710. *& in deciſion.* 711. *Cardin. Creſcent. in deciſio.* 19. *in fine. titul. de ſent. & re iudic.*

340 Expectatiua ad † collationem, prouiſionem, & diſpoſitionem epiſcopi, extenditur ad beneficia conſiſtentia extra diœceſim ad collationem eiuſdē epiſcopi ſpectantia. *Verall. in deciſion.* 335. *lib.* 1.

341 Litigioſum † beneficium acceptari non poteſt. *Verall. in deciſion.* 336. *num.* 2. *lib.* 1.

342 Prouiſus præfertur † acceptanti ante illius acceptationem. *Verall. in deciſion.* 337. *num.* 1. *lib.* 1. *poſt alios, præſertim Gulielm. Caſſador. in deciſion.* 5. *nu.* 2. *de conceſſ. præb.*

343 Papa poteſt † prouidere intra menſem, conceſſum expectanti. *Rota in nouiſ. in deciſion.* 244. *incip. Nota quod &c. Gulielm. Caſſad. in deciſion.* 5. *de conceſſ. præbendar. Veral. in deciſion.* 337. *num.* 2. *lib.* 1. *& in deciſion.* 409. *num.* 2. *lib.* 2.

344 Expectantium † cautela eſt, vt ſingulis diebus acceptent, & petant prouideri per exequutorem *Verall. in deciſio.* 337. *num.* 9. *lib.* 1. *in deciſion.* 61. *nu.* 6. *lib.* 2.

345 Expectans † poteſt acceptare intra menſem a die uacationis, & petere ſibi prouideri intra alium menſem a die acceptationis. *Veral. in deciſion.* 339. *num.* 1. *lib.* 1.

346 Beneficij detentor a die malę † fidei tenetur ad fructus. *Verallus. in deciſion.* 27. *la* 1. *num.* 5. *lib.* 2.

347 Inhabilitas † impetrantis, puta ex delicto, eſt ſpecificanda in impetratione. *Verall. in deciſion.* 43. *num.* 8. *lib.* 2.

348 Beneficia † conferri, & commendari non poſſunt Cardinalibus, quorum fructus ducatos ducentos non excedunt, *vt ex Concil. Lateranenſi dicit Verall. in deciſion.* 50. *num.* 2. *lib.* 2.

349 Impetratio † in qua, cum deberet dici, quod vacauerat de menſe Februarij præſentis, & dicit proxime præteriti, ex manifeſto errore emendatur, & ſuſtinetur. *Verall. in deciſion.* 57. *lib.* 2.

350 Papa licet quando concedit † expectantibus expectatiuas, ipſis det poteſtatem, vt poſſint intra menſem acceptare, non tamen intelligitur Papam ſibi manus ligare, quin in expectantis præiudiciū poſſit alicui alteri prouidere. *Verall. in deciſion.* 61. *num.* 4. 5. *lib.* 2.

351 Indulta conceſſa † Cardinalibus capiunt etiam beneficia patrimonialia ad ordinariorum collationem ſpectantia. *Verall. in deciſion.* 89. *num.* 1. 2. *lib.* 2.

352 Legatus ſuper compatibilitate † de iure nihil poteſt. *Rota in nouiſ. in deciſion.* 397. *incip. Si epiſcopus. Verall. in deciſion.* 145. *num.* 3. *lib.* 2.

353 Per legatum de latere † habentem poteſtatem conferendi beneficia, non poſſunt conferre duo beneficia ſub eodem tecto, ſi ille cui confertur habebat aliud ſub eodem tecto. *Verall. in deciſion.* 145. *num.* 9. 10. *lib.* 2. *& in deciſion.* 411. *num.* 1. *eod. lib.* 2.

354 Libri chronicorum † probant erectionem aliquorum beneficiorum. *Verall. in deciſion.* 160. *lib.* 2.

355 Beneficium non dicitur † litigioſum, quando lis datur ſuper expenſis. *Verall. in deciſion.* 172. *nu.* 3. 4. *lib.* 2.

356 Ordinarius † conferens beneficium, poteſt imponere onus lecturæ Theologalis. *Verall. in deciſi.* 277. *num.* 1. *libr.* 2.

357 Declara ſecus † eſſe, ſi beneficium vacaret in menſe Papæ. *vt dicit Verall. in dicta deciſion.* 277. *lib.* 2.

358 Ordinarius † confert de iure omnia beneficia in ſua Diœceſi exiſtentia. *Verall. in deciſion.* 283. *num.* 1. *libr.* 2.

359 Declara ſecus eſſe † in canonicatibus, & prębendis in Eccleſia Cathedrali, in quorum collatione Capituli conſenſus requiritur, ſalua conſuetudine aliquarum eccleſiarum, *vt dicit AEgid. Bellemer. in deciſion.* 69. *per totam. Quam ſequitur Gulielm. Caſſador. in deciſion.* 22. *titul. de Præben. Verall. in deciſion.* 283. *num.* 3. *lib.* 2.

360 Ad epiſcopum † ſpectat videre quis ſit beneficiatus. *Verall. in deciſion.* 374. *num.* 2. *lib.* 2.

361 Prouiſio ordinarij † facta eadem die, præfertur prouiſo Apoſtolico cum poſſeſſione. *Veral. in deciſion.* 108. *num.* 2. *lib.* 2.

362 Diſpenſatio de † non promouendo ad ſeptennium ad epiſcopum, non faciens mentionem de retentione beneficiorum, intelliguntur ex tunc vacare, *vt dicit Rota in nouiſ. in deciſion.* 331. *incip. ſuppoſito facto. Gulielm. Caſſad. in deciſion.* 2. *titu. de conſtit. Verall. in deciſion.* 401. *num.* 8. 9. *lib.* 2.

363 Prouiſio facta excommunicato † & publicato ob non paritionem literarum, eſt ipſo iure nulla. *Gulielm. Caſſador. in deciſion.* 1. *per totam. in deciſ.* 17. *num.* 6. *titul. de præbend. Verall. in deciſion.* 465. *num.* 1. *lib.* 2.

364 Noua prouiſio † non ſupplet defectum publicationis, vel inſinuationis, *Gulielm. Caſſador. in deciſi.* 22. *tit. de Regul. Cancellar. & ita ſeruauit Rota, vt*

per

per Verall. in decision. 412. num. 2. lib. 2.

365 Beneficia electiua † sunt digna speciali nota *Paul. AEmil. Verall. in decision. 41. num. 2. lib. 3.*

366 Iura patronatus † veniunt beneficiorum appellatione. *Verall. in decision. 36. num. 4. lib. 3.*

367 Regula † Pauli III. Summi Pontificis reuocatoria expectatiuarum, non habet locum, nec præiudicat beneficijs, de quibus disponere possunt ordinarij. *Verall in decisio. 43. num. 1. 2. lib. 3.*

368 Regula de triennali † non habet locum in beneficio vacante in curia per priuationem, vel ueram contumaciam. *Rota in Antiq. in decisio. 86. incip. Nota, quod vbi quis priuatur. Cuius authoritate ita dicit Verall. in decision. 48. nu. 2. 3. lib. 3.*

369 Noua † prouisio bonum titulum tribuit. *Verall. in decision. 257. num. 2. lib. 3. post Ludouic. Gomez. in regul. de Annal. q. 78. nu. 6.*

370 Habens canonicum † titulum beneficij, potest illius possessionem propria authoritate suscipere. *Cappell. Tholos. in decision. 443.*

371 Exequutor merus non potest assignare † possessionem impetrantis leuato velo, & sine partis citatione. *Iafred. Lanfranc. in decision. 325.*

372 Parochiale † beneficium obtinens, etiam post elapsum permutationis annũ. gradum obtinere, & sacerdos fieri potest. *Gerard. Maynardus in decision. Tholos. 55. lib. 1.*

373 Decretum † pacifici possessoris prodest illi qui titulum coloratum, & possessionem triennalem ex propria persona habet. *Gerard. Maynard. in decisio. Tholos. 64. lib. 1.*

374 Graduatus † nominatus, tale ius intra decennium insinuare tenebitur, præscribitur tamen triginta annis. *Gerard. Maynard. in decision. Tholos. 65. lib. 1.*

375 In mandatis ad vacatura † poni solet clausula *quod si reseruata beneficia acceperit, teneatur infra sex menses a die acceptationis a Sede Apostolica nouam prouisionem impetrare, & desuper literas expedire, iuraque Cameræ Apostolicæ soluere, alioquin acceptatio & prouisio nullius sint roboris, vel momenti*, qua existente si in termino nõ expedierit nouas prouisiones, impetratio erit nulla. *Cardin. Crescent. in Decision. 18. num. 1. & per totam. titul. de preben.*

376 Senatores ecclesiastici, qui † vacant, ac residentiam in consilio, beneficiorum fructus percipiunt. *Gerard. Maynard. in decision. Tholosan. 60. lib. 1. post Nicol. Boer. in decision. Burdegal. 17. per totam. & pluribus Parisiensis curiæ decretum cautum fuisse refert Renatus Choppin. de sacra Polit. Forensi. lib. 1. titul. 5. sub articul. 17.*

377 Procuratores debent † respondere rationes fructuum beneficij Rectori, cuius fuere procuratores. *Gerard. Maynardus in decision. Tholos. 68. lib. 1.*

378 Nouam † prouisionem obtinens a Papa supplicans, qui asseruit fuisse sibi factam collationem a Vicario episcopi, etiam non probata Vicarij facultate, prouisio valet. *Cardin. Crescent. in decisi. 1. titul. de offic. Vicar. & in decision. 9. titul. de præben.*

379 Dubia existente † causa litigantium, fructus beneficij interim sequestrantur. *Gerard. Maynard. in Decis. Tholos. 69. lib. 1.*

380 Etiam procuratori laico † absentis potest beneficium conferri. *Marcell. Cardin. Crescent. in decis. 3. tit. de conces. præben. ex Rota in antiquis. in deci. 104. incip. nota quod vbi aliquis. & in decis. 418. incip. nota vtrum permutatio.*

281 Acceptare potest quis duo † beneficia in vna diœcesi, episcopo non contradicente. *post Ioan. Mohedan. in decis. 9. ti. de conces. præben. Cardinal. Crescent. in decis. 6. nu. 2. titul. de conces. præb.*

382 Beneficium retrotrahitur † ad tempus datę, quando adest clausula *pro vt nos nunc pro vt ex tunc, & e contra conferimus*, quę est clausula retrotractatiua, *ex Rota in nouis. in decis. 383. incip. si Papa facit. Cardinal. Puteus in decis. 190. lib. 2. Cardin. Crescent. in decis. 7. nu. 13. titul. de conces. præbend. Gulielm. Cassador. in decis. 3. num. 1. tit. de præbend. optime Ioan Baptista Ferrett. in consil. 314. num. 2. Faciunt notata per Andr. Tiraquel. de Retract. conuent. §. 2. glos. 1. num. 85. 86. & in tract. de iure constit. poss. part. 3. limitat. 2. nu. 15. 16.*

383 Declara, nõ † procedere retrotractationem prefatam in præiudicium tertij, *vt dicit Cardin. Puteus in dicta decis. 190. nu. 1. lib. 2.*

384 Declara iterum † quid si tractatur de habilitate personę impetrantis sufficit esse habilem, vel habilitatum, aut dispensatum tempore vacationis, *ex Oldr. in consil. 58. Rota in antiq. in decision. 857. incip. Vrbanus Papa. Marcell. Cardin. Crescent. in decis. 11. tit. de conces. præben.*

385 Executor non † habet † iurisdictionis exercitiũ ante expeditionem, & presentationem literarum, *Rota in decision. 19. titul. de conces. præben. in nouis. allegat. Cardinal. Crescent. in decis. 13. tit. de conces. præbend. quam fateor inuenire non potuisse ob varietatem impressionum. plene AEgid. Bellemer. in decis. 110. incip. præsumitur prouisio. per totam. Gulielm. Cassador. in decis. 8. nu. 12. & per totam. tit. de restit. spol. arrident annotata per Cardinal. Pute. in decis. 275. num. 3. lib. 3.*

386 Contrarium licet tenuerit † Cardinalis Bisgnetus *in decision. 4. titul. de conces. præben.* Tamen his satisfacit pro prima opinione Cardinalis Crescenti *in dicta decis. 13. de conces. præben.*

387 Consuetudo militum † Hierosolymitanorum Sancti Ioannis, quod vacante beneficio fructus primi anni sint Magni Magistri non valet. *Marcel. Cardinal. Crescent. in decision. 3. nu. 2. tit. de solution.*

388 Periurus priuatur dignitate & † beneficio ecclesiastico. *post Cardinal. Paris. in consil. 137. num. 23. volum. 4. Francisc. Viui. in decision. 120. numero 34.*

389 Facultas † cõcessa Nuncijs conferendi quęcunque beneficia, comprehendit etiam dignitates, *vt ex Rota in antiq. in decis. 408. incip. Nota voluerunt. & in nouis. & in nouis in decision. 136. incip. voluerunt. Cardinal. Crescent. in decis. 1. per totam, titul. de priuileg.*

390 Am-

390 Amplia procedere † etiam in beneficijs vacantibus in mensibus ordinarij. *Crescent. in decision. 8. titul. de Priuilegijs.*

391 Hospitale beneficij appellatione nõ uenit. † *Ioã. Mohedan. in decision. 18. titul. de cauſ. poſſ. & propr. Cardin. Crescent. in decision. 1. nume. 4. titu. de priuileg.*

392 Cardinalium indulta † vacantia per obitum, capiunt vacantia etiam aliorum Cardinalium. *Cardin. Crescent. in decision. 3. titul. de priuileg.*

393 Regula reuocans † facultates conferendi beneficia, non reuocat alternatiuas ordinarij. *Cardinal. Puteus in decision. 215. num. 4. lib. 1. Cardin. Crescent. in decision. 11. titul. de priuileg.*

394 Canonicus nouus absque prolixa † causæ cognitione recipiendus est, vt per Senatum prouisum fuisse scribit *Renatus Choppin. de Sacra Politia Forens. lib. 1. titul. 8. articul. 2.*

395 Beneficia hæreticorum possunt † impetrari tanquam vacantia, dummodo subsequatur sententia declaratoria, *Cardin. Paleott. in decision. Nouiſſim. Romam. 707. per totum. lib. 3. vol. 3. Sequitur Ioan. Baptiſta Coſta in tract. de retrotract. cap. 8. Caſu. 22. num. 7.*

396 Contumax excommunicari † potest, non autem priuari beneficio. *Franciſc. Viuius in decision. 138. num. 33.*

397 Titulus proprius beneficij probandus † per beneficiarium, *vt poſt AEgidium Bellemer. in decision. 645. voluit Franciſc. Viuius in deciſio. 139. num. 7.* Non enim cum tractatur de titulo successoris, cogi potest probare titulum prædecessoris, *vt dicit Viuius ibidem. num. 8. arg. notatorum per Lapum in allegat. 89. ſub num. 15. Guliel. Caſſad. in decision. 8. titul. de regul. Cancell.* Et quando exigeretur, leuis probatio tituli prædecessoris sufficeret. Verall. in decision. 238. num. 2. lib. 1.

ARGVMENTVM.

Beneficia, antequam uere vacent, conferri nequeunt, cum vacatio nunquam præsumatur, nisi probetur, & ideo impetratio, & collatio subreptitia esset dicenda. Vacant autem Beneficiario mortuo, bannito, priuato per sententiam, promoto ad episcopalem, aliamue maiorem dignitatem, contrahente matrimonium per verba de præsenti, resignante, assequente secundum incompatibile cum primo, vel propter defectum prouisionis, simoniæ, hæresis, periurij, contumaciæ, aut quouis alio simili modo, qui semper exprimendus erit, nec vnus in alio comprehenditur. Ad illa concessio gratiæ a tempore datæ vacantiæ currit, & si ad certum beneficium in certa ecclesia directa fuerit, prouisus potest acceptare vacans in cœmeterio, ambitu, aut cappellis ipsi ecclesiæ contiguis Interim fructus ecclesiæ, siue sit cathedralis, sæcularis, regularis, siue collegiata, suo pastore viduare, & vacantis reseruantur eidem, vel futuris successoribus perfidum Oeconomum, & quando vel ex priuilegio, vel consuetudine debentur fabricæ, ad illam non obstante Papali impetratione semper erunt erogandi.

SVMMARIVM.

1 *Vacare dicitur beneficium in loco, vbi erat beneficium, vel vbi illius reſignatio facta ſit.*

2 *Beneficium vnitum menſæ, vel commendatum, non dicitur vacare.*

3 *Beneficium vacans, licet non ſit infra menſem acceptatum, poteſt tamen etiam poſt menſem acceptatio fieri, niſi ſit alteri collatum.*

4 *Beneficium vacare dicitur per contractum matrimonij per verba de præſenti, etiam non conſummatũ copula carnali. Declara. num. 5.*

6 *Bannito beneficiario, beneficium vacat.*

7 *Ordinarij conferunt beneficia vacantia ante purificationem gratia in communi forma pauperum expedita.*

8 *Beneficium Petri cum vacabat per gratiam factam alicui per contractum matrimonij a Petro factum non dabitur illi, niſi per reſignationem in Curia vacauerit.*

9 *Quo ad vacationem beneficij, ſufficit probatio mortis, etiam per teſtes de fama deponentes.*

10 *Plures gradus vacationum expreſſi in gratia licet fuerint, ſufficiet autem vnum de expreſſis probari.*

11 *In beneficijs incompatibilibus per aſſecutionem ſecundi vacat primum. Declara num. 12.*

13 *Beneficium primum ſi vacat ipſo iure, electio erit habentis vtrumque.*

14 *Cappellani Papæ commenſales morientes, beneficia illorum dicuntur vacare in Curia, dum tamen ſint regiſtrati.*

15 *Qui habet beneficium curatum, ſi aſſequitur beneficium ſimplex quod exigit reſidentiam perſonalem, non dicitur vacare ipſo iure.*

16 *Impetranti beneficium vacaturum per aſſecutionem pacificam alterius beneficij, ſufficit probare quod ille, per cuius aſſecutionem impetrauit, ſit aſſecutus poſſeſſionem alterius beneficij, licet de facto, & violenter.*

17 *Petenti beneficium per aſſecutionem quo ad effectum adiudicationis ſibi faciendæ, non ſufficit probatio dictarum aſſecutionis, & vacationis, per famam*

nam publicam,& vocem.

18 *Gratia impetrata ad beneficia vacatura non intelliguntur existentia in Cathedralibus, nisi exprimantur.*

19 *Beneficia dicuntur vacare, morte, renunciatione, & priuatione.*

20 *Ex duobus impetrantibus beneficium, ille præfertur, qui verum vacationis modum, expressit.*

21 *Impetrari potest beneficium eius, qui illo priuatus est per sententiam, a qua fuit appellatum, & appellatio fuit deserta, & si non sit prolata sententia super desertione. Declara. numero 22.23.*

24 *Ecclesia, quam Papa absenti contulit, quo ad Papam vacare non dicitur, sed bene, quo ad prouisum, donec illam acceptet.*

25 *Ecclesia vacans ex defectu prouisionis, simoniæ, vel hæresis, præcedentibus tribus sententijs conformibus, impetrari potest.*

26 *Fructus ecclesiæ vacantis, siue sit ex primis dignitatibus, ecclesiarum Cathedralium, sæcularium, regularium quam etiam collegiatarum pastore viduatarum, eisdem ecclesijs reseruantur, & successoribus futuris per fidum Oeconomum.*

27 *Vacatio ecclesiæ, vel beneficij debet esse nota, quia non præsumitur, nisi probetur.*

28 *Iura loquentia de beneficijs vacantibus in curia, locum habent, quan domoritur.*

29 *Beneficium parochiale annexum alteri beneficio, non dicitur vacare nec poterit, vt vacans, impetrari.*

30 *Beneficium vacare dicitur in Curia, si per priuationis sententiam, in Curia citatum, personaliter per se, vel per procuratorem defendentem, vel contra verum contumacem. Declara. nu. 31.*

32 *Abbas commendatarius incapax est beneficiorum & adilla obtinenda inhabilis.*

33 *Beneficiarius promotus ad aliquam ecclesiam episcopalem, vel quouis modo Cathedralem, statim dicuntur beneficia vacare per promotionem ad maiorem dignitatem. Declaraui num. 34.*

35 *Romanæ ecclesiæ stylus, quod promotus ad episcopalem dignitatem non expectata aliter consecratione, beneficia, vni motu proprio, tanquam vacantia, per Summum Pontificem conferuntur.*

36 *Petri Rebuffi laudes, & defensio aduersus illum calumniantes. num. 37.*

38 *Cardinalatus adeptione beneficia maiora, puta dignitates, & parochiales ecclesiæ vacant. Declara. num. 39.*

40 *Per assumptionem ad Pontificatum beneficia vacant.*

41 *Vacatio Cathedralis ecclesiæ vacans durat vsque ad confirmationem.*

42 *Beneficij vacantis, & collati intra quantum tempus possessio capienda est, non est iure prefixum. nu. 43.*

44 *Concessio gratiæ ad beneficia vacantia a tempore datæ vacantiæ currit, nisi sint beneficia collata.*

45 *Concessio gratiæ, cum clausula vel quouis alio modo, ad beneficia vacantia, operatur, vt quocunque modo vacat beneficium, illud obtineat.*

46 *Mensis datus ad acceptandum, intelligitur a die notitiæ diei ipsius vacationis.*

47 *Beneficia vacantia, quæ dantur mandatarijs Papæ, intelliguntur per obitum, non per resignationem.*

48 *Obtinens beneficium vacaturum, non extenditur ad beneficium in præteritum iam vacans.*

49 *Acceptanti sufficit probare, quod ante acceptationem beneficium vacasset.*

50 *Vacatio beneficij dicitur per mortem illius, qui habebat ius.*

51 *Si Papa contulit beneficium vacans apud Sedem Apostolicam cum conditione si idoneus repertus fuerit, si prouisus non examinatus recedit a curia sine Bullis gratiæ, dum in partibus moritur, dicitur vacare reseruationem in Curia.*

52 *Beneficia vacantia per obitum Protonotarij, qui nescit se esse Protonotarium, sunt reseruata, quia ius Protonotariatus acquiritur ignoranti.*

53 *Beneficium, quod resignatur literis non confectis, dicitur vacare, vt prius.*

54 *Vacare dicitur beneficium in Curia, siue per obitum, siue per resignationem.*

55 *Prouisio de beneficio reuera vacante, facta per exequutorem, eiusque collatio, etiam si collator & acceptans ignorent vacationem, valet.*

56 *Iuramento episcopi creditur ignorasse vacationem beneficii.*

57 *Fructus beneficiorum, si ex priuilegio, vel consuetudine debeantur fabricæ alicui, & quis impetrat beneficium vacans a Papa, impetratione non obstante debentur fabricæ.*

58 *Si facta fuerit gratia episcopo ad beneficia in Curia Romana vacãtia extẽditur ad beneficia deuoluta.*

59 *Episcopus mandans Petro, quod prouideat Franciscum de Beneficio vacante, si idoneus reperiatur, si priusquã Petrus conferat, episcopus alteri contulerit, collatio non valet, cum variare non possit.*

60 *Expectans beneficium non cogitur acceptare beneficium, quod vacat de iure, non de facto.*

61 *Expectans post mensem a die vacationis, non potest beneficium acceptare, etiam si adhuc vacet.*

62 *Obtinens beneficium vacans per obitum cum clausula quouis modo, habebit illud etiam si obitus fuerit in Curia, & non expressus.*

63 *Si constat beneficium vacasse ante acceptationem, præsumitur acceptasse ante tempus mensis.*

64 *Non expresso modo vacandi, intelligitur omnis modus vacationis.*

65 *Impetrans beneficium vacans, non tenetur facere, de iure quæsito ad rem alteri, vel de expectantibus authoritate Apostolica.*

66 *Prouisio beneficii vacantis per obitum, non datur, nisi petenti, & magnis precibus.*

67 *Impetratio rescripti gratiosi, ad beneficium vacaturũ per assecutionẽ, si alius impetrat, quod illi dat.*

68 *Acceptatio facta ante mortem, siue per vnum diem ante vacationem beneficii, est invalida.*

69 *Impetratio beneficij vacantis, cum uere non vacaret, non valet tanquam ſubreptitia.*

70 *Obtinens beneficii vacaturi gratiam in menſibus octo apoſtolicis, cũ acceptauit, probare tenetur, vacaſſe in illis papæ menſibus.*

71 *Eccleſia parochialis pertinens ad monaſterium in ſpiritualibus, & temporalibus, & monachi curam animarum habentes præſentant epiſcopo Cappellanum ſæcularem per eius mortem, põt dictam eccleſiam impetrare.*

72 *Impetrans beneficium Antonij per eius promotionem, vel alio quouis modo vacans, ſi vacat, ex perſona alterius non poteſt illud obtinere.*

73 *Beneficium dicitur ſemper vacans per renunciationem.*

74 *Qui eſt prouiſus beneficio, & ſupplicationem porrexit, & ante expeditionem literarum obÿt, beneficium vacare dicitur. Declara. num. 75.*

76 *Impetrans beneficium vacans tenetur de eius qualitate mentionem facere maxime cum non narrantur æquipollentia, ex quibus reſultent qualitates.*

77 *In beneficialibus quilibet tractatus diffinitiuus, & concludens, non vacante adhuc beneficio per obitum, eſt prohibitus.*

78 *Regula de exprimendo menſe vacationis, habet locum etiam in vacatione de facto.*

79 *Beneficia hæretici condemnati in Curia dicuntur vacare in partibus delicti commiſſi.*

80 *Beneficium dicitur vacare in Curia, ſi vacat per ſententiam priuationis in Curia latam & contra præſentem in Curia citatum perſonaliter per ſe, vel per procuratorem defendentem, vel contra verum contumacem.*

Verus contumax habetur pro præſente.

81 *Beneficium commendatum vacat per mortem commendatarÿ.*

82 *Collatio beneficij in periurum eſt ipſo iure nulla.*

83 *Pœna vacationis ipſo iure per adeptionem alterius beneficÿ, locum habet a die adeptæ poſſeſſionis, non autem a die collationis.*

84 *Beneficia omnia vacant per promotionem ad epiſcopatus dignitatem. Declara numero. 85. 86 87. 88. 89.*

90 *Vnus modus vacationis in alio non comprehenditur. Declara nu. 91. & 92.*

93 *Ex duobus impetrantibus ille præfertur qui verum vacandi modum expreſſit.*

94 *De facto dicitur beneficiũ vacare quando confertur abſenti, & nondum acceptauit, & tale beneficium alteri conferri non poteſt.*

95 *Impetratio beneficii vacantis a Papa obtenta, non valet, niſi diſtantia loci tanta ſit, quod veroſimile ſit, quod ad Papæ notitiam peruenire potuerit.*

96 *Qui habet gratiam in certo beneficio vacaturo in certa eccleſia, poteſt acceptare beneficium vacans in cœmeterio, ambitu, aut Cappellis ipſi eccleſiæ contiguis.*

97 *Gratia non valet de beneficio vacaturo per contractum matrimonii, non expreſſo alio, ſi in manu poteſtatem habentis ante fuerit reſignatum.*

TITVLVS XXI.

De beneficiorum vacatione.

VAcari dicitur beneficium eo in loco, vbi
1 erat, qui beneficum tenebat, vel vbi † facta eſt illius reſignatio. *Rota in Antiquis. in deciſ. 33. incip. Nota quod ibi.*

2 Beneficium vnitum † menſę, vel commendatum, non dicitur vacare, ita vt currat tempus illis, ad quos ſpectat vacatio. *Rota in Antiquis. in deciſion. 27. incip. Nota quod vbi. Guido Pap. in deciſion. Gratianop. 152. numero 2. Cardinal. Puteus in deciſion. 25. libro primo. Gulielm. Caſſador. in deciſion. 5. num. 10. 11. titul. de priuileg. Anton. Faber in Codic. Fabriano. lib. 1. titul. 2. defin. 10. num. 2. volum. 1.*

3 Beneficium vacans, licet † non ſit infra menſem acceptatum, poteſt tamen etiam poſt menſem acceptatio fieri, niſi ſit alteri collatum. *Rota in deciſ. trigeſima quarta. incip. Nota quod vbi impetrans.*

4 Per contractum matrimonij, beneficium † dicitur vacans, dum tamen ſit contractum per verba de præſenti, etiam non carnali copula conſummatum. *Rota in nouis in deciſion. 26. incip. Si impetretur. Cappell. Tholoſ. in deciſion. 239. & in deciſion. 361.*

5 Declara, quod per ſponſalia † vacare non dicitur. *Rota in dicta deciſion. 26. incip. ſi impetretur. in nouis.*

6 Vacare dicitur † beneficium, ſi beneficiarius bãnitus ſit, *vt ſcribit Ioan. Paponus Arreſtor. lib. 2. titul. 6. Arreſto. 1.*

7 Ordinarij † conferunt beneficia vacantia ante purificationem gratiæ in communi forma pauperum expeditæ. *Rota in Antiq. in deciſ. 117. incip. Nota ſecundum aliquos.*

8 Beneficium Petri cum † vacabat per gratiam factam alicui per contractum matrimonij a Petro factum, non dabitur illi, niſi per reſignationem in curia vacauerit. *A Egid. Bellemer. in deciſion. 251.*

9 Quo ad † vacationem beneficij, ſufficit probatio mortis, ſiue obitus, etiam per teſtes de fama deponentes. *Franciſc. Cautuccius in deciſion. nouiſſim. 46. nu. 1. 2. vol. 2.*

10 Vacationum plures † modi, licet in gratia expreſſi fuerint, tamẽ de illis in gratia expreſſis ſufficiet vnum probari. *Rota in nouis. in deciſion. 83. incip. ſi impetrans.*

11 In beneficijs in compatibilibus † per aſſecutionem ſecundi, vacat primum *Rota in nouis. in deciſ. 61. incip. ſufficit impetranti. Lancel. in deciſ. nouiſſ. Roman.*

Roman. 483. *num.* 4. *parte prima. lib.* 1. *argumen. cap. de multa. de præb. Lapus in allegation.* 116. *vbi plene Mandos. Petrus Duen. in Regul.* 71. *Ioan. Nicol. Gimonte. in Enchirid. Sacerdot. titul.* 3. *de pluralitat. Benefic. numero primo. cum pluribus sequentibus. Ioan. Coras. in Paraphras. Sacerdot. parte* 1. *cap.* 8. *sub num.* 14. *cap.* 10. *num.* 4. *Francisc. Marc. in decision. Delphinal.* 1161. *num.* 1. *vol.* 1. *Alfons. Hoieda. de benefic. Compat. parte* 1. *cap.* 13. *nu.* 13. *cap.* 17. *num.* 35.

12 Declara nisi fuerit† dispensatum, *vt voluit Franciſc. Marc. in deciſion.* 1161. *num.* 1. *vol.* 1.

13 Beneficium primum si vacat † ipso iure, electio erit habentis vtrumque. *Lancellot. in deciſion. nouiſſim. Roman.* 483. *num.* 5. *& in deciſion.* 484. *num.* 1. *parte* 1. *vol.* 1.

14 Cappellani Papæ commensales, si † moriuntur, eorum beneficia dicuntur vacare in Curia. *Ioan. Gallus Arreſtor. q.* 31. Sed debent esse regiſtrati.

15 Qui habet beneficium curatum † si assequitur beneficium simplex, quod exigit residentiam personalem, non dicitur vacare ipso iure, *vt dicit Rota in Antiq. in deciſion.* 184. *incip. Nota quod habens.*

16 Impetranti beneficiū † vacaturū per assecutionē pacificam alterius beneficij sufficit probare, quod ille per cuius assecutionem impetrauit, sit assequutus possessionem alterius beneficij, licet de facto, & violenter, quia violenta possessio facit vacare priora beneficia, *vt per Rotam in Antiq. in deciſion.* 396. *incip. Nota quod ſufficit impetranti.*

17 Petenti beneficium per † assecutionem quo ad effectum adiudicationis sibi faciendæ, non sufficit probatio dictarum assecutionis, & vacationis per publicam vocem, & famam. *Rota in nouiſ. in deciſio.* 236. *incip. Ad effectum.*

18 Si ad beneficia † vacatura sit gratia impetrata, non intelliguntur beneficia existentia in Cathedralibus, nisi exprimantur. *Guliel. Cassador. in deciſion.* 8. *nu.* 9. *titul. de conceſs. præbend.*

19 Beneficia dicuntur vacare † morte, renunciatione, & priuatione. *Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal.* 2. *num.* 1.

20 Ex duobus impetrantibus † beneficium illi præfertur, qui verum vacationis modum expressit, quamuis alter non expresserit, qui tamen verus cōmuni opinione reputabatur, *vt dicit Nicol. Boer. in deciſ. Burdeg.* 150. *ſub num.* 14. *vide infra.*

21 Priuatio beneficij in † aliquem beneficiarium, & si appellatio sit introducta, sed deserta, & si non sit lata sententia super desertione, beneficium dicitur vacare, & impetrari potest, quia habetur, ac si appellatum non esset. *vt poſt gloſ. in l. eos. in verb. iniuſtā. C. de appellat. quam allegat Bald. in conſil.* 238. *vol.* 3. *voluit Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 206. *nu.* 11. *De quo Baldi dicto meminit Ioan. Baptiſta Coſta de Retrotraction. cap.* 8. *caſu.* 8. *nu.* 6.

22 Ampliatur vacationem † & impetrationem esse validas, etiamsi ex principis gratia releuatus esset appellans a desertione, cum gratia non retrotrahatur, *Thom. Grammat. in deciſ. Neap.* 103. *num.* 119. *Ioan. Baptiſta Coſta. in dicto cap.* 8. *caſu.* 8. *num.* 7. *& cap.* 9. *caſu.* 17. *nu.* 2.

23 Limitatur tamen † non procedere, si ex causa iusti impedimenti fieret, quia tunc retrotraheretur. *Nicol. Boer. in dicta deciſion. Burdegalenſ.* 206. *in fin.*

24 Ecclesia, quam Papa absenti † contulit, quo ad Papam vacare non dicitur, sed quo ad prouisum dicitur vacare, donec illam acceptet. *Paul. AEmil. Verall. in deciſion.* 291. *incip. Eccleſia. lib.* 1.

25 Ecclesia vacans ex defectus † promotionis, simoniæ, vel hæresis, præcedentibus tribus sententijs conformibus, impetrari potest. *argum. clem. pen. de ſentent. & re iudicat. licet in Gallia non præcedentibus ſententijs fieri dicat Ioan. Paponus Arreſtor. Curiæ. lib.* 3. *tit.* 3. *Arreſt.* 3.

26 Vacantis ecclesiæ fructus † siue sit ex primis dignitatibus ecclesiarum cathedralium, sæcularium, regularium, quam collegiatarum, pastore viduatarum, eisdem ecclesijs reseruantur, & successoribus futuris per fidum Oeconomum, consuetudinibus quibuscunque etiam iuratis, & a Sede Apostolica firmatis, non obstantibus, alias imminet pœna, de qua *in cap. quia ſæpe. de election. in 6. cuius authoritate ita concludit Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal.* 340. *nu.* 2.

27 Vacatio ecclesiæ, † vel beneficij debet esse nota, quia non præsumitur, nisi probetur, *vt dicit AEgid. Bellemer. in deciſion.* 349. *num.* 1.

28 Iura loquentia † de beneficijs vacantibus in curia locum habent, quando moritur is, qui habet titulum prælaturæ, *vt argu. c. Præſenti. §.* 1. *de præben. in* 6. *voluit Anton. Capic. in deciſion. Neapol.* 3. *numero* 2.3.

29 Beneficium parochiale annexum † alteri beneficio, non dicitur vacare, nec poterit, vt vacans, impetrari, *vt ex Felin. in c. in noſtra. num.* 80. *verſ. Trigeſimum tertium. de reſcript. & ex alijs voluit Octauian. Cacheran. in deciſion. Pedemon.* 116. *numero* 3.4.

30 Beneficium vacare dicitur † in curia, si per priuationis sententiam in curia factam, vacauerit, & contra præsentem in curia, citatum personaliter per se, vel per procuratorem defendentem, vel contra verum contumacem, qui habetur pro præsente, *vt concludit Rota in Antiquis in deciſio.* 86. *incip. Nota quod vbi quis priuatur. quam ſequitur Paul. AEmil. Veral. in deciſ.* 64. *nume. primo. lib. primo.*

31 Declara, quod ille priuatus † non habetur pro præsente, si non fuit vere contumax, vel non se defendit per procuratorem, *vt ſentit idem Verall. in dicta deciſ.* 64. *nu.* 3. *lib.* 1. *& in deciſ.* 327. *num.* 1. 2. *lib.* 3.

32 Abbas commendatarius † incapax est beneficiorum, & ad illa obtinenda inhabilis. *argum. c. Presbyteros.* 16. *quæſt.* 1. *Oldrad. in conſil.* 14. *num.* 4. *Alfonſ. Hoieda de benefic. compatib. & incompatib.*

part.1.cap.6.nu.1. & post eos Don Garzias Mastrill. in decis. Siciliæ.2. num. 6. Dum tamen sit adepta Abbatiæ possessio, per cuius adeptionem, beneficia statim vacare dicuntur, *Rebuff. in Concordatis Franciæ.titul.de Mandat. Apostolicis. §. statuimus. lo vltimo. in verb. monasteria. & ex eodem Rebuffo. Oldrad. Panor. Decio, Pauino, & Gigante dicit Hoieda in loco allegato.num.5.*

33 Simili modo † Beneficiarius promotus ad aliquam ecclesiam episcopalem, vel quouis modo cathedralem, statim per promotionem ad maiorem dignitatem dicuntur beneficia vacare, quę ante promotionem obtinebat. *Gulielmus Cassador. in decis.2.tit.de constit.arg.c.cum in cunctis.§. cum vero.vbi annotarunt Innoc. Ant. de Butr. Petr. de Anchar. Abb. Panorm. & Philipp. Deci. de elect. Alfons. Hoieda de benefi. compatib. & incompat. part.1.cap. 4.nu.3.13. Vide infra hoc eodem titulo.*

34 Declara vt in † episcopum promoti beneficia vacare dicantur, quatuor exigi, prouisionem, confirmationem, consecrationem, & possessionis adeptionem, *vt dicit Petr. Rebuff. in concord. Franciæ. tit. de Mand. Apostolic. §. fin. in verb. monasteria. Hoieda in dicto cap.4.nu.13.*

35 Verum Romanæ curiæ † Stylum esse, vt cum primum promotus ad episcopatum quis fuerit, non expectata aliter consecratione, beneficia tanquam vacantia per Summum Pontificem conferuntur, *vt dicit Petrus Rebuff. in loco allegato. in verb. ecclesias Cathedrales. Hieronym. Gigas. de pensionib. q.56. nu.3. Gulielm. Cassador. in decision. 2. de constitutionib.* Hunc Stylum moderandum esse dicit *Panor. in d.c.cum in cunctis.§. cum vero.* vt licet ex eo statim beneficia conferantur, cum effectu tamen non dicantur vere vacare, nisi adepta possessione, vel promoto existente in mora illam capiendi, quem sequitur Hoieda in loco allegato *in d.c.4.num.15.* Vbi dicit, ita coram Fabio Accorombono in vna Panormitana beneficiorum inter Iulium Galettū, & Andream Velam die 9. Ianuarij. 1548. fuisse prouisum. Vnde in causa Cardinalis Pisani maior pars Dominorum censuit, quod per acquisitionem Cathedralium, dispensatio ad plures ecclesias, & illarum fructus concessa, beneficia vacarent hoc non obstante, & similiter gratia retentionis pensionis vt testatur Aldobrandin. *in decis. nouiss. Rom. 233. num.1. & in decis.533. per totam. lib.1.* Huius Styli meminit *Quintil. Mandos. Romanus, quem sequitur Anastas. Germonius. de indultu. §. si vero illa. num. 20.21.*

36 Quanquam derideatur Petrus † Rebuffus, quod cum nunquam fuerit Romæ alleget Stylum Curię Romanæ. Aldobrandin. in dictis decisionibus, quod fecisse admiror virum grauem, qui ob suas virtutes postmodum creatus Pontifex fuerit, virum grauissimum & de vtroque iure optime meritum, qui tot labores maximos, ac toti Reipublicæ Christianæ vtilissimos, ac fructus fertilissimos reliquerit, & summis laudibus honestari debuit, sed
37 scripta sua † totus mundus laudibus cumulat, quæ vsque ad supremi iudicij diem honoris encomia retinebunt. Quo vero ad Stylum verum esse, pro sui defensione sufficiunt sibi testes Abbas Panormitanus, qui & prelatus Romæ, & Cardinalis eximius extitit, Gulielmus Cassadorus, qui Rotæ Romanæ auditorem agit, Quintilianus Mandosius Romanus, & Anastasius Germonius, alijque non parum multi, qui a derisu illum vendicant.

38 Per adeptionem Cardinalatus vacant † beneficia maiora, puta dignitates, & parochiales ecclesiæ, *vt dicit Anton. Augustin. in decis. nouiss. Roman. 1650. volum.3.* Sic olim Michael Cardinalis Sarracenus cum esset Archipresbyter Torellæ, per Cardinalatum adeptum, vacauit Archipresbyteratus.

39 Declara non procedere in † canonicatu, & beneficijs minoribus, quæ eo casu non dicuntur vacare. *Panor. in c. ecclesia. el 2. nu.3. de elect.*

40 Eodem modo per ascensum † ad supremam Pōtificiam potestatem omnia beneficia vacant, *Anastas. Germoni. in dicto. §. si vero illa. nu.34. Hierony. Gabriel. in consil.200. nu.12. vol.2. vide infra hoc eodem titulo.*

41 Vacatio Cathedralis Ecclesiæ † durat vsque ad confirmationem, *vt exglos. in clement.1. in verb. collato. vt lit. pend. & post Philipp. Francum, Felin. & Pauinum quos allegat voluit Lancellott. in decis. nouiss. Roman.182. num.1. vol.2.*

42 Tempus Processionis † capiendæ beneficij vacantis, & collatio per ordinarium non est a iure præfixum, intra quot menses adipiscatur, *voluit Nicolaus Boer. in decis. Burdegal.24. num.10.*

43 Declara tamen † quod beneficij a Papa collati intra sex menses possessio capienda est, vt ex Regula Cancellariæ refert *idem Nicolaus Boer. in dicta decision. 24. numero 11.* Quo ad collationem Vacantis ecclesiæ idem notatur *in c. nulla. de concess. præbend. Dyn. in tractat. præscription. titul. 18. num.2.*

44 Concessio † gratiæ ad beneficia vacantia, a tempore datæ Vacantiæ currit, nisi sint beneficia collata. *Ioan. Mohedan. in decision.76. Cardin. Puteus in decision.442. nu.1. lib.2.*

45 Concessio gratiæ † cum clausula *vel quouis alio modo* ad beneficia vacantia, operatur, vt quocunque modo vacet beneficium, illud obtineat. *Rota in nouissim. in decision. 143. incip. habens gratiam.*

46 Mensis † datus ad acceptandum, intelligitur a die notitiæ diei ipsius vacationis. *Cardin. Pute. in decis.442. nu.1. lib.2.*

47 Beneficia vacantia, quæ † dantur mandatarijs Papæ, intelliguntur per obitum, non autem per resignationem. *Petr. Rebuff. in tract. nomination. q.15. num.65.*

48 Obtinens † beneficium vacaturum, non se extendit ab beneficium in præteritum iam vacans. *Hieronym. Magon. in decision. Florentin.8. num.12. 13.14.*

49 Verum vacationis tempus licet † testes non dicant sufficit tamen acceptanti probare, quod ante

acce-

acceptationem vacaſſet. *Rota in Nouis. in deci.* 125. *incip. Sufficit.*

50 Vacatio † vera beneficij dicitur per mortem illius, qui habebat ius, *Ioan. Mohedan. in deciſion. Nouiſſ. Roman.* 102. *num.* 1. *lib.* 1. *vol.* 3.

51 Si Papa contulit beneficium vacans † apud Sedem Apoſtolicam, cum conditione, ſi idoneus repertus fuerit, & prouiſus non examinatus recedit a Curia, ſine Bullis gratiæ dum moritur in partibus, dicitur vacare reſeruationem in Curia. *Rota in Antiq. in deciſion.* 650. *incip. ſi Papa.*

52 Beneficia vacantia per obitum † Protonotarij, qui neſcit ſe eſſe Protonotarium, ſunt reſeruata, quia ius Protonotariatus acquiritur ignoranti. *Cardinal. Paleott. in deciſion. nouiſſim. Roman.* 373. *lib.* 3. *vol.* 3.

53 Beneficium †, quod reſignatur literis non confectis, dicitur vacare vt prius. *Thanus in deciſion. nouiſſi. Roman.* 1936. *lib.* 3. *vol.* 3.

54 Vacare dicitur † beneficium in Curia, ſiue per obitum, ſiue per reſignationem. *Paul. AEmil. Verall. in deciſion.* 325. *nu.* 1. 2. 3. *lib.* 3.

55 Prouiſio † de beneficio re vera vacante, facta per exequutorem, eiuſque collatio, etiam ſi collator, & acceptans ignoret vacationem, valet. *Rota in Antiquis. in deciſion.* 172. *incip. Nota quod vbi exequutor.*

56 Iuramento † epiſcopi creditur ignoraſſe vacationem beneficij, *vt dicit Rota in antiq. in deciſion.* 231. *incip. Nota quod Hoſtienſis.*

57 Fructus † beneficiorum, ſi ex priuilegio, vel conſuetudine debeantur fabricæ alicui, & quis impetrat beneficium vacans a Papa, non obſtante impetratione, debentur fabricæ, *Rota in Antiquis in deciſion.* 269. *incip Nota quod ſi ex priuilegio.*

58 Si facta fuerit † epiſcopo gratia ad beneficia in Curia Romana vacantia, extenditur ad beneficia deuoluta. *Rota. in Antiq. in deciſion.* 301. *incip. Nota quod vbi epiſcopus.*

59 Epiſcopus † mandans Petro, quod prouideat. Franciſcum de beneficio vacante, ſi idoneus reperiatur, ſi priuſquam Petrus confert, epiſcopus alteri contulerit, eius collatio non valet, cum variare non poſſit. *Rota in Antiquis in deciſion.* 316. *incip. Nota gloſſam.*

60 Expectans † beneficium, non cogitur acceptare beneficium, quod vacat de iure, non autem de facto. *Rota in Antiq. in deciſion.* 608. *incip. ſi aliquis.*

61 Expectans † poſt menſem a die vacationis, non poteſt beneficium acceptare, etiam ſi adhuc beneficium vacet. *Rota in Antiq. in deciſion.* 192. *incip. Nota quod impetrans.*

62 Obtinens † beneficium vacans per obitum, cum clauſula *quouis modo*, habebit etiam ſi obitus fuerit in Curia, & non expreſſus. *Rota in Antiquis in deciſion.* 202. *incip. Nota quod quis. & in deciſi.* 536. *incip. Infra menſem. Peregrin. Fabius in deciſion. nouiſſim. Roman.* 266. *lib.* 2. *vol.* 3.

63 Si conſtat beneficium † vacaſſe ante acceptationem, præſumitur acceptaſſe ante tempus menſis. *Rota in Antiquis in deciſion.* 525. *incip. Nota quod ſufficit. & in deciſion.* 629. *incip. Si aliquis eſt primus.*

64 Non expreſſo modo † vacandi, uenit omnis modus vacationis. *Rota in Nouis in deciſion.* 196. *incip. Habens. & in deciſion.* 407. *incip. ſi auditor.*

65 Impetrans beneficium † vacans, non tenetur facere mentionem de iure quæſito ad rem alteri, vel de expectantibus authoritate Apoſtolica. *Rota in Nouis in deciſion.* 244. *incip. licet de more.*

66 Prouiſio beneficij † vacanti per obitum, non datur, niſi petenti, & magnis precibus. *Ioan. Paul. Tholomæus in deciſion. nouiſſim. Roman.* 833. *lib.* 3. *vol.* 3.

67 Impetratio reſcripti gratioſi ad beneficium † vacaturum per aſſecutionem ſi alius impetrat, quod illud vult permutare, impetratio iſtius eſt nulla. *Rota in Nouis. in deciſion. incip. Si obtinens.*

68 Acceptatio facta ante † mortem, ſiue per vnum diem ante vacationem beneficij, eſt inualida. *Rota in Nouis. in deciſion.* 431. *incip. ſi impetrans.*

69 Impetratio beneficij † vacantis, cum vere non vacaret, non valet tanquam ſubreptitia. *Ioan. Paul. Tholomę. in deciſion. nouiſſim. Roman.* 834. *in fin. lib.* 3. *vol.* 3.

70 Obtinens gratiam ad † vacaturum beneficium in menſibus octo Apoſtolicis, cum acceptauit, probare tenetur vacaſſe in illis menſibus Papæ. *Tholomæus in deciſion. nouiſſim. Roman.* 839. *lib.* 3. *vol.* 3.

71 Eccleſia parochialis pertinens † ad monaſterium in ſpiritualibus, & temporalibus, & monachi curam animarum habentes præſentant epiſcopo Cappellanum ſæcularem, per eius mortem poteſt dicta eccleſia, tanquam vacans impetrari. *Rota in deciſion.* 474. *incip. ſuppoſito.*

72 Impetrans beneficium † Antonij per eius promotionem, vel alio quouis modo vacans, ſi vacat ex perſona alterius. non poteſt illud obtinere. *Bernard. Cardinal. Biſgnet. in deciſion.* 12. *titul. de præbend.*

73 Beneficium dicitur † ſemper vacans, per renunciationem. *Ioan. Paul. Tholom. in deciſion. nouiſſ. Roman.* 856. *num.* 10. *in fin. lib.* 3. *vol.* 3.

74 Qui eſt prouiſus † beneficio & ſupplicationem porrexit, & ante expeditionem literarum obijt, beneficium vacare dicitur. *Proſper Sanctacruc. in deciſion. nouiſſim. Roman.* 40. *lib.* 2. *vol.* 3. *ante eum Rota in Antiq. in deciſion.* 882. *incip. Nota. quod vbi. Gulielm. Caſſador. in deciſion.* 8. *num.* 10. *tit. de reſtit. ſpol.*

75 Contrarium † ſubobſcure tenuit *AEgid. Bellem. in deciſion.* 609. *in deciſion.* 644. ſed illius opinio procedit in Cancellaria, non in Rota, *vt dicunt. Caſſad. in dicta deciſion.* 8. *num.* 10. *de reſt. ſpoli. & Proſper. Sanctacru. in dicta deciſion.* 40. *lib.* 2. *vol.* 3.

76 Impetrans beneficium vacans † tenetur de eius qualitate mentionem facere, maxime vbi non narrantur æquipollentia ex quibus reſultent aliquæ

qua-

qualitates. *Cardinal. Biſgnet. in deciſion.* 13. *titul. de præbend.*

77 In beneficialibus quilibet † tractatus diffinitiuus, & concludens, non vacante adhuc beneficio per obitum, eſt prohibitus. *Blanchett. in deciſion. nouiſſ. Roman.* 285. *num.* 2. *parte* 1. *vol.* 1.

78 Regula de exprimendo † menſe vacationis, habet locum etiam in vacatione de facto. *Ioan. Mohedan. in deciſion. Nouiſſim. Roman.* 102. *lib.* 1. *vol.* 3.

79 Beneficia hæretici † condemnati in Curia, dicuntur vacare in partibus delicti commiſſi. *Cardinal. Paleott. in deciſion. nouiſſ. Roman.* 707. *& magis clare. in deciſion.* 728. *lib.* 3. *vol.* 3.

80 Beneficium † dicitur vacare, in Curia, ſi vacat per ſententiam priuationis in Curia latam, & contra præſentem in Curia citatum perſonaliter per ſe vel per procuratorem defendentem, vel contra verum contumacem, qui habetur pro præſente. *Paul. AEmil. Verall. in deciſion.* 64. *num.* 1. 2. *lib.* 2. *alias ſecus. & in deciſion.* 48. *num.* 2. *lib.* 3. *Rota in Antiq. in deciſion.* 37. *incip. Nota quod in beneficum. in deciſion.* 86. *incip. Nota vbi quis. Verall. iterũ. in deciſion.* 48. *num.* 2. *parte* 3.

81 Beneficium commendatum vacat † per mortem commendatarij. *Verall. in deciſion.* 144. *lib.* 1.

82 Collatio beneficij † quæ fit in periurum eſt ipſo iure nulla, *vt poſt Panor. in c. querelam. de iureiur. in c. cum noſtris. de conceſſ. præb. voluit Franciſ. Viuius in deciſion.* 120. *num.* 35.

83 Pœna † vacationis ipſo iure per adeptionem alterius beneficij locum habet a die adeptæ poſſeſſionis, non autẽ a die collationis. *Gulielm. Caſſador. in deciſion.* 1. *titul. de conſtitut. Paul. AEmil. Verall. in deciſion.* 294. *num.* 1. *lib.* 2.

84 Beneficia omnia † vacant per promotionem ad Epiſcopatus dignitatem. *argu. c. cum in cunctis.* §. *cum vero. de elect. Verall. in deciſion.* 400. *num.* 1. *lib.* 2. *Cardin. Puteus in deciſion.* 438. *num.* 1. 3. *lib.* 2. *Quintilian. Mandos. ad Regul. Cancellariæ.* 1. *q.* 15. *num.* 1. *Iacob. Simonett. de reſeruat. benefic. q.* 27. *in princip. Anaſtaſ. Germon. de indultu.* §. *ſi vero illa. num.* 19. 20. *Hierony. Gabriel. in conſil.* 200. *num.* 3. *vol.* 2.

85 Limita, niſi † eſſet ei conceſſa facultas retinendi, *vt voluit Verall. in deciſion.* 411. *in princip. lib.* 2. *Cardinal. Puteus in dicta deciſion.* 438. *num.* 1. *lib.* 2.

86 Limita † ſecundo non vacare ſtatim a promotione, ſed a die adeptæ poſſeſſionis. *Verall. in dicta deciſion.* 401. *num.* 3. 7. *lib.* 2 *. ante eos Oldrad. in conſil.* 14. *Ludo. Roman. in conſil.* 335.

87 Sublimita tamen † quia elapſis tribus menſibus datis ad conſecramdum, dicitur adepta poſſeſſio ad finem vacationis beneficiorum. *Verall. in dicta deciſion.* 401. *num.* 3. *vol.* 2. *Germon. in dicto.* §. *ſi vero illa. num.* 24.

88 Limita tertio † vacare beneficia per adeptionem Summi Pontificatus. *Hierony. Gabriel. in conſi.* 200. *num.* 12.

89 Sed hoc reuera † eſt riſu dignum, quia ſi ſummus Pontifex tanquam mare diffundit tanquam riuulos in cunctos beneficiarios magna liberalitate beneficia, quanto minus ipſe egebit, & ſua vacabunt.

90 Vnus modus † vacationis, in alio non comprehenditur. *Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal.* 3. *nume.* 2.

91 Declara ſecus ſi adeſſet † clauſula *ſiue quolibet alio modo vacauerit. Rota in nouiſſ. in deciſion.* 28. *incip. ſi mandetur. Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib.* 1. *titul.* 2. *Defin.* 1. *vol.* 1.

92 Sublimita quando vacaret † per omnem modum in eadem perſona, ſecus vero per diuerſas. *Rota in Antiq. in Deciſion.* 483. *incip. Nota quod clauſula.*

93 Ex duobus † impetrantibus ille præfertur, qui verum vacandi modum expreſſit. *Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal.* 150. *nu.* 11. *cum duobus ſeqq. quem ſequitur Anton. Faber in Codice Fabrian. lib.* 1. *tit.* 2. *Definition.* 4. *nu.* 5. *vol.* 1.

94 De facto dicitur † beneficium vacare, quando confertur abſenti, & nondum acceptauit, & tale beneficium alteri conferi non poteſt. *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 2. *nu.* 41.

95 Impetratio beneficij vacantis † a Papa obtenta, non valet, niſi diſtantia loci tanta ſit, quod vero ſi mile ſit, quod ad Papæ notitiam peruenire potuerit, *vt dicit Gulielm. Caſſador. in deciſ.* 29. *incip. regula. titul. de Regul. Cancell. ſecundum eam etiam ſcribit Ioan. Paponus Arreſtor. curiæ. lib.* 3. *titul.* 4. *Arreſto.* 2.

96 Qui habet gratiam † in certo beneficio vacaturo in certa eccleſia, poteſt acceptare beneficium vacans in Cœmeterio, ambitu, aut cappellis ipſi eccleſiæ contiguis. Rota in Nouis in deciſion. 197. incip. habens gratiam, hanc deciſionem allegaui, & corroboraui ad Bellugam *in Specul. Principum. rub.* 11. §. *ſed quia in verb. Cęmeterio. adde Cardinal. Biſgnet. in deciſ.* 3. *titul. de præbend.*

97 Gratia † non valet de beneficio vacaturo per contractum matrimonij, non expreſſo alio, ſi in manu poteſtatem habentis ante fuerit reſignatum. *Rota in Nouis. in deciſ.* 338. *incip. ſi mandetur mihi.*

ARGVMENTVM.

Gratia pro obtinendo aliquo beneficio in Cathedrali vel collegiata eccleſia impetratur a Summo Pontifice, aut quouis alio conferendi legitimam poteſtatem habente, quæ ſi motu proprio conceſſa fuerit, vincit omnes alias prærogatiuas, & ante formationem literarum dicitur informis, ſed fit perfecta per ſolam ſupplicationis ſignaturam, & per literas plumburas probabitur, nec particularis per generalem ſuſpenditur. Concedenda

eſt

eſt dignis,& idoneis propter illorum vitam exemplarem, honeſtos mores, bonam conuerſationem, & egregiam doctrinam,quamobrem illiterati & criminoſi, necnon reliqui infames pro perpetuo excluſis reputantur,niſi horum defectus in conceſſione narretur, quod diſpenſationem induceret. Initium ſumit a tempore datæ, & anterior prævalet, prę terquam quod duabus impetratis arbitrio impetrantis reliquitur, qua vti velit, nec de vna ad aliam regreſſus intercluditur, & quando ſub & obreptitie ſit quæſita, nullius erit roboris. ſemper autem pauperum, & egenorum conditio præ ceteris in hoc gratiarum paſſu fauorabilior reputari debet.

SVMMARIVM.

1 *Gratia ſi Neutri articulorum obiectiuorum exactam ſpecificationem non exigit.*
2 *Gratia ſi Neutri cõditionalis eſt, & nihil ponit in eſſe.nu.59.*
3 *Impetrans gratiam ſi Neutri tenetur exprimere omnia,ac ſi de nouo beneficium impetraſſet. Gratiam ſi Neutri exequitur ſecundus auditor.*
4 *Tertia gratia beneficij, licet faciat mentionem de ſecunda,& ſecunda faciat mentionem de prima,non valebit niſi tertia faciat mentionem de prima.*
5 *Gratia continens certam horam præfertur alteri horam non habenti.*
6 *Gratia beneficij obtenti ob falſam narrationem,reddi tur nulla, & ſubreptitia. Declara.nu.7.*
8 *Gratia conceſſa ad conſenſum Matthæi Epiſcopi,poſt eius obitum vacante eccleſia non extenditur ad ſucceſſorem epiſcopum.*
9 *Gratia facta cum certa taxa, impetrans non debet aliam taxam probare.*
10 *Gratia beneficij ad collationem Titij ſpectantis, non extenditur ad beneficium ſpectans ad Titium, & Seium.*
11 *Gratia facta clerico ad beneficium, vel officium,non includit beneficium ſolitum regi per laicos, niſi de illo fiat ſpecialis mentio.*
12 *Gratia facta de beneficio vacante in ciuitate, vel dioeceſi,præfertur illi, cui facta de beneficio in certa eccleſia.*
13 *Habens gratiam ad præbendam,quam duxerat acceptandam, ſi primus in data promittat acceptare primam præbendam vacãtem,ſibi non præiudicat, quin poſſit acceptare ſecundam.*
14 *Habens pro obtinendo beneficio duas gratias, ſi vtatur ſecunda, & ſuccubuit, poteſt vti prima, & ſic econtra.*
15 *Gratia ad collationem Decani,vel Capituli,communiter,vel diuiſim habet locum in beneficiis conferri ſolitis per hebdomadarios.nu.31.*
16 *Gratia motu proprio probatur ſcriptura, non teſtibus.*
17 *Gratia, ſeu mandatum ad prouidendum extenditur ad præbendam etiam electiuam in eccleſia collegiata,dum modo ſit dignitas,vel perſonatus.*
18 *Gratia poteſt purificari in curia Romana etiam datis pluribus exequutoribus.*
19 *In gratia mea, non teneor mentionem facere de gratia alterius,quæ eſt nulla,nec de aliis clauſulis.*
20 *Purificatio gratiæ ſufficit,quod fiat intra menſem,& interim collatio alteri facta per ordinarium infringitur.*
21 *Reſtitutio ad gratiam extinctam,non præiudicat alteri, qui illius beneficii interim gratiam impetrauit.*
22 *Purificatio gratiæ commiſſa epiſcopo eo mortuo,purificatur per Capitulum.*
23 *Reſtitutus ad primam gratiam, non præfertur ei, qui aliam gratiam obtinuit.*
24 *Gratia ad dignitatem,non extenditur ad dignitatem curatam.*
25 *Gratia a tempore datæ initium ſumit.*
26 *Gratia facta per alicuius promotionem non extenditur,ſi vacauerit per illius mortem.*
27 *Gratia facta per promotionem alicuius non expirat per obitum Papæ concedentis.*
28 *In gratia ſi narrantur plura,vnum ſi verificatur, illa ſubſiſtit.*
29 *Primus, qui habuit gratiam expectatiuam, licet non probet acceptaſſe infra menſem in principio litis, poterit tamen in proceſſu probare.*
30 *Exequutores gratiarum, ſi conferunt aliquod beneficium vacans, non receptis literis, collatio non valet,ſi opponatur,ſed ſi nõ opponatur,ſuſtinetur.*
32 *Gratia facta per Papam, ſi ante factam ſcripturam moriatur,non expirat.*
33 *Habens gratiam ad maiorem, & minorẽ præbẽdam poteſt mediam acceptare.*
34 *Gratia, vt ſuſtineatur, ſemper Rota opinionem amplectitur.*
35 *Gratia apoſtolica,non poteſt, niſi per literas plumbatas probari.*
36 *Gratia ante formationem literarum eſt in formis.*
37 *Gratiæ æquiparantur legatis.*
38 *Taciturnitas illa vitiat gratiam,quã ſi Papa ſciuiſſet, gratiam denegaſſet,alias ſecus.*
39 *Gratia facta per Papam de beneficio ſpectante ad collationem talis Abbatis,venit beneficium ſpectans ad collationem illius Abbatis de conſenſu alterius.*
40 *Gratia redditur nulla ex capite falſæ expreſſionis.*
41 *Gratia conditionalis ante conditionis euentum non afficit,quin ab ordinario conferri poſſit.*
42 *Acceptatio facta ante purificationem gratiæ, ſi poſtea intra menſem purificetur,& renouetur,valet.*
43 *Valet acceptatio, & prouiſio ante expeditionem literarum.*

44 Gra-

44 *Gratia dicitur perfecta per solam signaturam supplicationis.*

45 *Gratia particularis non suspenditur per gratiam generalem.*

46 *Gratia expectatiua ad vnum beneficium curatum, & aliud simplex, & acceptans prius acceptauit vnam parochialem quam consequutus est, secundo loco aliam parochialem pure, & sine protestatione, quam cessit in alicuius fauorem, cum reseruatione pensionis præcedente, dicitur consumpta. Declara.num.47.*

48 *Acceptatio secundæ gratiæ quando non est bona, potest ad primam redire.*

49 *Narrata sunt pars gratiæ.*

51 *Gratia beneficii motu proprio concessa vincit omnes ceteras prærogatiuas.*

52 *Gratia in materia dispensationis redditur ipso iure nulla, non solum per causam finalem falsam, sed impulsiuam.*

53 *AEtas expressa in gratia probanda est pars impetrantem, cum sit fundamentum & pars gratiæ.*

54 *Expectans si acceptauerit beneficium litigiosum, & lata sit contra eum sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, non dicitur consumpsisse gratiam sed potest aliud vacans acceptare.*

55 *In beneficialibus coniunctus pro coniuncto non admittitur.*

56 *Gratia si Neutri non conceditur, nisi super lite mota non autem mouenda.*

57 *Gratia, cum clausula dummodo infra mensem duxeris acceptandum, facit, vt sit conditionalis.*

58 *Gratia si Neutri non dat titulum coloratum.*

60 *Gratia si Neutri subreptitia est, si narrauit, quod introducta lis super præbenda, & fructibus, & tamen lis est de fructibus.*

61 *Gratia si Neutri purificatur si constat nemini litigantium ius competere.*

62 *Gratia Papę cum clausula quod habeat effectũ quibuscunque reuocationibus non obstantibus durat etiam mortuo.*

63 *In Gratia conditionali habet locum dispositio.c.si pro te.de Rescript.dum tamen cõditio sit purificata, alias secunda gratia præfertur.*

64 *Si fit gratia narrato defectu, Papa videtur dispensare.*

65 *Gratia signata per verbum fiat vt petitur, non censetur motu proprio, & si in corpore dicat motu proprio.*

66 *Gratia non dicitur subreptitia, si in illa non est facta mentio qualitatis non consideratæ a iure.*

67 *Duarum gratiarum eodem die expeditarum, non apparente anterioritate, reus præfertur, cum actor debeat probare.*

68 *Gratia est subreptitia, si non expressit se laborare morbo epileptico. Declara secus esse in Canonicatu.num.69.70.*

71 *Gratia subreptitia est ipso iure nulla, cum de iure subreptio vitiet ipso iure.*

72 *Gratia non debet probari ex testibus sed per literas plumbatas. Declara.num.73.*

74 *Gratia cum clausula & de consensu conseruatorum vrbis operatur, vt si conseruatores consenserint gratiæ vltimo loco factæ ista præualeat.*

75 *Gratia noua dicitur, quando aliquid est additum, vel mutatum in substantialibus.*

76 *Gratia Apostolica anterior præualet acceptationi posteriori expectãtis, licet sit facta intra mensem.*

77 *In gratia nulla est facienda mentio de alia gratia nulla, & elidibili.*

78 *Narrata copulatiuè in gratia sunt verificanda, nisi vnum per se sufficeret.*

79 *Ordinarius non exequitur gratiam, nisi præsententur literæ.*

80 *Consensus præteritus in prima gratia requiritur de nouo in reconualidatione illius, quia primus est extinctus.*

81 *Gratia non dicitur subreptitia, in qua saltem virtualiter facta est mentio intrusionis.*

82 *Gratia facta ad dignitatem, non extenditur ad dignitatem curam animarum habentem.*

83 *Exequutoribus gratiæ, pauperibus nolentibus gratiam purificare idoneitatis veritate stante, gratia habetur pro purificata.*

84 *Habens gratiam in forma pauperum acceptare potest beneficium illa non purificata, si per ipsum non stetit quo minus gratia purificata foret.*

85 *Decretum adiectum in gratia in forma pauperum ante purificationem, non ligat manus ordinarij, secus in gratia in forma laudabili, quia propter decretum intra mensem ligat manus illius.*

86 *Si pauper clericus impetrans beneficium in forma communi, & non facit mẽtionem de pensione, non idcirco gratia erit subreptitia.*

87 *Gratia pauperum non extenditur ad Archipresbyteratum, nisi fiat specialis mentio.*

88 *Sub gratia in forma pauperum cadunt beneficia nõ taxata, etiam si sint magni valoris.*

89 *Post verificationem pauperis requiritur noua acceptatio.*

90 *Acceptatio pauperis ante acceptationem gratiæ, quæ non purificatur infra mensem, non valet, nisi fuerit in forma Dignum arbitramur.*

91 *Duo exequutores dati ex tribus pro gratia pauperum, cum clausula si non omnes constito, quod ex post facto de impedimento Tertii. purificatio, vel prouisio illorum tenebit.*

92 *Exequutor cum duobus aliis deputatis in gratia in forma pauperum, cum clausula quod si nollet, vel non posset dum committit alteri vices suas, mandatum adimplet.*

93 *Gratia in forma pauperum purificari potest per exequutorem ex officio in absentia impetrantis ad instantiam coniunctæ personæ.*

94 *Gratia expectatiua, si expectãs super beneficio acceptato, componendo assequitur possessionem, consumitur.*

95 *Papa vt possit prouidere pauperibus, reseruat familiaribus Cardinalium quæcunq; beneficia spectantia ad quamuis collationem, intelligitur de Cardinalibus ordinariis, non delegatis.*

96 *Doctor*

96 *Doctor pauper habens expectatiuam in forma pauperum, præfertur pauperi habenti in forma communi.*

97 *Gratiam producens in cauſis criminalibus, debet in vinculis verificare, & illam probare.*

98 *Gratia expectatiua ad beneficia vacatura, non cadit ad beneficia vacantia ex cauſa permutationis.*

99 *Falſa cauſa non vitiat gratiam Papæ.*

100 *Gratia ſubreptitia præſtat titulum coloratum.*

101 *Gratia ad vacatura crimino ſo facta eſt nulla.*

102 *Gratiæ expectatiuæ ad beneficia vacatura ſublatæ ſunt diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini.*

103 *In gratijs pauperum locum habet cle. cum ei. §. ſecus. de conceſs. præben.*

104 *Ex duobus, qui in forma Dignum eodem die, & data beneficij gratiam obtinuerunt, præfertur, qui prius ſuam gratiam purificauit.*

105 *Dum Papa committit pro beneficio vacante, vel vacaturo in forma Dignum concurrere debent, ideneitas, ſufficientia, ſcientia & nitores.*

106 *Habens gratiam in forma Dignum poteſt infra menſem ante purificationem gratiæ, beneficium cadens in ſua gratia acceptare, ſed non ſibi facere prouideri.*

107 *Impetratio facta in forma Digum operatur, quod requiratur examinatio principalis, a qua examinatione non appellatur, quia eſt onerata conſcientia executoris.*

108 *Gratia in forma pauperum, & gratia ſpecialis, ſunt pares, & ideo prior præueniens in præſentando eſt potior.*

109 *Gratia habens conditionem, ea non verificata, redditur nulla.*

TITVLVS XXII.

De beneficiorum gratia.

1 GRatia † *ſi Neutri* non exigit articulorum obiectiuorum exactam ſpecificationem quoniam tales articuli ſunt implementum huiuſmodi gratię conditionalis. *Rota in Nouis. in deciſion. 27. incip. fuit dubitatum.*

2 Gratia † *ſi Neutri* conditionalis eſt, & nihil ponit in eſſe. *Paul. AEmil. Verall. in deciſion. 302. nu. 2. lib. 3. infra hoc eodem titul. nu. 59.*

3 Impetrans gratiam † *ſi Neutri* omnia tenetur exprimere, ac ſi de nouo beneficium impetraſſet. *Rota in Nouis in deciſ. 238. incip. Impetrans.* Et gratiam *ſi Neutri* directam primo Auditori, ipſius nomine expreſſo, exequitur ſecundus Auditor. *Bernard. Cardinal. Biſgnet. deciſion. 10. titul. de reſcrip.*

4 Tertia gratia † beneficij, licet faciat mentionem de ſecunda, & ſecunda faciet mentionem de prima, non tamen valebit, niſi fecerit mentionem de prima *vt concludit Rota in Nouis. in deciſ. 220. incip. Si. A. habens.*

5 Gratia † continens certam horam, præfertur gratiæ, quæ nullam horam continet. *Peregin. Fabius in deciſion. nouiſſ. Roman. 188. num. 5. lib. 2. volum. 3.*

6 Gratia † beneficij obtenti ob falſam narrationem redditur nulla, & ſubreptitia. *AEgid. Bellemer. in deciſion. 543. Cardinal. Puteus in deciſion. 350. lib. 1.*

7 Declara falſam † narrationem non obſtare, ſi Papa conceſſiſſet, cum clauſula *etiam ſi narratio falſa fuiſſet. Ioan. Mohedan. in deciſ. 8.*

8 Gratia conceſſa ad † conſenſum Matthęi epiſcopi, poſt eius obitum vacante eccleſia, non extenditur ad conſenſum epiſcopi ſucceſſoris, cum ſit facta mentio nominis proprij, non dignitatis ſolum. *Cardin. Puteus in Deciſ. 153. nu. 5. lib. 1. poſt Rotam in Autiq. in deciſ. 857. incip. Vrbano. infra hoc eodem titul. nu. 50.*

9 Gratia facta † cum certa taxata, non debet impetrans aliam taxam probare *Rota in Antiquis in deciſ. 298. incip. nota quod vbi impetranti.*

10 Gratia † beneficij ad collationē Titij ſpectantis non extenditur ad beneficium ſpectans ad collationem Titij, & Seij. *Rota in Antiq. in deciſ. 271. incip. nota gloſſam.*

11 Gratia † facta clerico ad beneficium, vel officium non includit beneficium vel officium, ſolitum teneri per laicos, niſi fiat ſpecialis mentio de illo. *Rota in Antiquis. in Deciſion. 320. incip. Nota quod vbi eſt.*

12 Gratia † facta de beneficio vacanti in ciuitate, vel diœceſi, præfertur illi, cui facta fuit de beneficio vacanti in certa eccleſia. *Rota in Antiquis in deciſ. 323. incip. Nota Paul.*

13 Habens † gratiam ad præbendam, quam duxerat acceptandam, ſi primus data promittat accepta re primam prębendam vacantem ſibi non præiudicat, quia poſſit acceptare ſecundam: ſimiliter ſi habet gratiam, vt poſſit acceptare præbendam eccleſiæ, cum pręſtimonijs vnius cedentis, vel decedentis, quia tunc ſimul, & ſucceſſiue poteſt acceptare præbendam, vel pręſtimonia ſeparatim. *Rota in Antiquis. in deciſion. 37. incip. Nota quod vbi ſunt.*

14 Habens duas gratias † pro obtinendo beneficio, ſi vtatur ſecunda, & ſuccumbit, ad primam redire poteſt, eodem modo ſi vtatur prima, & ſuccumbat poterit vti ſecunda. *Rota in Antiquis in deciſ. 180. incip. Nota quod vbi aliquis.*

15 Gratia ad collationem † Decani, vel Capituli communiter, vel diuiſim habet locum in beneficijs ſolitis conferri per hebdomadarios. *Rota in Antiq. in deciſion. 119. incip. nota quod*

vbi aliquis est impetrans. Non tamen se extendit ad beneficium pertinens ad dispositionem vnius ex canonicis ratione præbendæ, quod obtinet in ipsa ecclesia, siue extra illam. *Rota in Antiq. in decision.* 583. *incip. Nota in Diœcesi. infra hoc titu. num.* 31.

16 Gratia motu proprio facta † probatur scriptura, non testibus. *Rota in Antiq. in decision.* 131. *incip. Nota quod.*

17 Gratia, seu mandatum ad beneficium † prouidendum, extenditur ad præbendam, etiam electiuam in ecclesia collegiata, dummodo non sit dignitas, personatus, vel officium. *Rota in decision.* 133. *incip. Nota quod ille in Antiq.*

18 Gratia potest † purificari in Curia Romana, etiam datis pluribus exequutoribus. *Rota in Antiq. in decision.* 134. *incip. Nota quod vbi sunt.*

19 In † Gratia mea non teneor facere mentionem de gratia alterius, quæ est nulla, nec de alijs clausulis. *Rota in Antiquis. in decision.* 179. *incip. Nota quod de gratia.*

20 Purificatio † gratiæ sufficit, quod fiat infra mensem, & interim collatio alteri facta per ordinariũ infringitur. *Rota in Antiquis. in decis.* 240. *incip. Nota quod vbi ordinarius.*

21 Restitutio † ad gratiam extinctam, non præiudicat alteri qui illius beneficij gratiam interim impetrauit. *Rota in Antiq. in decision.* 558. *incip. Postquam.*

22 Purificatio † gratiæ commissa episcopo, eo mortuo purificatur per Capitulum. *Rota in Antiq. in decision.* 665. *incip. si purificatio.*

23 Restitutus ad primam † gratiam, non præfertur ei, qui aliam gratiam obtinuit. *Bisgnetus Cardinal. in decision.* 1. *titul. de elect.*

24 Gratia ad dignitatem † non extenditur ad dignitatem Curatam. *Cardinal. Bisgnet. in decisio.* 18. *titul. de Præbend.*

25 Gratia a tempore datæ † initium sumit. *Seraphin. Oliuarius in decision. Nouissim. Roman.* 170. *num.* 6. 8. *parte* 1. *vol.* 1.

26 Gratia facta per alicuius † promotionem, non extenditur, si vacauerit per illius mortem. *Rota in Antiq. in decision.* 743. *incip. Nota quod si facta.*

27 Gratia facta per promotionem † alicuius, non expirat per obitum Papę concedentis. *Rota in Antiq. in decision.* 745. *incip. Nota quod si Dominus.*

28 In gratia si plura narrantur, † vnum si verificatur, illa subsistit. *AEgidius Bellemer. in decision.* 280. *quam sequitur Seraphin. Cardin. Oliuar. in decision. nouissim.* 161. *nu.* 1. *parte* 1. *vol.* 1.

29 Primus, qui habuit gratiam † expectatiuam, licet non probet acceptasse infra mensem in principio litis, tamen poterit in processu probare. *Rota in Antiq. in decision.* 748. *incip. Nota quod si duo.*

30 Exequutores gratiarum † si conferunt aliquod beneficium vacans, non receptis literis, collatio non valet, si opponatur, si tamen non opponatur sustinetur. *Rota in Antiquis. in decision.* 795. *incip. Si autem.*

31 Gratia spectans ad collationem † Decani, & Capituli, comprehendit beneficium, cuius collatio ex fundatione spectat ad hebdomadarios. *Rota in Antiq. in decision.* 836. *incip. Nota in ecclesia. supra hoc titulo. num.* 15.

32 Gratia facta † per Papã, si ante factam scripturã moriatur, non expirat. *Rota in Antiq. in decision.* 882. *incip. Nota quod vbi gratia, & in Nouis. in decision.* 285. *incip. si episcopus.*

33 Habens † gratiam ad maiorem, & minorem prębẽdam, potest, & mediam acceptare. *Rota in nouis. in decision.* 217. *incip. Si mandetur.*

34 Gratia, vt sustineatur, Rota semper † opinionem amplectitur. *Francisc. Cantuccius in decision. Nouissim. Roman.* 9. *nu.* 9. *parte* 2. *vol.* 2.

35 Gratia † Apostolica non potest, nisi per literas plumbatas probari, secus tamen quo ad qualitates accidentia, ac, certam scientiam, quia illa testibus probantur. *Rota in Nouis. in decisio.* 332. *incip. licet. Romana.*

36 Gratia ante † formationem literarum est informis, & perficitur ipsarum literarum confectione, in quibus exequutoriæ dantur, & necessariæ clausulæ apponuntur. *Rota in Nouis in decisio.* 458. *incip. circa secundum.*

37 Gratiæ æquiparantur † legatis. *Francisc. Cantuccius in decision. Nouissim. Roman.* 14. *nu.* 8. *parte* 2. *vol.* 2.

38 Taciturnitas illa vitiat gratiam † quam si Papa sciuisset, gratiam denegasset, alias secus. *Rota in Nouis. in decision.* 468. *incip. extra Rotam.*

39 Gratia facta per Papam de beneficio † spectante ad collationem talis Abbatis, venit beneficium spectans ad collationem illius Abbatis de consensu alterius. *Cardinal. Bisgnet. in decision.* 2. *titul. de conces. præb.*

40 Gratia † redditur nulla, & subreptitia ex capite falsæ expressionis. *Francisc. Cantucc. in decision.* 18. *num.* 3. *parte* 2. *vol.* 2.

41 Gratia conditionalis † ante conditionis euentum, non afficit beneficium, quin interim, ab ordinario conferri possit. *Anto. Augustin. in decision. nouissim. Roman.* 1311. *lib.* 3. *vol.* 3.

42 Acceptatio facta ante † purificationem gratiæ valet, si postea intra mensem purificetur, & renouetur uerbo, vel facto. *Cardin. Bisgnetus. in decision.* 7. *titul. de conces. præben.*

43 Valet acceptatio, & prouisio † ante expeditionem literarum gratiæ. *Cardinal. Bisgnetus. in decis.* 4. *titul. de conces. præbend.*

44 Gratia dicitur perfecta † per solam signaturam supplicationis. *Gulielm. Cassador. in decision.* 8. *nu.* 1. *de restit spol. Sequitur Ioan. Mohedan Nouissi. Roman.* 6. *numero* 2. *in fin. lib.* 1. *vol.* 3. *duplicata. in decision.* 59. *nume.* 1. *lib.* 2. *vol.* 3. *in decision.* 63. *num.* 1. *lib.* 2. *vol.* 3. *Verall. in decision.* 88. *nume.* 4. *lib.* 3. *Verall. in decision.* 267. *num.* 3. *lib.* 1. *in decis.* 173. *num.* 2. *lib.* 2.

45 Gratia † particularis non ſuſpenditur per gratiam generalem. *Io. Paul. Tholoſa. in deciſ. nouiſſi. Roman.* 1093. *lib.* 3. *vol.* 3.

46 Gratia † expectatiua ad vnum beneficium curatum, & aliud ſimplex, & acceptans prius acceptauit vnam parochialem, quam conſequutus eſt, ſecundo loco aliam parochialem pure, & ſine proteſtatione, quam ceſſit in alicuius fauorem, cum reſeruatione penſionis præcedente, dicitur conſumpta, quia ex illa acceptatione conſequutus eſt commodum, *vt poſt Ludo. Roman. in conſil.* 329. *num.* 8. *Verall. in deciſion.* 231. *lib.* 1. *in deciſion.* 59. *lib.* 2.

47 Declara ſecus eſſe ſi † proteſtatus fuiſſet, cum acceptaret ſecundam, quatenus caderet ſub ſua gratia, tunc enim conſumpta non eſſet. *Idem. Verall. in dicta deciſion.* 59. *ſub num.* 2. 3. *lib.* 2.

48 Acceptatio † ſecundæ gratiæ quando non eſt bona, poteſt redire ad primam. *Verall. in deciſion.* 339. *nu.* 3. *lib.* 1.

49 Narrata ſunt pars gratiæ. † *Verall. in deciſion.* 271. *num.* 3. *lib.* 1.

50 Gratia conceſſa ad conſenſum † epiſcopi expreſſo nomine, poſt illius mortem, vacante beneficio ad ſucceſſoris conſenſum non extenditur. *Cardinal. Puteus. in deciſion.* 153. *nume.* 1. 3. *lib.* 2. *ſupra hoc eodem. titul. num.* 8.

51 Gratia beneficii motu proprio † conceſſa, vincit omnes ceteras prærogatiuas. *Guliel. Caſſador. in deciſion.* 14. *nu.* 3. *tit. de præbend.*

52 Gratia in materia diſpenſationis redditur † ipſo iure nulla, non ſolum per cauſam finalem falſam, ſed impulſiuam. *Verall. in deciſ.* 274. *num.* 8. 9. *lib.* 1. *in deciſion.* 254. *num.* 4. *lib.* 2.

53 AEtas expreſſa in gratia probanda † eſt per impetrantem, quia eſt fundamentum, & pars gratiæ. *Verall. in deciſ.* 313. *lib.* 1.

54 Expectans ſi acceptauerit beneficium † litigioſum, & contra eum ſit lata ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, non dicitur conſumpſiſſe gratiam, ſed poteſt aliud vacans acceptare, & ſufficit, quod ſine culpa ſua, ſit contra ipſum lata ſententia, licet non appellauerit. *Verall. in deciſion.* 336. *num.* 1. *lib.* 2.

55 In beneficialibus coniunctus † pro coniuncto non admittitur. *Franciſc. Viui. in deciſ.* 249. *nu.* 5.

56 Gratia *ſi Neutri* non conceditur, niſi † ſuper lite mota, non autem mouenda. *Rota in Antiq. in deciſion.* 270. *incip. ſi mandetur. & in deciſion.* 320. *incip. licet in cauſis. Verall. in deciſio.* 34. *per totam. lib.* 2.

57 Clauſula in † gratia *dū modo infra menſem duxerit acceptandum*, facit vt ſit conditionalis. *Verall. in deciſion.* 34. *nu.* 2. *lib.* 2.

58 Gratia † *ſi Neutri* non dat titulum coloratum. *Verall. in deciſion.* 36. *num.* 1. *lib.* 2.

59 Gratia † *ſi Neutri* nihil ponit in eſſe. *Verall. in deciſ.* 36. *nu.* 2. *lib.* 2. *& in deciſio.* 302. *nu.* 2. *lib.* 3. *ſupra hoc eodem titulo. num.* 2.

60 Gratia † *ſi Neutri* ſubreptitia eſt, ſi narratur, quod fuit introductalis ſuper præbenda, & fructibus, & tamen lis non eſt, niſi de fructibus. *Verall. in deciſion.* 42. *num.* 1. *lib.* 2.

61 Gratia † *ſi Neutri* purificatur, quãdo conſtat nemini litigantium ius competere. *Ludouic. Gomez. in Regul. de publican. q.* 16. *in fin. ſequitur Verall. in deciſion.* 42. *num.* 3. *lib.* 2.

62 Gratia per Papam facta † cum clauſula *quod habeat effectum quibuscunq; reuocationibus non obſtantibus*, durat etiam Papa mortuo. *Verall. in deciſ.* 34. *nu.* 8. *lib.* 2.

63 In Gratia conditionali † habet locum diſpoſitio *cap. ſi pro te. de reſcript. in* 6. dum tamen conditio ſit purificata, alias ſecunda gratia præfertur primæ. *Verall. in deciſion.* 38. *lib.* 2.

64 Si narrato † defectu ſit gratia, Papa videtur diſpenſare. *AEgid. Bellemer. in deciſion.* 333. *Verall. in deciſion.* 40. *num.* 5. *lib.* 2.

65 Gratia ſignata per verbum *fiat vt petitur* †, non cenſetur motu proprio, & ſi in corpore dicat, motu proprio. *Veral. in deciſion.* 45. *num.* 1. *in deciſion.* 237. *lib.* 2.

66 Gratia non dicitur ſubreptitia † ſi in illa non eſt facta mentio qualitatis non conſideratæ a iure. *Rota in Nouis in deciſion.* 468. *incip. extra Rotam. Verall. in deciſion.* 46. *numer.* 1. *lib.* 2. *in deciſion.* 416. *eod. lib.* 2. *& in deciſion.* 245. *in fin. lib.* 3. *AEgidi. Bellemer. in deciſion.* 698.

Si ſunt duæ gratiæ eiuſdem beneficij, eodem

67 † die expeditæ, non apparente de anterioritate, reus præfertur, quia actor debet probare. *Nicol. Boer. in Deciſion. Burdegal.* 252. *num.* 9. *quam ſequitur Verall in dcciſion.* 47. *lib.* 2.

68 Gratia dicitur † ſubreptitia, ſi impetrãs non expreſſit ſe laborare morbo epileptico *Veral. in deciſ.* 48. *num.* 1. *lib.* 2.

69 Declara †. ſecus eſſe in canonicatu, & præbenda, ſi non requirerent ordines ſacros. *Idem Verall. in dicta deciſion.* 48. *num.* 4. 5. *lib.* 2.

70 Declara † ſecundo poſſe obtinere beneficia ſimplicia. *Verall. in deciſion.* 236. *num.* 5. 7. *lib.* 2.

71 Gratia ſubreptitia eſt † ipſo iure nulla, cum in gratioſis ſubreptio ipſa uitiet ipſo iure. *Verall. in deciſion.* 49. *num.* 1. *lib.* 2.

72 Gratia probari non † debet teſtibus, ſed per literas plumbatas. *Rota in Nouis in deciſi.* 332. *incip. licet Romana. Guliel. Caſſador. in deciſion.* 20. *num.* 2. *titul. de Præbend. Verall. in deciſio.* 51. *num.* 2. *lib.* 2. *Franciſc. Viui. in deciſion.* 240. *num.* 6.

73 Declara ſecus † eſſe in probandis qualitatibus gratiæ, cum illæ teſtibus probari poſſint, vt præfati Doctores dicunt, & idem dicit. *Verall. in deciſion.* 221. *num.* 2. *lib.* 3.

74 Gratia impetrata † conditionaliter, cum clauſula *Et de conſenſu conſeruatorum vrbis*, operatur, vt ſi conſeruatores conſenſerint gratiæ vltimo loco factæ, iſta præualeat, non obſtante prima etiamſi conſenſerint etiam primæ, quia conſenſus conſumitur per primam illius præſtationem, *vt dicit Verall. in deciſ.* 54. *nu.* 1. *& ſeq. lib.* 2. Allegat duas Rotæ deciſiones, quas in ordine meo nuſquã inuenio,

faciunt dicta Tiraquell. *in l. Boues. §. hoc sermone. in princ. num.* 101. *ff. de verb. signifi.*

75 Gratia noua dicitur † quando aliquid est additum, vel mutatum in substantialibus. *Verall. in decision.* 64. *num.* 1. *parte* 2.

76 Gratia Apostolica anterior prævalet, acceptatio ni posteriori acceptantis expectatiuã, licet facta sit intra mensem. *Verall. in decision.* 61. *num.* 1. *vol.* 2.

77 In gratia mentio † minime est facienda de alia gratia nulla, & elidibili. *Verall. in decisio.* 217. *nu.* 2. *lib.* 2.

78 Narrata copulatiue in gratia † sunt verificanda, nisi vnum per se sufficeret. *AEgid. in decisio.* 76. *Verall. in decision.* 240. *lib.* 2.

79 Ordinarius non exequitur gratiam, nisi præsententur literæ. *Verall. in decision.* 284. *numer.* 3. *lib.* 2.

80 Consensus præstitus in prima † gratia, requiritur de nouo in reconualidatione illius, quia primus dicitur extinctus. *Verall. in decision.* 164. *num.* 1. *lib.* 3.

81 Gratia † non dicitur subreptitia, in qua saltem virtualiter facta est mentio intrusionis. *Gulielm. Cassador. in decision.* 12. *titul. de Præbend. Verall. in decision.* 217. *num.* 1. *lib.* 3.

82 Gratia † facta ad dignitatem, non extenditur ad dignitatem curam animarum habentem. *Cardinal. de Bisgnet. in decision.* 18. *titul. de Præbend. Borgnin. Caualcan. in decision.* 17. *siue.* 63. *num.* 57. *lib.* 2.

83 Exequutoribus gratiæ pauperibus † nolentibus gratiam purificare, idoneitatis veritate stante, gratia habetur pro purificata. *Bernard. Cardin. Bisgne. in decision.* 8. *titul. de rescript.*

84 Habens gratiam in forma † pauperum, acceptare potest beneficium, illa non purificata, si per ipsum non stetit, quo minus gratia purificata foret. *Rota in nouis. in decision.* 17. *incip. fuit dubitatum vtrum. & in Antiq. in decision.* 395. *incip. Nota si impetrans.*

85 Decretum adiectum in gratia † in forma pauperum ante purificationem, non ligat manus ordinarij, secus in gratia in forma laudabili, quia propter decretum infra mensem, ligat manus illius. *Rota in Nouis. in decision.* 95. *incip. Caraffus secus.*

86 Si pauper clericus impetrans † beneficium in forma communi, & non facit mentionem de pensione, non idcirco gratia erit subreptitia. *Rota in Antiq. in decision.* 210. *incip. Nota quod pauper.*

87 Gratia Pauperum † non extenditur ad Archipresbyteratum, nisi fiat specialis mentio. *Rota in Antiq. in decision.* 100. *incip. Nota quod Archipresbyteratus.*

88 Sub † gratia in forma pauperum cadunt beneficia non taxata, etiam si sint magni valoris. *Rota in Antiq. in decision.* 189. *incip. Nota secundum aliquos.*

89 Post parificationem † pauperis requiritur noua acceptatio. *Rota in Antiq. in decision.* 544. *incip. An acceptatio.*

90 Acceptatio † pauperis ante purificationem gratiæ, quæ non purificatur infra mensem, non valet, nisi fuerit in forma, dignum arbitramur. *Rota in Antiq. in decision.* 760. *incip. Sciendum quod si aliquis.*

91 Duo † exequutores, ex tribus datis pro gratia pauperum, cum clausula *quod si non omnes*, constito etiam quod ex post facto de impedimento tertij, purificatio, vel prouisio illorum tenebit. *Rota in nouis. in decision.* 166. *incip. si duo.*

92 Exequutor † cum duobus alijs deputatis in gratia in forma pauperum, cum clausula *quod si nollet, vel non posset* dum cõmittit alteri vices suas, mandatum adimplet. *Rota in Nouis. in decision.* 192. *incip. Si episcopus.*

93 Gratia † in forma pauperum purificari potest per exequutorem ex officio in absentia impetrantis ad instantiam coniunctæ personæ. *Rota in nouis. in decision.* 297. *incip. Purificatio.*

94 Gratia † expectatiua si expectans super beneficio acceptato, componendo assequitur pensionem, consumitur. *Cardin. Crescent. in decision.* 11. *num.* 1. *titul. de præbend.*

95 Papa, vt possit † prouidere pauperibus, reseruat familiaribus Cardinalium quæcunque beneficia spectantia ad quamuis collationem, intelligitur de Cardinalibus ordinarijs, non de Cardinalibus legatis, *vt per Marcell. Cardinal. Crescent. in decisi.* 20. *de præbend.*

96 Doctor † pauper habens expectatiuam in forma pauperum, præfertur pauperi habenti in forma communi. *Marcell. Cardin. Crescent. in decision.* 15. *titul. de priuilegijs. Cardin. Puteus in decision.* 200. *num.* 3. *lib.* 3.

97 Gratiam † producens in causis criminalibus debet in vinculis verificare, & illam probare. *Nicol. Boer. in decision. Burdegal.* 65. *num.* 10. *quam refert & sequitur Hierony. de Laurentijs, in decision. Auenion.* 47. *num.* 6.

98 Gratia † expectatiua ad beneficia vacatura, non cadit ad beneficia vacantia ex causa permutationis. *Francisc. Marc. in decision. Delphin.* 1126. *nu.* 1. *& in decision.* 1164. *num.* 3. *vol.* 1.

99 Falsa causa non vitiat † gratiam Papæ. *Francisc. Marcus in decision. Delphinal.* 1129. *num.* 2. *vol.* 1.

100 Gratia subreptitia præstat titulum † coloratum. *Cardinal. Puteus in decision.* 78. *num* 1. *vol.* 1.

101 Gratia † ad vacatura criminoso facta est nulla. *Cardinal. Pute. in decision.* 508. *lib.* 2.

102 Gratiæ † expectatiuæ ad Beneficia vacatura sublatæ sunt dispositione Sacri Concilij Tridentini *sess.* 24. *cap.* 19. *incip. decernit. Marcus Anton. de Amatis in decision. Marchiæ.* 4. *num.* 14. *Martin. Nauar. in Summa Confess. cap.* 25. *nu.* 139.

103 In gratijs † pauperum locum habet dispositio *clem. cum ei. §. secus. de concess. præb. Rota in Antiq. in decision.* 450. *incip. Nota quod. §. secus.*

104 Ex duobus, quibus *in* † *forma Dignum* fuit sub eiusdem diei data, facta collatio beneficij, ille præfertur, qui prius suam gratiam purificauit, & per simile decretum, ligatæ sunt manus alterius iudicis

exe-

exequutoris alterius gratiæ, *Cappell.Tholoſ.in.deciſion.25.*

105 Forma † *Dignum eſt*, quando Papa prouidet beneficio vacanti, vel vacaturo, & committit alicui in tali forma, quæ intelligitur his concurrentibus, ſi reperiatur idoneus, ſufficientia, ſcientia, & moribus. *Rota in Antiq.in deciſion.631.incip.Forma.*

106 Habens † gratiam *in forma dignum arbitramur* poteſt infra menſem ante purificationem gratiæ, beneficium cadens in ſua gratia, acceptare, ſed non facere ſibi prouideri. *Rota in Nouis.in deciſio.317. incip.habens gratiam.*

107 Impetratio † facta *in forma dignum* operatur, quod requiratur examinatio principalis, a qua examinatione non appellatur, quia eſt onerata conſcientia executoris. *Rota in Nouis.in deciſion.443. incip.fuit dubitatum* vtrum exequutor.

108 Gratia † in forma pauperum, & gratia ſpecialis, ſunt pares, & ideo prior præueniens in præſentando, eſt potior. *Rota in Antiq. in deciſion.463.incip. Nota quod gratiæ.*

109 Gratia † habens conditionem, ea non uerificata redditur nulla. *Marcell. Cardinal.Creſcent. in deciſ. 17.num.2.titul.de reſcript.*

ARGVMENTVM.

Reſeruatio beneficiorum inducitur propter familiaritatem, & commenſalitatem, quæ ante omnia ſunt probanda, & reſeruata in Curia Papa, & quandoque Cardinalis, ſi ipſi licentia conceſsa fuerit, non Legatus, neque Nuncius, vel exe cutor Apoſtolicus confert, quamuis Legatus de latere vnum beneficium & non plura in manibus Ordinarij ſibi reſeruare poſſit. Ordinarius autem in competenti tempore conferre non prohibetur, ſi beneficiarius ante adeptam corporalem beneficij reſeruati poſſeſſionem moriatur, ad quod verificandum, & ſimiliter demonſtrandum vacantiam in menſe Apoſtolico contigiſſe, requiritur plenaria probatio. Ab horum generali reſeruatione exemptum eſt ius patronatus, & beneficia Doctori, aut Sacræ Theologiæ Licentiato debita minime in illa comprehendũtur. Cappellanorum, Scriptorum, Protonotarioru, Collectorum, & Subcollectorum beneficia ſemper Sedi Apoſtolicæ reſeruata manent, quæ ſicut alia nunquam veniunt, & intelligun tur in gratia motu proprio indulta, ſicut neque in illa deuolutio, aut permutatio cadit, & quãdo reſeruatio in Corpore luris clauſa eſt, per hoc manus alterius cuiuſcunque collatoris ſunt ligatæ.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio vt inducatur, familiaritas, & commenſalitas probari debent, quod per quatuor ſaltem menſes fuerit in tinello.*

2 *Papa ſi reſeruauerit ſibi beneficia vel Cappellanias familiarium, & ſi ceſſauerint a Cappellania, & familiaritate, beneficia tamen dicuntur affecta, vt ſolus Papa in illis ſe intromittat.num.3.*

4 *Effectus reſeruationis eſt, vt per eam quo ad beneficia reſeruata, ligentur manus inferiorum.*

5 *Beneficia reſeruata, vel vacantia in curia, legatus, vel Apoſtolicus exequtor conferre non poteſt Declara.uum.6.*

7 *Collato beneficio ſibi reſeruato per Papam, & beneficiario moriente ante adeptam corporalem illius poſſeſſionem, ordinarius beneficium illud conferre, poteſt.*

Reſeruatio ſemel collata habuit effectum.

8 *Papa ſi fecit gratiam de canonicatu, Reſeruans ſibi præbendam cum dignitate cum vacauerit conferenda, ante mentem Papæ dignitas vacauit, & vigore gratiæ ſibi factæ fuit facta pronuncia Papa mortuo, ſuccedit alius reuocans omnes gratias, per hanc deliberationem, iſta reuocata non cenſetur.*

9 *Quo ad effectum reſeruationis beneficii, obitus, ſiue mors plenarie eſt probanda, & quod in menſe Apoſtolico vacauerit. Declara num.10.11.*

12 *Beneficia collectorum, & ſub collectorum ſemel per Papam reſeruata, ſemper erunt reſeruata, etiam poſt finitum illorum officium donec illa conferat.*

13 *Beneficium vacans in menſe Maij a Summo Pontifice conferri debet cum ſit menſis ſuus, & ſibi reſeruatus.*

14 *Impetrans beneficium affectum ſiue reſeruatum, debet mentionem facere de affectione, & reſeruatione.*

15 *Reſeruatio Papæ in beneficialibus non ſolum afficit titulum, ſed etiam poſſeſſionem.*

16 *Collatio exequutoris Apoſtolici præfertur reſeruationi Papæ.*

17 *Agenti poſſeſſorio obſtat exceptio reſeruationis.*

18 *Decretum poſitum in reſeruatione ligat manus inferioris, quamuis non acceptet reſeruationes, & prouiſiones inferiorum infra menſem ſiue reſeruatiuus aut expectans acceptauerit, vel non acceptauerit, nullo modo valent, & teuent, manus autem Papæ non ligantur.*

19 *Quando ſunt reſeruata beneficia collectorum, & ſubcollectorum, ſi in illorum locum alii ſubrogentur, illorum beneficia erunt reſeruata.*

20 *Bene-*

20 *Beneficia reseruata possunt resignari in manibus ordinarij, qui tamen illa conferre non potest. Declara. nu. 21.*

22 *Beneficium reseruatum non potest in manibus ordinarij permutari.*

23 *Papa vbi manum apponit, siue prouidendo, siue reseruando, omnia in contrarium facta inficit, & per eius decretum ligantur etiam ignorantes.*

24 *In beneficio reseruato non cadit deuolutio.*

25 *Beneficia Scriptorum, & Protonotariorum Apostolicorum dicuntur Sedi Apostolicæ reseruata. Declara. nu. 26. 27.*

28 *Intrusus in beneficio reseruato, ob decretum reseruationis, beneficia ad eius collationem spectantia, nulliter confert.*

29 *Summus Pontifex concedendo ordinario potestatem conferendi in aliquibus mensibus, ex præsumpta mente censetur sibi alios reseruasse.*

30 *Collatio, vel impetratio corruit, quando fit mentio de reseruatione.*

31 *Reseruatio certorum beneficiorum, quæ habet Titius facta per Papam, licet Titius non habeat, tenet, secus si generaliter fieret, non facta beneficiorum expressione.*

32 *Reseruatio beneficij non dicitur expirare per commendam subsequutam, dummodo non sit commenda perpetua.*

33 *Consentiens reseruationi pensionis, non censetur consentire translationi eiusdem pensionis.*

34 *Consuetudo optandi non habet locum in beneficijs reseruatis, & prouisionibus factis per Papam.*

35 *Beneficia episcopi ante promotionem dicuntur reseruata.*

36 *Per concessionem, siue assecutionem beneficij incompatibilis, alia beneficia vacatura impetrantis sunt reseruata.*

37 *Obtinens beneficium reseruatum ex persona Titij, extenditur prouisio, etiam ad beneficia, quæ de facto Titius obtinebat.*

38 *Beneficium vacans per obitum Protonotarij nõ participantis, non dicitur reseruatum ratione familiaritatis Papæ.*

39 *Si detur Cardinali potestas conferendi beneficia reseruata, non poterit conferre expectatiuas, cum non comprehendantur.*

40 *Expectans habens beneficium, quod habet dimittere non potest illud permutare tãquam reseruatum.*

41 *Collatio beneficii facta ad mandatum de beneficio reseruato, si de reseruatione in literis mentio facta non fuerit.*

42 *Intrusus in beneficio reseruato cõdemnatur ad fructus a die intrusionis. Declara. num. 43.*

44 *Habens potestatem conferendi beneficia reseruata, confert etiam generaliter reseruata.*

45 *Vt beneficia dicantur Apostolicæ Sedi reseruata, sola deputatio etiam si non sequatur acceptatio, præstatio iuramenti, aut exercitium, valet. numero 73.*

46 *Collatio facta per intrusum in dignitate reseruata, non valet, nisi esset bonæ fidei detentor.*

47 *Valet collatio de beneficio reseruato, non expressa reseruatione cum clausula, dummodo non sit alterius quæsitum.*

48 *Beneficia semel reseruata semper sic durant.*

49 *Subreptitia erit impetratio illius, qui tacuit habuisse aliud beneficium reseruatum, ac illud resignasse in manibus illius, qui non potuit resignationem admittere.*

50 *Beneficia Sub collectorum etiam antequam officiũ Subcollectoris acceperint, sunt Papæ reseruata.*

51 *Indultus concessus episcopo conferendi beneficia vacantia apud Sedem Apostolicam, non intelliguntur reseruata.*

52 *Papa vni expectanti beneficium cadens, & vacans sibi reseruat, ordinarius illud alteri contulit, prouisus a Papa obtinet supplicationem confirmationis, nisi alteri esset ius quæsitum, commissarius Apostolicus confirmat, confirmatio inualida est, & expectantis gratia præfertur.*

53 *Sub gratia facta motu proprio, non veniunt beneficia reseruata.*

54 *Beneficiorum reseruationes, ratione personarum officialium Sedis Apostolicæ valent, sed non, si sunt de iure Regaliorum.*

55 *Beneficia reseruata si resignantur cum ordinario ex causa permutationis, dicuntur vere vacare.*

56 *Legatus, vel Nuncius Apostolicus habentes potestatem conferendi beneficia vbicunque vacantia, & indebite occupata, conferre potest deuoluta, non reseruata.*

57 *Collatio facta per ordinarium ob reseruationem est nulla, si beneficium erat resignatum, licet resignatio sit valida.*

58 *Cappellanorum beneficia ipsi Papæ reseruata dicuntur, quamquam moriantur extra curiam, quia in curia mori dicuntur. Declara. num. 59.*

60 *Cappellanorum beneficia dicuntur reseruata, sed si postquam desierint esse cappellani, moriantur, non dicuntur vacare in Curia tanquam reseruata.*

61 *Reseruatio omnis, maxime quæ in corpore iuris est clausa, operatur, ne manus alterius cuiuscunque collationis sint ligatæ.*

62 *Terminus quatuor mensium datorum per Pium Quintum, quo sibi reseruauit beneficia, currit a die notitiæ vacationis.*

63 *Scriptores, & Protonotarij Apostolici licet dicantur familiares curiæ, & eorum beneficia sint reseruata, cessantibus tamen eorum officijs, non dicuntur amplius reseruata.*

64 *Per malam expressionem valoris in resignatione beneficij, reseruatio non inducitur.*

65 *Consentiens reseruationi pensionis, non censetur cõsentire translationi pensionis eiusdem.*

66 *Beneficium reseruatum vniri potest, sed cessante reseruatione sortitur effectum.*

67 *Reseruatio pensionis, & illius exactio, dum quis erit clericus, & fieri possit clericus, debet constare illum esse talem.*

68 *Accessus, siue regressus est nullus, si non est facta*

mentio

mentio quod reseruatarius laborabat morbo caduco.

69 *Papa vbi prouidet,& alteri reseruat,non est necessarius alicuius consensus.*

70 *Beneficia Protonotariorum sunt reseruata, etiam antequam receperint insignia,& præstiterint fidelitatis iuramentum. Declara. num.71.*

72 *Beneficia, ut dicantur reseruata unius collectoris, uel sub collectoris,requiritur illius deputatio.*

74 *Reseruationes generales non factę pro certa persona, sunt fauorabiles.*

75 *Ad inducendam reseruationem beneficiorum commensalium,& familiarium,commensalitas,& familiaritas probandæ sunt.*

76 *In beneficio reseruato,uel spolio uiolento fit condemnatio fructuum a die intrusionis,in petitorio uero a die litis contestationis.*

77 *Expectans non potest capere beneficia reseruata.*

78 *Legatus de latere in manibus ordinarij potest unum beneficium sibi reseruare,non plura. Declara. nume.79.*

80 *In beneficiis reseruatis,acceptatio requiritur,& acceptantis animus.*

81 *Noua prouisio, non capit beneficium reseruatum.*

82 *Reseruatio non probatur per narratiuam Papæ in Breui de capienda possessione.*

83 *Reuocans beneficia uacantia, reuocat etiam eorum priuilegia,& indultus.*

84 *In reseruationibus, quæ fiunt per Papam, non comprehenduntur beneficia Doctori,aut sacræ Theologiæ Licentiato debita.*

85 *Generalis reseruatio non comprehendit beneficia iuris patronatus.*

86 *Mensis exprimendus non est in beneficijs reseruatis.*

87 *Reseruationem operatur sola manuum Pontificis Maximi iniectio.*

88 *Decretum irritans, quod solet poni in omnibus reseruationibus afficit ignorantes, quo ad nullitate actus. Declara. num.89.90.*

91 *Decretum irritans positum in corpore iuris clausum, vel super certo beneficio, inficit titulum,& possessionem.*

92 *Commenda Papæ inducit reseruationem, non tantum quando est beneficio vacante, sed etiam quando Papa dat alicui facultatem retinendi beneficium in commendam.*

93 *Ordinarius facultatem habens conferendi beneficia reseruata, post negligentiam temporis iuris communis,illa amplius conferre non potest.*

94 *Ex consuetudine optandi non potest fieri operatio in beneficijs reseruatis.*

TITVLVS XXIII.

De beneficiorum reseruatione.

1 REseruatio vt inducatur, † familiaritas, & commensalitas probari debēt, quod per quatuor saltem menses fuerit in tinello. *Paul. AEmil. Verall. in decision. 10. num. 2. lib. 2.*

2 Papa si reseruauerit sibi † Cappellaniam, vel familiarium beneficia, & si cessauerint a Cappellania,& familiaritate, beneficia tamen dicuntur affecta, ita ut ipse Papa solus in illis se intromittat. *Rota in Antiq. in decision. 553. Bernard. Cardin. Bisgnetus. in decision. 20. titul. de Præbend. Rota in Antiq. in decision. 412. incip. Nota licet.& sic non obstat Decisio Thomæ Falstoli Dubitat. 53.*

3 Amplia conclusionem,† vt procedat reseruatio non solum cessante cappellania, & familiaritate, sed etiam si ille fuerit priuatus,vel amotus, *vt dicit Rota in Antiq. in decision. 617. incip. si beneficia.& in decision. 700. incip. dic quod beneficia.*

4 Effectus reseruationis est,† vt per eam ligetur inferiorum potestas,quo ad beneficia reseruata. *Rota in Antiq. in decision. 858. incip. Dominus Papa.*

5 Beneficia reseruata, vel vacantia in Curia, † legatus,vel Apostolicus exequutor confere non potest. *Rota in nouis in decision. 97. incip. Habens authoritate Apostolica. Cappella Tholosan. in decision. 434.*

6 Amplia etiam si legatus † haberet potestatem conferendi beneficia vacantia apud Sedem Apostolicam,quia non intelliguntur reseruata, sed alia vacantia. *Rota in Antiquis. in decision. 192. incip. Nota quod vbi est,& in decision. 460. incip. Nota legatus,siue Nuncius,eadem Cappella Tholosan. in dicta decision. 434.*

7 Collato beneficio sibi reseruato † per Papam,& beneficiario moriente ante adeptam illius corporalem possessionem, ordinarius beneficium illud conferre potest, quia reseruatio semel collata habuit effectum. *Rota in Antiq. in decision. 283. incip. Nota quod vbi Papa.*

8 Papa si fecit gratiam de † canonicatu, reseruans sibi præbendam cum dignitate cum vacauerit illi conferendo,ante mortem Papæ dignitas vacauit, & vigore gratiæ sibi factæ fuit pronunciatum, mortuo Papa, cui alius succedit, qui sui prædecessoris omnes gratias reuocat, per hanc deliberationem ista reuocata non censetur. *Thomas Falstoli in decisio. sine dubitatione. 44.& dubitat. 45.*

9 Quo ad effectum reseruationis beneficij, † obitus, siue mors plenarie,& sufficienter erit probanda, quod in mense Apostolico vacauerit, nec sufficeret probatio semiplena per famam, quia de ordinarij præiudicio agitur, *vt per Cardinal. Puteum in decision. 266. per totam. lib. 3. Quam sequuta est nouissime Rota, vt refert Franciscus Cantuccius in decision. Nouissim. Roman. 46. numero 3.4. parte 2. lib. 2.*

10 Declara primo eandem conclusionem †, mortem probari per famam,quando mensis non est de substantia. *Cardin. Puteus in dicta decision. 266. lib. 3. Ioan. Mohedan. in decision. 77. Francisc. Cantucc. in dicta decision. Nouiss. Roman. 46. nume. 1. 2. parte 2. lib. 2.*

11 Declara secundo,quod simus † in materia beneficij reseruati,in quo,vt dictum est,necesse esset sufficienter

ficienter mortem probari, si tamen ille, cuius morte beneficium reseruatum vacauit, mortuus esset in mari per naufragium, tunc quia mors difficilis esset probationis, probabitur per testes, de fama, etiam si non interfuerit, *argu. l. quoties. C. de naufrag. lib. 11. vt voluit Nicol. Boer. in decision. Burdegal. 288. sub num. 2. vers. & idem si agatur. & post. Angel. Anton. de Butr. decision. Iaf. Luc. de Pen. Corn. Boer. & Menoch. Idem Francisc. Cantuc. in decision. nouissim. Roman. 53. num. 2. cum pluribus seq. parte 2. lib. 2.*

12 Beneficia collectorum, & sub collectorum † semel per Papam reseruata, semper erunt reseruata, etiam post finitum illorum officium, donec Papa illa conferat. *Rota in Antiquis. in decision. 410. incip. Nota quod beneficia. & in decision. 700. Dic quod beneficia. & eadem in Rota in nouis. in decision. 181. nota qualiter. Cardinal. Bisgnet. in decision. 20. titul. de præben.*

13 Beneficium vacans in mense † Maij a Summo Pontifice conferri debet, quia est mensis suus, & sibi reseruatus. *Thomas Triuisanus in decision. Veneta. 25. num. 1. lib. 1.*

14 Impetrans beneficium † affectum, vel reseruatū debet mentionem facere de affectione, vel reseruatione. *Ioan. Mohedan. in decision. 129.*

15 Reseruatio Papæ in beneficialibus † non solum afficit titulum, sed etiam possessionem. *vt arg. c. vt nostrum. extra de Appell. voluit Rota in Antiq. in decision. 475. incip. Nota si agenti. quam sequitur Octauian. Cacheran. in decision. 102. num. 2. dicens idem procedere in reseruatione Principis. Argumento eorum, quæ dicit Martin. Laudens. in Tract. de princip. §. 109. vbi ad hunc effectum allegat Rotam in decision. 15. est tamen Rotæ in nouis in decision. 16. incip. si contra agentem. quam refert, & sequitur Cardinal. Puteus in decision. 297. num. 3. lib. 3. ante eum Gulielm. Cassador. in decision. 1. in decision. 2. titul. de restit. spol. Desiderius Guido in decisio. 54. in fin. inter decisiones Triuisani. lib. 2.*

16 Collatio exequutoris † Apostolici præfertur reseruationi Papæ. *AEgid. Bellemer. in decision. 235. Rota in Antiq. in decision. 356. incip. Nota cum reseruatio.*

17 Agenti possessorio obstat † exceptio reseruationis, *vt dicit Rota in Antiquis. in decision. 7. Nota quod vbi agitur. & in decision. 475. Nota si agenti. Sequitur Cardin. Puteus in decision. 297. per totam. lib. 3. Desiderius Guido inter decisiones Venetas Triuisan. in decision. 54. in fin. lib. 2.*

18 Decretum positum in Reseruatione, † ligat manus inferioris, quamuis non acceptat reseruationes & prouisiones inferiorum infra mensem, siue reseruatiuas, aut expectans acceptauerit, vel non acceptauerit, nullo modo valent, nec tenent, manus autem Papæ non ligantur. *Plene Gulielm. Cassad. in decision. 1. num. 1. 2. & in decision. 2. num. 1. 2. sub titu. decretis in reseruat. quas sequitur Cardin. Puteus in decision. 391. lib. 3.*

19 Quando sunt reseruata beneficia † collectoris, & subcollectori, si in illius locum alius subrogetur, illius beneficia erunt reseruata. *Rota in nouis in decision. 412. incip. Nota licet secundum ordinationem.*

20 Beneficia reseruata, possūt resignari † in manib. ordinarij, qui tamen illa conferre non potest. *Plene Rota in nouis in decision. 23. incip. fuit dubitatum vtrum beneficia. Sequitur Paul. AEmil. Veral. in decision. 45. num. 2. lib. 1.*

21 Limita secus esse quo ad beneficia † non reseruata, qui illa ab ordinario conferri possunt, *vt concludit Rota in nouis in dicta decision. 23. incip. fuit dubitatum vtrum beneficia.*

22 Beneficium † reseruatum non potest in manibus ordinarij permutari, *vt per Rotam in nouis in decisi. 23. incip. fuit dubitatum vtrum beneficia. quam sequitur Cardin. Puteus in decision. 262. num. 1. lib. 2.*

23 Papa vbi manum apponit, prouidendo, † siue reseruando, omnia in contrarium facta inficit, & per eius decretum ligantur etiam ignorantes. *Gulielm. Cassador. in decision. 1. num. 8. in decision. 2. per totam. titul. de restit. spoliat.*

24 In beneficio reseruato non cadit deuolutio † *Guliel. Cassad. in decision. 8. num. 3. 8. titul. de Præbend. quam sequitur Paul. AEmil. Verall. in decision. 63. num. 2. in decision. 253.*

25 Beneficia scriptorum, & Protonotariorum † Apostolicorum dicuntur Sedi Apostolicæ reseruata. *Cardinal. Crescent. in decision. 17. titul. de Præben. Christophor. Robuster. in decisio. nouissim. Roman. 70. vol. 1. Ioan. Paul. Tholom. in decision. nouissim. Roman. 105. lib. 1. vol. 1. Cardinal. Paleott. in decision. nouissim. Roman. 373. lib. 3. vol. 3.*

26 Declara cessante dignitate † non sunt reseruata. *Cardin. Crescent. in dicta decision. 17. titul. de præben. Robuster. in dicta decision. nouissima. 70.*

27 Declara intelligi reseruata beneficia † Protonotariorum, qui vacant in curia, non aliorum, qui non vacant, nec habent panem, & vinum in palatio, *vt late post Hieronym. Paulum. Thanum, & Mandos. dicit Borgnin. Caualcan. in decision. 17. siue. 63. num. 2. parte 2. Adde Falstol. in dubitat. 11.*

28 Intrusus in beneficio reseruato ob decretum † reseruationis, beneficia ad eius collationem spectantia nulliter confert. *Rota in Antiq. in decision. 183. incip. nota vbi aliquis.*

29 Summus Pontifex concedendo † ordinario potestatem conferendi in aliquibus mensibus, ex præsumpta mente censetur sibi alios reseruasse. *Anton. Augustin. in decision. nouissim. Roman. 4. num. 2. lib. 1. & in decisio. 21. per totam. lib. 2. vol. 3.*

30 Collatio, vel impetratio † corruit, quando fit mētio de reseruatione. *Rota in Antiq. in decision. 258. incip. nota de beneficio.*

31 Reseruatio certorum beneficiorum † quæ habet Titius facta per Papam, licet Titius non habeat, tenet, secus si generaliter fieret, non facta beneficiorum expressione. *Rota in Antiq. in decisio. 191. incip. Nota quod vbi.*

32 Non dicitur expirare reseruatio † beneficij pet commendam subsequutam, dummodo non sit commenda perpetua, *vt dicit Rota in Antiq. in decision.*

244. *incip. nota quod vbi beneficium. Cardin. Biſgnet. in deciſion. 1. titul. de Præbend.*

33 Conſentire reſeruationi penſionis † non cenſetur conſentire translationi eiuſdem penſionis. *Anton. Auguſtin. in deciſio. Nouiſſim. Roman. 35. nu. 1. lib. 1. & in deciſion. 32. lib. 2. vol. 3.*

34 Conſuetudo optandi non habet locum † in beneficijs reſeruatis, & prouiſionibus factis per Papam. *Rota in Antiquis in deciſion. 219. incip. Nota quod ſecundum.*

35 Beneficia epiſcopi ante promotionem † dicuntur reſeruata. *Ioan. Paul. Tholomæus in deciſio. Nouiſſim. Rom. 990. lib. 3. vol. 3.*

36 Per conceſſionem, & aſſecutionem beneficij † incompatibilis, alia beneficia vacatura impetrantis ſunt reſeruata. *Rota in Antiq. in deciſion. 258. incip. Nota de beneficio.*

37 Obtinens beneficium reſeruatum † ex perſona Titij, extenditur prouiſio etiam ad beneficia, quæ de facto Titius obtinebat. *Rota in Antiquis in deciſ. 274. incip. Nota quod vbi Papa reſeruat.*

38 Beneficium vacans per obitum † Protonotarii non participantis, non dicitur reſeruatum ratione familiaritatis Papæ. *Ioan. Paul. Tholom. in deciſion. nouiſſim. Roman. 1032. lib. 3. vol. 3.*

39 Si detur Cardinali poteſtas conferendi † beneficia reſeruata, non poterit conferre expectatiuas, quia non comprehenduntur. *Ioan. Paul. Tholom. in deciſion. Nouiſſim. Rom. 1071. lib. 3. vol. 3.*

40 Expectans habens beneficium, quod † habet dimittere, non poteſt illud permutare tanquam reſeruatum. *Rota in Antiq. in deciſio. 688. incip. Dic quod ſi Papa.*

41 Collatio beneficii facta ad mandatum † de beneficio reſeruato, valet etiam ſi de reſeruatione in literis mentio facta non fuerit. *Rota in Antiq. in deciſion. 877. incip. Vtrum ſi Papa.*

42 Intruſus in beneficio reſeruato † condemnatur ad fructus a die intruſionis. *Ioan. Paul. Tholomæus in deciſion. nouiſſim. Roman. 792. lib. 3. vol. 3. & in deciſion. 876. eod. lib. 3. vol. 3.*

43 Sed in curia Romana debentur fructus a † die motæ litis. *Rota in Nouis in deciſion. 24. incip. fuit dubitatum. in deciſion. 25. incip. ex quibus. Tholom. in dicta deciſion. 876. lib. 3. vol. 3. Verall. in deciſion. 111. num. 1. lib. 2.*

44 Habens poteſtatem † conferendi beneficia reſeruata, confert etiam generaliter reſeruata. *Rota in Antiq. in deciſion. 452. incip. Nota quod habens.*

45 Sola deputatio, etiam ſi non † ſequatur acceptatio, præſtatio iuramenti aut exercitium, valet, vt beneficia dicantur Apoſtolicæ Sedi reſeruata. *Verall. in deciſion. 141. num. 1. lib. 3. in deciſion. 76. nume. 2. 3. 4. eod. lib. 3. Cardinal. Puteus in deciſio. 320. num. 2. lib. 1. infra hoc eodem titul. num. 73.*

46 Collatio facta per intruſum in dignitate † reſeruata, non valet, niſi eſſet bonæ fidei detentor. *Cardinal. Biſgnet. in deciſion. 4. titul. de Præbend.*

47 Valet collatio de beneficio reſeruato † non expreſſa reſeruatione, cũ clauſula *dummodo nõ ſit alteri ius quæſitum. Biſgnet. in deciſ. 22. titu. de præbend.*

48 Beneficia ſemel reſeruata ſemper † ſic durant. *Cardin. Biſgnet. in deciſion. 20. titul. de ptæbend.*

49 Subreptitia erit impetratio illius † qui tacuit habuiſſe aliud beneficium reſeruatum, ac illud reſignaſſe in manibus illius, qui non potuit reſignationem admittere. *Rota in Antiq. in deciſion. 573. incip. Quidam Cardinalis.*

50 Beneficia ſubcollectorum † etiam antequam officium ſubcollectoris acceptauerint, ſunt Apoſtolicæ Sedi reſeruata. *Rota in Nouis in deciſion. 207. incip. licet iuxta. Gaſpar de Perus. in tract. reſeruat. §. quæ autem. nu. 13.*

51 Indultus conceſſus epiſcopo † conferendi beneficia vacantia apud Sedem Apoſtolicam, non intelliguntur reſeruata. *Paul. AEmil. Verall. in deciſ. 85. nu. 1. lib. 2.*

52 Papa vni expectanti † beneficium cadens, & vacans ſibi reſeruat, ordinarius illud alteri contulit, prouiſus a Papa obtinet ſupplicationem confirmationis, niſi alteri eſſet ius quæſitum, Commiſſarius Apoſtolicus confirmat, confirmatio inualida eſt, & gratia expectantis præfertur. *Rota in Antiq. in deciſ 546. incip. infra menſem.*

53 Sub gratia facta motu proprio non veniunt † beneficia reſeruata. *Rota in Nouis in deciſ. 489. incip. Nuncius Apoſtolicus.*

Beneficiorum reſeruationes ratione perſonarũ

54 † officialium Sedis Apoſtolicæ, valent, ſed non ſi ſunt de iure Regaliorum, *vt dicit Petr. Rebuff. in Cõ cord. Frãciæ tit. de reſeruat. §. volumus. in princ. verſ. 2. ratione. fol. mihi. 226. Gaſpar de Peruſio, in tract: reſeruat. §. quæ autem. nu. 12. AEneas de Falconib. in trac. Reſer. q. 3. nu. 13. 14. Guliel. Caſſad. in deciſ. 3. ti. vt lit. pend. in deciſ. 4. tit. de iur. patr. Petrus Cenedo Collectan. iuris. Canonici. 21. num. 2. parte. 3.*

55 Beneficia reſeruata ſi reſignantur † corã ordinario ex cauſa permutationis, dicũtur vere vacare. *Ro. in Nouis. in deciſ. 23. incip. fuit dubitatum, vtrum benefic.*

56 Legatus, vel Nuncius Apoſtolicus habens † poteſtatem conferendi beneficia vbicunq; vacantia, & indebite occupata, conferre põt deuoluta, non autẽ reſeruata. *Rota in Nouis. in deciſion. 119. incip. Legatus.*

57 Collatio beneficij facta per ordinarium † ob reſignationem eſt nulla, ſi beneficiũ erat reſeruatũ, licet reſignatio ſit valida. *Card. Biſgnet. in deciſ. 4. in tit. renunciation.*

58 Cappellanorum beneficia ipſi Papę † reſeruata dicuntur, etſi moriantur extra curiam, dicuntur mori in Curia. *Thomas Falſtoli. in dubitat. 11. Gaſpar de Perus. in tract. reſeruat. §. quæ autem. num. 13.*

59 Limita ſecus eſſe, ſi diceret Commenſaliũ † quia dicerẽtur mori extra Curiam, ſi extra Curiam mortui fuerint. *Falſtoli. in dicta dubitat. 11.*

Cappellanorum beneficia dicuntur reſeruata

60 † verum ſi poſtquam deſierint eſſe Cappellani, moriantur, non dicuntur vacare in Curia tanquam reſeruata. *Thomas Falſtoli in dubitatio. 53.*

61 Reseruatio omnis, maxime quæ in corpore † iuris est clausa, operatur, vt manus alterius cuiuscunque collatoris sint ligatæ, *post Cardinal. Puteum in decision.* 48. *lib.* 3. *voluit Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib.* 1. *tit.* 2. *definition.* 16. *nu.* 3. *vol.* 1.

62 Terminus quatuor mensium, datorum † per Cõstitutionem Pij Quinti, in qua sibi reseruauit beneficia, pro quibus facto concursu per ordinarium, nemo fuit electus, nec notificatio facta, currit a die habitæ notitiæ vacationis. *Cardinal. Seraphin. Oliuarius in decision. Nouiss. Roman.* 481. *nu.* 1. 2. *vol.* 1.

63 Quamquam Scriptores Apostolici, & Protonotarij † dicantur familiares Curiæ, & eorum beneficia sint reseruata, cessantibus tamen his ab eorum officijs, non dicuntur amplius eorum beneficia reseruata. *Christophor. Robuster. in decis. Nouissim. Roman.* 70. *per totam. vol.* 1.

64 Per malam expressionem valoris † in resignatione beneficij, reseruatio non inducitur. *Blanchettus in decision. nouiss. Roman.* 416. *nu.* 1. *vol.* 1.

65 Consentiens reseruationi pensionis † non censetur consentire translationi eiusdem pensionis. *Anton. Augustin. in decision. Nouiss. Rom.* 35. *num.* 1. *lib.* 1. *in decis.* 32. *lib.* 2. *vol.* 3.

66 Beneficium reseruatum vniri potest, † sed cessante reseruatione sortietur effectum. *Rota in Antiquis in decision.* 658. *incip. Dic quod vnio.*

67 Reseruatio pẽsionis, & illius exactio, † dum quis erit clericus, & fieri possit clericus, debet constare illum esse talem. *Cardinalis Paleott. in decis. nouiss. Roman.* 654. *num.* 6. *lib.* 3. *vol.* 3.

68 Accessus, siue regressus reseruatus est nullus, † si non est facta mentio, quod reseruatarius laborabat morbo caduco. *Verall. in decision.* 7. *num.* 1. 6. *lib.* 1.

69 Papa vbi prouidet, & alteri reseruat † non est necessarius consensus. *Thanus in decis. nouissima. Roman.* 2178. *lib.* 3. *vol.* 3.

70 Beneficia Protonotariorum sunt reseruata † etiã antequam receperint insignia, & præstiterint fidelitatis iuramentum. *Ioan. Paulus Tholom. eus in decis.* 105. *lib.* 1. *volum.* 3. *Verall. in decision.* 147. *num.* 1. *lib.* 1.

71 Amplia etiam si diceretur, volumus † antequam insignia suscipias, iuramentum præstes. *Cardinal. Puteus in decis.* 33. *in princ. lib.* 2.

72 Beneficia, vt dicantur reseruata † vnius collectoris, vel subcollectoris, requiritur illius deputatio. *Verall. in decis.* 138. *in decis.* 139. *lib.* 1.

73 Beneficia collectoris, & subcollectoris, † ex sola deputatione etiam sine exercitio dicuntur reseruata. *Gulielm. Cassador. in decis. Vnica. nu.* 2. 3. *de verb. signif. Veral. in decis.* 140. *lib.* 1. *vide supra hoc eodem titul. nu.* 45.

74 Reseruationes generales non factæ † pro certa persona sunt fauorabiles *Paul. AEmil. Verall. in decis.* 141. *nu.* 5. *lib.* 1.

75 Quo ad includendam reseruationem † beneficiorum commensalium, & familiarium, commensalitas, & familiaritas debet expresse probari. *Verall. in decision.* 147. *lib.* 1.

76 In beneficio reseruato, vel spolio violento, † fit condemnatio fructuum a die intrussionis, in petitorios vero fit a die litis contestationis. *Verall. in decis.* 27. *nu.* 2. *in decis.* 85. *lib.* 2.

77 Expectans non potest capere beneficia † reseruata. *Ioan. Paul. Tholom. e. in decis. nouissim. Roman.* 808. *& in decis.* 1608. *lib.* 3. *vol.* 3.

78 Legatus de latere in manibus ordinarij † potest vnum beneficium sibi reseruare, non plura. *Verall. in decis.* 142. *lib.* 2. *in decis.* 74. *num.* 1. 3. *lib.* 3.

79 Declara idcirco, quod post eandem † reseruationem a legato factam, ordinarius conferre illud non potest. *Idem Verall. in dicta decis.* 74. *nu.* 2. *lib.* 3.

80 In beneficijs reseruatis, acceptatio † requiritur, & acceptantis animus *Verall. in decis.* 73. *nu.* 1 *lib.* 3. *ante ipsum Cardinal. Puteus in decis.* 339. *num.* 1. 3. *lib.* 2.

81 Noua prouisio non capit beneficium † reseruatum. *Verall. in decis.* 75. *nu.* 11. *lib.* 3.

82 Reseruatio non probatur ex narratiua Papæ in Breui de capienda possessione. *Verall. in decis.* 79. *num.* 1. *lib.* 3.

83 Reuocans beneficia vacantia, reuocat etiam † eorum priuilegia, & indultus. *Cardin. Puteus in decis.* 319. *nu.* 3. *lib.* 1.

84 Reseruationes, quæ fiunt per † Papam, non comprehendunt Beneficia Doctori, aut Sacræ Theologiæ Licentiato debita. *Cardin. Puteus in decis.* 235. *nu.* 2. *lib.* 2.

85 Generalis reseruatio, non comprehendit † beneficia iuris patronatus. *Cardin. Puteus in decis.* 319. *nu.* 2. *lib.* 1. *Aluar. Vallas. in deci. siue consul.* 163. *nu.* 3. *AEneas de Falconib. de reseruat. q.* 3 *num.* 6. *Cassador in decis.* 1. *num.* 2. *de dilat. in decis.* 3. *tit. vt lit. pend. in decis.* 4. *tit. de iur. patr. in decis.* 4. *de iur. patr. Petr. Cenedo. collect. iuris canon.* 21. *nu.* 2. *par.* 3.

86 Mensis † non est exprimendus in beneficijs reseruatis. *Ioan. Mohedan. in decis. nouiss. Roman.* 122. *lib.* 1. *vol.* 3. *& in decis.* 54. *lib.* 2. *vol.* 3.

87 Sola Pontificis Maximi in beneficio † manus iniectio reseruationem operatur, *vt post AEneam de Falconibus in tract. reseruation. Præludio.* 3. *& q.* 4. *effectu.* 16. *voluit Anto. Faber. in Codic. Fabrian. lib.* 1. *tit.* 2. *defin.* 16. *vol.* 1.

88 Decretum † irritans, quod solet apponi in omnibus reseruationibus, afficit etiam ignorantes, quo ad nullitatem actus. *Cardinal. Puteus in decision.* 50. *nu.* 6. *& in decision.* 281. *nu.* 1. 4. *lib.* 1. *& in decision.* 8. *nu.* 2. *lib.* 2. *Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib.* 1. *titul.* 2. *defin.* 21. *vol.* 1. *ad materiam dixi de compromiss.* §. 1. *glos.* 2. *num.* 7. *quem locum sequuti sunt Petr. Cenedo collect. Iuris Canonici. part.* 2. *collectan.* 1. *num.* 3. *& Ioan. Baptista Costa de facti scientia, & ignorant. Regul.* 12. *num.* 1.

89 Limita primo non † ligare, nisi is, in cuius fauorem appositum est, *voluerit Cardinal. Puteus in decis.* 8. *in fin. lib.* 2.

90 Limita secundo non procedere quo ad † pœnas censurarum, & excommunicationis. *Cardin. Put. in dicta*

dicta decis. 281. *num.* 4. *lib.* 1. *Anton. Faber. in Codic. Fabrian. lib.* 1. *tit.* 2. *defin.* 21. *vol.* 1.

91 Decretum † irritans positum in reseruatione clausum in corpore iuris, vel super certo beneficio inficit titulum, & possessionem. *Rota in antiq. in decision.* 7. *incip. Nota quod vbi agitur. in decis.* 56. *incip. Nota quod vbi aliquis. & in decis.* 475. *incip. Nota si agenti. AEgid. Bellemer. in decis.* 535. *Cardin. Put. in decis.* 180. *nu.* 2. *lib.* 3. *Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib.* 1. *tit.* 2. *definit.* 21. *vol.* 1. *AEneas de Falconib. in tract. reseruat. q.* 4. *effectu.* 1. *nu.* 1.

92 Commenda † Papæ inducit reseruationem, non tantum, quando est beneficio vacante, sed etiam quando Papa dat alicui facultatem retinendi beneficium in commendam. *Cardin. Crescent. in decis.* 4. *& in decis.* 6. *tit. de præben.*

93 Ordinarius habens † indultum conferendi beneficia reseruata, post negligentiam temporis iuris communis, illa amplius conferre non potest, *vt ex multis concludit Cardin. Crescent. in decis.* 15. *nu.* 4. *tit. de præbend.*

94 Ex consuetudine † optandi non potest fieri operatio in beneficijs reseruatis, *vt post Nicol. Milum in repert. in verb. consuetudo, voluit Ioan. Baptista Fertet. in consil.* 227. *nu.* 4.

ARGVMENTVM.

Permutantur beneficia ab ipso Beneficiario principali, vel eius agente, siue procuratore, dummodo subsequatur mandatum determinatam horam continens, aut ratificatio, & quod tunc temporis mandatarium constituens re vera beneficiarius erat. Item a promoto ad sacerdotium, quæ facultas denegatur dispensato ad beneficium, illegitimo, & qui habet plura alia beneficia. Permutatio coram Summo Pontifice, & Ordinario, sine omni dolo, fraude, vi metuue fieri debet, & quę beneficia sunt litigiosa, Simoniaca, alteris vnita, aut reseruata in manibus Ordinarij, non recipiunt illam. Cum vero propria auctoritate permutantes ad priora beneficia redire nequeant, propterea officium iudicis duntaxat Ecclesiastici implorabunt, & in qua diœcesi situm est beneficiũlis ex magna beneficiorum inę qualitate orta decidetur.

SVMMARIVM.

1 *Permutant non potest beneficium reseruatum in manibus ordinarij.*

2 *Permutatio beneficii fit per agentem tanquam procuratorem, subsequente mandato, & Domini principalis ratificatione.*

3 *Obtinens beneficium ex causa permutationis, illud amittit, si fundator beneficij dixerit, quod beneficiarius infra annum promoueretur, & non fuit promotus, super quo ignorantia non allegatur.*

4 *Ad præsumendam fraudem in beneficiorum permutatione, non inspicitur, quod vnum beneficium sit altero valore maior. Declara. num.* 5. 6.

7 *Permutatio beneficii facta per aliquem vti procuratorem, non valet, si constituens tempore mandati beneficiarius non erat.*

8 *Permutantes, qui ante permutationem fecerunt in Curia resignationem ad hunc effectum, si ipsorum vnus moriatur, cui beneficium debeatur.*

9 *Permutare beneficium non potest qui non est promotus ad sacerdotium etiam vltima die anni.*

10 *Permutatio facta de beneficio, quod per se obtulit dimissurum, si virtute expectatiuæ aliud beneficium assequatur, non expressa, sed tacita tali oblatione, permutatio tanquam obreptitia non tenet.*

11 *Impetraus beneficium ex causa permutationis debet exprimere aliud beneficium quod tenet, alias dicitur subreptitia impetratio, nisi fieret in manibus ordinarii.*

12 *Vera vacatio possessionis, & proprietatis beneficiorum dicitur per resignationem ex causa permutationis.*

13 *Ex causa permutationis beneficium petens, sufficit probari pro tali fuisse habitum ac reputatum, oppugnans autem debet contrarium probare.*

14 *Permutare beneficiũ non potest dispensatus ad illud*

15 *Si ordinarius permutari fecerit beneficium spectans ad præsentationem laici, non est permutatio nulla, sed per sententiam annullanda, si patronus intra tempus præsentandi egerit pro contemptu.*

16 *Beneficia reseruata per resignationẽ ex causa permutationis in manibus ordinary, vere vacant, sed ordinarius illa conferre non potest.*

17 *Resignanti beneficium ex causa permutationis, non competit interdictum vnde vi, nec remedium canonis redintegranda.*

18 *In cuius diœcesi situm est beneficium permutatio expedienda est, non autem illius ad cuius collationem pertinet.*

19 *Procurator quis constitui potest ad acceptanda, & permutanda beneficia in genere.*

20 *Viuentis beneficium alteri vnitum permutari non potest.*

21 *Ad duo beneficia parochialia dispensatus, per viam permutationis potest alterum obtinere.*

22 *Permutantes propria authoritate redire ad propria beneficia non possunt, perfectis permutationibus.*

23 *AEtas ad obtinendum beneficium per statutum constituta, requiritur in permutatione.*

24 *Ius patronatus permutatur a Rectore non reclamantibus patronis. Declara. num.* 25.

26 *Permutatio beneficiorum facta ante reseruationem Papæ, non est in fraudem.*

27 *Beneficia permutata inter partes saluo beneplacito Pontificis sunt valida. Declara. nu.* 28.

29 *Permutationem Simoniacam Papa confirmare non censetur.*

30 *Lit giosorum beneficiorum permutatio fieri potest a sciente litigia.*

31 *Inter duos permissa est beneficiorum permutatio, nõ autem triangularis, & quadrangularis.*

32 *Beneficij permutatio facta ex causa non fraudulosa, non dolo, non metu, non vi compulsiua, non est nulla.*

33 *Beneficiorum singulæ permutationes, singulas prouisiones accipiunt.*

34 *Quando permutatio fit coram Pontifice non est facienda mentio, quod permutans habet alia beneficia.*

35 *Agens pro beneficio impetrato per resignationem, vel permutationem probare debet, quod ille permutãs erat uere resignans, & beneficia pacifice possederat, vel quasi.*

36 *Duo procuratores constituti ad resignandum, & permutandum, si in vno constat de hora præfertur, si non constat, neutrum valet.*

37 *Beneficium bona fide permutare promittens, vel iuramento, ad obseruantiam cogitur.*

38 *Permutantes ad priora beneficia nequeunt propria auctoritate redire, sed ordinarij auctoritas, & noua collatio exigitur. Contrarium decisum. numero 39.*

40 *Illegitimus, qui ex dispensatione possidebat beneficium, dum permutat cum alio beneficio curato, sicut erat curatum suum, sine noua dispensatione permutare non potest, sed quilibet redit ad suum beneficium.*

41 *Beneficium vnitum permutari nequit.*

42 *Ad ecclesiasticum iudicem pertinet rescindere beneficiorum permutationes.*

43 *Impetrato rescripto gratioso ad beneficium vacaturum per assecutionem, si alius impetrat, & velit permutare, istius impetratio vltima nulla est.*

44 *Regressus non datur ei, qui permutauit beneficium, si pœnituit, & regredi vult, pactus fuit, pensionem recepit, vel controuersiam vni, vel pluribus arbitris commisit, nec amplius auditur.*

45 *Ex Magna beneficiorum inæqualitate, senio, infirmitate, qua quis moritur infra octo dies, permutatio in fraudem facta præsumitur.*

46 *Optandi consuetudo in beneficio vacante ex causa permutationis locum non habet.*

TITVLVS XXIIII.

De beneficiorum permutatione.

1 PErmutari non potest † beneficium reseruatum in manibus ordinarij. *Rota in Nouis. in decision. 23. incip. Fuit dubitatum vtrum beneficia reseruata. Federic. de Senis. in consil. 112. in fin. Lapus in Allegat. 26. incip. Disputat. num. 2. Pulchre AEneas de Falcon. in Trac. Reseruat. q. 4. effectu 3. per totum. Sequitur Cardinal. Puteus in decision. 262. nu. 1 lib. 2.*

2 Permutatio † beneficij, & illius acceptatio fiunt per eum, qui agit tanquam procurator, si subsequatur mandatum, & domini principalis ratificatio. *Rota in Antiq. in decision. 289. incip. Nota quod non procurator.*

3 Beneficium † obtinens ex causa permutationis illud amittit, si beneficij fundator dixit, quod beneficiarius infra annum promoueretur, nec fuit promotus, & in hoc ignorantia non allegatur. *Rota in Antiq. in decision. 108. incip. Nota, quod vbi aliquis permutauit.*

4 In permutatione † beneficiorum ad fraudem præsumendam non inspicitur, quod vnum beneficium sit minoris valoris, quam aliud. *Rota in Antiquis in Decision. 129. incip. Nota quod non vitiatur. Cardinal. Bisgnet. in decision. 2. & in decision. 4. titul. de rer. permut.*

5 Contrarium videtur tenere † eandem Rotam in Antiquis, *in decision. 361. incip. Nota præsumitur. in fin.* Vbi inquit, ex sola inæqualitate valoris beneficiorũ præsumi commissam fraudem in permutatione in præiudicium expectantium. *argu. l. dolus. C. de resc. vend. Ioan. in c. fin. in fin. de rer. permut. in 6. in Nouell.*

6 Declara tamen fædere distinctionis † fraudem in permutatione præsumi, si hæc omnia simul interueniant, primo magna beneficiorum inæqualitas, secundo, inter permutãtes magna coniuctio sanguinis, tertio, si ex senio, vel infirmitate magna, & morte inde sequuta infra dies octo, *vt dicit Rota in Antiq. in dicta decision. 361.* Aut quia forte permutans pingue beneficium fecit ob aeris intẽperiem vel ob non tutum ibidem accessum. *Optime Pet. de Anchar. in consil. 279. incip. quæstio præponitur. in consil. 389. incip. in casu præmisso. vbi plene, quẽ sequitur Frãcis. Marc. in decis. Delphin. 1127. per totam. vol. 1. Nicol. Boer. in decision. Burdegal. 2. num. 55. plene Anton. Faber. in Codic. Fabrian. lib. 1. titul. 2. Defin. 88. vol. 1. Idem Francisc. in decisio. 5100. num. 1. lib. 1. AEgid. Bellemer. in decision. 348. nu. 1.*

7 Permutatio † beneficij facta per aliquem, vti procuratorem, non valet, si constituens tempore mandati non erat beneficiarius, licet tempore permutationis illud haberet. *Rota in Antiq. in decisio. 243. incip. Nota quod vbi quis fecit.*

8 Permutantes, qui ante † permutationem fecerant ad hunc effectum in Curia resignationem, si ipsorum vnus moriatur, superuiuenti debetur beneficium permutatum. *Rota in Antiquis. in decis. 293. incip. Nota quod beneficia.*

9 Permutare † beneficium potest, qui non est promotus ad sacerdotium, etiam vltima die anni, *iuxta tex. in c. licet canon. & in c. cum commissa. de elect. in 6. vt voluit Rota in decisio. 355. incip. Nota quod non promotus.*

10 Permutatio † facta de beneficio, quod per se obtulit dimissurum, si virtute expectatiuæ aliud benecium assequatur, non expressa, sed tacita tali oblatione

tione, permutatio tanquam ſubreptitia non tenet. *Rota in Antiq. in deciſion. 581. incip. Papa reſeruauit. Biſgnet. de rer. permut. in deciſion. 4.*

11 Impetrans † beneficium ex cauſa permutationis debet exprimere aliud beneficium, quod tenet, alias dicitur ſubreptitia impetratio, niſi fieret in in manibus ordinarij. *Rota in Antiq. in deciſio. 593. incip. Dic quod ſi aliquis. & in deciſion. 7222. incip. Nota quod ſi aliquis. Borgnin. Caualcan. in deciſion. Fiuizan. 17. ſiue. 93. num. 73. 74. & in deciſio. 25. ſiue 70. nu. 46. parte 2.*

12 Vera † vacatio poſſeſſionis, & proprietatis beneficiorum dicitur per reſignationem ex cauſa permutationis. *Rota in Autiq. in deciſion. 863. incipi. ſi A. & G.*

13 Petenti † beneficium ex cauſa permutationis, ſufficit probari compermutantem pro tali fuiſſe habitum, & reputatum, & oppugnanti incumbit onus probandi contrarium. *Rota in Nouis. in deciſi. 109. incip. Agenti, & petenti. Sequitur Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal. 205. num. 5.*

14 Diſpenſatus † ſuper beneficio non poteſt illud permutare. *Rota in Nouis. in deciſion. 339. incip. ſi illegitimus.*

15 Permutatio † beneficij facta per ordinariũ pertinentis, & ſpectantis ad præſentationem laici, non eſt nulla, ſed venit per ſententiam annullanda, ſi patronus egerit pro contemptu intra tẽpus, in quo poterat præſentare. *Rota in Nouis in deciſion. 307. incip. Permutatio. AEgid. Bellemer. in deciſion. 177. num. 2. Guido Papæ in deciſion. 374. Franciſc. Marc. in deciſion. Delphinal. 1126. per totam. vol. 1.*

16 Beneficia reſeruata per reſignationem ex cauſa permutationis in manibus ordinarij, vere vacant, ſed ordinarius illa conferre non poteſt. *Rota in Nonis. in deciſion. 23. incip. fuit dubitatum vtrum beneficia.*

17 Reſignanti † beneficium ex cauſa permutationis non competit interdictum vnde vi, nec remedium canonis redintegranda. *Rota in Nouis. in deciſion. 62. incip. permutanti.*

18 Permutatio † beneficij expedienda eſt per epiſcopum, in cuius diœceſi ſi tum eſt beneficium, non autem illius, ad cuius collationem pertinet. *Rota in Nouis. in deciſion. 398. incip. Si aliquis epiſcopus.*

19 Poteſt quis conſtitui † procurator ad acceptanda, & permutanda beneficia in poſterum conferenda in genere. *Cardinal. Biſgnetus in deciſion. 4. tit. de præbend.*

20 Beneficium † viuentis vnitum alteri, non poteſt per eum permutari. *Cardinal. Biſgnetus in deciſion. 1. titul. de rer. permut. infra hoc eodem titulo. numero 38.*

21 Diſpenſatus † ad duo beneficia parochialia, poteſt obtinere tertium, ſaltem per viam permutationis. *Ioan. Paul. Tholomæus in deciſion. Nouiſſi. Romã. 1065. lib. 3. vol. 3.*

22 Permutationibus † perfectis redire ad priora beneficia permutantes propria auctoritate nequeunt, alias contrarium facientes incurrunt pœnas contentas. *in c. de multa. & in c. Neque eum qui. extra. de Præben. & voluit Cardin. Biſgnetus in deciſ. 3. tit. de rer. permut. Rota in Nouis. in deciſion. 23. incip. fuit dubitatum, in deciſion. 63. incip. ſi quis permutauerit. Aufrer. ad Cappell. Tholoſ. in deciſion. 260. infra hoc titul. num. 35. vbi melius.*

23 Statutum † deputans ætatem ad obtinendum beneficium, habet locum etiam in permutatione, vt in illa eadem ætas requiratur. *Io. Paul. Tholomæ. in deciſion nouiſſim. Roman. 1135. num. 1. lib. 3. vol. 3.*

24 Rector † permutat ius patronatus non reclamantibus patronis. *Peregrin. Fab. in deciſion. nouiſſim. Roman. 303. lib. 3. vol. 3.*

25 Permutatio † beneficiorum de iure patronatus ſine conſenſu patronorum, ipſis tamen tacite conſentientibus, valida eſt. *Peregrinus Fabius in deciſio. Nouiſſim. Roman. 195. num. 3. lib. 3. vol. 3.*

26 Permutatio † facta ante reſeruationem Papæ, nõ dicitur facta in fraudem. *Ioan. Paul. Tholomæ. in deciſion. nouiſſim. Roman. 913. lib. 3. vol. 3.*

27 Beneficia † permutata inter partes ſaluo beneplacito Pontificis, ſunt valida. *Cardinal. Paleott. in deciſion. nouiſſim. Roman. 673. lib. 3. vol. 3.*

28 Declara † procedere dum tamen pacta inter eos facta non exequantur, antequam detur ſupplicatio Papæ. *Idem Cardinal. Paleott. in dicta deciſion. 673. lib. 3. vol. 3.*

29 Papa † non cenſetur confirmare permutationẽ ſimoniacã. *Paul. AEmil. Veral. in deciſ. 203. n. 3. li. 1.*

30 Permutatio † beneficiorum fieri poteſt, quando permutans ſcit beneficium litigioſum, quia qui capit rem litigioſam non decipitur. *Cardin. Paleott. in deciſion. nouiſſim. Roman. 682. num. 4. lib. 3. vol. 3.*

31 Permutatio † beneficij eſt permiſſa inter duos non autem triangularis, vel quadrangularis. *Veral. in deciſion. 325. num. 3. lib. 2.*

32 Permutatio † beneficij facta ex cauſa permutationis non fraudoloſa, non doloſa, non metu, nec vi compulſiua, non eſt nulla. *Cappell. Tholoſan. in deciſion. 285. Verall. in deciſion. 325. num. 9. lib. 2.*

33 Singulæ beneficiorum † permutationes, ſingulas prouiſiones accipiũt. *Veral. in deciſ. 325. nu. 5. lib. 2.*

34 In † permutatione, quæ fit coram Pontifice, non eſt facienda mentio, quod permutans habeat alia beneficia. *Ioan. Gallus. q. 170.*

35 Agens pro † beneficio impetrato per permutationem, vel reſignationem debet probare, quod ille permutans erat vere reſignans, & beneficiarius pacifice poſſederat, vel quaſi, & hoc ſufficit. *Cappell. Tholoſ. in deciſion. 467.*

36 Si eodem die † conſtituti fuerint duo procuratores, vnus ad reſignandum beneficium, alter ad permutandum, ſi in vno conſtet de hora, in altero non, ille præfertur, ſi vero non conſtat, neutrum valebit, vt prouiſum fuiſſe per Arreſtum Curiæ refert *Petr. Rebuff. de Pacific. poſſeſſ. num. 388.*

37 Promittens bona fide † permutare beneficium, vel iuramento, cogi poteſt ad promiſſionis obſeruantiam. *Cappell. Tholoſ. in deciſion. 260.*

38 Permutantes † ad priora beneficia propria redire

dire nequeũt authoritate propria sed ordinarij authoritas, nouaque collatio exigitur. *Rota in Nouis. in decisio.23.incip.fuit dubitatum vtrum beneficia. & in decision.63.incipien.si quis permutauerit. Sequitur Cardin.de Bisgnet.in decision.3. titul.de rer. permut. Stephan. Aufrer.ad Cappell.Tholos.in decis. 260.infra hoc eodem titul.nu.20.*

39 Contrarium † fuit decisum, quod permutantes possint propria authoritate redire ad sua beneficia, & sine noua collatione. *vt post Ioan. Andr.Federic. de Senis,Gemin.Lap.Philip.Franc. Zabarell. Deci. Ioan.de Selua, & Guidon. Papæ fuisse latum Arrestum scribit. Nicol. Boer. in decision. Burdegal. 97. num.4. vbi dicit requiri licentiam superioris, non autem nouam collationem.*

40 Illegitimus, qui † beneficium curatum ex dispensatione possidebat, permutans cum alio beneficio curato, credens sibi id licere, & permitti ex prima dispensatione, sine alia noua, neuter iure nititur nec secunda collatio valet, sed vtrique datur ex legitima erroris ratione recursus ad eadem beneficia, renũciata ex causa permutationis. *AEgid.Bellemera in decision.755.num.1.*

41 Beneficium † vnitum permutari nequit. *Rota in Antiq.in decision.160.incip.Nota, quod beneficium. supra hoc eodem titul. num.18.*

42 Rescindere † beneficiorum permutationes ad ecclesiasticum iudicem pertinet. *Ioan.Papon. Arrestor.Curiæ.lib.3.titul.11.Arresto.5.*

43 Impetratio † rescripti gratiosi ad beneficium vacaturum per asecutionem si alius impetrat, quod illud vult permutare impetratio istius est nulla. *Rota in Nouis.in decision.329.incip.Tu obtinens.*

44 Permutans † beneficium, qui pœnitet, aut regredi vult pactus fuit, pensionem recepit, vel contro uersiam vni, vel pluribus arbitris commisit, amplius non auditur, nec ei regressus datur. *Gerard. Maynardus in decision.Tholos.57.lib.1.*

45 Permutationem † factam fuisse in fraudem, prę sumitur ex magna beneficiorum inæqualitate, senio, infirmitate, qua infra octo dies quis moriatur quæ simul concurrant. *Rota in Antiq.in decis. 361. incip.Nota præsumitur. AEgid.Bellemer.in decision. 344.num.1. Francisc. Marc.in decision. Delphinal. 510.num.5. & in decision.1126.nu.3.vol.1.*

46 Consuetudo de optando non † vendicat sibi locum in beneficio vacante ex causa permutationis, vt ex rationibus. *AEgid. Bellemer. in decision. 179. incip.permutatio. & Feder.de Senis in tract. permut. q.28. & in consil.62. voluit Ioan. Baptist.Ferret.in consil.211.num.14.in consil.227.num.1.*

ARGVMENTVM.

In impetrandis beneficijs valorem supplicans exprimere tenetur, ne gratia fiat subreptitia. Qui non sicut antiquitus sed tempore gratiæ obtentionis factę erat, solenniter & plene detracto omni onere probandus est a petente annullationem pensionis, licet quandoque Nuncij confessio adminiculetur, quod in loco beneficij non gratiæ fieri debet. Ab illo deducuntur distributiones diariæ, quamuis taxa Decimæ in considerationem veniat. Neque fit æstimatio ratione fructuum, sed monetæ, quanti valeant reditus, qua semel expressa, nõ amplius erit exprimenda. Et disposita de valore non habent locum in Administratoribus Cappellaniarum, vel Hospitalium.

SVMMARIVM.

1 *Valoris maioris, vel minoris sit beneficium, Anatam quis soluere non cogitur, nisi secundum taxam in Camera factam.*

2 *Non expresso vero beneficij valore, gratia exprimentis falsum subreptitia est.*

3 *Beneficii valor regulariter non est exprimendus.*

4 *Regula de valore non comprehendit administratores Cappellaniarum, vel Hospitalium.*

5 *Beneficii valor semiplene probari potest. Declara. num.6.*

7 *Valor beneficii probandus est non sicut antiquitus, sed sicut est tempore gratiæ impetrationis, & prouisionis.*

8 *Valor dicitur, & probatur, deducti oneribus perpetuis beneficio impositis.*

9 *In valore beneficii distributiones cotidianæ non imputantur.*

10 *In probando beneficii valore, attenditur locus beneficii, non locus gratiæ.*

11 *Impetrantes non tenẽtur probare beneficii valorem, nisi opponatur.*

12 *Taxa decimæ inspicitur, quando de beneficij valore fit mentio.*

13 *Et beneficiorum impetratorum, & impetrandi valor exprimi debet.*

14 *Valor beneficij probandus est ab eo, qui annullationem pensionis petit.*

15 *Beneficij valor secundum Rotæ Romanæ consuetudinem per arrendamenta prædecessorum probatur & etiam per publicam vocem, & famam.*

16 *Non censetur, quod Papa apponat manum in beneficio, si non exprimitur verus valor, nisi ad effectũ, vt resignatio subsequatur.*

17 *In gratia, in qua loquitur de valore beneficij, attenditur monetæ valor intrinsecus, non extrinsecus.*

18 *Taxa fructuum beneficij est per impetrantem probanda.*

19 *Valor beneficij, qui est affirmatiue expressus, non probatur*

probatur per ſemiplenam, ſed requiritur plena probatio.

20 *Valor beneficij per taxam non probatur.*

21 *Beneficij valor ante vnionem factam cum alio probandus eſt ex decem annorum curſu.*

22 *Valor beneficii etiam cum penſione exprimendus eſt.*

23 *Beneficii valor impetrantis ex parte probandus eſt.*

24 *Habens beneficium valoris ducatorum viginti quinque computatis diſtributionib. cotidianis, non dicitur ſufficientes reditus habere.*

25 *Opponens de exceptione exceſſiui valoris, cum tractetur de probatione fraudis, exceſſum valoris probabit.*

26 *Decretum irritum appoſitum in Regula de valore an nullat gratiam.*

27 *In regreſſu valoris expreſſio non eſt neceſſaria. Declara. num. 28.*

29 *Valor licet non ſit exprimendus, ſi male exprimitur, gratia nulla eſt.*

30 *In prima impetratione expreſſus fuit valor ducatorum viginti quatuor, cum poteſt ate augendi, & minuendi vſque ad verum valorem, ſecundo expediuit literas ad quinquaginta cum inſerta forma primæ, ſecunda gratia ſuſtinetur.*

31 *Gratia in impetratione in forma pauperum antea valor non exprimebatur, nunc tamen exprimitur.*

32 *Regula de exprimendo valore, habet locum etiam in prouiſionibus, quæ fiunt per legatos extra Curiam.*

33 *Valor in prima inſtantia non ſufficienter probatus, probandus eſt in ſecunda.*

34 *Exprimendus valor non eſt ſemel expreſſus.*

35 *Non inducitur reſeruatio per malam expreſſionem valoris in reſignatione.*

36 *Non attenditur in Curia valor fructuum, ſed monetæ quanti valent reditus beneficii translati in Curia.*

37 *Confeſſio Nuncii de beneficii valore adminiculatur, cum in his ſemiplena probatio ſufficiat.*

TITVLVS XXV.

De beneficiorum valore.

1 VAloris maioris, vel minoris ſit † beneficiū, non cogitur quis ſoluere Annatam, niſi ſecūdum taxam factam in Camera, quæ eſt in viridi obſeruantia. *Gulielm. Caſſador. in deciſion. 19. num. 5. 6. titul. de regul. Cancell. quod commiſſ. cauſar.*

2 Gratia † eſt nulla, non expreſſo vero beneficij valore, & gratia exprimentis falſum eſt ſubreptitia. *Rota in Antiq. in deciſion. 336. incip. Nota ſecundum opinionem. Cappell. Tholoſ. in deciſion. 435. Verall. in deciſio. 27. n. 2. lib. 1.* Niſi ſit in modico non expreſſus verus valor, *vt dicit Menoch. in conſil. 316. vol. 4.*

3 Declara, quod regulariter † quis non tenetur exprimere valorem beneficij. *Rota in Antiquis. in deciſion. 202. incip. Nota quod quis. & in dicta deciſion. 336. incip. Nota ſecundum opinionem.* Sed ſi exprimitur debet eſſe verus, & ita procedant concluſiones ſupra allegatæ.

4 Declara ſecundo, quod Regula de † valore non comprehendit adminiſtratores Cappellaniarum, ſiue Hoſpitalium, *vt poſt Ludouic. Gomez. in dicta regula. q. 4. voluit Lancellot. in deciſion. nouiſſim. Roman. 182. nu. 1. cum ſeq. vol. 1.*

5 Beneficij † valor ſemiplene probari pōt per publicam vocem, & famam. *Blanchett. in deciſion. nouiſſim. Roman. 293. num. 1. & in deciſion. 302. nume. 1. vol. 1. Antei ipſum Cardinal. Puteus in deciſion. 29. lib. 1. quæ excuſat a vero valore probando. Verall. in deciſion. 78. num. 6. lib. 2. in deciſion. 49. numer. 2. lib. 3.*

6 Amplia etiam per † teſtes de auditu a Canonicis probari poſſe valorem. *Cardin. Puteus in dicta. deciſion. 29. lib. 1. Peregrin. Fabius in deciſion. Nouiſſim. Roman. 184. num. 1. lib. 2. vol. 3.*

7 Declara valorem † beneficij probari oportere, non vt antiquitus, ſed vt eſt tempore prouiſionis, & impetrationis, *vt poſt Oldrad. in Conſil. 58. voluit Verall. in deciſion. 330. num. 1. lib. 3. Franciſc. Viui. in deciſion. 70. num. 8.*

8 Declara etiam † valoris probationem fieri oportere deductis oneribus perpetuis impoſitis ſuper fructibus beneficij, quia ſi fieret probatio abſque oneribus eſſet inſufficiens. *Verall. in deciſion. 328. num. 1. lib. 3. Ioan. Mohedan. in deciſion. 148. Cardin. Creſcent. in deciſion. 2. titul. de Probat. Gulielm. Caſſador. in deciſion. 19. titul. de præben. Lancellott. in deciſion. nouiſſim. Roman. 189. num. 2. vol. 1. Ante eos Rota in Antiq. in deciſion. 702. incip. Dic quod ſi Papa. Idem Lancellott. in deciſion. 380. in fin. parte 1. vol. 1.*

9 Declara tertio in valore † beneficij non computari cotidianas, & diarias diſtributiones, & ſimilia, *ex Petro de Anchar. in clem. vnica. num. 42. de conceſſ. præben. Franciſc. Cantuccius in deciſion. Nouiſſ. Roman. 5. num. 7. Vol. 2. ante eos Rota in Antiquis in deciſion. 407. incip. Nota non ſufficit. & in deciſion. 766. incip. Quæritur an cotidianę. Eadem Rota in Nouis in deciſion. 134 incip. Quando impetratur. Verall. in deciſio. 65. num. 3. lib. 1. & poſt Petr. Rebuff. in concord. tit. de Collat. §. 1. in verb. diſtributionum. Idem Verall. in deciſ. 29. nu. 4. 5. lib. 2. Marc. Anton. Marſil. Archiepiſcop. Salernitan. de eccleſiaſticor. redditu um. origin. & iur. cap. 26. num. 7. parte 3. Ioan. Copus de fructib. lib. 4. titul. 3. cap. 4. Franciſc. Marc. in deciſion. 1180. in fin. vol. 1.*

10 Declara quarto valorem probari oportere † attē to loco beneficij, non in loco gratiæ. *Alex. in conſil. 21. uol. 2. in conſil 37. uol. 5. Hieronym. Cæuallos practic. opin. com. contra. com. q. 733.*

11 Impetrantes non tenentur probare † beneficii valorem, ſi opponatur, *ut per Rotam in Antiq. in deciſion. 800. incip. Sciendum eſt.*

12 Quando

12 Quando in beneficio fit mentio valoris fit † inspectio in taxa Decimæ. *Rota in Antiq. in decision. 277. incip. Nota quod vbi.*

13 Non solum beneficij impetrandi, sed aliorum † impetratorum, debet per impetrantem certus valor exprimi secundum communem valorem. *Rota. in Nouis in decis. 292. incip. licet impetrans. Francis. Marc. in decision. Delphinal. 1180. sub num. 11. vol. 1.*

14 Valor † beneficij probandus est ab eo, † qui petit annullationem pensionis, *vt dicit Veral. in decis. 329. nu. 1. lib. 3.*

15 Valor † beneficij secundum consuetudinem Rotæ Romanæ probatur ex prædecessorũ expressione, per arrendamenta, & per publicam vocem, & famam. *Peregrin. Fabius in decision. Nouissima. Roman. 184. numero primo, lib. 2. volum. 3. Ioan. Paul. Tholomæ. in decision. nouissim. Roman. 606. nu. 1. lib. 3. volum. 3.* vbi dicit, per arrendamenta sola, non probari verum valorem. Sed arrendamenta excusant malam expressionem. *Verall. in decis. 49. num. 2. lib. 3.*

16 Papa non censetur manum apponere † super beneficio, in quo non exprimitur verus valor, nisi ad effectum, vt resignatio subsequatur. *Blanchett. in decision. Nouissim. Roman. 419. numero secundo, vol. primo.*

17 Vbi gratia † loquitur de valore beneficij, attenditur valor intrinsecus monetæ non extrinsecus. *Rota in Antiquis in decisio. 233. incip. Nota quod vbi est facta.*

18 Taxa fructuum beneficij † per impetrantem est probanda. *Rota in Nouis in decision. 337. incip. Auditor cui.*

19 Quando valor beneficij † est affirmatiue expressus debet plene probari, nec sufficit semiplena probatio. *Blanchett. in decis. nouissim. Roman. 381. num. 1. 2. vol. 1.*

20 Valor beneficij non probatur † per taxam. *Lancellott. in decis. Nouiss. Roman. 189. num. 6. par. 1. volum. 1.*

21 Valor beneficij ante vnionem factam † cum alio probandus est ex cursu decem annorum. *Lancellot. in decis. Nouissima. Roman. 189. num. 4. part. 1. volum. 1.*

22 Valor beneficij etiam cum pensione † exprimendus est. *Peregrin. Fabius in decision. nouissim. 185. lib. 3. vol. 3.*

23 Valor beneficii debet impetrantis ex parte † probari. *Ioan Paul. Tholomæus in decision. Nouiss. Roman. 829. li. 3. vol. 3. Francis. Mar. in deci. 1180. num. 11. vol. 1.*

24 Qui habet beneficium valoris ducatorum viginti † quinque computatis distributionibus cotidianis, non dicitur sufficientes redditus habere, quia non potest iura episcopalia soluere, & se sustentare. *Verall. in decision. 65. per totam. lib. 1.*

25 Opponẽs de excessiuo valore, quia tractatur † de probatione fraudis, debet illum valoris excessum probare. *Verall. in decision. 280. lib. 2.*

26 Decretum irritum appositum in Regula de valore † annullat gratiam. *Gulielm. Cassador. in decis. 22. nu. 15. titul. de Regul. Cancell. Verall. in decis. 84. nu. 4. lib. 3.*

27 Valoris expressio necessaria non est † in regressu. *Gulielm. Cassador. in decision. 18. de Regul. Cancellar. Sequitur Verall. in decision. 91. numero 3. lib. 3.*

28 Declara conclusionem procedere, quando † in regressu nulla fieret valoris expressio. *Idem Verall. in dicta decision. 91. num. 4. lib. 3.*

29 Valor † licet non sit exprimendus, sed si exprimitur male, gratia est nulla. *Card. Crescent. in decis. 8. num. 1. de rescript.*

30 In impetratione † prima non erat expressus valor, nisi ducatorum viginti quatuor, cum potestate augendi, vel minuendi, vsque ad verum valorem, postea secundo expediuit literas ad quinquaginta cum inserta forma primæ, sine dubio secunda gratia sustinetur, vt concluserunt in Rota, *vt per Marcell. Cardinal. Crescent. in decision. 7. titul. de rescript.* Sed dicit ipsum fuisse in contraria opinione, & cum eo Dom. Camillum de Ballionibus.

31 Valor † in gratia in forma pauperum antea minime exprimebatur, hodie vero debet exprimi. *Cardin. Crescent. in decis. 9. titul. de rescript. Fabius Accorombonus. in decis. 32. lib. 1.*

32 Regula de exprimendo † valore habet locum etiam in prouisionibus, quæ fiunt per legatos, & extra curiam, vt refert illo præsente, & primum responsale dante fuisse per Rotam decisum. *Ludouic. Gomez. in Regula. de valore. quæst. 2. ubi late. Et eiusdem Decisionis meminit Marcell. Card. Crescent. in decision. 10. titul. de rescript.*

33 Valor † non sufficienter probatus in prima instantia, poterit in secunda instantia probari. *Verall. in decis. 332. lib. 3.*

34 Valor † semel expressus, non est amplius exprimendus. *Verall. in decis. 333. lib. 3.*

35 Per malam expressionem † valoris in resignatione, reseruatio non inducitur. *Blanchett. in decision. nouissima Roman. 419. numero primo volum. primo.*

36 Valor † fructuum attendi non debet in curia, sed monetæ, quanti valent reditus beneficij translati in Curia. *Cæsar Grassus in decision. Nouissim. Roman. 335. num. 3. lib. 1. volum. primo.*

37 Confessio † Nuncij de valore beneficij adminiculatur, cum in his probatio semiplena sufficiat. *AEgidius Bellemer. in decision. 275. quem sequitur Francisc. Cantuccius in decision. nouissim. Roman. 46. nu. 5. par. 2. volum. 2.*

ARGVMENTVM.

Beneficia libere, & ſine conditione, certiſve pactis reſignari debent in manibus ordinarij, qui illa confert niſi ſint reſeruata, quam poteſtatem etiam habet Nuncius, & Vicarius generalis. Ad horum reſignationem quilibet admittitur, etiamſi beneficio eſſet priuãdus, vt homicida, ſimoniacus, reus Capitalis criminis ante ſuã condemnationem, & ſententiæ publicationem, & ſimiles. Minor autem quatuordecim annis, infirmus, & procurator ſine aliquo impedimento poſſunt reſignare, modo non calumnioſe ab illis fiat, & tunc condemnantur ad fructus, & expenſas.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio beneficij ibi dicitur vacare, vbi ſit facta, ſeu vbi erat, qui beneficium tenebat.*

2 *Beneficia reſeruata reſignari poſſunt in manibus ordinarij, qui tamen illa conferre poteſt.*

3 *Regula Cancellariæ 17. volens, quod facta beneficij reſignatione, & dato reſignatario beneficio, ſi reſignans moriatur intra viginti dies, beneficium dicitur vacare per obitum, non per reſignationem, & in ordinario habet locũ, ſicut in Pontifice Maximo. num. 47.*

4 *Collatio beneficij facta per ordinarium ob reſignationem eſt nulla, ſi beneficium erat reſeruatum, licet reſignatio ſit valida.*

5 *Articuli ad probandum, quod reſignatio beneficij reſeruati ſit facta coram ordinario, licet de illo prouidere non poſſit, tamen inducunt vacationem beneficij, quo ad Papam ſunt releuantes.*

6 *Reſignans beneficium reſeruatum, priuatur poſſeſſione, & quo ad ſuperiorem perdit omnia. Declara. num. 7. & 8.*

9 *Reſignans beneficium ex cauſa permutationis, ſi ſubſequatur permutatio, non dicitur poſſidere, & ideo non reſtituitur tanquam ſpoliatus.*

10 *Beneficij reſignatio metu facta, nulla eſt, & ſic reſignans beneficium non amittit. Declara. numero 11.*

12 *Titulus, & poſſeſſio cum proprietate amittuntur per reſignationem beneficij.*

13 *Reſignatio beneficii non poteſt fieri coram illo, qui habet conferendi tantum poteſtatem.*

14 *Si eſt nulla reſignatio, puta, quia reſignans reſeruat ſibi penſionem, & illam extinguat abſque ſuperioris conſenſu, & quod reſignans illam accepet, adhuc nulla eſt, & ſtatim ad reſignantem reuertitur.*

15 *Nuncius non poteſt admittere reſignationes in perſonas certas.*

16 *Regula de infirmis reſignantibus habet locum etiam in prouiſis ab ordinario.*

17 *Beneficium reſignatum confert Nuncius, ſecus ſi vacet per obitum.*

18 *Perfecta non eſt reſignatio, niſi vbi reſignantis conſenſus fuerit a reſignato obtentus.*

19 *Reſignatio patris ad fauorem filij ſine diſpenſatione non valet, ne in beneficialibus detur ſucceſſio, ſecus ſi reſignet filius ad fauorem patris.*

20 *Reſignatio non facta ſimpliciter, ſed intuitu tertiæ perſonæ eſt ſimoniaca.*

21 *Viuere reſignantem tempore factæ reſignationis, qui ſe in ea fundat, probare tenetur.*

22 *Reſignatarius non habet poſſeſſionem, neque titulum coloratum, quando reſignatio fuit facta, quod reſignatarius poſſeſſionem ſine mandato capere nequeat.*

23 *Per reſignatarium præſtandus non eſt conſenſus in regreſſu.*

24 *Reſignatio ad fauorem alicuius facta, dicitur conditionalis, quamuis non adſit clauſula Non aliter nec alio modo.*

25 *Papa non admittit reſignationes, niſi ad fauorem illius, cui debet conferre virtute ceſſionis, & non ad commodum aliorum, prout eſt de intentione reſignantis.*

26 *Reſignatio facta ex certa cauſa, quæ nulla eſt, non abdicat ius a reſignante.*

27 *Reſignatio fit per procuratorem, & ſufficit, ſi mandatum ſubſequatur.*

28 *Pro beneficio impetrato per permutationem, vel reſignationem agens, probare debet, quod ille permutans, vel reſignans erat beneficiarius, & pacifice poſſidebat.*

29 *Homicida, licet ſit beneficio priuandus, tamen ante priuationem poteſt illud reſignare.*

30 *Conſenſus reſignantis ſemper retrotrahitur ad diem ſupplicationis.*

31 *Poſt mortẽ reſignantis poteſt procurator conſentire. Vide rationem.*

32 *Si fuerit facta reſignatio ante litem motam, poſtea lite pendente, poſſeſſio capi poteſt.*

33 *Si reſignatio eſt nulla, beneficium non dicitur vacare per reſignationem.*

34 *Conſenſus præſtitus ad beneficii reſignationem, ſemper poteſt reuocari, adepta poſſeſſione, ſoluta compoſitione dat ario, donec conſenſus non fuerit extenſus.*

35 *Reſignans ſi non exprimit verum valorem, non dicitur abdicare ius a ſe. Declara. num. 36.*

37 *Papa conſenſum in reſignatione requiſitum ſupplere non poteſt.*

38 *Vbi admiſſa reſignatio, ius aliquod apud reſignantẽ non remanet.*

39 *Minor quatuordecim annis beneficium reſignare poteſt.*

40 *Resignatio, siue accessio est donatio, & ideo requirit speciale mandatum.*

41 *Resignans post resignationem per triennium possedit, ipso motu dicitur beneficium vacare per obitum. vbi vide rationem.*

42 *Procurator potest resignare data recompensa, vel propter ius cessum non liquidum.*

43 *Resignans cum conditionibus, nunquam dicitur resignasse, nisi conditiones impletæ fuerint, & nunquā dicitur ius fuisse abdicatum a resignante.*

44 *Per resignationem ciuilis, & naturalis possessio amittitur. Declara nu.45.*

46 *Resignatio nulla ob simoniæ vitium ius a resignante non abdicat.*

47 *Resignans infirmus si intra viginti dies obdormiat in domino, per obitum, & non per resignationem vacare beneficium dicitur.*

48 *Notitia resignationis, non abdicat ius ab eo, nisi resignatio fuerit per Papam admissa.*

49 *Per Regulam Adriani, & Clementis Summorum Pontificum, resignationes beneficiorum debent publicari infra sex menses.*

50 *Resignatio facta a procuratore habente mandatum vigore Epistolæ dicentis, quod ipse resignare volebat beneficium, non est valida.*

51 *Resignationem fuisse factam penes ordinarium illius literis, & narrationi creditur.*

52 *Mandatum factum ad resignandum, & retrocedendum, cum regressu, & alijs, sunt simoniaca.*

53 *Calumniose resignans condemnatur ad fructus, & expensas.*

54 *Resignatio libera esse debet, sine conditione, & pactis.*

55 *Resignatio facta vigore mandati, ad resignandum in manibus Papæ, vel ordinarij, pure, & simpliciter valida est.*

56 *Resignans præsens in Curia expeditioni Bullarum consentire debet & præstare iuramentum, quod neque dolus, neque metus, nec simoniaca pravitas interuenit, aut si præsens non sit, procuratorem ad hoc constituere tenetur.*

57 *Resignatio beneficij etiam si fieret coram Imperatore inualida est, cum fieri debeat coram ecclesiastico.*

58 *Qui resignat, eo quod ex aliquo negotio erat beneficio priuandus, non valet.*

59 *Resignatarius ignorans simoniam, tenere beneficium non potest cum bona conscientia, sed illud in manibus superioris consignare debet. Declara nu.60.*

61 *Resignans beneficium super quo fuit ordinatus, non habens vnde se alat, nihil facit. num.111.*

62 *Simoniaca resignatio non nocet resignanti.*

63 *Beneficii obtenti resignatio fit coram superiore, non autem coram Notario, secus in beneficio expectati.*

64 *In causa permutationis resignatio non inducit reseruationem, si permutatio non subsequatur.*

65 *Procuratore ad resignandum constituto, principalis voluntatem mutat procurator de hoc notitiam habens resignat resignatario, resignatio nulla est. Declara nu.66.67.*

68 *Resignatio beneficii in causa permutationis non operatur, quod beneficium dicatur vacans, & quod ad superiorem deuoluatur.*

69 *Resignantes ex causa permutationis non possunt propria authoritate redire ad beneficia resignata. Declara nu.70.71.*

72 *Constitutio Pij Quinti quo ad resignationes respicit etiam resignationes præteritas, quarum possessio capta non fuerat.*

73 *Resignatio ex causa permutationis beneficii reseruati inducit ueram vacationem, resignantes tamen pro permutatione ad Papam recurrere debent.*

74 *Per solam supplicationem resignatario ius quæritur, & gratia est perfecta, si est expressus verus beneficii valor, si vero malus ius non quæritur.*

75 *Resignatio, vt reseruetur pensio est valida & appellatur contractus innominatus.*

76 *Resignationis publicatio fieri debet, quando fit collatio in forma dignum.*

77 *Resignatio facta tempore, quo resignatarius erat incapax, nec si interim capax fieret sine nouo Papæ consensu conualidabitur.*

78 *Exequutores dati ad prouidendum de beneficio vacanti, resignationem admittere nequeunt.*

79 *Ambitiosa, ac reprobata videtur resignatio beneficij durante graui infirmitate.*

80 *Publicatio intra sex menses requiritur in resignatione.*

81 *Apud Gallos publicationis loco fit missio in possessionem. Declara num.82.*

83 *Metu cruciatus corporis, vel carcerum resignatio nulla est. Declara num.84.*

85 *Laicus potest esse procurator ad resignandum, permutandum, & acceptandum ecclesiasticum beneficium.*

86 *Beneficiū per resignationem impetrans permutationem, vel obitum, absque probatione tituli sui prædecessoris sufficit probare, quod ita sit tentus, & reputatus.*

87 *Possessio, aut saltem petitio possessionis illiusque continuatio saltem per mensem, vel duos sufficit loco publicationis solennis, quę requirebatur per Const. Pij Quinti. nu.93.*

88 *Expectans resignare potest coram Notario.*

89 *Ordinarius alteri committere potest vt certi beneficij resignationem capiat, & alteri, vt illud conferat.*

90 *Collatio beneficij ob resignationem facta per ordinarium, cum beneficium esset reseruatum nulla est.*

91 *Beneficij resignatio facta coram ordinario pro fratris liberatione inualida est.*

92 *Collatio beneficij coram non habente potestatem resignati, valet facta per ordinarium, maxime si renuncians perseuerat in renunciatione.*

94 *Beneficii resignatio cum reseruatione annuæ pensionis est nulla, & beneficium remanet penes resignantem.*

95 *Resignatio beneficii ad fauorem talis, est simoniaca. Declara nu.96.97.*

98 *Summus Pontifex ob resignationes coram ipso factas solet esse facilis ad gratias faciendas.*

99 *Resignatio statim quod est admissa per Papam acquiritur ius in beneficio.*

100 *De iure communi resignationes recipi debēt a Diecesano, qui habet ius instituendi, & destituendi.*

101 *Tam diu pendet beneficij resignatio, quamdiu fuerit per Summum Romanum Pontificem admissa.*

102 *Resignationem subsequi debet apprehensio possessionis saltem ex vna parte.*

103 *Conferendi tempus currit a die renunciationis episcopo, non a tempore ratihabitionis.*

104 *Expectatiua capit etiam beneficium per resignationem in manibus ordinarij factam in Mense Apostolico.*

105 *Vt fieri possit noua prouisio beneficij requiritur, vt saltem de facto præcedat resignatio.*

106 *In beneficij resignatione superioris voluntas exigitur, alias resignantem priuat possessione, & possessorij iure, non autem petitorij.*

107 *Principalis, qui constituit procuratorem ad resignādum, & permutandum beneficium, & iurauit non reuocare, non potest contra procuratorium mandatum venire, aut reuocare.*

108 *Resignans beneficium a tertio si spoliatur, contra tertium restituitur, licet non contra resignatariū.*

109 *Constituens procuratorem, vt posset beneficium coram Papa resignare, interim non potest coram alio resignare.*

110 *Ex duobus eodem die constitutis, vno ad resignandū, altero ad permutandum, si in aliquo constet de hora, ille præfertur, si vero non constat neutrum valet.*

111 *Resignans beneficium debet habere vnde se alat.*

112 *Resignans inualide, respectu ordinarij abdicare ius a se intelligitur.*

113 *Simoniaca est resignatio, quam facit infirmus cum confidentia, quod in casu conualescentiæ, beneficiū restitueret.*

114 *Collatio, siue resignatio facta vigore mandati de resignando in manu Vicarij, vel cuiuscunque potestatem habentis ad fauorem certæ personę simoniaca est.*

115 *Non censetur Papam apponere manum in beneficio, in quo non exprimitur verus valor, nisi ad effectū, vt resignatio subsequatur.*

116 *Beneficium renunciari non potest, nisi in manu superioris & de eius licentia.*

117 *Papa consensum in resignatione requisitum supplere nequit.*

118 *Resignatio per clausulam generalem, (vel quouis alio modo) non extenditur ad mortem, & obitum resignantis.*

119 *Reus criminis capitalis ante condemnationem potest beneficium resignare, etiam si fuerit condemnatus, & appellauerit. nu. 120.*

121 *Resignatio fit, donec a superiore acceptata non fuerit, nunquam sortitur effectum.*

122 *Beneficii resignatarius debet stare locationi fructuum beneficii factæ a prædecessore.*

123 *Vicarius generalis non potest admittere beneficiorū resignationem. Declara num. 124.*

125 *Resignans potest pœnitere antequam præstet consensum.*

126 *Qui ob infirmitatem a resignatario suasus est, vt beneficium resignaret. si resignans postmodum conualuerit illud recuperabit.*

127 *Resignatio facta a curatore constituto ad acceptandum, & acceptatum resignandum, quia nō erat dominus beneficii tempore constitutionis procuratoris, an valeat.*

128 *Resignanti beneficium ex causa permutationis, non competit interdictum vnde vi, nec remedium Canonis Redintegrandæ.*

129 *Quæstio inter beneficiatum a Vicario episcopi, & Regalistam.*

TITVLVS XXVI.

De beneficiorum resignatione.

1 RESignatio † Beneficii ibi vacare dicitur, vbi facta sit, seu vbi erat qui beneficium tenebat. *Rota in Antiq. in decision. 33. incip. Nota quod ibi.*

2 Beneficia † reseruata, possunt resignari in manibus ordinarij, qui tamen illa conferre non potest. *Rota plene in Antiq. in decision. 23. incip. fuit dubitatum, vtrum beneficia. Paul. AEmil. Verall. in decis. 45. num. 2. lib. 1.*

Vbi vero non sunt reseruata confert. *Rota in dicta decision. 23.*

3 Regula † Cancellariæ 17. dictans quod facta beneficij resignatione, ac dato resignatario beneficio, si resignans moriatur intra viginti dies, beneficium dicetur vacare per obitum, non per resignationem quemadmodum locum habet in Pontifice Maximo, eodem modo, & in ordinario, *vt dicit Petr. Rebuff. in tract. Nominat. q. 17. nu. 19. de quo per decisio. in consil. 224. quem nouissime sequitur Polydor. Ripa de Actis in articulo mortis. cap. 23. num. 1.*

4 Collatio † beneficij facta per ordinarium ob resignationem est nulla, si beneficium erat reseruatum, licet resignatio sit valida. *Cardinal. Bernardus de Bisgnet. in decision. 4. titul. de renunciat.*

5 Articuli † ad probandum, quod resignatio beneficij reseruati sit facta coram ordinario, licet de illo prouidere non possit, tamen cum inducat beneficij vacationem quo ad Papam, sunt releuantes. *Verall. in decision. 45. num. 1. 2. lib. 1. & in decision. 78. num. 1. lib. 3.*

6 Resignans † beneficiū reseruatum, priuatur possessione, & quo ad superiorem perdit omnia. *Cardinal. Bisgnet. in decision. 4. incip. Quidam Cardinalis. & Rota in decision. 573. incip. Quidam Cardinalis. quæ est eadem exemplata a Bisgneto Antiquiore. Verall. in decision. 45. num. 4. lib. 1.*

7 Declara primo conclusionem procedere vbi † resignans esset exemptus, & priuilegiatus, puta Cappellanus Papæ, quia si non esset exemptus sed tantū beneficiū reseruatū, admissio resignationis per eum

factæ per ordinarium valeret, non tamen collatio. *Cardin. Bisgnet. in dicta decis. 4. de renunciat.*

8 Declara secundo † resignationem factam coram ordinario beneficij reseruati, Papa, confirmare videtur concedendo per nouam prouisionem. *Verall. in dicta decision. 45. nu. 5. lib. 1.*

9 Resignans † beneficium ex causa permutationis, si subsequatur permutatio, non dicitur possidere, & idcirco non restituitur tanquam spoliatus. *Rota in Antiq. in decis. 67. incip. Nota quod resignans. Hieronym. Cæuall. practic. com. opin. contra com. quæst. 561. num. 8.*

10 Metu facta † resignatio beneficij nulla est, idcirco resignans beneficium non amittit. *Rota in Antiq. in decis. 203. incip. Nota quod resignans.*

Declara quando est extorta † metu per eum, qui iurisdictioni præest. *Rota in Nouis in decis. 374. in-*

12 *cip. Fuit dubitatum de illo.*

Per † resignationem beneficij amittitur titulus, & possessio, cum proprietate. *Lancellot. in decis. Nouiss. Roman. 597. vol. 1. Ante eum Rota in Antiquis. in decision. 67. incip. Nota quod resignans. & iterum in Nouis. in decis. 23. incip. Fuit dubitatum. Nouissime sequitur Ant. Faber. in Codic. Fabrian. lib. 1. tit. 2. defin. 54. vol. 1. Guliel. Cassador. in decis. 4. titul. de rest. spol. Cardinal. Puteus in decis. 158. lib. 1. Hieronym. Cæuall. pract. opin. com. contra com. quæst. 561. num. 4.*

13 Resignatio † non potest fieri coram illo, qui habet conferendi tantum potestatem, *vt dicit Rota in Antiq. in decis. 218. incip. Nota quod cui datur.*

14 Resignatio † si est nulla, puta quia resignans reseruat sibi pensionem, & illam extinguat absque superioris consensu, & iam quod resignans illam acceptet, adhuc nulla est, & ad resignantem statim reuertitur. *Peregrin. Fabius in deci. Nouiss. Roman. 112. lib. 3. vol. 3. Gulielm. Cassador. in decis. 2. num. 12. tit. de renunciat. Ioan. Paul. Tholomæus in deci. Nouiss. Roman. 858. lib. 3. vol. 3.*

15 Nuncius non potest admittere † resignationes in personas certas. *Anton. Augustin. in decis. Nouiss. Roman. 1728. lib. 3. vol. 3.*

16 Regula de infirmis † resignantibus habet locum etiam in prouisis ab ordinario. *Ioan. Paul. Tholomæus in decis. nouiss. Roman. 768. lib. 3. vol. 3.*

17 Resignatum † beneficium confert Nuncius, etiã in Cathedrali, secus si vacent per obitum. *Tholomæus in decis. Nouissim. Roman. 805. lib. 3. vol. 3.*

18 Resignatio † non est perfecta, nisi vbi resignantis consensus fuerit a resignato obtentus. *Neomanus in decis. Nouiss. Roman. 103. lib. 1. vol. 3.*

19 Quando † resignat pater beneficium ad fauorem filij, requiritur dispensatio, ratione prohibitæ successionis, secus vero dum resignat filius ad fauorem patris. *Thanus in decision. Nouissim. Roman. 1951. lib. 3. vol. 3.*

20 Resignatio † non facta simpliciter, sed intuitu tertiæ personæ, est simoniaca. *Ioan. Paul. Tholomæ. in decision. nouissim. Roman. 921. lib. 3. vol. 3.*

21 Viuere † resignantẽ tempore resignationis, is debet probare, quod viuat, qui in ea se fundat. *Tholom. in decisio. Nouissim. Roman. 862. & in decision. 1066. & in decision. 1074. lib. 3. vol. 3.*

22 Resignatarius † non habet possessionem, neque titulum coloratum, quando resignatio fuit facta, quod resignatarius non possit capere possessionem sine mandato. *Cardinal. Paleott. in decision. Nouiss. Rom. 379. num. 4. lib. 3. vol. 3.*

23 Per † resignatarium præstandus non est consensus in regressu, *Verall. in decision. 11. num. 3. lib. 3.*

24 Resignatio † facta ad fauorem alicuius, dicitur conditionalis, & si non contineatur clausula *non aliter, nec alio modo. Cardinal. Paleott. in decision. Nouissim. Roman. 402. num. 2. lib. 3. vol. 3.*

25 Papa † non admittit resignationes, nisi ad fauorem illius, cui debet confere virtute cessionis, & non ad commodum aliorum, prout est etiam de intentione resignantis. *Gulielm. Cassador. in decision. 3. num. 1. 2. titul. de renunciat. Verall. in decisio. 282. num. 2. lib. 2.*

26 Resignatio † ex certa causa, & dicta causa nulla existente, non abdicat ius a regnante, *ex Nicolao Boer. in decision. Burdegal. 243. sub num. 11. Paul. AEmil. Verall. in decision. 84. num. 2. 9. lib. 3.*

27 Resignatio † est valida, si fit per procuratorem, & reuera mandatum subsequatur, non refert enim, an consensus præcedat, vel subsequatur. *Cardinal. Paleott. in decisio. Nouissi. Roman. 586. num. 1. cum pluribus seq. lib. 3. vol. 3.*

28 Agens pro † beneficio impetrato per permutationem, vel resignationem, probare debet, quod ille permutans, vel resignans erat beneficiarius, & pacifice possidebat. *Cappell. Tholos. in decision. 468.*

29 Homicida, licet sit beneficio priuandus † tamen ante priuationem, potest illud resignare. *Marcell. Cardin. Crescent. in decision. 6. num. 3. titul. de renunciationib.*

30 Consensus † resignantis semper retrotrahitur ad diem supplicationis, *vt dicit Cardin. Paleott. in decisio. Nouissim. Roman. 425. num. 5. lib. 3. vol. 3. ante eum Cardinal. Puteus in decision. 268. per totam. lib. 3.*

31 Post mortem resignantis † potest procurator consentire, & eo casu mandatum non expirat per mortem resignantis, quia procurator non facit quid nouum, sed exequitur, quod in vita factum erat a principali, *Ita Ioan. Mohedan. in decision. 28. & in decision. 31. titu. de renunciat. Gulielm. Cassad. in decision. 1. num. 4. de renunciat. Cardinal. Puteus in decision. 83. lib. 2. Cardin. Crescenti. in decision. 7. num. 2. eod. titul. de renunciat. & in decision. 8. num. 2. titul. de Procur.*

32 Resignatio si fuerit facta ante motam † litem, postea pendente lite, beneficij possessio capi potest. *Cardinal. Paleott. in decision. Nouissim. Roman. 445. lib. 3. vol. 3.*

33 Si resignatio est nulla, beneficium † non dicitur vacare per resignationem. *Cardin. Crescent. in decision. 8. num. 1. titul. de renunciation.*

34 Consensus præstitus ad beneficij † resignatio-

nem

nem semper potest reuocari etiã adepta possessione,& soluta compositione datario, donec cõsensus non fuerit extensus. *Cardinal. Paleott. in decision. Nouissim. Roman.*458.*num.*2.6.*lib.*3.*vol.*3.

35 Resignans si non exprimit verum valorem † non dicitur abdicare ius a se *Verall.in decision.*84.*nu.*6. *in decision.*91.*num.*1.2.*lib.*3.

36 Si est inualida resignatio, non abdicatur † ius, neq; possessio a resignante, & actio spolij perpetuo durat. *Cardinal. Paleott.in decisio. nouiss.Rom.*565. *num.*3.*lib.*3.*vol.*3. *Blanchett.in decision.nouiss. Roman.*418.*num.*2.*vol.*1.*Gul.Cassador.in decis.*3.*tit. de renunciat.*

37 Papa consensum † in resignatione requisitum supplere non potest.*Card.Paleot.in decision. nouiss. Rom.*478.*num.*11.*lib.*3.*vol.*3.

38 Vbi est admissa † resignatio,ius aliquod penes resignantem non remanet.*Paul. AEmil. Verall.in decis.*81.*nu.*1.*lib.*3.

39 Minor † quatuordecim annis beneficiũ resignare potest.*Cardin.Paleott.in decis. nouiss. Roma.* 579. *num.*9.*lib.*3.*vol.*3.

40 Resignatio † siue cessio,est donatio,& ideo requirit speciale mandatum.*Cardin.Crescent. in decis.*11. *num.*1.*de procur.*

41 Resignans † beneficium, quod post resignationẽ possedit per triennium,& mortuus est; ille, qui impetrauit per obitum, probauit possessionem triennalem resignantis post ipsam resignationem. Resignatarius non poterit aliquid prætendere,quia præsumitur, quod resignatarius retrocesserit ad fauorẽ resignantis,& ideo beneficium dicitur vacare,& impetrantem ius fouere,& sic intelligi oportere famigeratam Lapi Allegat.89.*vt voluit Gulielm.Cassador.in decis.*1.*in decis.*2.*& in decis.*4.*tit.de caus.pos. & propriet.Optime Ludouic.Gomez.in regul.de triennali.q.*16.*& voluit Paul.AEmil.Verall.in decis.*25. *lib.*1.*Quintil.Mandos.ad Lap.in dicta alleg.* 89. *Verall.in decis.*26.*& in decis.*27.*lib.*1.

42 Procurator potest † resignare data recompensa, vel propter ius cessum non liquidum. *Cardin. Crescent.in decis.*11.*nu.*6.*titul.de procur.*

43 Resignans † cum conditionibus, nunquam dicitur resignasse,nisi conditiones impletæ fuerint, & nunquam dicitur ius abdicatum fuisse ab ipso resignante.*Guliel.Cassador.in decis.*81.*nu.*1.*de renunciat.Verall.in decision.*2.*nu.*1.*lib.* 3. *Nicol. Boer. in decis.*2.*nu.*16.*Ioan.Mohedan.in decis.*83. *Cardinal. Puteus in decis.*145.*lib.*1.

44 Ciuilis, & naturalis possessio per † resignationẽ amittitur. *Cardinal. Crescent. in decision.*2.*nu.*1.*de restit spol.*

45 Declara,nisi † resignans reseruauerit sibi fructus quia possidet naturaliter.*argum.l. naturaliter. ff. de acquir. possess. voluit idem Crescent. in dicta decis.*2. *num.*4.*tit.de restit.spol.*

46 Resignatio nulla ob † simoniæ vitium, non abdicat ius a resignante. *Verall. in decision.* 83.*nu.*2. 9.*lib.*3.*Rota in Antiq.in decis.*236.*incip.* Nota *quod resignatio.Crescent.in decis.*4.*num.*2.*titul.de simon. Francisc.Burs.in consil.*411.*nu.*24.*vol.*4.

47 Resignans infirmus si intra viginti dies † obdormiat in Domino,per obitum, non per resignationẽ beneficium vacare dicitur, etiam si in prouisione sit regulæ de viginti diebus,derogatum. *Francis.Mar. in decis.*86.*nu.*3.*in decis.*510.*nu.*7.*in decision.*1163. *num.*6.*in decis.*1180.*nu.*5.*vol.*1 *& in decis.*431.*nu.* 1.*in decis.*538.*num.*1.*volum.*2. *vide Polydor. Ripam de Actis in artical. mortis. cap.* 32.*num.*1.2.*& cap.* 54.*num.* 48. 49. *Cardin. Crescen.in decis.*3.*titul.de excepti.*

48 Notitia resignantis non abdicat ius ab eo, † nisi resignatio fuerit admissa per Papam. *Paul. AEmil. Verall. in decis.*84.*num.*8.11. *lib.*3. *post Cardinal. Bisgnet.in decision.* 3. *in decisio.* 4. *titul. de renunciat.*

49 Per Regulam Adriani, & Clementis † Summorum Pontificum,resignationes beneficiorum debẽt publicari infra sex menses, & resignans si in possessione decedat,beneficia censentur vacare per obitũ non per resignationem ,verum resignatio facta tempore Adriani, & resignans obijt tempore Clementis, beneficium dicitur vacare per resignationem *Cardinal.Crescent.in decision.*3.*titul. de except.*

50 Resignatio facta a procuratore † habente mandatum vigore epistolę missiuæ dicentis, quod ipse resignare volebat beneficium, non est valida. *Verall.in decision.*85.*num.*1.*vol.*3.

51 Resignationem † factam fuisse penes ordinariũ creditur literis ipsius ordinarij, ac per illius narratiuam.*Veral.in decision.*87.*nu.*1.5.*lib.*3.*post Rotã in Nouis.in decision.*397. *incip. si episcopus. vers. de secunda.*

68 Vicaria perpetua mensæ † episcopi, vel Abbatis vniri potest, & tunc transit in temporalem. *Rota in Nouis in decision. 273. incip. Fuit dubitatum, & in consilio. Gulielm. Cassador. in decision. 3. num. 1. titul. de Iudicijs.*

69 Creatio dignitatis facta † sine dote, cui statim vnitur ecclesia parochialis, valet, non obstante, quod Capitulo remittatur portio debita illi, cui cōfertur dignitas. *Bernard. Cardinal. Bisgnetus in decision. 3. titul. de reb. eccles. non alien.*

70 Vnio de beneficio facta † a Papa ad vitam, induc it reseruationē, ita vt illa dissoluta, ordinarius non possit illud conferre. *Gulielm. Cassador. in decision. 2. num. 2. 6. & per totum. titul. de Vnionib. Cardin. Crescent. in decis. 2. titul. de Parocchis.*

71 De ecclesia, & præbenda vnio fieri potest. † *Cardin. in clem. fin. quæstio. 4. de rebus eccles. non alien. quem retuli in consil. 32. nu. 31. centur. 1.*

72 Vnio non tollit priulegia ecclesiæ vnitæ, † sed illa sibi cōseruantur. *Lapus in Allegation. 68. incip. Quæris. sub nu. 3 vers. secundo casu. quem refert, & sequitur. Ioan. Baptist. Ferrett. in consil. 242. nu. 2. versic. Tertio ad idem.*

73 Quando fit vnio duarum † ecclesiarum, siue beneficiorum per viam incorporationis, eo casu omnia sequuntur naturam, & omnes qualitates illius ecclesiæ, cui per vnionem facta est incorporatio, vt optime declarat *Angel. in consi. 268. incip. Vnitorū. quem sequitur Ioan. Baptista Ferrett. in dicto consil. 242. num. 5. 6.*

ARGVMENTVM.

Cum præbenda detur, vt quis melius seruitium prętet, ideo pro cognoscendo illius genere in impetratione exprimendum est, an sit Sacerdotalis, Conuentualis, Electiua, Spiritualis, vel Laicalis. Ad hanc non admittitur minor quatuordecim annis, monialis in annexa rei spirituali, subreptitie impetrans, spurius, & illegitimus citra dispensationem, nec exacte ætas viginti quinque annorum requiritur in prioratu, prebendaue curam animarum habente. In collatione consensus Episcopi, Prælati, Rectoris, & Capituli interuenire debet, qui in recepto auctoritate Papæ non attenditur, cum ille omnibus alijs competitoribus præferatur. Hac obtenta præbendatus ad onera tenetur, præter executionem rei iudicatæ, & quando Theologalis fuerit, pensione onerari nequit, nec beneficij appellatione præbenda excluſa censetur.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans præbendam mentionem facere debet, an sit sacerdotalis, conuentionalis, vel electiua.*

2 *Præbenda spiritualis, & laicalis.*

3 *Præbenda spiritualis, & annona ex quibusdam monasteriis, quæ datur in Gallia quibusdam militibus.*

4 *Spiritualis præbenda multiplex est. nu. 5.*

6 *Receptus in canonicum habet ius ad prębendam, non autem in præbendam.*

7 *Canonicus sine præbenda esse non potest, præbendatus autem potest esse sine canonia.*

8 *Habens gratiam ad præbendam quam duxerit acceptandam si non acceptauerit primum, poterit secundam acceptare.*

9 *Gratiam habens de maiori, & minori præbenda poterit mediam acceptare.*

10 *Qui non habet ius in præbenda non potest maiorem acceptare.*

11 *Vbi non sunt distinctæ præbendæ non currit tempus, seu terminus mensis creato in Canonicum, & interim acceptabit canonicalem portionem.*

12 *Vbi sunt certæ numero statutæ præbendæ, & incertus canonicorum numerus, si ponatur certus numerus canonicorum vltra numerum præbendarum, valet consuetudo, quod possint acceptare tantum minorem præbendam.*

13 *Ad præbendam & Canonicatum ætas annorum quatuordecim sufficit.*

14 *Præbenda vacans in curia, non potest optari vigore consuetudinis.*

15 *Præbenda etiam si sit distincta, vltra consensum episcopi, & rectoris, requiritur etiam Capituli.*

16 *Canonicus sub expectatione prębendæ receptus in ecclesia, vbi est certus numerus præbendarum, non censetur præbendatus, nec cotidianas distributiones recipere potest.*

17 *Impetrans si est canonicus, nec facit mentionem de præbenda, agit subreptitie, secus vero e contra.*

18 *Præbenda annexa rei spirituali, non potest nisi vna retineri.*

19 *Collatio præbendarum in ecclesia collegiata pertinet ad illius prælatum, & Capitulum, non ad episcopum. Declara. num. 20. 21. 22.*

23 *Prębenda dicitur beneficii titulus.*

24 *In dubio præbendæ præsumuntur distinctæ secundum numerum canonicorum.*

25 *Habens præbendam proxime uacaturam, intelligitur de prima.*

26 *Canonici habentes in ecclesia optandi præbendas facultatem*

cultatem consuetudine, nõ optando, non amittunt facultatem.

27 *Habens præbendam maiorem, non potest optare minorem.*

In beneficialibus, quis potest ascendere, non descendere.

28 *Canonicatum quis tenere potest, & renunciare præbendæ.*

29 *In præbenda vacante ob permutationem, ius optandi locum habet.*

30 *Illegitimus siue spurius dispensatus ad beneficia sine cura, non dicitur dispensatus in ecclesia cathedrali ad præbendam.*

31 *Quando præbendæ vacant in curia alio modo, quam per mortem optatio sibi locum vendicat.*

32 *Optionis cõsuetudo in ecclesia, in ecclesia in qua sunt distinctæ præbendæ, sufficit quod in ea interueniat decem annorum præscriptio. Declara. nu. 33.*

34 *Receptus in Canonicũ authoritate Papæ iure suę receptionis & intuitu, vt ratione sui canonicatus in præbenda vacante, omnibus alijs præfertur.*

35 *Pro exequutione rei iudicatæ præbenda non exequitur.*

36 *In præbenda, & prioratu, habentibus curam animarum, vel parochialem ecclesiam, in quibus præficitur Vicarius perpetuus non exigitur ætas annorum viginti quinque.*

37 *Præbẽda canonicatui annexa, quæ canonico dari consueuit, si concessa sit, & Canonicatus concessus dicitur, iure annexitatis, non iure accessorii.*

38 *Sola præbendarum distinctio & Canonicatuum, connexionem non probat, sed probari debet, quod tituli vna cum præbenda sint spirituales.*

39 *Quando ex consuetudine ecclesiæ præbendæ non sunt distinctæ, sed percipiuntur in communi, tunc per mortem canonici præbenda uacare non dicitur. sed inter canonicos diuiditur.*

40 *In præbenda quæ ex ecclesiæ statuto debetur Nobilibus, Doctores admittuntur.*

41 *Præbenda stans per se, non annexa rei spirituali, dicitur temporalis, & in illa Laicus admittitur. nume. 42.*

43 *Canonici, & clerici præbendarii, & absentes pro lucri bus Capituli, tractantur vt præsentes.*

44 *Clerici, vel canonici studiis, & Academiis vacantes præbendarum fructus percipiunt. Declara. nume. 45.*

46 *Præbenda Theologalis pẽsione onerari non potest. nume. 47.*

48 *Præbendam dare debent Prælati in Gallia ex ordinatione Regia, etiam si antecessores episcopi scholis aliquid deputarint. Declara. numer. 49. 50. 51. 52.*

53 *Monialis habere potest vnam, duas & plures præbendas, non annexas rei spirituali.*

54 *Præbenda beneficii appellatione venit.*

55 *Mandatum de prouidendo de beneficio ad collationem episcopi poterit prouideri de præbenda in ecclesia Cathedrali.*

TITVLVS XXIX.

De Præbendis.

1 IMpetrans præbendam debet † mentionem facere de eius qualitatibus, puta si est Sacerdotalis conuentualis, vel electiua. *Rota in Antiquis in decision. 257. incip. Nota quod vbi Papa.* est quoque prębenda laicalis, & spiritualis. Laicis dantur † quandoque ab
2 ecclesia quędam annonæ, tanquam stipendia ratione alicuius officij, obsequij, solicitudinis, vel seruitij quæ fiunt ecclesiæ, vel pro ipsa ecclesia, puta aduocatis, syndicis, agentibus, *vt per gloss. in c. cum Martinus. in Verb. receperunt. vbi Abb. Panor. num. 22. de cor sti.* qui ponit exemplum in ecclesia Sãcti Martini Carnotensis, & similes annonas permisit Summus Pontifex *vt in c possessores. 16. q. 1.* sic in præbenda, quæ datur Magistris, *vt in c. fin. de Magistr.* Simile etiam tradunt in quibusdam monasterijs, quæ sunt iuris Regij, præsertim in Gallia dotatis a Principibus, in quibus vita durante
3 † militibus mulitis membris, præstantur annonæ quorum meminit Petrus Gregorius Syntagmate iuris vniuers. *l. b. 15. cap. 23. num. 8.* & in materia temporalis præbendæ videndus est Cardinalis *in Clem. fin. q. 12. de Præb.* Spiritualis vero Præbenda
4 † multiplex est. Primo enim modo accipitur pro iure percipiendi certos prouentus in ecclesia, diuini officij ratione, cui quis insistit tanquam vnus de Capitulo, vt tanquam Canonicus, & ex Canonia nomen habet, & canonicalis prabenda appellatur, canonicus enim cum quis sit, & prabendam per consequens habere debet. *cap. relatum. de Præbend.* dicitur postmodum pro omni iure percipiendi certos reditus in ecclesia ratione diuini officij, cui quis insistit, non tanquam canonicus, sed tanquã diuinis inseruiens. *vt in c. cum ecclesia. de Præ-*
5 *bend. in 6.* Accipitu etiam pro fructibus † & obuentibus qui percipiuntur in ecclesia, & hi vendi etiã possunt. *c. 2. de Locat. c. fin. extra.* Ne prælati vices suas. Vnde Ripa *in dicto c. cum M. Ferrariensis. nu. 170. de constit.* dicit præbendam accipi stricte, large, largius & largissime. De his longius prosequitur Petrus Gregorius. *in dicto. cap. 23. Marc. Anton. Marsil. Archiepisc. Salernitan. de ecclesiasticor. redit. Orig. & iure. parte 2. cap. 14 num. 14 cum pluribus seq. Pulchre D Alexander Raudensis de Analogis. c. 6. nu. 29. Daniel Venator. in Analysi Iuris Pontificij. lib. 3. titul. 5. eleganter Renatus Choppin. de Doman. Francisc lib. 3. titul. 19. Articul. 10. Alfonsus Hoieda de benefic. compatib. & incompatib. Parte 1. c. 12. nu. 3. Guliel. Redoan. de reb. eccles. non alien. in c. incip. Dicit autem Abb. fol. mihi. 291. num. 4. Ioan. Coratius in sacerdotior. Paraphrasi. cap. 2. num. 4. Ioan. Nicol. Simontius. in Enchirid. titul. 1. cap. 8. nu. 3. cum pluribus seq. Hierony. Gigas de Pension. q. 21. sub num. 3.*

6 R-

6 Receptus in Canonicum habet † ius ad prębendam, non autem in præbendam nisi sibi assignetur. *Rota in Antiquis, in decision. 30. incip. Nota quod vbi aliquis.*

7 Canonicus non potest esse sine præbenda †, sed præbendatus potest esse sine Canonia. *Rota in Nouis. in decision. 449. incip. Quidam habens. Ioan. Coras. in Paraphras. sacerdot. cap. 2. num. 4. Ioan. Nicol. Gimontius in enchirid. titul. 1. cap. 8. num. 3. cum pluribus seq. Francisc. Duaren. de Sacris Eccles. Minister. lib. 2. cap. 8.*

8 Habens gratiam ad præbendam, quam † duxerit acceptandam, si negligat acceptare primam, poterit postmodum acceptare secundam. *Rota in Antiquis. in decision. 37. incip. Nota quod vbi sunt duo.*

9 Habens gratiam de maiori, & minori † præbēda poterit mediam acceptare. *Rota in Nouis in decisio. 217. incip. Si mandetur.*

Qui non habet ius in præbenda, non potest
10 † optare maiorem. *Rota in Antiq. in decision. 577. incip. Vtrum in ecclesia. Alludunt notata per Francisc. Marcum in decision. Delphinal. 1266. numer. 1. vol. 1.*

11 Vbi præbendæ non sunt distinctæ, non † currit tempus, seu terminus mensis creato in canonicum, & interim acceptabit Canonicalem portionem. *Rota in Antiquis. in decision. 297. incip. Nota quod vbi Papa.*

12 Vbi sunt certæ numero statutę † præbendæ, sed incertus canonicorum numerus, si ponatur certus Canonicorum, numerus, vltra numerum præbendarum, valet consuetudo, quod possit optare tantum minorem præbendam. *Rota in Nouis in decisi. 226. incip. Si in ecclesia. & in decis. 227. incip. Valet & tenet.*

13 Ad præbendam, & Canonicatum † ecclesiæ Cathedralis, annorum quatuordecim ætas sufficit. *Rota in Antiq. in decision. 204. incip. Nota quod minor. & in Nouis, in decision. 324. incip. Supposita ordinatione. iterum in Antiquis. in decision. 279. incip. Nota quod vbi est. AEgid. Bellemer. in decision. 753. per totam.*

14 Præbenda vacans in Curia non potest † optari vigore consuetudinis. *Rota in Nouis. in decision. 296. incip. Sicut canonicatus.*

15 Præbenda † etiam si sit distincta, vltra consensum Rectoris, & episcopi, requirit Capituli consensum, decreuit Rota, *vt per Marcell. Cardinal. Crescentium in decision. 2. titul. de reb. eccles. non alien.*

16 Canonicus sub expectatione † præbendæ receptus in ecclesia, vbi est certus numerus præbendarum, non censetur beneficiatus, nec quotidianas distributiones recipere poterit. *Rota in Nouis. in decision. 445. incip. Si legatus.*

17 Impetrans si est canonicus, & non facit † mentionem de præbenda, agit subreptitie, secus vero e contra. *Bernard. Cardinal. de Bisgneto. in decis. 2. titul. de præben.*

18 Præbenda vbi est annexa † rei spirituali, non potest retineri, nisi vna. *Paul. AEmil. Verall. in decision. 356. num. 4. lib. 2.*

19 Collatio præbendarum † in ecclesia collegiata pertinet ad illius prælatum, & Capitulum, non ad episcopum, *ita concludit Bernard. Cardinalis de Bisgnet. in decision. 8. titul. de præben. fuit opinio Ioan. Calderin. in c. cum ecclesia Sutrina. de elect. Hostien. in c. 2. de instit. Federic. de Senis in consil. 34. & si bene consideretur idem voluit Rota in Nouis in decisi. 167. incip. De collatione. AEgid. Bellemer. in decisio. 69. & in decision. 717. Guliel. Cassador. in decision. 22. num. 2. titul. de præben. & voluit Lapus in Allegat. 31. incip. Prima conclusio. num. 2. Ioan. de Selua. in tract. de benefic. parte 2. q. 22. vers. Quintus casus. & hoc idem confirmat Cardin. Putcus in decision. 135. num. 1. lib. 1. Marc. Anton. Cucch. instit. Canonicar. minor. lib. 2. titul. 6. vers. in quarum collatione.*

20 Declara nisi consuetudine † alio modo seruetur, quæ attendi deberet. *vt Rota in dicta deci. 167. incip. de collatione. in Nouis. AEgid. in dicta deci. 69. & in dicta decision. 717. Cucchus in dicto lib. 2. tit. 6. ver. in quarum collatione. dicens.* In quarum collatione consuetudini in primis, si aliqua ibi vigeat, deferendum erit, nam si ex consuetudine Capitulum solum conferre sole, soli hoc ius permittetur, si prælatus cum Capitulo, vtriusq; factum, & consensus exigitur. Quod & ante ipsum confirmauit *Ioan. Paul. Lancellott. instit. canonicar. lib. 1. titul. de collationib. per totum.* cum huius opus Pauli Quarti Summi Pontificis tempore factum fuerit. Et
21 hanc declarationem † locum habere in præbendis ecclesiarum cathedralium, vt attendatur consuetudo, voluit *Francis. Marc. in decisio. 109. vol. 2.* & sta tim dicam.

22 Declara secundo quo ad præbendas † ecclesiæ cathedralis, collationem spectare ad episcopum. *Rota in Nouis. in dicta decision. 167. incip. De collatione. AEgid. Bellemer. in dicta decision. 69. in decision. 717. Cassador. in dicta decision. 22. nume. 2. titul. de præben. Ioan. de Selua in dicto Tract. de benefic. parte secunda, quæstione 22. versi. Quintus casus. Francisc. Marc. in decision. Delphin. 109. numer. 4. vol. 2.*

23 Præbenda dicitur titulus beneficij. † *Francis. Marcus in decision. Delphin. 526. nume. 25. volumine 2.*

24 In dubio præbendæ præsumuntur † distinctæ secundum numerum canonicorum, pro ut post Innocent. *in cap. dilectus. el 1. de præbend. & voluit Franciscus Marcus in decision. 1048. numer. 1. vol. 1.*

Habens præbendam proxime vacaturam, in-
25 telligitur † de prima, *vt post Bald. in l. eum qui calendis. ff. de verb. obligat. & Andr. Tiraquel. in rep. l. Boues. §. hoc sermone. in princ. num. 21. ff. de verb. signif. voluit Ioan. Petr. Surdus in decisio. Mantuan. 189. num. 4.*

26 Canonici habentes facultatē † optādi prębēdas

in eccleſia ex conſuetudine, non optando, non idcirco amittunt dictam facultatem. *Anton. Capic. in deciſ.* 134. *nu.* 4.

27 Habens præbendam maiorem † non poteſt optare minorem, ſed econtra ſic, quia in beneficialibus quis poteſt aſcendere, non deſcendere. *Franciſc. Marc. in deciſion. Delphin.* 1266. *num.* 1. *volum.* 1.

28 Renunciare quis poteſt præbendæ, & † tenere canonicatum. *AEgidius Bellemer. in deciſion.* 220. *num.* 1.

29 In præbenda uacante per † permutationem habet locum ius optandi. *Franciſc. Marc. in deciſion. Delphin.* 1259. *num.* 1. *vol.* 1.

30 Illegitimus diſpenſatus per epiſcopum † ad beneficia ſine cura, non intelligitur diſpenſatus ad præbendam in eccleſia Cathedrali. *AEgid. Bellemer. in deciſion.* 362. *incip. illegitimus.*

31 Quando præbendæ vacant † in Curia alio modo, quam per mortem, optatio locum ſibi vendicat. *Franciſc. Marc. in deciſion. Delphinal.* 1232. *nu.* 7. *vol.* 1.

32 Optionis conſuetudo in eccleſia † in qua ſunt diſtinctæ prębendę, ſufficit, quod in ea interueniat præſcriptio decem annorum. *AEgidius Bellemer. in deciſion.* 62. *Cardinal. Puteus in deciſion.* 201. *nu.* 1. *lib.* 2.

33 Declara procedere quando † præter ius eſt conſuetudo, vt tum demum procedat, & non ſit cõtra ius, quia ſi conſuetudo eſſet contra ius tunc quadraginta anni ſufficiunt, *vt dicit AEgid. Bellemer. in deciſion.* 1. *& in dicta deciſio.* 62.

34 Receptus in Canonicum authoritate † Papæ iure ſuæ receptionis, & intuitu, ac ratione ſui canonicatus in præbenda vacante omnibus alijs præfertur. *Rota in Nouis in deciſion.* 11. *de conceſſ. præben. melius AEgid. Bellem. in deciſion.* 737. *num.* 1.

35 Pro exequutione rei † iudicatæ præbenda exequi non poteſt. *Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal.* 226. *num.* 3.

36 Præbenda, aut prioratus, licet † habeant curam animarum, ſeu parochialem eccleſiam, cui perpetuus Vicarius præficitur, ætas tamen Viginti quinque annorum non requiritur. *arg. c. ſuper eo. de Præbend. in* 6. *& Cle. Ne in agro.* §. *ceterum. de ſtatu. monach. & uoluit. Franciſc. Marc. in deciſion. Delphin.* 1004. *num.* 4. *vol.* 1.

37 Præbenda, quę eſt annexa † Canonicatui, & Canonico dari conſueuit, ſi conceſſa ſit, cenſetur, & Canonicatus conceſſus, non iure acceſſorij, ſed iure connexitatis. *Rota in Nouis. in deciſion.* 449. *incip. Quidam habens Canonicatum. Nouiſſime poſt Ioan. de Imol. in c. ſi clericus. de præben. in* 6. *Ita voluit Ioan. Pet. Surdus in deciſion. Mantuan.* 192. *nu.* 19. *& ante eum Franciſc. Marc. in deciſi. Delphin.* 134. *nu.* 6. *vol.* 2. *Cardinal. Puteus in deciſion.* 201. *lib.* 2.

38 Sola diſtinctio præbendarum, & Canonicatuum † non probat connexionem, ſed eſt neceſſe probare, quod tituli, vna cum præbenda eſſent ſpirituales. *Cardinal. Puteus in deciſion.* 201. *num.* 2. 4. *lib.* 2.

39 Quando ex conſuetudine eccleſiæ † præbendæ non ſunt diſtinctæ, ſed percipiuntur in communi, tunc per mortem Canonici, præbenda uacare non dicitur, ſed inter canonicos diuiditur. *Franciſ. Marc. in deciſion. Delphin.* 1131. *nume.* 2. *vol.* 1.

40 Præbendæ, quę ex ſtatuto † eccleſiarum debentur Nobilibus, Doctoribus debentur, & in eis admittuntur, vt reſolutum ſcribit *Ioan. Mohed. in deciſion.* 34. *Concinunt quæ ſcribit Guido Pap. in deciſi. Gratianop.* 88. *nu.* 1. *ex Bartol. in l. Iudices. c. de Dignit. li.* 12. *Bonus de Curtili in Tract. Nobilitas. Parte.* 3. *nu.* 97. *quem ſequitur Petr. Rebuff. in Tract. Nomin. q.* 15. *num.* 40. *Petr. Cenedo Collectan. iuris Canonici parte* 2. *Collectan.* 143. *num.* 2. *Tiraquell. in Tract. de Nobilitat. cap.* 5. *num.* 3. *Concil. Tridentin. ſeſſion.* 24. *c.* 12. *incip. cum dignitates.*

41 Prębenda ſtans per ſe, non annexa † rei ſpiritua li, dicitur temporalis, & laicus poteſt illius eſſe prębendarius. *Paul. AEmil. Verall. in deciſion.* 356. *nu.* 2. *lib.* 2. *& in deciſion.* 237. *num.* 2. *lib.* 3. Quia conſtituitur ex rebus Temporalibus, & vbi non eſt anne

42 xa Canoniæ, Laico † aſſignari poteſt. *Nicol. Boer. in deciſion. Burdeg.* 171. *num.* 4. *Gulielm. Caſſador. in deciſion.* 17. *num.* 4. *titul. de Præbend. Anton. Faber. in Codic. Fabrian. lib.* 1. *titul.* 11. *definition.* 2. *nu.* 4. *in alleg. vol.* 1

Canonici, & Clerici præbendarij, & abſen-

43 tes † prolitibus Capituli tractantur, vt præſentes, *Gerardus Maynardus in deciſion. Tholoſan.* 16. *lib.* 1.

Clerici, vel Canonici in Academijs, & ſtudijs incumbentes, prębēdarum fructus percipere debēt.

44 † *Gerard. Maynard. in deciſion. Tholoſ.* 8. *Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal.* 16. *nu.* 3. *& ego plene dixi in conſil.* 16. *per totum, centur.* 1.

45 Declara tamē requiri, vt † dum vacat ſtudijs, id faciat cum ſui epiſcopi, & ſuperioris licentia. *Nicol. Boer. in dicta deciſion.* 16. *nu.* 3. *& ego in dicto conſil.* 16. *centur.* 1.

46 Præbenda Theologalis penſione † onerari non poteſt. *Io. Papon. Arreſtor. lib.* 3. *tit.* 5. *Arreſto.* 1. *de qua Franciſc. Duarenus de ſacris eccleſ. Miniſter. lib.* 2. *cap.* 8. Theologalis autem iſta Præbenda, vel Magiſtralis, vel Doctoralis quæ datur pro ſacræ

47 Theologiæ expoſitione, datur † dummodo præbendarius idoneus ſit ad id munus, & per ſe, vel alium idoneum ſubſtitutus ab epiſcopo, alioue ſuperiori eligendo id munus exequatur. *Concil. Triden. ſeſ.* 4. *de Reformat. cap.* 1. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *Martin. Nauar. in Summa Confeſſar. cap.* 25. *ſub nu.* 58. *de præbenda Theologali. Coſmas Guimier. in Prag. Sanctione. titul. de Collat.* §. *ordinat. in verb. reſidentiæ. & in ver. voluerit. Franciſc. Duarenus. de Sacris Eccleſ. Miniſteriis. lib.* 2. *c.* 8.

48 Præbendam dare debent Prælati † in Gallia ex ordinatione Regia, etiam ſi anteceſſores epiſcopi Scholis aliquid deputarint. *Gerardus.*

Maynard. in deciſion. Tholoſan. 9. & in deciſion. 12.

49 Declara præſtandam eſſe de fructibus † a toto Capitulo. *Idem Gerardus Maynard. in deciſion. Tholoſan. 10.*

50 Declara ſecundo, præſtandam † fore, tam ab eccleſia Cathedrali, quam ab eccleſia collegiata. *Gerard. Maynardus in deciſion. Tholoſan. 11.*

51 Declara hanc præbendam perceptorialem † extendi debere etiam ex quotidianis diſtributionibus, *Gerard. Maynard. in deciſion. Tholoſ. 14.*

52 Declara quarto electionem præbendæ † perceptorialis fieri oportere ex voto, & conſenſu epiſcopi, Capituli, & Conſulum loci, vel oppidi. *Gerard. Maynard. in deciſion. Tholoſ. 13.*

53 Monialis habere poteſt vnam, duas, † & plures præbendas, nõ annexas Rei ſpirituali. *Paul. AEmil. Verall. in deciſion. 356. num. 3. 4. lib. 2.*

54 Præbenda venit appellatione † Beneficij, & ideo mandatum de Prouidendo de beneficio ad collationem epiſcopi, poterit prouideri præbenda in ec-

55 cleſia † Cathedrali. *arg. cap. pro illorum. de præbend. in 6. & poſt Ioan. de Selua, in Tract. de benefic. parte 3. q. 45. voluit Franciſc. Marc. in deciſ. Delph. 527. num. 23. 24. 25. vol. 1. Anton. Faber. in Codic. Fabrian. lib. 1. titul. 2. Defin. 27. in prin. vol. primo.*

ARGVMENTVM.

Penſiones inſtar ſeruitutum onera eccleſijs, monaſterijs, & iuri patronatus accedente patroni conſenſu, ad tempus imponunt, & propterea ſunt odioſæ, & reſtringendæ, niſi pro alimentis, & ſuſtentatione fuerint conceſſæ, quia tunc reputantur fauorabiles. Has Papa qui in beneficijs pleniſſima vtitur poteſtate abſque beneficiati conſenſu, & ab ipſo licentiam habentes, vt Legatus de latere, Nunciu, Archiepiſcopus, epiſcopus, & Prælatus, quamuis ſit filius combuſti, dũmodo ſit cum ipſo diſpenſatum vſque ad tertiam tantum partem conſtituunt. Datur autem omnibus, niſi qui prohibentur, vt clericus putatiuus, vel deputatus, Monachus, clericus infans, laicus, niſi cum ipſis diſpenſetur, vel vt viuere poſſint concedatur, quo caſu vna medietas in principio, & altera in fine anni ſoluitur, & quidem de fructibus beneficij, cum ſapiat naturam vſusfructus, & contra moram in ſolutione facientem datur actio perſonalis, & hypothecaria. Etſi autem regulariter penſionarij morte, vel per matrimonium de præſenti contractum extinguatur penſio: id tamen Summi abſque Pontificis auctoritate fieri nequit.

SVMMARIVM.

1 *Penſio temporalis eſt, & ad tempus conceditur.*

2 *Penſio eſt onus reale, ac ſeruitus, & idcirco eſt odioſa. num. 3.*

4 *Papa cum in beneficijs liberam habeat poteſtatem penſionem conſtituere poteſt. Declara. num. 5.*

6 *Papa imponere poteſt penſionem abſque beneficiati conſenſu.*

7 *Penſionis gratia ſolo Papæ verbo in eum cui facta eſt, dicitur perfecta.*

8 *Penſionis reſeruatio a ſola Principis, non autem partium voluntate prouenit.*

9 *Penſiones imponunt onera, & ſeruitutes eccleſiis.*

10 *Fauorabilis illa dicitur penſio, quando fit pro alimentis, & ſuſtentatione.*

11 *Vacat penſio promotione penſionarij ad eccleſiam Cathedralem ſeu epiſcopalem. Declara. numero 12.*

13 *Commodum penſionis poteſt reſidere penes vnum, & ius exigendi penes alium.*

14 *Qui non habet rei, vel beneficij poſſeſſionem, ſuper quo penſio conſtituta eſt, ad illius ſolutionem non tenetur.*

15 *Penſio de beneficij fructibus eſt ſoluenda.*

16 *Penſio ſoluenda eſt, & ſi diſcutiatur ſuper validitate expeditionis. Declara numero 17. 18. 19. 20.*

21 *Penſio regulatur ad modum vſusfructus. numero 59.*

22 *Reſignans penſionem penſionario ſoluere tenetur, quando reſignauit donec conſtet reſignatarium acceptaſſe.*

23 *Quantitas penſionis in valore beneficij computatur.*

24 *Penſio translata per prælatum qui dicebatur inhabilis, quia erat filius combuſti, cum quo fuerat diſpenſatum valida eſt.*

25 *Penſio etiam non expeditis literis per ſolam ſignaturam pro poſſeſſorio recuperandæ, interim ſolui debet.*

26 *Pro penſione datur actio perſonalis, & hypothecaria. num. 27. 28.*

29 *Clerico putatiuo, vel clerico deputato non datur penſio. num. 30.*

31 *Milites Sancti Petri poſſunt penſiones transferre coram Notario, & teſtibus, & coram prælato.*

32 *Per contractum matrimonij penſio extinguitur. Contrarium. num. 33. 34. 35. 36.*

37 *Penſio, quæ currit in menſe Natiuitatis Domini, ſi fuit translata in menſe Septembris, translatario integra debetur.*

38 *Extinguitur pensio morte illius, cui erat ius exigẽdi datum viuente, & superstite illo, cui erat commoditas data. nu.* 59.

39 *Pensionis extinctio fauorabilis est, quia restituitur beneficium ad pristinam libertatem, & statum.*

40 *Quando ius exigendi pensionem vni est datum, & commoditas in confidentiam alteri, habens commoditatem alteri cedere, & in alium transferre potest, absq; pensionarij consensu.*

41 *Resignatio, vt pensio reseruetur, ualet & dicitur contractus innominatus.*

42 *Cognitio de validitate, uel inualiditate pensionis ad ecclesiasticum iudicem pertinet.*

43 *Consentiens reseruationi pensionis, non censetur consentire eiusdem pensionis translationi.*

44 *Pensionarius, qui multis annis fructus non percepit, nec percipere sperat, non tenetur ad pensionem.*

45 *Ob non solutionem pensionis, non est locus regressui. nu.* 57.

46 *Monasterijs imponi possunt pensiones Laterauensi Concilio non obstante.*

47 *Contra successorem in beneficio pro pensione datur personalis actio. Declara nu.* 48. 49.

50 *Habens mandatum ad consentiendum regressibus, potest consentire translationi pensionis.*

51 *In Pensionarii electione est si velit agere contra prædecessorem, aut eius hæredes, vel contra successorem, vel possessorem, contra quem si egerit, potest iste agere contra prædecessores hæredes.*

52 *Secundæ pensionis constitutio de prima mentione non facta, nulla est. Declara nu.* 53. 54.

55 *Pensionis narratiua est probanda, & verificanda.*

56 *Excommunicatus ob non solutionem pensionis, a iuramento non absoluitur, nisi pareat.*

57 *Ob nõ solutionem pensionis, an sit locus pœnæ excommunicationis, uel priuationis beneficii, regrediendi, uel accedendi, pensionario tacente.*

58 *Pensionis exactio concessa, & reseruata, vbi erit clericis, clericatus docere debet.*

59 *Pensionarii morte pensio extinguitur ad modum usufructus.*

60 *Quasi possessio iuris exigendi pensionem sufficit.*

61 *Exceptio extinctionis pensionis per professionẽ, quando super ea non fuit iudicatum, non impedit solutionem pensionis, quia requirit altiorem indaginem.*

62 *Pensio excedens medietatem fructuum, non constituitur, nisi usq; ad tertiam.*
Excessiuitas pensionis probanda est a Rectore.

63 *Literæ pensionis sunt validæ, & si non dicant an pensio sit temporalis, vel perpetua.*

64 *Pensio reseruata ex falsa causa est nulla.*

65 *Monachus ex dispensatione potest pensionem obtinere.*

66 *Pensio reseruata clerico infanti, & infantiæ mentione non facta, & absq; dispensatione, est nulla.*

67 *Pensionis alicuius ecclesiæ per prælatum in recompensam alicui laico cum consensu Capituli in perpetuum facta, valida est.*

68 *Valor beneficij probandus est ab eo, qui beneficij, & & pensionis annullationem petit.*

69 *In beneficij impetratione pensionis mentio facienda non est. Declara nu.* 70.

71 *Pensionis retentio promoto ad aliquam ecclesiam, si non adest retentio pensionis, & facultas transferendi, non dicetur concessa facultas, & retentio.*

72 *Regressu reseruatus pensionario, & rector diceret de nullitate pensionis, intelligitur, si pensionarius in vita rectoris declaret velle uti regressu. Declara nu.* 73.

74 *Regressus etiam pro minima pensione ac modica illius parte non annullata, ac non taxata, locum habet.*

75 *Resignatio licet videatur esse nulla, si resignatarius possidet, a solutione pensionis excusatur.*

76 *Ad probandam nullitatem pensionis remissoria concedi non solet, quando adest commissio, sine retardatione solutionis. Declara num.* 77.

78 *Minor cum consensu ordinarij constituere potest procuratorem ad consentiendum pensioni.*

79 *Pensio ex mente resignantis. si non sit reseruata, non est nulla, sed annullanda.*

80 *Pensio extingui non potest absque Summis Pontificis auctoritate. Declara nu.* 81.

82 *Non censetur Papam grauare beneficium duplicipẽ sionis onere, quando prima pensio non fuit expressa.*

83 *Solitus accipere pecuniam, vel aliud pro pensione, variare non potest.*

84 *Facultas transferendi, non est accessoria ad pensionem, & ideo in supplicatione debet exprimi.*

85 *Pensio reseruata motu proprio, absque partium consensu, vltimæ voluntati æquiparatur, secus de partium consensu, quia æquiparabitur profanis contractibus.*

86 *Pensio reseruata sine consensu habentis regressum est nulla, si reseruatio est in fauorẽ personæ, secus si in ecclesiæ vtilitatem.*

87 *Priuilegium concessum militibus transferendi pensiones, quomodo procedat?*

88 *Pensio, an deducatur, ob expressionem mali valoris beneficij?*

89 *Pensionem ex regressu nunquam solet concedere signatura.*

90 *Pensionarius pro portione sibi tangente tenetur ad solutionem decimarum ordinariarum de iure debitarum. Declara num.* 91. 92. 93. 94. 95. 96.

97 *Qui non possidet, & possessionem habere non probat, pensionem soluere nõ tenetur. Declara. nu.* 98. 99.

100 *Pensio literis in processu fulminato insertis, & non præsentatis, translata, sortitur effectum.*

101 *Pensio tranferri potest in articulo mortis data tamen clausula quod in articulo mortis.*

102 *Transactio super beneficio cum pensionis constitutione, valida est.*

103 *Pensionarius, qui exigit a prædecessore titulari, dum successor pensionem soluere recusat, dicitur spoliari, & competit ei remedium c. redintegranda. 3. q. 1.*

104 *Penſio, quæ datur clerico, vel monacho vt viuere poſſit, medietas in principio, altera in fine anni datur.*

105 *Actionem habens aduerſus intruſum cum alicui ſuper fructibus penſionem ſoluere teneretur, intruſus condemnatus eidem ad fructus, ceſſione actionis a ſoluendi onere exoneratur.*

106 *Non agens de regreſſu ob penſionem non ſolutam per prædeceſſorem, ex ſolutione non facta, contra ſucceſſorem agi de regreſſu non poteſt.*

107 *Terminus penſionis pertinet integer ad translatarium, & ſi transferens antequam venerit dies deceſſerit, non diuiditur inter ipſum, & hæredes.*

108 *Penſionarius ad reſidentiam non tenetur.*

109 *Penſionarius ad onera conſueta, ſcilicet iura epiſcopalia non tenetur, ſed ad ea, quæ extraordinaria ſunt, puta pro pontium & ſimilium refectione.*

110 *Ex duabus cauſis penſio permittitur, vna ne nimiũ diſpendium permutando patiatur. Altera pro bono pacis.*

111 *Penſio ſui natura non eſt beneficium eccleſiaſticum ſpirituale, quia laico dari poteſt. Declara nu. 112. 113. 114. 115. 116. 117.*

118 *Papa cum Abbatis conſenſu, ſuper fructibus Abbatis aſſignare poteſt penſionem, & quomodo, & quando?*

119 *Succeſſorem non teneri ad ſolutionem penſionis per prædeceſſorem non ſolutæ. num. 120.*

121 *Rector abſq; Simoniæ vitio redimere poteſt penſionem poſitam ſuper fructibus ſui beneficij abſque Simoniæ vitio.*

122 *Beneficium iuris patronatus penſione grauari non poteſt abſque patroni conſenſu.*

TITVLVS XXX.

De penſionibus.

1 PEnſio temporalis eſt,& ad tempus † conceditur. *Cardinal. Puteus in deciſio. 303. num. 3. Paul. AEmil Verall. in deciſion. 303. num. 12. lib. 2. Petr. de Benintend. in deciſion. Bonon. 49. num. 6. Hierony. Gigas in Tract. de penſionibus. q. 1. num. 1. 9. & q. 21. nu. 1. 2. & q. 45. ſub num. 6. Ioan. Coras. in Sacerdotior. Paraphraſ. parte 1. cap. 4. num. 9.*

2 Penſio eſt onus reale,ac † ſeruitus, & idcirco eſt odioſa. *Gulielm. Caſsador. in deciſion. 3. num. 6. in deciſion. 4. num. 6. titul. de penſion. & poſt Paulum de Roma in tract. Penſionum cap. 8. num. 22. Hierony. Gig. in tract. penſion. q. 96. num. 1. cum pluribus. ſeq. Aldobrandin. in deciſion. Nouiſſim. Roman. 454. nu. 1. parte 1. vol. 1. Anaſtaſ. Germon. de Indultu. §. ſi vero illa. num. 40. Verall. in deciſion. 100. num. 5. lib. 3.*

3 Propterea etiam illius † translatio eſt odioſiſſima quia per eam ſeruitus beneficij prorogatur. *ex Lud. Gomez in regul. de infirmis. q. 16*

4 Penſio per Papam conſtituitur, † cum in beneficijs pleniſſimam, liberri mamque habeat poteſtatem. *c. 2. de præbend. in 6. cle. 1. in fi. vt lit. pendent. voluit Ioan. Papon. Arreſtorum Curiæ. lib. 2. titul. 8. Arreſto. 1. Hierony. Gigas de penſionib. q. 2. num. 3. Ioan. Coraſius in Sacerdot. Paraphraſ. parte 2. cap. 4 nu. 9. Franciſ. Duaren. de ſacris eccleſ. miniſteriis. lib. 6. cap. 4. Petr. Gregr. Syntagmate. Iuris vniuerſi. lib. 15. cap. 27. ſub num. 1. plene Lud. Roman. in conſil. 369. & Nicol. Boer. in conſil. 29.*

5 Amplia idẽ procedere in legatis de latere †, Nũcijs habentibus a Summo Pontifice poteſtatem, Archiepiſcopis epiſcopis, *vt dicit Ioan. Coraſ. in Sacerdotiorum Paraphraſ. parte 1. cap. 4. numer. 9. Hierony. Gigas de Penſionibus q. 6. in qua late diſcutit hanc queſtionem, ad quem ſ. fficit remiſſio. Oldrad. in conſil. 226. quem refert & ſequitur Renat. Choppin. de Sacra Politia Forenſ. lib. 3. titul. 2. articul. 14. in margine.*

6 Papa imponere poteſt penſionem abſque conſenſu † beneficiati ſuper beneficio. Sic vltimo loco fuiſſe deciſum per Rotam voluit. *Verall. in deciſion. 316. num. 1. lib. 2. Anaſtaſ. Germon. de Indultu. §. ſi vero illa. nu. 48.*

7 Penſionis gratia ſolo Papæ verbo † in eum, cui facta eſt, dicitur perfecta. *Cæſar de Graſſis in deciſio. 399. in Nouiſſimis Roman. num. 1. vol. 1.*

8 Penſionis reſeruatio a ſola Principis † non autem partium voluntate peruenit. *Gulielm. Caſsador. in deciſio. 4. nu. 5. titul. de locat. & conduct.*

9 Penſiones imponunt onera,& ſeruitutes † eccleſijs. *Verall. in deciſion. 177. num. 4. lib. 1. Ioan. Baptiſta Ferrett. in conſil. 388. num. 26.*

10 Fauorabilis illa dicitur Penſio, † quando pro Alimentis, & ſuſtentatione fit. *Aldobrandin. in deciſion. Nouiſſim. Roman. 240. num. 5. 13. vol. 1. Gigas de Penſionib. q. 51. num. 20. Iacob. Menoch. in conſil. 72. numer. 12. vol. 1. Anaſtaſ. Germon. de Indultu. §. ſi vero illa. ſub num. 39. 40.*

11 Vacat penſio per promotionem † penſionarij ad eccleſiam Cathedralem, ſeu epiſcopatum, omittendo ſcripta Hieronymi Gigantis *de Penſion. q. 56. voluit Verall. in deciſion. 303. in princ. in deciſio. 304. num. 1. in deciſion. 313. in deciſion. 319. lib. 2. in deciſio. 100. lib. 3. & nouiſſime Aldobrandin. in deciſio. Nouiſſim. Roman. 333. num. 1. parte 1. vol. 1. Idem Veral. in deciſion. 400. num. 1. in deciſio. 401. num. 1. cum pluribus ſeq. lib. 2.*

12 Declara niſi a Papa expreſſe fuiſſet † penſionario promoto reſeruata retentio penſionis, ac ius transferendi per clauſulas neceſſarias retentionis. *Verall. in dicta deciſion. 303. num. 2. in deciſion. 319. lib. 2. & in dociſio. 100. lib. 3. Anaſtaſ. Germon. de indultu. §. ſi vero illa. ſub num. 48.*

13 Commodum penſionis poteſt reſidere † penes vnum, & ius exigendi penes alium. *Cæſar Graſſus in deciſion. Nouiſſim. Roman. 399. numer. 2. part. 1. vol. 1.*

14 Qui non habet poſſeſſionem † rei, vel beneficij, ſuper quo eſt conſtituta penſio, ad illius ſolutionem non tenetur. *Aldobrandin. in deciſio. Nouiſſim. Roman. 699. numer. 1. parte 1. vol. 1. faciunt notata per*

per Seraphin. Oliuarium in decisio. Nouis. Rom. 128. *per totam. parte* 1. *vol.* 1.

15 Pensio soluenda est de fructibus † beneficij, & non alias. *Seraphin. Oliuarius in decision. Nouis. Roman.* 128. *parte* 1. *volu.* 1. *quod antea dixit Barthol. Bellencin. de Charitatiu. Subsid. quæstio.* 37. *numer.* 2. *Anton. Capic. in decis. Neap.* 200. *nu.* 2. 3.

16 Pensio soluenda est, etiam si † discuteretur super validitate, vel nullitate expeditionis. *Gulielm. Cassador. in decision* 10. *nu.* 8. *titul. de Rescript. Hieron. Gigas. de Pens. q.* 35. *nu.* 9. *Blanchett. in decision. Nouiss. Rom.* 301. *nu.* 1. *parte* 1. *volum.* 1. *Ioan. Paul. Tholomæus in decis. Nouis. Roman.* 816. *l.b.* 3. *vol.* 3. *Hieron. de Laurentijs in decis. Auenion.* 82. *sub numer.* 2.

17 Amplia etiam si in commissione † adesset, clausula, sine retardatione solutionis, quia pensio prius soluenda est, & postmodum dicere de nullitate. *Veral. in decision.* 161. *numer.* 1. *cum seq. lib.* 1. *Ioan. Paul Tholom. in decision. Nouis. Roman.* 816. *lib.* 3. *vol.* 3. *Robert. Lancellot. de Attentatis. parte* 2. *c.* 17. *nu.* 61. *& seq.*

Amplia secundo, etiam si dominus non sit in
18 possessione exigẽdi dum sint expeditæ literæ. † *Gulielm. Cassador. in decis.* 10. *nu.* 8. *titul. de Rescript. sequitur Blanchett. in dicta decis. Nouis. Rom.* 301. *nu.* 2. *parte* 1. *vol.* 1.

19 Amplia Tertio, etiam si exceptio † nullitatis concessionis pensionis oriretur ex corpore literarum expeditarum. *Cardinal. Paleott. in decis.* 34. *lib.* 1. *quem sequitur Blanchet. in dicta decis. Nouis. Rom.* 301. *nu.* 3. *parte* 1. *vol.* 1.

20 Declara secus esse, si adesset clausula † quod executor procederet ad executionem, vt iuris. *Ioan. Paul. Tholom. in decision. Nouis. Rom.* 1059. *lib.* 3. *volum.* 3.

21 Pensio regulatur eo modo † quo regulatur vsusfructus. *Cæsar Grassus. in decis. Nouis. Rom.* 401. *nu.* 4. *parte* 1. *Iacob. Menoch. in consil.* 66. *nu.* 12. *vol.* 1. *Anast. af. Germon. de Indultu.* §. *si vero illa. numer.* 55. 62.

22 Resignans tenetur soluere † pensionem pensionario, qui resignauit, donec ei constet, resignatarium acceptasse, quia conditionalis resignatio iure proprio resignantem non priuat. *Ioan. Mohedan. in decis.* 10.

23 In valore beneficij † computatur quãtitas pensionis. *Peregrin. Fabius in decis. Nouis.* 184. *lib.* 2. *volum.* 3.

24 Pensio translata per Prælatum, qui † dicebatur inhabilis, quia erat filius combusti, cum quo tamẽ fuerat dispensatum, valida est, & debetur. *Peregrin. Fabius in decis. Nouis. Rom.* 109. *lib.* 2. *vol.* 3. *Anton. Augu. in decision. Nouissim.* 1776. *libr.* 3. *volum.* 3.

25 Pensio etiam non expeditis literis, per † solam signaturam pro possessorio recuperandæ interim solui debet, *vt dicit Hieron. de Laurentiis. in decis. Auenion.* 82. *nu.* 3. *faciunt notata per Matth. de Afflict. in decis Neapol.* 395. *nu.* 4. 6. 7. *quem cum aliis refert, & sequitur Octauian. Cacheran. in decision. Pedem.* 99. *numer.* 50. *& ita intelligenda sunt quæ scribit Gulielm. Cassador. in decision.* 2. *numer.* 5. 12. *titul. de Pensionib. & in decision.* 8. *num.* 10. 11. *titul. de restit. spol.*

26 Pro pensione datur actio personalis † & hypothecaria. *vt ex Rota in antiquis in decis.* 869. *incip. Lego pro anniuersario. voluit Hieron. Gigas de Pensionib. q.* 51. *sub nu.* 16. *quos sequitur Veral. in decis.* 302. *nu.* 5. *lib.* 2.

27 Declararem ego non esse dubium † in casu præmisso, cũ loquantur in legato. *vt dicit Rota in dicta decis.* 869. Dubium enim eo casu non est, pro legato dari actionem hypothecariam pro illius consequutione. l. 1. c. commun. de legat. cum similib. Sed
28 in alijs casibus pro pensione censerem † dari hypothecariam actionem super fructibus pendentibus cum sint pars soli *l. fructus. ff. de Rei vendic. l. fin.* §. *vt fructus ff. quæ in fraud. credit.* Quo obligato, fructus tanquam prouenientes ex eo, & accessorij similiter veniant.

29 Clerico putatiuo, vt † clerico deputato non datur pensio. *Peregrin. Fabius in decision.* 139. *in fin. lib.* 3. *vol.* 3. *ex Ioanne de Selua in tract. de Benefic. parte* 3. *q.* 6. *& ex Gigant. de Pension. q.* 22.

30 Contrarium videtur concluisse † *Rotam in Antiq. in decision.* 264. *incip. Nota quod talis opinio & in decis.* 312. *incip. Nota quod clericus.* Quæ ĩ distinguendæ, sunt prout dicit Fabius in dicta *decis.* 139. *in fin. lib.* 3. *vol.* 3.

31 Milites Sancti Petri possunt † pensiones transferre coram Notario, & testibus, similiter coram Prælato, & Notario etiam priuilegio minime ostenso. *Anton. Augustin. in decis. Nouis. Rom.* 1320. *li.* 3. *vol.* 3.

32 Per contractum matrimonij pensionem † extingui dixerunt. *Cardinal Puteus in decis.* 459. *li.* 2. *& de consuetudine seruari dixit Anton. Augu. in decis. Nouis Roman.* 1795. *lib.* 3. *vol.* 3. *Ioan. Paul. Tholomæus in decision. Nouissim. Roman.* 1079. *lib.* 3. *volum.* 3.

33 Contrarium tenet *Lud.* † *Gomez in Regul. de Annali. q.* 21. *Tamen si bene intelligatur istud non confirmat.*

Tamen distinguendum esse putarem, quod si pensio data est laico ob benemerita in ecclesia vniuersaliter, & particulariter iuxta terminos annota-
34 tos *per* † *Oldrad. in consil.* 226. in quantitate moderata, ratione officij impensi, vel impendendi, puta Aduocato pro patrocinio, ac defensione, vel alteri pro campanis pulsandis, pro claudendis foribus ecclesiæ, aptandis lampadibus, ac similibus, & tunc procedit opinio *Laurent. & Cardinal. in cle. 1.* §. 1. *de supplend. neglig. prælat. & ibi Ioan. de Vanquel. conclus.* 3. *quam tenuerunt Gulielm. de Monte Laudun. Imol. & Cardin. in cle. 1. de Reb. eccles. non alienand. Ioan. Paul. Tholomæus in dicta decis. Nouissim. Roman.* 1079. *lib.* 3. *vol.* 3. *dum dicit, quod ex contractu matrimonii non extinguitur, si est data pro stipendio.*

35 Si

35 Si vero eſt aſſignata penſio † clerico in minoribus ordinibus conſtituto, & tunc ſi pro ſimili ſeruitio idem dicendum eſt per contractum matrimonij non extingui, aut in titulum beneficij, & ſimiliter non extinguitur per contractum matrimonij, aut loco Beneficij, & extinguitur, & ita concordantur opiniones eorũdem Doctorum Laurentij, Oldradi, Imolæ, & Cardinalis, vt ſcribit Ioannes Baptiſta Caccialupus *de Penſioni.q.*15. *& Cardinal. Puteus. De quibus late Hierony. Gigas. de Penſionib q.* 54. Ad quem Lectores remitto, quia ſubſtantialiter loquitur.

36 Declarantur autem prædicta † intelligi in contractu matrimonij per verba de præſenti, argumento eorum, quæ dicit *Rota in Antiq. in deciſion.* 481. *incip. Nota ſi impetretur beneficium. & in Nouis. in deciſion.*26. *incip. ſi impetretur. Vide quæ dixi ſupra in titul. de beneficijs.*

37 Penſio, quæ currit in menſe Natiuitatis † Domini, ſi illius translatio facta fuit in menſe Septembris, tamen integra ſolutio illius debetur translatario. *Peregrin. Fabius in deciſion. Nouiſſim. Roman.* 118. *num.* 1. *lib.* 1. *vol.* 3. *iterum duplicata in deciſio.* 48. *lib.* 2. *vol.* 3.

38 Extinguitur penſio, ſi moritur ille, † cui ius exigendi penſionem datum fuerat, viuente, ac ſuperſtite illo cui erat commoditas data. *Cæſar Graſſus in deciſio. Nouiſſim. Roman.* 401. *num.* 5. *parte* 1. *vol.* 1. *& tetigit* Nicol. Boer. *in deciſion. Burdegal.* 162. *num.* 3.

39 Extinctio penſionis fauorabilis eſt, cum † reſtituat beneficium ad priſtinum ſtatum, ac propriam libertatem. *Aldobrandin. in deciſion. Nouiſſ. Roman.* 454. *num.* 7. *parte* 1. *vol.* 1.

40 Quando ius exigendi penſionem eſt † datum vni & commoditas in confidentiam alteri ille, qui habet commoditatem eandem penſionem alteri cedere poteſt, & in alium transferre abſque penſionarij conſenſu. *Cæſar Graſſus in deciſi. Nouiſſim.* 400. *num.* 3. *in deciſion.* 401. *parte* 1. *volum.* 1. *quod probauit, & ſequitur Anaſtaſius Germon. de Indultu.* §. *ſi vero illa. num.* 58.

41 Reſignatio, vt penſio reſeruetur, † valet, & dicitur contractus innominatus. *Brauus in deciſion. Nouiſſim. Roman.* 471. *num.* 3. *parte* 1. *vol.* 1.

42 Cognitio de validitate, † vel inualiditate penſionis ad eccleſiaſticum iudicem pertinet. *Gerard. Maynard. in deciſio. Tholoſ.* 43. *lib.* 1.

43 Conſentiens reſeruationi penſionis non cenſetur conſentire eiuſdem penſionis translationi. † *Anto. Auguſtin. in deciſion. Nouiſſim. Roman.* 35. *num.* 1. *lib.* 1. *& iterum in deciſion.* 32. *duplicata. lib.* 2. *vol.* 3.

44 Penſionarius, qui multis annis fructus non percepit, nec percipere ſperat, non tenetur † ad penſionem, & ſi dictum eſſet contrarium in conuentione. *Anton. Auguſtin. in deciſion. Nouiſſim. Roman.* 1823. *lib.* 3. *vol.* 3. *Hieronym. de Laurent. in deciſion. Auenion.* 130. *in fin.*

45 Ob non ſolutionem † penſionis, non eſt locus regreſſui. *Ioan. Paul. Tholom. in deciſion. Nouiſſim. Roman.* 820. *lib.* 3. *vol.* 3.

46 Monaſterijs imponi poſſunt † penſiones non obſtante Concilio Lateranenſi. *Verall. in deciſion.* 177. *in fin. lib.* 1. *per tranſitum Hierony. Gig. de penſionib. q.* 7. *in princ.*

47 Contra ſucceſſorem † in beneficio pro penſione datur penſionario perſonalis actio, ex quo beneficiatus acceptans beneficium, penſione illa grauatum, videtur quaſi contrahere, & ſe obligare illi beneficio impoſita, *vt poſt Guid. Pap. in deciſio. Gratianop.* 576. *num.* 1. *voluit Paul. AEmil. Verall. in deciſion.* 13. *num.* 1. 2. *lib.* 1. *& in deciſion.* 302. *num.* 1. *cum pluribus ſequent. lib.* 2. *Matth. de Afflict. in deciſion.* 95. *per totam. Ioan. Bapt. Ferrett. in conſil.* 388. *num.* 7. 8.

48 Declara ſucceſſorem debere † penſionem ſolue-
49 re, qualiscunque titulus appareat, ob quem † penſio poſita ſit, *vt ſcribit Anton. Auguſtin in deciſion. Nouiſſim. Roman.* 1351. *lib.* 3. *vol.* 3. *Cardinal. Puteus in deciſion.* 189. *lib.* 2. *pulchre Annęus Robertus Rer. iudicatar. lib.* 1. *cap.* 7. *in fin.*

50 Habens mandatum † ad conſentiendum regreſſibus, poteſt cõſentire translationi penſionis. *Paul. AEmil. Verall. in deciſion.* 209. *num.* 3. *lib.* 1. *& in deciſion.* 187. *lib.* 2.

In electione penſionarij eſt ſi velit agere contra prædeceſſorem, aut eius hæredes, vel contra ſuc-
51 ceſſorem † vel poſſeſſorem contra quem ſi egerit, ſucceſſor agere poterit contra hæredes prædeceſſoris. *ex dictis Federic. de Senis. in conſi.* 81. *& in conſi.* 209. *Pulchre Barthol. Bellencin. de Charitatiuo ſubſid. q.* 51. *quem ſequitur in ſpecie Hierony.* Gigas *de penſionib. q.* 39. *quem ſequitur Vincen. de Franch. in deciſion.* 107. *numer.* 15. 16. *Cardinal. Pute. in deciſi.* 189. *lib.* 2. *Hierony. de Laurentijs in decision. Auen.* 130. *num.* 2.

52 Conſtitutio ſecundæ † penſionis non facta mẽtione de prima eſt nulla. *Gulielm. Caſſador. in deciſ.* 3. *& in deciſion.* 4. *titul. de penſionib. Verall. in deciſi.* 312. *numer.* 1. 2. *lib.* 2. *Nicol.* Boer. *in deciſion. Burdeg.* 162. *num.* 1. In qua licet contrarium concludat, attamen in illo caſu fuit conſtituta ſecunda penſio, quia prima fuerat extincta per obitum, *vt patet ibidem. nu.* 3. *incip. pro concluſione. Guliem. Caſſador. in deciſion.* 3. *titul. de penſionib. Ioan. Mohed. in deciſion.* 7. *titul. de renunc. Ferrett. in conſil.* 101. *& in conſil.* 338.

53 Declara ſecus eſſe, † quando in conceſſione ſecũdæ penſionis adeſſet *clauſula præſens, & aliæ penſiones*, tunc enim alio non expectato, ualida eſt ſecunda penſionis conſtitutio. *vt dicit Verall. in deciſion.* 296. *num.* 1. *& ſeq. lib.* 2.

54 Declara ſecus, ſi prima † penſio eſſet nulla, quia de ea mentio fieri non deberet. *Verall. in deciſion.* 301. *lib.* 2.

55 Narratiua penſionis eſt † probanda, ac uerificanda. *Paul. AEmilius Verall. in deciſion.* 292. *nu.* 2. *lib.* 1.

56 Excommunicatus ob non † ſolutionem penſionis,

nis,non absoluitur a iuramento, nisi prius pareat. *Ioan.Paul.Tholomæus in decis.Nouis.Roman.* 788. *lib.3.vol.3.*

57 Ob non solutionem pensionis, non est † locus pœnæ excommunicationis,vel priuationis beneficij,nec regrediendi, vel accedendi,pensionario tacente.*Gulielm.Cassador in decis.3.nu.4.& in decis.4.nu.4.9.titul.de Locat.& conduct.& in decisi.2.in fin.titul.de Pensionib.*

58 Pensionis exactio cõcessa,& reseruata † vbi erit clericus,ante omnia clericatus doceri debet. *Post Gulielm. Cassador. in decision.5. titul. de Rescript. quam allegat & non inueni.Cardin.Paleott.in decis. Nouis.Rom.654.nu.6.lib.3.vol.3.*

59 Pensio extinguitur pensionarij † morte, sicut vsus fructus.*Verall.in decision.303.nu.13.lib. 2.post Ioan.Baptist.Caccialup. de Pension. q. 1. & Hyeronym.Gigas. de Pension. q.1. nu.5. Anastas.Germon. de indultu.§.si uero illa.nu.55.*

60 Quasi possessio † iuris exigendi pensionem ad obtinendum sufficit, *vt dicit Gulielm. Cassador.in decis.10.nu.7.8.titul.de Rescript.Veral. in decision. 161.nu.4.lib. 1.& in decis.223.nu.3.in decisi.317. nu.2.lib.7.*

61 Exceptio extinctionis pensionis † per professionem,quando super ea non fuit iudicatum, non impedit solutionem pensionis, quia requirit altiorem indaginem.*Verall.in decis.321.nu.1.2.lib.1.& in decision.223.nume.2.& in decision.317.num.1. 3.lib.2.Anastas.Germon. de Indultu.§. si vero illa. nu.44.*

62 Pensio, quæ excedat medietatem † fructuum, non constituitur, nisi vsq; ad tertiam, & excessiuitas probanda est a Rectore, *ex Ludouic. Roman. in consil. 369.num.9.Hier. Gigante,de Pensionib. q. 9. per totam.Verall.in decision.328.num.3.lib.1.in decision.299.num. 1.lib.2. ante hos Nicol. Boer. in decis.Burdegal.162.nu.4.Ioan.Papon. Arrestor. Cur. lib.3.titul.5.Arresto.8.Ioan.Baptista Ferret.in consil.199. num. 10.arg.extrauag. Suscepti.§. in illis vero.de Præben. Petr. Rebuff.de Pacific. possessionib. nu.116.* Vbi dicit in Gallia non recipi pensionem vltra tertiam partem, *Ioan. Coras. in Sacerdotior. Paraphras.parte 1.c.4.num.7.* Consueuit autem sic obseruari in practica, ut non constituatur pensio, nisi vsq; ad tertiam partem,*vt dicit Gigas q. 6.nu. 24.& q.9. nu. 2.* & in summa debet remanere tantum,quod rector possit commode, & honeste viuere,vt possit ecclesiæ deseruire,vt notat Abbas.

63 Pensionis literæ sunt validæ, † dato quod in illis non fiat mentio,si pensio sit temporalis,vel perpetua.*Verall.in decis.297.nu.1.lib.2.*

64 Pensio reseruata ex falsa causa, est † nulla. *P. AEmil.Veral.in decis.298.nu.1.lib.2.*

65 Monachus ex dispensatione † potest pensionem obtinere.*Paul. AEmil.Verall.in decis.321.nu.3.li. 1.in decis.223.num.1.in decision.317.num.1.libr. 2.Anastas.Germon.in tract. de indult.§. si vero illa num.44.*

66 Pẽsio reseruata clerico infanti,† fine expressione infantiæ, & absq; dispensatione nulla est, præsertim si in naratiua Papa dicat, vitæ,ac morum honestas,quæ in infanti non considerantur.*Verall.in decis.318.nu. 1.lib.2.*

67 Concessio alicuius pensionis † Ecclesiæ per Prælatum facta alicui laico in recompensam in perpetuum cum consilio Capituli, valida est. *Guido Papæ in decis.Gratianop.179.* vbi si daretur ad tempus non exigeretur consensus Capituli.

68 Valor beneficij probandus est † ab eo,qui beneficij,& pensionis annullationem petit. *arg. eorum quæ scribit Hierony.Gigas de Pensionib.q.19.nu.9. Verall.in decis.329.nu.1.lib.3.*

69 In beneficij impetratione † pensionis mentio facienda non est.*Cappella Tholos.in decis.472.*

70 Declara procedere in † Pensione temporali, secus autem si esset pensio perpetua,quia de illa mentionem fieri oporteret. *Cappell. Tholos. in dicta decis.472. ante eum Rota in Antiq. in decisi. 210.incip.Nota quod pauper.*

71 Pensionis retentio alicui promoto † ad ecclesiã si non adest retentio pensionis,& facultas transferendi, non dicetur concessa retentio, & facultas transferendi.*Verall.in decis.319.nu.1.lib.2.*

72 Regressus reseruatus pensionario † in euentum quod Rector diceret de nullitate pensionis,intelligitur,quatenus pensionarius declaret,vti velle regressu,& in Vita Rectoris.*Gulielm. Cassador.in decis.3.nu.3.4.titul.de locat.quem refert,& sequitur. Verall.in decision.8.nu.1.lib.3.*

73 Declara habere locum regressum † in successore Rectoris quatenus ante, vel post illius obitum impugnet dictam pensionem.*Verall.in dicta decis. 8.num. 2.lib.3.*

74 Regressus etiam pro minima † pensione, ac modica illius parte non annullata,locum habet,illaq; non cassata. *Verall.in decisi.9.nu.2.lib.3.*

Vbi declarat Rotam ex equitate ordinare,quod pensionarij soluant,& caducitatem remittant.

75 Resignatio licet videatur † esse nulla,si resignatarius possidet, excusatur a solutione pensionis. *Ioan.Mohedan.in decis.216.*

76 Ad probandam nullitatẽ † pensionis, remissoria concedi non solet, quando adest commissio, quod sine retardatione solutionis pẽsionis.*Verall. in decis.55.nu.1.lib.3.*

77 Declara, quando materia † est releuans, quia tunc conceditur,sine retardatione solutionis pensionis.*Verall.in dicta decis.55.lib.3.*

78 Minor cum consensu † ordinarij cõstituere potest procuratorem ad consentiendum pensioni. *Verall.in decis.11.nu.5.lib.3.*

79 Pensio ex mente resignantis,† si non sit reseruata, non est nulla, sed venit annullanda. *Cardinal. Pute.in decis.97.nu.5.lib.2.*

80 Pensio extingui non potest † absq; Summi Pontificis auctoritate,*vt voluit Stephan.Gratian.in decis.Marchiæ.158.nu.2.3.8.*

81 Declara procedere, quando † extinctio fieret mediante pecunia,quia alias sine pecunia, cessio,

re-

remiſſio, & extinctio fieri poſſunt, *vt poſt Petr. Andre. Gambar. in tract. de legato. lib. 6. titul. de Penſionibus, numero 619. cum pluribus ſeq. Martin. Nauar. in Summa Confeſſar. cap. 23. numero 111. voluit idem Grattan. in dicta deciſ. 158. nu. 11. 12. 13.*

82 Noncenſetur Papam grauare † beneficium duplici onere penſionis, quando prima penſio non fuit expreſſa. *Verall. in deciſ. 86. nu. 3. lib. 3. vol. 3. in Nouiſſimis Romanis.*

83 Qui habebat penſionem ſuper fructibus † exegit a Rectore ſemper certam pecuniarum quantitatem pro penſione a duobus rectoribus ſucceſſiue, non poteſt variare, & pro penſione exigere fructus, relicta ſolita pecunia, quam recipere ſolebat. *Cardinal. Pute. in deciſ. 193. num. 1. lib. 3.*

84 Facultas transferendi non eſt acceſſoria † ad penſionem, & ideo in ſupplicatione debet exprimi. *Verall. in deciſion. 303. nume. 2. lib. 2. & in deciſion. 99. numero 2. & in deciſ. 100. num. 1. 7. 10. lib. 3. Anaſtaſ. Germon. de indultu. §. ſi vero illa. nu. 52. 53.*

85 Penſio reſeruata motu proprio, abſq; † partium conſenſu æquiparatur vltimæ voluntati, ſi vero de partium conſenſu æquiparatur profanis contractibus, *vt poſt Ludouic. Rom. in conſil. 348. num. 5. in conſil. 369. num. 1. Hierony. Gigant. de Penſionib. q. 58. nu. 4. & q. 99. nu. 10. voluit Cardin. Puteus in deciſ. 193. nu. 2. lib. 3.*

86 Penſio reſeruata ſine conſenſu † habẽtis regreſſum, eſt nulla, ſi reſeruatio eſt in fauorem perſonæ, ſecus vero ſi in eccleſiæ vtilitatem, quæ ſemper manet, & viuit, etiam Rectore mortuo. *pro vt declarando ea, quæ ſcripſit Hierony. Gigas. de Penſionib. q. 79. nu. 5. voluit Cardinal. Pute. in deciſion. 421. num. 7. lib. 1.*

87 Fuit conceſſum priuilegium clericis † Militibus per Leonem Decimum Pontificem, quod vſq; ad quamcunq; Summam poſſent Penſiones transferre, & demum ſuperuenit alterius ſucceſſoris Pontificis priuilegium, per quod dictum eſt, fieri poſſe translationes penſionum vſq; tamen ad Summam ducatorum centum, quinquaginta non obſtante primo Priuilegio, trãslatio fieri poterit vſq; ad ſummam reſtringentem vigore vltimi priuilegij, & nõ vltra. *vt per Cardinal. Pute. in deciſ. 382. num. 1. 2. lib. 2.*

88 Quo ad expreſſionem † mali valoris beneficij, penſio non deducetur, *vt ex opinione Bartholom. Bellencin. de charitatiuo ſubſid. q. 37. voluit Cardin. Puteus in deciſ. 202. num. 1. & ſeq. lib. 3.* Vbi reijcit opinionem Hierony. Gigant. Quia fructus intelliguntur deductis oneribus, & ab omnibus interpretatio onerum fit de oneribus perpetuis nõ de temporalibus, & ſic non computabitur penſio, quæ eſt onus temporale, *vt diximus ſupra hoc eodem titul. num....*

89 Penſionem ex regreſſu nunquam † concedere ſolet ſignatura. *Cardinal. Putus. in deciſion. 97. num. 2. lib. 2.*

90 Penſionarius tenetur proportione † ſibi tangente cõcurrere in ſolutione Decimarum ordinariarũ de iure debitarum. *Ioan. Papon. Arreſtor. Curiæ. lib. 3. titul. 5. Arreſt. 2. & Arreſto. 3.*

91 Amplia hoc procedere etiam † ad decimam, quæ imponi ſoleta Summis Pontificibus tempore neceſſitatis. *Idem Papon. lib. 5. titul. 13. Arreſto. 1. Barthol. Bellencin. de Charitat. ſubſid. q. 37. Caccialup. de Penſionib. q. 17. Hierony. Gigas de Penſion. q. 59. num. 1. 2. 3. & q. 99. num. 1. Petr. Rebuff. de Pacific. poſſeſſ. num. 138. verſic & breui. Andr. Tiraquell. de Primogen. q. 74. nu. 10. plures allegans Ioan. Vincent. de Anna. in ſingul. 385. Franciſc. Cantucc. in deciſ. Nouiſſ. Roman. 161. nu. 3. parte 2. vol. 2. Creſcent. in deciſ. 4. titul. de locat. & conduct.*

92 Amplia ſecundo teneri penſionarium † etiam ad charitatiuum ſubſidium pro concurrenti quãtitate. *Barthol. Bellencin. in dicta q. 37. Hierony. Gigas de Penſ. q. 59.*

93 Amplia tertio etiam teneri † ad impræſtita, quæ fiunt ſuper fructibus, vt in ciuitate Venetiarum, *vt ſcribit Cardinal. Pute. in deciſ. 5. num. 1. 2. lib. 1.* per quam fuit concluſum, quod penſionarius tenere-

94 tur ad impræſtita † impoſita ſuper fructibus Epiſcopatus Vtinenſis, *& iterum in deciſ. 5 in deciſion. 386. lib. 2. Ioan. Pap in dicto lib. 3. titul. 5. Arreſto. 3. & lib. 5. titul. 13. Arreſt. 1. Cardin. Creſcent. in deci. 4. nu. 1. titul. de locat. & cond. Ioan. Mohedan. in deciſion. 4 titul. de loc. & cond. Ioan. Baptiſt. Ferrett.*

95 *in conſil. 199. & in conſil. 321.* Et tanto † quando impræſtita ſunt parua & fructus magni valoris, *vt dicit Card. Creſcent. in dicta deciſ. 4. nu. 6. titul. de locat. & conduct.*

96 Limita, quod ſi quotam † ſuam, ſibi ex fructibus tangentem non habuit, ad onera, contributiones, & gratuita dona, non tenetur. *Gerard. Maynard. in deciſ. Tholoſ. 44. lib. 1.*

97 Qui non poſſidet, & poſſeſſionem habere † non probatur, penſionem ſoluere minime tenetur. *Ioan. Mohedan. in deciſione prima, in deciſion. 30. titul. de Renuncia. Ludouic. Roman. in conſil. 369. numero 30. 31. Marcell. Cardinal. Creſcentius in deciſion. 3. titul. de cauſa poſſ. & propr.*

98 Declara ſecus eſſe ſi in † literis adeſſet clauſula, habita, vel non habita poſſeſſione, quia tunc etiam ſi non poſſideret, penſio eſſet ſoluenda. *Ioan. Mohedan. in deciſion. decima quinta. titul. de Præbend. Decius: in conſil. 312. in fin.*

99 Declara ſecundo, ſi per eum † ſtetiſſet, quin poſſeſſionem aſſecutus fuiſſet. *vt per Cardin. Creſcent. in dicta deciſion. 3. in fin. titul. de cauſa poſſeſſ. & propriet.*

100 Penſio literis tantummodo in proceſſu † fulminato inſertis, & non præſentatis translata, ſortitur effectum, & ſic intelligenda *Rota in Nouis in deciſion. 459. incip. Circa tertium. Cardinal. Puteus in deciſion. 246. numero 1. 2. lib. 3.*

101 Pensio transferri potest in articulo † mortis, data tamen *clausula quod in articulo mortis. Cardinal. Puteus in decis.* 138. *lib.* 1. *& in decis.* 92. *nu.* 1. 2. *lib.* 2.

102 Transactio super beneficio cum † constitutione pensionis, valida est. *Petr. de Benintendis, in decis. Bononiæ.* 49. *nu.* 12.

103 Pensionarius qui exegit † a Prædecessore titulari, dum successor non vult soluere pensionem, dicitur spoliari, & competit ei remediũ *c. Redintegrãda* 3. *q.* 1. *vt voluit Guid. Pap. in decision.* 629. *per totam. quem sequitur Card. Puteus. in decis.* 151. *lib.* 3. *Ioã. Baptista Ferretus. in consil.* 204. *num.* 2. *vol.* 2.

104 Pensio, quæ datur per viam prouisionis, † vt monachus, vel clericus viuere possit, datur medietas in principio, & altera medietas in fine anni. *Petr. Rebuff. ad Gallicas const. tomo* 1. *titulo de senten. prouisionib. in Præfat. nu.* 105.

105 Qui habet actionem aduersus † intrusum, cum tenetur soluere pensionem alicui ob fructus, & intrusus est condemnatus eidem ad fructus, actionis cessione a soluendi onere exoneratur. *Pulchre Cardinal. Pute. in decis.* 11. *per totam lib.* 1.

106 Non agens de regressu ob non † solutam pensionem per prædecessorem, ex ea solutione minime facta, non potest agi de regressu contra successionem. *Cardinal. Puteus in decis.* 341. *lib.* 1.

107 Terminus pensionis † pertinet integer ad translatarium, nec inter ipsum, & hæredes diuidi debet, si transferens antequam venerit dies, decesserit. *Cardinal. Puteus in decis.* 14. *nu.* 1. *lib.* 3.

108 Pensionarium ad residentiam † non teneri ambiguum non est, *vt concludit Stephan. Gratian. in decis Marchiæ.* 158. *nu.* 5. *Lud. Gomez in Regul. de Annal. q.* 31. *Hierony. Gig. de Pension. q.* 31. *Ioan. Coras. in Sacerdoti. Paraphras. c.* 4. *nu.* 2.

109 Pensionarius non tenetur † ad onera consueta, scilicet iura episcopalia, sed tantum ad ea, quæ sunt extraordinaria in ecclesijs, puta pro refectione pontium, impositione decimarum, vt iudicatum dicit Parisijs asseruit *Petr. Rebuff. de Pacifica possess. num.* 138. 139. *vers. & vt breui.*

110 Pensiones duabus ex causis permitti, quarũ † prima, ne nimium dispendium quis patiatur permutãdo, vel resignando. Altera pro bono pacis, *vt dicit Ioan. Papon. Arrestor. Curiæ. lib.* 3. *titul.* 5. *Arresto.* 6. *& Arres.* 7. ex causa licita, & honesta dicit. *Anast as. Germon. de Indultu.* §. *si vero illa. nu.* 47. *Ioan. Coras ius in Sacerdotiorum Paraphras. parte* 1. *c.* 4. *num.* 12. *Quas tamen minus probat Annęus Robertus. Rerum iudicatarum lib.* 1. *c.* 7.

111 Pensio sui natura † non est beneficium ecclesiasticum spirituale, quia etiam laico dari potest. *Guido Pap. in decis. Gratianop.* 179. *Anton. Capici. in decis. Neapol.* 200. *num.* 1. 2. *Hierony. Gig. de pensionib. quæstio.* 1. *quæst.* 21. *num.* 1. *q.* 26. *vbi plene. & quæstion.* 30. *nu.* 3. *Ioan. Coras. in Sacerdotior. Paraphras. parte* 1. *c.* 4. *nu.* 1. *Ioan. Nicol. Gimontius in enchiridio Beneficiorum. titul.* 1. *c.* 10. *nu.* 3. *ante eos Caccialup. de Pensionib. q.* 30.

112 Declara primo, non procedere, quando † pensio daretur in Titulum beneficij, quia tunc pensio beneficium censebitur. *Io. Nicol. Gimonti. in dicto Enchiridio Beneficior. titul.* 1. *cap.* 10. *nu.* 6. *post Paul. de Roma in tract. de Pensionib. quęsito.* 6. *Gigas. q.* 28. *sub num.* 20.

113 Declara secundo, non procedere † vbi in concessione diceretur, & aliud quodcunq; beneficium, quia tunc pensio comprehenderetur, *vt post Felin. in c. postulasti. col.* 10. *vers. Quarta conclusio. de Rescript. uoluit Gigas in dicto tract. de Pensionib. q.* 28. *nu.* 11. *& pluribus seq.*

114 Declara tertio in † lata significatione, & in materia fauorabili pensionem venire appellatione beneficiorum, *vt post Ioan. Crotum in Rubric. de Rescripti. in princ. voluit Gigas. in dicta q.* 28. *nu.* 18.

115 Declara quarto, secus esse, † quando super fructibus beneficiorũ imponeretur collecta, quia tunc etiam pensiones comprehendentur, *vt post Deci. in dicta Rubric. de Rescript. in fin. Gigas in dicta q.* 28. *nu.* 19. 20.

116 Declara quinto, in materia † pœnali, appellatione beneficij venire pensionem, & in odiosis, *vt per Rotam decretum dicit Ludo. Gomez. in Regul. de Annal. q.* 21. *de qua per Marcell. Cardin. Crescentium. in decis.* 14. *nu.* 1. *tit. de sent. & re iudic. Hierony. Gigas de Pensionib. q.* 94. *nu.* 6. 7.

117 Subdeclara supradictam † declarationem procedere quando daretur in titulum beneficij, *vt per Cardinal. Cresce. in dicta decis.* 14. *nu.* 3. *titul. de sent. & re iudic.*

118 Papa cum consensu Abbatis † potest super fructibus Abbatiæ assignare pensionem, quando separatim dari solitum sit tanta quantitas panis, & vini, quia in reliqua quantitate fructuum remanente Abbati disponere potest, *vt fuisse prouisum per Rotam scribit Cardinal. Crescent. in decis.* 3. *nu.* 3. *tit. de locat. & cond.*

119 Successorem non teneri ad solutionem † pensionum per prædecessorem non solutarum tenuit. *Guilelm. Cassador. in decis.* 3. *nu.* 3. 4. *tit. de locat. & conduct. Cardinal. Pute. in deci.* 189. *per totam. lib.* 2. *Cardinal. Crescent. in decis.* 3. *tit. de solutionib. vbi nu.* 7. *dicit*, quod Rota nunquam voluit iudicare, successorem teneri ad solutionem pẽsionis prędecessoris.

120 Contrarium a Senatu Parisiensi decretum † successorem teneri, *scribit eleganter Annæus Robertus Rerum iudicatar. lib.* 1. *c.* 7. *in fin.*

121 Rector potest absque simoniæ vitio † redimere pecunia pensionem positam super fructibus sui beneficij, *vt dicit Francisc. Viuius. in decision.* 50. *nu.* 8.

122 Pensione grauari non potest † beneficium iuris patronatus absq; patroni consensu. *Thanus in decis. Nouissim. Roman.* 2044. *lib.* 3. *lib.* 3. *vol.* 3. *& tango in fra titul. de iure patronatus.*

AR-

ARGVMENTVM.

Commendarum introductio communiter aſcribitur Leoni IV. Pontifici Maximo quandoquidem non deſint, qui Vrbanum VI. alij Bonifacium IX. anteponãt. Conceditur aut in perpetuũ, quod fit a ſolo Papa, aut ex ipſius priuilegio, & cõceſſione a magnis Magiſtris militum Hieroſolymitanorum, & tunc ſunt perfecti tituli Apoſtolici, & ideo perpetuus commendatarius, cum habeatur tanquam verus Prælatus, poteſt eſſe iudex delegatus: aut ad vitam, vel ad certum tempus, & tunc non tribuunt ius commendatario, ſed Ordinarius poteſt illas auferre, & alteri dare, præſertim ſi ab epiſcopo ad ſex menſes conceſſæ ſint. Ad illas quilibet admittitur, etiam ſi habeat tantum quatuordecim annos, quæ ætas ſufficit pro impetranda commenda profitendo ordinem humiliatorum, quo facto poſſunt ſuper reditibus, vel fructibus acquiſitæ commendę tranſigere, & illos vendere, non obſtante quod illa ſit odioſa, & titulus diſpenſatorius Etſi autem noſtro ſæculo ſint irreuocabiles, expirant tamen Commendatarij morte, aut nouo titulo ſuperueniente, aut per renunciationem, nec ille infra annum amittit ius ſi forte ex negligentia poſſeſſionem non ceperit, & cum duo beneficia commendata in ſimul poſſideri nequeant, vnum per aliud excluditur, & conceſſa commenda nunquam ius patronatus conceſſum intelligitur.

SVMMARIVM.

1 *Commendare nihil aliud eſt, niſi deponere.*
2 *Commenda ad vitam dicitur verus canonicus titulus.*
3 *Commendatarii perpetui non differunt a veris titularibus.*
4 *Comendatarii perpetui faciunt fructus ſuos. Declara. num. 5. 6.*
7 *Commendatarius eccleſiæ non dicitur prælatus, ſed habet quandam affinitatem cum prælatura. numero 8.*
9 *Titulo nouo ſuperueniente ceſſat commenda.*
10 *Expectans etiam commenda ceſſante beneficium affectum per commendam capere non poteſt.*
11 *Beneficium commendatum vacat commendatario mortuo.*
12 *Commenda beneficii facta ad tempus commendatario ius non tribuit.*
Quid quando ſit per Papam ad tempus.
13 *Commendam perpetuam ſolus Papa facere poteſt. num. 14. 15.*
14 *Epiſcopus ad ſex menſes tantum facit commendam.*
15 *Magni Magiſtri Militum Hieroſolymitanorum ex Pontificum priuilegio commendas perpetuas faciunt.*
16 *Commendarum inuentores qui fuerint, an Leo Quartus, Vrbanus Sextus, an Bonifacius Nonus. numero 17.*
18 *Beneficia, quorum fructus ducatos ducentos non excedunt, Cardinalibus non dantur in commendam.*
19 *Abbas commendatarius incapax eſt ad obtinenda beneficia.*
20 *Commendatarius, qui facit fructus commendæ ſuos, tenetur valorem verificare.*
21 *Commendatarius in commenda turbatus, aut ſpoliatus, contra commendantem agere non poteſt ſpolio, ac cap. redintegranda. 3. q. 1. Declara. num. 22. 23. 24.*
25 *Beneficia perpetua a Papa commendata per obitum commendatariorum, vel per renunciationem, tanquam vacantia conferuntur.*
26 *Beneficium ſimplex ſæculare per epiſcopum monacho conferre nequit.*
27 *Commenda eſt odioſa, & eſt titulus diſpenſatorius.*
28 *Manente commenda de beneficio commendato non poteſt per alium prouideri, niſi per eum, qui commendauit.*
29 *Loci conſuetudo vbi eſt locatio commendæ ſeruanda eſt.*
30 *Commenda facta vſque ad legitimam ætatem profitendi ordinem humiliatorum, intelligitur de anno decimo quarto.*
31 *Iuris patronatus beneficium commendari non poteſt.*
32 *Prælatus dum ſuo familiari concedit beneficium ſibi commendatum videtur illud illi ceſſiſſe.*
33 *Commendatarius perpetuus ſuper reddatibus ſuæ cõmendæ tranſigere, illosq; vendere poteſt.*
34 *Irreuocabiles ſunt commendę noſtri temporis.*
35 *Si temporalis commenda data ſit, puta ad ſex menſes, ordinarius poteſt illam auferre, & alteri dare.*
36 *Commendatarius, & titularius eccleſiæ rector, nihil differunt, niſi vocis tantum ſono.*
37 *Commenda temporalis facta eccleſiæ contemplatione, de ea in ſequenti prouiſione mentio facienda non eſt, ſecus ſi in commendatarij vtilitatem.*
38 *Commenda in beneficijs perpetuo commendatis execrabilitatem inducit.*
39 *Commendatarius perpetuus, Abbas, & prælatus in his quæ ſunt iuriſdictionis, & adminiſtrationis, minus cenſentur, quam Titularius.*

40 *Commenda posseſſa per decem annos a Prælato promoto ad epiſcopatum, oſtenſo per epiſcopum quod erat in titulum, non potuit retineri, vt ſubreptitia.*

41 *Obtenta commenda de omnibus beneficijs tunc vacantibus, cum diſpenſatione de obtentis, & obtinendis, valida eſt, etiam diſpenſationis literis non expeditis.*

42 *Commenda facta Cardinali ad ſex menſes currunt a die commendæ, non autem poſſeſſionis.*

43 *Commenda, an diſtincta ſit a præbenda, cognoſcere debet auditor.*

44 *Commeda per Papam conceſſa, non facta expreſſione præſumitur perpetua.*

45 *Duo curata beneficia, aut duo incompatibilia, aut duas cathedrales in titulum quis habere non poteſt.*

46 *Duo beneficia commendata dari nequeunt.*

47 *Commenda vigore acceptata a Cardinali, cum in ea habeat perfecte ius quæſitum, non poteſt ſine ſuperioris conſenſu ab eo abdicari.*

48 *Commenda perpetua titulus perfectus Apoſtolicus dici poteſt.*

49 *Commendatarius perpetuus, cum habeatur tamquam verus prælatus, poteſt eſſe iudex delegatus.*

50 *Regula de Idiomate, an locum habeat in commenda, nu.* 51. 52.

53 *Commenda Parochialis paucis diebus ante obitum per indultum reſignari poteſt in perſonam gratam, & benemeritam.*

54 *Commenda per indultum habita cum libera collatione, cui placuerit, & diſpoſitione de fructibus, an ſubiaceat Regulæ de Infirmis.*

55 *Commendatarius ſi infra annum non capit poſſeſſionem commendæ ex negligentia, non amittit ius ſuum. Declara num.* 56.

57 *Commendatarius beneficij, vel monaſterij poſſidens bona commendæ, ſi fiat diſmembratio, ratione præpoſituræ nouiter erectæ, conſeruatur in poſſeſſione, vt prius erat.*

58 *Commenda Papæ inducit reſeruationem, tam vacante beneficio quam etiam ſi datur facultas retinendi beneficium in commendam.*

59 *Eccleſia data in commendam non dicitur vacare.*

TITVLVS XXXI.

De commenda, & commendatarijs.

1 COmmendare nihil aliud eſt, niſi penes † aliquem deponere. *l. commendare.* 186. *ff. de verb. ſignif. l. Lucius. ff. depoſit. c. nemo deinceps. de elect. in* 6. *Fran. Marc. in deciſio. Delphinal.* 970. *num.* 4. *& in deciſi.* 1176. *num.* 1. *vol.* 1. *Cardinal. Pute. in deciſ.* 25. *nu.* 2. *lib.* 1. *Lud. Gomez. in regul. de triennal q.* 5. *col.* 3. *ver. in primis adducebatur. Alfons. Hoieda de Benefi. compatib. & incompatib. parte* 1. *cap.* 14. *nu.* 2. *Iacob. Menoch. de recuper. poſſ. Remed.* 15. *nu.* 39. *Paul. Fuſc. de Viſit. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 1. *Anaſtas. Germon. de Indultu.* §. *Ita quod ſub num.* 15. *Ioan. Breche. in dicta. l. commendare. vbi nonnulla pulchra, & eleganter tradidit Gulielm. Fornerius. Ioan. Coraſ. in ſacerdot. paraphras. parte* 1. *cap.* 6. *num.* 3.

2 Commenda ad vitam dicitur † verus Canonicus titulus, vt factum fuiſſe per Arreſtum ſcribit *Ioan. Gallus. q.* 18. *& q.* 19. *Guido Pap. in deciſ. Gratianop.* 152. *ſub nu.* 1. *dicens. ſic iudicatum fuiſſe. Petr. Rebuff. de pacific. poſſeſſor. num.* 47. *cum pluribus ſeqq. Gulielm. Caſſador. in deciſion.* 2. *num.* 13. *titul. de vnionibus. & in deciſ.* 5. *num.* 9. 15. *titul. de Priuileg. Anton. Capic. in deciſ. Neapol.* 3. *ſub num.* 5. *Cardinal. Puteus in deciſion.* 25. *num.* 4. *lib.* 1. *Paul. Fuſc. de viſitat. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 4. *Franciſc. Marc. in deciſion.* 1109. *num.* 3. *lib.* 1. *& in deciſ.* 399. *num.* 3. *lib.* 2. *Philipp. Probus in quæſtion. Regaliſ a.* 20. *num.* 2. 4. *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 2. *num.* 29. *Anton. Faber. in Codic. Fabrian. lib.* 1. *titul.* 2. *definit.* 10. *vol.* 1. *Martin. Nauar. in Conſil.* 4. *num.* 2. *titul. de filijs preſbyt. lib.* 1. *Ioan. Coras. in Sacerdot. Paraphras. parte* 1. *cap.* 6. *num.* 4.

3 Commendatarij perpetui non differunt † a veris titularibus. *Franciſc. Marcus. in deciſ. Delphin.* 1176. *num.* 9. *& in deciſ.* 1276. *num.* 1. *vol.* 1. *Martin. Nauar. in conſil.* 4. *num.* 2. *titul. de fil. presbyt. lib.* 1. *Ludouic. Roman. in conſil.* 350. *Ioan. Monach. in dicto. c. Nemo. ubi Gemini ac Prob. de ele. in* 6. *Aym. Crauett. in conſil.* 284. *Cardinal. Puteus in deciſio.* 25. *num.* 5. *lib.* 1. *Ioan. Vincent. de Anna in allegat.* 104. *vbi Fabius filius.*

4 Commendatarij perpetui faciunt † fructus ſuos, quia eius virtute non dicitur depoſitarius, vt auctoritate Ludouici Romani *in conſil.* 350. *num.* 8. *voluit Anton. Capic. in deciſ. Neapol.* 3. *num.* 8. 9. *Cardinal. Puteus in deciſi.* 25. *num.* 3. *lib.* 1. dicens, ſecus
5 in commendatario temporali, ſeu † ſimplici, *ex Roman. in dicto conſil.* 350. quo in loco aſſeruit, quod ſi commenda eſt ad vtilitatem eccleſiæ, non facit
6 fructus † ſuos, niſi quo ad victum, ſi vero ad vtilitatem propriam facit fructus ſuos cum oneribus eccleſiæ, vt dicit Gulielmus Caſſadorus *in deciſ.* 32. *num.* 5. *cum pluribus ſeq. titul. de Regul. Cancellar. Anaſtaſ. Germon. de indultu.* §. *ita quod. num.* 17. *Quintilian. Mandos in regula veriſimil. notitia.* 30. *q.* 3. *num.* 4. *Alfonſus Hoieda de benfiec. compatib. & incompat. parte* 14. *ſub num.* 6. *verſi. ſexto facit. & num.* 4. *Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuerſi. lib.* 17. *cap.* 3. *num.* 10. *& cap.* 15. *num.* 35. *cum plurib. ſeq. ante illos Rota in Antiquis in deciſ.* 244. *incip. Nota quod vbi beneficium. & Bernard. Cardinal. Biſguet. in deciſ.* 1. *incip. vtrum per commendam. Cardinal. Puteus in deciſ.* 254. *num.* 3. *lib.* 3. *Fran. Marc. in deciſ.* 1109. *ſub num.* 2. *vol.* 1. *in deciſion.* 399. *nu.* 3. *vol.* 2. *Iacob. Menoch. de Recup. poſſeſſio. Remed.* 15. *num.* 42. *Alexand. Raud. Variar. reſolution. cap.* 72. *num.* 7. *Martin. Nauar. in conſil.* 4. *num.* 2. *titul. de filijs presbyt. lib.* 1.

7 Com-

7 Commendatarius eccleſiæ non † dicitur Prælatus, ſed habet quandam affinitatem cum prælatura, cum habeat ſimplicem adminiſtrationem, *vt dicit Anton. Capic. in deciſion. Neap. 3. Franciſc. Marcus in deciſion.* 1240. *num.* 1. *lib.* 1. *in deciſion.* 399. *nu.* 1. *vol.* 2. *Ioan. Cephal in conſil.* 97. *num.* 15. *vol.* 1. *Paul. Fuſc. de Viſitat. lib.* 2. *cap.* 9. *ſub nu.* 5. *Anaſtaſ. Germoni. de Indultu.* §. *Ita quod. num.* 16. *poſt Angel. in conſil.* 35. *& Cornc. in conſil.* 342. *nu.* 5. *vol.* 1. *habe*

8 *re tantum quandam* † *aſininam detentionẽ dicit Lancellott. Conrad. in Templo omn. iudic. lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 8. *Noniſſime Nicolaus Reuſner. in deciſ.* 1. *nu.* 56. *lib.* 4. *Cardin. Creſcent. in deciſ.* 14. *num.* 3. *de Reſcript. Ioan. Vincent. de Anna in Rep. c.* 1. *nu.* 214. 25. *de uaſſal. decrep. ætat.*

9 Superueniente nouo titulo, ceſſat † commenda, vt ex Ludouico Romano *in conſil.* 350. *num.* 3. *dicit Verall. in deciſ.* 146. *num.* 1. *lib.* 1. *ante ipſum Cardin. Pute. in deciſ.* 206. *lib.* 3.

10 Expectans capere non poteſt † beneficium affectum per commendam, etiam ceſſante commenda. *Ioan. Mohedan. in deciſ.* 129.

11 Beneficium commendatum, mortuo † commendatario vacat, vt prius, non autem per ceſſionem cõmendæ. *Verall. in deciſ.* 144. *num.* 1. *lib.* 1. *Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal.* 1109. *ſub num.* 3. *vol.* 1. *in deciſ.* 399. *num.* 2. *vol.* 2. *& in deciſ.* 401. *num.* 1. *eod. vol.* 2. *Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib.* 1. *titul.* 2. *Definition.* 10. *velum.* 1. *vbi dicit, vacare apud Sedem Apoſtolicam.*

12 Commenda Beneficij data ad tempus † non tribuit ius commendatario, & poteſt quandocunq; reuocari, & tali caſu commenda ipſa per Papam facta ad tempus operatur, quod reſeruatio facta per Papam non expirat, ſecus vero ſi commẽda fieret perpetuo. *Bernard. Card. de Biſgnet. in deciſion.* 1. *incip. Vtrum per commendam. titul. de Præbend. Rota in Antiquis in deciſ.* 244. *incip. Nota quod vbi beneficium.*

13 In perpetuam commendam † ſolus Summus Põtifex poteſt beneficium, & eccleſiam in perpetuam adminiſtrationem concedere, præſertim ſi cum dignitate mitræ, & baculi paſtoralis eſſent eccleſiæ. *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 2. *num.* 29. *Cardinal. Pute. in deciſ.* 158. *num.* 3. *lib.* 1. *Paul. Fuſc. de Viſita. lib.* 2. *c.* 9. *nu.* 6. *Anton. Faber in Codic. Fabr. lib.* 1. *tit.* 2. *Definit.* 9. *nu.* 1. *vol.* 1. *AEneas de Falconi. in tract. Reſeruat. q.* 3. *ſub nu.* 11.

14 Declara temporales tantum † commendas, ſupradictis exceptis concedit epiſcopus ad ſex tantũ menſes. *argum. c. Nemo deinceps. de electio. in* 6. *Ioan. Franciſc. Pauin. de Viſitat. Parte* 2. *q.* 6. *in fin. Cardinal. Puteus in deciſ.* 206. *in princip. lib.* 3. *Franciſc. Marc. in deciſ.* 1240. *in princip. vol.* 1. *Paul. Fuſc. de Viſitat. lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 6. *Michael Timoth. in Praxi viſitand. lib.* 2. *cap.* 15. *Philipp. Prob. in quæſtio. regaliſta.* 19. *num.* 4.

15 Declara etiam non procedere † in beneficijs, & eccleſijs Militum Hieroſolymitanorum, quæ in commẽdam dantur per Magnum Magiſtrum eiuſdem religionis, ſiue ordinis, & hoc ex priuilegio Summorum Pontificum, vt multis comprobat *Ioan. Cephal. in conſil.* 97. *vol.* 1.

16 Cõmendæ inuentorẽ fuiſſe † Leonẽ Quartũ Summũ Pontificẽ ſcripſit Arnulphus Ruzæus *in tract. de Commenda. q.* 1. *quem ſequitur Petr. Rebuf. in Praxi beneficio. titul. de commend. num.* 6. *Alfonſus Hoieda de Benef. Compatib. & in compatib. parte.* 2. *cap.* 4 *nu.* 1. *quo tempore vſu fuiſſe probari videtur in cap. Quiplures.* 21. *q.* 1. *vt dicit Renatus Choppin. de Doman. Franciæ. lib.* 3. *titul.* 18. *articul.* 9. Quamuis lon

17 go poſt ea tempora vſu fuiſſe † Vrbani VI. & Bonifacij IX. meminerit idem Renatus Choppinus Monaſticon, ſiue de Iure cœnobiorum. *lib.* 1. *titul.* 1. *articul.* 14.

18 Cardinalibus commendari nequeunt † beneficia, quorum fructus ducatos ducentos non excedunt, ex decreto Lateranenſis Concilij refert Verallus *in deciſ.* 50. *nu.* 2. *lib.* 2.

19 Abbas commendatarius eſt incapax † & inhabilis ad obtinenda beneficia, *vt poſt Oldrad. in conſil.* 14. *nu.* 4. *Alfonſum Hoiedam de Benefic. Compatib. et incompatib. parte.* 1. *cap.* 6. *nu.* 1. *Voluit Don Garſias Maſtrillus in deciſ. Siciliæ.* 2. *nu.* 6. *Lancellot. Conrad. in Templo Omnium iud. lib.* 2. *cap.* 7. *ſub num.* 7.

20 Commendatarius, qui facit † commendæ fructus ſuos, tenetur verificare valorem, ſecus ſi fructus non ſunt ſui. *Cardinal. Puteus in deciſ.* 254. *nu.* 13. *lib.* 3.

21 Commenda perpetua afficit † beneficium, ita vt illa per mortem commendatarij vacante, diſponere de beneficio non poſſit. *Gulielmus Caſſador. in deciſ.* 5. *nu.* 7. *cũ ſeqq. titul. de Priuileg. & in deciſ.* 32. *nu.* 5. *titul. de Regul. Cãcel. Cardin. Pute. in deciſ.* 158. *nu.* 1. *lib.* 1. *Ioan. Coraſ. in Sacerdotior. Parahpraſ. Parte.* 1. *cap.* 6. *ſub. num.* 11. *Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib.* 1. *titul.* 2. *Definition.* 10. *nu.* 5. *vol.* 1. *Franci. Marc. in deciſ.* 399. *nu.* 4. *vol.* 2.

22 Commendatarius in commenda turbatus † aut ſpoliatus contra commendantem agere non poteſt ſpolio, ac remedio *c. redintegrande.* 3. *q.* 1. *Anton. Capic. in deciſ. Neapol.* 3. *num.* 4. *Cardinal. Pute. in deciſ.* 206. *lib.* 3. *Iacob. Menoch. de recup. poſſeſſ. Remedio. num.* 38. *cum pluribus ſeqq. Rota in Antiquis in deci.* 1 *incip. Primo quod monacho. & in deciſ.* 359. *incip. Nota quod monachus. Anton. Faber in Codic. Fabria. lib.* 1. *titul.* 2. *definit.* 9. *nu.* 2. *& Defin.* 67. *vol.* 1.

23 Limitatur primo ſupradictam † concluſionem procedere, quando ageret cõtra Commendantem, vt tunc pro ſpolio nõ admittatur, ſecus vero ſi cum alio, vt ſupradicti annotarunt præſertim *Cardinal. Puteus in dicta deciſ.* 306. *lib.* 4. *Menoch. de Recup. poſſeſſ. Remed.* 15. *nu.* 39.

24 Limita ſecundo procedere † in commendatario, non autem in perpetuo, ſiue ad uitam, cui dictum remedium competit. *Cardinal. Puteus in dicta deciſ.* 306. *lib.* 3. *Menoch. in dicto Remedio.* 15. *num.* 42. *Idem Cardin. Puteus in deciſ* 158. *nu.* 2. *lib.* 1.

25 Beneficia, perpetua a Papa commendata † per mortem commendatariorum, vel per renunciationem,

nem, tanquam vacantia conferuntur. *Franciſ. Marc. in deciſ. Delphinal. 399. num. 4. vol. 2.*

26 Beneficium ſimplex ſæculare † epiſcopus monacho dare, & conferre non poteſt. *Franciſ. Marc. in deciſ. Delphinal. 1276. nu. 1. vol. 1.*

27 Commenda eſt odioſa, & eſt titulus † diſpenſatorius, quia eſt contra Regulas Iuris communis. *Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 1. tit. 2. Defin. 67. & titul. 3. Definit. 34. num. 1. ante ipſum Guliel. Caſſador. in deciſ. 2. nu. 9. tit. de vnionib. & in deciſ. 13. nu. 5. tit. de Regul. Cancell. Alfonſus Hoieda de Benefic. compat. & incompatib. par. 2. cap. 4. nu. 14.*

28 Manente cõmenda, † de beneficio commendato non poteſt per alium prouideri, niſi per eum, qui commendauit. *Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib. 1. tit. 2. Definition. 9. nu. 3. in allegationib. vol. 1.*

29 In contractu locationis commẽdæ † loci conſuetudo ſeruanda eſt, ne fiat per cõductorem deterior conditio ignorantis locationem. *Ant. Faber in Codice Fabriano lib. 4. tit. 41. Defi. 6. nu. 1. & ſeq. vol. 1.*

30 Commenda facta vſq; † ad legitimam ætatem profitendi ordinem Humiliatorum, intelligitur vſq; ad annum decimum quartum. *Cardinal. Puteus in deciſ. 403. nu. 1 lib. 1. Philippus Probus in quæſtione Regaliſta. 20 nu. 2.*

31 Beneficium iuris patronatus † commendari non poteſt. *Franciſ. Marcus in deciſ. Delphinal. 474. nu. 4. vol. 1. dico infra titul. de iure patronatus.*

32 Prælatus concedens ſuo familiari † beneficium ſibi commendatum, præſumitur commendam ſibi de eo factam, ceſſiſſe. *Cardin in deciſ. Nouiſſim. Roman. 361. nu. 1. lib. 3. vol. 3.*

33 Commendatarius † perpetuus ſuper reditibus ſuæ commendæ, tranſigere poteſt, illoſq; vendere. *Anton. Capicius. in deciſ. Neap. 3. nu. 10.*

Commendæ noſtri temporis ſunt irreuocabiles

34 † *Rota Roman. in deciſ. Nouiſſim. 791. nu. 11. parte 1. vol. 1. Ioan. Coraſ. in Sacerdotior. Paraphraſi parte 4. c. 6. nu. 6.*

35 Temporalis commenda, ſcilicet † ad ſex menſes ſi data ſit, poteſt illam ordinarius auferre, & alteri de ea prouidere, ſed non in perpetua. *Peregrin. Fabius in deciſ. Nouiſſim. Roman. 190. nu. 2. lib. 3. vol. 3.*

Inter commendatarium, & Titularium eccleſiæ

36 Rectorem, in effectu nihil differt, niſi uocis † tantum ſono, præſertim quando eſt perpetuus. *Anton. Faber. in Codic. Fabrian. lib. 1. titul. 3. Defin. 94. nu. 2. vol. 1. Martin. Nauar. in conſil. 4 num. 2. titul. de Fil. presbyter. lib. 1. vol. 1.*

37 Si commenda temporalis † facta eſt eccleſiæ cõtemplatione, tunc in ſequenti prouiſione de illa mentio fieri non debet, quãdo vero cum perceptione fructuum ad commendatarij vtilitatem, quæ vim tituli habet, & tunc ſi de ea mentio non fieret, prouiſio ſubreptitia erit, *vt voluit Cardin. Puteus in deciſ. 272. lib. 2.*

38 Commenda inducit execrabilitatem † in beneficijs perpetuo commendatis, *Cardin. Puteus in deciſ. 333. num. 4. lib. 1. de quo ample tractat Alfonſ. Hoieda de benefic. compatib. & incompatib. parte 1. cap. 14. num. 16.*

39 Commendatarius perpetuus † melius cenſetur verus Abbas, & Prælatus, & maior in his, quæ ſunt iuriſdictionis, ac adminiſtrationis prælaturæ, quam titularius, *Anton. Faber. in Codic. Fabrian. lib. 1. tit. 3. definition. 34. num. 1. in allegat. vol. 1. Martin. Nauar. in conſil. 4. num. 2. titul. de filijs presbyt. lib. 1. volum. 1.*

40 Commenda, quæ erat poſſeſſa † per prælatum promotum ad epiſcopatum per decem annos, vt præſumebatur, demum oſtenſo per epiſcopum, quod erat in titulum, non in commendam, fuit dictum, non potuiſſe retineri, vti ſubreptitia. *Cardin. Puteus in deciſ. 240. num. 2. lib. 3.*

41 Conceſſa commenda de omnibus † beneficijs, tunc vacantibus, cum diſpenſatione retinendi cum obtentis, & obtinendis, valida eſt, etiam literis diſpenſationis non expeditis, non obſtante Regula, quod nulli diſpenſatio ſuffragetur literis non confectis, *vt per Guliel. Caſſador. in deciſion. 35. titul. de Regul. Cancellar. Quam ſequuti Domini de Rota apud Cardinal. Puteum in deciſion. 254. numer. 1. lib. 2.*

42 Commenda facta Cardinali † ad ſex menſes, hi currunt a die factæ commendæ, non a die adeptæ poſſeſſionis, ſi nihil ſit expreſſum. *Cardinal. Puteus in deciſ. 407. num. 3. lib. 1.*

43 Commenda, an ſit diſtincta † a præbenda, vel non, cognoſcere debet Auditor, ut pateat, an in commendæ impetratione, meminiſſe debuiſſet etiã præbendæ. *Rota in Nouis in deciſ. 449. incip. Quidam habens. in fin. quam ſequitur Cardin. Puteus in deciſ. 405. num 2. lib. 1.*

44 Quando conceditur commenda † per Papam, nulla facta expreſſione ſi ſit perpetua, uel temporalis, præſumi debet perpetua, vt in quadam cauſa Salamantina de Palatios Rubios coram D. Marcello epiſcopo Marſicano, die 26. Iunij. 1538 reſolutum fuiſſe teſtatur *Lud. Gomez. in Regul. de Public. reſignat. q. 4. prope finem. Quintilian Mandos. in Regul. de Veriſimil. q. 5. num. 4. & Alfonſ. Hoieda de Benefic. compatib. & incompatibil. parte 1. cap. 14. num. 9.*

45 Quemadmodum duo curata † beneficia, vel duo in compatibilia, aut duas Cathedrales eccleſias in titulum quis habere non poteſt. *c. cum in cunctis. §. cum vero. c. ſicut de exceſſ. prælat. c. de multa. de præben. Extrauag. execrabilis. §. Qui vero de præben. in*

46 *communibus.* Eodem modo nec † dari perpetuo poſſunt duo beneficia commendata, ut decreuit Concilium Tridentinum *ſeſſi. 7. de Reformat. c. 2. Nemo. & c. Quicunque. 4. & iterum ſeſſion. 24. cap. 17. cum eccleſiaſticus. & ante concilium voluit Ludouic. Gomez. in Regul. de Triennal. q. 5. per totam. Martin. Nauar. in Summa Confeſſar. cap. 25. num. 127. 129. Alfonſus Hoieda de benefic. compatib. & in compatib. parte 1. cap. 14. num. 13. cum pluribus ſeq. & plenius parte 2. cap. 4. per totum. Paul. Fuſc. de viſitat. lib. 2. cap. 9. num. 10. 11. Michael. Timotheus. in Praxi Viſitandi. lib. 2. cap. 11.*

47 Com-

47 Commenda acceptata vigore gratiæ a † Cardinali, cum in ea habeat ius quæsitum perfecte, non potest a se abdicari sine superioris consensu. *Cardinal. Palleott. in decision. Nouissim. Roman.* 422. *nu.* 7. *lib.* 3. *vol.* 3.

48 Perpetua commenda dici potest titulus † perfectus Apostolicus. *Ioan. Paulus. Tholomæus in decis. Nouissim. Roman.* 765. *nu.* 5. *lib.* 3. *vol.* 3. *Ioan. Coras. in Sacerdotior. Paraphras. parte* 1. *cap.* 6. *num.* 7. *Philipp. Prob. in quæstion. Regalista.* 20. *num.* 2.

49 Commendatarius perpetuus, † vt verus Abbas, & Prælatus reputatur, & ideo iudex delegatus esse potest, *iuxta formam. c. Statutum. de Rescript. in* 6. *quod post Philipp. Probum ad Ioan. Monach. in c. Nemo deinceps. num.* 20. *de præben. in* 6. *voluit Nicol. Boer. in decision. Burdegal.* 271. *sub num.* 3. *Andr. Barbat. in consil.* 2. *vol.* 2. *Barthol. de Cassan. in consuetud. rub. des Iustices.* §. 4. *in verb. Pourla Razon. num.* 20. *& in rub. des succensions des Bastardes.* §. 5. *in Consilio ibi posito. sub num.* 58. *vers. mihi tamen. Quintilian. Mandosi. in Regul. Cancellar. de Impetr. benefic. per obit. famil. Cardin. q.* 7. *numer.* 8. *Hoieda de Benefic. compatib. & incompatib. parte.* 1. *cap.* 14 *sub num.* 6. *vers. oct auo facit. Anton. Capic. in decision.* 3 *num.* 9. *in fin. Ioan. Coras. in Sacerdotiorum Paraphras. parte* 1. *cap.* 6. *num.* 8.

50 Regula de Idiomate non habet locum † in commenda. *Marcell. Cardinal. Crescent. in decision.* 13. *titul. de præben. cuius meminit. Ludo. Gomez in regul. de Idiomate. q.* 5.

51 Contrarium ex Gulielmo Cassadoro † dicit per Rotã fuisse decisum *idem Gomez in Regul. de Idiomate. q.* 5. *in princip.* Et hanc opinionem ipse sequitur, & comprobauit, ex multis argumentis, super quo dubio, cum ancipites sint Doctores, ego tenerem primam opinionem, quam dicerem procedere in commendatario temporali, qui non reputatur beneficiarius, alias tenerem hanc opinionem in cõmendatario perpetuo, quo casu negari non potest

52 illum † censeri pastorem, & prælatum. *Sed Iacobus Cardinal. Simonett. in decision.* 59. *siue.* 98. *dicit Rotam semper tenuisse primam opinionem.*

53 Commenda parochialis per indultum ante † obitum paucis diebus resignari potest in personam benemeritam, & gratam, vt in indulto, subiacetq; Regulæ de infirmis, cum non pro temporali, sed pro perpetua ipsa commenda habeatur. *Peregrin. Fabius in decision. Nouissim. Roman.* 80. *num.* 1. *lib.* 3. *vol.* 3. *& in decision.* 138. *num.* 1. *lib.* 2. *vol.* 3.

54 Commenda per indultum habita † cum libera collatione, cui placuerit, & dispositione de fructibus, ac si in titulum obtinuisset, subiacet Regulæ de Infirmis, & eius cessio valida est in commodum cessionarij *post Ludo. Gomez in regul. de infirmis. resignantib. q.* 13. *Peregrin. Fabius in decision. Nouissim.* 80. *num.* 2. *lib.* 3. *vol.* 3. *Idem Peregrin. Fabius in decision. Nouissim.* 138. *num.* 1. 3. *lib.* 2. *vol.* 3.

55 Commendatarius si infra annum † non capit possessionem commendæ, ex negligentia, non amittit ius suum. *Ioan. Paul. Tholomæus in decisio. Nouiss. Rom.* 827. *num.* 1. *lib.* 3. *vol.* 3.

56 Declara secus esse, si procederet † monitio, aut termini præfixio, *vt Innoc. & alijs. in c. extirpandæ. §. quia vero. de Præbend. voluit Tholomæus in dicta decision.* 827. *lib.* 3. *vol.* 3.

57 Commendatarius possidens bona † beneficij, vel monasterij, cuius est commendatarius, si fiat dismembratio ratione præposituræ nouiter erectæ, conseruatur in possessione, vt prius erat. *Peregrin. Fabius in decision. Nouissim. Roman.* 222. *num.* 1. *& seqq. lib.* 2. *vol.* 3. *& in decision.* 257. *numer.* 4. *lib.* 3. *vol.* 3.

58 Commenda Papæ inducit reseruationem † non tantum, quando est beneficio vacante, sed etiam quando Papa dat alicui facultatem retinendi beneficium in commendam. *Cardinal. Crescent. in decision.* 4. *in decision.* 6. *titul. di præbend. Iacob. Cardin. Simonett. q.* 59. *de Reseruat. Cardin. Puteus. in decis.* 158. *lib.* 1.

59 Ecclesia data in commendam non † dicitur vacare, *vt dicit Guido Pap. in decision. Gratianop.* 152. *num.* 2.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus ex fundatione, dotatione, dotis augmentatione, constructione ecclesiæ, ædificatione hospitalis, cum episcopi consensu, assignatione domus, & ex priuilegio in reseruatione Papæ acquiritur, quod ab eo probandum erit, qui in illo fundamentum intentionis suæ ponit. Sed ista in collegiata, vel conuentuali ecclesia non procedunt. De illo Summus Pontifex, cuius dispensatio prælaturis Regis Catholici Hispaniarũ, ac regalibus regis Gallię, & collationi laicorum ad laicos spectante, non nocet, eiusque derogatio specialem mẽtionem de iure patronatus Magnatum, ac Regum continere debet, pariterque Nuncius Apostolicus prouidet. Sed Abbas, & collegium cum consensu Capituli illud conferunt. Idem ius conferendi obtinet sequester, & quando ex fundo dotali dependet, vir & vxor si sunt concordes, simul præsentant, in discordia præualet vxor, similiter procurator, ratificãte domino, si non constet de mandato, quod vsufructuario ademptum est, sicut etiam filius viuente patre cõpatroni nomen non meretur, quo iure pariter violentus

lentus, & malæ fidei possessor caret. Pupillus ratione ætatis quandoque cum, quandoque sine auctoritate tutoris, vel curatoris præsentare potest. Ad hoc quilibet admittitur, nisi quod sacerdos non sacerdoti præferatur, deinde pauperis sẽper ratio habeatur, insuper defuncti hæredes, qui non repudiarunt hæreditatem nec non ceteri descendẽtes, quorum appellatione venit etiam masculus ex linea feminina oriundus, & denique quilibet idoneus reputatur, licet idoneior reperiatur. Laici ex mero potius gratia, quam iure communi obtinent ius patronatus, quod in generali dispositione exẽptum censetur, vnde neque commendari, neque pensione grauari sine patroni consensu poterit. Excommunicatus, & religiosus claustralis sunt inhabiles, & patronus lite pẽdẽte pręsentare, uariare & cumulare prohibitus est, sicut etiã seipsum neque per se, neq; per procuratorẽ ab ipso constitutum, præsentare poterit. In huius constitutione semper consensus episcopi requiritur, & ex præscriptione temporis immemorialis, & continuata pręsentatione, atque vsurpatione possessio illius stabilitur, licet per annos quadraginta inter patronos laicos pręscribatur. Si præsentatio fit a clerico, & ecclesia, infra tempus semestre fieri debet, sed si a laico infra quadrimestre, semper a die vacationis, & non scientiæ currere incipiens, quo elapso collatio ab episcopo interim facta tenet, spreto autem patrono facta non tenet. Probatur ius patronatus per literas ordinarij, sed in antiquis publica vox, & fama, scripturaq; in marmore, vel muro insculpta sufficiunt, nec testes de vniuersitate pro iure patronatus ipsius vniuersitatis idonei sunt. Titulus ad præsentandum minime requiritur, si quis sit in bona fide quasi possessionis iuris præsentandi. Amittitur, & deuoluitur ad superiorem ius patronatus non facta intra legitima tempora præsentatione, vel propter minus idoneum præsentatum, vel per renunciationem, vel publicatione omniũ bonorum ob delictum commissum, non autem per donationem omnium bonorũ alicui factam. In confraternitatibus licet sint quidam clerici, attamen ius patronatus laicale permanet, & in ijs quæ sunt meræ facultatis non consistit.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus fundatione, & dotatione quæritur.*
2 *Ius patronatus ad laicos iure communi non spectat, sed ex gratia.*
3 *Donatio facta laico iuris patronatus sine episcopi consensu, an valeat? num. 4. 5. 6. 7.*
8 *Ius patronatus esse ex fundatione, & dotatione, ab eo, qui in illa se fundat, probandum est.*
9 *Cur in erigendo iure patronatus consensus episcopi exigatur. num. 10. 11.*
12 *Constituens beneficium cum auctoritate, & consensu episcopi, acquirit ius patronatus.*
13 *Ius patronatus præsumitur ex fundatione, & dotatione. num. 14. 15. 16.*
17 *Ius patronatus dominorum, & vniuersitatum requirit pæscriptionem immemorabilem, & continuatas præsentationes.*
18 *Iuri patronatus Magnatum per Pontificis rescriptum derogari potest. Declara. num. 19.*
20 *Ius patronatus parochianorum præsumitur ex vsurpatione.*
21 *Ius patronatus vniuersitatis non probatur ex testibus eiusdem vniuersitatis.*
22 *Generalis dispositio non comprehendit ius patronatus laicorum.*
23 *Constructione ecclesiæ ius patronatus acquiritur, & assignata domo ecclesia constructa dicitur.*
24 *Ius patronatus ex priuilegio, venit in reseruatione Papæ.*
25 *Cappellæ, quæ fundantur a laicis in eorum fundis, & dotantur sine Diœcesani auctoritate, an sint beneficia ecclesiastica, & a laicis absque ordinarij consensu conferuntur.*
26 *Dum Papa derogare vult iuri patronatus specialem debet facere mentionem de Regibus ius patronatus habentibus.*
27 *Habens in ciuitate, castro, vel villa ecclesiam iuris patronatus, quomodo possit, & quando præsentare.*
28 *Laicus in ecclesia parochiali, & curata præsentans religiosum claustralem, nihil facit. Declara. nu. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35.*
36 *Permutatio facta per ordinarium de beneficio spectante ad patronum laicum eo contempto, non est nulla, sed venit annullanda. Declara. num. 37. 49.*
38 *Clericus, & ecclesia semestre tempus habent ad præsentandum Rectorem in ecclesia iuris patronatus.*
39 *Laicus quadrimestre tempus habet ad præsentandum in iure patronatus. num. 40.*
41 *Patronus si nominauerit Rectorem intra tempus idoneum, & habilem, licet amplius non insteterit, & supe-*

& superior illum non instituerit, tamen illi sufficiet.

42 *Idoneum præsentari sufficit, licet potuisset præsentare idoneiorem. nu.* 43.

44 *Collatio, & institutio in iure patronatus contempto patrono, inualida est. Declara. nu.* 45. 49.

46 *Collatio facta ab ordinario pendente termino ad præsentandum est subreptitia.*

47 *Collatio facta spreto patrono intra tempus præsentãdi si postmodum non præsentet, vel præsentet inhabilem, valida erit. nu.* 48.

49 *Collatio facta contempto patrono, & si a nonnullis valida iudicetur, venit tamen annullanda. Declara. nu.* 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57.

58 *Ius patronatus ecclesiasticum turè hæreditario trãsfertur ad hæredes, non tamen ad illos, qui hæreditatem repudiant. Declara plene. num.* 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66.

67 *Ius patronatus fundatum, vt admittantur descendentes, admittit masculum ex femina prouenientem.*

68 *Patroni successores, & si simul non præsentent, præsentatio erit valida.*

69 *Patrono tempus præsentandi currit a die vacationis, non a die scientiæ ipsius patroni. Declara. num.* 70.

71 *Patronus si non præsentat intra terminum a iure statutum, collatio interim ab episcopo facta, tenet.*

72 *Præsentatus in iure patronatus a patrono, debet probare se intra terminum a iure statutum præsentatum fuisse, si ab aduersario negaretur.*

73 *Prælato, & ordinario ius instituendi, seu confirmandi currit a tempore, quo scire debuit, ac potuit, cum debeat suam Diœcesim visitare.*

74 *Præsentatus, & institutus in iure patronatus, non tenetur exprimere quod habet alia beneficia.*

75 *Patronus potest præsentare ad beneficium, quod vacat de iure, licet non vacet de facto.*

76 *Præsentatus per patronum in iure patronatus, ab ordinario nõ admissus, potest in manibus patroni post sex menses renunciare. Declara. nu.* 77. 78. 79.

77 *Præsentatus non habet ius in re, sed ad rem.*

78 *Præsentatus potest renunciare in manibus patroni, vel cuiuscunq; Notarij.*

79 *Patrono non imputatur, quod post sex menses præsentatus renunciet, quin possit iterum præsentare.*

80 *Præsentatus dicere potest non adesse alios de familia, & a contrario probandum est contrarium.*

81 *Officiali episcopi patronum ecclesiasticum compellit, post præsentationem ad dandam congruam portionem vicario, & ex officio, & parte instante.*

82 *Ex pluribus patronis si vnus non præsentet, sed alteri præsentanti non contradixit, consensisse videtur.*

83 *Ad probandam quasi possessionem iuris præsentandi quot, & quæ requirantur. nu.* 84.

85 *Si minus idoneus, vel indignus præsentatur deuolui tur ius patronatus ad immediatum superiorem.*

86 *Impetratio iuris patronatus facta ab eo qui dixit ecclesiam ædificaturũ, cum esset ædificata, subrepti tia est.*

87 *Præsentatus a ueris patronis præfertur præsentato a patronis putatiuis, licet pluribus.*

88 *Patronus in iure patronatus modum, ac formam cũ episcopi consensu apponere potest.*

89 *Præsentati per patronum instituũtur per Vicarium, etiam sine speciali mandato.*

90 *In iure patronatus probandus est titulus, aut tempus immemorabile. nu.* 91.

91 *Ius patronatus cum allegatione tituli per tempus, cuius non est memoria hominum in contrarium probari, & præscribi potest. Declara. nu.* 92. 93. 94.

95 *Anni quadraginta ad præscribendum ius patronatus inter patronos laicos sufficiunt.*

96 *Enunciatio Vicarij dicentis se habere congruam portionem, & facultatem consentiendi in iure patronatus sufficit, præsertim in antiquis triginta, quadraginta, vel centum annorum.*

97 *Quando ius patronatu per negligentiam patronorũ amittatur, & quando acquiratur, ius quale sit ordinario illud conferendi.*

98 *Literis ordinarij creditur, & illis probatur ius patronatus.*

99 *Ius patronatus in Antiquis probatur per publicam vocem, & famam. nu.* 100.

101 *Agens ad beneficium patrimoniale, debet probare se filium patrimonialem.*

102 *Instituti in beneficio confessioni, dicentis beneficiũ spectare tali contra ipsum confitentem, creditur.*

103 *Narratiua Vicarij dicentis factam fuisse præsentationem, præcedente edicto, & aliis solennitatibus non probat.*

104 *Ius patronatus alicuius probatur ex literis in marmore, vel muro sculptis.*

105 *In venditione territorij, in quo est ius patronatus, de illo in venditione mentio fieri non debet.*

106 *Beguinarum ius patronatus ecclesiasticũ dicitur, non temporale.*

107 *Institutio in iure patronatus per ordinarium facta illo non citato qui facto edicto se opposuit, nulla est.*

108 *Ius præsentandi non probatur ex eo, quod quis receperit subsidiũ aliquod ab aliquo tanquam patrono.*

109 *Ius patronatus commendari non potest.*

110 *Pensione grauari non potest ius patronatus absq; patroni consensu.*

111 *Nuncij Apostolici prouisio de iure patronatus, cum non constat de præsentatione, vel reclamatione valet, si non habeat excepta beneficia iuris patronatus.*

112 *Collatio iuris patronatus patrono consentiente valida est.*

113 *Ius patronatus an legari possit sine episcopi consensu. num.* 114. 115.

116 *Patronus laicus in præsentando potest variare, clericus non. Declara. nu.* 117.

118 *Ius præsentandi nulli competit, antequam vacet. Declara. nu.* 119. 120. 121.

122 *Beneficia ad collationem laici spectantia si conferat exequutor Apostolicus, nõ acquiritur episcopo, ad quem spectabat collatio, nec deperditur patrono possessio.*

123 *Præsentatio, siue collatio spectans ad Abbatem, & collegium, est tutior si fiat cum consensu Capituli.*

124 *Vt præsentatus admittatur, an sufficiat quod patronus sit in quasi possessione iuris præsentandi.*

125 *Episcopi consensus expressus in iure patronatus exigitur. Declara. nu.* 126.

127 *An maritus in fundo dotali iure patronatus existente præsentet rectorem. Declara nu.* 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134.

128 *Vxor, an vir admittatur ad præsententandum Rectorem iuris patronatus existentis in fundo dotali. nu.* 129. 130. 131. 132. 133. 134.

135 *Tenentes bona in sequestrum præsentare possunt nomine illorum, quibus competit ius præsentãdi. Declara. nu.* 136. 137. 138. 139.

140 *Præsentatio cum sit fructus iuris patronatus, patrono tolli non potest.*

141 *Bona iuris patronatus alienata per cappellanos, sine legitima causa, & sine patronorum consensu, per eosdem patronos reuocantur.*

142 *Ex præsentatis habentibus pares voces, licet locus sit gratificationi, datur tamen magis idoneo. Declara. nu.* 143.

144 *Permutatio iuris patronatus, q̃ Papæ dictã nõ fuit saltẽ tacite non cõsentiẽtibus patronis, nulla est.*

145 *Regressus reseruatus in permutatione beneficij iuris patronatus ignorante patrono, nullus est, secus si sciente tacite, vel expresse.*

146 *In donatione omnium bonorum iurium & actionũ, non venit ius patronatus. Declara. nu.* 147.

148 *Ecclesia diruta, ex reædificatione ædificanti cum ordinarij consensu, ius patronatus probabitur.*

149 *Præsentatio admissa cum clausula, si & in quantum valet.*

150 *Cappellaniæ, quæ ædificantur in ecclesia spectante ad præsentationem Abbatis, spectabũt ad eiusdem Abbatis præsentationem.*

151 *Consuetudo, quod laicus cognoscat de iure patronatus, an valeat. Declara. nu.* 152.

153 *Præsentatus, a pupillo, an ab eius tutore præferatur nu.* 154. 155. 156.

157 *Si testator in testamento cappellam ordinet, dotet, & cui reseruat ius patronatus, dicit qui statim præsentet, an & qualis terminus currat.*

158 *Secundus præsentatus a Patrono clerico, postq; primo præsentatus in manu patroni renunciauit, si ab episcopo institutus fuerit, præfertur post modum alteri prouiso ab episcopo, ac alteri expectanti Apostoiico.*

159 *Ob negligentiam patroni, si episcopus Cappellaniam a testatore ordinatam conferat, pœnę adiectæ per testatorem fundatorem, locus non erit, quin dicatur beneficium ecclesiasticum.*

160 *Ius patronatus ecclesiæ habentis conuentum non quæritur fundatione, & dotatione.*

161 *Præsentati a duobus. si contendant, vnus cum altero, vt remoueantur, si moriuntur, possunt præsentantes litem illorum prosequi.*

162 *Ex temporis lapsu in iure patronatus episcopi consensus præsumitur.*

163 *Præsentato, & instituto, intentato possessorio, pro eius colore sufficit si institutio deducatur, licet præsentatio non probetur.*

164 *Fundans ius patronatus tenetur illud dotare, & dos data est acceptanda.*

165 *Patronus in termino tenetur præsentare, & nominare Rectorem coram superiore.*

166 *Ius patronatus relictum cõfraternitatibus, quamuis habeat aliquos clericos, dicitur Laicale.*

167 *Quando declaratur ius patronatus spectare ad aliquem, episcopi consensus non exigitur.*

168 *Ius patronatus spectans ad parochianos, vt ad singulos, non spectabit vox singulariter, sed collectiue ita vt omnes vnam vocem habeant.*

169 *Episcopus ecclesiæ Monasterio datæ ad monachorum præsentationem cum Capituli consensu Rectorem constituat, institutus, nõ temporalis, sed perpetuus Vicarius erit.*

170 *Violentus & malæfidei, præsentant, sed detecta violentia, & mala fide, præsentatio, & electio cassabuntur.*

171 *Compromissum iuris patronatus, an in Arbitros, & arbitratores compromittatur. Declara. numero* 172. 173.

174 *Patronus clericus excommunicatus, an possit præsentare. nu.* 175.

176 *Excommunicato præsentandi tempus non currit.*

177 *Excommunicatus in beneficio, & iure patronatus est ineligibilis, & inhabilis. Declara. nu.* 178. 179.

180 *Extrauagans execrabilis, & illius pœnæ in patrono laico locum non habent. Declara. nu.* 181.

182 *Patronus non potest augere numerum Monialium, præfixum tempore erectionis monasterij, & patronatus.*

183 *Quasi possessio Iuris conferendi attenditur & interim præsentationes factæ, validæ sunt, licet re vera proprietas ad alium pertineat.*

184 *Ex augumentatione dotis non acquiritur ius patronatus. Declara. nu.* 185.

186 *Papa conferens beneficium spectans ad patroni præsentationem, ista qualitas probanda est.*

187 *Forma Cappellæ siue oratorij inuito Domino, etiam si episcopus consentiat, mutari non potest.*

188 *Clausula in iure patronatus, quo habeatur de vera fundatione, & dotatione, operatur, quod non venit in reseruatione Pontificis.*

189 *Volens sibi ius patronatus acquirere ecclesiam reputare tenetur.*

190 *Cappellæ constructio per Patronum, siue testatorem relicta in aliquo loco, si inordinato, fieri non potest, in alio fiet.*

191 *Pactum, quod diruta ecclesia, & corruente dos reuertatur ad construentem, inualidum est. Declara. nu.* 192.

193 *Ius patronatus de vno loco ad alium cum ordinarij voluntate transferri potest.*

194 *Dotari nõ dicitur ecclesia, dum eius nemora ad culturam reducuntur.*

195 *Ius patronatus cõstitutus per Pontificẽ, vt cõstituat redditus tot ducatorũ, illo ne constituto, euanescit.*

196 *Interpretatio fit contra patronum habentem ius patronatus, ex priuilegio.*

197 *Institutio, expræsentatione facta pendente appellatione, ac illius possessio, dicitur nulla, & attentata. Declara. num.* 198.199.200.201.

202 *Nominatio in iure patronatus permissa patri, multo magis dicitur permissa filio.*

203 *Beneficia iure patronatus animarum curam habentia, digni, atque idoneis dari debent.*

204 *Præsentatus ab existente in quasi possessione iuris præsentandi, præfertur præsentato a vero patrono. Declara. nu.* 205.

206 *Dotatio, donatio, & ius presentandi per famam probantur.*

207 *Si patronus non est in quasi possessione iuris præsentandi, collatio facta per Papam valet.*

208 *Ius patronatus, quod allegatur in prouisione beneficij, non sufficit, nisi probetur.*

209 *Patronus compatronum præsentare potest.*

210 *Præsentatione non acquiritur quasi possessio, nisi subsequatur institutio. Declara. num.* 211.

211 *Quasi possessio præsentandi per duas præsentationes duabus uicibus factas acquiritur.*

212 *Collatio ordinarij existentis in quasi possessione iuris conferendi, præfertur præsentatio ab illo, qui non est in quasi possessione iuris præsentandi.*

213 *Ius patronatus veniens ex fundatione, & dotatione, non venit in reseruatione.*

214 *Concilij Tridentini locus declaratur.*

215 *Patronus per procuratorem, non potest seipsum præsentare.*

216 *Vnica præsentatio constituit præsentantem in quasi possessione iuris præsentandi. Declara. nu.* 217.

218 *Præsentato religioso approbato per suum Abbatem ad curam animarum coram episcopo, illius examinatio per episcopum facienda non est.*

219 *Si nominandus in iure patronatus debet studuisse per aliquod tempus statutum, post tempus nominationis, etiam ante vacationem beneficij, nominatio non valet.*

220 *Collatio, & præsentatio facta per patronum, vbi alius antea collationem habuit a procuratore eiusdem, succumbit.*

221 *Fundans hospitale cum consensu episcopi habet ius patronatus in illo.*

222 *Ius patronatus laici transiens in clericum, an fiat ecclesiasticum? Declara nu.* 223.224.225.226.

227 *Iuri patronatui absq; Patroni consensu derogari non potest. nu.* 228.

229 *Iuri patronatui mere laicali Papa derogare solet, mixto vero non.*

230 *Publicatis bonis ob delictum, an intelligatur publicatum ius patronatum Declara. num.* 231.232. 233.234.235.236.237.238.

239 *Ius patronatus non transit ad vsufructuarium & ideo vsufructuarius ius præsetnandi non habet. nu.* 240.241.242.

243 *Terminus quatuor, vel sex mensium datus ad præsentandum, an possit ab ordinario prorogari? Declara num.* 244.245.246.

247 *Ius patronatus in ecclesia collegiata acquiri non potest.*

248 *Ius patronatus, an præsumatur, ex fundatione. Declara. nu.* 249.

250 *Beneficia laicorum ex fundatione, & dotatione non comprehenduntur in beneficijs reseruatis Summi Pontificis vacantibus.*

251 *Ius patronatus relictum ecclesiæ Rectori, & incolis, siue Parochianis, pro medietate rectori, pro altera parochianis debetur.*

252 *Pœna nominati, qui præsentatione, & institutione, non expectata, capit possessionem, celebrat Missam, benedicit aquam, aspergit sepulturam fundatoris.*

253 *Obtinenti a Papa ius patronatus sufficit narrare qualitates, & conditiones a fundatore relictas. Declara nu.* 254.

255 *Ius patronatus fundatum a beneficiato qui habebat bona patrimonialia non presumitur fundatum ex bonis ecclesiasticis.*

256 *Patronus lite pendente præsentare, ac variare, vel cumutare prohibetur.*

257 *Institutionis iuris patronatus forma quæsit. Declara. nu.* 258.

259 *Præsentatus, qui aliquid erogare, vel soluere promiserit, etiam ad ecclesiæ vtilitatem, est simoniacus.*

260 *Pauper in iure patronatus præsentatus, si habet alia requisita, præfertur.*

261 *Papa derogare non solet iuri patronatus erecti ex fundatione, & dotatione.*

262 *Habens auctoritatem ædificandi ecclesiam, habet etiam concedendo ius patronatus.*

263 *Cui conceditur a Papa priuilegium præsentandi eius vita durante tributum dicitur ius patronatus.*

264 *Presentatus a maiori parte patronorum præfertur præsentato a minori. Declara. nu.* 265.

266 *Patronus vsum fructum beneficij iuris patronatus sua vita durante si est fundator reseruare solet. Declara. num.* 267.

268 *Hæres si est grauatus a testatore fundare ecclesiam si cogeretur a iudice fundare, amittit ius patronatus, in ea nisi ex voluntate fundaret.*

269 *Laici patroni variare poterunt in præsentando, & si iurauerint non reuocare, quia poterunt alterum cumulatiue præsentare. Declara. nume.* 270. 271.

272 *Auditor Rotæ potest præsentatum instituere.*

273 *Derogatio iuri patronatus laicorum facta non intelligitur, nisi sit expressa. Quid si adest clausula Non obstantibus, & ordinationibus Apostolicis. & nu.* 274.

275 *Qui est in bona fide quasi possessionis iuris præsentandi, ille potest presentare, nec requiritur titulus.*

276 *Dominus potest ratificare præsentationem factam a procuratore, de cuius mandato non constat.*

277 *Publicus concubinarius in iure patronatus præsentari non potest.*

278 *De iure præsentandi sicut de iure patronatus mentio est in prouisione facienda.*

279 *Collatio ordinarij facta ex causa permutationis, non mentionato, iure patronatus, patronorum vltimum statum non tollit.*

280 *Gratia non faciens mentionem de iure patronatus laicorum subreptitia est.*

281 *Institutio iuris patronatus, non præpositis edictis, nulla est.*

282 *Filius viuente patre non dicitur compatronus.*

283 *Iuris patronatus ex priuilegio in gratia Apostolica, mentio facienda non est.*

284 *Institutio verbum generale est, comprehendens collationem institutionem, electionem, & quamcunque aliam dispositionem.*

285 *Si testator ordinauerit terminum intra quem fieret præsentatio, orta lite, quid fieri possit?*

286 *In conuentuali ecclesia Ius patronatus habere non licet absq; Summi Pontificis priuilegio.*

287 *Præsentatio est loco electionis, institutio loco confirmationis.*

288 *Iuris patronatus derogatio, quatenus in totum litigiosum existeret, intelligitur de quacunque lite cum quacunq; persona.*

289 *Narratiua iuris patronatus est pars gratiæ, & debet per Impetrantem verificari.*

290 *Patronus est sub iurisdictione illius episcopi, sub quo situm est beneficium.*

291 *Confessio episcopi beneficium esse de iure patronatus ecclesiæ, vel successori non præiudicat, quando sumus in quæstis.*

292 *Dispensatio Papæ in præiudicium collationis laicorum, & ad laicos spectantis, non nocet.*

293 *Dispensatio Papæ præiudicium non facit regalibus regis Galliæ.*

294 *Dispensatio Summi Pontificis non præiudicat Prælaturis Regis Catholici Hispaniarum.*

295 *Collationes, & reseruationes, an admittantur in beneficijs Hispaniarum ad Regem Catholicum spectantibus.*

296 *Vt nullitas pensionis super iure patronatus reseruatæ inducatur, probari debet ex fundatione, & dotatione, non prescriptione procedere.*

297 *Amittitur ius patronatus, si dum vacat, non fit intra legitima tempora præsentatio.*

298 *Sacerdos præsentatus in iure patronatus, præfertur non sacerdoti.*

299 *Quasi possessionem iuris præsentandi habent, qui pro seipsis sententiam habent, & rem iudicatam.*

300 *Præsentatio ad ius patronatus esse non potest temporalis, aut cum potestate reuocandi, nisi a principio tempore fundationis fuerit eo modo concessa.*

301 *Confessio vicarij dicentis conferre ad præsentationem talis, dummodo sit patronus, alteri non præiudicat, nisi verificetur.*

302 *Ex constructione ecclesiæ ius patronatus acquiritur, & constructa dicitur ecclesia assignato loco, siue fundo.*

303 *Conditio apposita in iure patronatus cum consensu episcopi, valet.*

304 *Possessio vel quasi iuris patronatus non quæritur in his, quæ sunt meræ facultatis.*

305 *Ius patrouatus sæculare, non confertur regulari.*

306 *Præsentatus ad ius patronatus coram episcopo, alias examinatus non debet iterum examini se subijcere.*

307 *Ius patronatus laicum non mutatur in ecclesiasticum, eo quod sit in præsentatione quæsitum consilium prioris, vel Guardiani minorum.*

308 *Patronus, nec per se, nec per procuratorem ab ipso constitutum potest se ipsum in iure patronatus præsentare.*

309 *Ius patronatus, quando beneficiorum appellatione contineatur?*

310 *Presentatus in iure patronatus præsens, an absens esse debeat. Declara. num. 311. 312.*

313 *Ordinarius conferens ius patronatus, censetur conferre sub conditione, si patrono placuerit.*

314 *Quasi possessio iuris patronatus cum bonafide, & absque titulo, sufficiunt, vt immittatur in possessionem illius.*

315 *Vnio facta de iure patronatus sine consensu omniũ patronorum, nulla est.*

316 *Vnio iuris patronatus clerici fieri potest per Papam cum possit illi derogare. Declara. num. 317.*

318 *Vnio beneficij iuris patronatus facta per legatum de latere sine patronorum consensu, & in vnione ordinario non vocato, nulla est.*

319 *Successori fundatoris venienti, monachi ecclesiæ occurrunt honoris gratia.*

320 *Patroni laici præsentatio in iure patronatus simoniaca, nulla est.*

321 *Hæreditate patroni mortui diuisa, ius patronatus existens in fundo feudali vacans per decretum in eo præsentatus a fundi domino admissus, seclusis alijs a coheredibus præsentatis.*

TITVLVS XXXII.

De iure patronatus, & iure præsentandi.

1 IVs patronatus † ex fundatione, & dotatione quæritur. *arg. cap. piæ mentis. c. Frigentius. c. monasterium. 16. q. 7. AEgid. Bellemer. in decis. 717. Francisc. Marc. in decis. 275. in decis. 1009. nu. 6. in decis. 1135. nu. 1. vol. 1. Paul. AEmil. Verall. in decis. 133. nu. 1. lib. 2. Francisc. Cantucc. in decis. Nouiss. Roman. 85. nu. 3. in decis. 167. nu. 4. parte 2. vol. 2. Cardinal. Paleott. in decis. Nouiss. Rom. 388. nu. 1. lib. 3. vol. 3. Desiderius Guido inter decis. Hierony. Triuisan. Venet. in decis. 55. nu. 12. lib. 2. Abb. Panor. in consil. 54. vol. 1. in consil. 106. volum. 2. Francisc. Duaren. de Sacris eccles. minister. lib. 5. cap. 4. Michael Timoth. de Instit. Visitand. libr. 1. cap. 14. Paul. Fuscus de visitat. lib. 2. cap. 10. sub. num. 4. Daniel Venatorius in Analysi Iuris Pontific. lib. 3. titul. 38. Nouissime per Concilium Triden. sessio. 14. de refor. cap. 12. Nemo. & sessio. 25. de reforma. cap. 9. sicuti legitima. Ego plene dixi in consi. 14. nu. 1. in consil. 25. nu. 1. centur. 1. in consil. 23. nu. 1. centur. 2.*

2 Ius patronatus ad laicos † de iure communi non ſpectat, niſi ex mera gratia, & diſpenſatione. *Rota in Antiquis in deciſ. 556. incip. Vtrum præſentatus. & in Nouis in deci. 404. incip. fuit dubitatum. infin. AEgid. Bellemer. in deciſ. 751. ſub nu. 3. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin. 275. nu. 2. in deciſ. 1135. nu. 3. vol. 1. Verall. in deciſ. 230. nu. 2. lib. 1. Deſiderius Guido in deciſ. Venet. Triuiſan. 51. nu. 9. lib. 2. Blanchett. in deciſ. Nouiſſim. Roman. 421. in fin. parte 1. vol. 1. ego di xi de compromiſſi. §. 2. gloſſ. 1. nu. 188. Paul. Montan. de iure Tutelar. cap. 5. ſub nu. 54.*

3 Donatio iuris patronatus facta † laico ſine epiſcopi conſenſu nulla eſt. *Rota in Antiquis. in deciſion. 873. incip. quidam laicus. Verall. in Deciſ. 144. nu. 4. lib. 2. Rota in Nouiſ. in deciſ. 404. incip. fuit dubitatum. Franciſc. Marc. in deciſ. 473. num. 2. in deciſion. 1138. vol. 1. Verall. in deciſion. 282. nu. 1. in deciſion. 287. vol. 1. & in deciſ. 144. num. 2. lib. 1. Cotta in deciſion. Nouiſſim. Roman. 265. nu. 3. parte 2. vol. 2. dixi de comprom. §. gloſ. 1. num. 19.*

4 Declara tamen, quod ſi conſenſus † ſuperuenit poſt donationem laico factam, vel poſt donatoris mortem, donatio valida erit, & præſentatus a donatario præfertur præſentato ab hæredibus donatoris. *eadem Rota in deciſion. 873. incip. quidam laicus. Verall in deciſ. 144. nu. 4. lib. 2.*

5 Declara inſuper, quod etiam ſi donatio † fieret per compatronum filio alterius compatroni, patre adhuc viuente, ſimiliter neceſſarius eſt ordinarij conſenſus, alias non valet. *Verall. in deciſi. 130. num. 4. & in deciſ. 363. nu. 2. lib. 2.*

6 Declara tertio, quod ſi laicus alteri laico † ius patronatus donaret, legatus de latere generalem poteſtatem habens, confirmare poterit, & loco conſenſus ordinarij erit. *Verall. in deciſ. 144. nu. 1. lib. 2.*

7 Declara quarto, poſſe fieri † donationem iuris patronatus compatrono abſque ordinarii conſenſu. *Verall. in deciſ. 130. nu. 1. 2. licet ſub dubio lib. 2. & in deciſ. 284. nu. 1. 2. lib 1.*

8 Ius patronatus eſſe ex fundatione, & † dotatione probandum eſt, ab eo, qui in ipſis ſe fundat, poſſet enim ex priuilegio eſſe, *vt ex AEgid. Bellemer. in deciſ. 450. Ioanne Mohedano in deciſ. 57. voluit Cardinal. Paleott. in deciſion. Nouiſſim. Rom. 519. num. 3. lib. 3. vol. 3.*

9 Cõſenſus epiſcopi, ſiue ordinarij, ideo † in iure patronatus conceſſione requiritur, vt videat loci idonei erectionem, ac eccleſiæ erigendæ, inſpiciat quantitatem dotis, & diſponat modum regendæ, & gubernandæ eccleſiæ, *vt ex Calderin. in conſil. vltimo. verſ. & ratio. titul. de iure patronat.* fauore etiam eccleſiæ, ne contingat inchoari, & non finiri, ac con

10 ſummari uideat poſtmodum non † ſufficienter dotari, *vt per Abb. Panor. in Conſil. 89. nu. 2. vol. 2.* Vel potius, quia iſta ſpiritualia a laicis propria authori-

11 tate † tractari nequeant, *vt per eundem Panorm. in conſil. 59. ſub nu. 3. vol. 2. Roch. de Curt. de iure patr. in verb. Pro eo, quod de Diœceſani conſenſu. q. 3. nu. 7. quas rationes refert, & ſequitur Franciſ. Cantuccius in deciſ. Nouiſſi. Rom. 99. nu. 5. 6. 7. Parte. vol. 2.*

12 Conſtruens beneficium cum authoritate † & conſenſu epiſcopi, acquirit ius patronatus, etiam ſi illud ſibi non reſeruauerit. *Rota in Antiquis in deciſ. 255. incip. Nota, quod licet. Cardinal. Puteus in deciſ. 379. ſub nu. 7. lib. 2. Franciſ. Cantucc. in deciſ. Nouiſſim. Roman. 167. nu. 4. parte 2. vol. 2.*

13 Ius patronatus præſummitur † ex fundatione. *Gulielm. Caſſador. in deciſ. Vltima. titu. de iure patr. & in deciſ. 4. tit. de Prob. Ioan. Mohedanus in deciſi. Nouiſſim. Roman. 5. lib. 2. vol. 3. & ſimiliter inter Nouiſſimas Cardin. Pute. in deciſ. 28. lib. 1. vol. 3. duplicata in deciſ. 64. lib. 2. vol. 3.*

14 Amplia etiam ſi diceretur † forſan, ex fundatione & dotatione. *Idem Cardin. Puteus in dicta deciſ. 64. lib. 2. vol. 3. Sequitur Nouiſſime Ioan. Paul. Tholomeus in deciſ. Nouiſſim. Roman. 842. lib. 3. vol. 3.*

15 Declara ſecus in magnis † dominis, quia tunc præſumeretur ex vſurpatione. *vt dicit Ioan. Mohedan. in dicta deciſi. Nouiſſi. 5. lib. 2. vol. 3. Ioan. Paul. in dicta deci. 842. lib. 3. vol. 3. Card. Paleot. in deciſi. 532. lib. 3. vol. 3. Anton. Auguſtin. in dicta deciſ. Nouiſſ. Roman. 1273. lib. 3. vol. 3. Cardin. Pute. in deciſ. 52. nu. 2. in deciſ. 59. nu. 1. lib. 1. Verall. in deciſ. 128. nu. 1. lib. 2. Aluar. Vallaſc. in Conſultat. ſiue deciſion. 163. ſub nu. 13.*

16 Declara, quod ſi Dominus ſit † patronatus loci, in quo ſitum eſt ius patronatus, non præſumitur ex fundatione, vel dotatione, ſed potius ex priuilegio, *vt voluit Chriſtophor. Robuſter. in deciſ. Nouiſſi. Rom. 409. nu. 1. parte 1. vol. 1.*

Ius patronatus Dominorum, vel vniuerſitatum

17 † requirit præſcriptionem immemorabilem, & cõtinuatas præſentationes. *Cardinal. Pute. in deciſio. 140. lib. 1. Chriſtophor. Robuſter. in deciſi. Nouiſſim. Rom. 409. nu. 2. parte 1. vol. 1.*

18 Iuri patronatus Magnatũ † per reſcriptum Pontificis derogari poteſt. *Anton. Auguſt. in deciſ. Nouiſſ. Rom. 1273. & in deciſ. 1307. lib. 3. vol. 3.*

19 Declara Papam poſſe † derogare iuri patronatus ad euitandas lites. *Ioan. Vine. de Anna in allegat. 109. nu. 6. dicam infra.*

Ius patronatus parochianorum præſumitur ex

20 † vſurpatione. *Cardinalis Put. in deciſ. 57. nu. 1. lib. 1. Borgnin. Caualcan. in deciſ. Fiuiza. 17. ſiue. 63. nu. 7. parte 2.*

21 Ius patronatus vniuerſitatis, non probatur † ex teſtibus eiuſdem vniuerſitatis dicentibus, quod ita ſemper a ſenioribus audierunt, *vt dicit Veral. in deciſ. 134. nu. 1. lib. 2.*

22 Generalis diſpoſitio † non comprehendit ius patronatus laicorum proueniens ex fundatione, & dotatione. *Cardinal. Puteus in deciſ. 308. num. 2. lib. 3.*

23 Ex conſtructione eccleſiæ ius patronatus † acquiritur, & eccleſia conſtructa dicitur, aſſignata domo vel fundo. *Paul. AEmil. Veral. in deciſ. 133. num. 1. lib. 2.*

24 Ius patronatus ex priuilegio, venit † in reſeruatione Papæ. *Cardinal. Paleott. in deciſ. Nouiſſim. Roman. 519. lib. 3. vol. 3. Lancellot. in deciſ. Nouiſſ. Roman.*

man.304.num.1.3.parte 2.vol.2.

25 Cappellę,quę fundantur a laicis † in eorum fundis, & possessionibus, & dotantur sine Diœcesani authoritate, nō sunt beneficia ecclesiastica, & ideo ab ipsis laicis conferri possunt, absq; præsentatione,vel institutione ordinarij. *Guid. Pap. in decis. Gratianop.187.nu.1.2.*

26 Dum Papa derogat iuri patronatus,† debet fieri specialis mentio de Regibus,in iure patronatus ad eos spectante,*vt ex Felin.in tract.at. Quando liter. Apostolic.col.5 versic.amplia octauo.voluit Cardin. Crescent.in decis.8.num.1.titul. de iure patr. And. Barbat.in consil.23.col.5.vol.1.Cæsar Lanbert.de iure patr.lib.2.parte.3.q.9.Articul.11.*

27 Ciuitatem,Castrum,aut villam † possidens, ratione cuius ius præsentandi competit in ecclesia ibi,valet alibi situata,licet antea nunquam præsentauerit, non obstante iudiciali lite mota dum tamen non sit contestata, poterit præsentare. *Rota in Nouis.in decis.141.incip.possessor bonæ fidei. Quia ius patronatus cum Castro accessorie venit Francis. Marc.in decis. Delphin.145.nu.2.vol.1.*

28 Laicus præsentans in iure patronatus † ecclesiæ parochialis curatæ religiosum claustralem professum nihil facit,cum indignum præsentauerit,ob quod iure præsentandi pro illa vice priuatur. *Rota in Nouis. in decis. 262. incip. in religioso. optime,& plene Thomas Falstoli causa. 36. dubitation 65. incip.vacante quadam ecclesia.Guid.Pap.in decis.374. num.8. AEgid.Bellemer. in decis. 750.incip. Patronus,Francisc.Marc.in decis.Delphin.476.num.18. vol.1.Petr.Rebuff.in concor.Franc. titul. de coll.§.si quis vero.in verb.Disposuerit. vers.& dicitur etiam nolle.fol.mihi,320.Verall.in decis.62.num.2.in decis.291.num.1.lib.2.in decis.67.num.2.lib.3.Cardin.Crescent.in decision.11.titul.de iure patr.*

29 Amplia procedere in omni patrono † præsentāte quemlibet indignum,*ut dicit Rota in Nouis in dicta decis. 262. incip.in religioso. & omnes alij supra allegati. Card. Crescen. in decis.11.tit.de iure patr.*

30 Declara primo,pro illa vice † tantum modo priuari iure præsentandi, vt dicunt supradicti, & præsertim.*Francisc. Marc.in dicta decision.Delphinal. 476.num.20.& in decis. 1155.vol. 1. Verall.in decision.291.li.2.Cardinal.Crescen.in decis.11.titul. de iure patr.*

31 Declara secundo, quia si indigni † præsentatio nulla est,poterit clericus intra sex menses,laicus intra quatuor variare, & alium idoneum præsentare. *Francisc.Marc.in decis.479.num. 20.in decis.481.*

32 *nu.13.vol.1.* Viua ratione, quia non † præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. *cap. non præstat.de regul. iur.in 6. vt in specie uoluit Gloß.in c.fin.in verb. ex ui.de iure patron.Cardin.in ele.1.9.co. tit.& optime Dominic.de Sanct. Gemin.in c.si electio.sub num.6.de elect.in 6.*

33 Declara tertio,non priuari iure † præsentandi,si præsentatio indigni fuerit facta per procuratorem, non autem per Patronum, dum tamen Patronus non fecisset mandatum speciale ad præsentandum illum,qui est indignus, *vt optime loquitur. Franciſc.Marc.in dicta decis.481.nu.13.vol.1.*

34 Declara quarto, quod si fuerit † præsentatus monachus claustralis,& illum instituerit superior,siue episcopus, & accesserit consensus Abbatis, siue alterius sui superioris claustralis, quod non priuatur patronus iure præsentandi,*vt concludit AEgid. Bellemer.in decis.750.*

35 Declara quinto,quod si † patronus clericus præsentauerit indignum, priuatur ipso iure potestate præsentandi, quia præsentatio clerici patroni vim habet electionis. *Ioan. And.in c. cum autem.in fin. extra de iure patr.*

Sed in electione eligens priuatur ipso iure. *c. cum in cunctis.in fi.de elect.& voluit in specie.Guid. Pap.in decision.374.num.8.Petr. Gregor.Syntagmat. iuris.vniuers.lib.17.c.4.nu.13.*

36 Permutatio facta per ordinarium † de beneficio spectante ad patronum laicum eo contempto,licet non sit nulla,venit tamen annullanda. *Rota in Nouis.in decis.307.incip.permutatio.Guid. Pap.in decis.Gratianop.374.nu.1.AEgid. Bellemer. in decis. 177.nu.2.Franc.Marcus in decis.Deplhinal.1126. per totam.vol.1.*

37 Declara tamen procedere, dum † tamen patronus agat pro contemptu intra tempus, intra quod, de iure poterat præsentare. *Eadem Rota in Nouis,in dicta decis.307.Guido Pap. in dicta decis. 374.num.1. AEgid.Bellemer.in decis.177.num.2.in decis.179.in decis.181.num.1. & in decis. 751. sub nu. 11.Ioan.Papon.Arrestor.li.3.titul.9.Arresto.3.plene Cappell.Tholos.vbi Aufrer.in decis.107.*

38 Clericus, & ecclesia, semestre † tempus habent ad præsentandum rectorem in ecclesia, vel iure patronatus, vt cōfusim prius traditum *in c. quoniam. in c.si vero.in c.eam te.in c.cum propter.extra.de iure patron.* Postmodum clarius aperuit Bonifacius Octauus.*in c.Vnico.de iure patr.in 6. Bernard. Cardinal.de Bisgnet.in decis.3.incip.A quo.titul. de iure patr.Martin. Mesuart. in epitome legum Pontifical. lib.3.titul.38.§.Quid si dissidet.Daniel.Venatorius. in Analysi iuris Pontificij.lib.3.tit. 38. Ioan. Nicol. Gimontius in Enchirid.Benefic.tit.de collation.cap. 3.nu.38.cum pluribus seqq. Ioan.Coras.in Sacerdot. Paraphras.parte 4.cap.6 nu.9.Franciſc.Duaren. de sacris eccles.minister.lib.5.c.4.Petr. Gregor.Syntagmat.Iuris Vniuers.lib.17.cap.4.nu.11.*

39 Laico autem datur quadrimestre † tempus ad præsentandum in iure patronatus,*dicto.c.vnico.de iure patron.in 6.* Infra quod tempus si nō præsentauerit,sed in negligentia fuerit, non a tempore notitiæ,sed a tempore vltimæ diei quadrimestris, infra

40 semestre † episcopus poterit prouidere,& illud cō ferre. *Rota in Nouis. in decis.263. incip.si propter negligentiam Cardinal.de Bisgneto.in decis.7. titul. de præben. AEgid. Bellem.in decis. 107. in decis. 212. Franciſc.Duaren.de sacris ecclesiæ minister. lib.5.c. 4.Petr.Gregor.Syntagmat.iuris vniuers.lib. 17. cap. 4.num. 14.Franciſc.Cantucc.in decis. Nouissim. Roman.109.num.1.12.parte 2.vol.2.*

41 Si patronus intra debitum tempus † nominando idoneum, & habilem coram ſuperiori præſentauerit, ſufficiet, & ſi amplius poſtmodum non inſteterit, & nominatus non fuerit admiſſus, vel inſtitutus. *Rota in Nouis. in deciſion. 212. incip. ſecundum omnes.*

42 De idoneo, & habili ſufficit † in iure patronatus fieri præſentationem, licet potuiſſet fieri de habiliori, & magis idoneo. *Franciſc. Cantucc. in deciſio. Nouiſſ. Roman. 16. num. 6. parte 2. vol. 2.*

43 Declara autem ſupradictam † concluſionem procedere in foro fori, non autem in foro conſcientiæ. *Cantuccius in dicta deciſion. 16. num. 9. parte 2. vol. 2.*

44 Collatio, ſiue inſtitutio in iure † patronatus facta contempto patrono inualida eſt. *Franciſ. Marc. in deciſ. Delphin. 475. num. 19. vol. 1. Verall. in deciſ. 133. nu. 1. 2. lib. 1. & dicam infra poſt pauca.*

45 Declara procedere eo intra † legitima tempora inſtante, ſi autem nõ inſtaret collatio, vel inſtitutio valeret. *Franciſc. Marc. in dicta deciſ. 475. num. 4. vol. 1. Verall. in deciſ. 133. num. 2. lib. 1. Anton. Auguſtin. in deciſ. Nouiſſim. Roman. 1482. lib. 3. vol. 3.*

46 Collatio facta ab ordinario † pendente termino dato patronis ad præſentandum eſt ſubreptitia. *Verall. in deciſ. 189. num. 3. vol. 3.*

47 Collatio facta ſpreto patrono † intra tempus, intra quod præſentare poterat, ſi poſtmodum præſentet inhabilem, vel non præſentet, valida erit, vt in Curia Pariſienſi concluſum fuiſſe dicit. *Petr. Rebuff. in tract at. Nominationum. q. 17. num. 31.* Secus vero ſi intra tempus habilem, & idoneum præſen-

48 tauerit. † *Idem Rebuff. in concor. Franciæ. titul. de collat. §. ſi quis vero. in verb. diſpoſuerit. verſ. Et dicitur etiam nolle. fol. mihi 320.*

Collatio, & inſtitutio, *vt pluries dictum eſt*, facta

49 † contempto, vel non conſentiente patrono, & ſi a nonnullis valida iudicetur, venit tamen annullanda. *Rota in Nouis in deciſ. 307. incip. permutatio. Deci. in conſil. 117. Gulielm. Caſſador. in deciſ. 2. nu. 4. de locat. & conduct. Franciſc. Marc. in deciſion. 494. num. 3. in deciſ. 1142. num. 2. vol. 1. Cardinal. Pariſ. in conſil. 143. vol. 4.*

50 Amplia primo, vt dicta † concluſio procedat etiam in Papa, vt non poſſit ſpreto patrono, ius patronatus conferre, etiam motu proprio. *AEgid. Bellem. in deciſ. 745. num. 1. Gulielm. Caſſador. in deci. 4. num. 3. titul. de probat. vbi allegat Rotam in Antiq. in deciſ. 71. quam inuenire non potui. Idem Caſſador. in deciſ. 3. num. 1. titul. vt lit. pendent. Guid. Pap. in deciſ. 374. num. 4.*

Sublimita hanc ampliationem, poſſe Papam

51 † conferre inconſulto patrono eccleſiaſtico, etiam non facta tunc expreſſa derogatione. *Gulielm. Caſſad. in deciſ. 4. in fin. titul. de probat.*

Amplia dictam ſublimitationem, poſſe papam

52 † conferre ius patronatus ſpectans ad laicum, & clericum, quia maius dignum trahit ab ſe minus dignum. *Rota in Antiq. in deciſ. 266. incip. Nota quod Papa. Cardinal. Puteus. in deciſ. 157. num. 3. lib. 1.*

53 Amplia ſecundo principaliter, & legatum † de latere poſſe conferre ius patronatus ſpreto patrono. *Guid. Pap. in deciſ. Gratianop. 374.*

54 Intellige ſupradictã ampliationẽ in † iure patronatus eccleſiaſtico, non autem laico. *Nicol. Bertrandi inter Conſil. Boerij. in conſil. 33. num. 8.*

55 Limita primam concluſionem † valere collationem iuris patronatus, ſpreto, & contempto patrono, quotieſcunque Patroni conſenſus ſuperuenit. *Guido Pap. in dicta deciſ. 374. ex Rota in Nouis, in dicta alleg. deciſ. 307. Franciſc. Marc. in deciſion. 475. num. 2. Ioan. Mohedan. in deciſ. 268. & in deciſ. 326. ante eos Rota in Antiq. in deciſion. 527. incip. Nota Patronus.*

56 Limita ſecundo, validam † eſſe collationem iuris patronatus, patrono ſpreto, ſi intra legitima tempora, ſcilicet clericus intra ſemeſtre laicus vero intra quadrimeſtre tẽpus tacuiſſet, nec reclamaſſet. *Franciſc. in dicta deciſ. 494. num. 4. Cardinal. Pute. in deciſ. 412. lib. 1. Idem Pute. in deciſ. 181. num. 2. lib. 3.*

57 Declarationes alias feci † de Regis Catholici præſtantia, *cap. 52. num. 3. vſque ad fin.*

58 Ius patronatus eccleſiaſticum iure † hæreditario transfertur ad hæredes, non tamen ad illos, qui hæreditatem repudiant. *Franciſ. Marc. in deci. Delphinal. 1137. vol. 1. Curtius Iun. in conſil. 87. numero 6.*

59 Declara requiri tamen † apprehenſionem, nec ſine illa tranſire ad hæredes, *vt dicit Verall. in deciſ. 135. num. 1. in deciſ. 420. num. 1. lib. 2. ex Calderin. in conſil. 12. titul. de iure patr.*

60 Limita declarationem iſtam † tranſire poſſeſſionem iuris patronatus in hęredes dictante ſtatuto, quod tranſeat recta uia, quia habebit etiam locum in iure patronatus. *Verall. in deciſio. 211. num. 1. lib. 3.*

61 Declara ſecundo ad omnes † hæredes pertinere ex quo ius patronatus diuidi non poteſt. *Franciſc. Marc in deciſ. Delphin. 145. & in deciſ. 1139. vol. 1.*

62 Declara tertio venire etiam † in fideicommiſsarium vniuerſalem, *vt voluit Guido Papæ in deciſion. Gratianopol. 507. & Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 1136. vol. 1.*

63 Sed contrarium tenuerunt, quod in † fideicommiſsarium nullo modo transferatur ius patronatus, quam in primis tenuit *Bartol in l. quia perinde. §. reſtituta. ff. ad Senatuſconſ. Trebellian. vbi etiam Paul. de Caſtro. numero 3. 4. vbi etiam Alexan. voluit, Ioan. de Imol. in l. ſi patroni. vbi Alexan. num. 16. vbi dicit hanc eſſe commun. opin. ff. eod. titul. Deci. in l. precibus. num. 22. C. de Impub. & alijs ſubſtit. & in l. venia. num. 2. C. de in ius voc. Caſtren. in dicta l. precibus. numero 19. Alexan. numero 16. Iaſon. numero 17. Curt. Iun. numero 72. Rocch. de Curte. in tract. de iure patron. in Verb. ipſe, vel is. q. 9. Paul. de Cittadin. in tract. eiuſdem titul. parte. 9. numero 33. Auguſtin. Bero. in cap. 1. numero. 15. de iure patr. Cæſar Lambertin. de iure patr. lib. 1. parte 2. q. 11. Articul. 35. numero 2. Gulielm. Benedict. in*

Rep.

Rep. cap. Raynutius. in verb. ſi abſque liberis moreretur. el 2. in tract. ſubſtit. compendios. numero 24. de teſtam. Emanuel a Coſta. in Rep. cap. ſi pater. parte 2. in verb. Trebellianica. nume. 4. eodem titul. in 6. Didac. Couarr. in cap. Raynutius. §. 9. numero 7. & variar. reſolut. lib. 2. cap. 19. numero. 8. Anton. Padill. in Rub. C. de fideicom. num. 25. Ioan. Baptiſta Ferrett. in conſil. 134. numero 8. Andr. Tiraquell. in tract. le mort ſaiſit le vif. parte. 2. Declaration. 10. numero 8. Ioan. Botta in conſil. 3. num. 32. poſt Barthol. Humad. Gregor. Lopez. & Mieres in locis allegatis. Tenet Hierony. Cæuallos Pract. commun. contra commun. q. 717. numero 3. Ioan. Baptiſta Aſinius in l. vel quæ pater familias. §. ſed in vtroque numero 1. cum pluribus ſeq. ff. de Religios. & ſumptib. fun. M. Anton. Peregrin. de fideicommiſ. articul. 6. num. 37. Gaſp. Caball. Milleloq. 145. nume. 1. remiſſiue Petr. Cened. Collect. iuris canonici. 5. numero 4. parte 2.

64 Contra vero hanc opinionem † deberi ius patronatus etiam fideicommiſſario vniuerſali, tenuit Ioannes Coraſius pro vt illum refert idem Aſinius *in dicto. §. ſed in vtroque numero 5. & iſtam opinionem tuetur Ludouic. de Molina. de Hiſpanor. Primogen. lib. 1. cap. 24. ſub numero 6. verſ. contrariam tamen.* Vbi multis medijs reſpondet ad fundamenta
65 contrariæ opinionis quæ mihi adeo † ſatisfaciunt, ita, vt in puncto iuris, quando mihi optio daretur, huic ego me ſubſcriberem. Sed tamen negari non poteſt, quin ſupradicta contraria opinio ſit communi fere omnium calculo recepta, capiat, qui hæc leget, quam volet, maxime quia ſecundum hanc opinionem Romæ prouiſum tenet *Phanuc. de Phanuc. de inuentar. parte 6. num. 60. cum pluribus ſeq. & ita obtinuiſſe dicit D. Ioan. Baptiſt. Coſta. de facti ſcient. & ignor. diſtinct. 90. num. 14. cent. 1.*

66 Declara quarto, tranſmitti ius † patronatus etiã ad extraneos hæredes. *Petr. de Anchar. in conſil. 81. quem ſequitur Gulielm. Caſſadorus in deciſion. 1. numero 3. titul. de iure patron. Franciſcus Marcus in deciſion. 1135. in fin. vol. 1. Chriſtophor. Robuſter. in deciſion. Nouiſſim. Roman. 385. numero 1. Lancellott. in deciſion. Nouiſſima. 482. numero 1. parte 1. vol. 1. Vincent. de Franch. in deciſion. 85. numero 1. Ioan. Baptiſta Ferrett. in conſil. 343. numero 17.*

67 Ius patronatus fundatum, vt admittantur † deſcendentes de genere admittit maſculum ex femina prouenientem, *poſt Gulielm. Caſſador. in deciſion. 1. numero 3. titul. de iure patron. Lancellott. in deciſion. Nouiſſim. Roman. 482. num. 1.*

68 Patroni ſucceſſores, & ſi ſimul non † præſentẽt, præſentatio erit valida. *Anton. Auguſtin. in deciſion. Nouiſſim. Roman. 1735. lib. 3. vol. 3.*

69 Patrono currit tempus ad † præſentandum a die vacationis, non ad die ſcientiæ ipſius patroni. *Rota in antiquis in deciſion. 38. incip. Nota quod patrono. & in deciſion. 566. incip. vtrum vacante.*

70 Declara tempus currere a die notæ † vacationis, & quo vere patronus ſcire potuit. *Cardinal. de Biſgneto. in deciſion. 7. titul. de præben. Ioan. Nicolaus Gimõt. in Enchirid. Benefic. titul. 3. cap. 3. ſub. num. 34. concluſ. 5. Idem Biſgnet. in deciſion. 3. incip. A quo tempore. titul. de iure patron. Blanchett. in deciſion. Nouiſſim. Roman. 421. numero 1. 2. parte 1. vol. 1. Verall. in deciſio. 248. per totam. lib. 3. eruditiſſimus. D. Ioan. Baptiſt. Coſta, de facti ſcient. & ignor. diſtin. 90. nu. 35. cent. 1. poſt Barthol. Bertazol. in conſil. ciuili. 67. vol. 1.*

71 Si patronus non præſentat infra † terminum a iure ſtatutum, collatio interim facta per epiſcopũ, tenet. *Rota in Antiquis. in deciſ. 528. incip. Nota infra tempus.*

72 Præſentatus in iure patronatus a patrono † tenetur probare, ſe intra terminum a iure ſtatutum fuiſſe præſentatum, ſi hoc ab aduerſario negaretur. *Rota in Antiq. in deciſion. 556. incip. Vtrum præſentatus.*

73 Prælato, ac ordinario, ius inſtituendi, † ſeu confirmandi currit a tempore, quo ſcire debuit, ac potuit, cum debeat ſuam diœceſim viſitare. *Bernard. Cardin. de Biſgneto in deciſio. 7. incip. vtrum valeat. titul. de Præbend.*

Præſentatus, & inſtitutus in iurẽ patronatus,
74 † non tenetur exprimere, quod habet alia beneficia. *Aldobrandin. in deciſion. Nouiſſim. Roman. 530. numero 1. cum pluribus ſeqq. parte. 2. vol. 1.*

75 Patronus poteſt præſentare † ad beneficium vacans de iure, licet non vacet de facto. *Rota in Antiquis. in deciſion. 365. incip. Nota numquid patronus.*

76 Quando quis eſt præſentatus in † iure patronatus per patronum, & ab ordinario non admiſſus, poteſt in manibus Patroni poſt ſex menſes renunciare, & patronus poſt ſemeſtre poterit iterum prę-
77 ſentare, ex quo præſentatus † non habet ius in re, ſed ad rem *c. dilectus. de offi. legat.* Et ideo poteſt in manibus patroni illud renununciare, ſicut poſſet
78 in manibus cuiuſcunque † Notarij, ex dicto Innocentij *in c. cum veniſſent. ſuper verb. renunciabit. de reſtit. in integr.* Et ideo cum per patronum non
79 † ſteterit ei non eſt imputandum, quin iterum prę-ſentet, *vt tenet Ioan. Andr. in c. ſi electio. in nouella. de elect. in 6. ita concludit Rota in Nouis in deciſion. 269. incip. ſi aliquis.*

80 Præſentatus poteſt dicere, non † adeſſe alios de familia præſentantes, & a contradictore probandum eſt contrarium. *Verall. in deciſion. 364. numero 2. 3. lib. 2.*

81 Officialis epiſcopi compellit patronum † eccleſiaticum poſt præſentationem ad dandam congruam portionem Vicario, tam ex officio, quam etiam inſtante parte. *Cappell. Tholoſan. in deciſion. 148. & in deciſion. 149. late Petr. Rebuff. in tract. congruæ portionis. numero 25. cum pluribus ſeq.*

82 Si ex pluribus patronis, vnus † non præſentet, nec contradixit, conſentire videtur, *ex Rota in Nouis. in deciſ. 423. incip. Sed retento. in fin. Verall. in deciſ. 364. num. 6. lib. 2.*

83 Ad probandam quaſi poſſeſſionem † iuris præſentandi contra aliquẽ, requiruntur quatuor, primũ q talis bona fide præſentauerit, ſecundum, quod præſentatio fuit admiſſa, confirmata, & ſequuta inſtitutio, tertium quod talis præſentatus, & inſtitutus, pro tali fuerit habitus, & reputatus, quartum, quod ille, in cuius præiudicium, quaſi poſſeſſio iuris patronatus fuit quæſita, ſciuerit, & patiatur, *ex Calderin. in conſil. 12. titul. de iure patron. Quod Calderini conſilium ſequi, & obſeruare ſolet Curia Romana, vt teſtatur Verall. in deciſion. 339. numero 1. & in deciſion. 418. libr. 2. Seraphinus Oliuarius in deciſio. Nouiſſima. Roman. 687 numero 1. parte 1. vol. 1.*

84 Et præſentatus cum dictis requiſitis poſitis per † Calderinum *in dicto conſil. 12. tit. de iure patronat.* manuteneri debet in ſua poſſeſſione. *dicunt Oliuarius in dicta deciſ. 687. Verall. in deciſ. 238. numero 1. in deciſ. 339. & in deciſ. 418. lib. 2.*

85 Deuoluitur ius patronatus ad immediatum † ſuperiorem, ſi minus idoneus, vel indignus præſentatur. *Franciſcus Marcus in deciſion. Delphinal. 476. numero 18. volum. primo. Ioan. Coraſ. in Sacerdotiorum Paraphraſi parte 4. c. 6. num. 31. Vide ſupra.*

86 Impetratio iuris patronatus facta † ab eo, q dixit, eccleſiam ædificaturum, cum eſset ædificata, ſubreptitia eſt. *Anton. Auguſtin. in deciſ. Nouiſſim. Rom. 1645. lib. 3. volum. 3.* Quod ego intelligerem ſi eccleſia ab alio eſset ædificata, non autem ſi ab impetrante.

87 Præſentatus a veris patronis exiſtentibus † in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi, præfertur præſentato a patronis putatiuis, quamuis ſint plures præſentantes. *Ioan. Paul. Tholom. in deciſ. Nouiſſima. Rom. 802. lib. 3. vol. 3.*

Patronus in fundatione iuris patronatus, mo-
88 dum † ac formam, cum epiſcopi conſenſu apponere poteſt. *Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin. 474. nu. 1. in deciſ. 494. nu. 1. vol. 1. Veral. in deci. 290. nu. 1. lib. 2. Cardin. Paleott. in deciſ. Nouiſſim. Rom. 442. num. 2. libr. 3. vol. 3. Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 107. num. 1.*

Præſentati per patronos inſtituuntur per Vica-
89 rium, † etiam ſine ſpeciali mandato. *Rota in Antiq. in deciſ. 43. incip. Nota quod Vicarius.*

90 In iure patronatus probandus † eſt titulus, aut tempus immemorabile *Verallus. in deciſ. 128. nu. 5. lib. 2.*

91 Quia ius patronatus cum allegatione † tituli per tempus, cuius non eſt hominum memoria in contrarium, probari, & præſcribi poteſt. *Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 1141. num. 3. lib. 1. Gulielm. Caſſador. in deciſ. 2. nu. 7. titul de probat. & in deciſion. 7. num. 6. titul. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Cardinal. Puteus in deciſ. 140. in fin. lib. 1. in deciſ. 436. lib. 2. Borgnin. Caualcan. in deciſ. 17. ſiue. 63. nu. 6. 7. 8. Menoch. in conſil. 241. vol. 3. in conſil. 336. vol. 4. Anton. Auguſtin. in deciſ. Nouiſſi. Roman. 1640. & in deciſ. 1842. lib. 3. vol. 3.*

92 Declara quod probata præſcriptione † immemorabili, præſumetur ex fundatione, & dotatione. *Ioan. Paul. Tholom. in deciſ. Nouiſſim. Rom. 842. libr. 3. vol. 3.*

93 Subdeclara hanc præſumptionem nõ induci † in vniuerſitate, vel familia potenti per eãdem præſcriptionem. *Tholom. in dicta deciſion. 842. libr. 3. Cardinal. Paleott. in deciſ. Nouiſſim. Rom. 532. lib. 3. volum. 3.*

94 Declara etiam † quod prætendens ius patronatus per tempus immemorabile, habenſq; inſtrumẽta publica, & quamuis appareret alios habuiſſe, non ob hoc præteritum tempus immemorabile eliderետur, *vt voluit Peregri. Fabius in deciſion. Nouiſſim. Roman. 214. lib. 2. vol. 3. & in deciſion. 243. num. 4. lib. 3. volum. 3.*

95 Inter patronos laicos † ad præſcribendum ius patronatus, anni quadraginta ſufficiunt, *vt poſt Gemin. Corneum, Balbum, & Lambertin. voluit Aldobrandin. in deciſ. Nouiſſim. Rom. 229. nu. 1. & in deciſ. 407. nu. 1. parte 1. vol. 1.*

96 Enunciatio Vicarij aſſerentis † ſe habere congruã, & ſufficientem facultatem conſentiendi in iure patronatus, ſufficit, maxime in Antiquis, Triginta, quadraginta, vel centum annorum, *vt ſcribit Gulielm. Caſſador, in deciſ. 3. titul. de Procurator. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 281. num. 17. argumento, & authoritate quorum ita dicit Chriſtophor. Robleſter. in deciſion. Nouiſſim. Roman. 598. num. 1. 2. parte 1. volum. 1.*

97 Ius patronatus non amittitur † ob negligentiam patronorum per triginta annos, nec idcirco aliquod ius oritur ordinario, niſi actus contrarios collationis fecerit, libertatis illam acquirendi iure. *AEgidius Bellemer. in deciſion. 107. in deciſion. 212. Franciſc. Cantucc. in deciſion. Nouiſſim. Roman. 109. per totam. vbi plene. parte 2. volum. 2.*

98 Literis ordinarij creditur, & probatur † ius patronatus, vt voluit *Cardinal. Paleott. in deciſ. Nouiſſim. Roman. 376. numero 2. lib. 3. vol. 3. adde Veral. in deciſ. 128. num. 4. lib. 2.*

99 Ius patronatus in antiquis † probatur per publicam vocem, & famam *Gulielm. Caſſador. in deciſ. 2. nu. 4. & ſeq. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 1141. num. 3. vol. 1. Cardin. Puteus in deciſ. 140. in fin. libr. 1. Cardinal. Paleott. in deciſ. Nouiſſim. Roman. 481. li. 3. vol. 3.*

Amplia procedere in petitorio, & poſſeſſorio
100 † *Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib. primo, titulo ſecundo. Definition. 70. numero 20. 21. volum. 1.*

101 Agens ad beneficium patrimoniale, debet † probare ſe filium patrimonialem, & creditur epiſcopo iſtud aſſerenti. *Paul. AEmil. Verall. in deciſion. 289. numero 1. lib. 2.*

Confeſſio inſtituti in beneficio, dum dicit,
102 † præſentationem, ſpectare tali, contra eundem confitentem, valida eſt, & probat, *vt per AEgid. Bellemer. in deciſion. 125. Guliem. Caſſador.*

in deciſ.4.titul.de Probat quos refert,& ſequitur Verall.in deciſ.188.nu.1.lib.1.

103 Narratiua vicarij aſſerentis,† fuiſſe factam præſentationem,præceſſiſſe edictum,& alias ſolennitates,non probat. *Verall. in deciſ.228.num.1. lib.2.* Epiſcopi autem aſſertione probatur. *Rota in Nouis deciſ.423.incip.ſed retento.Cardin. Paleott. in deciſ. Nouiſſim.Rom.376.num.2.lib.3.vol.3.*

104 Ius patronatus alicuius probatur † ex literis in marmore,vel muro inſculptis,*vt dicit Borgnin. Caualcan.in deciſ.Fiuizan.17.ſiue 63.num.1.5.6.12. parte 2.& ex Alexandro,Corneo, Decio, Grato, Cagnolo,Marſilio & Lambertino dixi in conſil.23.num.* 39.40. *Centur.2.& ita fuiſſe deciſum refert Ioan. Vincent.de Anna.in ſing.* 289.

105 In uenditione territorij,in quo eſt † ius patronatus,de illo mentio fieri non debet, in venditione enim fundi particularis non venit, nec exprimitur eccleſia.*arg.c.cum Bertoldus.de ſent.& re iudic.Bal. in l.1.nu.7.C.de Bonis.libert. Rota in Antiquis in deciſ.239.incip.Nota quod vbi venditur. In Nouis.in deciſ.*404.*incip.*Fuit.*dubitatum.*Franc. Marc. *in deciſ.*473.*num.*2.*in deciſ.*1138.*vol.*1.*Verall.in deciſio.* 282.*in deciſ.*287.*lib.*1.*in deciſ.*144. *num.*2.*lib.*2. *Cotta.in deciſ.* Nouiſſim. *Rom.*265.*num.*3.*parte* 2. *vol.*2.

106 Ius patronatus Beguinarum cẽſetur † eccleſiaſti cum,nõ autem ſæculare.*Rota in antiq. in deciſ.*332. *incip.Nota quod clericus.*

107 Inſtitutio in iure patronatus facta per † ordinarium,non citato illo,qui facto & emanato edicto, ſe oppoſuit,eſt nulla.*Peregrin.Fabi.in deciſ.Nouiſſ. Roman.*227.*num.*7.*lib.*2.*vol.*3.*& in deciſ.* 266.*per totam.lib.*3.*vol.*3.

Ius præſentandi non probatur ex eo,quod quis

108 †receperit aliquod ſubſidium ab eo,qui ſe præſupponit patronum.*Anton. Auguſtin.in deciſ.Nouiſſi. Rom.*1245.*lib.*3.*vol.*3.

109 Iuris patronatus beneficium † commmendari non poteſt. *Franciſcus Marc.in deciſ. Delphinal.* 474.*num.*4.*volum.*1.*dixi ſupra in titul. de commenda.*

110 Penſione grauari non poteſt † beneficium iuris patronatus abſque patroni conſenſu.*Thanus in deciſ.Nouiſſim.Rom.*2044.*lib.*3.*vol.*3.*dixi ſupra in titulo de Penſione.*

Prouiſio Nuncij Apoſtolici de iure patronatus,

111 † cum non conſtet de præſentatione, nec de reclamatione,valet,ſi non habeat excepta beneficia iuris patronatus.*Anton. Auguſtin.in deciſ.Nouiſſim. Rom.*1482.*lib.*3.*vol.*3.

112 Collatio iuris patronatus, † ſi patronus ſuum præbeat conſenſum,valida eſt.*Cardinal.Paleott.in deciſion.* Nouiſſima *Roman.*366.*numero* 5.*libr.*3. *vol.*3.

113 Ius patronatus legari poſſe cuilibet † ſine epiſcopi conſenſu tenuit Federicus de Senis *in Conſil.* 225.*Ludouic.Rom.in ſingul.*4.27.*incip. accidit mihi.de quibus Franciſc.Marc.in deciſ.*473.*numero* 2. *vol.*1.

114 Sed contrariam ſententiam † tenent communiter Doctores *Ioan. Andr.Ant.de Butrio. Panorm.in c.cum ſeculum.de iure patron.Idem Panor. in q.*5.*incip.Augerio.nu.*5.*ſub verſ.Item ex tertio*. Qui aſſeruerũt in Legato iuris patronatus requiri vt valeat

115 epiſcopi conſenſum, quo præcedente, † legatum valere.*Idem Panor.in cap.Illud.ſub.num.*4.*eo.titul. Rocch.de Curte.de Iur.patron. in verb. Ipſe,vel is a quo.Quæſt.*7 *Curti.iun.in conſil.*87.*num.*6.7.*Cæſar Lambertin.de iure patron.lib.*1.*parte.*2.*q.*6.*articul.* 2.*Paul.Fuſc.de Viſitation.lib*2.*cap.*10.*num.*19.20. *Hierony.Gigas.in conſil.*50.*nu.*16.*Flamin.Pariſi.in tract.de conſident. Benefic.q.*28.*num.*183.*vbi dicit, ita fuiſſe Romæ deciſum.Quos refert,& ſequitur Hierony. Cæuallos Pract.commun.opin. contra communem q.*390.*Ioan. Dilect. Durand.de Arte teſtandi. tit.*6.*cautel.*67.*num.*1.*Ioan.Baptiſta Villalob.Opin. com.§.ius patronatus.nu.*183.*Franc.Mar.in dicta deci.*473.*& in deci.*1138.*uol.*1.*& uide ad præfata Ioan. Baptiſt.Ferrett.in conſil.*133.*per totum.Faciunt quę dixi ſupra hoc eodem titulo.*

116 Patronus laicus in præſentando poteſt † variare,clericus vero non.*c.quod autem.c.cum autem.extra de iure patron.Franciſ. Marc.in deciſ.Delphinal.* 479.*nu.*4.*uol.*1.*Bernard.Cardin.Biſgnet.in deciſ.*6. *titul.de conſuetud.Idem Marc.in deciſ.*481.*num.*12. *uol.*1.*Ioan.Coraſ in Sacerdotior.Paraphras.parte* 4. *c.*6.*nu.*10.

285 Quamuis teſtator, fundator † iuris patronatus ordinaſſet, quod in eo poſt præſentationē intra mē ſem ordinarius inſtitueret, orta lite in præſentatione, ordinarius etiam poſt menſem inſtituere poteſt. *Verall. in deciſ. 96. num. 1. lib. 2. & in deciſ. 248. ſub nu. 4. 5. lib. 3.*

286 In Conuentuali eccleſia † ius patronatus habere non licet abſque Summi Pontificis priuilegio. *Cardinal. Puteus in deciſ. 366. num. 6. & in deciſio. 379. num. 1. lib. 2.* Dicit tamen, ſufficere etiam epiſcopi conſenſum in reſeruatione fundationis tempore.

287 Inſtitutio loco † confirmationis eſt, præſentatio loco electionis. *Verall. in deciſion. 37. num. 4. 5. lib. 2.*

288 Iuris patronatus derogatio † in gratia quatenus in totum litigioſum exiſteret, intelligi debet de quacunque lite, & inter quamcūque perſonam. *Verall. in deciſ. 127. num. 1. lib. 2.*

289 Narratiua iuris patronatus † cum ſit pars gratiæ, debet per impetrantem verificari. *Cardinal. Pute. in deciſ. 120. num. 1. lib. 2.*

290 Patronus eſt ſub iuriſdictione illius † epiſcopi, ſub cuius iuriſdictione ſitum eſt beneficium. *ex Ludouic. Roman. in conſil. 361. num... & in conſil. 376. num... Voluit Verall. in deciſ. 178. num. 2. lib. 1.*

291 Confeſſio epiſcopi, quod † beneficium ſit de iure patronatus, non præiudicat eccleſiæ, vel ſucceſſori, quando ſumus in quæſitis. *poſt Ripam in reſponſo. 28. num. 5. lib. 2. ſcribit. Verall. in deciſ. 128. num. 4. lib. 2.*

292 Diſpenſatio papæ in † præiudicium collationis laicorum ad laicos ſpectantis, non nocet, *vt dicit Rota in Nouis in deciſ. 331. incip. ſuppoſito. quam ſequitur Arnulphus Ruzæus de iure regaliorum. priuileg. 18. ſub num. 4. & pluribus ſeqq.* Quibus in locis

293 dixit, *diſpenſationem ſimilem* † *non afferre* præiudicium Regalibus ſpectantibus Regi Galliæ, & ita Arreſtum prolatum fuiſſe ex eodem Ruzæo, refert Petrus Rebuffus in Concordatis Franciæ. *titul. de Regia ad prælatur. nominat. in verb. ſæcularem. verſ. quid ſi Papa. fol. mihi. 161.* Eodem modo dicimus

294 de Rege Catholico † Hiſpaniarū, quia habet ſuas Prælaturas in ſuis Regnis, quibus non cenſetur Pontificem derogare velle. *arg. c. ex parte. c. ſuper eo. de offic. delegat. Lapus Sancti Miniati. in c. ſi poſtquam. num. 2. de præben. in 6. Riminald. Senior. in conſi. 462. numero 10. vol. 3. Ioan. Baptiſta Ferrett.*

295 *in conſil. 290. nu. 7.* Ea de cauſa in Hiſpania † non admittunt collationes, & reſeruationes beneficiorum ſpectantium ad Reges, vel alios laicos, factas per Summum Pontificem, *vt dicit Ioan. Lopez. in tract. de benefic. vacant. in Curia. §. 10. §. 11. Didac Couar. Practicar. quæſt. cap. 36. in princip. & noueiſſime ſcribit Flamin. Paris. de Reſignat. benefic. lib. 2. q. 3. num. 42. 43. & quo ad hoc plura dixi de Regis Catholic. præſtan. cap. 52. per totum. vbi tradidi aliquas limitationes.*

296 Ad inducendam nullitatem † penſionis ſuper iure patronatus reſeruato debet probari ius patronatus eſse ex fundatione, & dotatione, quia ſi probaretur eſse ex præſcriptione, reſeruatio eſset valida, *poſt Hieronym. Gigant. de Penſion. q. 24. in fin. Verall. in deciſ. 132. per totam. lib. 2.*

297 Ius præſentandi in iure patronatus † amittitur non præſentando, dum vacat intra legitima tempora. *Verall. in deciſ. 129. num. 1. lib. 2.*

298 Sacerdos præſentatus † præfertur ei, qui non eſt ſacerdos. *Don Garſias Maſtrill. in deci. Siciliæ. 2. num. 8.*

299 Illi dicuntur habere quaſi poſſeſſionem † iuris præſentandi, qui habent in eorum fauorem ſententiam, & rem iudicatam, & effectuatam, maxime vbi aliquis non eſt intruſus. *Verall. in deciſ. 337. num. 2. 3. lib. 2.*

300 Præſentatio ad ius patronatus † non poteſt eſſe temporalis, vel cum poteſtate reuocādi, niſi a principio fundationis, eo modo fuerit conceſſa. *Eruditiſſimus Don Garſias Maſtrill. in deciſ. Siciliæ. 31. num. 12.*

301 Confeſſio Vicarij dicentis † conferre ad præſentationem talis, dummodo ſit patronus, alteri illi prętenſo patrono non præiudicat niſi verificetur. *Verall. in deciſ. 129. num. 1. 2. lib. 2.*

302 Ex conſtructione eccleſiæ ius † patronatus acquiritur, & eccleſia conſtructa dicitur, aſſignata domo, vel fundo. *Verall. in deciſion. 133. num. 1. lib. 2.*

303 Conditio appoſita in beneficio † iuris patronatus per patronum cum conſenſu epiſcopi, quod in eo præſentaretur is, qui haberet aliud beneficium, alias inducatur vacatio, valet, & tenet, nec pōt illam mutare ſine epiſcopi cōſenſu. *Rocc. de Curte. de iure patr. in verb. Pro eo quod de diœceſani conſenſu. q. 13. nu. 31. Cæſar Lambertin. parte 1. lib. 1. q. 9. princip. numero 50. refert Verall. in deciſion. 290. in fin. lib. 2. Chriſtophor. Robuſt. in deciſion. Nouiſſima. Roman. 550. nu. 1. lib. 1. vol. 1.*

304 Poſſeſſio, vel quaſi iuris † præſentandi, non quæritur in his, quæ ſunt meræ facultatis. *poſt Bartol. Panor. & Ripam. Verall. in deciſion. 352. lib. 2.*

305 Ius patronatus ſæculare † non confertur Regulari. AEgid. Bellemer. in *deciſion. 172. & deciſion. 714. Gulielm. Caſſador. in deciſion. 4. titul. de Præbend. Garſias Maſtrill. in deciſion. Siciliæ. 31. numero 8.*

306 Præſentatus ad ius patronatus † coram epiſcopo, alias examinatus, non debet iterum ſe ſubijcere examini, vt iudicatum fuiſſe coram Domino Ioanne Baptiſta Guidobono Rotæ Auditore refert, & ſequitur *Verall. in deciſion. 367. numero primo lib. 2.*

307 Ius patronatus laicum non mutatur † in eccleſiaſticum, eo quod in præſentatione ſit requiſitum cōſilium prioris, vel Guardiani fratrum minorum. *Cardinal. Puteus in deciſ. 506. nu. 1. lib. 2.*

308 Patronus non poteſt ſe ipſum † præſentare, nec per ſe, nec per procuratorem ab ipſo conſtitutum. *Cæſar Lambertin. de iure patro. parte 1. lib. 2. q. 8. articul. 9. Verall. in deciſ. 397. numero 2. lib. 2. Renat. Chopp. in conſuetud. Andeg. lib. 2. titul. 2. ſub Articul. 8. parte 2.*

309 Beneficiorum appellatione † venit ius patronatus, quando dictum fuit, quibuſcunq; beneficijs, *poſt Ioan. Franciſc. Pauin. in extrauag. execrabilis. in gloſſ. in verb. diſponere. de Præbend. & dignitat. vti illum refert Verall. in deciſion. 36. numero 4. lib. 3.*

310 Præſentatus in iure patronatus † pſens eſſe dēt, non abſens. *Cæſar Lambertin. de iure patronat. parte 1. lib. 2. q. 11. nu. 7. Marc. Anton. Eugen in conſil. 84. numero 1. lib. 1. Marc. Anton. de Amat. in deciſion. Marchiæ 4. numero 24. & Nouiſſime alios allegans. Don Garſias Maſtril. in deciſion. Siciliæ. 2. numero 1. 2.*

311 Declara tamen abſentem † epiſcopo notum, præſentari, & inſtitui poſſe acceptando per ſe expreſe, vel tacite, vel per procuratorem. *Idem Don Garſias Maſtrill. in dicta deciſion. 2. num. 4. 5. 17. 18.*

Per collationem ordinarij factam in beneficio,

312 † nulla facta mentione iuris patronatus, non turbatur vltimus ſtatus, quaſi poſſeſſionis iuris præſentandi patronorum, *ex Calderin. in conſil. 15. titul. de iure patronatus & deciſion. in conſil. 126. in fin. Paul. AEmil. Verall. in deciſion. 189. numero 3. lib. 3.*

313 Ordinarius dum confert † beneficium iuris patronatus, cenſetur conferre ſub conditione, ſi patrono placuerit. *Verall. in deciſion. 189. numero 2. libr. 3. & allegat Rotam in Antiq. in deciſion. 10. titul. de iure patronatus. quam in libro meo non reperi, licet concluſio ſit vera.*

314 Quaſi poſſeſſio iuris patronatus † cum bona fide, & abſq; titulo in iure patronatus, operantur vt quis immittatur in poſſeſſionem iuris præſentandi. *Verall. in deciſion. 69. nu. 1. lib. 1. in deciſ. 309. nu. 4. lib. 3.*

315 Vnio facta de beneficio † iuris patronatus laicorum non accedente omnium patronorum, conſenſu, nulla eſt. *Verall. in deciſion. 346. lib. 3.*

316 Vnio iuris patronatus † clerici fit per Papam, cum poſſit illi derogare. *Anton. Faber in Codic. Fabrian. libr. primo titul. 2. Defin. 48. volum. 1.*

317 Declara tamen citandum eſſe † clericum patronum eo caſu. *Idem Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib. 1. titul. 2. Defin. 49. volum. primo.*

318 Vnio beneficij iuris patronatus † facta per legatum de latere ſine conſenſu patronorum, & ordinario in vnione non vocato, nulla eſt. *AEgid. Bellemer. in deciſion. 513. quem ſequitur Verall. in deciſ. 350. num. 1. 2. lib. 3.*

319 Succeſſori fundatoris † eccleſiæ decretum, quod Venienti Monachi eccleſiæ fundatæ honoris cauſa occurrerent, & quotannis honorifica quædam illi exhiberentur, & in reſeruatione fundationis id cautum non fuiſſet, ita Deciſum a ſupremo parlamento 28. Septēbris, anni 1459. refert Renatus Choppinus, de Sacra Forenſi Politia. *lib. 1. titul. 4. Articul 13. 14.*

320 Patroni laici in iure patronatus † præſentatio ſimoniaca, nulla eſt, vt a ſupre. & ampliſſimo Pariſien ſi ordine prouiſum ſcribit Renatus Choppinus de Sacra Forenſi Politia, *lib. 1. titul. 4. articul. 19. in fin.*

321 Diuiſa hæreditate patroni, vacat † poſtmodum mortuo Rectore iuris patronatus beneficium, in quo Feudatarius cui contingit fundus, in quo erat annexum ius patronatus præſentat vnum, alij vero alterū, pro præſentato a domino fundi prolatum, fauorabile a ſumma curia decretum, vt refert Renatus Choppinus de Sacra Forenſi Politia, *lib. 1. titul. 4. articul. 17.*

AR-

ARGVMENTVM.

Contractus emphyteuticus ſuam propriam habet naturam, atque figuram, ad cuius ſubſtantiam communiter ſcriptura requiritur, & pro contractu nominato habetur. Eſt autem duplex, vel rerum eccleſiaſticarum, licet ſint incultæ, & modici valoris, vel ſæcularium, ſiue alicuius priuati. In eccleſiaſtica emphyteuſi interuenire debet decretum, & aliæ ſolennitates requiſitæ, quibus omiſſis redditur nulla, de qua re etiam iudex laicus cognoſcere poteſt, nec tertij perſonã egreditur, & omnibus beneficiarijs præſentibus fieri debet, in qua ſufficit allegare titulum, & non probare decennalem poſſeſſionem. In priuati vero ſtatur pactis, & conuentionibus inter dominium, & emphyteutam factis, quibus neglectis res cadit in commiſſum, & poſſeſſione longi temporis præſcribitur. Ad eccleſiaſticam admitũttur hæredes extranei, filiæ feminæ, filij naſcituri, & filij ſecũdi matrimonij, deſcendentes vero, monachus, & ſpurij regulariter excludũtur. In priuati quiuis habilis reputatur, modo nõ ſit inimicus domini, ſicut nepos cõceptus, ac natus poſt mortẽ aui ſuccedit in emphyteuſi, & maſculus ſecũdę generationis feminis primę generationis pręfertur, & maritus pro vxore præſente, & non contradicente accipere poteſt emphyteuſin, & illa vni hæredi facta ſemper intelligitur de primo. Hæc amittitur quando per triennium canon, ſiue cenſus, pro recognitione dominij non ſolutus fuerit, illa vero per biennium. Sed propter pauperatem, ſterilitatem, bellum, carcerationem, & illiquidam canonis ſolutionem excuſatur emphyteuta. Finitur, & ad dominum reuertitur morte, renunciatione, malo vſu, & extincta generatione emphyteutę, & tunc dominus emphyteuſim alij dare tenetur, nec negligentia anteceſſoris nocet ſucceſſori. Agunt inuicem contra ſeſe dominus, & emphyteuta rei vendicatione, & hoc ſpoliato non poteſt agere ex ſpolio, ſed ius competit directo domino, ſicut ab eodem euictio emphyteutæ præſtari debet, contra quem, cum ſit perſonaliter ad ſolutionem canonis obligatus, perſonalis etiam actio prodita eſt, & ſi ſint plures hæredes, quilibet, cum canon ſiue cenſus ſit indiuiſibilis, in ſolidum tenetur. Si quis autem iniuſte ab emphyteuſi expellatur, ad lucra, & intereſſe ſuam inſtituere poteſt actionem.

SVMMARIVM.

1 *Contractus emphyteoticus, an ſcripturam requirat? num. 2. 3. 4. 5. 6. 7.*

8 *Poſſeſſor emphyteoſis, ſcripturam non exhibendo præſumitur habere ius tertiæ perſonæ.*

9 *An pro ingreſſu domino emphyteoſis ſit licitum aliquid dare? num. 10. 11.*

10 *Ea ſolutio pro ingreſſu, introgium appellatur apud Sabaudos.*

11 *Apud prouinciales vocatur Acapitum.*

12 *Emphyteoſis conceſſio ſimpliciter facta, intelligitur pro ſe, & filijs.*

13 *In emphyteoſi eccleſiaſtica ex tẽporis diuturnitate omnes ſolennitates, etiam extrinſecæ interueniſſe præſumitur.*

14 *Emphyteoſis eccleſiaſtica, an ad extraneos hæredes veniat? num. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25.*

26 *Emphyteoſis eccleſiaſtica ſimpliciter conceſſa, an admittat filias feminas. num. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34.*

35 *Emphyteoſi conceſſa, & filij naſcituri comprehendũtur.*

36 *Emphyteoſis conceſſa pro ſe, & filijs, poteſt vni filiorum aſſignari.*

37 *Emphyteoſis conceſſa pro ſe, & filiis, intelligitur etiã de filiis ſecundi matrimonii.*

38 *Conceſſio rei eccleſiaſticæ in emphyteoſim, etiam antiqua ſine decreto, & aliis ſolennitatibus, nulla eſt.*

39 *Contractus emphyteoticus, cum non procedat ex mera concedentis voluntate, oneroſus dicitur.*

40 *Eccleſiaſtica emphyteoſis regulariter ad deſcendẽtes non tranſmittitur.*

41 *Spurii in eccleſiaſtica emphyteoſi, an ſuccedant? nu. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49.*

50 *Emphyteoſis conceſſa pro ſe, & vno hærede tantum, intelligitur de primo.*

51 *Seruitutem emphyteoſi, an emphyteota inuito Domino imponere poſſit? Declara. num. 52. 53.*

54 *Emens rem emphyteoticam cum onere ſoluendi aliquam annuam penſionem, tacite conſenſiſſe videtur ad ſolutionem illius teneri.*

55 *Donari an poſſit emphyteoſis, requiſito, vel non requiſito*

quisito domino nu. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64.

65 Dominus si prætendat rem esse emphyteoticam, an, & quãdo teneatur id probare per testes, vel instrumenta. Declara. nu. 66.

67 Emphyteota soluens tertio, non præiudicat Domino directo.

68 Emphyteota alienans emphyteosim irrequisito Domino, an emphyteosi priuetur, & cadat in cõmissum. Declara. nu. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94.

95 Emphyteota ecclesię per biennium, & priuati per triennium canonem non soluentes, an cadat in commissum ab emphyteosi. Declara. nu. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. & seqq.

106 Si emphyteota alienat rem emphyteoticam, quando admittatur Dominus directus. Declara. nu. 107. 108. 109. 110. 111.

112 Contractus, an præsumatur emphyteoticus, vel censualis. nu. 113. 114.

115 Soluens censum pro re sua, cum crederet esse emphyteoticam, sibi non præiudicat.

116 Pignori dare, vel rem emphyteoticam hypothecare, an possit emphyteota. Declara. nu. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123.

124 Domino petenti rem emphyteoticam tamq; commissam, an apponat emphyteota compensationem.

125 Hæres emphyteotæ irrequisito Domino dare potest emphyteosim cohæredi.

126 Secũdus emphyteota, nõ primi emphyteotæ, sed domini directi cõsensum habere debet, volens alienare.

127 Concessio emphyteosis ecclesiasticæ, in qua non interuenit decretum, nulla est.

128 Res ecclesiasticæ, incultæ, hermes, inutiles, modiciq; valoris ad meliorãdũ possunt in emphyteosim dari.

129 Prælatus bona ecclesiæ in emphyteosim dari solita, ad ipsum reuersa, an dare possit absq; solennitatibus requisitis. nu. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136.

137 Emphyteota, an emphyteosim inuito Domino, illi renunciare possit. nu. 138. 139. 140.

141 Pensio, & pœna commissi eodem tempore peti nequeunt. Declara. nu. 142.

143 Dominus canonem emphyteoticum petens sine protestatione, an sibi præiudicet in commisso. nu. 144. 145 146. 147. 148. 149. 150. 151.

152 Caducitas, & commissum pœna est.

153 Remissio caducitatis in rebus collegij, vel vniuersitatis, totius collegij, & vniuersitatis consensum exigit.

154 Emphyteota cessans in solutione canonis lite pendente, an cadat in commissum. nu. 155. 156.

157 Hæredes Domini accusare nequeunt emphyteotam, quod inciderit in canonem ob non solutionem per triennĩ factã, antequã moreretur, non declarata caducitate.

158 Prælatus, vel priuatus Canonem recipientes, an sibi præiudicet, vel uideantur caducitatem remittere. nu. 159. 160.

161 Dominus, cui soluerit emphyteota soluere quandã portionem, elapso Triennio, an possit agere ad commissum.

162 Remissio Canonis emphyteotici, ob bellum, quod durauit duobus, aut tribus annis, an fiat. num. 163. 164. 165.

166 Paupertas emphyteotæ ipsum excusat a caducitate proueniente defectu nõ solutionis canonis. Declara. nu. 167. 168. 169.

170 Emphyteosis, an onerari possit censu ab emphyteota sine consensu Domini. nu. 171. 172. 173. 174.

192 Emphyteota an possit expelli statim ob deteriorationem rei emphyteoticæ. num. 193. 194. 195 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205.

206 Res, quæ in commissum ceciderunt, intra triginta annos peti possunt.

207 Emphyteosis ecclesiastica tertiam personam non egreditur.

208 Emphyteota domum in fundo emphyteotico ędificatam a se, destruere non potest.

209 Emphyteota, qui fuit priuatus ob non solutum canonem an præiudicat alijs in inuestitura comprehensis.

210 Si re emphyteotica male vtatur emphyteota, an expellatur.

211 Moram non committit emphyteota ob non solutionem canonis illiquidam.

212 Creditores, an domino præferantur, qui ob non solutionem emphyteosim tenet, licet ante moram non soluti canonis illi peterent debitum.

213 Emphyteota an illius recognitionem petente domino facere teneatur.

114 Emphyteota negãs emphyteosim, an emphiteosi priuetur. nu. 215. 216. 217.

218 Caducitas nõ intentatur per procuratorẽ habentẽ mãdatũ ad petẽdũ canones præsentes, & futuros.

219 Meliorամenta uolens vendere emphyteota, quæ fecit in emphyteosi, dominus admittitur.

220 Meliorամenta facta in emphyteosi ecclesiastica, aperta illa, an Dominus directus, soluere teneatur emphyteotæ, si ob cõmissum, vel sua culpa incidit ĩ caducitatẽ nu. 221. 222. 223. 224. 225. 226.

227 Ad Meliorationes factas per colonos viri, an vxor admittatur.

228 Possessor rei emphyteoticæ, an teneatur ad solutionem censuum præteritorum.

229 Destructa re emphyteota, an debeatur solutio census. nu 230.. 231. 232.

233 Assensus impetratus a Domino super alienatione facienda, quæ iam facta erat, an validus sit. num. 234. 235. 336. 237.

239 In hæredis institutione generali, an veniant bona emphyteotica. nu. 240.

241 Dominus agens contra emphyteotam, non tenetur titulum ostendere, sed sufficit possessio.

242 Sufficit ecclesię allegare titulum, nec de illo docere & probare solutionem decennalem dum agit cõtra emphyteotam ad soluendum. nu. 243.

244 Ad expellẽdũ emphyteotã ob non solutionẽ Canonis, iũguntur tẽpora biennij, ac triennij præcedẽtibus.

245 *Prouiſio Pij Quinti Summi Pontificis ſuper poteſtate teſtandi, an habeat locum in clericis, & in bonis emphyteoticis?*

246 *Contractus emphyteoticus, & contractus locationis ad longum tempus, æquiparantur. num. 247.*

248 *Iurans ſoluere canonem, & ſi non ſolueret per biennium, vel Triennium deuolueretur ad dominum, & cadat a iure ſuo, an cadat non finito biennio vel triennio, ſi non ſoluat. num. 249. 250.*

251 *Duo domini directi ſi volunt, quilibet vtitur iure ſuo.*

252 *Primus emphyteota, qui contulit ſecundo, vtitur iure ſuo contra ſecundum, vt vtitur primus contra.*

253 *Eccleſia concedens emphyteoſim vſque ad ſecundã generationem quæ finita concedit alteri in perpetuum, hæc vltima conceſſio durante prima inualida eſt.*

254 *Ex natura emphyteoſis vna generatio alteri nõ præiudicat.*

255 *Bona cappellæ, & maioratus dari poſſunt in emphyteoſim, tã ecclesiaſtica, quam profana, dari poſſunt ad tertiam perſonam, ſeu generationem, vide num. 256. 257. 258.*

259 *Emphyteoſis eccleſiaſtica, licet ſit conceſſa vltra tres vitas, valet quo ad tres tantum.*

260 *Per æſtimationem inter hæredes diuiditur emphyteoſis.*

261 *Per diuiſionem emphyteoticarij feudi dicuntur etiam penſiones ſoluendæ diuiſæ.*

262 *An tota res cadat in commiſſum, ſi vnus hæredum ſoluat, alter non. Declara num. 263. 264.*

265 *Caducata, vel finita emphyteoſi, poteſt alius de familia illam petere, & dominus tenetur illam dare. num. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279.*

280 *Canon emphyteoticarius domino datur pro dominij recognitione.*

281 *Aſſenſum concedere debet dominus emphyteotæ, ſi is, in quem fit translatio emphyteoſis ſit habilis, & non ſit inimicus Domini.*

282 *Aggeres conſtruere in re emphyteotica, non ſolum ad emphyteotam ſed ad dictum dominum pertinent.*

283 *Papa omnia in conceſſione emphyteoſis poſita, ſeruanda ſunt, & illa non obſeruans, cadit in commiſſum.*

284 *Emphyteota, qui habebat poteſtatem admittendi, vel admitti faciendi nominatum, aut hæredem, cum nominauit vnum, & ſi fuit declaratum teſtamentum nullum, tamen ſuſtinetur nominatio ad emphyteoſim.*

285 *Qui accepit emphyteoſim cum pacto ſub emphyteoticandi ad tres vitas, non finita ſua prima vita ſub emphyteoticauit, quod facere potuit.*

286 *Valet pactum inter dominum, & emphyteotam, quod in conceſſione ſecunda emphyteotæ conſenſus ſufficiat, non requiſito Domini conſenſu.*

287 *Qui plures res in emphyteoſim habuit poteſt quaſdam retinere, & quaſdam relaxare, & pro concurrenti partium canone ſe liberare. Declara nu. 288.*

289 *Caducitatem poteſt lite pendente Dominus directus declarare, in alium autem minime poteſt transferre.*

290 *Conſuetudo quod res eccleſiæ locata alteri, finita locatione, relocari debeat proximioribus emphyteotæ, valida eſt.*

291 *Emphyteoſi reuerſa ob finitam generationem, agnatis primi concedenda eſt, ſi alteri illam vellet concedere.*

292 *Qui longo tempore diutinam fecit canonis præſtationem in futurum tenebitur.*

293 *In emphyteoſi, in qua vocantur proximiores, intelliguntur vltimi poſſeſſores, non primi, niſi inſtitutor aliud declarauerit.*

294 *Per recognitionem emphyteoſis, quam facit dominus ab emphyteota, probatur illius dominium.*

295 *Pater, qui cepit emphyteoſim eccleſiaſticam pro ſe, vxore, & filio ſi ipſe illam vendat, poterit per filium reuocari. Declara. num. 296. 297. 298. 299. 300.*

301 *Inueſtitura prima durante, ſi fiat alia, non dicitur noua.*

302 *Ius patris, qui accepit emphyteoſim pro ſe, & filijs, per eius mortem expirat.*

303 *Ob ſterilitatem, an liberetur emphyteota a penſionis ſolutione? Declara. num. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310.*

311 *Mortuo emphyteota, nominatus in inueſtitura ſuccedens non tenetur ad debita per emphyteotam contracta.*

312 *Emphyteoſi conceſſa ad nominandum, puta primus nominet ſecundum ſ cundus tertium, hoc caſu pupillus nominare poterit.*

313 *Venditio, vel donatio emphyteoſis ſecunda cum conſenſu domini, præfertur primæ factæ cum clauſula conſtituti.*

314 *Læſio vltra dimidiam iuſti pretij allegari poteſt in contractu emphyteotico. Declara. num. 315.*

316 *Emphyteoſis conceſſa cenſetur ſecundum naturã præcedentis conceſſionis.*

317 *Vxoris res emphyteotica ſi alienetur non cadit in commiſſum, quia contractus eſt nullus.*

318 *Si pro emphyteoſi vxoris a marito non fieret canonis ſolutio, non incidit in commiſſum. Declara. nu. 319. 320.*

321 *Nepos conceptus, ac natus poſt mortem aui, ſuccedit in emphyteoſi.*

322 *Primus emphyteota eaſdem actiones habet contra ſecundum, quas habet Dominus contra ipſum. Domino contra emphyteotæ competit rei vendicatio.*

323 *Emphyteota ſimiliter datur reiuendicatio.*

324 *Emphyteota recipiens canonem ab eccleſia ſine ſolẽnitatibus contractus nullitatem allegare non poteſt, & Canonem ſoluere tenetur.*

325 *Emptor rem, quam emit poteſt in emphyteoſim concedere.*

326 *Dominus ſi iniuſte expellit emphyteotam, poterit ille agere ad lucra et intereſſe, ut ibi.*

327 *Adminiſtrator cappellæ, cui vigore inſtitutionis bono-*

bonorum alienatio prohibita est, non potest ad tres vitas emphyteosim concedere.

328 Contractus emphyteoticus dicitur cõtractus nominatus.

329 An dominus ab alio emphyteotæ nomine solutionem accipere cogatur. Declara. num. 330. 331. 332. 333. 334. 335.

336 Emphyteosim accipiens pro se, & fratre absente, quæritur fratri si subsequatur ratificatio.

337 Donec emphyteota possessionem emphyteosis non tenet, soluere non cogitur. Declara. num. 338.

339 Cui fit solutio canonis emphyteotici, quæritur quasi possessio iuris exigendi.

340 In concessione emphyteosis, quamuis sit data, & cõcessa a domino, ad eius libitum vendendi, & alienandi potestas, intelligitur tamen, vt habeat consensum Domini.

341 Habens facultatem vendendi totam emphyteosim a domino, si vendit partem nulla est venditio, non autem quo ad caducitatem incurrendum.

342 Dum fit alienatio rei emphyteoticæ institutione, legato, aut donatione, consensus Domini non requiritur.

343 Pro possessione, in quam dominus inducit emphyteotam, laudemij solutio est facienda.

344 Pœna commissi est de natura contractus emphyteotici, nec est in fraudem vsurarum.

345 Pro laudemio non soluto res emphyteotica non cadit in commissum.

346 Tertius possessor conuentus pro censu rei emphyteoticæ, exceptionem excussionis opponere non potest. Declara. num. 347. 348.

349 Quando res ecclesiastica in emphyteosim alicui conceditur, omnibus beneficiarijs sacerdotibus presentibus fieri debet.

350 Emphyteota decimam primum, postmodum pensionem, & canonem, soluere debet.

351 Emphyteota expellens colonum, qui longo tempore emphyteoticum agrum coluerat, emphyteosi priuari potest.

352 In dotem dari sine consensu domini emphyteosis an possit. num. 353. 354.

355 Emphyteotæ q fuit a Domino spoliatus emphyteosi propria authoritate ob non solutum canonem, vel alia causa, non competit remedium spolij. Declara. nu. 356. 357. 358.

359 Emphyteota, qui fuit spoliatus, potest directo domino cedere ius spolij.

360 Lex ciuilis super vtili dominio emphyteosis ecclesiasticæ disponere potest.

361 Contentio vertens inter aliquos de emphyteosi, & si sit ecclesiastica, cognoscitur a iudice laico loci illius, in quo sita res est.

362 Canon, siue census emphyteoticus est indiuisibilis, & ideo hæredes in solidum tenentur. vide. nu. 363. 364.

365 Sententia pro domino lata contra emphyteotam nõ exequitur contra secundum emphyteotam.

366 Retractus locum non habet in contractu emphyteotico. num. 367.

368 Durante lite inter duos super dominio rei emphyteoticæ, emphyteota non soluens canonem, non incidit in commissum.

369 Primus emphyteota, per consensum præstitum a domino secundo emphyteotæ, a solutione canonum liberatus censetur.

370 Permutatio irrequisito domino rei emphyteoticæ fieri potest.

371 Soluens canonem vniformem per quadraginta annos, præsumitur ibidem consensum domini interueniisse, ibi quid in emphyteosi ecclesiastica.

372 Dominus extinctis personis, quibus emphyteosis cõcessa fuerat, quando propria authoritate possit ingredi possessionem. num. 373.

374 Emphyteota per modicum tempus, puta decem annorum, poterit emphyteosim locare.

375 Statutum quo ad vtile dominium, etiam emphyteotæ ecclesiastici disponere.

Vtile dominium non est ecclesiasticum.

376 Dominus pro emphyteosi concessa tenetur emphyteotæ de euictione. Declara. num. 377.

378 Carceratus excusatur a non solutione canonis, nec cadit in commissum.

379 Res ecclesiastica, & si nulla adsit alienandi necessitas, nec vlla intercedente solennitate, si in euidentem ecclesiæ vtilitatem erit, in emphyteosim dari potest.

380 Non excusatur emphyteota, quod fuerit spoliatus sua possessione, nec dante causam, nec cum consensu domini.

381 Exequutio, quæ fit contra emphyteotam pro lite contra ipsum agitata, inaudito, & non citato domino, ab eo, impediri potest.

382 Restitutio in integrum non datur ecclesiæ in emphyteosi. Declara. num. 383. 384.

385 Emphyteota quando contra dominum præscribat, num. 386.

387 Dominus directus, quando per nouam recognitionem, & per exactionem futuri canonis, an præsumatur præteritæ pensiones remisisse?

388 An in causa emphyteotica sit locus remedio. l. 2. C. de rescind. vend.

389 Monachus sibi, an monasterio quærat emphyteosim?. num. 390.

391 Emphyteota ecclesiæ per iudicem ecclesiasticum potest compelli ad reficiendam rem emphyteoticam.

392 Emphyteota vendens, vel donans domino irrequisito, constituens se precario nomine possidere, & vsũ fructum retinens, non cadit in commissum.

393 Emphyteota secundus quando teneatur directo domino?

394 Masculi secundæ generationis præferuntur in emphyteosi fœminis primæ generationis.

395 Maritus si receperit emphyteosim pro se, & vxore, illa præsente, & non contra dicente, censetur concessionem ratificare.

396 Delictum vnius ex successoribus in emphyteosi, inducit totius emphyteosis amissionem.

397 *Bona emphyteotica perpetua pro maioratu erigendo, dari nequeunt, niſi vita concedentis durante.*

398 *Fundi accepti in emphyteoſim emphyteota edere domino contractum tenetur.*

399 *Negligentia emphyteotæ anteceſſoris nõ nocet ſucceſſori emphyteotæ, hæredi autem nocet.*

400 *In emphyteoſi ab emphyteota vſusfructus abſque domini conſenſu conſtitui nequit. nu.* 401.

402 *Emphyteoſis finita per generationem reuertitur ad dominum.*

403 *Dominus directus rei emphyteoticæ faciens recognitionem, poterit canonem ſoluendum ſtipulari pro aliquo loco pio.*

404 *Dominus directus volens vendere ſuum directum dominium, an cogi poſſit ab emphyteota, vt illud ſibi vendat.*

405 *Ex delicto emphyteotæ non confiſcatur directum dominium, ſed vtile tantum. nu.* 406. 407.

408 *Emphyteota inueſtituram habens a domino, poſſeſſionem emphyteoticariæ rei poteſt authoritate propria ingredi.*

409 *Emphyteota per poſſeſſionem longi temporis præſcribit vtile dominium.*

410 *Emphyteota, qui ſe obligauit domino directo ſoluere penſionem, ſi alienauit ille directum Dominium alteri, debet conſimilem obligationem huic facere.*

411 *Primus emphyteota non poteſt, tanquam Dominus præeſſe ſecundo emphyteotæ.*

412 *Emphyteota laudemium ſoluere tenetur.*

413 *Titulus emphyteoſis probatus dicitur, probata antiqua poſſeſſione.*

414 *Emphyteoſis, quæ venit ad manus mortuas, ponidebet extra manus mortuas.*

415 *Emphyteota dicitur perſonaliter obligatus ad ſolutionem canonis.*

TITVLVS XXXIII.

De emphyteoſi, emphyteota, ac iure emphyteotico.

1 EMphyteoticus † contractus ſcripturam requirit. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 72. num. 7. in fin. Guid. Papę in deciſ. Gratianop. 24. in princip. in deciſ. 582. ſub nu. 3. multis comprobat hanc eſſe communem opinionẽ. Idẽ aſſerit Iulius Clarus in §. emphyteoſis. q. 4. plenius Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedem. 52. num. 1. Franciſc. Viui in deciſ. 240. nu. 2. Franciſc. Milanen. in deciſ. Siciliæ. 1. nu. 123. lib. 1. Ioan. Petr. Surdus, in deciſ. Mantuan. 10. nu. 1. Cæſar Barzi in deciſ. Bononienſ. 50. nu. 27. poſt Bartol. Alexand. Angel. Ioan. de Platea, Barth. Socin. & Iacobin. de Sancto Georg. quos allegat. Hierony. Cæuallos Practicarum opin. commun. contra communem. q. 356. lib. 1. Aym. Crauett. in conſil. 112. nu. 8. Ioachim. Mynſinger. in §. adeo. nu. 25. inſt. de locat. & conduct. Aluarus Vallaſcus in conſultation. ſiue deciſ. 34. ſub nu. 1. Roland. a Vall. in conſil. 87. nu. 9. vol. 1. Aymo. Publicius in conſuetud. Aluern. titul. 21. Articul. 16. nu. 4. Fab. Turrett. in conſil. 33. nu. 3. vol. 1. Andr. Facchin. Controuerſ. iuris. lib. 1. cap. 84. Burſat. in conſil. 26. num. 16. vol. 1.*

2 Contrarium tenuerunt Accurſius † ſibi contrarius *in l. 1. C. de iure emphy. vbi Bartol. nu. 6. Angel. num. 3. & ibidem Alexan. in Apoſtill. & ibidem Io. Coraſ. num. 12. Gaſpar Caballin. Milleloq. 177. Anaſtaſ. Germon. de Sacror. immunit. lib. 3. cap. 19. num. 120. cum pluribus ſeqq. Stephan. Forcatulus in commentar. Feudor. cap. 4. nu. 14. & in Necyomantia iuris Dialog. 19. nu. 9. vbi optime tuetur hanc opinionem. adde Anton. Scapp. de iure nõ ſcripto. li. 4. c. 22. num. 3.*

Primã opinionem † inſpicimus eſſe communiorem, quam ſi ſequi velimus, hoc modo declarandam cenſuimus. Primo, vt ſi abſq; ſcriptura contractus emphyteoticus factus fuerit, non idcirco nullitati ſubiacebit, ſed in illius probatione ſcripturam aliquam exigi ſcribit idem Anaſtaſius Germonius, *de ſacror. immunitatibus lib. 3. c. 19. num.* 122. 123.

4 Declara ſecundo, niſi contraria † conſuetudine probetur ſimiles contractus fieri ſolere etiam ſine ſcriptura. *Cardinal. Paris. in conſil.* 77. *nu.* 18. 19. *volum. 3. Franciſc. Burſat. in conſil.* 26. *num.* 16. *volum.* 1.

5 Declara tertio dictam † concluſionem procedere in emphyteoſi priuata, ſiue ſæculari, ſecus vero in eccleſiaſtica. *Polydor. Ripa ſingulari obſeruation.* 75. *nu* 4. *& obſeruation.* 381. *num.* 3.

6 Declara quarto, quod † accedente temporis diuturnitate præſumitur ſcripturam interueniſſe. *Anzon. Gamma in deciſ. Luſitan.* 168. *ſub num.* 1. *in fin.*

7 Declara quinto † canonis, & penſionis ſolutionem, teſtibus probari poſſe. *Matth. de Afflict. in deciſ.* 13. *ſub num.* 26. *Cæſar Vrſillus ibidem. num.* 44. *quem ſequitur Cæſar Barz. in deciſ. Bononienſ.* 50. *num.* 28.

8 Notandum tamen eſt, poſſeſſorem † emphyteoſis non oſtendentem ſcripturam, præſumi ipſum habere ius tertiæ perſonæ, *ex Bald. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. Item ſi iurauero. ff. de iureiur. & Iaſon. in l. 2. nume.* 162. *C. de iur. emph. voluit Anton. Gamma in deciſ. Luſitaniæ.* 361. *nu.* 2.

9 In contractu emphyteotico licitum † eſt dare Domino aliquid pro ingreſſu in emphyteuſi, & vulgus noſtrum in Regno Neapolitano appellat pro entratura, *vt voluit Matth. de Afflict. in deciſi.* 72. *nu.* 4. *& ex alijs tradidit Hierony. Cæuallos Practicar. opin. commun. contra com. q.* 571. *Introgium*

10 † *appellat Antonin. Theſaur. in deciſ. Pedem.* 102. *ſub num.* 1. Non tamen eſt de ſubſtantia contractus emphyteotici, vt pro ingreſſu aliquid detur. *Bartol. in l. ſi mihi, & Titio. ff. de verb. oblig. quem ſequitur Gulielm. Redoan. in tract. de rebus*

eccleſ. non alienan. titul. de ſignificat. verbi alienan. cap 22. num. 3. fol. 23. 24. Franciſc. de Claper. in deciſ. Fiſcali. cauſa. 15. quæſt. 1, num. 35. vbi hoc plene

11 *diſcutit, vocans illam † primam ſolutionem a capitum, quod dicit non eſſe de ſubſtantia. nu. 7.*

12 Conceſſio emphyteoſis facta † ſimpliciter, pro ſe, & filijs, interpretanda eſt non vt hæredibus. *Verall. in deciſ. 302. nu. 1. lib. 1.*

13 In emphyteoſi eccleſiaſtica † ex temporis diuturnitate, præſumitur omnes ſolennitates, etiam extrinſecas interueniſſe. *Antonius Gamma in deciſ. Luſitan. 83. num. 2. & in deciſ. 342. num. 2. Antonius Faber in Cod. Fabrian. lib. 4. titul. 38. Defin. 7. nu. 6. vol. 1,*

14 Emphyteoſis eccleſię rite ac recte conceſsa † ad extraneos etiam hæredes tranſit, *vt dicit Matth. de Afflict. in deciſ. Neap. num. 2.* Et ita determinatum fuiſse in conſilio Sereniſſimi Regis Ferdinandi in quadam emphyteoſi eccleſiaſtica, *refert idem Afflict. in deciſ. 386. num. 7.* quod dicit ob authoritatem illius ſacri conſilij eſse nobile verbum. *Iul. Clarus in §. emphyteoſis. q. 28. verſ. ſed aduertendum. Ioan. de Imol. in l. quod dicitur. col. 13. ff. de verb obligat. Alexand. in conſil. 189. num. 12. vol. 2. Chriſtoph. Porcus in §. Adeo, Inſt. de locat. & cond. Carol. Ruin. in conſil. 117. vol. 1. Curti. iunior. in conſil. 4 nu. 1. & in conſil. 130. Raphael Commens. in cõſil. 56. col. 2. Roland. a Vall. in conſil. 96. num. 29. 30. 45. & ſequentib. volum. 1. Alexand. Raudenſ. Variar. Reſolut. lib. 1. cap. 14. num. 49. & cap. 16. num. 31. 50. Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 50. nu. 6. Vincentius de Franch. in deciſion. 235. nu. 2.*

15 Contrariam opinionem, quod † emphyteoſis eccleſiæ non tranſeat ad extraneos hæredes, ſed tantũmodo ad deſcendentes, voluit ſibi cõtrarius *Ioannes de Imola in l. ex facto. ff. de hæred. inſtit. Alexand. in conſil. 24. col. 2. vol. 1. in conſil. 9. col. 3. volum. 2. in conſil. 38. col. 2. in princ. eod. volum. 2. in conſil. 89. vol. 4. in conſil. 87. volum. 7. Carol. Ruin in conſil. 117. in princip. in conſil. 158. colum. 2. in conſil. 174. col. 1. volum. primo in conſil. 109. num. 30. vol. 3. in conſil 23. num. 24 vol. 5. Barthol. Socin. in conſil. 121. num. 18. volum. 4. Deci. in conſil. 171. in princ. Andr. Barbat. in conſil. 63. col. antep. vol. 1. Lud. Bologn. in conſil. 48. Lud. Gozadin. in conſi. 39. col pen. in conſil. 75. col. 2. Hippolyt. de Marſil. in conſil. 49. nu. 53. Curt. iun. in dicto conſil. 130. nu. 5. Iul. Clar. in dicta q. 28. Auguſtin. Bero. in q. 17. Marian. Nepoſ in conſil. 71. col. 2 vol. 1. Anton. de Butr. in conſil. 23. nu. 1. Ioan. Baptiſt. Ferrett. in conſil. 78. nu. 2. in conſil. 102. nu. 11. Riminald. Senior in conſil. 453. nu. 23. in conſil. 460. nu. 13. vol. 3. Iacob. Berret. in conſil. 11. nu. 19. Ioan. Cephal. in conſil. 400. nu. 5. vol. 3. Iacob. Menoch. in conſil. 129. nu. 26 vol. 2. Idem Menoch. de Adipiſcend. poſſeſſ. Remed. 4. nu. 391. & de Recup. poſſ. Remed. 9. nu. 82. Nicol. Boer. in deciſ. Burdeg. 178. num. 3. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin. 103. nu. 1. vol. 2. Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 72. nu. 1. Cæſar Barzius in deci. Bono. 115. nu. 6. Ioan. Petrus Surd. in deciſ. Mantuan. 11. nu. 8. Andr. Alciat. in tract. Præſumptionũ. Regul. 2. Præſumpt. Vltima. Emanuel Suarez Receptar. ſent. §. emphyteoſis. num. 65. Lancellot. Gallia in conſil. 12. nu. 11. vol. 1. Marc. Anton. Peregrin. in conſil. 44. nu. 13. vol. 4. Hieronym. Cæuallos Pract. opin. commun contra communes. q. 194. Claudius Chiphletius in tract. Portionum. cap. 14. col. mihi. 13. in paruis. verſ. Occurit hic tractanda quæſtio Hieron. Magon. in deciſ. Lucens. 12. nu. 7. & in deciſ. Ilorentin. 117. nu. 21. Anton. Scapp. de iure non ſcripto. lib. 4. cap. 20. nu. 15.*

16 Hæc vltima opinio videtur † apud noſtros communior, & frequentiori hominum calculo receptior, quæ ſi tenenda ſit, primo limitatur, per Doctores, vt non procedat, vbicunq; inueſtitura emphyteoſis eccleſiaſticæ eſset data, puta Titio, & quibuſcunque hæredibus, & ſucceſſoribus

17 quia eo caſu † etiam hæredes extranei in illa ſuccederent, vt in ſpecie voluit *Ludouic. Gozadin. in conſil. 14. ſub nu. 22. ad quod concinit Bald. in c. imperialem. col. 5. verſ. Sed quid ſi conceſſum. de prohibit. Feud. alien. per Federic. Anton. Capic. in inueſti. Feudal. §. Feudorum clauſulæ. in verb. & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus. fol. 93. Barthol. Socin. in conſil. 266. col. 14. verſ. Præterea Bald. vol. 2. Hippoly. Riminald. ad Riminald. Seniorem. in conſil. 437. in verb. limita. vol. 3. Hieronym. Gabriel. in conſil. 126. nu. 12. vol. 2. Ioan. Cephal. in conſi. 400. num. 7. vol. 3. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 386. nu. 5. Vincent. de Franch. in deciſ. Neapol. 235. nu. 2. Hieron. Magon. in deciſ. Florentin. 117. nu. 45. 46.*

18 Secundo limita, & declara, † quod quando cum debitis ſolennitatibus fuit facta conceſſio emphyteoſis, quę ſolent in alienatione rerum eccleſiaſticarum interuenire, & dictum fuiſset hæredibus, & ſucceſſoribus etiam extraneis, etiam illi admitterentur, quia & ſi de emphyteoſis eccleſiaſticę natura ſit, vt ad hæredes extraneos non ſit tranſitoria, ex pacto tamen ad extraneos peruenire poſſet. *Bald. in l. 1. ſub nu. 4. verſ. Vndecimo in tranſmittẽdo. C. de iur. emphy. quem ſequitur Auguſt. Berous in conſil. 102. nu. 17. 18. vol. 1. Hierony. Gratus in conſi. 128. num. 6. vol 2. Aurel. Corbul. de emphy. titul. de cauſ. priua. ob mort. ciuil nu. 6. Ioan. Cephal. in conſ. 400. nu. 7. vol. 3 Hierony. Gabriel. in conſil. 126. nu. 5. 6. vol. 2.* Vbi dicit, vel ſolennitatibus interueni-

19 entibus, vel Papæ licentia † interueniente, emphyteoſim pacto ad extraneos tranſire poſſe. *Fel. in cap. in præſentia. ſub nu. 44. de prob. Hiernoy. Magon. in deciſ. Floren. 117. nu. 25. & in deciſ. Lucens. 12. nu. 13.*

20 Tertio declara, † non procedere in emphyteoſi laica, & ſæculari, natura cuius eſt, vt ad quoſcunque hæredes, etiam extraneos tranſeat. *Claudius Chiphletius in trac. de Portionibus. c. 14. col. 13. uerſ. occurrit hic tractãda quæſtio. in paruis. Anton. Scappus de iure non ſcripto. lib. 4. c. 23. nu. 2.*

21 Quarto declara, quod † quando res eccleſiæ data eſt in emphyteoſim, & eſt ruinoſa, & eſt data in perpetuum, admittuntur hæredes extra-

nei,

nei, *ex Bartolo in l. quicunque. C. de omni agro deser. lib.* 11. *ex Barthol. Socin. in Doctissimo. & elegantiss. consil.* 266. *col.* 14. *vers. præterea videtur verior. vol.* 2. *Cardin. Paris. in cap. in præsentia. numero* 108. *de probat. Hierony. Gabriel. in consil.* 126. *numer.* 9. 10. 14. 15. *vol.* 2. *Benedict. Canophil. in extravag. Ambitiosæ. Fall.* 41.

22 Quinto declara † secus esse in Gallia, quia, & emphyteoses & feuda ad extraneos quoscunque hæredes transeunt, *vt post Ioan. Fabr in princ. inst. de empt. & vendit. voluit Nicol. Boer. in decis. Burdegal.* 278. *sub. num.* 7.

23 Sexto declara, q; si emphyteosis † capta sit pro se, & aliquo nominando, si neminem nominauerit, omnis hæres ab intestato admitteretur, vt declarat Alexander *in consil.* 232. *numero* 3. *vol.* 6. *quem sequitur Deci. in consil.* 543. *numero* 3. *quos nouissime refert. Steph. Grati in deci. Marchiæ.* 135. *nu.* 11.

24 Subdeclara, quod quando † tractaretur de nominatione facienda, non posset nominari ecclesia, quia esset præiudicium domini, ad quem nunquam veniret, neque esset spes consolidationis, quia veniret ad manus mortuas, & tacite emergeret domini damnum, & præiudicium. *Ita post gloss. in cap. potuit. vbi Ioan. de Imol. numero* 24. *de locat. communem dicit.*

Quia neque expectaretur reuersio ad Dominũ
25 † ob finem lineæ vel generationis, vt considerauit *Cardin. Paris. in c. in præsentia. numero* 196. *de probation. quem refert, & sequitur Iul. Clar. in* §. *emphyteosis. q.* 33. *Franciscus. Caldas Pereyra. de Nomin. emphyt. q.* 20. *numero* 27. *& complures, allegans Stephan. Gratian. in dicta decis. Marchiæ.* 135. *numero* 15. Quamquam ibi dicat posse infra annum emphyteosim ab ecclesia vendi alteri priuato ex dicto Specul. in titul. de locat. siue de emphyteosi. q. 117. num. 143. & quod ita consuetudine seruetur. *Polydor. Ripa de Actis in articul. mortis. c.* 44. *nu.* 25. 26.

26 Emphyteosis ecclesiastica, † simpliciter concessa, admittit ad successionem etiam filias feminas emphyteotæ, *vt post Augustin. Beroum in cap. in præsentia. numero* 40. *de probat. & in consil* 93. *nume.* 13. *vol.* 1. *arg.* §. *emphyteosim. in Authen. de non alienand.* Voluerunt in vna, eademque causa *Iosep. Ludouic. in decis. Lucens.* 29. *num.* 4. *& Hieronym. Magon. in decis Lucens.* 7. *num.* 1. 2. *antea idem voluit Raphael. Fulgos. in consil* 232. *in fin. in consil.* 238. *in fin. Roland. a Valle in consil.* 93. *num.* 8. *vol.* 2. *Martan. Socin. iun in consil.* 104. *numero* 5. *vol.* 2. *Francisc. Bursat. in consil.* 80. *num.* 15. *vol.* 1. *& nouissime late Ioan. Petr. Surd. in decision. Mantuan.* 95. *num.* 14. 31.

27 Amplia hanc conclusionem, † quod etiam si esset facta concessio emphyteosis pro se, & liberis, quod tunc comprehenduntur feminæ, *vt per Archidiacon. in c. si quis suadente.* 17. *q.* 4. *Ioan. de Imol. in c. potuit. colum. fin. extra de locat. Bald. & Alex. in l. sed si hac.* §. *liberos. ff. de in ius vocand. Petr. de Ancharan. in consil.* 125. *Idem Alexand. in consi.* 80. *vol.* 1. *Decio in l.* 2. *num.* 107. *ff. de regul. iur. Albert. Brunus in Tract. statuti quod stantib. mascul. Articul.* 8. *q.* 22. *numero* 105. *& hanc opinionem firmauit Francisc Cantucc. in decis. Nouissim. Roman.* 125. *num.* 33. *parte* 2. *vol* 2.

28 Declara tamen primo, † primam supradictam conclusionem, quod quando emphyteosis ecclesiastica est concessa pro se, & filijs, non transit ad feminas, quia filiorum appellatione in concessione emphyteosis masculi tantum admittuntur. Hanc opinionem originaliter tribuunt Guidoni de Suzzaria *in l. quicunque. C. de seruis fugit. & in l. veteribus. ff. de pact. & illam communem dicit Anton. Gabriel. commun. opin. titul. de verb. significat. conclus.* 6. *numero* 95. *Iul. Clar. in* §. *emphyteosis. q.* 32. *& illam amplectuntur decisionantes. Ioseph. Ludouic. in decis. Lucensi.* 29. *num.* 26. *Hieronym. Magon. in decis. Lucens.* 7. *num.* 14. *Francisc. Cantucc. in decis. Nouissim. Roman.* 125. *nu.* 1. 5. *parte* 2. *vol.* 2.

Contrarium in Sacro Consilio Neapolitano
29 † fuit decisum, admitti feminam in emphyteosi ecclesiastica alicui concessa pro se & filijs, *vt per Vincentium de Franchis, in decis. Neapol.* 30. *ex authoritate Salycet. in l.* 2. *q.* 17. *C. de iure emphyt. & Decij in l. feminæ. num.* 106. *ff. de Regul. iur. hoc idem voluit Petr. de Anchar. in consil.* 44. *col.* 1. *Angel. in consil.* 118. *Andr. Tiraquell. de retract. consanguin.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 206. *Iacob. Menoch. in consil.* 111. *num.* 57. *vol.* 2. *Deci. in consi.* 570. *num.* 4. *Andr. Facchin. controuers. iuris. lib.* 8. *cap.* 97. *pulchre Ioan. Petrus Surd. in decis. Mantuan.* 95. *num.* 14. 31.

30 Sed tenendo hanc vltimam opinionem, † declara illam secus esse in casu statuti excludentis feminas existentibus masculis, vt est in hoc Regno per Const. incip. In aliquibus. Quia isto casu, donec masculi supersunt nunquam feminæ admittentur. *Bartol. in l. vt iuris iurandi.* §. *si liberi. num.* 5. *in fin. ff. de oper. liber. Alexand. in consil.* 9. *incip. Ponderatis his. col.* 1. *vol.* 5. *Andr. Alciatus in tract. præsumptionum. Regul.* 3. *præsumpt.* 32. *num.* 7. *Augustin. Berous in consil.* 95. *num.* 8. *volu.* 1. *Albert. Brun. in tract. quod stantibus mascul. articul.* 8. *q.* 22. *nu.* 104. *cum pluribus seqq. Anton. Gabriel. in commun. opin. titul. de verb. signifi. conclus.* 6. *num.* 96. *Ioan. Campeg. Quod stantib. mascul. q.* 22. *nu.* 107. *Ioseph. Ludouic. in decis. Lucens* 29. *nu.* 22. *cum pluribus seq. Ioã. Thom. Minado. in constit. Regni. In aliquib. in verb. filiorum. nu.* 3. *Marc. Ant. Peregr. in consi.* 89. *nu.* 3. *vol.* 1. *dico Obseruat. ad Iur. Regn. Neap. lib.* 1. *obseruat.* 63.

31 Declara tertio, quod quando † femina a principio acquirit rem emphyteoticam ecclesiasticam pro se, & filijs, tunc transmittitur ad feminas *vt cõcludit Pet. de Benintendis in decis. Bononiens.* 52. *nu.* 1. *vers contrarium, allegat suæ opinionis aliquos quorum vix reperiri possunt, nisi Andr. Tiraq. de legib. connubialib. l. Quinta. sed est. num.* 26. Vbi dicit casum contrarium, scilicet quando emphyteusis concederetur, vel daretur a femina, & hoc casu si procederet a femina non posset dici emphyteosis ecclesiæ. Sed tamen vtroque casu, siue con-

32 cederetur a femina † vel concederetur feminæ, his caſibus tranſit ad feminas. *Ias. in l. ſed ſi hac. quam legit cum. l. in ius vocari. §. liberos. numero 1. 2. ff. de in ius vocando. Ludouic. Roman. in conſil. 367. num. 12. verſ. Quinimmo fallit. Petr. de Anchar. in conſil. 339. incip. Pro maiori intelligentia. col. 4. ver. tertio, quod proles femina.* Vbi conſuluit in Regno Arra-
33 goniæ ſuccedere feminas, quia a feminis † habuerat originem, multa allegans Antonius Gabriel *titul. de verb ſignificat. concluſ 6. numero 98. Faciunt quæ ſcribit Cotta in deciſi. nouiſſim. Roman. 59. num. 1. parte. 1. vol. 1.*

34 Declara quarto, quod ſi, qui illã † emphyteoſim recipit, non habet niſi vnicam filiam, & recipit pro ſe, & filijs, & eſset in ea ſenectutis ætate, in qua alios filios ſuſcipere illi ſpes non erat, ut tunc emphyteoſi ad illam tranſmittãt, *ex Hippolyt. de Mar ſil. in l. 1. §. ſi ſeruus. num 5. ff. de quæſtion. Voluit idem Anton Gabriel. in dicta concluſ. 6. num. 97. tit. de verb. ſignif.*

35 Emphyteoſi conceſsa pro ſe & filijs † comprehenduntur etiam filij naſcituri, nondum nati. *Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 233. num. 7.*

36 Emphyteoſis quæſita pro ſe, † & filijs, poteſt vni filiorum aſſignari, *ex Speculat. in tit. de locato. ſiue potius de emphyteoſi. §. nunc aliqua. verſ. 78. Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 233. num. 7. Ioan. Petr. Surd. in deciſ. Mantuan. 209. num. 16.*

37 Conceſſio emphyteoſis † conceſsa pro ſe, & filijs, intelligitur etiam de filijs ſecundi matrimonij. *Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 351. nu. 1.*

38 Conceſſio Rei eccleſiaſticæ † in emphyteoſin, etiam antiqua ſine decreto, & alijs ſolennitatibus, nulla eſt. *Anton. Capic. in deciſ. Neapol. 105. num. 1. in deciſ. 113. nu. 1. Petrus de Benintend. in deciſ. Bononiens. 13. nu. 1. Cardinal. Creſcent. in deci. 7. tit. de conceſ. Præbend. Thom. Grammat. in deci. Neapol. 79. nu. 13. Simon. de Prętis in conſil. 38. num. 2. 13. 14. Ioan. Franciſc. de Ponte in conſil. 96. per tot m. Plene D. Alexand. Raudens. Variar. Reſolut. li. 1. c. 14. nu. 14.*

39 Contractus emphyteoticus † dicitur oneroſus, cum non procedat ex mera dantis, ſiue concedentis voluntate, vt ex Cardinali Alexandrino in Prælud. Feudorum *col. 5. Scribit Ioan. Pet. Surd. in deciſ. Mantuan. 290. num. 23.*

40 Eccleſiaſtica emphyteoſis regulariter † non poteſt ad deſcendentes tranſire poſt Aluarum Vallaſ cum de iure emphyteotico *q. 39. voluit Antoni. Gamma in deciſ. Luſitaniæ. 326. nume. 4. Vide ſupra....*

41 Spurij in emphyteoſi † eccleſiaſtica non ſuccedunt, *vt poſt Iul. Clar. in §. emphyteoſis. q. 30. voluit Hierony. Magon. in deci. Lucenſ. 10. num. 9. late Cardinal. Paleott. de Nothis, & ſpur. cap. 30. Paris de Puteo de redintegrat. Feudor. cap. 130. incip. An ſi conceſſio. num. 2. fol. 79. Chriſtophor. Robuſter. in deciſio. Nouiſſim. Roman. 474. num. 1. parte 1. vol. 1. Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 2. num. 1. in deciſ. 37. nu. 5. in deciſ. 72. num. 6. in deciſ. 206. num. 16. in deciſ. 377. num. 2. in deciſ. 387. num. 3. Vincent. Carot. in Deciſ. ſiue caſu. 8. num. 7. Vbi dicit deciſum Romæ coram Aldobrandino. Barnab. Cornaz. in deciſ. Luceuſ. 67. num. 1.*

42 Limita primo, ſecus eſſe, ſi a † principio eccleſiaſtica emphyteoſis capta eſſet pro ſe, & filio ſpurio, vt tunc quaſi admittantur in vim alimentorum. *Matth. ae Afflict. in deci. Neapol. 99. quam ſequutus eſt, & retulit Cardinal. Paleott. in tract. de noth. & ſpurijs cap. 31. in fin. Anton. Gamma in deci. Luſitan. 2. num. 8. & in deciſ. 149. num. 2. Surd. de Alimentis. titul. 2. q. 15. num. 1. 2. Paris de Puteo de Redintegr. Feudor. cap. 130. incip. An conceſſio. num. 4. fol. 79. optime Robuſter. in deciſ. Nouiſſi. 474. num. 2. 3. 4. parte 1. vol. 1.*

Sublimita hanc ſupradictam limitationem, nõ
43 procedere † in ea quantitate quæ quantitatem alimentorum excederet, quia in illo exceſſu agnati ſuccederent, *vt dicit Cæſar Vrſill. in deciſ. 99. num. 1. ex Catelliano Cotta in memorial. in verb. Spurius.*

44 Limita ſecundo, niſi is, cui † fuit facta conceſſio emphyteoſis, haberet poteſtatem nominandi quemcunq; quia poterit ad illam ſpuriũ nominare, *vt dicit Anton. Gamma in deciſ. Luſitaniæ. 2. nu. 3. & in deciſ. 149. nu. 2. Matth. de Afflict. in deciſ. 386. ubi Cæſar Vrſill. in princip.*

45 Limita tertio in emphyteoſi † priuata, quia in ea ſpurij ſuccedunt, *ſecundum Deci. in c. in præſentia. nu. 46. & ibi Cardinal. Pariſ. nu. 87. extra de Probat. Iul. Clar. in §. emphyteoſis. q. 30.*

46 Limita quarto, ut in † emphyteoſi etiam eccleſiaſtica ſuccedat ſpurius legitimatus, *vt poſt multos ſcribit Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 123. num. 7. Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 72. num. 6. & in deciſ. 387. nu. 4. alios complures allegans Cardinal. Paleot. de nothis, & ſpur. cap. 31. Matth. de Afflict. in deciſ. 386. num. 1. 4.* Vbi tamen dicit, hoc procedere ſi in
47 inueſtitura † emphyteoſis pater potuiſſet diſponere in extr. neos. *Barnab. Cornazan. in deciſ. Lucenſ. 67. nu. 2. 3.*

48 Contra hanc limitationem † dicitur regulariter legitimatum ſpurium non ſuccedere in emphyteoſi eccleſiaſtica, *voluit Aldobrandin. in deciſ. Nouiſſi. Roman. 214. num. 3. parte. 2. vol. 2.*

49 Declara tamen ſupradictam † limitationem procedere, dummodo legitimatio facta fuerit ab habẽte poteſtatem legitimandi ad feuda, & emphyteoſes, puta in feudalibus a Principe poteſtatem habente legitimandi ad feuda, & a Summo Pontifice habente poteſtatem legitimandi ad emphyteoſes eccleſiaſticas. *Nicol. Boer. in dicta deciſ Burdegalenſi. 123. nu. 6. 8. Cardinal. Paleott. de nothis, & ſpur. cap. 31. ſub nu. 3. Seraphin. Oliuarius in deciſ. Nouiſ. Rom. 151. num. 1. parte 1. volum. 1. Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 72. nu. 6. in deciſ. 387. ſub nu. 4.*

Vbi tenuit legitimatum a Rege ſuccedere etiam in emphyteoſi eccleſiaſtica. *Barnabas Cornazan. in deciſ. Lucenſ. 67. nu. 2. 3.*

50 Emphyteoſis eccleſiaſtica † conceſſa pro ſe, & vno hærede tantum, intelligitur ſolummodo de

primo

primo hærede. *argu. l. Antiquitas, vbi hoc voluit in ſpecie Bartol. C. de vſufr. Ioan. Calderin. in conſil. 11. titul. de locat. & conduct. & Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 103. nu. 3. vol. 2. Ad hoc tamen videndus eſt Andr. Tiraquell. in Rep. l. Boues. §. hoc ſermone. in princip. num. 32. 75. cum pluribus ſeqq. ff. de verb. ſignif. & in tract at. Lemort ſaiſit leuif. Parte 2. Declarat. 5 per totam.*

51 Seruitutem emphyteoſi poteſt † emphyteota, etiam inuito domino imponere, *vt poſt Gulielm. de Cuneo in l. & in prouinciali. C. de Seruit. & aqua. voluit Cappella Tholoſ. in deciſ. 461. incip. Item fuit quæſitum, verum emphyteota. Bald. & Salycet. in dicta l. & in prouinciali. Matth. de Afflict. in deciſion. 380. num. 2. Guido Pap. in deciſion. 575. num. 1. Nicola. Boer. in deciſ. Burdegal. 181. num. 1. Ioan. Papon. Arreſtor. Curiæ. lib. 13. titul. 2. Arreſto. 8. Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 214. num. 1. Octauia. Cacheran. in deciſ. Pedemontan. 156. num. 8. Flamin. Carthar. in deciſ. Genuenſ. 87. num. 10. Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib. 4. titul 42. Definit. 9. vol. 1. Ioan. Stephan. Lambertin. de contract. eor. Gloſſ. 1. nu. 381. 382.*

52 Declarã tamen hoc procedere, donec † emphyteoſis manebit, & durabit apud ipſum emphyteotam, ſed ſtatim quod aperiretur domino, & apud eum reuerteretur, ſeruitus impoſita dominum non afficit, nec ei præiudicat. *ar. l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fiſci. Stephan. Aufren. ad Cappell. Tholoſ. in dicta deciſ. 461. in fin. alludunt etiam Nicol. Boer. in deciſion. 278. ſub. nu. 9. Matth. de Afflict. in deciſion. Neapol. 380. num. 3. Guido Pap. in deciſion. Gratianop. 575. num. 1. Octauian. Cacheran. in deciſ. 156. nu. 8. 13. Ioan. Petrus Surd. in deciſion. Mantuan. 286. num. 12. Lambertin. de cõtract. eor. Gloß. 7. num. 383. M. Anton. de Amat. in deciſ. March. 92. nu. 5. & 6.*

53 Sublimita hanc declarationem † procedere, ſi iure dominij ob ius prælationis, vel ob caducitatem canonis non ſoluti, ſecus vero ſi peruenirent ad manus domini, tanquam ad priuatum, alio titulo, puta emptione, donatione, vel legato ab ipſo emphyteota, quia ſeruitus ex modo impoſita durabit. *Petr. de Bella pertic. in l. 3. ff. de ſeruit. Petr. Iacob. de Aureliaco. in pract. de Action. in rem pro emphyteoſi. Maſuer. in Pract. titul. de Locat. num. 16. Guido Pap. in deciſ. Gratianop. 575. Nicol. Boer. in dicta deciſion. 181. num. 7. Octauian. Cacher. in deciſ. Pedemont. 156. num. 8. 13.*

54 Emens item emphyteoticam, quam venditor † aſſeruit habere onus ſoluendi annuam aliquam penſionem videtur emptorem tacite eſſe obligatum ad illius oneris ſolutionem, *poſt Ludoui. Rom. in conſil. 311. nu. 2. 3. Matth. de Afflict. in deciſ. Neap. 95. ſub nu. 6. Surdus in deciſ. Mantuan. 32. nu 10. 13.*

55 Donari poteſt emphyteoſis † ab emphyteota, requiſito tamen Domino, *vt voluit Guido Papæ in deci. Gratianop. 46. per totam. Chriſtophor. Robuſter. in deciſ. Noniſ. Rom. 566. parte 1. vol. 1. Marcus Mantua Locor. com. lib. 2. c. 36. Stephan. Forcatul. in Necyomantia iuris. Dialogo. 19. nu. 5. cum pluribus ſeq. Ant. Gamma in deciſ. 116. nu. 5.*

56 Contrariam ſententiam † quod etiam domino irrequiſito emphyteota poſſit emphyteoſim donare, *poſt Iul. Clar. in §. emphyteoſis. q. 15. & Marian. Socin. Nepot. in conſ. 70. nu. 12. vol. 3. voluit Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Lucenſ. 8. num. 1. Hierony. de Laurent. in deciſ. Auenionens. 143. nu. 3. Corn. in conſil. 166. nu. 29. vol. 2. Marc. Ant. Natta in conſil. 114. num. 15. vol. 1. in conſil. 516. nu. 2. vol. 3. Barthol. Veron. in conſil. ciuili. 8. nu. 10. Ioan Dilect. Duran. de Arte teſta. ti. 6. cautel. 46. nu. 1. Barnabas Cornazan. in deciſ. Lucens. 1. nu. 6. 64.*

57 Qui vult ſequi hanc † vltimam opinonem poteſt illã hoc modo declarare, primo, vt emphyteoſim eccleſiæ, fiſci, vel priuati poſſit emphyteota donare, ſaluo iure directi Domini per iura addcta, *per Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 550. nu. 2. 3. vol. 1. Hierony. de Laurentijs in dicta deciſ. Auenionens.*

58 *143. num. 3.* Qui plus dicit, poſſe donare tam † emphyteoſim eccleſiaſticã quam etiam priuatam, quã declarationem vindentur formare Pariſienſes. *32. gloſſ. 1. num. 3. fol. 121. parte 2.* vt reperi in quadam ſcriptura a me reportata anteq; ipſius nomen eſſet deletũ, quo in loco dicit, non præiudicare Domino directo quo ad Laudemiorum ſolutionem Chriſtophorus, Robuſterius *in deciſ. Nouiſ. Rom. 166. par. 1. vol. 1 & Blanchet. in deciſ* Noui. *Rom. 284. nu. 1. par. 1. vol. 1. Paris de Puteo de Reintegrat. feud. cap. 287. nu. 2223. fol. 152.*

59 Secundo declara poſſe patrem † irrequiſito domino donare filio per donationẽ propter nuptias, *vt per Ias. in Authent. Res quę. num. 31. 32. C. com. de lega. Sequitur. alios allegans Hippolyt. de Marſil. in ſingul. 443. incip. poſtquam. Paris de Puteo de reintegrat. feud. cap. 92. incip. Pater habens. nu. 19. fol. 59.*

60 Tertio declara, procedere † concluſionem, vt teneatur Donatarius Rei emphyteoticę, anteq; illius poſſeſſionem capiat, habere confirmationem, & inueſtituram a domino, alias a iure ſuo caderet, vt donatarius approbetur, *vt dicit Alex. in conſil. 189. num. 13. vol. 2. Franciſc. Aretin. in conſil. 41. num. 6. Auguſtin. Berous in conſil. 120. nu. 5. in conſil. 128. num. 7. vol. 1.*

61 Vbi dicit, emphyteotam † donantem teneri Domino ſignificare donationem in talem factam, vel faciendam, cum pactis, quibus ipſe emphyteoſim ab eo tenebat, quod illum in poſſeſſionem inducat & acceptet, & ab eo ſolita iura ſibi ſolui faciat; & quod inde ſine mora Donatarius ipſum Dominũ interpellet, & offerat debita iura. *Sequitur, & refert Aurelius Corbulus. titul. de cauſ. priuationis ob alienat. irrequis. domino factam. Limitat. 13 num. 5.* Sed ego arbitror, quod cũ donatio valeat, ſufficiat

62 † denunciatio Donatarij, vt ſciat Dominus a quo recuperet annua ſua iura.

63 Quarto declara, † dummodo emphyteota donet rem, uti emphyteoticam, non vt allodialẽ, quia caderet a iure ſuo *ex Alex. in conſil. 187. nu. 22. vol. 2. Aym. in conſil. 112. num. 11. & Gulielmo Redoan.*

voluit

voluit Aurel. Corbulus in loco allegato. num. 6. Rimi nald. Senior in conſil. 429. num. 2. vol. 3. Anton. Sola in Decret. Sabau. in Decret. Remp. 1. prin gl. 2. nu. 6. de iure emphy.

64 Quinto declara, † dummodo ſub ſpecie donatio nis, non fieret venditio, ad excludendum forte ius prælationis domino competentis, *ex Iulio Claro in §. emphyteoſis q. 15. verſ. Arbitror tamen. Voluit idem Corbulus in dicta limitat. 13. num. 7.*

65 Dominus prætendens † rem eſſe emphyteoticam, cogitur quo ad poſſeſſorem id probare per teſtes, vel inſtrumenta, etiã ei, qui ipſum recognouit, ſi ipſe neget, quod ſi probatur, priuabitur emphyteota re emphyteotica ob mendacium. *Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 4. titul. 42. definit. 25. volum. primo.*

66 Declara ſecus eſſe in poſſeſſore † cui nõ fuiſſet facta conceſſio, nec aliqua recognitio, ſi paratus ſit probatione facta, ſatisfacere, quia mendacium in eo locum non habet. *Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 4. titul. 42. Definit. 25. vol. primo.*

67 Emphyteota ſoluens tertio † non præiudicat Domino directo. *Lancellot. in deciſ. Nouiſſim. 184. nu. 2. parte 1. vol. 1.*

68 Emphyteota alienans emphyteoſim † irrequiſito Domino, cadit in commiſſum, & priuatur emphyteoſi. *arg. l. fin. C. de Iur. emphyteot. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 97. num. 1. Guido Pap. in deciſ. Gratianop. 162. num. 1. in fin. Thom. Gram. in deciſi. Neap. 77. num. 2. 3. Marc. Anton. Peregrin. in conſil. 15. nu. 21. 23. vol. 1. Anto. Faber. in Codice Fabrian. lib. 4. titul. 42. Defin. 7. nu. 7. vol. 1. Cardinal. Paris. in conſil. 86. nu. 13. vol. 4. Iuli. Clar. in §. emphyteoſis. q. 13. in princip. Marian. Iun. in conſil. 70. num. 14. vol. 3. Ioan. Cephal. in conſil. 95. nu. 21. vol. 1. Gaſpar Caballin. Milleloq. 212. Ioan. Stephan. Lamberten. de contract. eor. Gloſſ. 1. nu. 381. 383.* Quod procedit etiam ſi non tradiderit, ſed per clauſulam conſtituti tradiderit. *Idem Guido Pap. in deciſ. 46. nu. 2. & multi allegati ab Andr. Tiraquell. in tract. de iur. conſtit. parte. 3. limit. 26. nu. 5. Nicol. Vigeli. in deciſ. 67. centur. 1.*

69 Amplia, vt alienatio emphyteoſis † irrequiſito domino ab emphyteota fieri nequeat, etiam ſi eſſet in euidentem Domini vtilitatem, *vt poſt Auguſt. Beroum in conſil. 124. nu. 16. in fin. volum. 1. voluit Franciſc. Cantucc. in deciſ. Nouiſ. Rom. 3. nu. 12 parte 2. vol. 2.*

70 Amplia ſecundo, quod † alienans emphyteoſim irrequiſito Domino, & ſi illam recuperet, cadit in commiſſum, *vt poſt Bart. in l. ſequitur. §. item Labeo. in fin. ff. de vſu cap. & Anton. de Butrio in conſil. 34. voluit Anton. Gamma. in deciſ. Luſitan. 274. nu. 1. & ante ipſum Alberic. de Roſat. in prima parte Statutor. q. 87. Iul. Clar. in §. emphyteoſis. q. 13. verſ. ſed quid ſi emphyteota. Nouiſſime Gaſpar Anto. Theſſaur. quæſt. Forẽs. lib. 1. q. 34. nu. 36. Remiſſiue Petr. Cenedo Collectan. Iuris canonici. parte 2. collect. 144. nu. 39. Ludouic. Morot. in conſil. 93. nu. 2.*

71 Declara hanc ampliationem † procedere tantum de iuris rigore, non autem de æquitate Canonica, præſertim ſi emphyteota ſit eccleſiæ, *vt dicit idem Anton. de Butrio. in dicto conſil. 34. ſub num. 2. quem ſequitur Ioan. Baptiſt. Villalob opin. cõmun. §. emphyteota. nu. 71. Hyppolit. Bonacoſſa. de æquitat. Canonic. Concluſ. 34. Gaſpar Antonius Theſſaurus. quæſt. Forenſ. lib. 1. q. 34. nu. 36. dicens, eandem concluſionem videri ſibi duram.*

72 Limita tamen eandem declarationem, † dictam æquitatem non attendi, ſi ſuper commiſſo, & caducitate fuiſſet lis conteſtata, quia non operabitur. *Anton. Gamma in dicta deciſ. Luſitan. 274. nu. 2.*

73 Amplia tertio, † vt adeo ſit prohibita emphyteotæ alienatio emphyteoſis irrequiſito domino, nec reſeruato eius directo iure, vt eidem Domino competat remedium recuperandæ poſſeſſionis. *Gulielm. Caſſador. in deciſione. 3. nu. 9. Blanchet. in deciſ. Nouiſſi. Rom. 282. nu. 1. parte 1. vol. 1. Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib. 4. titul. 29. Defin. 7. & tit. 42. Defin. 32. vol 1.*

74 Amplia quarto, vt ſicuti † non fiet alienatio emphyteoſis magnis Dominis, ſic etiam nec pauperi fieri poſſit. *Guido Pap. in deciſ. Gratianop. 454. nu. 7. Marc. Anton. Natta in conſil. 491. vol. 3. Aurel. Corbulus tit. de cauſ. priuation. ob alienat. irrequiſ. Domino. Ampliation. 12. nu. 1. 2. Ioan. Pet. Surdus in deciſ. Mantuan. 254. nu. 42.*

75 Limita hanc ampliationem † niſi is magnus dominus, vel potentior eſſet comprehenſus in inueſtitura, *vt poſt Salycet. in l. fin. nu. 14. C. de Iur. emphy. & ibi Iaſ. nu. 98. Gulielm. Redoã. de Rebus eccl. non alien. titul. de caducit. ob rei alien. c. 2. incip. emphyteota quoq; nu. 5. fol. mihi. 515. Sequitur Corbulus de cauſa priuat. ob alien. irrequiſ. domin. Ampliatio. 12.*

76 Declara eodẽ modo, emphyteotam † poſſe alienare emphyteoſim irrequiſito domino in aliquos comprehenſos in inueſtitura, & alienatio talis valida erit, *Iul. Clar. in §. emphyteoſis. q. 14. Ludouic. Gozadin. in conſil. 26. nu. 9. Blanchett. in deciſ. Nouiſſim. Rom. 284. num. 2. parte 1. vol. 1.*

77 Declara ſecundo emphyteotam † debere coram iudice formaliter citari. *vt Guid. Pap. in deciſ. 107. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 97. in fin. Vincent. Carrot. in deciſ. ſeu caſu. 9. nu. 5. 6. Marc. Anton. Peregrin. in conſil. 15. ſub. nu. 23. & in conſil. 27. nu. 7. vol. 1. Hierony. Cæuallos Practicar. opin. com. contra commun. q. 14. vol. 1. Peregrin. Fabius in deciſ. Nouiſ. Rom. 30 nu. 1. 2 lib. 1. vol. 3.*

78 Declara tertio † non procedere in alienante ſub pacto legis commiſſoriæ, vel conditionis in diem, quia conditionis aduentu reſoluitur contractus, & a caducitate excuſatur. *Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 12. num. 1. & Amode. de Ponte Laudemial. q. 38. numero 3. Surd. in deciſio. Mantuan. 220. numero 16.*

79 Sublimita procedere † dummodo pactum eodẽ tempore a principio ſit appoſitum, non autem ex interuallo *Anton. Gamma in deciſion. Luſitan. 12. ſub nu. 1.*

80 De-

80 Declara quarto, in † commiſſum non cadere emphyteotam ob venditionem emphyteoſis ſine domini licentia, ſi dominus longo tempore proſequutus eſt penſionem, & canonem recipiendo. *Anton. Gamma in deciſ. Luſitan.* 91. *num.* 4.

81 Declara quinto † emphyteotam, qui partem tantum emphyteoſis alienauit irrequiſito domino, nõ perdere totam, ſed illam tantum partem, *vt poſt Raphal. Commens. in l. quidam in iure* §. 1. *ff. de Donat. Alexand. in conſil.* 99. *col. fin. verſ. præterea poſito. vol.* 5. *Iacob. Aluarot. in c.* 1. §. *denique ſepe. num.* 24. *verſ. Trigeſima ſecunda concluſio. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. Thom. Grammat. in deciſ. Neap.* 49. *nu.* 1. Vbi aſſerit ita per Sacrum Conſilium fuiſſe deciſum.

82 Declara ſexto † emphyteotam, qui ſine dolo rem emphyteoticam alienauit, nouum poſſeſſorem Domino indicare debere, illumq; in ius vocare, & condemnari facere, alias ipſe a Canonis ſolutione nunquam dicitur liberatus. *Anton. Faber. in Codice Fabrian lib.* 4. *titul.* 42. *Deſin.* 18. *in princip. & Deſin.* 56. *vol.* 1.

83 Declara ſeptimo primam concluſionem † non procedere in alienatione neceſſaria per iudicem facta *Gaſpar Caballin. in Milleloq.* 212.

84 Notandũ quo ad præfata fore arbitror, † quod concedere in emphyteoſim, dicitur alienatio. *c. nulli. de reb. eccleſ. non alien.* §. *alienationis. Authent. de non alien. aut permutand. reb. eccleſ. voluit Petrus de Benintend. in deciſion. Bononiens.* 13. *num.* 1. *Gulielm. Redoan. de reb. eccleſ. non alinan. titul. de ſignification. Verbi. cap.* 22. *incipi. ſimiliter. num.* 1. *fol.* 32. *Chriſtophor. Torniola in conſil.* 25. *num.* 21. *vol.* 1.

85 Declara octauo, quod † facta alienatione abſq; domini conſenſu, ad commiſſum non agitur contra emptorem. *vt concludit Guido Papæ in deciſ. Gratianop.* 590.

86 Declara nono, quod † ad hoc, vt per ſimilem alienationem incurratur caducitas, Dominus debet hoc petere coram iudice in iudicio, & per ſententiam caducitatis cauſam declarari facere. *Ioan. Ronchegall. in l.* 2. *num.* 34. *ff. de duob. Reis. Matth. de Afflict. in deciſion. Neapol.* 97. *num.* 3. *Hierony. Magon. in deciſ. Florentin.* 76. *num.* 24. *Vincent. Carrot. in deciſion. ſiue Caſu.* 9. *num.* 4. 5. 6. *Hierony. Cæuallos Practicar. opin. commu. contra commun. q.* 14. *vol.* 1. *Mynſinger. obſeruat.* 97. *centu.* 3. *Paul. AEmil. Verall. in deciſion.* 300. *num.* 3. *parte* 1. *Peregrin. Fabius in deciſ. Nouiſſim. Roman.* 30. *numer.* 1. 2. *lib.* 1. *vol.* 3. *Anton. Gamma in deciſ. Luſitan.* 17. *ſub num.* 2. *Matthias Colerus de proceſſ. exequuti. parte.* 1. *cap.* 5. *num.* 23. *Modeſtin. Piſtor. in q. Illuſtr.* 133. *num.* 29. 30. 31. *Iacob. Sculthes ad Matth. Coler. in deciſion.* 24.

87 Declara decimo, contra † poſſeſſorem agi poſſe rei vendicatione per dominum. *arg. l. qui petitorio.* 36. *ff. de rei vend. l pignoris.* 12. *ff. de pign. vt voluit Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib.* 4 *titul.* 42. *Deſin.* 7. *num.* 8. *vol.* 1.

88 Declara vndecimo, ſi † emphyteota alienando dixerit, ſi domino placuerit, quia tunc non cadit in commiſſum. *Thom. Grammat. in deciſion. Neapol.* 49. *num.* 3. *Anton. Gamma in deciſion. Luſitan.* 147. *num.* 4.

89 Subdeclara tamen † niſi eſſet res difficilis ad recuperandum, puta caſtrum, *vt voluit Thom. Gram. in deciſ.* 49. *num.* 4. loquens de caſtro alienato, & tradito.

90 Subdeclara iterum dictam clauſulam † ſaluo iure domini, vel ſi domino placuerit, tunc operatur, ſi res non fuit tradita, niſi dictum fuiſſet, & non aliter, nec alio modo, tunc enim euitabit commiſſum. *vt ex Bald. in c.* 1. §. *fin. col. vltim. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. & alijs voluit idem Thom. Gramma. in deciſ. Neap.* 49. *in fin.*

91 Declara duodecimo, ſi alienatio eſſet † nulla, quia ſtante nullitate emphyteoſis non cadit in cõmiſſum. *Guido Papæ in deciſion. Gratianop.* 590. *Gulielm. Redoan. de reb. eccleſ. non alienand. titul. de caducitate ob alienationem. cap.* 2. *incip. emphyteota quoque. num.* 45. *fol mihi.* 523. *& illius ſimia Aurel. Corbul. in titul. de cauſ. priuation. ob alienat. irrequiſit. dom. Limitat.* 22. *num.* 1. *Ioan. Petr. Surd. in deciſ. Mantuan.* 51. *num.* 18. *in deciſ.* 220. *num.* 40. *in deciſion.* 289. *num.* 6. *& ex orginali doctrina Baldi. in l.* 2. *C. de epiſcop. aud. Voluit Franciſc. de Crema, in ſingul.* 112. *& multos allegans Andr. Tiraquell. de tract. Conſanguin.* §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 6. *& de legib. connubialib. l.* 8. *num.* 205. *Gaſpar Caballin. Milleloq.* 109. *Amod. de Ponte Laudem. q.* 39. *Ioan-Stephan. Lambertengus. de contractib. mul. & cor. in fin. nume.* 157.

92 Declara decimo tertio, † vt actio pœnalis commiſſi, & caducitatis non tranſeat contra hæredes emphyteotæ, niſi lite cum defuncto conteſtata, *vt dicit Gulielm. Caſſador. in deciſion.* 2. *num.* 2. *titu. de locat. & conducto. & in deciſ.* 3. *num.* 2. *eod. titulo. Ioachim. Mynſinge. in obſeruat.* 97. *centu.* 3. *Aluar. Vallaſc. in deciſ. ſiue conſultat.* 71. *num.* 13. *in fine. Anton Gamma in deiſ. Luſitan.* 17. *num.* 2. *& in deciſ.* 175. *num.* 2.

93 Subdeclara tamen, quod † quamquam ſupradicti aſſeruerint nec per heredes Domini directi nec contra hæredes emphyteotæ exerceri poſſe actionem commiſſi, & caducitatis, commiſſæ per defunctum, ſecus tamen erit, ſi in conceſſione emphyteoſis, dictum fuiſſet, quod emphyteota caderet ipſo iure, vel ipſo facto, quia tunc caducitas per hæredes Domini, & contra hæredes declarari poſſet, *poſt Auguſtin. Beroum. in conſil.* 98. *num.* 38. *vol.* 1. *& Franciſc. Burſat. in cõſil.* 252. *num.* 4. *vol.* 2. *voluit Ioan. Petr. Surdus in deciſ. Mantuan.* 29. *nu.* 12. Eo enim caſu talis clauſula operatur, quod ſit latæ ſententiæ. *vt dicit Flamin. Chartar. in deciſ. Genuens* 75. *num.* 6. 8.

94 Decimo quarto declara, non procedere † in emptore rei emphyteoticæ, quam emit tanquam liberam, quia & ſi per biennij, vel triennij lapſum nõ ſolueret canonem, non caderet in commiſſum. *Rota in*

Antiquis in decis.759.incip.Dic quod si aliquis.Guido Papæ.in decis.24.num.1.Ioan.Baptista Costa de facti scient.& ignor.post inspectionem.85.in consil. ibi inserto.num.16.& iterum distinct.28.numero quinto. Renat. Choppin.in Consuetud. Andegauens.lib.secundo, titul. quarto, articul.13. volum. secundo.

95 Si per biennium emphyteota † ecclesiæ, & per triennium emphyteota priuati, non soluunt canonem,cadunt a iure suo.*arg.l.2.vbi Ias.num.54. C. de iure emphyteot.Albert.Brunus in consil.41.num. 23.Verall.in decis.182.num.1.& in decis.300.lib. 1.Ioseph.Ludouic.in decis.Perusin.54.num.1.Vincent.Carroc.in decis.siue Casu.65.num.8.Aldobrandin.in decis.Nouissim.Roman.692.in princip.parte 1.vol.1.Brauus in decis.Nouissim.Roman.572 nu. 1.parte.1.Peregrin.Fabius in decis.Nouissim.Rom. 30.num.1.2.lib.1.vol.3.Flamin.Chartar.in decis. Genuens.75.num.10.Matthias Coler.in decis.German.24.vbi Iacobus Schulthes. Cardinal. Crescent. in decis.5.titul.de locat.& conduct.Francisc.Viuius in decis.501.num.1.Barnabas Cornazan.in decis. Lucens.46.num.1.*

96 Amplia etiam si in vno † nummo canonis deficeret,nihilominus aperitur via caducitati. *vt post Andr.Barbat.in consil.36.in fin.vol.2.& Ludo.Gozadin.in consil.99.num.8.voluit Verall.in decis.182. num.2.& in decis.300.num.3.lib.1.Anton.Gamma in decis.Lusitan.41.num.2.in decis.116.num.1.Aluar.Vallasc.in consultat.siue decis.35.in princ.nu. 1.& in consult.86.Petr.de Benintend.in decis.Bonon.6.Surdus in decis.Mantuan.221.num.21.Alexand.Raudens.Variar.Resolut.lib.1.cap.17.sub.nume.27.Barnabas Cornazan.in decis.Lucens.1.nume.33.*

97 Declara primam conclusionem, † emphyteotam,qui per biennium,vel triennium non soluit canonem ex iusta, & probabili ignorantia, excusari, vt in commissum non inciderit,in omni enim simili contrauenire non censetur. *Ioan.Petr.Eimius in consil.101.num.44.in consil.135.num.3.in consil. 200.num.16.vol.2.voluit Ioan.Baptista Costa de facti scient.& ignorant.distinct.38.sub nume.5.Centur.1.& regul.2.num.18.Andr.Gail. Practicar.observat.lib.2.observat.48.num.4.Anton.Faber in Codice Fabri.lib.4.tit.42.Definition. 27.vol.1.Anton.Gamma in decis.Lusitan.292.nume.1.*

98 Declara secundo, caducitatem † debere in casu præfato veris probationibus, non autem præsumptionibus probari. *vt dicit Surdus in deci.Mantua. 221.num.2.*

99 Declara tertio euitari caducitatem † si solutio per errorem ab emphyteota facta non fuit. *Guido. Papæ in decis.Gratianop.24.Paul.AEmill.Veral.in decis.180.num.4.& in decision.298.num.4.lib.1. Anton.Faber in Codic.Fabrian.lib.4.titul.42.Defi. 17.vol.1.*

100 Declara quarto caducitatis † pœnã locũ non habere,vbi in libro Domini recipientis canonem scriptum reperitur,ego sum satisfactus a Petro pro canone per totum præsentem annũ,prout apparet,vt supra,& tamen nihil apparet.*Francisc.Cantucc.in decisiou.Nouissima.Roman.27.per totam partem 2. vol.2.*

101 Declara quinto, excusari † emphyteotam non soluentem pensionem per mandatum, seu preceptum, ac sequestrum a superiore sibi factum, dum tamen notificetur ipsi Domino. *Matth.de Afflict. in decis.Neapol.328.per totam,quam sequitur Ioan. Baptista Costa de facti.scient.& ignorant.distinct. 51.num.12.Centur 2.*

102 Declara sexto, † quod lapsus biennij, vel triennij,quo res cadit in commissum,non currit pupillo minori, *Francisc.Aretin.in consil.103.col.2.Corn. in consil.219.litera.m.vol.2.Guido Papæ in decis. Gratianop.435.num.1.Thom.Grammat.in decis. Neapol.52.per totam Borgnin.Caualcan.in decis Fiuizan.30.num.120.parte.2.Ioseph.Ludouic.in decis.54.num.6.Petrus Cenedo.Collectan.iuris canonici parte 1.Collectan.144.num.4.*

103 Declara septimo, non cadere in † commissum eum,qui soluit canonem illi,qui publice gerebat se pro procuratore Domini, quia liberatus intelligitur, ex solutione illi facta. *Guido Papæ in decis. Gratianop.173.quem refert,& sequitur eruditissimus D.Ioan.Baptist.Costa.de facti scient.& ignorant.distinct.54.num.8.centur.2.Matth.de Afflict. in decis.Neap.129.num.9.10.Surdus in decis.Mantuan.181.num.7.9.Anton.Faber in Codic.Fabrian. lib.4.titul.42.Definit.19.vol.1.Francisc.Pursat. in consil.181.vol.2.Borgnin.Caualcan.in decision. Fiuiz.30.nu.20.par.2.Gaspar Caballin. Milleloq. 101, Milleloq.235.numer.2.Milleloq.221.nume.3.*

104 Subdeclara procedere etiam † si facta esset solutio ærario Domini, siue generali eius negotiorum gestori. *vt per Matth.de Afflict.in decis.allegata. 129.num.9.*

105 Declara octauo primam † conclusionem,non id circo licere domino propria authoritate rem emphyteoticã ingredi,sed iudicis decretum ab ingressuro exigi. *Matth.de Afflict.in decis.Neapol.97.nume.2.3.Peregrin.Fabius in decis.Nouissim.Roman. num.2.lib.1.vol.3.*

106 Alienatione rei emphyteoticæ † facta per emphyteotam ipsam uendendo, Dominus directus iure Prælationis potest illam capere, *arg.cap.potuit,de locato. voluit Specul. in titul. de emphyteosi. siue de locat.§.Nunc aliqua. quæst.91.numero 114. quem (licet corrupte allegans) sequitur Rota in Antiquis in decision.862.incip. Quidam emphyteota.* Aliqui fuisse dicunt hanc originalem opinionem non Speculatoris, sed Petri Iacobi, *in titul. de Actionibus. in rem pro re emphyteoti. numero decimo.versicul. Item qualiter.* Vbi hoc idem tenuit. Sed hic fuit in anno 1311. Speculator vero in anno 1270. vt testatur, Catellianus Cotta *in memor. in verb. iuris peritus.* Hanc opinionem probauit

bauit Senatus Delphinalis *apud Guid. Pap. in deciſ. 47. numero primo in deciſ. 171. in deciſion. 411. numero 1. Anton. Capic. in deciſ. Neap. 99. numero 10. Octauian. Cacher. in deciſ. Pedem. 156. numero 1. Petr. Rebuff. ad conſtit. Galliæ. titul. de conſt. Reddit. Articul. primo gloſs. 17. numero 15. tomo. 2. Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib. 4. titul. 42. Definition. 49. Defin. 59. volum. primo Antonin. Theſſaur. in deciſ. 170. ſub numero ſecundo. Marc. Mantua locor. commu. lib. 2. capitul. 36. Vincent. de Franch. in deciſ. 226. numero 2. Franciſc. Milanenſ. in deciſ. Siciliæ. 17. numero 69 lib. 2. Surd. in deciſ. Mantuan. 39. numero 10. Corbul. de cauſ. priuation. ob rei deterior. limit. nu. 2.*

107 Primo declara dictam deciſionem † non procedere in donatione, quia Dominus in illa non poteſt prælationem obtinere, *vt ſcribit Guido Papæ in deciſ. Gratianop. 47.*

108 Secundo declara ipſum † Dominum præferri, non autem ſi vellet emphyteoſim pro alio amico, vel ſimili, *vt voluit Guido Pap. in quæſtion. 411. numero 1. Octauian. Cacher. in deciſ. Pedem. 156. numero 1. Antoninus Theſſaur. in deciſ. 170. ſub num. 2.*

109 Tertio declara † non procedere in permutatione in qua prælationis ius ceſſat. *Guido Pap. in deciſ. Gratianop. 92. in fin. Ioan. Petr. Surdus in deciſ. 193. ſub num. 10.*

110 Quarto declara, † quod ſi dominus dediſſet licentiam alienandi, eo caſu dum emphyteota alienaret, dominus ius prælationis non haberet. *Anton. Faber. in Codic. Fabrian. lib. 4. titul 42. Definition. 49. vol. 1.*

111 Quinto declara, ius prælationis † Domino directo non competere, dum emphyteoſis venditio facta fuit cum decreto, & in ſubhaſtatione. *Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib. 4. titul. 42. Definition. 49. volum. primo.*

112 Contractus præſumitur potius † emphyteoticus, quam Cenſualis in caſu dubij. *Matth. de Afflict. in deciſ. 129. numero 7. 8. Paris de Puteo de Reintegr. Feudor. cap. 289. incip. Sequitur quotidiana. numero 24. fol. 154. Sequitur Cæſar Vrſill. in dicta deciſ. 129 numero 4. Seraphin. Oliuarius in deciſ. Nouiſſim. Roman. 564 numero 2. parte. 1. vol. 1.* Vbi dicit tanto magis cenſeri emphyteoticum, quanto modicum quid pro penſione promittitur. *Guidus Pancirol. in conſil. 30. numero 11. volum. 1. Paris de Puteo de Reintegrat. Feud. cap. 290. incip. & circa. nu. 19. 20. fol. 154.*

113 Contraria opinio uerior † eſt, præſumi potius cenſualem contractum, quam emphyteoticum, quam opinionem contra Matth. de Afflictis tenuit. *Anton. Capici. in deciſ. Neapol. 103. numero 1. cum pluribus ſeq. Hippolyt. de Marſil. in ſingul. 95. incip. contractus. Thom. Grammat. in deciſ. Neapol. 77. numero 8. Marcell. Cardin. Creſcent. in deciſio. 1. titul. de cenſib. Franciſc. Milanenſ. in deciſ. Siciliæ. prima. numero. 123. lib. 1. Blanchett. in deciſ. Nouiſſim. Rom. 307. numero 2. parte 1. vol. 1. Marc. Anto. Delrius Miſcell. Codic. lib. 4. titul. 6. Matth. Vueſembec. in conſil. 5. numero 45. Borgnin. Caualcan. in deciſ. Tuſcan. 43. nu. 55. parte 1.*

114 Declara tamen, quod pendente † diſcuſſione, an contractus ſit cenſualis, vel emphyteoticarius, ſi non fieret Canonis ſolutio, non introducitur caducitatis emphyteoſis, *vt voluit Anton. Gamma in deciſ. Luſitaniæ. 38. num. 4. & in deciſ. 91. ſub numero 3.*

115 Soluens centum putans, † quod res eſſet emphyteotica, cum tamen eſſet ſua ſolutione canonis non obſtante ſibi minime nocet. *Matth. de Afflict. in deciſ. 83. nu. 10.*

116 Pignori dare, vel rem emphyteoticam † hypothecare emphyteota poteſt. *arg. l. tutor. 2. §. fin. vbi hoc tenuit Alberic. ff. de Pignorat. action. vbi hoc voluit Paul. de Caſtr. & ante eum Bartol. & eſt communis opinio. vt dicit Iaſ. in l. fin. numero 78. 80. C. de iur. emphy. Matth. de Afflict. in deciſion. Neapol. 191. numero 3. Guido Pap. in deciſ. Gratianop. 428. in fin. & in deciſ 575. numero 1. Ioan. Papon. Arreſtor. Cur. lib. 13. titul. 2. Arreſto. 8. Nicolaus Boer. in deciſ. Burdegal. 181. Octauian. Cacheran in deciſ. Pedemon. 156. numero 8. 13. Lancellot. in deciſ. Nouiſſima. Rom. 426. numero 5. 6. parte 1. vol. 1. Franciſc. Cantuccius. in deciſion. Nouiſſim. Roman. 3. numero 1. parte 2. vol. 2. Anton. Gamma. in deciſ. Luſitan. 7. numero 8. in deciſ. 28. numero 2. Vincen. de Franch. in deciſ. Neapol. 226. numero 1. Ioan. Petr. Surdus. in deciſio. Mantuan. 93. numero 10. 11. in deciſio. 160. numero 1. in deciſio. 173. numero 12. Antonius Faber in Codic. Fabr. lib. 4. titul. 42. Definition. 91. in alleg. numero 2. vol. 1. quæſt. 18. quem refert, & ſequitur Gulielm. Redoan. de reb. eccleſ. non alienan. titul. de caducit. ob rei alien. capitulo 2. incip. emphyteota quoque numero 31. fol. mihi. 520. Emanuel. Suarez. in Theſaur. recept. ſentent. §. emphyteota. numer. 105. Aurel. Corbul. de cauſa priuationis ob rei alien. limitatione. 33. remiſſiue Petr. Cenedo Collectan. iuris Canonici parte 2. collectan. 143. numero 59. Vincent. Carroci. in deciſ ſiue caſu. 117 nu. 4.*

Declara tamen ſupra dictam concluſionem,

117 † hypothecari poſſe emphyteoſim non tamen afferre præiudicium domino directo, *vt per Vincentium de Franch. in deciſ. Neap. 226.*

118 Limita eandem † declarationem, niſi Dominus eidem hypothecationi, & pignorationi conſenſiſſet. *vt voluit Guido Papæ in Deciſ. Gratian. 575. & Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 214. nu. 4.*

119 Declara ſecundo eâdem † emphyteoſim includi ſub generali obligatione bonorum. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neap. 191. ſub num. 3. & Ioan. Petr. Surd. in deciſ. Mantuan. 160. per totam.*

120 Subdeclara † tamen ſupradictam ſecundam declarationem procedere, quando in generali obligatione eſſet facta expreſſa mentio rerum emphyteoticarum. *vt poſt Ludouic. Gozadin. in conſil. 20.*

in fin. & Anton. Gabriel. in titul. de regul. iur. concluſ. 12. numero 19. Voluit Lancellot. in deciſ. Nouiſſim. Rom. 426. nu. 5. parte 1. vol. 1. Surd. in deciſ. 160. nu. 2. 13.

121 Declara tertio eam hypothecationem † pignorationem, & obligationem tenere, vita emphyteotæ tantum durante, quia aperta via emphyteoſis ad dominum ceſſabit, *vt dicit Guido Papæ. in deciſ. Gratianop. 575. & Matth. de Afflict. in deciſio. Neapo. 191. ſub numero 3. Anton. Gamma in deciſio. Luſitan. 5. nu. 8.*

122 Subdeclara ſi † ad dominum peruenisſet iure caducitatis, aut prælationis, ſecus vero ſi alio modo. *Guido Papæ. in dicta deciſ. 575.*

123 Declara quarto, † dummodo non ſit pro tanta quantitate hypothecata, vt nulla ſit ſpes luitionis, quia tunc non hypothecatio ſed alienatio diceretur, quæ facta ſine domini conſenſu, nulla eſſet. *Anton. Neguſant. de Pignorib. & hypothec. parte 3. membro primo. numero 27. cum ſequentib. voluit Gulielm. Bedoan. de reb. eccleſ. non alien. titul. de Caducit. ob rei alien. cap. 7. incip. emphyteota quoque. numero 31. fol. 530. & eius ſimia Aurel. Corbul. de cauſ. priuationis ob rei alien. limitat. 33. numero 6.*

124 Domino petenti rem † emphyteoticam, tanquam commiſſam, poteſt ab emphyteota opponi, tu tantundem mihi debes, ſi ob non ſolutionem Canonis, & ſic obſtat exceptio compenſationis, *vt dicit Guido Papæ, in deciſ. Gratianop. 171. numero 5. in deciſ. 174. in fin. Paris de Puteo de Redintegrat. Feudor. cap. 79. incip. An ſi tenens. numero 5. fol. 51. Ioan. Vincent. de Anna in Allegat. 80. numero 5. Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 91. ſub numero 2.*

125 Hæres emphyteotæ poteſt irrequiſito † Domino, emphyteoſim cohæredi vendere, & alienare. *Anton. Gamma in deciſion. Luſitan. 342. numero 4.*

126 Emphyteota ſecundus † alienare volens, non primi emphyteotæ conſenſum, ſed directi Domini conſenſum habere debet. *Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 244. numero 7. in fin. & in deciſ. 329. numero 1.*

127 Conceſſio emphyteoſis eccleſiaſticæ † ſuper qua non interuenit decretum Apoſtolicum nulla eſt, *vt voluit Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 85. numero 5. Gulielm. Redoan. de reb. eccleſ. non alien. titul. de immobil. rer. alienan. eccleſ. cap. 1. incip. Prædia. nu. 8. fol. 77. 78.*

128 Res eccleſiæ † incultæ, hermes, & inutiles, modicique valoris poſſunt per prælatum ad melioran dum in emphyteoſim concedi. *Guido Papæ in deciſ. 156. in deciſ. 158. Matth. de Afflict. in deciſ. 129. nu. 14. Benedict. Canophil. in repet. extrauag. Ambitioſæ. Fallent. 23. 24. 26. Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 323. numero 1. Anton. Faber. in Codic. Fabrian. lib. 4. titul. 38. Definition. 7. poſt Medium. vol. 1.*

129 Prælatus bona eccleſiæ, ſolita † dari in emphyteoſim ad ipſum reuerſa poteſt ſine ſolennitate requiſita in alienatione rerum eccleſiaſticarum, iterum in emphyteoſim dare. *Originale dictum Bartol. in Authent. Qui rem. ſub numero 4. C. de ſacroſ. eccleſ. Guido Pap. in decil. Gratianop. 100. & per plura decreta Galliæ, vt per Ioan. Papon. Arreſtor. Curiæ. lib. 1. titul. 13. Arreſto. 1. Arreſto. 7. Arreſto. 9. Matth. de Afflict. in Conſtit. Regni. Baiulos omnes. numero 85. & in conſt. conſtitutionem Diuæ memoriæ. numero 67. Petr. de Beninten. in deci. Bononien. 13. nume. 8. in fin. Ioan. de Firmo, in tract. de epiſcopo. li 4. parte 4. col. 16. verſ. decimo octauo quæro. Anton. Gabriel. in commun. opin. titul. de iure emphy. aoncluſ. 1. numero 26. Benedict. Canophil. in extrauag. Ambitioſæ. Fallent. 34. & Fallent. 42. Gulielm. Redoan. de rebus eccleſ. non alien. titul. de caſib. in quibus fit alienat. rer. eccleſiaſtic. ſine ſolenni. cap. 6. incip. Item alio caſu numero 1. cum pluribus ſeq. fol. 245. Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 342. numero 1.*

130 Declara primo, non procedere † dictam concluſionem, ſi viueret emphyteota, quia nec in feudum nec in emphyteoſim ſibi dare permiſſum eſt, niſi aperta ſibi emphyteoſi, vt voluerunt, Iacobus Aluarottus, & Cardinal. Alexandrin. *in cap. primo numero 16. De cleric. qui inueſtit. petit, per illum textum.*

131 Declara ſecundo procedere † dum tamen Dominus in primis conceſſionibus cum neceſſarijs ſolennitatibus, conceſſiſſet, vt tunc demum abſque alia ſolennitate, poſſet iterum emphyteoſim dare, alias non poſſet de nouo abſque ſolennitate concedere, *vt voluit Matth. de Afflict. in dicta Conſtitut. Baiulos omnes numero 67.*

132 Declara tertio, † dationem ad emphyteoſim, vel feudum dari poſſe rem eccleſiæ ad ipſam deuolutam, dari ſolitam, & ſi prælatus, ad quem emphyteoſis deuoluta eſt, moriatur, antequam illam conceſſerit, quia tunc poterit per ſucceſſorem dari. *argumen. cap. 1. De clerico qui inueſt. fecer. Cuius authoritate ita tenuerunt Odofred. in Summa Feudor. titul. Qui poſſint fac. inueſtitut. Hoſtienſ. in Summa titul. de Feud. §. quis poſſit argumen. cap. 2. extra, de Feud. Andr. de Iſernia in cap. primo in princip. ſub numero primo de his, qui feu. dare poſſ. Innocen. & alij in cap. vt ſuper. de rebus eccleſ. non alien. Guido Pape in deciſi. 154. Polyd. Ripa de actis in articul. mort. cap. 49. numero.... & in cap. 84. numero 10.*

133 Declara quarto, etiam conſanguineis † prælatum poſſe eandem emphyteoſim dare ſolitam, iterum concedere, dum tamen ſit in euidenti eccleſiæ vtilitate, *vt voluit Archidiac. in cap. epiſcopus. 10. quæſtion. ſecunda. Bald. in l. prima. quæſtion. 25. numero 20 ff. de rerum diuiſion. Andr. Facchin. controuerſ. iuris. lib. 7. cap. 31. intelligendo hanc declarationem, pro vt dico Feudis dignitatum. lib. 1. cap. 4.*

134 Decla-

134 Declara quinto, nisi dominus † reuersam vellet pro se retinere. *vt voluit Iul. Clar. in §. emphyteosis. q. 44. & alios allegans* Anton. Gamma *in decision. Lusitan. 41. numero 1. versicul. pro parte monasterij.*

135 Declara sexto, † quod emphyteosis ecclesiastica concedi solita, reuersa ad dominum, non debet concedi pro minori pensione, sed concessio facienda est more solito, seruatis de iure seruandis, maxime si a principio, vt sterilis concessa fuisset, & post modum facta est fructuosa, vel pretiosa, & reuersa est ad ecclesiam, quia concessio illius cum debitis solennitatibus facienda erit. *Petr. de Bentintendis in decis. Bononi. 13. num. 8. Borgnin. Caualcan. in decis. Fiuizan. 29. siue. 73. num. 58. & in deci. 30. siue. 74. num. 10. vol. 2.*

136 Declara septimo dici solitam † concedi, si semel tantum fuerit concessa, & possessa spacio annorū quadraginta. *Anton. Gamma in decis. Lusitan. 342. num. 4.*

137 Renunciare emphyteota † inuito domino emphyteosim minime potest. Cappella Tholos. in decis. 404. incip. Item fuit quæsitum, an Vasallus. vbi loquitur etiam de feudo, de quo tamen scribemus infra in tit. de Feudis. Et de ambobus scilicet feudo, & emphyteosi *dicit Francisc. Marc. in decisi. Delphin. 325. num. 3, 6. 7. vol. 1. Philipp. Francus de Perusi. in consil. 20. inter Consilia Felini Antonin. Thesaur. in decis. Pedemont. 20. num. 2. & nouissime eruditissimus D. Gaspar Ant. eius filius in Apostillis.* qui dicit, sic esse iterum in Senatu Sabaudo iudicatum in anno 1599. Vbi dat limitationem, de qua loquemur inferius.

138 Contrarium, quod emphyteota † inuito domino possit rem emphyteoticam renunciare, ac derelinquere. *voluit Nouissime Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib. 4. titul. 42. Defin. 11. vol. 1.*

139 Prima tamen opinio † communior est, quam limitandum censeo, si casu emphyteosis esset capta per matrem pro se, & filijs, quia nisi filiorum ratificatio subsequatur, filij illam renunciare poterunt, *vt concludit Stephan. Gratian. in decis. 88. nume. 3.*

140 Quo vero ad opinionem † Antonij Fabri *in dicto lib. 4. titul. 42. Defin. 11. vol. 1.* illa per ea, quæ ibidem asseruit, procedit dum tamen ante omnia soluantur pensiones omnes, & canones omnium annorum præteritorum, & fundat etiam se consuetudini, quę in his seruanda est, *vt dicit Bar. de Cassan. in consuetud. Burgund. rub. de Maires mortes. §. 8. in verb. en dolaissant. num. 4. facit, quod dicit Paul. AEmil. Verall. in decis. 230. num. 1. 2. lib. 1.*

241 Pensio, & pœna, commissi † in simul eodem tempore peti nequeūt, vt dicit Guido Papæ. *in decis. Gratianopol. 171. quem sequitur Nicola. Boer. in decis. Burdegal. 309. num. 5. Verall. in decis. 181. num. 1. lib. 2. Stephan. Gratian. in decis. Marchiæ. 174. numero 9. 10.*

142 Declara tamen dictam † conclusionem procedere in emhyteosi priuata laicorum, secus vero in emphyteosi ecclesiastica in qua potest vtrumq; peti, *vt voluit Iul. Clar. in §. emphyteosis. q. 10. vers. quæro nunc. Ioan. Cephal. in consil. 18. in fin. vol. 1. & Idem Stephan. Gratian. in dicta decis. 174. num. 11. Ioseph. Ludouic. in decis. Perusin. 54. nu. 2.*

143 Dominus petens canonem † emphyteoticum sine protestatione sibi præiudicat in commisso, vt dicit Guido Papæ. *in decis. 171. num. 4. Nicol. Boer. in decis. 309. sub. nu. 5. Quanquam Guido Papæ referat se ad distinctionem Ioan. de Imol. in rep. c. potuit. col. 27. ex. de locat. Ioan. Petr. Surdus in decis. Mantuan. 181. num. 1. in decis. 189. num. 11. 12. quod est etiam de mente Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 129. sub. nume. 10. Iul. Clar. in §. emphyteosis. q. 10. in princip. Gaspar Caballin. Millelloq. 221. num. 2. ante eos tenuit Alexa. in consil. 14. col. 3. vers. & dato quod inciderit. vol. 2. in consil. 105. nu. 12. vol. 5. Deci. in consil. 329. num. 3. Marc. Anton. Natta in consil. 335. num. 3. vol. 2. Roland. a Vall. in consil. 87. num. 32. vol. 1. Cardinal. Paris. in consil. 108. num. 43. vol. 1. Carol. Ruin. in consil. 70. num. 14. vol. 5. Andr. Tiraquell. in tract. retract. Consanguin. §. 24. gloss. vnica. num. 11. Iason. in l. 2. numero 128. C. de iur. emphyt. Gulielm. Redoan. de reb. eccles. non alien. q. 20. incip. emphyteota vero. num. 11. fol. 444. Aurel. Corbul. de causa priuation. ob non solutum Can. limit. 21. nu. 1. Iacob. Menoch. in consil. 20. num. 58. vol. 1.*

144 Contrarium tamen, quod † Dominus recipiens, vel petens canonem emphyteoticum, non censetur sibi præiudicare in petenda pœna commissi, & caducitatis, *post Bartol. in l. 2. num. 8. C. de iure emphyt. Voluit Matth. de Afflict. in decision. 129. Ioan. Lopez de Palatios Rubios. in Rub. de Donat. int. vir. & vxor. §. 6. num. 10. Anton. Gamma in decision. Lusitan. 72. num. 5. Francisc. Sarmient. selectar. interpretat. lib. 3. cap. 6. num. 2. 3.*

145 Prima tamen opinio † cum sit communis, declaranda erit, tunc dominum sibi præiudicare ex receptione pensionum, & canonum, quando id scienter, non si ignoranter fecisset, *vt post Specul. in titul. de locato, & conduct. siue de emphyteosi. §. nunc aliqua q. 24. q. 26. num. 35. 37. & post Alberic. Cyn. Dyn. Bald. Alexa. Anton de Butr. Iason. & Hippolyt. de Marsil. voluit Andr. Tiraquell. de retract. consanguin. §. 1. gloss. 10. num. 22. Gulielm. Redoan. de reb. eccles. non alien. in dicta q. 28. incip. emphyteota vero. num. 12. fol. 444. Aurel. Corbul. de causa priuat. ob non solut. canon. Limitat. 21. num. 14. Andr. Fachin. Controuers. iuris. lib. 1. cap. 99. vers. Secunda conclusio. plene D. Ioan. Baptista Costa. de facti scient. & ignorant. distinct. 46. num. 3. centur. 2. Hieronym. Gigas de pensionib. sub num. 2.*

146 Declara secundo, non præiudicare † domino, si protestatus fuerit se recipere canonem, reseruando sibi pœnam caducitatis, *Ante signanus Speculat. in dicto titul. de locat. siue de emphyteosi. §. nunc aliqua q. 26. numero 36. Bald. in cap. 1. quo tempor. miles. Curti. Senior. in consil. 81. Gulielmus Redoan. in dicto tract. de rebus ecclesiæ non alienan.*

*q.*20.*num.*13.*fol.*444.*Aurel. Corbulus in dicta limitat.*21.*num.*2. *Gaspar. Caballin. Milleloq.* 221. *num.*2. *Hierony. Gigas. de pensioni. q.*73. *num.*6.7. *Ioan. Cephal. in consil.* 222.*vol.*2.

147 Contrarium tamen, quod dicta † protestatio nõ iuuet, quia est contraria facto. *Card. Ruin. in consil.* 110.*vol.*1. *Iul. Clar. in dicta q.*10. *Aurel. Corbul. in dicta Limitat.*21.*num.*2.3. *Gigas. in dicta q.*73.*nu.* 7. *Andr. Facchin. Controuers. iuris. lib.*1.*cap.*99. *Guido Pap. in decis.*172. *Anton. Faber in Codic. Fabr. lib.* 4.*titul.*42.*Defin.*16.*vol.*1.

148 Et dum † dicunt recipiendo canones præteritos, non præiudicare sibi in futuros, vt præfati fere plures dixerunt, quia pro futuris poterit caducitatis pœnam exigere, breuiter videtur mihi, sine dubio distinctio frigida, ex quo si pro præterito potest recipere canonem, & illos recipit, & si essent aliqui in quibus non fuit facta solutio, recipiendo illis sibi præiudicat, quia iã pœna commissa est, quo ad omnes annos. *argu. eorũ quæ dicit Ioan. Cephal. in dicto cons.* 222.*vol.*2. Quo ad alias declarationes istius materiæ venit dicendum *in titul. de feudis. & & tractat D. Costa in dicta distinct.*46.*centur.*2.

149 Declara etiam non censeri † remissam caducitatis, & commissi pœnam per receptionem Canonis, & pensionis, quam facit procurator generalis, ærarius, vel negotiorum gestor Domini, nisi vterque & Dominus, & gestor, vel procurator sciuissent emphyteotæ caducitatem. *Matth. de Afflict. in dicta decis. Neapol.* 129.*num.*9.10. *Guido Pap. in deci. Delphin.* 173. *Ioan. Petr. Surd. in decis. Mantuan.* 181.*num.*1.7.8. *Ioan. Baptista Costa de facti scient. & ignorant. inspect.*79.*numero* 5. *Ioan. Vincent. de Anna in Allegation.*89. *num.*7. *dico in titul. de procur. vers. vigesimo septimo. num.....tomo.*2.

150 Subdeclarant aliqui † caducitatis pœnam euitari, ubi quis subscripserit se alicui partitæ, in qua narrauerit se vti procuratorem talis, recepisse canonem, quanquam non sufficeret ad probationem solutionis pensionis & canonis, *vt voluit Gulielm. Cassador in decision.* 3.*num.*4. *in titul de procurat. quem sequitur nouissime Francisc. Cantucc. in decis. Nouissim. Roman.*26.*num.*7.*parte* 1.*vol.*2.

151 Subdeclara iterum † quæ diximus de procuratore, quod procurator quamuis sit constitutus ad exigẽdum, nec expresse potest caducitatem remittere, nisi ad id speciale mandatum habuerit, *vt scribit Matth. de Afflict. in dicta. Decision. Neapol.* 129. *num.*10. *Carol. Ruin. in consil.* 100.*num.*9.10.*vol.* 5. *Augustin. Berous in consil.* 116.*num.*10.*vol.*1. *Curt. Iun. in consil.*149.*num.*3. *Cæsar Vrsill. in decis.*129.*num.*7. *Aurel. Corbul. in dicta limit.*21.*numero* 16. *Francisc. Bursatus in consil.* 26. *numero* 41.*vol.*1. *Iacob. Menoch. in consil.* 460. *numero* 14. *vol.*5. *Verall. in decis.*181.*num.*1.*lib.*2. *Surdus in decis. Mantuan.*181.*num.*14.15. *Stephan. Gratian. in decis. Marchiæ.*49.*num.*25.34.

152 Caducitas, & commissum, † pœna est. *And. Barbat. in consil.*43.*num.*16.*vol.*1. *Cardinal. Paris. in cons.*89.*num.*38.*vol.*2. *Aym. Crauett. de Antiquit. tempor. in princip. num.*152. *Hierony. Magon. in decis. Florentin.*70.*num.*8. *Ioan. Baptista Costa de remed. subsid. remed.* 121.*num.*9. *Surdus in decision. Mantuan.*102.*num.*2. *D. Gaspar Anton. Thessaurus, Quæstion. Forens. lib.*1.*q.*23.*num.*6.

153 Ad remittendam in rebus † collegij, vel vniuersitatis caducitatem, totius collegij, & vniuersitatis consensus exigitur. *Christophor Robuster. in decisio. Nouissim. Rom.*179.*num.*2.*parte.*2.*vol.*2.

154 Regulare est, emphyteotam † cessantem in solutione canonis lite pẽdente incurrere caducitatem. *Anton. Capic. in decis. Neapol.*16.*num.*6. *Achilles in decis.*1. *titul. de locat. Cardinal. Pute. in decis.*426. *lib.*3. *Verall. in decis.*299.*num.*1.*lib.*1.

155 Contrarium tenet Ioannes † Petrus Surdus *in decis. Mantuan.*6. *sub num.*2. *cum pluribus. seq.* Cui ego ad hæreo, si tractatur quod Dominus prætendat ob non solutionem Canonis, incidisse in commissum, & iudex declararet non incidisse, quo casu, cum dominus litem in debite introduxerit, exque sua causa cessasset emphyteota a solutione canonum lite pendente currentium, damnum sua causa passum, emphyteotæ non imputandum, sicut e conuerso, si condemnaretur emphyteota ex omissa solutione canonis in præteritum, idem esse lite pendente, cum causa ceciderit, & ius non foueret.

156 Declara prædicta, quod si ageretur † lis, quod emphyteota fuisset iniuste expulsus a domino e re emphyteotica, & litigarentur damna, & interesse occasione dictæ expulsionis, excusabitur interim emphyteota a caducitatis pœna ob decursas huius modi lite pendente pensiones, *vt concludit Verall. in decis.*298.*num.*1.*lib.*1.

157 Prædecessor emphyteota † per triennium canonem non soluerat, & dominus directus priusquam declararet caducitatem moritur, eius hæredes commissi accusationem facere nequeunt. *Gulielm. Cassador. in decis.*2. *num.*2. *in decis.*3. *de locat. Anton. Gamma in decis.*175.*num.*2.

158 Prælatus, vel priuatus † canonem recipientes, non solum caducitatis pœnam remittere videntur, sed ipsam non committi, *ex notatis per Hieronym. Gabriel. in consil.*88.*num.*15.*vol.*1. *Guliel. Redoan. de Reb. eccles. non alien. q.*20. *num.* 11.*fol.* 443. *Cæsar. Barzi. in decis. Bonon.*50.*num.*37. *Surdus in decis. Mantuan in decis.*6. *num.*7. *Flamin. Chartar. in decis.*91.*num.*1.2.3.

159 Intelligenda sunt, si dominus † sciret caducitatem, vel deuolutionem, *vt dicit idem Surdus in decis.*203.*num.*21.

160 Remittere non censetur † caducitatem Dominus, dum præstat licentiam, vel assensum emphyteotæ alienanti, nesciens illum in eam incurrisse. *Surd. in decis. Mantuan.* 203. *numero* 21.

161 Si quolibet anno † emphyteota soluerit quandam portionem canonis domino, non autem totam, Triennio elapso non poterit Dominus opponere, quod ceciderit in commissum. *Guido Pap. in decis. Gratiano.*174. *de quo breuissime Gulielm. Fornerius. in l. soluendo.* 114.*ff. de verb. signific. dicit,*

Nec

Nec colonus, ſeu emphyteuta mercedis parte domino depenſa, quo minus fundo, vel ædibus eijcia tur, efficiet. *arg. l. 2. C. de Iur. emphyt.*

162 Remiſſio Canonis † emphyteotici fit ob bellum, quod durauit duobus, aut tribus annis. *Guido Papæ in deciſ. 171. in fin. & ibi bene Ant. Rambandi in Apoſtillis. & poſt alios Sebaſtian. Medicus de Caſibus Fortuitis. part. 2. q. 1. num. 2. Gaſpar. Ant. Theſſaur. ad Deciſ. Patriſ. 20. verſus. finem. Natta in cõſil. 194. num. 6. vol. 1. Franciſc. Viuius in deciſ. 500. num. 5.*

163 Declara tamen † remiſſionem ob bellum tunc fieri, quando concurrant, quod emphyteota non potuerit ad rem emphyteoticam accedere, & quod fructus ex illa accipere nequiuerit, *vt ex Cyno in l. 1. C. de iure emph. Martin. Laudens. in c. 1. de alien. feud. pater. voluit, & ſequitur Iacob. Philip. Portius in conſil. 143. num. 10. Anton. Theſſaur. in deciſ. Pedem. 20. nu. 10. vbi plura aduertit Gaſpar Anton. filius, in Apoſtillis.*

164 Declararem etiam † remiſſionem fieri durante tempore belli, quia ipſo ceſſante emphyteota ſequi tenebitur ſolutionem canonis, *arg. eorum quæ ſcribit Andr. Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa parte 1. num. 42. & in caſu ſimili Didac. Couar. Practicar. quæſt. cap. 30. ſub. num. 3.*

165 Declara tertio, † ſi bellum fuerit in illis regionibus, in quibus eſt fundus, ſiue res emphyteotica, non in alijs *ex dictis Franciſci Burſati. in conſi. 81. num. 16. vol. 1.*

166 Paupertas emphyteotæ excuſat † a caducitate proueniente defectu non ſolutionis canonis, *ex Hippolyto de Marſil. in conſil. 10. nu. 39. Antonio Frigon. in ſingul. 33. Franciſc. Burſato in conſil. 440. num. 20. vol. 4. voluit Franciſc. Milaneus. in deciſ. Sicil. 17. num. 38. lib. 2. Petr. Foller. in practic. crim. parte 2. ſecundæ partis in ver. Dentur capitula quod ſuffocauit vxorem. nu. 45. in fin. Ioan. de Arnon. in ſingul. 62. quos ſequitur Cornel. Benincaſ. de Priuileg. Pauper. in Nono ſpeciali contract. num. 9. 31. 34. 38. Gulielm. Redoan. de reb. eccleſ. non alien. tit. de caducit. ob non ſolut. canon. cap. 3. ſed quod. nu. 9. fol. 497.*

167 Declara tamen, prodeſſe † tunc excuſationem caducitatis, quando non fuiſſet facta ſolutio canonis ob paupertatem, ſecus ſi eſſet ob aliam deteriorationem. *poſt Gulielm. Redoan. de reb. eccleſ. non alien. tit. de caducitat. ob rei deterior. nu. 17. fol. 505. vt illum refert. Franciſc. Milan. in deciſ. 17. num. 42. 43. 44.* Sed voluit potius dicere, quando ino-

168 pia proueniſſet ex † culpa ipſius emphyteotæ. *vt poſt Ioã. Crotum. in l. 4. §. Cato. nu. 69. ff. de verb. oblig. ſcribit Corbul. de cauſa priuationis ob non ſolutum canon. Limit. 29.*

169 Subdeclaratur † tamen excuſari ob paupertatẽ, etiam ſi culpa ſua obueniſſet, non ordinata ad caſum, vt excuſaretur a canonis ſolutione, vt per cõmunem ſententiam dicit *Sfortia Oddus de reſtit. in integr. q. 11. articul. 10. parte 1. quem ſequitur Corbulus in loco ſupra allegato. in fin.*

170 Emphyteota poteſt † conſtituere cenſum ſuper re emphyteotica ſine directi Domini conſenſu, *poſt Pet. Foller. in Pract. Cenſual. in verb. Huiuſmodi cenſualia ſuper rebuſ. nu. 21. Franciſc. Milanen. in deciſ. Siciliæ. 17. num. 2. lib. 2. Catellian. Cotta in memor. in verb. emphyteota non poteſt.*

171 Contrariam ſententiam † tenuit Ludouic. Roman. *in ſingul. 636. incip. Scis quod emphyteota. Quem ſequitur Franciſc. de Crema. in ſingul. 85. incip. emphyteota nõ poteſt. Antonius Lancea Siculus, ſuper Bulla cenſuſ. num. 54.*

172 Prima tamen opinio eſt † cõmunior, & ſequenda, quam declara, quod ſi redit emphyteoſis ad dominum, reſoluta dicentur omnia iura emphyteotę & ceſsabit ius cenſus ſuper empbyteotica re conſtituti. *vt concludit Petr. de Gregorio Siculus in tract. de cenſib. q. 6. num. 33. cum pluribus ſequentibus. & plures alij Doctores Siculi, vt Iacob. Chirco ſuper Bulla. num. 25. Ludouic. Montaltus ſuper eadem. nu. 8. Nicol. Saccanus ibidem num. 1. & eſſe reſolutionem omnium Doctorum Siculorum, voluit Franciſ. Milanen. in dicta deciſ. Siciliæ. 17. num. 18. lib. 2.*

173 Declara etiam, quod omnes † Doctores Siculi dicunt, vigore Pragmaticæ Regis Alfonſi de cenſibus, cenſus cõſtituti operantur, quod fit exequutio ſuper re emphyteotica, ſuper qua fuit conſtitutus cenſus, eſto quod reuerſa ſit ad dominum directum, & facta effectuali ſolutione cenſus, admittitur exceptio reſolutionis contractus, & euaneſcit cenſus, & remanet libera apud dominũ directum. *& ita dicit idem Petr. de Gregorio in dicto tract. de cenſib. q. 6. num. 34. 35. dicens.* ſic vidiſſe ſeruari in Magna Regia Curia Siciliæ, & ita omnes tenere refert *Franciſc. Milanen. in deciſ. Siciliæ. 1. nu. 173. & in deciſ. 17. nu. 21. lib. 2.* Et ita, pluries in eadẽ magna curia ipſum iudicaſſe, & præſertim in cauſa Donnæ Antoniæ de Bononia, refert Don Garſias Maſtrillus ad Petrum de Gregorio *in dicta q. 6. num. 92.* Quem librum e Sicilia mihi dono miſit idem Dominus ob ſuorum morum candorẽ. Credo tamẽ hos Doctores hanc practicam obſeruare, ob verba dictæ noſtræ Pragmaticæ, & Bulla Papæ Nicolai, ampliſſima, quia alias nihil eſset ſolui, quod ſtatim reſtituendum foret.

Emphyteota, vt pluries in hoc titulo diximus,

174 per † biẽnium in emphyteoſi eccleſiaſtica, & per triennium in priuata profana, deſinens canonem ſoluere, cadit a iure ſuo, *vulg. l. 2. C. de iure emphyt. Veral. in deciſ. 180. in deciſ. 300. lib. 1. Aldobrandinus in deciſi. Nouiſſi. Rom. 692. in princ. parte 1. vol. 1. Vincẽ. Carroc. in deciſ. ſiue caſu. 65. nu. 8. Brauus in deciſ. Nouiſſim. Rom. 572. num. 1. parte 1. vol. 1. Ioſeph. Ludo. in deciſ. Perus. 54. nu. 1. Peregr. Fabius in deciſ. Nouiſſim. Rom. 30. nu. 1. 2. lib. 1. vol. 3. Flamin. Chartar. in deciſ. Genuenſ. 75. num. 10. Matthias Coler. in deciſ. German. 24. vbi Schulthes.*

175 Declara primo non procedere † concluſionem ſi celeri ſatisfactione moram purgauerit, *vt dicit Guido Papæ in deciſ. Gratianop. 123. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin. 576. nu. 5. vol. 1. Brauus in deciſion.*

No-

Nouiſſi.Rom.572.nu.1.parte 1.vol.1. Hieron.de Laurentijs in deciſ.Auenion.143.num.7.

176 Declara ſecundo, moræ purgationem † elapſo biennio in emphyteoſi eccleſiæ admitti, ſed per lapſum triennij in emphyteoſi priuata non admitti, voluit Matth.de Afflict.in deciſ.Neapol.174.nu.2. Franciſc. Connan. commentar.iuris.libr.7.cap.12. num.9.

177 Cõtrarium tenuit, quod etiam in † emphyteoſi priuata admittatur purgatio morę poſt triennium, voluit Raphael Fulgos. in conſil. 7. Incip. Iam pluribus annis elapſis.col.3.uer.ad ſecundum.Deci. in conſil.138.Hierony.Grat.in conſil.79.nu.11.vol. 1.Guid.Pap.in deci.207.& in deciſ.123.Catellian. Cotta in Memor.Morapurgari.Barthol. Cepoll.in conſil.Ciuil.25.nu.15. Carol. Ruin.in conſil.198. nu.4.volum.1.Cardinal.Paris.in conſil. 108. num. 44.volum.1.Brauus in deciſ.Nouiſſi.Rom.572.nu.1. parte 1.vol. 1.& contra Matth.de Afflicto in ſpecie tenet Ioan.Michael Trois. ad Annibalẽ in Ritu Magnæ Curiæ.170.& ita pluries per ſacrum conſilium fuiſſe deciſum refert in ſpecie Cæſar Vrſill. in deciſ. Neapol.174.nu.2.3.Hoc idem tenuit Franciſc.Burſat.in conſil.26.nu.44.45.uol.1.Franciſ. Sarmient. Selectar. interpret. lib. 3. cap.5. num.2. Ioſephus Ludouic.in deciſ.Perus.89.num. 12.& in deciſ.Lucens.8.nu.6.& alij complures,quos allegat Petr. Cenedo.Collectaneor.iuris Canonic.parte 2.collectan. 144.nu.6. Franciſc.Cantuccius in deciſ. Nouiſſi. Rom.26.nu.5.parte 2.uol.2.Verall.in deciſ.180.nu. 5.lib.1.Hierony.de Laurentijs.in deciſ.143.num.7. Ant.Gam. in deciſ.Luſitan.91.ſub.nu.2.& in deciſ. 147.nu.2.3.Martanus Iun.in conſil. 111.ſub nu. 1. 2.uol.2.

178 Declara tertio,quo ad hanc † celerẽ moræ purgationem, quantum tempus exigatur ſunt plures diuerſę opiniones, cõmunis tamen opinio eſt, quod iudicis arbitrio id remittatur, vt ex multis concludit Iacob.Menoch.de Arbitrar.iud.quæſt.lib. 2. centur.1.caſu.7.nu.13.cui adde Iul.Clar.in §.emphyteoſis.q.8.in fin.optime Gulielm. Redoan.de Reb.eccleſ.non alie.tit.de Morę purgation. ob ceſſar.ſolut. 20.cap.1.incip.emphyteota uero.nu.2.fol.443.& illius ampliator Aurel. Corbulus de cauſ.priuationis ob non ſolut.Canon.limitat.41.nu. 25. Ioſeph. Lud. in deciſ.Peruſin.89.nu.12.in deciſ. Lucens.8.nu.6. Franciſc. Marc.in deciſ.Delphin. 576.ſub num.2. uol.1.Hierony.de Laurentijs.in deciſ.Auenion. 143. num.7.Brauus in deciſ.Nouiſſi.Rom.572.nu. 2.parte.1.uol.1,

179 Declara quarto eam † moræ purgationem,quo cunq; illa tempore fiat,faciendam tamen eſſe ante litis conteſtationem, voluere Deciſionantes, Matth.de Afflict.in deciſ.Neapol.174.nu.6. Guido Papæ in deciſ.Delph.123.Franciſc.Marc. in deciſio. Delph.576.nu.5.uol.1.Anto.Gamma in deciſ. Luſitan.91.ſub num.2.in deciſ.147.num.2.3. Anton.Faber in Codic.Fabri.lib.4.titul.42.Defin.17.uol.1.

180 Declara quinto,quod † ſi in cõtractu emphyteutico adeſt pactum contractus reſolutiuum ob non ſolutionem moræ purgatio non admittitur, vt ſentit Cardinal.Puteus in deciſ.66.nu.1.lib.3. Brauus in deciſ.Nouiſſim.Rom.572.nu.3.parte 1.vol.1.& hoc eſt quod voluit in Summa Franciſ.Connan. Cõmentar.Iuris.ciuil.lib.7.cap.12.num.9.

181 Declara ſexto, ad euitandam † caducitatem ob non ſolutionem canonis,eſſe neceſſariam oblationem emphyteotæ,qui offerat verbo ſoluere totum debitum,vt ex Bartholom.Socin.in conſil. 118.nu. 10.vol.4.Achil.de Craſſ.in deciſio.2.titul. de locat. Brauus in deciſ.Nouiſſi.Rom.562.nume. 6.parte 1. vol.1.Cæſar Barzi.in deciſ.Bononiens.50.num. 49. Anton.Faber.in Codic.Fabrian.lib.4.titul.42. Definit.22.Definition.40. vol.1. Alexander Raudens. variar.reſolut. c.17.nu.27.lib.1.

Declara ſeptimo dictam ſolutionem canonis ſoluendam ob caducitatem incurſam fieri debe-
182 re in loco † creditoris,ac vbi erat ſolutio facienda,& citata parte debitum offerri. Matth.de Affli. in deci.Neapol.150.nu.11.Roland.a Valle in conſil. 53.nu.38.vol.1.Verall.in deciſ 300. num.2.3. lib. 1.Brauus in deciſ.Nouiſſi.Roman.572. nu. 4.parte 1.vol.1.Franciſc.Cantucc.in deciſ.Nouiſſ.Rom. 26. nu.5.parte 2.vol.2.

183 Subdeclara hanc declationem, † quod quamuis oblatio ſit verbalis, nec congruo loco, ac tempore facta, nec de tota quantitate, ad euitandam caducitatem,quod ſufficiat, voluit Verall.in deciſi. 271.lib.2.

184 Declara octauo, non † ſufficere ad inducendam caducitatem lapſum temporis ſolutionis non factæ, ſed exigitur declaratio Domini directi, non enim cadit in commiſſum, niſi Dominus voluerit, vt dicit Gulielm.Caſſador.in deciſ.2.nu.1.cum pluribus ſeqq.& in deciſ.3.ſub num.3.titul.de locat.& cõduct.Ioachim Mynſinger.obſeruat.97.centur.3.Verall.in deciſ.301.nu.3.parte 3.Aluar.Vallaſc.in deciſ ſiue conſultat.71.nu.13.Thobias Noni.in conſil. 2.nu.17.Franciſc.Cantuccius in deciſ. Nouiſ.Rom. 28.nu.1.cum pluribus ſeq.parte 2 vol.2. Peregrin. Fabius in deciſ.Nouiſſ.Rom.39.nu.1.4.lib.1.vol.3. Hieron.Cæuallos Practicar.opin.com.contra cõmun. q.14.vol.1.Petr. de Benintend. in deciſ. Bononienſ. 37.nu.15. Anton.Gamma in deciſ.Luſit.41.ſub nu. 2.& in deciſ.175.num.2.& in decciſ.17.nu.2.Cardin.Puteus in deciſ.181.in princ.lib. 1.Cæſar Barz. in deciſ. Bononienſ.50.nu.39.43.& in deciſ.62.nu. 58.Surd.in deciſ.57.nu.16.in deciſ.194.nu.7.Franciſc.Milan.in deciſ.Sicilie.17.nu.55. lib.2. Flamin. Chartar in deciſ.Gemenſi.65.nu.11.12.

185 Subdeclara ſupranotatam † declarationem eandem declarationem domini quoad caducitatem, explicatam eſſe debere, vt poſt Gulielm. Caſſador. in deciſ.2.titul.de locat. & conducto. voluit Verall. in deciſ.181.nu.5.lib.2.

186 Subdeclara inſuper † Domino declarare debẽti caducitatem,id permitti in ſpacio quinquennij. Anton. Gamma in deciſion. Luſitan.268.num. 1. ante ipſum dixerat Dyn.in tractat.Præſcription.titul.25.

187 Sub-

187 Subdeclara tertio, † quod quando caducitas declarata est a domino, potest per vnumquemque opponi. *Surdus in decision. Mantuan. 280. num. 6.*

188 Declara nono, etiam † non statuto loco solutionis census, teneri Emphyteotam canonem portare ad domum creditoris, *ex Barthol. in l. item illa in prin. num. 7. ff. de constit. pecun. Panorm. in cap. significante. num. 9. de Pignor. & in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 3. de constit. Matth. Coler. in decis. German. 24. num. 9. Zobell. lib. 1. Landrecht. Articul. 54. vers. incip. Secus de iure cõmuni. Idem. Zobell. de differ. iuris cõmunis, & Saxonici. parte 2. differ. 45. Iacobus Sculthes ad Coler. in dicta deci. German. 24. in fin. Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib. 4. titul. 42. Definit. 15. in princip. vol. 1. Alexand. Raudens. variar. Resout. lib. 1. cap. 17. num. 34.*

189 Subdeclara dictam declarationem † procedere, si census sit portabilis. *Antan. Faber. in Codic. Fabrian. lib. 4. titul. 42. Definit. 15. in allegat. num. 1. vol. 1.* Puta si est pecunia, quia si esset species puta frumentum, vinum, & similia, tenebitur creditor ire ad domum debitoris. *Garsias Mastrill. de cens. 4. 7. num. 42.*

190 Subdeclara secundo, † quod si nihil sit actum de asportatione census, debere emphyteotam debitorem interpellare. *Anton. Faber. in Codic. Fabrian. lib. 4. titul. 42. Definition. 15. vol. 1.*

191 Subdeclara † tertio, tunc emphyteotam ipsum ad domum creditoris canonem portare debere, si eiusdem fori fuerint, secus si diuersi, *vt post Guliel. de Cun. Alberic. Bartol. Bal. Paul. de Castro. in l. item illa. ff. de const. pecun. & Bald. in l. fin. C. de condit. in sert. & alios voluit Gaspar Caballin. in Milleloq. 304. Don. Garsias Mastrill. in tract. de censib. q. 7. num. 42. vers. tertio decimo.*

192 Ob deteriorationem rei emphyteoticæ † posse statim emphyteotam expelli post Augustinum Beroum *in consil. 125. vol. 1. Thob. Nonium in consil. 58. num. 17. Tyberium Decian. in consil. 92. num. 8. vol. 3. voluit Francisc. Milanen. in decis. Siciliæ. 17. num. 44. 45. 52. 53. 55. lib. 2. Iul. Clar. in §. emphyteosis. q. 25. Barnabas Conaz. in decis. Lucens. 65. num. 2.*

193 Declara, vt possit emphyteota † ob deterioratio nem rei emphyteoticę priuari, necesse esse, vt sit notabilis deterioratio. *Guido Pap. in decis. Delphin. 282. Anton. Gamma in decis. Lusitan. 17. num. 1. in deci. 342. num. 1. Surd. in decis. Mantuan. 102. num. 7. in decis. 286. num. 9. Stephn. Gratianus in decision. Marchiæ. 174. num. 5. 6. 7. 14.*

194 Secundo declara † deteriorationem debere esse ad perpetuum rei emphyteoticæ detrimentum, & deteriorationem. *vt post Rolan. a Valle. in consil. 49. num. 22. vol. 1. voluit Stephan. Gratian. in decis. Marchiæ. 174. num. 14.*

195 Tertio declara, quod deteriorans † vnam tantum rem emphyteoticam cadit a toto. *vt scribit Anton. Gamma in decis. Lusitan. 291. num. 2.*

196 Quarto declara, † quod si deterioratio sit, quod emphyteota euellens arbores a re emphyteotica, & illarum loco alias plantet, non incidit in cõmissum, alias secus. *Francisc. Marc. in decis. Delphinal. 552. num. 1. 2. vol. 1. Ioseph. Lud. in deci. Perusin. 94 num. 13. Alex. Raudensis variar. resul. lib. 1. cap. 27 sub num. 10. Anton. Gamma in decis. Lusitan. 147 num. 5. Aluarus Vallasa. in decis. siue consultat. nu 5. cum pluribus seq.* Quo in loco ponit exemplun

197 † de eo, qui euellit oliuas, & loco illarum planta vineam, & dicit non incidere in commissum, cu ego non subscriberem, sed tantum in euellente vineam, & plantante oleas, cum vineę durent modico tempore, oliuæ vero ad quingentos, & plus

198 † annos, vt dixi in Apologia Catholica aduersus sententiam Pisati Aquilæ repertam. Et licet ad præfata etiam adducere, non posse inuito domino, emphyteotam syluam extirpare, & vineam plantare, licet, *vt dicunt*, fieret melior domini

169 † conditio. *argu. l. vsufr. uctuarius nouum. 68. ff. de vsufr. & quemadmod. quis vtat. & voluit Francisc. Cantucci. in decis. Nouissim. Roman. 37. num. 29. parte. 2. vol. 2.* Quam conclusionem ego eadem ratione vt veram affero, quia & si vinea vtilior Domino primo actu appareat, pauco tamen tempore

200 † duratura, Sylua autem longiori & forte perpetuo duratura in domini vtilitatem, de qua *in. l. Sylua cædua 30. vbi Doctores ff. de Verb. signific. Surdus in decis. Mantuan. 286. nu. 9.* vbi dicit, deteriorari emphyteosim per incisionem multarum arborum fructiferarum. ob modicam enim incisionem arborum caducitas non incurritur, nisi sit in quantitate notuli. *Hiærony. Magon. in decis. Florentin. 22. num. 6. Ioseph. Ludouic. in decis. Peruf. 22. sub. num. 21. in decis. 94. num. 9. D. Alexand. Raud. variar. Resolut. lib. 1. cap. 27. num. 10. Barnabas Cornazan. in decis. 65. num. 4. 5. 13.*

201 Quinto declara, quod † qui promittit rem melio rare, & non deteriorare ex minima deterioratione cadit in cõmissum, *vt ex Marc. Anton. Natta. in consil. 481. num. 14. vol. 3. Thob. Non. in consil. 58. num. 19. voluit Ioan Petr. Surdus in decis. Mantuan. 102. nume. 9. Francisc. Milanens. in decis. 17. nume 31. lib. 2.*

202 Subdeclara proximam † conclusionem, ut ob modicam contrauentionem, vel deteriorationem, etiam iuramento non obstante, non cadat in commissum, in locis præsertim status ecclesiastici, ex equitate canonica. *Petr. de Benintendis in decis. Bonouiens. 6. nnm. 1. 2. Iosephus Ludouic. in decis. Peru. 22. nu. 19. Seraphi. de Seraphinis. de priuileg. iuram. Priuileg. 84. num. 11. Stephan. Gratian. in deci. Marchiæ. 174. num. 13.*

203 Subdeclara etiam † expelli emphyteotam ob deteriorationem, domino tamẽ volente. *Hieron. Cagnol in Authent. Qui rem. num. 38. C. de sacrosanct. eccles. Francisc. Milanens. in decis. Sicil. 17. num. 55. lib. 2.*

204 Sexto declara, vt tunc † demum emphyteota ob deteriorationem suo iure priuetur, si tria concurrant. Primo, quod deterioratio non sit modicæ, sed magnæ quantitatis, in dicto arbitrio statuenda.

Secun-

Secundo, quod deterioratio sit, respectu Dominij, non autem vsusfructus. Tertio quod sit dolo, lata, leui, non autē leuissima culpa, *vt post Roland. a Valle in consil. 49. num. 22. vol. 2. voluit Iosephus Ludouic. in decis. Perus. 22. num. 23. Aufre. in Cappella Tholos. 353. Francisc. Milanens. in decis. Siciliæ. 17. numero 29. lib. 2. & post Ioan. de Amicis in consil. 107. & Iul. Clar. in §. emphyteosis. quæst. 26. Anton. Gamma in decis. Lusitan. 342. numero 3. Stephan. Gratianop. in decisio. Marchiæ. 174. numero 6. 7. 14. & nouissime Iacob. Thomingus in decis. Lipsiæ. 52. num. 6. 12. Barnabas Cornazan. in decis. Lucens. 65. nu. 4. & plurib. seq.*

205 Septimo declara † sententiā requiri in declaratione huiusmodi deteriorationis, *vt dicit Stephan. Gratian. in decis. Marchiæ. 174. numero 8. Paris de Pute. de Redintegr. feud. cap. 125. incip. An finito. num. 7. fol. 76.*

206 Intra annos triginta † peti possunt res, quæ in commissum ceciderunt. *vt scribit Guido Papæ in decis. Gratianop. 412.*

207 Ecclesiastica emphyteosis, † tertiam personam non egreditur. *vt dicit Anton. Gamma in decis. Lusitan. 361. sub num. 4.*

208 Emphyteota domum a se ædificatam † in solo emphyteotico destruere non potest. *Paris de Puteo de redintegrat. Feudor. cap. 159. incip. An is, qui recipit. per totum. fol. mihi. 92. Ioan. Petr. Surd. in decisio. Mantuan. 78. numero. 10. & in decis. 300. num. 1. & per totam.*

209 Emphyteota, qui priuatur † ob non solutum canonem, præiudicat etiam alijs in inuestitura comprehensis. *Surdus in decis. Mantuæ. 102. numero 18. 19.*

210 Quod re emphyteotica male vtatur † expelli non potest emphyteota, sed moneri, quod bene vtatur, vel illam derelinquat. *Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 4. titul. 42. definition. 51. vol. 1.*

211 Mora non committitur † per emphyteotam, ob quantitatem illiquidam Canonis. *Matth. de Afflict. in decision. Neapol. 205. num. 2. D. Alexander Raudensis variar. resolut. lib. 1. cap. 17. numero 1.*

212 Dominus directus ob non solutionem † canonis fundum condixerat, & illius etiam possessionem, & positum sub hasta, cum emptorem non reperiret, emptoris iure retinuit, creditores, qui ante moras debitum contraxerant, pro credito agentes repelluntur, ac dominus præfertur, nec per ius offerendi creditores dominum excludere poterunt. *Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib. 4. tit. 42. defin. 62. vol. 1.*

213 Emphyteota ad instantiam † directi Domini rei emphyteoticæ recognitionem facere tenetur. *Guido Papæ in decis. Gratianop. 417. Petr. Rebuff. ad Constitutiones Galliæ. tomo primo. titul. de liter. obligator. articul. primo. gloss. 3. num. 11. Ant. Faber in Codice Fabrian. lib. 4. titul. 42. definitio. 18. volum. 1.*

214 Emphyteota † abnegans Domino emphyteosim non priuatur emphyteosi ipsa. *Iacob. Philip. Portius in tract. com. opin. lib. 1. conclucluſ. 30. in princip. & alios referens Iacobus Thomingus in decisio. Lipsieus. 52. num. 11. 12.*

215 Contrariam sententiam † tenuit *Angel. in l. fin. C. de Reiuend. Ripa in l. priuilegia. num. 25. ff. de priuileg. Credit. Nicol. Euerard. de locis legalib. in loco a feudo ad emphyteos. Iacobi. de Sancto Georg. in verb. dictique Vasalli promiserunt. numero. 35. Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 4. titul. 42. Defin. 9. num. 11. 12. vol. 1.*

216 Declara hanc † vltimam opinionem, si illam tenere volueris, non priuari emphyteotam, si veniam petierit, & emendari abnegationem institerit. *argumen. l. forma. §. fin. ff. de Censibus. Idem Anton. Faber. in Codice Fabrian. libr. quarto. titul. 42. Definition. 9. num. vndecimo. volum. primo.*

217 Declara secundo, † quod etsi a principio iustam causam habuerit dubitandi, an rem emphyteoticam possideret, & demum factis probationibus, constito de negotio, & ipsis prælatis, perseueret, nec liti cedat. *Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 4. titul. 42. Defin. 59. vol. 1.*

218 Mandatum procuratorium † ad petendum Canones præsentes, & futuros, non se extendit ad petendam caducitatem. *Paul. AEmil. Verall. in decis. 181. num. 1. libro. 2.*

219 Melioramenta volens emphyteota † vendere, & alienare, Dominis potius, quam alijs vendere cogitur. *Carol. Ruin. in consil. 161. num. 28. 31. vol. 1. Paris de Puteo de redintegrat. Feudor. ca. 159. incip. An is, qui recepit. per totum. fol. 62. Ioan. Petr. Surdus in decis. Mantuan. 19. num. 10. in decis. 78. num. 16.*

220 Melioramenta † facta in emphyteosi ecclesiæ non reficiuntur ipsi emphyteotæ a directo domino, quando illi aperta est emphyteosis ob commissum, vel sua culpa. *Guido Papæ in decis. Gratianop. 169. numero 1. in fin. & in decis. 438. Iosephus Ludouic. in decis. Perusin. 117. numero 33. Vincent. de Franchis in decis. Neapol. 191. per totam. Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib. 4. tit. 42. Defi. 24. vol. 1.*

221 Declara conclusionem † non procedere, si alio modo emphyteosis aperiretur Domino, puta ob finitam generationem, aut alio simili modo, quia tunc Dominus meliorationes reficeret, *vt post Iul. Clar. in §. Emphyteosis. q. 45. & Francisc. Bursat. in consil 80. numero 35. vol. 1. voluit Ioseph. Ludouic. in decis. 117. numero 33. 34. Vincent. de Franchis in decis. Neap. 191. Augustin Berous. in q. 19. Aluar. Vallasc. de Iur. emphyteot. parte. 1. q. 25. num. 6. Anton. Gamma in decis. Lusitaniæ. 22. numero primo Aldobrandin. in decision. Nouissim. Roman. 186. numero primo, & sequentib. parte secunda. volum. secundo. Brauus in decision. Nouissim. Roman. 208. numero secundo, parte secundæ. volum. secundo.*

222 Am-

222 Amplia hanc declarationem, vt † eo caſu melio ramenta etiam hæredibus emphyteotæ debeantur, & ad eos tranſmittantur, *vt ex Iul. Claro in dicto §. emphyteoſis. q. 45. ſcribit Aldobrandin. in dicta deciſion. Nouiſſima. Roman. 186. numero 6. parte 2. vol. 3. Anton. Gamma in deciſion. Luſitan. 22. numero 1.*

223 Extende hanc ampliationem, vt eadem † melioramenta debeantur etiam hæredibus extraneis. *Idem Anton. Gamma in dicta deciſion. Luſitan. 22. num. 1.*

224 Subdeclara deberi hæredibus † vltimi emphyteotæ. *Anton. Gamma in deciſion. Luſitan. 41. numero 7. & in deciſion. 75. numero 1. & ſeqq. per totam.*

225 Declara ſecundo, † quod ſi emphyteota ſua ſpõte cederet emphyteoſim domino, non poſſet repetere meliorationes. *Iul. Clar. in §. emphyteoſis. q. 45. Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib. 4. titul. 42. Definition. 13. vol. 1.*

226 Declara tertio † quod ſi eſſet factum pactum quod melioramenta eſſent eccleſiæ, eo caſu non repetuntur & dicuntur pars pretii. *Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 75. per totam. & in deciſ. 333. nu. 3. 4. Brauus in deciſ. Nouiſſ. Roman. 208. nu. 1. parte 2. vol. 2.*

227 Notandum tamen eſt, quod pro † meliorationibus factis per colonos viri fuit conceſſum ius retentionis vxori hæredi, & poſſeſſionem bonorum viri habenti, vigore iuris Luſitanici, licet non eſſent factæ per virum, & licet eo reluctante ſic fuerit concluſum, ſcribit Antonius Gamma *in deciſion. Luſitan. 4. per totam.*

228 Poſſeſſor Rei emphyteoticæ tenetur † ad ſolutionem præteritorum. *Matth. de Afflict. in deciſion. Neapol. 95. numero 1. 3. plures allegans Anton. Faber. in Codic. Fabrian. lib. 4. titul. 42. Definition. 12. numero 13. vol. 1. Surdus in deciſ. Mantuan. 32. numero 5. 9.*

229 Deſtructa † re emphyteotica, ceſſat cenſus ſolutio pro eadem re, & Domino remanet ſolũ. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 82. numero 12. Franciſc. Marc. in deciſion. Delphin. 325. numero 1. volum. 1. Iul. Clar. in §. Emphyteoſis. q. 8. verſ. Quæro etiam. Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 4. titul. 42. Definit. 36. vol. 1.*

230 Declara primo † eam concluſionem procedere quando res eſſet deſtructa in totum, quia ſi non eſt totaliter deſtructa debetur ſolutio canonis. *vt poſt Alexand. in conſil. 6. volum. 2. voluit Cæſar Vrſill. in deciſio. Neap. 83. numero 8. Iul. Clar. in §. emphyteoſis. q. 8. verſ. Quæro etiã. Anton. Theſſaur. in deciſion. Pedem. 20. numero 4. vbi D. Gaſpar Antonius Theſſaurus filius. Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib. 4. titul. 42. Definit. 36. vol. 1. And. Gail Practic. obſeruationum lib. 2. obſeruation. 23. numero 23.*

231 Declara ſecundo, re deſtructa, † ſolum nõ deberi domino, ſi forte in eo via publica facta eſſet, *vt per Matth. de Afflict. in dicta deciſ. 83. nu. 12.*

232 Declara tertio, quod † ſi res emphyteotica ſit paulatim deſtructa negligentia emphyteotæ, debetur domino integra penſio, & Canon. *Antonius Faber in Codic. Fabrian. lib. 4. titul. 42. Defin. 37. vol. 1.*

233 Aſſenſus impetratus a Domino † per emphyteotam ſuper alienatione facienda, quæ iam facta erat & de illa dominus notitiam non habebat, inualidus eſt. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 355. nu. 2. Thom. Grammat. in conſil. ciuil. 168. Vincent. de Franch. in deciſ. Neap. 105. numero 1. 2. & in deciſ. 113. ſub numero 10. ex authoritate Pauli de Caſtr. in l. Hæc conditio. §. fin. ff. de cond. & demonſtr. dum* 234 *inquit, Aſſenſum † Principis præſtitum ſuper contractu faciendo, non extendi ſuper contractu facto.*

235 Contrarium videtur † ex eo quod aſſenſus retrotrahitur, *vt per Anto. Capic. in deciſ. Neap. 182. numero 16. Barthol. Camerar. in cap. Imperialem. fol. 28. litera. C. Ioan. Anton. Lanar. in conſil. 17. numero 10.* Et licet dici poſſet in caſu Capicij, ideo aſſenſum valuiſſe, & retrotrahi, quia fuerit facta alienatio ſaluo iure domini. Et aſſenſum ſufficere 236 ſiue præcedat, ſiue ſubſequatur, † *Paris de Puteo. de Redintegrat. Feud. cap. 86. incip. Quando concedunt. numero 6. fol. 55. Marian. Nepos in conſil. 97. numero 18. vol. 2. Claudius Cantiuncula in conſil. 1. numero 88. quos refert, & ſequitur Franciſc. Burſat. in conſil. 76. numero 49. 50. vol. 1. Elbertus Leoninus in conſil. 78. numero 11. quos refert Ioan. Baptiſt. Coſta de Retrotract. c. 8. caſu. 10. numero 8. multos referens Ioan. Petr. Surd. in conſil. 351. numero 47. vol. 3. Vincent. de Franch. in deciſ. Neapol. 620. numero 6.* Ex quibus dicendum, quod ſi emphyteota bona fide alienauerit emphyteoſim, ſaluo Domini directi aſſenſu, tunc arbitror vltimam 237 hanc opinionem veram eſſe, & ſufficere † ſi aſſenſus ſubſequatur. Sin autem nihil dictum fuerit, & petitus aſſenſus ſuper alienatione facienda, quæ iam facta fuerat, & nihil ſit dictum Domino, nec reſeruatum ius ipſius Domini, eo caſu prima opinio ſequenda eſt, vt conſenſus inualidus ſit, quia 238 per † alienationẽ irrequiſito domino factam emphyteota cecidit in commiſſum, & res Domini effecta eſt. *l. 2. C. de iure emphy.* Nec eſt præſumendum quem per tacitum conſenſum præiudicare iuri ſuo.

239 In generali hæredis inſtitutione non † veniunt bona emphyteotica, niſi de illis expreſſa mentio fiat. *Aldobrandin. in deciſion. Nouiſſima. Roman. 262. numero 11. parte 1. volum. 1. multis comprobat Surdus in deciſion. Mantuan. 11. numero 18. in deciſion. 93. numero 15. 16. 17. 18. Stephan. Gratian. in deciſion. Marchiæ. 56. numero 7. 15.*

240 Declara ſupradictam † concluſionem locum ſibi vendicare in illis bonis, quæ non erant remanſura in hæreditate, & in quibus ſi ille ab in teſtato deceſſiſſet, alias ſucceſſiſſet, vel ius habiturus eſſet, *vt poſt Aymon. Crauett.*

in conſil. 144. *nu.* 8. *voluit idem Aldobrandin. in dicta deciſ. Nouiſſi. Rom.* 262. *nu.* 11. *parte* 1. *vol.* 1. *Seraphi. Oliuar. in deciſ. Nouiſſi. Rom.* 154. *nu.* 1. *parte* 1. *vol.* 1.

241 Dominus agens contra † emphyteotam, non tenetur oſtendere titulum, ſed ſufficit ſola poſſeſſio. *Rota in Nouis in deciſ.* 14. *incip. Fuit dubitatum vtrum petenti. Achill. de Graſſ. in deciſ.* 1. *titul. de ſucceſſ. in benefic. Aldobrandin. in deciſ. Nouiſſim. Rom.* 692. *nu.* 1. *parte* 1. *vol.* 1.

242 Eccleſia agens contra † emphyteotam ad ſoluendum, ſufficit allegare titulum, non autem illum docere, & probare ſolutionem decennalem. *Paul. AEmil. Verall. in deciſ.* 292. *numero* 1. *lib.* 1.

243 Sed declara non ſufficere † probationem decennalem ſolutionis contra eccleſiam. *Idem Verall. in dicta deciſ* 292. *in fin. lib.* 1.

244 Contra emphyteotam ad eum † expellendum ob non ſolutionem canonis coniunguntur tempora biennij, vel triennij præcedentibus, *vt voluit Anton. Capic. in deciſ. Neapol.* 16. *ſub nu.* 6. *Achill. in deciſ.* 1. *titul. de locat. Verall. in deciſ.* 181. *num.* 1. 2. *in deciſ.* 299. *lib.* 1. *Aldobrandin. in deciſ. Nouiſſim. Rom.* 695. *nu.* 2. *parte* 1. *vol.* 1. *Surd. in deciſ. Mantuan.* 29. *nu.* 1. 10. *Cardinal. Puteus in deciſion.* 426. *lib.* 3.

245 Pius Quintus Pontifex Maximus † ſuſtulit poteſtatem teſtandi in illegitimos, illamque annulluit, quæ habet locum in clericis, & in bonis eccleſiaſticis, non autem in bonis emphyteoticis. *Aldobrandin. in deciſ. Nouiſſim. Rom.* 214. *nu.* 2. *parte* 2. *vol.* 2.

246 Contractus emphyteoticus, & contractus † locationis ad longum tempus æquiparãtur, etiam in caducitate ob nõ ſolutionem canonis, adeo quod pœna conſtituta *in l. fin. C. de iure emphyteotic.* habet locum etiam in locatione ad longum tempus, vt voluit Braunus *in deciſ. Nouiſſi. Rom.* 466. *num.* 2. *parte* 1. *vol.* 1. *& concinit Don Garſias Maſtrill in deciſ. Siciliæ.* 71. *nu.* 6. Senatores cauſarum ciuilium ita iudicarunt in locatione emphyteoſis vltra decennium. *Anton. Gamma in deciſ. Luſita.* 26. *ſub num.* 4. *vbi dicit ipſum diſſenſiſſe.*

247 Contrarium † quod pœna præfata caducitatis locum non habet in locatione ad longum tempus, ſicut decreuit Rota, *vt per Seraphin. Oliuar. in deciſ. Nouiſſi. Rom.* 139. *nu.* 7. *& in deciſ.* 174. *num.* 1. *parte* 1. *volum.* 1. *quæ optimis rationibus fulciuntur. Eadem opinio probatur per Franciſc. Cantucc. in deciſi. Nouiſſima. Roman.* 29. *numero* 3. *parte* 2. *vol.* 2.

248 Quanquam quis iurauit ſoluere † canonem, & ſi non ſolueret per biennium, vel triennium deuolueretur emphyteoſis ad dominum & cadat a iure ſuo, & quod in quolibet ſemeſtre ſolutionem cõtinuaret. Ante biennium, vel triennium, ſi deficeret in ſolutione iuxta pacta appoſita, non haberet locum caducitas, vel deuolutio, niſi finito ipſo biennio, vel triennio, *vt pulchre deducit Franciſc. Cantucci. in deciſion. Nouiſſima. Rom.* 3. *numero* 1. *cum pluribus ſeqq parte* 2. *vol.* 2.

249 Contrarium poſt Bald. in c. querelam † de iure iurand. ex Hippolyt. de Marſil. in ſingul. 226. incip. Emphyteota. dicente, quod ſi emphyteota promiſit ſoluere canonem quolibet anno, cum iuramento, ſi deficiat primo anno, cadit ab emphyteoſi non expectato biennio vel triennio. *Verall. in deciſ.* 282. *numero* 1. *vol.* 1. *& in deciſ.* 300. *numero* 1. *lib.* 1. *Cæſar Barz. in deciſ. Bonon.* 16. *numero* 3. *q.* 18. 19. *Anton. Faber in Codici Fabri. lib.* 4. *titul.* 42. *Defin.* 27. *vol.* 1. *Alexan. Rauden. variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 17. *numero* 11. *poſſeque ſtatim expelli ob iuramentum. Mantuæ fuiſſe deciſum ſcribit M. Anton. Natta in conſil.* 479. *numero* 12. *volum.* 3. *quem refert, ac ſequitur diſertiſſimus diligencer D. Alexand. Raudens. in comment. de Analogis in litera* 5. *& iterum variar. lection. lib.* 1. *cap.* 29. *numero* 24.

250 Verum *Franciſ. Cantuc. in dicta* † *deciſ. Nouiſſi. Roman.* 3. reſoluit hoc modo, quod tempus ſemeſtre poſitum fuit non ad caducitatem, ſed ad commoditatem pecuniæ, pactum vero biennij, vel triennij, eſſe ſpecialiter deductum ad deuolutionem, quia alias non operaretur, quod non eſt dicendum.

251 Si ſunt domini directi, † quorum vnus vti vult iure prælationis, altero vero non, vterque poterit iure ſuo vti. *Guid. Pap. in deciſion.* 411. *numero* 3.

252 Emphyteota primus † qui emphyteoſim contulit ſecundo, eodem iure vtitur directi domini contra ſecundum emphyteotam, quo vtitur directus dominus contra ipſum, *vt ſcribit Anton. Faber in Codic. Fabr. lib.* 4. *titul.* 42. *Defin.* 12. *num.* 3. *vol.* 1.

253 Si eccleſia conceſſit † emphyteoſim vſque ad ſecundam generationem, qua non finita, concedit alteri in perpetuum, hæc vltima conceſſio, durante prima, & contra concedendi ſolitum, inualida eſt. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol.* 107. *per totam.*

254 Natura emphyteoſis eſt † quod vna generatio alteri non præiudicat, *vt voluit Iulius Oradinus in deciſ. Nouiſſim. Roman.* 8. *numero* 1. *parte* 1. *vol.* 1.

255 Bona cappellæ, & Maioratus † dari poſſunt in emphyteoſim ad tertiã perſonam, ſiue generationem, tam eccleſiaſtica, quam profana, vt pluries iudicatum fuiſſe refert *Anton. Gamma in deciſion. Luſitan.* 16. *numero* 3. *cum pluribus ſeq.*

256 Contrarium tenuit, Arrius † Pinellus *in l.* 1. C. *de Bonis Mater. parte* 3. *numero* 65. *quem ſequitur Ludouic. de Molina, de Hiſpanor. Primogen. lib.* 1. *cap.* 21. *numero* 31. 32. 33. dicens, bona maioratus, cum non poſſint alienari, ita non poſſe in emphyteoſim concedi. *arg. l. fin. C. de reb. alien. non alien. & §. Alienationis. in Authen. de non alien. aut permut. reb. eccle. Anton. Gamma. in deciſ. Luſitan.* 214. *nu.* 3. 10.

257 De-

257 Declara diſtinguendo † primam opinionem procedere, quia emphyteoſis data ad tertiam generationem eſt temporaria, ſecunda vero, quia locum ſibi vendicat in emphyteoſi perpetua quia ad vitam dari poſſunt. *Anton. Gamma in deciſ. Luſitan.* 192. *num.* 2. 3.

258 Declara ſecundo, ſi † dari ſolita fuerint Maioratus bona in emphyteoſim. *Aluar. Vallaſc. in deciſ. ſiue Conſultation.* 95. *nu.* 9.

259 Emphyteoſis eccleſiaſtica, quamuis † ſit conceſſa vltra tres vitas, valet tamen quo ad tres tãtum. *Anton. Gamma in deciſ. Luſitan.* 72. *num.* 2. *faciunt rationes Cæſaris Vrſill. in deciſion. Neap.* 107. *poſt princ.*

260 Diuiditur emphyteoſis † inter hæredes per eſtimationem. *Anton. Gamma in deciſ. Luſitan.* 50. *num.* 1. *& in deciſ.* 233. *num.* 4. *& in deciſ.* 286. *ſub num.* 1.

261 Per diuiſionem † feudi emphyteoticarij, dicuntur etiam penſiones ſoluendæ diuiſę. *Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib.* 4. *titul.* 42. *Definition.* 39. *vol.* 1.

262 Si hæredes emphyteotæ, † qui diuiſerunt ſibi emphyteoſim, & aliqui ſoluant canonem, aliqui vero non ſoluant, tota res cadit in commiſſum. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol.* 153. *nu.* 4. *Anton. Gamma in deciſ. Luſitan.* 268. *nu.* 5. *Anton. Faber in Codic. Fabr. lib* 4. *titul.* 42. *Definition.* 10. *in fin. volum.* 1.

263 Declara niſi dictum † eſſet in conceſſione, quod reditus, ſiue canon nõ poſſit diuidi inter hæredes, *vt dicit Cæſar Vrſill. in deciſ. Neap.* 153. *in fin.*

264 Declara ſecundo † quod vno ex diuidentibus non ſoluente, non inducitur caducitas totius, ſi dominus diuiſioni conſenſiſſet, *vt dicit idem Matth. de Afflict. in deciſ. Neap.* 153. *nu.* 6.

265 Finita emphyteoſi † vel caducata generationis defectu, poteſt alius de familia renouationem emphyteoſis in ſui perſonam petere, & dominus tenetur illam facere, alias fieret ſibi iniuria, & poſſet ad ſuperiorem appellare, ex famigerata opinione Bartol. *in l.* 1. §. *permittitur. in fin. ff. de aqua cotid. & æſtiua. Petr. de Anchar. in conſil.* 170. *incip. ex tenore. col.* 3. *& in conſil.* 173. *incip. Dominus Lazarus. col. pen. Ludouic. Romã. in conſil.* 22. *nu.* 5. *Ludo. Gozadin. in conſil.* 39. *nu.* 2. *in conſil.* 86. *ſub nu.* 4. *Hyppol. de Marſil. in ſingul.* 419. *incip. licet in re ſua. vbi multos allegat. & complures etiam Iul. Clar. in* §. *emphyteoſis. q.* 43. *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 107. *ſub nu.* 4. *Verall. in deciſ.* 230. *nu.* 1. 3. 4. *lib.* 1. *Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin.* 105. *num.* 1. *vol.* 2. *Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Lucens.* 63. *nu.* 20. *Thob. Nonius in conſil.* 3. *Seraphin. Oliuarius in deciſ. Nouiſſim. Rom.* 195. *num.* 1. *parte* 2. *vol.* 2. *ante ipſum Chriſtophor. Robuſter. in deciſ. Nouiſſi. Roman.* 198. *num.* 1. *parte* 2. *vol.* 2.

266 Contrarium † voluit Panor. *in c. bonę. el* 2. *num.* 28. *extra. de poſtul. prel.* dicens non poſſe cogi dominum ad faciendam renouationem, ſed eſſe ſui arbitrij, ſi illam facere velit. *Matth. de Afflict. in deciſ.* 238. *ſub num.* 1. 3. *Verall. in deciſ.* 230. *nu.* 1. 3. 4. *lib.* 1. *in quã dicit vti æquiorem inclinare Iul. Clar. in dicto* §. *emphyteoſis. q.* 43. *in fin. Nicol. Vigellius in deciſ.* 37. *centur.* 2. *vbi tenet ponitus negatiuam.*

267 Tamen prima † opinio eſt communior, & ſequenda, *vt dicit Deci. in conſil.* 231. *ſub num.* 3. *vt communem aſſerit Iacob. Philipp. Portius in tract. commun. opin. lib.* 1. *concluſ.* 12.

268 Amplia † primã concluſionem, etiam feminas admitti ad petendam renouationem, maxime non exiſtentibus maſculis. *Seraph. Oliuarius in deciſ.* 295. *nu.* 4. *Chriſtophor. Robuſter. in dicta deciſ.* 195. *nu.* 2. *part.* 2. *vol.* 2.

269 Declara renouationem † inueſtituræ in emphyteoſi de ſubſtantia non eſſe ex Franciſco Hotto man. in diſputatione Feudiſtica *cap.* 35. *Aluar. Vallaſcus de iure emphyteotico. q.* 39. *num.* 18. *Auguſtin. Berous in conſil.* 116. *num.* 4. *in conſil.* 117. *num.* 6. *volum.* 1.

270 Subdeclara procedere † niſi de conſuetudine renouatio in veſtituræ interuenire ſoleat. *Idem Berous in conſil.* 117. *num.* 6. 7. *vol.* 1.

271 Secundo declara, † renouationem peti debere intra annum. *Ludouic. Roman. in conſil.* 22. *num.* 6. *verſ. illud tamen non omittendo. & in conſil.* 70. *nu.* 3. *plures allegans Iacob. Philipp. Portius in tract. at. concluſion. commun. lib.* 1. *concluſ.* 12. *verſ. ſecundo limita. & Anton. Gabriel. lib.* 3. *titul. de iure emphyteot. concluſ.* 1. *num.* 10. *verſ. ſecundo limita. Quintilian. Mandos. in tract. de caſibus annalib. num.* 166. *Ioſephus Ludouic. in deciſ. Lucens.* 63. *ſub. nu.* 24. *Anton. Gamma in deciſion. Luſitan.* 117. *num.* 1. *Alexand. Raudenſis variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 17. *nu.* 54. *Franciſc. Viui. in deciſ.* 446. *num.* 13.

272 Contrariũ vero, quod nullatenus † ius præfinitum reperiatur, datum emphyteotæ ad petendam inueſtituræ emphyteoticæ renouationem, *volunt Iacobus Thomingius in deciſion. Lipſenſi.* 52. *numero* 8.

273 Ego ſupradictam ſecundam † declarationem, quo ad emphyteoſim, non recipio, ſed Thomingij concluſionem veram exiſtimo. Illa enim non fundatur iure, niſi quo ad feudum. Hæc autem nullam habet legem cõtrarium dicentem, quin immo nec ſucceſſores emphyteotæ vocati in inueſtitura, renouationem petere coguntur, vt optime ſcribit. *Salicet. in l. fi. col.* 7. *C. de iur. emphyt. quem ſequitur Cardinal. Alexandrin. in c.* 1. *col.* 1. *verſ. Nota text. ibi filio. Quo tempor. miles.* vbi expreſſim inquit. In-

274 ueſtitum feudo † pro ſe, & hæredibus, & nepotibus, eo mortuo hæredes omnes renouationem inueſtituræ petere, non autem in emphyteoſi, & no-

275 uiſſime hanc opinionem † tenuit, eruditiſſimus D. Gaſpar Antonius Theſſaurus *quæſt. Forens. lib.* 1. *q.* 23. *num.* 5. quem miror horum Doctorum non meminiſſe.

276 Tertio declara, quod ſi † in conceſſione promiſſa eſſet ab emphyteota renouatio inueſtituræ, quod eo caſu requireretur, *vt dicit Auguſt. Berous in conſ.* 116. *nu.* 6. 7. *vol.* 1. *& in conſ.* 116. *eod. vol.* 1.

277 Quarto declara, quod in caſu † petitionis renouationis inueſtiturę emphyteoſis, non debent interuenire illæ ſolennitates, quæ interuenerunt in prima conceſſione, niſi prima fuiſſet ad tempus, ſecunda vero in perpetuum. *Anton. Gamma in deciſ. Luſitan.* 161. *num.* 1. 3. *& in deciſ.* 222. *num.* 7.

278 Quinto declara, quod renouationem † emphyteoſis non tenetur facere Dominus, manente, & adhuc durante emphyteoſi, licet emphyteota renunciaret emphyteoſi pro illo vitæ ſpacio, quo durare deberet, *vt dicit Aluarus Vallaſc. in Conſultat. ſiue deciſ.* 28. *nu.* 2. *vſq; ad finem.*

279 Sexto declara, quod contractus † emphyteoticus renouatus non cenſetur, licet tribus generationibus finitis, dominus directus tacuerit, & penſiones acceperit ab eo, qui vult ſe emphyteotam allegare. *vt voluit Aluarus Vallaſc. in conſultat. ſiue deciſ.* 34. *num.* 1.

280 Canon emphyteoticus † datur Domino pro Dominij recognitione. *vt poſt alios ſcribit Surdus in deciſ. Mantuan.* 180. *nu.* 9.

281 Dominus concedere debet † aſſenſum emphyteotæ alienanti, ſi is, in quem fieret translatio emphyteoſis, ſit habilis, & non ſit inimicus Domino. *Surdus in deciſ. Mantu.* 220. *num.* 54. *& poſt Proſperum Paſeth. in conſil.* 53. *num.* 2. *& alios ſcribit Don Garſias Maſtrillus in deciſ. Sicil.* 55. *numero* 9.

282 Aggeres conſtruere † in re emphyteotica, non ſolum ad emphyteotam, ſed ad directum dominum etiam pertinent. *Anton. Gamma in deciſ. Luſitaniæ.* 301. *nu.* 2.

Pacta omnia in conceſſione emphyteoſis poſi-
283 ta † ſeruanda ſunt, etiam ſi contra emphyteoſis naturam eſſent, & illa non obſeruans, cadit in commiſſum. *poſt Socin. Senior. in conſil.* 167. *num.* 13. *vol.* 2. *Cardin. Pariſ. in conſil.* 86. *nu.* 4. *volum.* 4. *Carol. Ruin. in conſil.* 167. *num.* 18. *vol.* 1. *Franciſc. Milanens. in deciſ. Siciliæ.* 17. *nu.* 67. 68. *li.* 2. *Albert. Brunus in conſil.* 41. *num.* 3. *Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib.* 4. *titul.* 42. *Defin.* 61. *in allegat. nu.* 1. *vol.* 1. *Marcell. Cardinal. Creſcent. in deciſ.* 5. *titul. de locat. & conduct.*

284 Emphyteota, qui habebat † poteſtatem admitti faciendi nominatum, aut hæredem, nominauit in teſtamento vnum, declarato teſtamento nullo, tamen nominatio ad emphyteoſim ſuſtinetur. Authēt. *ex cauſa. C. de lib. præter. Aluar. Vallaſc. in conſult. ſiue deciſ.* 61. *nu.* 10. 11. *Licet de iure Luſitanico teneat ibi contrarium.*

285 Qui accepit emphyteoſim cum † pacto ſubemphyteoticandi ad tres vitas, non finita ſua prima vita ſubēphyteoticauit, ſenatus Luſitanus cenſuit recte feciſſe, refert Aluarus Vallaſcus *in conſultation. ſiue deciſ.* 71. *nu.* 2.

286 Paciſci poteſt emphyteota cū Domino, † quod illius conſenſus in conceſſione ſecunda eiuſdem emphyteoſis, non requiratur, ſed quod præſtetur ſolus emphyteotæ conſenſus. *Anton. Gamma in deciſ. Luſitan.* 323. *nu.* 5.

287 Qui plures res † in emphyteoſim habuit, poteſt quaſdā retinere, & quaſdā relaxare, & pro concurrenti partium canone ſe liberare. *Anton. Faber in Codice Fabrian. lib.* 4. *titul.* 42. *Definition.* 20. *volum.* 1.

288 Declara tunc † procedere, quando non conſtaret, quod vnico, & eodem tempore fuerit inſimul facta conceſſio, diſtinctis oneribus ſuper vna quaq; re. *Idem Anton. Faber in dicto lib.* 4. *titul.* 42. *Defin.* 20. *volum.* 1.

289 Caducitatem poteſt lite pendente † dominus directus declarare, in alium autem minime poteſt tranferre. *Aldobrandin. in deciſ. Nouiſſim. Rom.* 187. *num.* 4. *part.* 2. *vol.* 2.

290 Conſuetudo, quod res † eccleſiæ locata alteri, finita locatione, relocari debeat proximioribus emphyteota, ſeruanda eſt. *Paul. AEmil. Verall. in deciſ.* 230. *num.* 1. *& lib.* 1.

291 Emphyteoſi reuerſa † ob finitam generationem ſi alteri velit dominus concedere, agnati illius præferendi erunt, qui prius illam ab eccleſia obtinuerunt. *Verall. in deciſ.* 303. *num.* 1. *& in deciſ.* 304. *lib.* 1.

292 Emphyteota, qui longo † tempore diutinam canonis prę ſentationem fecit, in futurum etiam tenebitur, non quidem præſcriptione, ſed præſumptione, vt ex Bartolo. *in l. litibus. C. de Agricol. & cenſit. lib.* 11. *& Iaſon. in l.* 2. *nu.* 158. *C. de iure emphyt. Iacob. Aluarot. in c.* 1. *§. ſi quis per triginta. nu.* 4. *in fin. voluit Iacob. Thomingius in deciſ. Lipſens.* 17. *nu.* 10. 29.

293 Ad emphyteoſim, in qua vocantur † proximiores, admittuntur proximiores vltimi poſſeſſoris, non primi niſi aliud inſtitutor declarauerit. *Anto. Gamma in deciſ. Luſitan.* 7. *num.* 3.

294 Per recognitionem emphyteoſis, quam † facit Dominus ab emphyteota, illius Dominium probatur, & ideo ab accipiente, Dominij exceptio opponi non poteſt. *Guido Papæ in deciſ. Gratianop.* 272. *ſub numero* 2. 3. Vbi inquit ipſum ſuo tempore ſuper hoc plus quam centum ſententias, quem ſequitur *Anton. Gamma in deciſion. Luſitan.* 12. *in princ. Anton. Faber in Cod. Fabrian. lib.* 4. *titul.* 42. *Definition.* 8. *numero* 9. *& Definition.* 63. *vol.* 1.

295 Pater ſi ceperit eccleſiaſticam † emphyteoſim pro ſe, vxore, & filio, ſi ipſe illam vendat poteſt per filium reuocari. *Anton. Gamma in deciſion. Luſitan.* 8. *num.* 1. 4. 5. *in deciſ.* 151. *num.* 1. Vbi tamen aſſeruit fuiſſe decretum contrarium. *Aluar. Vallaſc. de iure emphyt. q.* 50. *num.* 7.

296 Declara primo † procedere, ſi tamen filius fecerit inuentarium, *Aluar. Vallaſcus de iure emphyt. q.* 49. *num.* 6. *Anton. Gamma in deciſ.* 8. *num.* 4.

297 Declara ſecundo, † ſi interceſſerit licentia alienandi poſt conceſſionem, & ſic quæſito iure filijs, quia ſi a principio interueniſſet, valida eſſet, nec filij reuocandi poteſtatem haberent. *Petr. de Anchar. in conſil.* 125. *num.* 7. *Carol. Ruin. in conſil.* 213. *nu.* 5. 6. 7. *vol.* 1. *Ludouic. Gozadin. in conſil.* 26. *num.* 9.

Stephan.

Stephan. Gratian. in decis. Marchiæ. 65. num. 2.

298 Declara tertio, quod quando † sumus in emphyteosi nouiter quæsita a patre pro se, & filijs, non posse illis præiudicium facere, nisi accedente Domini consensu, *voluit Marc. Anton. Natta in consil. 531. num. 43. vol. 3. Ioan. Cephal. in consil. 468. nu. 35. vol. 4. Barthol. Bertazol. in consil. ciuil. 114. vol. 1. Stephan. Gracian. in dicta decis. Marchiæ. 65. numero 11.*

299 Declara quarto supradictam † conclusionem non procedere in emphyteusi priuata, siue sæculari, vt fuisse iudicatum meminit. *Anton. Gamma in decision. Lusitan. 8. sub num. 5.*

300 Declara quinto, † patrem in antiqua emphyteosi non posse filijs præiudicare. *Iulius Clarus in §. emphyteosis. q. 16. in fin. Cæsar Barzius in decision. Bononiens. 66. num. 26.*

301 Si durante inuestitura primo † loco facta fieret alia, non dicitur fieri noua. *Anton. Gamma in decis. Lusitan. 24. num. 1.*

302 Ius patris, qui accepit † emphyteosim pro se, & filijs, expirat per eius mortem. *Anton. Gamma in decis. Lusitan. 174. sub num. 21.*

303 Ob sterilitatem † emphyteota liberatur a solutione pensionis, *vt post Iason. in l. 1. num. 95. C. de iur. emphyteotic. voluit Anton. Gamma in decision. Lusitaniæ. 150. num. 2.*

304 Sed communis † opinio est in contrarium, *vt concludit Panorm. in c. propter sterilitatem notabili 1. extra de locato. & in c. potuit. eo. tit.* Vbi dicit ita per collegium Paduæ decisum, *post Cardin. Florentin. Francisc. Aretin. in consil. 55. col. 1. Catellian. Cotta in Memor. in verb. conductor. vers. licet secus sit. & in verb. emphyteotæ regulariter.* Allegatur ad hanc conclusionem ratio Bartoli *in l. 1. oppositione. 1. C. de iure emphy.* quia emphyteosis datur sub quadam pensione modica, quæ percipitur magis ad ostendendum recognitionem Dominij, quam in recompensationem fructuum, qui percipiuntur,

305 quia † idcirco nunquam est tanta sterilitas, quin remaneat maior pars fructuum emphyteotæ, quę sequitur *Anton. de Butr. in dicto. c. potuit. & pro communi opinione illam allegant Emanuel Suarez in Thesaur. Receptar. sentent. §. emphyteota. num. 106. quem sequitur Antonin. Thesaur. in decision. Pedemont. 20. nu. 1.* Tanto plus, quia debet haberi cõsideratio, quod & si aliquo anno solet esse aliqua steri-

306 litas, tamen suppleri potest † cum annis fertilibus, & vberibus. *arg. l. si merces. §. vis maior. ff. locat. bene Iacob. Genereus. in rep. l. 2. sub. q. 3. C. de Rescin. Vend. Natta in consi. 194. vol. 1.*

307 Tempera hanc † vltimam opinionem ex allegata Bartoli doctrina ob sterilitatem fieri remissionem pensionis, vbicunque pensio esset magnæ quãtitatis vt infert *Cotta in dicto memor. Emphyteotæ regulariter.*

308 Contrarium tenet † *Francisc. Viuius in decisio. 500. num. 10. 11. dicens*, quod etiam si pensio fructibus respondeat, non perempta re, teneatur soluere canonem.

309 Ad præfata quo ad casus fortuitos † puta incendij, his non obstantibus teneri emphyteotam ad pensionis solutionem, & canonẽ, voluit *Ioan. Petr. Surd. in decis. Mantuan. 198. num. 8.*

310 Cuius etiam decisionis, contrariam † opinionem tenuit ex casu fortuito emphyteotam minime excusari a solutione canonis, vt contendit *Iacob. Philipp. Portius in consil. 143. in consil. 144. Sebastian. Medices de Casibus Fortuitis parte 1. q. 16. num. 22.*

311 Mortuo emphyteota nominatus † in inuestitura succedens non tenetur ad debita per emphyteotam contracta, quia non venit iure hæreditario. *Anton. Gamma in decis. Lusitan. 5. sub num. 6.*

312 Concessa emphyteosi † ad nominandum, puta primus nominet secundum, & secundus nominet tertium, eo casu pupillus nominare poterit. *Rota in Antiquis in decis. 321. incip. Notagloßam. Anton. Gamma. in decision. Lusitan. 14. num. 1.*

313 Venditio, siue donatio † emphyteosis secunda facta cum consensu Domini præfertur primæ factę cum clausula constituti. *Guido Papæ in decis. Gratianopol. 46. in fin. Anton. Gamma in decis. Lusitan. 116. in fin.* Quia attenditur tempus, & licentiæ, ac consensus Domini, *vt per Guidon. Papæ in decis. 22. num. 3. in decis. 81. nu. 2. in decis. 112. vers. aliam limitationem.*

314 Læsionẽ vltra dimidiã † iusti pretij allegari posse in contractu emphyteotico, *voluit Guido Papæ in decis. 159. Anton. Gamma in decis. Lusita 257. num. 1. Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib. 4. tit. 38. Defin. 6. & Defin. 7. vol. 1.*

315 Declara quando † canon statutus solutioni pro re emphyteotica est magnus, secus vero si esset modicus, quia læsio nõ daretur, vt ex deductis ab Hieronymo Cagnolo *in Rep. dictæ. l. 2. C. de rescind. vẽd. nu. 203. 305.* Vbi facit quatuor declarationes quæ apud eum videri possunt.

316 Emphyteosis concessa censetur † secundum naturam præcedentis concessionis, si adhuc ex præcedenti, & prima concessione ius competit. *Anton. Gamma in decis. Lusitan. 269. nu. 3.*

317 Vxoris res emphyteotica si a Viro † alienetur, non cadit in commissum, quia contractus est nullus. *Aluarus Vallasc. in consultation. siue decis. 71. sub nu. 15.*

318 Eodem modo si a marito † non fieret solutio canonis pro emphyteosi vxoris, non caderet emphyteosis in commissum, *ex Baldo in consil. 476. num. 1. vol. 4. Iacobo Menoch. in consil. 88. num. 42. volum. 1. voluit Ioan. Petr. Surd. in decision. Mantuan. 102. sub nu. 6.*

319 Sed contrariũ † concludit, si bene consideretur, *Bursat. in consil. 80. numero 33. volum. 1. & in specie idem Surdus in dicta decis. Mantuæ. 102. numero 20. vbi dicit succuri vxori, vbi maritus non fuisset soluendo.*

320 Si tamen † maritus emphyteosim pro se, & vxore impetrauerit, quæ ex emphyteosi fructum percipit, vtique ratificare contractum videtur, ita vt si

in

in tempore non soluat, in commissum cadat, *vt scribit Cardinal. Puteus in decis. 397. num. 10. lib. 2.*

321 Nepos conceptus, ac † natus post mortem Aui, & si eidem non succedat, secus tamen in emphyteosi. *Surdus in decis. Mantuan. 230. num. 4.*

322 Primus emphyteota easdem † actiones habet aduersus secundum emphyteotam, quas habet dominus directus contra ipsum, Domino autem directo contra emphyteotam competit rei vendicatio, hypothecaria, & actio in personam. *Anton. Faber. in Codic. Fabria. lib. 4. titul. 42. Definitio. 7. nu. 1. vsq; ad nu. 7. in Definition. 8. in Definition. 12. & in Definition. 59. vol. 1.*

323 Sed emphyteotæ datur vtilis † rei vendicatio. *ex Iason. in §. sed iste. nu. 68. Inst. de Actio. Barnabas Cornazan. in decis. Lucens. nu. 5.*

324 Emphyteota recipiens † emphyteosim ab ecclesia sine solennitatibus, nullitatem contractus allegare non potest, teneturque canonem soluere. *vt ex Ioan. de Imol. in c. si quis presbyterorum. nu. 21. de reb. eccles. non alien. Carolo Ruino in consil. 35. nu. 31. vol. 1. in consil. 40. nu. 7. vol. 5. voluit Surdus in decis. Mantuan. 108. nu. 14.*

325 Emptor rem, quam emit † potest venditori in emphyteosim concedere, *Anton. Gamma in decis. Lusitan. 113. nu. 1.*

326 Si dominus iniuste expellit emphyteotam † poterit ille agere ad lucra, & interesse, quæ percepturus erat ex tota emphyteosi, & pro damnis prædictis sunt illi obligata, & hypothecata bona Domini. *Verall. in decis. 268. nu. 3. 4. lib. 1.*

327 Administrator Cappellæ, cui vigore † institutionis bonorum alienatio prohibita est, non potest ad tres vitas emphyteosim concedere. *Anton. Gamma in decis. Lusitan. 55. nu. 1.*

328 Contractus emphyteoticus † dicitur contractus nominatus. *Iul. Clar. in §. emphyteosis. q. 2. quem sequitur Surdus in Decis. Mantuan. 290. nu. 10.*

329 Ab alio solutionem, quam † ab empthyteota dominus recipere non cogitur, vel ab habente ab eo mandatum, *voluit Iosephus Ludouic. in decis. Perusin. 35. nu. 5. Sardus in decis. 174. num. 32. & in decis. 180. nu. 10. Fuit originale dictum Baldi in l. acceptã. q. 25. C. de vsur. quem sequitur. Hippolyt. de Marsil. in singul. 368. incip. licet. M. Anton. Natta in consil. 144. nu. 8. vol. 1. Caballin. in Milleloq. 228. Guliel. Redoan. de reb. eccles. non alien. q. 19. cui titul. de solution. canonis. emphyteotic. cap. 3. incip. sed emphyteota creditor, nu. 7. fol. 440. & is, qui vestigia illius sequitur Aurel. Corbulus. titul. de causa priuationis ob non solutum canonem limitat. 7. num. 2. Andreas Tiraquell. de retractu consang. §. 1. gloss. 9. num. 262. Borgnin. Caualcanus in decis. Fiuizan. 29. siue. 73. num. 40. part. 2. multos referens Petrus Cenedo collectan. iuris. Canonic. parte 2. collectan. 144. num. 19.*

330 Ex his inferunt non † euitari caducitatem ob solutionem, quæ fieret ab altero, quam emphyteota, domino inuito, vel nolente, *vt post Rosenthal. de Feud. c. 8. conclus. 7. scribit D. Ioan. Baptist. Costa de Remed. subsidiar. Remedio 121. sub num. 10.*

331 Declara tamen non procedere, † quando solutio fieret a creditore emphyteotæ, quia ista solutio fieri potest domino, per quam emphyteosis non caderet in commissum, *vt arg. l. lex vectigali. ff. de Pignorib. voluerunt ibi Bartol. dicens*, Nota quod creditor potest soluere pensionem pro fundo emphyteotico sibi obligato, quem sequitur ibi Angelus

332 dicẽs, quod eo casu, ne † emphyteota cadat a iure suo poterit soluere inuito domino directo, quem sequitur *Hippolyt. de Marsyl. in dicto singul. 368. in fin. & Redoanus in dicto. cap. 3. incip. sed emphyteota creditor. num. 3. fol. 439. Borgnin. in dicta decis. 29. siue 73. num. 40. parte 2. Corbulus in dicto titul. de causa priuationis ob non solutum canonem. limitation. 7. numero 4. Ioan. Vincent. de Anna in singul. 168.*

333 Amplia hanc declarationem, † vt si nollet dominus a creditore canonem recipere, eo recusante deponat, & consignet, quia per talem consignationem, & depositationem, conseruaretur ius suum, & ius emphyteotæ, *vt post Paul. de Castro. in l. tutor. §. fin. ff. de pignor. action. & post Raphael. Fulgos. voluit Ripa. in l. 1. nu. 12. ff. de pignor. quos refert, & sequitur alios allegans Andr. Tiraquell. de retract. consanguin. §. 36. gloss. 2. nu. 19. Sequitur Corbulus. in dicta limitation. 7. num. 4. Iaf. in l. 2. num. 71. C. de iure emphyt.*

334 Limita tamen supradictam † declarationem, tunc admitti creditorem ratione hypothecæ ad soluendum pensionem pro emphyteota, quando esset emphyteosis eius naturæ, quæ potuisset obligari, & hypothecari sine domini consensu, *vt ex And. Alciato in consil. 258. num. 3. 14. voluit Corbulus. in dicta limitatione 7. sub nu. 4.*

335 Limita secundo, quod non admitteretur † creditor quoties emphyteosis esset pignorata tanto pretio magno, quod non esset amplius spes luendi, *vt dicit Bartol. in l. qui habebat. ex illo textu. ff. de legat. 3. & post Bald. Iason. in l. manumissiones. ff. de iustit. & iur.* Sed hoc optime distinguit Ripa *in dicta l. 1. nu. 12. vers. intellige secundo ff. de pignor.* vt opinio Bartoli procedat in pignore, non autem in hypotheca, quia pignus respicit rem traditam, hypotheca autẽ minime, & in hphyoteca nouissime. D. Costa de retrotractat. cap. 8. casu 10. num. 17. 18.

336 Emphyteosis per aliquem † capta pro se, & fratre absente, quæritur eidem fratri eius subsequuta ratificatione. *Ioan. Petr. Surdus in decis. Mantuan. 159. nu. 12.*

337 Quamdiu emphyteota † possessionem emphyteosis non accepit, nec illam assequi potuit, dum non possidet, soluere canonem minime tenetur. *Anton. Capic. in decis. Neapol. 14. num. 21. Menoch. de Arbitrar. iudic. quæst. lib. 2. casu. 171. num. 75. Ioseph. Ludouic. in decis. Perusin. 35. num. 7. Surdus in decis. Mantuan. 9. num. 6. eruditissimus Don Garsias Mastrill. in decis. Siciliæ. 15. num. 1.*

338 Declara secus esse, si culpa, † defectu, aut dolo suo desijsset possidere. plene idem Dõ Garsias Mastrillus

strillus *in dicta decision. Sicil.* 15. *num.* 3. 4.

339 Solutio canonis emphyteotici † facta alicui, constituit illum, cui facta fuit in quasi possessione iuris exigendi eundem solitum canonem, & isto casu sufficit bona solutio. *post Gulielm. Benedict. in Rep. cap. Raynutius. in verb. vxorem nomine Adelasiam. extra. de testam. num.* 438. *Petr. Foller. in pract. ic. censual in verb. Huiusmodi censualia super rebus. num.* 101. *Voluit Surdus in decis. Mantuan.* 10. *num.* 10.

340 In concessione emphyteosis, quamuis † sit data, & concessa a domino potestas vendendi, & alienandi ad eius libitum, intelligitur tamen, vt debeat, alienando consensum domini habere concedentis, censetur enim ab eo concessa potestas secundum naturam actus, super quo interponitur, *vt dicit Gulielm. Cassador. in deci. 3. num. 9. titul. de locat. & conduct. quem sequitur Blanchett. in decis. Nouissim. Roman.* 282. *num.* 2. 3. *parte.* 1. *vol.* 1.

341 Concessa autē licentia † vendēdi totam emphyteosim, vendi partem non iuuat, quia quo ad actū venditionis est nulla, non autem quo ad caducitatem incurrendam, *vt voluit Surdus in decis. Mantuan.* 188. *in fin.*

342 In alienatione rei emphyteoticæ † dum fit titulo institutionis, legati, vel donationis, non requiri licentiam, vel consensum domini, *voluit Iul. Clarus in* §. *emphyteosis. q.* 15. *Blanchett. in decis. Nouissim. Roman.* 284. *num.* 1. *parte.* 1. *vol.* 1.

343 Pro possessione, in quam † dominus inducit, emphyteotam, fit solutio laudemij. *Anton. Gamma in decis. Lusitan.* 91. *sub num.* 3.

344 Pœna commissi est de natura † contractus emphyteotici, & non est in fraudem vsurarum, *vt concludit Aluarus Vallascus in consultation. siue decis.* 35. *num.* 1.

345 Pro Laudemio † non soluto, res emphyteotica non cadit in commissum. *Amodeus de Ponte in quæstion. Laudem.* 19. *voluit Surdus in decis. Mantuan.* 31. *nu.* 14. *& in decis.* 200. *num.* 8. *& per totam.*

346 Tertius possessor † conuentus pro censu rei emphyteoticæ, non potest opponere exceptionem excussionis. *Surdus in deci. Mantuan.* 32. *num.* 15. *ante eum Guid. Pap. in decis. Gratianop.* 42. Vbi dicit ita Curiam Parlamēti cogere tertios possessores solere, vt annuas pensiones etiam priuatas recognoscerent, ac soluerent, *& in decis.* 776. *sub num.* 2. *in fine. Optime Bartholom. de Chassan. in consuetu. Burgund. rub.* 11. §. 6. *in verb. contre l. assignal per totū. quem sequitur Didac. Couar. Variar. resolut. lib* 3. *cap.* 7. *num.* 6. *Ioan. Baptista Lupus in tract. de vsur. in l.* 2. *num.* 67. *C. de pact. inter empt. & vendit. Vincentius Carrotius in tract. de excuss. bonorum. parte* 2. *q.* 94. *& voluerunt Petrus de Gregorio Siculus in tract. de censibus, q.* 6. *num.* 10. 33. *& ibi in Apostillis. Don Garsias Mastrillus. num.* 84. *vbi alios plures refert. & ego dixi obseruationum ad iura Regni Neapolitani. lib.* 1. *obseruation.* 64.

347 Amplia supradictam † conclusionem, quod si debitor tempore obligationis, dum obligauit dicta bona, & constituit se creditoris nomine possidere, tunc creditor agere poterit contra tertium possessorem, etiam principali non discusso. *Bartol. in rep. l. creditores. num.* 22. *in fin. C. de Pignorib. quem sequitur Guido Papæ in decis. Gratianop.* 356. *& in decis.* 432. *num.* 12. *& post Ioan. Crotum. in rep. l. stis, qui pro emptore. col.* 4. *ff. de vsucap. voluit Marc. Anton. Delrius. Miscellan. Codic. lib.* 8. *titul.* 14. *ad Authent. hoc si debitur. C. de pignorib. concinunt quæ congerit Andr. Tiraquell. in tract. de iure constituti. parte* 1. *num.* 37. 38. *& parte* 3. *limitat.* 1. *num.* 2. *& resolutiue Matth. de Afflict. in decis. Neapol.* 326. *& voluit Robertus Maranta in Specul. Aureo.* 7. *Distinct. num.* 47. & in hoc Regno Neapolitano hoc est expeditum, *ex Prag. incip. Assistētiam.* Regis Ferdinandi primi. *titul. de Assistentia. De qua Marantain loco allegato. Annibal. Troisius in dicta pragmatica, cuius meminit Mar. Anton. Delrius. in loco proxime relato.* Et pulchre de iure commu-

348 ni per clausulam † cōstituti corroborat quasi eandem dispositionem Regiæ Pragmaticæ, *Alexand. in consil.* 85. *vol.* 6. *quem retulit, & sequitur Cæsar Vrsil. in decis. Neapol.* 139. *sub num.* 4.

349 Dum ecclesiæ res † emphyteotica alicui conceditur, omnibus sacerdotibus beneficiarijs præsentibus concedi debet. *Anton. Gamma in decis. Lusitan.* 49. *num.* 2.

350 Emphyteota decimam prius, † & postmodum pensionem, & Canonem soluere debet. *Ant. Capic. in decis.* 20. *num.* 14. 15. *Anton. Gamma in decis. Lusitan.* 150. *num.* 1. *in decis.* 249. *num.* 1. *ante eos Alexand. in consil.* 112. *vol.* 1.

351 Emphyteota expellens colonum † qui per longum tempus optime agrum coluerat, emphyteosi priuari potest. *Anton. Gamma in decis. Lusitan.* 297. *num.* 2. 3. 4.

352 Emphyteosis potest † fine consensu in dotem dari. *Anton. Gamma in decis.* 127. *num.* 2. *& in deci.* 244. *num.* 6. *in decis.* 283. *num.* 2 3. *Ioan Petrus Surdus in decis.* 160. *num.* 3. 4. *Flamin. Chartarius in decis. Genuens.* 87. *num.* 11. 12.

353 Declara primo, † quod si per decem annos recepit pensionem ab eo, cui fuit data in dotem, præsumitur consensum interuenisse. *Antonius Gamma in decis.* 283. *num.* 3. 4.

354 Declara secundo, † quod finito tempore emphyteosis, finitur obligatio pro dote, & illa finita mulier super dote recurrere nequit. *ex Iacobo Mandel. in consil.* 28. *nu.* 9. *vol.* 1. *Francisc. Bursat. in consi.* 80. *nu.* 31. *vol.* 1. *& ex Andrea Tiraquell. & Corbulo voluit Flamin. Chartar. in decis.* 87. *nu.* 13.

355 Emphyteotæ, qui fuit † spoliatus a Domino emphyteosi propria authoritate ob non solutum canonem, vel alio modo, puta fuerit res per commissum delata, non competit spolij remedium, neque remedium possessionis restitutorium, *vt voluit Matth. de Afflict. in decis. Neapol.* 392. *num.* 27. Vbi asseruit ita fuisse per sacrum consilium prouisum, & iudicatum. *Pulchre Corne. in consil.* 271. *per totum. vol.* 3. *Ludo. Gozadin. in consil.* 39. *num.* 20. *Ioan. Cephal. in consil.* 272. *num.* 68. *vol.* 2. *Cæsar Vrsill.*

sill. in decis. Neap. 392. *num.* 22. *Iosephus Ludouic. in decis. Perus.* 17. *num.* 16. *Francisc. Milanens. in de cis. Sicil.* 17. *nu.* 61. *lib.* 2.

356 Contrarium tamen, † quod competat remedium possessorium emphyteotæ spoliato voluit *Guid. Pap. in decis. Delph.* 107. *Matth. de Afflict. in decis. Neapol.* 97. *sequitur Iacob. Menoch. de recuperand. poss. Remed.* 1. *nu.* 78. *& seq. & Remed.* 5. *num.* 44. *dubius tamen fuit, nolens figere pedem. Hanc opinionem sequitur Marc. Anton. Peregrin. in consil.* 27. *nu.* 7. *vol.* 1. *Francisc. Personal. in consil.* 5. *num.* 14. *Vincent. Carrot. in decis. siue casu.* 9. *num.* 6. *Anton. Faber in Codice Fabrian. lib.* 4. *titul.* 29. *Defin.* 7. *in princ. & titulo* 42. *Definition.* 32. *vol.* 1.

357 Ego breuiter sic assero, † quod si emphyteota expelleretur ob fictam emphyteosim scilicet defi cientibus, illis de familia, vel finito tempore emphyteosi præfixo, tunc locum sibi vendicat prima opinio, vt minime cõcedatur spolij restitutio, quia nec naturalis, nec ciuilis possessio apud illum reperitur. Ob quod non dicitur spoliatus. Si vero esset ob non solutum Canonem, vel alienationem domino irrequisito factam, quia tunc multa aduersus spolium opponi possent, puta posse moram aliqua ex causa purgari, non potuisse de facto expel-

358 li, quasi non præcesserit † domini declaratio, non citatio, non aliqua iudicis sententia, & tunc procederet secunda, opinio, quod spolij remedium dare tur ex dictis *per Matth. de Afflictis in decis. Neapol.* 97. *num.* 3. *Verall. in decis.* 300. *num.* 3. *parte* 1. *Hierony. Magon. in decis. Florentin.* 76. *num.* 24. *Hieronym. Caualllos practicar. opin. commun. contra commun. q.* 14. *vol.* 1. *Peregrin. Fabius in decis. Nouissim. Roman.* 30. *num.* 1. 2. *lib.* 1. *vol.* 3. *Ioachim. Mynsinger. obseruat.* 97. *centur.* 3. *Anton. Gamma in deci. Lusitan.* 57. *sub num.* 2. *Vincenti. Carrot. in decis. siue casu.* 9. *num.* 6. *in fin. Menoch. in dicto remed.* 1. *num.* 78. *& Remed.* 5. *num.* 44. *& pluribus seqq. Francisc. Personal. in consil.* 5. *num.* 16. *cum pluribus seqq.*

359 Emphyteota, qui fuit spoliatus, potest † Domino directo cedere ius spolij. *Anton. Faber in Codice Fabrian. lib.* 4. *titul.* 29. *Denisition.* 7. *in princip. & titul* 42. *Definit.* 32. *vol.* 1.

360 Lex ciuilis super vtili domino † emphyteosis ecclesiasticæ disponere potest. *Anton. Gamma in decis. Lusitan.* 50. *num.* 2. Quod intelligerem non ita sim pliciter, sed tantum si ecclesiæ vtilis esset, & non aliter. Sed adde eundem Gammam *in decis.* 387. *num.* 7. *Surdum in decis. Mantuan.* 160. *num.* 16.

361 Contentio vertens inter † aliquos de emphyteosi esto, quod sit ecclesiastica, debet cognosci a iudice laico illius loci, in quo sita res est, cum de actione reali sæcularis iudex cognoscat, *vt dicit Nicol. Boerius. in decis. Burdegalens.* 69. *num.* 7. *& in Camera Imperiali decretũ fuisse, scribit Ioachimus Mynsinger. obseruation.* 95. *centur.* 4.

362 Canon, siue census iuris emphyteotica † est indiuisibilis & ideo plures hæredes tenentur in solidum *ex Alexandr. in consil* 7. *col.* 2. *vol.* 5. *voluit Petr. de Benintendis in decis. Bononiens.* 4. *num.* 1. *Augusti. Berous in consil.* 124. *num.* 11. *vol.* 1. *Octauius Simoncell. de Decretis minor. lib.* 2. *titul.* 4. *nu.* 5. *Iul. Clarus in §. emphyteosis. q.* 8. *Vincent. Carrotius de locat & conduct. tit. de Hæreditarijs actionib. num.* 2. *Borgnin. Caualcan. in decis.* 25. *siue.* 70. *nu.* 26. *& in decis.* 30. *siue.* 74. *sub. num.* 118. *parte* 2. *conferunt, quæ dicunt Matth. de Afflict. & Cæsar Vrsill. in decis. Neap.* 153.

363 Contrarium tamen, quod solutio † canonis emphyteotici debeat, ac possit solui pro portionibus, puta hæreditarijs, dicit fuisse decisum per præsidentem Hieronymum Seuerinum in Sacro Neapolitano, consilio scribit *Ioan. Vincentius de Anna in Allegation.* 3. Verum in illo casu fuit ita decretũ, quia dominus exegerat canonẽ semper diuisim

364 vel quia † per pactum ita fuerat inter dominũ, & emphyteutam, *vt dixerat Pyleus. q.* 64. *Nouissime Fabius de Anna in consil.* 16.

365 Sententia pro Domino † lata contra emphyteotam, non exequitur contra secundum emphyteotam, vel nouum possessorem, nisi ipso audito, & citato, *iuxta tradita per Anton. Fabrum in Codice Fabrian. lib.* 4. *titul.* 42. *Defin.* 43. *vol.* 1.

366 Retractus non habet † locum in contractu emphyteotico *vt post Vincent. de Franch. in decis. Neapol.* 392. *num.* 9. *voluit Don Garsias Mastrill. in deci. Sicil.* 50. *num.* 21. *Ioan. Vincent. de Anna in singul.*

367 295. *& singul.* 392. *vbi limitat nisi esset † cum pacto affrancandi cum pecunia. de quo etiam Matth. de Afflict. in deci. Neap.* 72. *Tiraquell. de retract. consan. §.* 30. *gloss.* 1. *num.* 40.

368 Si inter duos contentio est † super dominio rei empyhteoticæ, eadem lite in decisa durante, & quamdiu mutuo consensu in ea perdurant, si cessauerit emphyteota a Canonis solutione, in commissum minime cadit, si paratum se offerat, solutionem illi facere, pro quo iudicabitur. *Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib.* 4. *titul.* 42. *Definit.* 26. *vol.* 1.

369 Primus emphyteota, per consensum † a Domino præstitum secundo emphyteotæ, a solutione pensionũ, & Canonũ liberatus censetur. *Don. Garsias Mastrill. in decis. Siciliæ.* 55. *num.* 1. 2.

370 Permutatio inuito, & irequisito † Domino emphteoticæ rei fieri potest. *Ioan. Petr. Surd. in decis. Mantuan.* 173. *per totam.*

371 Qui soluit per annos † quadraginta vniformem pensionem, vt canonem, iudicatur emphyteota perpetuus in profanis, & præsumitur ibidem in teruenisse consensum Domini. *Anton. Gamma in decis.* 276. *num.* 1. *& in fin. in decis.* 329. *num.* 2. Vbi dicit procedere etiam in emphyteosi ecclesiastica. Borgnin Caualcan. in decis. Finiz. 24. seu 73. nu. 4. parte. 2.

372 Extinctis personis, quibus concessa † est emphyteosis, poterit Dominus propria authoritate possessionem ingredi, nulla facta distinctione, an fecerit, vel non fecerit meliorationes. *Anton. Gamma in decis.* 333. *num.* 2.

373 Declara nihilominus † procedere, quando aliquid

quid probabile in contrarium non allegaretur, & tunc etiam tutius erit, vt iudicis authoritatem interponat, vt eo mandante, & authorizante ingrediatur. *Anton. Gamma in dicta deciſ. Luſitan.* 333. *num.* 5.

374 Emphyteoſim ad tempus † modicum, ſcilicet non vltra decennium locare poterit emphyteota. *Aluarus Vallaſc. in deciſio. ſiue conſultation.* 76. *nume.* 2.

375 Statutum poteſt quo ad vtile † dominium, etiã emphyteotæ eccleſiaſtici diſponere, quia tale vtile dominium non eſt eccleſiaſticum. *Poſt Petr. de Anchar. in conſil.* 125. *nu.* 6. *Andr. Barbat. in conſil.* 14. *nu.* 6. *verſ. ad hoc. vol.* 1. *Marian. Iun. in conſilio* 71. *num.* 13. *vol.* 1. *voluit Surd. in deciſ. Mantuan.* 160. *num.* 14. 16. 17.

367 De euictione tenetur dominus † emphyteotæ pro emphyteoſi ei conceſſa, *vt poſt Paridem de Puteo de redintegratione feudor. cap.* 238. *incip. An conceſſa. num.* 1. *fol.* 131. *& in cap.* 279. *incip. an maeſtiens aliquem. nu.* 9. *fol.* 148. *voluit Surd. in deciſio. Mantuan.* 290. *num.* 18. *Gaſpar. Caballin. de euictionib.* §. 4. *nu.* 55.

377 Declara eo caſu dominum † directum non teneri ad intereſſe, ſed tantum ad pretij reſtitutionem, ſi tamen dolus abſit. *Anton. Faber in Codic. Fabria. lib.* 4. *titul.* 42. *Definition.* 51. *vol.* 1.

358 Carceratus excuſatur † a non ſolutione canonis nec cadit in commiſſum. *Thom. Grammat. in deciſi. Neapol.* 52. *num.* 10. *Andreas Tiraquell. de retractu conuentional.* §. 1. *gloſſ.* 2. *nu.* 48.

379 Res eccleſiaſtica, & ſi nulla † adſit alienandi neceſſitas, nec vlla ſolennitate intercedente, in emphyteoſim concedi poteſt, dum tamen in euidentem eccleſiæ vtilitatem cedat. *Anton. Faber in Codice Fabrian. lib.* 4. *titul.* 38. *Defin.* 7. *in princip. volum.* 1.

380 Excuſari non poteſt emphyteota † a non ſolutione canonis, ex eo, quod ſpoliatus fuerit ſua poſſeſſione, abſq; tamen ipſius Domini conſenſu, nec eo cauſam dante. *Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib.* 4. *titul.* 42. *Definition.* 23. *vol.* 1.

381 Exequutio, quæ fieret contra † emphyteotam pro lite contra eum agitata non citato, vel inaudito domino, per ipſum impedi poſſunt. *Afflictus in deciſ. Neapol.* 380. *nu.* 1. 2.

382 Reſtitutio in integrum non † datur eccleſiæ in emphyteoſi, puta ex eo, quod abſq; ſolennitatibus in eccleſiaſticarum rerum alienatione requiſitis contractus emphyteoticus factus fuerit. *Anton. Faber in Codice Fabr. lib.* 4. *titul.* 38. *Defin.* 7. *quamuis in Definition.* 6. *aliud dixiſſet, & idem confirmat eodem lib.* 4. *titul.* 42. *Definit.* 53. *vol.* 1.

383 Declara tamen non procedere, † vbicunq; eccleſiæ læſio interuenerit. *Idem Anton. Faber. in dicto li.* 4. *titul.* 38. *Defin.* 7. *& titul.* 42. *Defin.* 53. *vol.* 1. *concludit arg. c.* 1. *extra. de reſtit. in integr. ante eum voluit Sforti a Oddus de reſtitutio. in integr. q.* 56. *articul.* 6. *num.* 38. *cum pluribus ſeqq.*

384 Subdeclara, animaduertendum eſſe læſionem eccleſiæ non appellari hoc caſu, quod modicus canon annuus, ſiue eccleſiæ ſoluatur, quia hoc modo ſemper eccleſiæ diceretur læſa, ſed erit inſpiciendum, an expedierit eccleſiæ, in emphyteoſim dari, & ſi fuiſſet data res fructuoſa, non ſterilis, vel ſterilitas fuiſſet adeo modica, quod modica impenſa redigi potuiſſet ad culturam & iſto modo intelligeretur læſio, per quam eccleſia in integrum poſſet in emphyteoſi reſtitui *vt poſt Augu. Beroũ. in conſ.* 83. *& in conſil.* 84. *volum. primo. voluit idem Sforti a Oddus in dicta quæſt.* 56. *num.* 39. *& modum probandi læſionem eccleſiæ in emphyteoſi plene ſcribit Gorn. in conſi.* 181. *nu.* 53. *cum pluribus ſequentib. volum.* 2.

385 Emphyteota ſiue illius hæredes † etiam ſi per mille annos dominum venientem non admiſerint, & ipſi poſſederint, nunquam tamen aduerſus illum præſcribunt. *Cæſar Barz. in deciſ. Bononienſ.* 61. *nu.* 3. 10.

386 In emphyteoſi eccleſiaſtica † per ſolutionem penſionis lõgiſſimi temporis, non præſcribitur ius emphyteoticum, niſi vſq; ad tertiam generationem *vt poſt alios, & Iaſon. in l.* 2 *num.* 161. *C. de iure emphy. voluit Anton. Gamma. in deciſion.* 297. *nume.* 3.

387 Directus Dominus † per nouam recognitionem emphyteoſis, futurarum penſionum, ac futuri canonis, non præſumitur remiſiſſe præteritas penſiones. *Anton. Faber in Codice Fabrian. lib.* 4. *titul.* 42. *Definition.* 14. *Definit.* 16. *vol.* 1.

388 Remedium † *l.* 2. *C. de reſcindend. vendit.* vigore læſionis, locum ſibi non vendicat quo ad maiores in cauſa emphyteotica, vt ſcribit Gerardus Maynardus *in deciſion. Tholoſ.* 62. *lib.* 3. Videnda tamen eſt diſtinctio Iacobi Rebuff. *in l. quicunque. C. de omni. agr. deſert. lib.* 11.

389 Monachus, dum quæſiuit † emphyteoſim, non ſibi, ſed monaſterio quæſiuit, *Anton. Gamma in deciſ. Luſitan.* 377. *ſub num.* 1. Maxime emphyteoſis eccleſiaſtica, vt voluit Berous *in c. in præſentia. num.* 152. *de probat.* Sed contrarium tenet Regens Tapia *de relig. in verb. ſua. cap.* 15 *num.* 5. 6.

390 Declarandum tamen † quod ſi emphyteoſis capta eſt pro ſe, & deſcendentibus, ſuccedit quidem monachus deſcendens, & monaſterium ipſo viuente, poſt tamen mortem non ſuccedit. *ita Matth. de Affliction. in deciſion. Neapol.* 83. *numero decimotertio.*

391 Emphyteota † eccleſiæ poteſt per iudicem eccleſiaſticum compelli ad reficiendam rem emphyteoticam. *Cappell. Tholoſ. in deciſion.* 353. *incip. Item fuit quæſitum, an emphyteota.*

392 Emphyteota vẽdens, vel alienans, † domino irrequiſito, ſe tamen conſtituens precario nomine emptoris, vel donatarij poſſidere, & interim vſumfructum retineat, non cadit in commiſſum, cum exigatur realis; atq; effectualis translatio. *Guido Papæ in deciſion. Delphinal. octuageſima prima, in deciſion.* 101. *Andr. Tiraquell. de*

iure conſtituti poſſeſſorij parte 3. limitat. 1. nu. 4. Surdus in deciſ. Mantuan. 220. nu. 40.

393 Emphyteota ſecundus † non tenetur ſuperiori directo Domino, ex cuius conſenſu accepit emphyteoſim, niſi quatenus ipſe permiſit. *Anton. Faber in Codice Fabrian. libr. 4. titu. 42. Definit. 70. volum. 1.*

394 Maſculi ſecundæ generationis † in emphyteoſi præferuntur feminis primæ generationis, vt concludit Iulius Oradinus. *in deciſ. Nouiſſi. Rom. 9. nu. 1. parte 1. vol. 1.*

395 Maritus ſi receperit emphyteoſim † pro ſe, & vxore præſente, & non contradicente, videtur conceſſionem ratificare. *Cotta in deciſ. Nouiſſi. Roman. 59 nu. 1. parte 1. vol. 1.*

396 Delictum vnius ex ſucceſſoribus † in emphyteoſi, inducit totius emphyteoſis amiſſionem. *Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 268. nu. 5.*

397 Bona emphyteotica † perpetua pro maioratu erigendo, & conſtituendo, cõcedi, ac dari nequeunt, niſi vita concedentis durante, & emphyteoſi ad vitas. *Anton. Gamma in deciſion. Luſitan. 70. nume. 1.*

398 Edere emphyteota directo † domino tenetur cõtractum feudi accepti in emphyteoſim. *Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib. 4. titul. 42. Deſiuition. 21. vol. 1.*

399 Negligentia anteceſſoris in † non ſoluendo canonem, non nocet ſucceſſori, quando venit ad emphyteoſim, tanquam nominatus, ſecus ſi vt hæres, *Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 319. nu. 2.*

400 Vſusfructus in † emphyteoſi abſque domini conſenſu conſtitui nequit ab emphyteota. *Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 299. num. 1.*

401 Contrarium tamen † quod emphyteota abſque domini conſenſu vſumfructum in emphyteoſi conſtituere valeat, melius ex Baldo, Petro Iacobo, Salyceto, Alexand. Iaſone Catellian. Catta Ruino, & Bertrando, *voluit And. Tiraquell. de retract. conſanguin. §. 1. gloſſ. 7. nu. 48.*

402 Emphyteoſis † finita, & extincta per generationem reuertitur ad dominum, ſi ille velit ſibi retinere. *Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 387. nu. 2. & per totam.*

403 Et ſi dominus † directus emphyteoſis recognitionem faciat, poterit tamen canonem ſoluendum ſtipulari pro aliquo loco pio. *Anton. Faber Codice Fabrian. lib. 4. titul. 42. Definition. 42. vol. 1.*

404 Dominus directus † vendere volens ius ſuum directum, non poteſt cogi ab emphyteota, vt illud ſibi vendat. *Spec. in tit. de emphyteoſi. §. nunc aliqua nu. 116. verſ. 3. quem allegauit Nicolaus Boer. in deciſ. Burdegal. 107. nu. 1. Andr. de Iſern. in c. imperialem. §. præterea ducatus. col. 6. nu. 12. verſ.* Nam emphyteota non vendit. *de prohibit. alien. per Federic.* Vbi dicit de domino, quod non vendat ius, quod habet, non iuueni, quem nouiſſime ſequitur. *Ioan. Vincent. de Anna in ſingul. 150. vbi dicit ſecundum hanc opinionem fuiſſe deciſum in* cauſa quorundam de AEgyptijs, in anno 1553. & in anno 1558. in cauſa Iulij Vulcani, & hoc idem tenuit, & obtinuiſſe in magna curia, & poſtmodum in Sacro Concilio dicit *Vincent. de Franchis. in deciſ. Neap. 17. num. 8. quem refert Fab. de Anna in addit. ad dictum patris. ſingul. 150. nu. 344.* Quamuis idem Anna ſenior *in dicto ſingulari 150. in fine* referat, Sacrum Conſilium in anno 1567. determinaſſe contrarium in cauſa Alexandri de Miele, & ego potius eligerem hanc vltimam opinionem cum contractus emphyteoticus ſit ex vtraque parte obligatorius, & debent a pari æqualiter iudicari, & multa dicere, ſed nolo ponere os in cælum.

405 Ex delicto emphyteotæ non confiſcatur † directum dominiũ ſed tantum vtile. *Guido Pap. in deciſ. 438. in ſi. Iul. Clar. in §. emphyteoſi. q. 29. & in pract. criminal. q. 78. num. 12. Franciſc. Milan. in deciſ. Siciliæ. 1. num. 119. lib. 1.*

406 Amplia ſupradictam concluſionem † nullo modo confiſcari emphyteoſim, quando in conceſſione expreſſe prohibita fuit alienatio, quia prohibita alienari, nõ poſſunt confiſcari. *arg. l. imperator. ff. de fideicommiſſ. libert. vbi Bartol. hoc annotauit. & voluit Alexan. in conſil. 23. col. 2. verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus. vol. 1. duplicato in conſil. 88. vol. 3. & Abbas Panor. in conſil. 66. vol. 2. Franciſc. Aretin. in conſil. 14. 5. col. 5. Nicol. Boer. in deciſi. Burdegal 264. nume. 7. 8. Octauian. Cacheran. in deciſion. Pedemont. 94. ſub numero. 3. Carol. Ruin. in conſil. 117. in princip. vol. 1. & in conſil. 23. num. 34. vol. 5. AEgid. Boſſius in titul. de publicat. bonor. num. 60. Roland. a Valle. in conſil. 29. numero 18. 19. vol. 3. Franciſc. Burſatus in conſil. 122. num. 3. vol. 2. Auguſtin. Berous. in conſil. 78. numero 12. Vol. 1. Bene Hierony. Gabriel. in conſil. 73. nume. 11. vol. 2. Petr. Anton. Petra, de fideicommiſſ. q. 8. nume. 111. Guidus Pancirol. in conſil. 181. num. 1. vol. 1. quem refert, & ſequitur Marc. Anton. Peregrin. in tract. de iure fiſci. lib. 5. titul. de Publicat. bonor. num. 98. plene Corbulus titul. de cauſ. priuation. ob mortem ciuilem. num. 69. 70. allegando Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 278. num. 6. 7. & in ſpecie Ioan. Petr. Surdus in deciſion. Mantuan. 254. num. 22. Emanuel. Suarez in Theſaur. recept. ſent. §. emphyteoſis. nu. 75. Hippolyt. Bonacoſſ. cõmun. opin. Criminal. §. emphyteoſi. parte 1. remiſſiue Regens Tapia de reb. religioſ. in verb. ſua. cap. 15. num. 7.*

407 Declara, confiſcari emphyteoſim † ab eo Principe, a quo primodialiter ortum emphyteoſis habuiſſet, *vt per Franciſc. Milanenſ. in deciſ. Siciliæ. 1. num. 125. lib. 1.*

408 Emphyteota habens inueſtituram † emphyteoſis a domino, poteſt authoritate propria ingredi poſſeſſionem rei emphyteoticariæ, *vt dicit Franciſc. de Clapperijs in deciſion. Fiſcali. cauſa. 10. q. 1. num. 3.*

409 Emphyteota per poſſeſſionem † longi temporis præſcribit vtile dominum. *vt ex Baldo de præſcript. Secunda parte, ſecundæ partis q. 2. numero 8. voluit Barnabas Cornazan. in deciſion. Lucens. 31. num. 5.*

410 Em-

410 Emphyteotæ obligati domino † directo ſoluere annuum canonem, & pẽſionem, ſi dominus venderet alteri directum ſuum dominium coguntur facere huic nouo domino ſimilem obligationem, & inſtrumentũ, vt referẽte Domino Marco Antonio de Ponte, Regio Conſiliario, & nunc pro Regno Neapolis Regente apud Regem noſtrum Catholicum, deciſum fuiſſe per Sacrum Conſilium ſcribit *Vincent. de Franch. in deciſion. Neapol.* 615. *ſub num.* 5.

411 Primus emphyteota, non poteſt † ſecundo emphyteotæ præeſſe tanquam Dominus directus, cũ illud penes ipſum non reperiatur, ſed penes eundem Dominum directum bene poteſt illi ſecundo ſuum vtile dominium concedere, & ſecundo emphyteotæ alienanti, conſenſus directi Domini, nõ autem primi emphyteotæ requiritur, *vt optime dicit Frantiſc. de Clapperijs in deciſion. Fiſcali. cauſa.* 15. *q.* 2. *num.* 88.

412 Emphyteota tenetur ſoluere † Laudemium, vt decreuit Sacrum Conſilium apud Vincentium de Franch. *in deciſion.* 430. *& in deciſion.* 659. *numero primo.*

413 Titulus emphyteoſis probatus † dicitur, probata antiqua poſſeſſione, *vt dicit Barnabas Cornazan. in deciſion. Luceus. quadrageſimo nono, numero* 9.

414 Quando emphyteoſis † venit ad manus mortuas, puta ciuitatis, vel vniuerſitatis tenetur ciuitas vel communitas, illam ponere extra manus mortuas, ne fiat perpetuum præiudicium directo domino, *vt ex Specul. in titul. de emphyteoſi.* §. *nunc aliqua. verſicul.* 116. *numer.* 142. *& Ioan. in l. fin. numero* 90. *C. de iur. emphyteot. voluit Vincent. de Franch. in deciſ. Neapo.* 659. *num.* 2.

415 Emphyteota dicitur perſonaliter † obligatus ad ſolutionem canonis. *Guid. Pap in deciſion.* 9. *nu.* 1. *Marc. Anton. de Amat. in deciſ. Marchiæ.* 31. *nume.* 2. 3.

ARGVMENTVM.

Feudi nomen Longobardum eſſe communiter affirmatur, ſed ſi a fide ipſius etymologia deducitur, pro latina dictione haberi poteſt. Definitur, quod ſit ius ex beneuolentia tali pacto conceſſum, vt proprietas rei beneficiatæ penes dantem remaneat, vſusfructus autem illius, ſeu dominium vtile ita ad accipientem, hæredesque ſuos maſculos, ſiue feminas, modo de his ſit nominatim actum, tranſeat, ad hoc, vt tam ille, quam ſui hæredes fideliter domino ſeruiant, ſi illud ſer uitium, quale eſſe debeat, ſpecifice ſit expreſſum, ſiue indeterminate promiſſum. Sed cum a principe ceu fonte, ac ſcaturigine omnia feudo fluant, igitur illa Imperator, Rex, Princeps, Dux, Comes, ex gratia, & honore in ſuo territorio, atque diſtrictu, & tutor feudum antiquum minoris concedere poſſunt. Si bona eccleſiaſtica in feudum ſunt dari ſolita, concedunt iſta Prælati, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & alij ſuperiores, vel eorum procuratores, ad id ſpecialiter deputati. Ad hæc quilibet habilis admittitur vt Cardinalis, equites, & milites Sancti Iacobi, Calatrauæ, Alcantarę, & ſimiles, filius hæres, clericus, monachus, monaſterium, eccleſia, & monialis vita durante, modo ſeruitium ab ipſis vel per ſe, vel per ſubſtitutum præſtari poſſit, aut feudum non eſſet Francum, & quoniam filios religioſi habere nequeant, agnati pro illorum hæredibus habentur. Qui ſi a Rege, vel Principe ſæculari feuda accipiunt, illos inueſtituram petendo recognoſcere debent, nec eorum forum, ſiue conuenti, vel reconuenti fuerint in hoc paſſu declinare poſſunt. In feudo antiquo ſuccedit frater fratri, nullo habito reſpectu an vtrinque, an vero ex vno latere tantum ſit coniunctus, & etiam ſoror iure Francorum, ſed Longobardorũ minime, ſi fuerit a fratre dotata, nepos conceptus, & natus poſt mortem aui eſt habilis ad infeudandum, ſicut etiam filij adoptiui, certis tamen modis, capaces cenſentur. Excluduntur autem milites Sancti Ioannis Hieroſolymitani, ſpurij, ſi illorum expreſſa mentio in inueſtitura non fuerit facta, illegitimi, naturales legitimati, ex concubina nati, & hæredes extranei. Sed ſi maſculis, & feminis conceſſio facta fuerit coniunctim, tunc extantibus maſculis feminæ ſemper pro excluſis habentur, niſi conſuetudo obſtet, aut inueſtitura illas includat, aut ſeruitium æque a feminis, vt viris, præſtari poſſit, aut armis aſſuetæ ſint. Feudum aliud eſt nouum,

aliud antiquum, hoc hæreditariū, illud ex pacto, & prouidentia dicitur, vtrumque in rebus soli, vel solo cohærentibus, vel annuo cēsu constituitur. Feudo dant formam literæ inuestituræ, & tenor primæ, & antiquæ semper seruandus est, nā vim contractus obtinet, nec ad cessionarium extenditur, quoniam illarum proœmium finalem concessionis causam ostendit. Acquiritur feudum vel ex præscriptione triginta annorum spacio cōtinuata, vel inuestitura, cuius renouationē intra annum, & diem post mortē prędecessoris petere vasallus nouus tenetur, per quā non transfertur possessio, sed datur licentia ingrediendi feudum authoritate propria. Domini consensus in feudo tantopere est necessarius, vt sine eo neque in totum, neque ex parte alienari in dotem dari, emi, vendi, locare, pignorari, hypothecari, neque etiam feudatarius de illo testari possit, nisi cōsuetudine inductum fuisset, cōsensum in alienatione non esse necessarium, aut illa fieret in agnatum proxime succeſſurum, cou[illegible]n, aut confeudatarium, aut de fructibus feudi hęreditarij. Fidelitas est de essentia feudi, licet in concessione non sit facta mentio de illa. Dominus male tractans vasallos directo feudi dominio priuandus venit, sed vtile dominium amittit feudatarius ex negligentia non petendi inuestituram, ingratitudine, non soluendo feudalem canonem, totaliter, aut illius partem, abnegatione, occisione domini, commissione delicti proprij, vel etiam patris, propter feloniam, rebellionem, refutationem, cessionem in agnatum proximum, post finitū tempus, si concessio fuerit ad tempus facta, violatione iuramenti, desertione domini in bello, si non fiat ob hostium timorem, & credulitatem, ex amicitia cū inimicis domini in illius perniciem inita, in quibus omnibus vera, & non præsumptiua probatio requiritur. Quo casu directa rei vendicatione dominus ad commissum feudi agit, & si apertum sit, feudatario meliorationes, & expensas in feudo factas, exceptis modicis, & tenuibus restituere tenetur, nec fructus feudi vasallo intra Martium, & Augustum mortuo, sibi appropriare potest, sed feudatarij hæredibus relinquere cogitur, sicut etiam ijsdem industriale augmentum, ex facto hominis proueniēs, permanet, naturale autem, & quod sine hominis facto accidit, ad dominum feudi absque vllius contradictione transit. Vasallus vero spoliatus feudo ex spolio actionē intentabit. In feudis non habet locum ius accrescendi, retractus, nec executio ob causam iudicati, neque collecta, cum nulla res duplici onere sit grauanda. Ideo feudalia bona nec in catasto, nec in appretio sunt ponēda, licet in generali bonorum obligatione contineantur.

SVMMARIVM.

1 *Feudi alienatio absq; domini consensu inualida est, & feudum amittitur. Declara. num.* 2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17.18.19. *Limita. num.* 20.21.22.23.24.25.26.27.28.29.30.31.32.33.34.35.36.37.38.39.40.41.42.43.44.45.46.47.48.49.50.51.52.53.54.55.56.57.58.59.60.61.62.63.64.65.66.

67 *Dominus feudi causam feudalem inter suos vasallos decidendam committere potest.*

68 *Actio per inuestituram in feudis quæritur absenti.*

69 *Episcopus concessit in feudum ciuitatem Regi, qui illam tempore pacis, cum alijs locis concessit Regi Anglo, nihilominus debet redire ad episcopum.*

70 *Feudum quæsitum ab episcopo, etiam de feudo ecclesiæ, est eius hæredum.*

71 *Capitulum Catalaunense, an possit libere feudum possidere sine Regis Galliæ consensu.*

72 *Alienatio feudi in vita alienātis valet, sed ipso mortuo reuocatur.*

73 *Feuda in dotem dari an possint sine Domini consensu. Declara. num.* 74.75.76.77.78.79.80.81.82.83.84.85.86.87.88.

89 *Feudatarius post mortem prædecessoris sui intra annum, & diem renouationem inuestituræ petere debet, alias cadit a feudo, num.* 90.91.92.93.94.95.96.97.98.99.100.101.102.103.104.105.106.107.108.109.110.111.112.113.114.115.116.117.118.119.120.121.122.123.124.125.126.127.128.129.130.131.132.133.134.135.136.137.138.139.140.141.142.143.144.145.146.147.148.149.150.151.152.

153 *Fructus feudi hæreditarij relinqui possunt sine domini consensu. & num.* 154.

155 *Com-*

155 *Compromiſſum de vita,& militia,an fieri poſſit,præſertim in Regno Neapolitano.*

156 *Facultas reuocandi feudum in regno Neapolitano, an ad hęredes tranſeat*

157 *Feudum, in quo viuitur iure Francorum an pater in præiudicium primogeniti poſſit alienare? num.* 223.224.

158 *Vita,& militia quando a primogenito debeatur ſecundogenito,& alijs.*

159 *Paternum feudum filius habere non poteſt niſi ſit hæres.*

160 *Clericus a Principe ſeculari feudum habens conuenitur,& reconuenitur coram iudice temporali.*

161 *Feuda omnia,vt a fonte a principe fluunt.*

162 *In alienatione feudi ruſtici plani,& de tabula,nõ quaternati Regius aſſenſus non eſt neceſſarius, ſed ſufficit ſuperioris proximi aſſenſus.num.* 161.

163 *Iacobi Ardizoni dictum declaratur.*

164 *Femina ad feudi ſucceſſionẽ an,& quando admittatur,& nu.*165.166.167.168.169.170.171.172.173.174.175.176.177.178.179.180.181.182.183.184.185.186.187.188.189.190.191.192.193.194.195.196.197.198.199.200.201.202.203.204.205.206.207.

208 *In potentiorem domino inuito feudum an poſſit transferri? Declara.num.* 209.210.

211 *Feudatarius an de feudo teſtari poſſit Declara.nu.* 212.213.214.

215 *Monaſterium an ſuccedat in feudis numero* 216.217.218.219.220.221.

222 *Nobilitatem conſequitur,qui feudum habet a principe.*

223 *Ob ſterilitatem vaſallus feudum relinquere non poteſt.*

224 *Feuda,quæ ſunt alienabilia,ſunt ad modum allodialium.*

225 *Feudum antiquum quod iure Francorum obtinetur non poteſt per partem in filij primogeniti præiudicium alienari.& num.* 226.

227 *Verbum ſine hærede in Feudis intelligitur ſine maſculo.Declara.nu.* 228.

229 *Filius feudum paternum habere non poteſt, niſi ſit hæres.*

230 *Feuda omnia diuiſibilia ſunt. Declara num.* 231.232.233.234.235.236.237.238.

239 *Feudum a Principe conceſſum tranſmittitur ad filios adoptiuos.nu.* 240.241.242.243.

244 *Feudum,an præſumatur hæreditarium,præſertim in Regno Neapolitano?*

245 *Feudum emi pecunia an poſſit?nu.* 246.247.248.249.

250 *Feudalis,an cenſualis dicatur res, quæ eſt feudo reddititia?*

251 *Feudum conceſſum in forma communi ſcilicet,ſibi & hæredibus tuis ex tuo corpore legitime deſcendentibus,an dicatur hæreditarium.nu.* 252.253.

254 *Fidelitas eſt de feudi eſſentia,licet de ea in conceſſione mentio facta non fuerit.num.* 255.256.257.336.

258 *Ad feudi amiſſionem,negligentia, vel ingratitudo feudatarij requiritur.*

259 *Per inueſtituram Feudi poſſeſſio non transfertur, ſed poteſtas ingrediendi feudum propria authoritate.*

260 *Ex conceſſione Feudali oritur ipſi inueſtito dominium vtile.*

261 *Alienata,venditaue re feudali cum effectu,licet tanquam allodiali, vel burgẽſatica,deuoluitur ad dominum.num.* 262.263.

264 *Proprietarius,non autem vſufructuarius infeudat.*

265 *Dominus agens ad commiſſum feudi,& ad illius recuperationem, aget rei uendicatione directa ex moribus c.Imperialem.nu.* 266.

267 *Epiſcopus,ſeu Prælatus habens feudum a Rege, aut Principe ſeculari, tenetur illum recognoſcere,& ab ipſo inueſtituram petere.*

268 *In eccleſias feuda alienari nequeunt ſine expreſſa Domini licentia. Declara nu.* 269.

270 *Feudo Franco conceſſo, Feudatarius non tenetur ad aliquod ſeruitium niſi expreſſum,& omnia in ueſtito conceſſa cenſentur.num.* 271.

272 *Vaſallus vaſalli mei,non eſt meus vaſallus.*

273 *Eccleſia feuda ad ipſam deuoluta,& etiam in feudari ſolita,ſi ad paupertatem peruenit, poteſt illa pro ſe retinere.*

274 *Epiſcopus,vel prælatus vaſallus Regis, vel Principis,debet illi ſubuenire in bello.*

275 *Epiſcopus,& Prælatus a Rege feudum habens, homagium illi præſtare tenetur.*

276 *Conceſſio feudi facta, feudo nondum deuoluto nulla eſt.*

277 *Allegato feudali titulo, hereditatis aditionis præſumptio ceſſat.*

278 *In feudis non requiritur inſinuatio, cum cenſeatur donatio ob cauſam.*

279 *Legitima an debeatur de Regno, Principatu, Ducatu, Marchionatu, comitatu,& ſimilibus.num.* 280.281.282.283.287.288.289.290.291.292.293.294.295.

284 *Vita,& militia Apanagium per Gallos appellatur. nu.* 285.286.

296 *In feudo ſuccedit proximior vltimi morientis. nu.* 297.298.

299 *Feudalem rem deteriorans pro deterio ratione domino tenetur.*

300 *Feudum concedi abſque iuriſdictione primarum appellationum,ſiue ſecundarum cauſarum.*

331 *Rem eſſe feudalem,non ſufficit probari & teſtibus deponentibus de fama a num.* 302.303.304.

305 *Feudalia bona reſtitutioni fideicommiſſi ſubiecta ſunt.*

306 *Vſusfructus in feudo conſtitui non poteſt. nu.* 307.308.

309 *Feudalia debita non conſtituunt ius in Feudo.*

310 *Feudum,quod alienatur cum conſenſu domini, iudicatur tanquam allodium.*

311 *Feudatarius ſi ſciens, prudenſque abneget feudum,an ipſo priuetur. Declara nu.* 312.313.114.315.

316 *Adoha*

316 *Adoha soluēda est a primogenito, non a secundo genito, vel aliis.*
317 *Moriente feudatario in Regno, fiscus Regius sequestrat Feudum.*
318 *Intellectus c. ex præsumptuosæ. Regni Neapolitani.*
319 *Habens obligatum feudum cum Regio assensu, potest sine illo remittere hypothecam.*
320 *Feudum quod per emptorem bona fide possidetur, Dominus non potest authoritate propria ingredi.*
321 *Prælati bona ecclesiæ dari solita in feudum, possunt iterum concedere. Declara num. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332.*
333 *Feudi nomen Longobardum, an Latinum sit. num. 334. 335.*
336 *Procurator habens potestatem concedendi constituentis bona burgensatica & feudalia, concedere potest feuda cum alicuius seruitii onere.*
337 *Feudum filius non dicitur habere a patre, sed a concedente.*
338 *Retrofeudum, siue subfeudum, si ex aliqua causa ad supremum Principē deuoluitur, iure feudalia non extinguūtur sed ab eodem Principe debentur. nu. 339. 340.*
341 *Feudum concessum personæ in sacris existenti pro se, & hæredibus, de agnatis intelligitur, cū filios non habeat.*
342 *Matri legitima non debetur in bonis feudalibus.*
343 *Hæredis extranei institutio in feudo sine domini assensu fieri nequit.*
344 *Feudi concessio facta ad tertiam generationem, primus institutus facit primam, filij secundam, nepotes tertiam.*
345 *Concessio feudi ad tertiam generationem, non extenditur vltra nepotem.*
346 *Spurij, illegitimi, & naturales, an in feudo succedant. Declara. nu. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 256. 357. 728. 729.*
358 *Feudo domino aperto, reiuendicatione si petatur, an feudatarius illud retineat donec illi meliorationes soluantur. nu. 359.*
360 *Saxonum iure Feudatarius meliorationes & expensas non detrahit.*
261 *Ecclesia succedit in feudo Franco.*
362 *Dominus ignorans rem feudalem fuisse alienatam licentiam, siue assensum concedens, caducitatem remisisse non censetur.*
363 *Vasallus occidens dominum, vel alio modo offendens, quando priuetur feudo. Declara. num. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374.*
375 *Feudum ligium quod est.*
376 *Homo ligius quis est.*
377 *Homo ligius, an esse possit duorum dominorum. nu. 378. 379. 380.*
381 *Filius natus ex homine meo, licet ex vxore alterius dominii, erit tamen homo meus.*
382 *Homines non ligij, alii Franci, & alii talliabiles sunt.*
383 *Allodialis res præsumatur, an feudalis.*
384 *Consanguineus, cum vtrinque coniuncto an in feudo succedat.*
385 *Euicto feudo, an Dominus de euictione teneatur? num 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393.*
394 *Apud Saxones feudi dominus semper de euictione tenetur.*
395 *Castro feudali alienato cum iurisdictione, & pertinentiis, nihil sibi reseruato, non tamen censetur alienatum merum, & mixtum Imperium, sed remanet apud Venditorem. Declara num. 396. 397.*
398 *In Feudis in quibus viuitur iure Francorum, aut iure Longobardorum, an soror succedat fratri.*
399 *Frater, an succedat fratri. Declara nu. 400. 401 402. 403.*
404 *Feudale non præsumitur, quicquid est intra fines Feudi.*
405 *Feudum recasurum ad regem, quod possidetur ab aliquo, ipso viuente, an ille possit inuestire aliquē vt post illius mortem, sit inuestitus a Rege. nume. 406.*
407 *Renunciari an possit Feudum inuito Domino. Declara nu. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 710. 711.*
421 *Castri, seu feudi concessione facta, non veniunt ea, quæ aliis prius concessa fuere.*
422 *Ecclesia capax est feudi, quando sibi a Rege donatur.*
423 *Feudum, & si alienaretur cum assensu Domini, non tamen præiudicat agnatis, sicut nec agnatis alienantibus non fit præiudicium Domino.*
424 *Refutatio feudi quibus verbis fiat.*
425 *Successio de iure communi Romanorum habet locum in redditibus censualibus, vel emphyteoticis.*
426 *Hæreditatis qualitas in feudis intelligitur de hærede sanguinis.*
427 *Pater in feudis non est legitimus administrator filii.*
428 *Refutatio feudi vltima voluntatis naturam sapit, & dicitur præmatura successio.*
429 *Refutatio feudi fit in proxime successurū. nu. 430.*
431 *Refutatio feudi facta a Patre filio, moriente filio siue filiis, feudum ad patrem reuertitur. nu. 432.*
433 *Ardizzoni dictum interpretatur.*
434 *Refutationis feudi tempus attenditur non autem mortis. nu. 345.*
436 *Refutatarius cui fuere donata bona feudalia inuita, tenetur dare vitam & Militiam fratribus.*
437 *Refutatio feudi simulata esse non debet, sed quatuor interuenire debent.*
438 *Feudum concessum ad tempus, tempore finito, feudum finitur.*
439 *Feudalis res, quanto tempore præscribatur. num. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454.*
455 *Agnatis proximis ius succedendi in feudo paterno competit.*
456 *Agnati proximi ad auiti feudi successionem legis beneficio, non facto patris admittuntur.*

457 *In-*

457 *In ſucceſſione Regni, vel feudi, quis præferatur an nepos patruo, vel e cõtra. Declara. nu.* 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478.

479 *Ante condemnationem, nec fiſcus, nec alius in feudo ius habet.*

480 *Sententia feudalis data contra vaſallum, nocet domino, & e contra.*

481 *Alienatio feudi antiqui ex pacto, & prouidentia, legitime facta per patrem, non reuocatur, nec retractatur per hæredes.*

482 *Agnatus, qui non eſt hæres defuncti debita hæreditaria ſoluere non tenetur. Declara num.* 483.

484 *Feudum Nouum etiam non conſentientibus inueſtitis.*

485 *Feudum conceſſum alicui, & Filijs, debetur omnibus deſcendentibus in infinitum.*

486 *Dominus capiens feudum iure prælationis feudalis, non tenetur ſtare colono.*

487 *Licentia, & aſſenſus alienandi feudum ſemel conceſſa, non poteſt per dominum reuocari, quia aſſenſus eſt gratia, & gratia ſemel facta non reuocatur.*

488 *Aſſenſus, & licentia ad alienandum feudum ad tẽpus conceſſa elapſo tempore euaneſcit.*

489 *Filia contendens cum agnatis, mittitur in poſſeſſionem feudorum per ſucceſſionem.*

490 *In fideicommiſſi reſtitutione non uenit feudum ex pacto, & prouidentia. Declara numero* 491. 492.

493 *Subſtitutio in feudo non valet ſine aſſenſu Regis, vel Domini. Declara num.* 494. 495.

496 *Emptor ſecundus feudi cum aſſenſu Domini præfertur primo emptori qui emit ſaluo Domini aſſenſu.*

497 *Hæres in feudo ex pacto, & prouidentia, vel mixto non tenetur habere ratum factum defuncti, ſi fecerit inuentarium.*

498 *Alienans feudum reſeruato domini aſſenſu, etiam ſi iuramentum interuenerit, poteſt illud reuocare.*

499 *Poſſeſſoria Feudi cauſa ab ordinario iudice loci cognoſci poteſt. Declara numero* 500. 501. 502. 503.

504 *Quilibet ſpoliatus feudo, agit ſpolio, etiã non oſtenſo titulo, niſi ſit Mancus, Surdus, & mutus. Declara. nu.* 505.

506 *Pater in feudis antiquis, non dependentibus ab ipſo, ſed a primo acquirente, alienando filijs non præiudicat.*

507 *Feudatarius meliorament a in feudo facta non alienat, ſed in illis dominus præfertur.*

508 *Aſſenſus præſtitus cum pacto, quod in caſu pretij non ſoluti, feudum ſit ſibi obligatum, iſto caſu pactum locum non habet, quia eſſet noua obligatio, egens nouo aſſenſu.*

509 *Aſſenſus præſtitus in venditione, non extenditur in retrouenditione, neque in pacto de retrouendendo. Declara nu.* 510. 511.

512 *Bona feudalia in ſtatuto de lucro dotis non veniunt. & num. ſequent.*

514 *Vaſallo moriente intra menſem Martij, & Auguſti, ſunt illius hæredis, ſecus in alio anni tempore & menſibus.*

515 *Feudi dominium directum eſt penes dominum, vtile penes feudatarium, ſiue vaſallum.*

519 *Feuda, etiã hæreditaria, ſui natura non tranſeunt ad extraneos. nu.* 517.

518 *Feudum nouum non dicitur, quando fit renouatio adhuc antiquo durante.*

519 *Si feudatarius feudo ſeruitutem imponit reuertitur ad dominum ſine ſeruitio, & liberum.*

520 *Feudum dum poſt conceſſionem cadit in commiſſũ, & illud omniaque ad ipſum ſpectãtia, veniũt.*

521 *Feudum eſt mera donatio.*

522 *Conceſſione feudi facta, tranſit in naturam cõtractus, & concedens remanet obligatus.*

523 *Feudum conceſſum maſculis, & feminis, concurrẽtibus maſculis, & feminæ arcentur.*

524 *Conceſſio feudi facta pro ſe nullo filiorum, vel hæredum nomine expreſſo, dicitur conceſſio feudi hæreditarij.*

525 *Stante ſtatuto vocante proximiores, filius nõ ſubintrat in locum patris in feudis.*

526 *Statutum, quod a defuncto continuetur poſſeſſio in hæredem, habet locum etiam in feudis.*

527 *Filius ſubintrat in locum patris in feudo hæreditario. Declara. nu.* 528.

529 *Pater in bonis feudalibus filii, habet vſumfructũ. vide nu.* 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536.

537 *Feudum antiquum minoris concedere poteſt pater, & tutor.*

538 *Vaſallus violans iuramentum, tamquam periurus feudo priuatur. nu.* 641.

539 *Cauſa dicitur feudalis quomodocunque tangat feudum.*

540 *Caſtro feudali conceſſo, quod alteri antea conceſſum fuerat, non venit.*

541 *Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus ex corpore legitime deſcendentibus, an ſit hæreditarium? nu.* 542. 543. 544. 545.

546 *Frater vtrinque coniunctus non excludit fratrem ex vno latere tantum in feudalibus.*

547 *Nepos conceptus, & natus poſt aui mortem ſuccedit in feudo.*

548 *Vendito feudo, vel conſtituto cenſu annuo ſuper feudalibus, & in illorum defectu ſuper allodialibus, cum Regio aſſenſu, cum pacto affrancandi, ſiue de retrouendẽdo, in caſu reemptionis omnes hæredes, non primogenitus ſolus cõtribuere tenetur.*

549 *Seruitus ſuper re feudali nõ quæritur, niſi per centenariam præſcriptionem.*

550 *Iuramentum fidelitatis in feudo appoſitum perſonale ſeruitium continere facit.*

551 *Pater recipiens feudum pro ſe, & filijs, ſi moritur ius ſuum expirat.*

552 *Feudum procedens origine a Rege datum in emphyteoſim ob crimen. læſæ maieſtatis emphyteotæ. a rege poteſt confiſcari.*

553 *Domi-*

553 *Dominus ciuitatis, vel castri, non potest illam alteri subiicere inuitis subditis.*

554 *Annuus redditus per patrem constitutus super feudo, non a solo primogenito soluendus est, sed ab omnibus aliis filiis.*

555 *In generali bonorum obligatione etiam bona feudalia veniunt. Declara. num. 556. 557. 558. 559.*

560 *Feudum nouum dicitur, quod ex pacto, vel aliter, quam ex successione defertur.*

561 *Prærogatiuæ domino competentes transeunt in emptorem feudi cum pacto de retrouendendo, reuocabiliter tamen.*

562 *Res vendita cum assensu præsumitur feudalis.*

563 *Meliorationes, quæ fiunt ad perpetuam feudi vtilitatem sunt feudatarii erogantis, vel eius hæredum, quas dominus restituere tenetur. num. 564.*

565 *Augumentum feudi naturale, quod sine hominis facto accidit, feudatario viuente suum erit, si feudum reuertitur ad dominum, suum erit.*

566 *Augumentum industriale feudo hominis facto additum, ad feudatarii, illiusque hæredes, eo morien te pertinent. Declara num. 567.*

568 *Vasallus deserens dominum in bello, ob hostium timorem, & crudelitatem, feudum non amittit.*

569 *Vasalli domaniales in feudo existentes, si a Rege, vel supremo Principe alienantur, deterioris condi tionis effici dicuntur.*

570 *Feudum concessum cum pacto, quod ex sui culpa alienari nequeat, intelligitur de culpa in commit tendo, non in omittendo.*

571 *Dominium bonorum feudalium, sine assensu domini non abdicatur à Dominis.*

572 *Res feudo redditi tia non cadit in commissum, & potest irrequisito Domino alienari tanquam frãca, & libera.*

573 *Princeps non facta causæ declaratione ob quam quis feudo priuatur, nõ potest vasallum feudo priuare.*

574 *Feudum concessum sub certo, & denominato seruitio, dicit conditionaliter concedere.*

575 *Si feudum a laico donetur ecclesiæ & ecclesia concedat laico, redit ad pristinam naturam.*

576 *Feudum non amittit vasallus, habens amicitiam cum inimico domini, si nõ est ad domini perniciẽ.*

577 *Iuri accrescendi non est locus in feudis. Declara. num. 578. 579. 380. 581. 582.*

583 *Executio ex causa iudicati non fit in feudo. 584. 585. 586. 587.*

588 *Rex potest concedere feudum nouum iure antiqui.*

589 *Castro feudali vendito non veniunt collectæ, & functiones Fiscales, quia sunt de regalibus. num. 590.*

591 *Feuda in futurum deuoluenda Bæro concedere non potest.*

592 *Prætendens ius in Feudo alienato sine domini consensu, si non petat inuestituram intra annum ab illo inuestituræ die lapso, omne ius sibi competens amittit.*

593 *In feudo expressim concesso Petro, & hæredibus, non comprehenduntur feminæ.*

594 *Concessio feudi facta pro se, & hæredibus quibuscũque non comprehendit clericum in habilem ad succedendum.*

595 *Quando feudum venditur cum Iudicis authorita te, non habet locum reuocatio per Constitut. Diuæ memoriæ.*

596 *Liber feudorum fuit compilatus a Iuris peritis. nu. 597. 598.*

599 *Inuestituræ tenor attenditur, quia vim contractus ostendit.*

600 *Inuestituræ primæ, & antiquæ tenor attenditur. Declara num. 601. 602. 603. 604.*

605 *Inuestitura facta alicui, & successoribus, non extenditur ad cessionarium, nisi dicat, quibuscunque.*

606 *Possessio feudi sine inuestitura continuatur in filium.*

607 *Inuestitura feudi noua probari debet per pares curiæ, vel per breue testatum a paribus subscriptum.*

608 *Inuestitus cum iuris dictione a principe non concurrit cum inuestito in cognitione primarum causarum.*

609 *Feudum nouum fit cum qualitate noua addita inuestituræ.*

610 *Inuestitus feudo prout antecessores habuerunt, nõ tenetur ostendere in vestituram antecessorum.*

611 *Inuestitura prima per successorem alterari non potest in præiudicium succedentium.*

612 *Ille, cui feudum concessum est, cum clausula, concedimus prout venerandæ memoriæ genitor meus concessit tali fideli, illam primam concessionem ostendere non tenetur.*

613 *Præmium inuestituræ ostendit finalem concessionis causam.*

614 *Inuestitura feudi prima si alteratur, dicitur fieri noua. num. 672.*

615 *Sub reuocatione inuestituræ nouæ non comprehenditur linea primi inuestiti.*

616 *Noua concessio dicitur, dum inuestitura dicit, & de nouo concedimus.*

617 *Quando forma, & qualitas primæ inuestituræ mutata est, noua appellatur.*

618 *Inuestitura feudalis vltima, declaratur secũdum tenorem primæ.*

619 *Super annuo censu feudum constitui potest.*

620 *Feudum emptum per vnum ex fratribus de communi pecunia, non efficitur commune, nisi sciente domino.*

621 *Feudum emptum de pecunia mutuantis, obligatum non dicitur ipsi mutuanti, nisi adsit licentia, & assensi Dominus.*

622 *Abusiua feudi inuestitura facta debet actualem Dominus rei feudalis traditionem facere, alias tenetur ad interesse.*

623 *Dominus, qui consueuit cõcedere alienandi, feudi potestatẽ vasallo vendere volenti consentire tenetur alias illi iniuriam facere dicitur.*

624 *Milites Sancti Ioannis Hierosolymitani feuda tenere an possint. Declara. num. 625. 6. 26. 627.*

628 *Inueſtitura facta pro ſe, & hæredibus quibuſcunque denotat feudum eſſe hæreditarium.*

629 *Feudalis res appellatur, pro qua perſonale ſeruitium præſtatur.*

630 *Feuda hæreditaria pro exceſſu vltra legitimam, imputantur in Trebellianicam.*

631 *Conceſſiones rerum feudalium ſterilium ad meliorandum fieri poſſunt, cum inſurgat feudi vtilitas ſtabilita annua fructuum perceptione. Declara. nu.632.633.634.635.*

636 *Bonorum appellatione non veniunt bona feudalia.*

637 *Feudum conſiſtit in rebus ſoli, & ſolo cohærentibus.*

638 *Caducitas feudi, vt locum habeat, requiritur vera non præſumpta probatio.*

639 *Ceſſionarius volens agere ſuper feudo obligato ipſi cedenti, non poteſt agere niſi interueniat ſuperioris domini aſſenſus, etiam ſi cedens haberet conſenſum in primo obligationis contractu. nu. 640. 641.*

642 *Cum fit ceſſio litis, & cauſæ in feudalibus requiritur Regius aſſenſus, ſecus quando fit renunciatio litis tantum.*

643 *Feudum ex pacto, & prouidentia obligatum pro dote, intelligitur obligatum etiam pro interuſurijs dotis. nu.644.*

645 *Alienatio non dicitur fieri per Dominum præſtantem conſenſum, & præſtantem ſuam voluntatẽ, ſed dicitur impedimentum tollere.*

646 *Vaſallus violans iuramentum vti periurus feudo priuatur.*

647 *Delictum patris an noceat filio in feudis. nume. 648.*

649 *Cauſa feudalis dicitur, ſiue de Dominio, ſiue de poſſeſſione, ſiue de iure ſuper feudo, quomodocunque agatur.*

650 *Succeſſor non ſoluit cenſum appoſitum per prædeceſſorem in feudo ex pacto, & prouidentia.*

651 *Actione hypothecaria auocatur feudum.*

652 *Feudatarius ſi his in anno maritat, puta duas filias duplex debetur adiutorium.*

653 *Alienatio feudi, ex primo, & ſecundo decreto fieri non poteſt, niſi Regis, vel ſuperioris domini aſſenſus interueniat.*

654 *Sententia in feudo ex pacto, & prouidentia, an noceat ſucceſſori. Declara. nu. 655.656.657.658.*

659 *Pretium feudi non eſt feudale nec illud loco feudi ſuccedit. nu.660.*

661 *Hæres inſtitutus in feudis contribuere non tenetur in ſolutione debitorum, ſiue æris alieni.*

662 *Procurator recipiendo canonem ſiue cenſum pro re feudali poteſt caducitatem remittere.*

663 *Feudum obligatur pro patrocinio præſtito. Declara nu.664.*

665 *Hæres aduocati poteſt ſeruire per ſubſtitutum.*

666 *Feudum datum Aduocato pro peritia non tranſit in ſucceſſorem.*

667 *Dominus poteſt dare, & aduocato, & alteri feudum ad vitam.*

668 *Feudum, quod datur aduocato, dicitur improprium.*

669 *Feudum datum aduocato, vt loquatur pro Domino, ſi aduocatus fiat ſurdus, vel mutus, non retinebit.*

670 *Aduocati nomen quis promereatur.*

671 *Adoha, ſi imponeretur, feudatarius non tenetur, niſi vna vice ad illius ſolutionem domino faciendam.*

672 *Inueſtitura feudi prima ſi alternatur, noua dicenda eſt.*

673 *Sub renouatione nouæ inueſtituræ, non comprehenditur linea primi inueſtiti.*

674 *Mulier habens feudum, matrimonium ſine Regis licentia contrahere non poteſt in Regno Neapolitano, & Siculo, alias amittit feudum. Declara. nu.675.676.677.678.679.*

680 *Conceſſio feudi, cum clauſula, iure Francorum, operatur, vt ſucceſſio currat a primogenito in primogenitum.*

681 *An per eandem clauſulam excludatur femina.*

682 *Feudum hæreditarium venit in petitione hæreditatis.*

683 *Pro pœna ſtatuti, an detur portio feudi, vel fructuum, & cui.*

684 *Augumentum mixtum feudi, extrinſecum, vel intrinſecum. naturale, vel induſtriale, ad quem reuertitur.*

685 *Res vendita cum aſſenſu præſumitur feudalis.*

686 *Feudum venditum cum pacto de retrouendendo per tale tempus, ſi illud tempus vellet prorogari, Regis aſſenſus requiritur.*

687 *Feudum ſi venit ad manus mortuas, eſt maximũ fiſci intereſſe.*

688 *Renunciatio, & remiſſio, ſiue ceſſio iurium ſuper feudo, fieri non poteſt ſine Regio aſſenſu.*

689 *Legato feudo, an æſtimatio debeatur. Declara nu. 690.691.692.693.694.*

695 *Collecta non imponitur ſuper rebus feudalibus.*

696 *Dominus ſcienter recipiens canonem pro feudo, videtur renunciare caducitati.*

697 *Finita inueſtiti linea, Dominus propria authoritate feudum ingredi poteſt. Declara. numero 698.*

699 *Dominus male tractans vaſallos priuatur feudo, & iuriſdictione.*

700 *Petens feudum tanquam ſucceſſor non tenetur declarare, ſi venit ex teſtamẽto, uel ab inteſtato. Declara. nu.701.702.*

703 *Pretii feudi noui a patre empti an detur pars ſecundogenito. Declara numero 704. 705. 706.*

707 *Vaſallus quanquam cenſum ſoluat, ſed dominum non recognoſcat, fidelitatem iuret, & inueſtituram ſuſcipiat, caducitatem non euitat.*

708 *Renunciatio feudi inuito domino fieri nequit. Declara num.709.710.711.*

712 *Collecta super bonis feudalibus nec de iure communi, nec Regni Neapolitani imponi potest. Declara. num.* 713.714.715.716.717.

718 *Assistentia pro dote super feudo præstatur in subsidium.*

719 *Vasallus super feudo absque domini consensu seruitutem imponere non potest.*

720 *Vasallus feudatarius de feudo hæreditario antiquo potest dispo nere, sicut de feudo nouo.*

721 *Clausula in feudis (saluis iuribus) præseruat ius regis, venditorum & possessorum.*

722 *Retractus in feudo, quando venditum est, locum non habet.*

723 *Caducitas incurritur etiam per non solutionem partis canonis.*

724 *Verbum (hæres) in feudis intelligitur de descendentibus*

725 *In feudatio rerum ecclesiæ per Abbatem facta, non reuocatur.*

726 *Dominus directus ad annua iura sibi debita contra vnum, vel plures feudum tenentes agere potest.*

727 *Declaratio venditoris rei feudalis dicentis, rem quam vendit esse tali domino ob noxiam, non sufficit pro domino, sed pro eo facit aliqualem præsumptionem.*

728 *Spurij admittuntur in feudis, si illorum specifice in inuestitura fuerit facta mentio num* 729.

730 *Per inuestituram dominium non transfertur. Declara num.* 731.732.733.

734 *Dominus non tenetur ostendere Vasallo feudum, pro quo sibi iurauit fidelitatem, sed e contra Vasallus domino ostendere cogitur. Declara. num.* 735.

TITVLVS XXXIV.

De feudis.

1 ALienatio feudi facta non † consentiente domino fieri non potest, & illa nulla est, ac feudum amittitur. *c.* 1. *de prohibit. feud. alien. per Lothar c.* 1. *de prohibit. feud. alien. per federic. Matth. de Afflict. in decis. Neapol.* 60. *sub num.* 2. *& in decision.* 265. *num.* 33. *vers. Vndecima fallentia. Guido. Papę in decision. Gratianop.* 162. *num.* 1. *eruditissimus D. Consiliarius Ioan. Andre. de Georgio. in allegat.* 10. *num.* 1. *Petr. de Bella Pertic. in tract. Feudor. titul. Qualiter feud. perdit. alien. num.* 1.2. *Gulielm. Hanneton, iuris. feudor. lib.* 3. *cap.* 4. *in princip. Dixi ego de compromissis. §.* 2. *gloss.* 1. *num.* 124. *cum pluribus seqq. Petrus Iacobi in Practic. titul. de cauf. quib. feud. amittat. num.* 2. *in fin. vers. Trigesimo sexto. Ioan. Petr. Surdus in decis. Mantuan.* 102. *num.* 18. *Vincent. de Franchis in decision. Neapol.* 663. *nume.* 2. *Grammatic. in decision. Neapol.* 49. *nu.* 5. *Ioan. Vincent. de Anna in alleg.* 66. *nu.* 7. *in allega.* 125. *nu.* 9. *Caspar. Anton. Thesaur. Quæstion. forens. lib.* 1. *q.* 53. *num.* 1. *Marin. Freccia de subfeud. Baron. lib.* 2. *authorit.* 1. *num.* 19. *Nicol. Reusner. in decision.* 1. *num.* 11. *lib.* 2. *in decis.* 22. *num.* 3. *lib.* 4. *Nouissime D. Fabius. Capicius Galeota eruditissimus I.C. Iudex M.C. Vicariæ. in Responso pro Duce Grauinæ super statu Bisiniani. num.* 6. *& seqq.*

2 Amplia primo † supradictam conclusionem, vt nec permittatur feudi locatio in perpetuum, vel ad longum tempus absque Domini consensu. *Iacob. Aluarot. Præposit. Alex. & Matth. de Afflict. in c. imperialem in princ. de prohibita feudi. alien. per Feder. Curti. Iunior. in tract. feudor. par.* 4. *num.* 42. *Vdalrich. Zas. in tract. Feudor. parte* 9. *num.* 12. *Iacobin. de Sanct. Georg. in inuestitur. Feudal. in verb. & cum pacto. num.* 13. *Gulielm. Hanneton. in vsus feudor. libr.* 3. *cap.* 5. *Francis. Sonsbec. parte* 12. *nu.* 83. 84. *& dicam infra. Paris de Puteo de redintegrat. feud. cap.* 255. *incip. an si feudatarius. nume.* 1.2. *fol.* 140.

3 Secundo, vt nec † æris alieni, nec famis, aut simi lis causæ intuitu, alienatio, aut venditio, permittatur. *Bald. Aluarot. a Præposit. & Matth. de Afflict. in c.* 1. *in princip. Qualit. olim feud. alien. poter. Bald. & Matth. de afflict. in c.* 1. *§. Aut libellant. quęadmod. feud. amitt. Curt. de feud. parte* 4. *nume.* 107. *Zasi. in epitome feudor. parte* 9. *num.* 13. *Afflict. in Constit. Regni. siquis post litem. num.* 10. *Iacobin. de Sancto Georg. in inuestitur. Feudal. in verb. Ita etiam quod ipsi. num.* 17. *& in verb. & cum pacto. il* 2 *nume.* 14. *Andr. Tiraquell. de retract. consang. §.* 26. *gloss.* 1. *Anton. Capic. in inuestitur. feudal. §. feudorum alienatio. col.* 2. *vers. Amplia primo. Boland. a Valle in consil.* 56. *num.* 14. *vol.* 4. *Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæst. lib.* 2. *Centur.* 2. *casu.* 180. *nu.* 1. *Nicol. Reusnerus. in decision. parte prima. numero* 30. *lib.* 2.

4 Tertio amplia, vt † nec feudi pars possit alienari, *vt arg. dicti c. Imperialem. in princ. voluit gloss. & Aluarot. in* 1. *notab. Alexand. in consil.* 48. *col.* 3. *vers. volum.* 2. *Anton Capic. in inuestitur. Feudal. §. Feudorum alienationes. col.* 5. *vers. Amplia.* 110. *& voluit Nicol. Reusner. in decision.* 1. *numero* 30. *lib.* 2.

5 Contrarium tamen † sensit Glossa *in verb. amitti. in dicto c. imperialem. Idem voluit Panor. in c. fin. col.* 2. *ex. de feud. Petrus de Bella Pertica de Feud. titul.* 8. *num.* 8. *Gulielm. Hanneton. iuris Feudorum. lib.* 3. *cap.* 4. *vers. si ergo Vasallum. Francisc. Duaren. in consuetudin. Feudal. cap.* 18 *nu.* 19. *Francisc. Sonsbec. in vsus feudor. parte* 12. *num.* 78. *Ioan. Ferrar. Montan. iuri Feudor. lib.* 4. *cap.* 5. *infin. Thom. Gram. in decis. Neapol.* 49. *nu.* 29.

6 Quarto amplia, quia † quando feudum ad certum, determinatumque seruitium donatum est, renunciari illud inuito domino, non potest, etiam si dominus, illius seruitia non remunerauerit. *Matth. de Afflict. in decision. Neapol.* 307. *per totam. Accurs. Andre. de Isern. Bald. Aluarot. Præposit. & Afflict. in capitul.* 1. *de Capita.*

qui

qui cur. vend. Bald. & Aluarot. in dicto c. imperialem. §. callidis. de prohib. feud. alien. per Feder. Afflict. in prælud. feudor. num. 94. Iacob. de Sanct. Georg. in inuestitur. Feudal. in verb. Qui quidem inuestit. num. 29. Arius Pinell. in l. 2. parte 1. cap. 4. num. 2. C. de rescindend. Vend. Stephan. Aufrer. ad Cappell. Tholos. in decision. 404. Stephan. in decision. 65 nu. 11. in decis. 87. num. 13. Surdus in decis. Mantuæ. 11. in fin.

7 Quinto amplia, vt alienatio † minime valeat, & si diceretur, vt non transeat vtile dominiũ in eum, cui fit alienatio. *Cyn. in l. 2. §. institutio. ff. de legat. 2. Bal. in dicto c. Imperialem. col. 3. ver. quæro numquid vasallus. Anton Capicius in inuestitur. feudal. §. feudorum alienationes. col. 5. ver. Amplia decimo quarto.*

8 Sexto amplia id procedere † etiam in Feudo Franco, siue libero, vt nec illud alienari irrequisito Domino possit. *Andr. de Isern. in c. 1. in fin. in quib. caus. feud. amitt. Bald. in prelud. feudor. num. 53. Roland. a Vall. in consil. 2. num. 134. & seq. vol. 1. Anton. Capic. in inuestit. Feudal. §. feudorum alienationes. col. 3. vers. amplia septimo.*

9 Septimo amplia, † vt nec feudi communicatio, puta vnius vniuersitatis, siue communitatis cum alia, sine assensu Domini fieri possit, *vt concludit Matth. de Afflict. in decision. Neapolitan. 254. per totam, de qua loquitur Iul. Clarus. in. §. feudum. q. 45.*

10 Octauo amplia, † de feudo, vt si in aliud feudum tranferatur per transactionem, fieri nequeat, nec transigi. *Bald. in c. 1. de controuers. inuestitur. int. dom. vasal. & aliũ de benefic. Iacob. Aluarot. in c. 1. §. si vasallus. il 3. Si de feud. defunct. contro. Curt. in tract. feudor. parte 4. nu. 69. Iacobin. de Sanct Georg. in inuestitur. feudal. in verb. & cum pacto. el 2. num. 8. Andr. Tiraquell. de retract. consanguin. §. 1. gloss. 14. num. 66. Zas. in epitom. Feudor. parte 6. num. 45. & parte 9. num. 18. Gulielm. Hanneton. iuris Feudor. lib. 3. c. 6. & in Regno cauetur Const. incip. Constitutionem Diuæ memoriæ.*

11 Nono amplia † etiam si in feudo, & in concessione data esset alienandi facultas, quia illa fieri deberet saluo iure Domini. *Anton. Capic. in inuestitur. feudal. in verb. feudorum alienationes. col. 6. vers. amplia decimo sexto.*

12 Decimo amplia, nec † licere de feudo compromissum facere in arbitrum, vel arbitratorem. *Aluarot. Præpositi. & Afflict. in c. 1. §. si inter. de lege Cõradi. Barthol. Socin. in Consil. 87. vol. 3. Card. Paris. in consil. 134. num. 11. vol. 4. Iacobin. de Sancto Georg. in inuestitur feudal. in verb. & cum pacto. el 2. nu. 10. 11. Curt. in tract. Feudor. parte 4. num. 99. Zasi. in Epitom. feudorum parte 9 nu. 20. Gulielm. Hanneton. iuris feudor. lib. 3. cap. 6. Roland. a Valle in consil. 22. vol. 4. dixi ego de compromiss. §. 2. gloss. 1. num. 124. & seq. Francisc. Milanen. in decis. Siciliæ. 1 num. 7. lib. 1. & in hoc regno cauetur. const. constitutionem Diuæ memoriæ.*

13 Vndecimo amplia, † conclusionem procedere, etiam si feudatarius post alienationem feudum recuperaret, quia iam per alienationem, feudum ceciderit in commissum. *c. 1. quid iuris sit, si post alienat. Ioan. Andr. ad specul. in titul. de locato, siue de emphyteosi. §. nunc aliqua. vers. 96. Anton. Capic. in inuestitur. feud. §. feudorum alienationes. col. 3. vers. amplia quarto. Gulielm. Hanneton. in vsus feudor. lib. 3. cap. 4. vers. ob illicitam autem. Ioan. Baptista Caccialupus. de feudi cognition. titul. different. iuris feudalis & emphyteotici. num. 16. versic. duodecima. Francisc. Duarenus in consuetud. Thorali. cap. 8. 14. num. 18. ante eos Iacob. Ardizon. in summa feudor. cap. 101. Anton. Gamma in decision. Lusitan. 274. quem refert, & sequitur Gaspar Anton. Thesaurus quæstion. Forens. lib. 1. quæst. 53. sub num. 1.*

14 Duodecimo amplia nec feudum † permutari posse absq; ipsius Domini consensu, & si domini conditio ex ea permutatione melior fieret. *Specul. in titul. de feudis. §. quoniam. vers. trigesimo secundo quæritur. Iacob. Aluarot. in c. imperialem. de prohibit feud. alienat. per Federic. Gulielm. Hannet. iuris feudor. lib. 3. cap. 5. in princip. Ioan. Gerar. Montan. in collect. iuris feudor. lib. 4. cap. 1. vers. vigesimo primo. Ludolphus Schrader. de feudis. parte 8. cap. 1. num. 49. vol. 1. Nicol. Reusner. in decis. 1. num. 12. lib. 2.*

15 Decimo tertio amplia, vt is, † qui cum Domini assensu emerit feudum cum pacto de retrouendendo, non possit retrouenditionem, & alienationem facere, absque eiusdem Domini consensu. *Matth. de Afflict. in capitulo primo numero 24. Quid iuris, si post alien. vasall. feud. recuperauerit. & in capitulo 1. §. 1. num. 8. de fratrib. de nouo benef. inuestit. & in capitulo 1. §. præterea. num. 20. de capitul. Conrad. Ludolphus Schraderus de feudis parte 8. cap. 1. num. 40. vol. 1.*

16 Decimo quarto amplia, vt † nec pignorari, nec obligari feudum sine Domini assensu possit, ac pignoris loco hypothecari. *c. imperialem. vbi Andreas de Iser. Aluarot. & alij omnes. de prohibita alienation. per Federic. Bald. in l. voluntas. C. de fideicommiss. Iacob. Ardizone, in summa feud. capitulo 116. incip. Non solum. Petr. de Bella Pertica de feudis. titul. octauo nume. vigesimo tertio Matth. de Afflicton. in decision. Neapolitan. 286. sub num. tertio. Thomas Grammat. in decision. Neapolitan. 103. nume. 110. Nicolaus. Reusnerus in decisio. German. prima. num. decimo secundo. libro secundo. antea Anton. Neguss. in tractat. de pignoribus. & hypoth. parte secunda, membro secundo. numero quadragesimo primo. versicul. tertio fallit. Iacobin. de Sancto Georgio. in inuestitur. feudal. in verb. & cum pacto de non alienando. sub num primo. Pyrrhus Angleberm. in consuetud. Aureli. titul. de feudis. capitulo secundo. colum. prima, versicul. An liceat. Ioan. Raynandi in comprehensorio feudal. §. habito. numero secundo. versicul. secundo nota. Ioan. Sainxon in consuetud. Turon. titul. 13. Articul. 2. col. 2.*

17 Decimo quinto amplia, † vt facta sit alienatio, saluo regio, vel domini assensu, & sit reuocatio feudi, etiam si facta reuocatione, assensus subsequatur, non operabitur. *Matth. de Afflict. in decision. Neapol. 335. num. 11. cum pluribus seq. quem sequitur Anton. Capic. in decis. Neapol. 106. sub num. 5. Marc. Anton. Peregrin. in consil. 8. num. 57. vol. 1. Cæsar Vrsill. dicta decis. 335. num. 7.*

18 Decimo sexto amplia, † quia si super alienatione feudi faciẽda, quę iam erat facta, nihil proderit. *Matth. de Afflict. in decis. 355. num. 1. 2. Idem Afflict. in const. constitutionem diuæ memoriæ. nu. 29. Marin. Freccia de subfeud. Baron. lib. 2. cap. 222. incip. Vndecimo quæro. num. 1.*

19 Decimo septimo amplia, vt nec possit res feuda lis † donari. *c. 1. §. de natu. Qual. olim feud. alien. pot. vbi Andr. de Iser. Aluarotus, & ceteri. Marcell. Cardnial Crescent. in decis. 1. num. 3. de confir. vtil. vel inutili.*

20 Primo limita conclusionem † supradictam prohibentem Feudi alienationem sine domini consensu, minime procedere, vbi quis alienaret feudum in agnatum proxime successurũ, quia in simili alienatione domini assensus non requiritur. *cap. 1. §. & si clientulus. de alienation. feudi. c. 1. in verb. & licet prohibeatur. de Alienat. Feudi patern. vbi Accursius in verb. concederetur. Iacob. de Scuticis inter Consil. Oldrad. in consil. 270. Ludo. Roman. in consil. 476. num. 3. Iacob. Menoch. de recup. possess. remed. 9. num. 259. Iacobin. de Sancto Georg. in inuestitur. Feudal. in verb. & cum pacto. il 2. num. 31. Anton. Capic. in inuestitur. Feudal. §. feudorum alienationes. col. 7. vers. limita secundo. Iacob. Ardizon. in Summa. Feudor. cap. 109. incip. & quod supra dictum est. Ioan. Raynandi in comprehensorio feudal. siue in c. Imperialem. §. habito. not ab. 2. de prohibit. feudi alien per federicum. vbi allegat Bertrandũ Capreoli, Gulielm. de Cun. & Ioan. Blanchi, & Iacobum Columbin, hoc idem voluit Francisc. Milanens. in decis Siciliæ. 6. num. 87. & in decis. 8. num. 110. lib. 1. Aluar. Vallascus in decision. siue consultation. 113. num. 10. Nicol. Reusner. in decisio. German. 22. num. 18. 19. lib. 4. Ioan. Vincent. de Anna. in allegat. 6. numer. 1. Ioan Satnxon. in consuetud. Turonens. titul. 13. articul. 3. Gerard. Maynard. in decision 95. lib. 2.*

21 Amplia hanc primam † limitationem habere locum, vt etiam fieri possit irrequisito domino feudi alienatio in conuasallum, siue confeudatarium. *Iacob. de Ardizon. in Summa Feudor. cap. 111. incip. sed quæritur numquid.*

22 Secundo limita, † vt si statuto caueatur, vt feudi alienatio fieri nequeat, non habet locum, quando feudum est ecclesiasticum. Vt post *Aluarot. in c. 1. qualiter olim feud alien. pot. Iacobi. de Sancto. Georg in inuestitur. feudal. in verb. Et cum pacto de nõ alienando. num. 15. Curt. in tract. atu. Feudor parte 4. nu 109.*

23 Tertio limita, feudum † concessum pro se, & cui dederit, etiam inuito domino alienari posse. *Bald. & Angel. in l. cum essent. §. 1. ff. de seruit. rustic. prædior. Iacob. Aluarot. in c. 1. de feud. non habent. natur. feud. Petr. de Bellapertic. de feudis. titul. 8. nu. 3. Anto. Capic. in inuestitur. feudal. §. feudorum clausulæ. in verb. pro se, & quibus de derit. post Iacobin. de Sanct. Georgio. in verb. Ita etiam, quod ipsi Vasalli. num. 1. Ioan. Ferran. Montan. in collectan. in vsus Feudorum, lib. 1. cap. 6. vers. sexto feudum. Marcell. Cardin. Crescent. in decision. 6. num. 16. titul. de Testam.*

24 Quarto limitatur, vt † consuetudine induci possit, vt feudi alienatio absque decreto, siue consensu domini fieri possit. *Bald. in c. imperialem. num. 9. de prohibit. feud. alien. per Federic. Curt. Iunior in tract. Feudor. parte 4. num. 110. Iacobin. de Sancto Georg. in inuestitur. feudal. in verb. & cum pacto de non alienando. num. 16. Zasi. in epitome Feudor. parte 9. num. 22. Cardin. Parisi. in consil. 13. num. 23. vol. 1. quos retulit, & sequitur Ludolphus Schrader. de feud. parte 8. cap. 2. num. 54. vers. duodecimo.*

25 Quinto limitatur, quando † in inuestitura tacite, vel expresse simpliciter sit data alienandi potestas. *c. 1. vbi Doctor. de feudo non habente propr. natur. feud. Deci. in consil. 193. num. 3. Cardin. Paris. in consil. 13. num. 12. vol. 1. Iacobin. de Sanct. Georg. in inuestitur. in verb. & quibuscunque hæredibus. num. 3. Anton. Capicius inuestitur. Feudal. §. Feudorum clausulæ. §. advendendum, alienandum, & in §. feudorum alienationes. col. 18. versic. limita decimo sexto. Iacob. Ardizzo. in summa feudor. c. 110. incip. est, & alius casus.*

26 Sexto limitatur, feudum † si est inter plures hæredes commune posse illud inter ipsos diuidere, quo casu assensus Domini non exigitur. *c. 1. §. item si fuerit. vbi Andr. de Isern. quib. mod. feud. amitt. c. 1. si de feud. fuer. contro. c. imperialem. §. præterea ducatus. de prolib. feud. alien. per feder. c. 1. §. Et quia de his qui feud. dare poss. Anton. Capicius in inuestitur. feudal.. §. feudorum diuisio. col. 1. ante eum. Ioan. Raynandi in dicto. §. præterea ducatus. sub numero 4. Et post Bald. in consil. 198. vol. 3. in consil. 356. vol. 6. voluit Matthias Colerus in decision. German. 54. sub numero 16. Aluarus Vallascus in decision. siue Consult. 113. numero 9. in fin. & Nicolaus Reusner. in decision. German. 22. numero 19. lib. 4.*

27 Septimo limitatur † non procedere, cum vasallus, siue feudatarius alteri feudum concederet in feudum, quia illud sine Domini consensu facere potest. *Accursius. Bald. Aluarot. Præpositus, Matth. de Afflict. in cap. 1. §. præterea. de Capitulis Conradi. habetur in cap. 1. §. fin. de his, qui feudum dare poss. cap. 1. §. fin. vbi Aluarot. & Afflict. de Controuers. inuestitur. cap. Imperialem. §. callidis. vbi Afflict. numero 112. de prohib. feud. alienat. per Federic. Specu. in tit. de feudis. §. quoniã. vers. Trigesimo septimo. Curt. in Tract. Feudor. parte 4. nu. 83. Vdalrich. Zas. in epitom. Feudor. parte 9. nu. 13. Iacobin. de Sancto Georgia. in inuestitur. Feudal. in Verb.*

Ita etiam quod ipſi.nu.3. Anton. Capic. in Inueſtitur. Feudal §.Feudorum alienationes.col.18.verſi. limita decimo octauo. Ioan. Raynand. in dicto cap. Imperialem.§.callidis.numero 6.verſic. Quæro vlterius, & reuoco.de prohibita feud.alien.per Federic.Petrus de Bellapertica de feudis.titul.8.numero 27. Ioan. Ferrar. Montan. in Vſus feudor. lib.2. cap.4.

28 Octauo limita non procedere † in feudo franco ſiue libero,quod poteſt inuito,& irrequiſito domino alienari. *Iaſon.in Præludiis Feudor.nu.117. Cur. Iunior in tract.Feudor parte 1.q.8.colum. 10.verſ. Quartus.& parte 4.titul.an feud.francum,& liber. verſic.26.poſt Bal.in l.1.col.2.C.ſi a non compet.iud. & in Authent.Niſi rogati.C. Ad Trebell.quos refert & ſequitur Petrus de Gregor.Siculus in tract.de conceſſ.Feudor.parte 5.q.6.num.7. Thomas Grammat. in deciſ.Neap.103.nu.134.135.*

29 Contrarium tenet idem Baldus. *in† Præluđ. Feudorum.in 8.diuiſione.num.53. & Paul. de Caſt. in conſil.163.vol.1.Deci.in conſil.185.col.4.quos ſequitur Roland.in conſil.2.num. 134.vol.3.& Octauian.Cacheran.in deciſ.Pedemont. 163.ſub num.11.* Qui concludunt, nec feudum francum abſque domini conſenſu alienari poſſe, ne cogatur Domi-

30 nus alium † habere Vaſallum inuitus, & forte quẽ nollet.*c.1.§.2.de fratribus de nouo beneſi.inueſt.* Alia ratio etiã aſſignatur a Doctoribus,quod feudũ,& ſi concedatur tanquam francum, ac liberum ab omni, & quolibet ſeruitio, non tamen idcirco ſi com-

31 mitteret delictum,in caſu priuationis † imminentis,non idcirco euitabit illius amiſſionem,ita vt nõ erit permiſſum,vt contra dominum feloniam concedat,quod probatur ex textu *in cap.1. de feudo non habente propriam naturam feudi.* In quo habetur, quod ſi fuerit datum feudum alicui, vt ipſe,ſui hæredes,& cui dederit illud habeant,poterit non conſentiente domino illud alienare, non tamen euitabit, vt illud non poſſit amittere ex his cauſis, quibus amittitur verum feudum, quod conſiderans Andreas de Iſernia *in c.1.num. mihi.21.ex quib. cauſ.feudum amittat. Quæ rubrica eſt prima.lib.3.*

32 *feudorum.* Quo in loco Andreas dicit, quod † dũ conceditur feudum,vt non preſtentur ſeruitia, hoc ſolo excepto, in reliquis omnibus ſeruandam eſſe naturam feudi, quem ſequitur *Franciſc.Conſbeci. ad vſus Feudorũ.p.4.nu.32.*& ante eũ tenuit *Afflict.in c.1 §.notãdũ.ſub nu.14.uerſ.Octaua ſpecies.de his qui feud.dare poſſi. Petr. Nicol. Mozzius in tract.feudorum.titu.de diuis.feudorum.num. 16.& iſta opinio eſt verior.*

33 Nono limitatur,non procedere † cum vaſallus, vel feudatarius feudum emiſſet cum conſenſu Domini,cum pacto tamen de retrouendendo, ex quo dum retrouendit, conſenſus domini non exigitur. *Matth.de Affl.in c.imperialem.in princip.nu.39.de prohibit.feud. alien. per Federic. quẽ ſequitur Ludolphus Schraderus de Feudis parte 8.c.2.num. 54. vol.1.*

34 Decimo limitatur,per ſimplicem † alienationẽ ſine domini conſenſu non incidere in commiſſum, ſi non interuenerit feudi traditio, *vt habetur in c. Imperialem.§.Callidis.vbi gloſs.& Andr. de Iſern. nu.2.de prohibit. feudi alien. per Feder. Idẽ Iſernia in c.1.§.ſi inter.de lege Conradi. Iacob.Aluarot.in c.1.§.denique.concluſ.42. Quæ ſit prima cauſ.beneſi. amitten. Anton.Capic.in inueſtit. Feudal.§.feudorum alienationes.col.12.verſ.Limita Septimo. ante eos Iacob. Ardizzon.in Summa feudor. cap.99. incip.Et quod dictum eſt. Guido Papæ in deciſ.Delphin. 162.num.1.*

Vndecimo limita, concluſionem procedere in

35 † venditione voluntaria ſecus vero in venditione neceſſaria,puta per ſententiam prolatam a iudice. *Iacob. Ardizzon.in Summa Feudor. cap. 114.incip. ſed quæri poteſt. Andr.de Iſern.in c.1.§.ſi vaſallus de feudo. titul.ſi de feud.fuer.controuerſ. Iacob. Aluarot.in c.1.§.denique.concluſione. 34. Quæ ſit prima cauſ.beneſi.amitt. Antonius Capicius. in inueſtitur. feuda. §.feudorum alienationes. col.12.uerſ.limita ſexto.Matth.de Afflict. in deciſ.191. nu.1. Paris de Puteo de Redintegrat. Feudor cap.42.incip. Et iuxta.num.4.*

36 Duodecimo limita,non procedere † ſi alienans recuperauerit feudũ,quia euitabit cõmiſſum. *Iacob. Ardizzonus in Summa Feudorum. cap. 101. incip. Et cum amittit.* Vbi intelligit,ſi re integra in continenti recuperauerit. *Iacob. Aluarotus,qui tenuit limitationem.in c.1. Quid iuris ſit,ſi poſt alien. feud. recup. Andr. Alciat.in conſil.753.num.2. Iacob. de Nigris,in Rep.l.ſi inſulam. nu.299.304.ff. de verb. oblig. Matth.de Afflict. in dicto c.1. num.24. Quid iuris ſi poſt alien. Gulielm. Redoan. de Rebus eccleſ. non alien.titul.de caducitate ob rei alienat.cap.2.in cip.emphyteuta quoque.fol.515.num.48.de æquitate canonica ita obſeruari. Specul. in titul. de emphyteoſi.§.nunc aliqua.q.96. Quem ſequitur Redoanus in loco allegato,& Aurel.Corbulus in titul.de cauſa priuationis ob alienationem irrequiſito Domin. fact. Ampliatione.29.ſub num.2.& Nouiſſime.D. Gaſpar Antonius Theſaur.quæſtion.Forenſ.lib.1.quæſt.53. num.3.*

37 Decimo tertio limitatur † vt res ſterilis, ac parum vtilis feudo,poſſit alienari,& concedi,vt plantetur,ac melioretur,ac detur feudatario, quædam non modica fructuũ portio annua,*vt ſcribit Andr. Iſern.in c.1.in fin. de eo,qui interfecit fratr. dom.ſui & in cap.1.§. præterea. colum.2.de Capitul. Conrad. Anton. Capicius in inueſtitur. Feudal.§.feudorum alienationes. verſic. Limita quinto. Matth. de Afflict.in deciſ.Neapol.129.nu.14.& dicã in ra.*

Decimo quarto limita, ſi alienans ignoraret rẽ

38 eſſe feudalem, quia tunc ob alienationem † non amitteretur.*c.1.§.ſi vaſallus,ſi defundo defuncti fuerit cõtrouers. And.de Iſer.in c. Imperialem.§. callidis.nu.2.de Prohibit.Feudi alien per Federic.ante eũ Iacob.de Ardizzon.in Summa Feudor. cap. 100. incip.Numquid cuilibet.Curt. Iunior in tract.Feudo. parte 4.q.23.Iacobin.de Sancto Georg. in inueſtitu. Feudal. in ver.& cũ pacto de non alien.nu.45. Ant.*

Capic.

Capic. §. feudorum alienationes. col. 18. verſ. Limita tur 19. Guido Papæ in deciſio. Gratian. 454. numero 2, 5.

Decimo quinto limita procedere ſi dominus voluerit, vt feudum ſine aſſenſu alienatum, amitta
39 tur, † alias non cadit in commiſſum, *ex Baldo in l. fin. in fine. C. de Reuocand. donation. quem ſequitur Iacobin. de Sancto Georg. in verb. Qui quidem inueſtiti. ſub numero 42. faciunt, quæ late diximus ſupra titul. de iure emphyt. vel emphyteoſi. verſic. Mora autem, & lapſus temporis. num... Matth. de Afflict. in deciſ. 191. ſub nu. 1.*

40 Decimo ſexto limita, quod † feudum capi poterit abſque domini conſenſu in exequutionem rei iudicatæ, durante tamen vaſalli ſiue Feudatarij vita. *Andr de Iſern. Martin. Laudens. Iacob. Aluarot. Præpoſit. in cap. 1. §. Quid ergo. de Inueſtitur. de re alien. facta. Albert. Brun. in conſil. 37. numero 1. poſt Iacob. de Ardizon in Summa Feudor. cap. 117. incip. poſſet quæri, an pignus. Sequitur Iacob. Menoch. de Recuperand. poſſeſſion. Remed 9. num. 261. 262.*

41 Declara tamen, vt tunc † fiat exequutio in cauſam iudicati, in fructibus, & commoditatibus feudi, cum feudatarius nil aliud habeat, *Albert. Brunus in dicto conſil. 27. in princip. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 26. nu. 4. & ſeq.*

42 Decimo ſeptimo limitatur, † ſi in venditione diceretur, Saluo iure Domini, & non aliter, nec alio modo, *vt voluit Guido Pap. in deciſ. Gratianop. 163. num. 1. Franciſc. Viuius in deciſion. 234. numero 1. Ripa in cap. cum M. Ferrarienſis. num. 80. de conſti.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe communem, & ab eo non recedendum & hanc opinionem eſſe ſeruatam in Senatu Sabaudo, nouiſsime plene ſcribit *D. Gaſpar Antonius Theſſaur. quæſt. Forenſ. lib. 1. q. 53.*

Contrariam ſententiam, quod ſimili clauſula
43 nõ obſtante oppoſita in alienatione, cum ſit † proteſtatio cõtraria facto, quod nihilominus feudum cadat in commiſſum, tenet Decius *in conſil. 160. num. 4.* Vbi dicit, eſſe communem opinionem, & ab ipſa, nec conſulendo, nec iudicando eſſe recedendum. *Iacob. Menoch. in conſil. 2. num. 84. volum. 1. Ludouic. Roman. in ſingul. 512. incip. Tu habes, quod vaſallus. Iul. Clar. in §. Feudum 19. 31. verſic. Item quæro prout fuit iudicatum in ſacro conſilio. Refert Thom. Gram. in deciſion. Neapol. 49. numero 4. Franciſc. Vini. in deciſion. 251. numero 3. Marin. Freccia de ſubfeudis Baron. lib. 2. Auth. 1. numero 25. quem ſequitur. Ioan. Thom. de Marin. de Generib. & qualit. Feud. titul. 2. §. conſtitutio. numero 22.*

44 Declararunt alii diuerſo modo, † quod quando appoſita eſt talis clauſula in alienatione feudi, tunc contractus cenſeatur conditionalis, & nullus, ita quod non accedente Domini conſenſu habeatur pro non facto, & ſtante nullitate, nulla ſubſequatur pœna amiſsionis feudi, ita, vt alios omittam, plene ſcripſerunt *Ioan. Cephal. in conſil. 118. numero 14. 27. & per totum. volum. 1. & Roland. a Valle in conſil. 63. volum. 4. Iacob. Menoch. in conſil. 38. numero 24. uolum. 1. Anton. Capic. in inueſtitur. feudali §. feudorum alienationes. verſ. limita duodecimo. Andr. de Iſern. in cap. imperialem. §. callidis. ſub verbo. Scriba. ſub numero 10. verſ. poteſt quis ſeruare. de prohib. feud. alien. per Fe de. Barthol. Cepoll. in cautela. 22. in fin.*

45 Sed tamen ego in hoc opinionum conflictu † dicerem, quod quando eſt facta alienatio, non tamẽ traditio feudi, tunc ſeruanda eſſet opinio prima, quod clauſula ſupradicta releuaret feudatarium, vt feudum non amittat, ſecus autem ſi proceſsiſſet ad traditionem cum eo caſu feudum amittat, quia non ſolum per alienationem, ſed per traditionem abſque Domini conſenſu apparet ſub inuolucro verborum palliãndo illius contemptum alienaſſe, & tradidiſſe cum effectu. Hoc ante omnes annotauit. *And. de Iſern. in c. imperialem. §. callidis. nu. 2. verſ. pœna in iſtis eſt. de prohib. feud. alien. per Fede-*
46 *ric.* Vbi dicit quod ſi alienauit, & tradidit perdit † feudũ, & per ſolam alienationem ſine traditione non perdere. Et iterum *idem Andr. in dicto §. callidis. in verb. ſcriba. ſub num. 10. mihi.* Faciens verbum de alienante ſaluo aſsenſu, inquit, ſi non ſequatur, & tradidit poſſeſsionem, perdit feudum, quia traditio facit perdere. Hoc idem voluit Baldus *in capitul. primo §. denique Quæ fuit prim. cauſa benefic. amitt. & in l. vnica. numero 56. C. de his quæ pœn. nom.* Andr. *Tiraquell. de iure conſtituti. poſſeſsor. parte tertia limitat. vigeſimaſexta. ſub numero ſexto.* Anton. *Capic. in inueſt.* Feudal. *§. feudorum alienationes. verſicul. Amplia decimo ſeptimo. Ioan. Thom. de Marinis de Generib. & qualit. feudor. titul. ſecundo §. conſtitutio. numero vigeſimo ſecundo. verſicul. ſecundam caput.* Et præſertim ſi tra-
47 ditio, eſset facta † alicui viro potenti, a quo dominus difficile feudum recuperare poſset. *Felin. in capitul. Quæ in eccleſiarum. numero vigeſimo nono. de conſtitut. Zaſ. in epitom. feudor. parte decima, titul. de feud. amiſs. numero decimo quarto. Thom. Gram. in deciſion. quadrageſima nona numero quadrageſimo. Iacob. Menoch. in conſil. vigeſimo octauo nume. trigeſimo ſexto trigeſimo ſeptimo in conſil. 38. nume. 12. vol. 1.*

48 Sed in hoc Regno Neapolitano, † ceſsat ſupradicta diſputatio, poſtquam alienans feudum ſine aſsenſu Domini poteſt facere illius reuocationem *vt in conſt. Regni. incip. Conſtitutionem Diuæ memoriæ. poſt alios Paris de Puteo de Redintegrat.* Feudor *capit. 72. incip. Quæritur ſi is nume. primo, & ſecundo fol. quadrageſimo quarto & poſt Marin. Frecciam voluit. Ioan. Vincen. de Anna in Allegat. ſexageſima ſexta numero octauo.* Et ipſo feudatario, ac
49 Domino vtili non reuocante, poteſt dominus † directus reuocare, præfertur tamen prius vtilis dominus, *vt poſt Andr. de Iſern. voluit Idem Ioannes Vincentius de Anna in Repetit. dictæ Conſt. Conſtitutionem Diuæ memoriæ. nume. 262. 263.* Et dicam poſt pauca.

50 De-

50 Decimo octauo limitatur, ſi † in alienatione, & venditione diceretur, quod dictum feudum alienatur, ſi domino placuerit, quia eo caſu feudum non amittitur. *Guido Pap. in deciſ. 163. num. 3. & in deciſ. 164. nu. 2.*

51 Decimo nono ſimili modo, ſi aſſeritur † in alienatione, feudatariũ dictum feudum alienare, ſi alienationem facere poteſt, abſque amiſſione, & perditione rei, aut pretij, *vt voluit Guido Papæ in deciſion. Gratianop. 163. num. 2.*

52 Vigeſimo limita, non habere locum in † hoc Regno Neapolitano, in quo, vt dictum eſt, ob alienationem factam abſque aſſenſu Domini feudum non amittitur, cum habeat poteſtatem idem, qui alienauit, reuocandi feudum propriis noſtris iuribus vigore conſtitutionis huius Regni. *incip. conſtitutionem diuæ memoriæ. vbi Andr. de Iſer. poſt Marinum de Caramanico gloſſatorem, Matth. de Afflict. Lallus de Tuſcia, & Ioannes Vincent. de Anna. Idem Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 265. ſub nu. 67. Paris de Puteo de Redintegrat. Feudor. c. 42. incip. Et iuxta. num. 5. in dicta cap. 72. incip. Quæritur ſi is. num. 2. fol. 44. Franciſ. Milanenſ. in deciſ. Siciliæ. 8. num. 343. cum tribus ſeq. lib. 1. Regens Lanarius in conſil. 3. num. 15. volum. 1. & in conſil. 73. num. 8. eo vol. 1.*

53 Declara tamen, quod & ſi vaſallus, ſiue † feudatarius reuocaret feudi alienationem, nõ tamen poterit poſſeſſionem feudi propria authoritate penes ſe auocare, ſed debet præcedere iudicis ſententia, *vt allegando Andr. de Iſern. & Afflict. voluit Ioan. Vincent. de Anna, in Allegat. 84. nu. 5.*

54 Vigeſimo primo limita poſſe fieri † feudi alienationem Regi, vel Domino feudi directo abſque aſſenſu, vt ex Alberico de Roſate *in l. ſi cõſentiente. ff. de Manumiſſ. voluit Anton. Capic. in deciſ. Neapo. 156. num. 11. Matth. de Afflict. in cap. Imperialem. notab. 16. num. 5. de prohibit. feud. alien. per Federic. Ioan. Anton. Lanar. in conſil. 8. nu. 5. vol. 1.*

55 Vigeſimo ſecundo limita poſſe † patrem alienare feudum nouum, etiam non accedente filij conſenſu. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 112. num. 6.* Et ideo ſecus in feudo antiquo. *Iul. Clar. in §. Feudum. q. 42. Ioan. Thomas de Marinis de Generib. & qualitat. feudor. titul. 2. num. 47. & alios allegans Doctiſſimus Gaſpar Anton. Theſaur. Quæſt. Forenſ. lib 1. q. 100. num. 19. & ſic declarandum eſt dictum Nicolai. Vigelij. in deciſ. 39. centur. 2.*

56 Vigeſimo tertio limita, poſſe † feudum ruſticũ, alienari, etiam irrequiſito domino, *vt poſt alios voluit Anton. Capicius in deciſ. Neapol. 103. per totam. Thom. Grammatic. in deciſ. Neapol. 77. numero 11.*

57 Vigeſimo quarto limita, † poſſe feudum alienari irrequiſito domino in argumentum feudi, *voluit Andr. de Iſern. in c. 1. An ille, qui interfecit fratr. domin. ſui. & in conſt. Regni. Conſtitutionem diuæ memoriæ. & Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 111. nu. 5. & in deciſ. 232. nu. 6.*

58 Declara non procedere in hoc † Regno Neapolitano, in quo irrequiſito domino nec pro feudi augumento alienatio permittitur, quia diminuitur ſua authoritas, dum fit alienatio etiã in melius cõtra ſuam voluntatem, *vt dicit Andr. de Iſer. in c. 1. §. præterea. col. 2. de capitul. Conrad. quem refert, & ſequitur Anton. Capic. in deciſion. Neapol. 100. in fin.*

59 Vigeſimo quinto limita, poſſe † fructus feudi irrequiſito Domino alienari. *Martin. Laudens. in tract. de Princip. §. 82. Franciſc. Milanenſ. in deciſ. Siciliæ. 5. num. 15. lib. 1. Nicolaus Reuſnerus in deci. German. 1. ſub num. 28. lib. 2. & in deciſ. 23. num. 11. lib. 4. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 26. numero 5. 6.*

60 Vigeſimo ſexto limita, † quod feudum hæreditarium abſque agnatorum conſenſu poteſt alienari, ſed cum aſſenſu Regio, & agnati non reuocabunt. *Thom. Gram. in deciſ. Neapol. 103. num. 219. 221. 222.*

61 Declara ſecus † eſſe in feudo ex pacto, & prouidentia, quia illud per agnatos reuocari poteſt. *Thom. Gram. in deciſ. Neapol. 103. nu. 221.*

62 Vigeſimo ſeptimo † limita procedere in Gallia, in qua feudalia (licet habeant diuerſas conſuetudines) ſunt alienabilia ad libitũ, tanquã redacta ad inſtantiam patrimoniorum. *Ioan. Gallus. in q. 102. Maſuer. in practica, titul. de Feudis. num. 6. Franciſ. Duaren. in vſus feudorum, cap. 14. num. 2. Iacob. Cuiacius. De Feudis. lib. 1. titul. 21. lib. 4. titul. 76. Don Garſias Maſtrillus in deciſ. Siciliæ. 86. num. 4. Nicolaus Reuſnerus in deciſ. German. 1. nu. 9. lib. 2.*

63 Eodem modo in Sicilia vltra Farũ, † per iura illius regni. *c. volentes. Et ibi Doctores, præſertim Ioan. Anto. Cannetius, & alij Siculi voluit Don Garſias Maſtrillus. in deciſ. Siciliæ. 86. nume. 3. 17.* Habet autem Dominus in Sicilia decimam partem pretij, quo feudum alienatur, *vt ibidem dicit D. Maſtrillus.*

64 Vigeſimo octauo, licet † alienari ſine domini aſſenſu nequeat, poſſideri tamen ſine eo poteſt. *And. de Iſern. in c. Imperialem. §. illud col. 4. de prohibita feudi alien. per Federic. Ioan. Vinc. de Anna, in allegat. 1. nu. 29. vbi Fabius filius.*

65 Vigeſimo Nono, non † cadit feudum in commiſſum, quando pro alienatione facienda, pro aſſenſu ſupplicationem domino porrexit, non tamẽ conſenſerit, ſi tenebatur ex conceſsione aſſentire, *vt poſt Albericum, Afflict. & Loffred. voluit Ioan. Vincent. de Anna in allegation. 58. num. 10.*

66 Trigeſimo limita, non † procedere vbicunque in in conceſsione diceretur, quod Feudatarius faciat quicquid ſibi placuerit, *vt poſt Signorol. de Homodeis. in conſil. 10. voluit Marcell. Cardin. Creſcentius in deciſ. 6. num. 9. titul. de teſtam.*

67 Feudi Dominus feudalem cauſam † inter ſuos vaſallos decidendã cõmittere põt. *Rota in Nouis in deciſ. 198. incip. Si dominus feudi. facit tex. in c. 1. in princip. de lege Conradi. Iacob. Ardizon. in Summa Feudor. cap. 138. colum. 3. verſ. ſi vero ex vna parte. Vdalrich. Zaſ. in tract. Feudor. parte 11. & Curtius Iunior.*

Iunior. in tract. feudor. parte 7. Petr. de Bellapertic. de Feudis. titul. 15. num. 3. Matth. de Afflict. in c. 1. num. 15. de inuestit. in marit. fact. Marin. Freccia de subfeud. Baron. lib. 2. Authoritat. 13. num. 1. Guliel. Hanneton. iuris Feudor. lib. 4. cap. 1. Francisc. Duaren. in commentar. iuris feudor. cap. 20. num. 2. Ludolphus Schrader. de feudis. par. 10. sect. 4. num. 1.

68 Actio per inuestituram in feudis † quæritur ab senti. *Rota in Nouis in decision. 249. incip. si per habentem.*

69 Episcopus medietatem alicuius † ciuitatis ad se spectantis, Regi Gallorum in aliquorum beneficiorum compensationem concedit, tanquam ad suam ecclesiam pertinentis, cum pacto, quod eo alienante rediret ipso iure ad ipsum, & suam ecclesiam, Rex Galliæ dum iniuit pacem cum Rege Angliæ cum vniuersitate plurium oppidorum eandem ciuitatem Regi Angliæ contulit, pacis causa non obstante, nec etiam, quod cum vniuersitate concessa fuisset, eadem ciuitas ad ipsum concedentem, & eius ecclesiam redit. *Rota in Antiquis in decision. 849. incipien. episcopus.*

70 Feudum quæsitum ab episcopo † priuato nomine etiam de feudo ecclesiæ est eius hæredum. *Ioan. Gallus. q. 16.*

71 Capitulum Catalaunense in Gallia † ab episcopo feudum possidebat, & tamen non potest illud admortizare, aut libere sine Regis consensu possidere. *Aegidius Magister. in trac. Arrestorum, siue extinctionum. cap. 1. & iterum. cap. 2.*

72 Alienatio feudi in vita † alienantis valet, sed ipso mortuo reuocatur. *Francisc. Milanens. in decis. Siciliæ. 8. nu. 345. lib. 1. & in decision. 7. num. 19. 20. & in decision. 17. nu. 94. lib. 2. & voluit Garsias Mastrill. in decis. Sicil. 47. num. 2.*

73 Feuda in dotem dari sine Domini † consensu nequeunt. *c. imperialem. de prohibita alien. per Federic. c. 1. §. donari. Qualiter olim feud. alien. pot. & ibi Iacob. de Beluis. Nicol. de Neapoli. Bald. Aluarot. & alij hoc idem voluit Marian. Socin. Senior. in consil. 19. col. 4. vers. Nec obstat lex uectigalis. vol. 1. Ias. in l. fin. num. 109. C. de iure emphyt. Rota in Nouis in decision. 199. incip. Pater potest. Francisc. Sonsbec. in Comment. Feudor. parte 12. num. 79. Bartholom. Camerar. in dicto c. imperialem. fol. 82. litera. A. Ioan. Vincent. de Anna in const. constitutionem Diuæ memoriæ. nu. 19. 20. Matth. de Afflict. in decision. Neapolitan. 111. num. 6. Octauian. Cacheran. in decis. Pedem 167. num. 21. Ioachim. Mynsinger obseruat. 86. Centur. 4. Francis. Milanen. in decision. Siciliæ. 5. num. 10. in decis. 7. num. 53. 54. 57. lib. 1. Iacob. Thoming. in decis. Lipsensi. 2. nu. 7. 19. Alexand. Raudens. de Analogis. lib. 1. num. 216.*

74 Declara primo posse absque consensu † domini dari in dotem temporaliter non autem perpetuo, sed vita feudatarij durante. *Ioan. Andr. & Abb. Panor. in c. 2. de feudis. Rota in Nouis. in decision. 199. incip. Pater potest. Petr. de Bella Pertica in tract. feudor. titul. 8. num. 13. ibi, valebit se viuente. Paris de Puteo de Redintegrat. feudorum cap. 92. incip. pater habens. nu. 7. Ioan. Vincent. de Anna in Repet. Cō stitutionis Regni. incip. cōstitutionem Diuæ memoriæ. num. 20. Gulielm. Hanneton. iuris feudor. lib. 5. cap. 5. Ant. Capic. in inuestit. feudal. §. feudum pro dote. vers. limita tamen. fol. 175. Francisc. Duaren. in commen. ad ius feudor. cap. 12. nu. 9. Matth. Colerus in decis. German. 28. & in decis. 213.*

75 Declara secundo, posse patrem † dare feudum in dotem, qñ non habet aliunde, vnde illam dotet, *ex Andr. de Isern. in c. 1. §. donare. num. 2. qualit. olim. feud. alienar. pot. volnit Sigismund. Loffred. in consil. 52. num. 60. ante eos Iacob. Ardizon. in summa feud. cap. 131. incipi. Item dotem. vers. tamen ei permittitur. Paris de Puteo de redinteg. feudor. cap. 92. incip. pater habens. num. 7. Matth. de Afflict. in dicto. §. donare. num. 8. Nicol. Reusner in decis. German. 5. num. 14. cum pluribus seq. lib. 1.*

76 Declara tertio, si ipsa mulier feudum † habeat, posse illud sibi ipsi absque alicuius domini consensu in dotem dare, & marito assignare, *argum. c. 1. in princip. De eo, qui sibi, & hæredib. suis masculi. Iacob. de Ardizon. in summa feudor. cap. 130. incip. Itē dotem. vers. tamen ipsa mulier. vbi allegat quædam iura, q æ reperiri, non potui. Quem sequitur illiusque opinionem præbuit Andre. de Isern. in dicto. §. donare. vers. Item ipsam mulier. vbi etiam Afflict. num. 7. Idem Afflict. in c. 1. nu. 86. de prohibit. feud. alien. per Federic. Paris de Puteo de redintegrat. feudor. cap. 92. incip pater habens. num. 7. Anton. Capicius in inuestit. feudal. §. feudum pro dote. col. 2. vers. Aut sumus in muliere. Francisc. Sonsbec. in vsus feudor. parte 12. num. 79. 80. Ioan. Vincent. de Anna in Rep. Const. Regni. incip. constitutionem Diuæ memoriæ. nu. 19. 20. Iacobin. de Sancto. Georgio. in inuestit. feudal. in verb. Ita etiam quod ipsi vasalli. num. 18. Mynsinger. obseruat. 86. centur. 4. Roland. a Valle in consil. 19. nu. 1. vol. 4. Iul. Clar. in §. feudum. q. 35. Ludolph. Schraderus de feudis. parte 8. cap. 1. num. 35. Francisc. Bursat. in consil. 120. num. 25. vol. 1. Francisc. Milanen. in decis. Siciliæ. 5. num. 10. 11. lib. 1. Francisc. Viui. in decis. 229. nu. 8. Ioan. Petr. Surdus in decision. Mantuan. 278. num. 3.*

77 Declara quarto licere patri, ac filiæ sibi † in dotem dare feudum absque alicuius consensu, dummodo non detur æstimatum, æstimatione quæ faciat alienationem, vel venditionem, sed permitti, quod detur inæstimatum. Hoc ante omnes tradidit *Iacob. de Ardizone in summa feudor. cap. 130. incip. Item dotem. quem sequutus est Andr. de Isern. in dicto. §. donare. & ibi Afflict. nu. 7. & Aluarot. ibidem. Anton. Capic. in inuestitur. Feudal. §. feudum pro dote. col. 2. vers. aut sumus. fol. 175. Iacobin. de Sancto Georg. in inuestitur. Feudal. in verb. Ita etiā quod dicti Vasalli. nu. 18. Fran. Sonsbec. in vsus feudor. par. 12. nu. 81. Paris de Puteo de redint. grat. feudor. c. 92. Iul. Clar. in §. feudū. q. 35. Nicol. Mozzius de feudis tit. ex quib. caus. feud. amitt. sol. num. 144. Ludol. Schrader. de feudis. par. 8. c. 1. num. 35. Francis. Viuius in decis. 229. nu. 8. Surdus in decis. Mantuan. 278. nu. 3. Amode. de Ponte. q. laudem. 29.*

78 Con

78 Contrarium licet tenuerit † *Iacob. de Beluiſ. in c. 1. de inueſtitur. quam Titius a Sempron. accepit.* dum inquit, Mulierem, neque æſtimatum, neque inęſtimatum ſibi in dotem abſque domini conſenſu feudum dare poſſe, tamen contra ipſum reprobando ſenſit *Franciſc. Sonsbec. iuris Feudorum parte.12.num.81.* cum ſupra narrata declaratio ſit communi fere omnium calculo recepta.

79 Subdeclara dictam † declarationem poſſe dari feudum æſtimatum, dummodo non ſit æſtimatio, quæ faciat emptionem, ſed tantummodo ad cognoſcendum valorem feudi, ne forte deterius fieret, vel æſtimatio non conueniat valori feudi in dotem conceſſi, vel æſtimatio fieret ex interuallo, non tempore conceſſionis in dotem, *vt poſt Alexan. in l. æſtimatio. num. 50. ff. ſolut. matrim. Corne. in conſil. 15. vol. 2. Marian. Socin. Senior in conſil. 83. vol. 1. Barthol. Socin. filius in conſil. 289. vol. 2. voluit Ludolph. Schrader. de feud. parte 8. cap. 1. ſub num. 35. & fuit de mente Afflict. in dicto. §. donare. num. 8.*

80 Declara quinto, mulierem dantem † feudum marito, in dotem, id facere poſſe dummodo, nec in totum nec in partem paciſcatur, quod maritus aliquid de feudo lucretur. *Iacob. Ardizon. in ſumma Feudor. cap. 130. Andr. de Iſern. in dicto. §. Donare. num. 2. vbi etiam Aluarot. Afflict. num. 8. & Præpoſit. Alexandrin. ibidem. Iacobin. de Sancto. Georgio in inueſt. Feudal. in verb. Ita etiam quod ipſi Vaſalli. num. 18. Ioan. Lopez de Palatios Rubios. in rep. rubricæ. de donat. inter. vir. & vxor. §. 12. num. 3. & habetur in obſeruat. Cameræ Imperialis feudal. 22. nu. 3. qui liber eſt ſine nomine. Anton. Capic. in inueſtit. feudal. §. feudum pro dote. col. 2. verſ. aut ſumus in muliere. Iul. Clar. in §. feudum. q. 35. Amodeus de Ponte in quæſt. Laudemial. 29. Io. Petr. Surdus in deciſion. Mantuan. 278. num. 3. Roland. a Valle de lucro dotis q. 54.*

81 Declara ſexto, feudum † hæreditarium obligari poſſe pro reſtitutione dotis cum Regio aſſenſu, vt eſt expeditum in hoc Regno Neapolitano. *Matth. de Afflict. in deciſion. Neapol. 111. nume. 8.*

82 Subdeclara ſecus eſſe † in feudo ex pacto, & prouidentia, quia obligatum pro dote abſque Regio aſſenſu, per hæredem reuocari poterit. *Idem Matth. de Afflict. in dicta deciſion. Neapolitan. 111. num. 8.*

83 Declara ſeptimo poſſe dari feudum † in dotem, pro dote, quem uocant de paragio, vt eſt in hoc Regno, *vt voluit And. de Iſern. in Regni Conſt. In aliquibus. Petr. de Gregor. Siculus, de coceſſ. feud. parte 2. q. 10. num. 13. Franciſc. Milanen. in deciſio. Siciliæ. 5. num. 10. 11. & in deciſ. 8. num. 366. lib. 1. eruditiſſimus Don Garſias Maſtrill. ad Petr. de Gregor. in dicto loco. & iterum ad eundem Petrum de Gregor. in tract. de dote, & paragio. quæſt. 36. & iterum idem Maſtrill. in deciſion. Siciliæ. 56. numero 11. 12. Franciſcus Viuius in deciſion. 285. numero 2.*

84 Declara octauo † ſupremum principem caſtrum, vel feudum in dotem concedere poſſe. *Franciſc. Marcus in deciſ. Delphinal. 87. per totam vol. 1.*

85 Declara nono, nullo pacto † in dotem dari poſſe, vbi a principio feudum eſset datum, tanquam inalienabile, *vt dicit Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 4. titul. 42. definition. 35. vol. 1.*

86 Declara decimo, non poſſe † in dotem dari, ſi burgeſatica, ſiue allodialia ſuper ſunt. *Franciſ. Milanenſ. in deciſ. Siciliæ. 5. num. 18. 46. lib. 1. in deciſ. 7. num. 53. 54. 56. lib. 2. Ioan. Vincent. de Anna in Alleg. 66. nu. 14. Franciſc. Viui. in deciſ. 285. num. 7. Matthias Coler. in deciſ. German. 213. pleniſſime dico in conſil. 45. in ſecundo dubio num... centur. 2.*

87 Si quis autem pro dotium † reſtitutione obliguit bona burgenſatica, & feudalia, Saluo Regio aſſenſu, ſi moritur, hęres reuocat obligationem vxor impetrat aſſenſum, reuocatio feudi, & alienationis facta nulla eſt, & aſſenſus ſuperueniens confirmauit obligationem, *vt concludit Matth. de Afflic. in deciſ. Neapol. 26. per totam, facit Ioan. de Amicis*

88 *in conſil. 2. num. 10.* Intellige citra † præiudicium tertij, vt dicam infra, & ſcribit ex alijs. *Ioan. Baptiſta Coſta de retrotractatione. 8. caſu. 10. per totum.*

Communi iure feudorum, feudatarius intra annum, & diem poſt mortem prædeceſſoris ſui pete-

89 re debet † renouationem inueſtituræ, alias cadēs a feudo, illud amittit, *c. 1. in princip. quæſit prima cauſa benefic. amittendi.* Et ſic ſimiliter a die mor-

90 tis domini directi, † quia primo caſu a die mortis feudatarij ſucceſſor intra dictum tempus debet renouationem inueſtituræ petere, ſecūdo caſu hæres feudatarij intra dictum tempus debet adire hæredem domini, & nouam inueſtituram, ſiue confir-

91 mationē † petere, *vt declarant And. de Iſer. Aluarot. Affl. & ceteri in dicto. c. 1. quæſit prima cauſ. benef. amitt. & in c. 1. in princ. quo tempore miles. ante eos Iacob. de Ardizon. in ſumma feudor. cap. 42. incip. & debet, & in cap. 72. incip. Item ſi Vaſallus. Franciſc. Sonsbec. in vſus feudales. parte 11. nu. 9. Curt. in tract. feudor. parte 4. num. 24. Vdalric. Zaſ. in epit. feudor. parte 7. nu. 1. 4. Ioan. Ferrar. Montanus in collectan. ad vſus feudor. lib. 3. cap. 6. Franciſc. Duaren. in conſuetud. feudales. cap. 14. num. 2. Franciſc. Hottoman. in diſputat. Feudiſtica. cap. 27. Stephan. Forcatul. in comment. ad iura. feudal. cap. 4. in princip. Gulielm. Hannetton. iuris feudor. lib. 3. cap. 1. in princip. vbi Ioan. Hanichorſtius. Nicolaus Mozzius de feudis titul. de ſubſtantialib. & requiſit. num. 40. Iacobin. de Sanct. Georg. in inueſtitur. Feudal. in verb. qui quidem inueſtit. nu. 33. Guido Papæ in deciſ. 164. num. 1. in deciſ. 165. num. 1. Thom. Gram. in deciſ. Neap. 52. num. 9. Hartman. Hartman. in titu. de feud. cap. 25. Vincent. de Franchis in deciſ. 425. Matthias Colerus. in deciſ. German. 83. num. 1. Lancelott. in deciſ. Nouiſſ. Roman. 636. num. 6. parte 1. vol. 1. Iacob. Thomingus in deci. Lipſenſi. 52. num. 2. ego dixi in commentar. de regis Catholic. præſtant. cap. 46. num. 267.*

92 Primo declara,† quod Miles feudatarius debet petere renouationem inuestituræ intra annum,& mensem. *dicto c.1. quo tempor. miles. vbi Iacob.de Beluis. Andr.de Iser. Nicol.de Neapol. Martin. Laudens.& Matth. de Afflic. Idem Martin. Lauden. in c.1.de Capitul. Conrad. Iacob. de Ardiz. in summa feudor. in c.42. Incip. Et debet.& in c.72. Incip. Itē si vasallus. Iacobin. de Sancto Georg. in inuestitu. feudal. in verb. Qui quidem inuestiti num. 33. Ant. Capic. in inuestitur. feudal. §. feudorum inuestiturę col.8. vers. si est miles. fol. 250. Francisc. Sonsbec. de feud. parte.11. num.6.7. Francisc. Duaren. in consuetudines feudal. cap.14. nu.2. in fin. Ioan. Ferrar. Montan. in Collectan. iuris feud. lib.3. cap.6. Guliel. Hanneton. iuris feudor. lib.3. cap.1. in princ. Nicol. Mozz. in titul. de substantial.& requirit. nu.47. Ioachim. Mynsinger. obseruat.9. centur.5. Ioan. Vincent. de Anna. in rubr. de vasall. decrepit. ætat. num.48.* Vbi dicit, hodie omnibus etiam militibus dari annum,

93 & diem † ad petendam renouationē inuestiturę. *Matth. de Afflict. in decis. Neap. 265. num.89. Guid. Papæ in decision. Delphinal. 164. Francisc. Viuius in decis. 428. Ioan. Petr. Surdus in decisione. Mantuan. 221.& in decis. 342. quod & tenet antiquus, ac eminens Doctor Petr. Iacob. in sua pract. titul. de caus. quib. Feud. amitt. §. Item si Vasallus ad hæredē. Ioan. Raynandi in comprehensor. feudal. ad c. imperialem. §. præterea si quis in feudatus. sub num.14. de prohibit. feud alien per Federic. Vide Marin. Freccia de subfeud. Baron. lib.3. differ.45.*

94 Secundo declara non procedere † apud Medio lanēses *vt voluit tex. in dicto c.1. q. ę sit prima caus. benefic. amitt. Vbi hoc voluerunt Iacob. de Beluis. Nicol. de Neapoli. Andr. de Isern. Aluarot. Martin. Laudens. Bald. Præpositi. Afflict.& ceteri. Francisc. Duaren. in Consuetud. Feudal. cap.14. num.12. Iacob. Cuiacius de feudis lib.1. tit.21.*

Tertio declara nō procedere in regnis vtriusq; Siciliæ, scilicet Neapolitano,& Siculo in quibus

95 inuestitura † necessaria non est, sed illius loco est expeditio priuilegij, quo detur concessio feudi, & eius vigore expediuntur exequutoriales literæ, & assecurationibus. *Andr. de Iser. in c.1. §. si minore. de feudo defuncti militis. & post Bal. voluit. Ant. Capic. in §. feudorum. inuestiturę. col.5. vers. inuestit. in Regno Siciliæ. ante ipsum Paris de Puteo de reintegrat. feudor. in cap.28. incip. An vasallus nu.5.6. fol.19.& c.76. incip. sequitur. nu.14. fol.49.* Verum ego subrideo, quia si inuestitura sit per quamcun-

96 que scripturam, seu priuilegium,† idem erit, quia in illis feudatario tribuitur potestas ingrediendi, & capiendi feudum propria authoritate, & sic etiā per literas exequendi, & literas assecurationis, sit instrumentum capturæ possessionis, quæ omnia in uestituram, diuerso tamen nomine, etiam significant. *Marin. Freccia de subfeud. Baron. lib.2. Author.3. num.17. dicit*, in Regno hoc non amitti feu-

97 dum, ob non petitam in † tempore inuestituram, sed solui duplicatum releuium. *Sequitur Ioan. Petr. Surd. in dec. 221. Mantuan. nu.24. Vincent. de Franchis in decision. Neapol. 425. num.1. dicam infra in titul. de Releuio. num.26. cum seqq.*

98 Quarto declara, simili modo † nec in Gallia procedere, vt intra annum & diem teneatur feudi inuestituram feudatarius petere, *vt declarat Ioan. Gallus. in q.162. His concinunt scripta per Masuerium in practica. titu. de feudis. nu.9. cum seq. Francis. Duaren. in Vsus feudor. cap.14. num.2. Iacob. Cuiacius de feudis. lib.1. titul.21.& lib.4. titul.76.*

99 *vbi dicit.* non † in tota Gallia hoc seruari.

Quinto declara, non procedere in minore quatuordecim annorum, nam si intra annum, & diem

100 inuestiturā † feudi non peteret, feudū non amitteret, *vt in dicto c.1. §. si minori. si de feud. defunct. & in dicto c.1. Quo tempore miles. ibi in fantia.& in c. imperialem. §. siquis in feudatus de prohib. feud. alien. per Federic. voluit Andr. de Iser. in dicto. §. si minori. nu.1.2. Ioan. Raynandi in dicto. §. præterea si quis in feudatus num.4. Petr. de Bella Pertica. de feudis. titul.9. §. negligentia. nu.3. Guido Papæ in decis. Gratianopol. 454. num.4. Anton. Capic. in inuestitura feudal. §. feudorum inuestiturę. col.3. vers. si vasallus est in caus. cum vers. seq. ante eum Iacobin. de Sancto Georg. in inuestitura feudal. §. qui quidē inuestiti. sub num.43. ante eos Iacob. de Ardiz. in Summa feudor. cap.43. incip. excusatur.& in cap. 72. incip. Item si vasallus. Curt. in tract. feudor. parte.4. num.46.* Et ista declaratio procedit, siue habe

101 at, vel non † habeat pupillus tutorem. *vt voluerunt Iacob. Aluarotus. in dicto c.1. §. si minori vbi etiam Afflict. si de feudo defunct. Iacobin. de Sancto Georgio in inuestitura feudal. in verb. Qui quidem inuestiti. num.24. Anton. Capic. in loco supra allegato Ludolph. Schrade. in tract. feudor. parte 6. cap.2. sub num.25.* Cum authore tutore possit infans de feudo inuestiri, *vt scribit Paul. Montanus de iure tutelarum.& Cur. cap.5. num.27.* infantem vero solum inuestiri nō posse feudo, ex Decio, & Aluaroto voluit idem *Montan. in loco allegato. num.26.* Ad declarationem vero adde *Gul. Hanneton. iuris feudor. lib.3. c.3. Francisc. Hotom. Disput. feudistica cap.27. Stephan. Forcatul. iuris feudor. cap.4. nume.18.*

102 Sexto declara, quod si feudatarius decedat † relictis duobus filijs, vno maiori,& altero minori, ob personam minoris,& pupilli; tempus petendæ inuestituræ nec minori currit, donec frater minor decimum quartum annum excesserit. *Alexand. in consil.169. num.7. volum.2. Matth. de Afflict. in dicto c.1. in princ. nu.64. Quo tempor. miles. Cardinal. Parisi. in consil.65. num.59. vol.3. Schraderus in loco supra allegato. num.26. Francisc. Hotoman. in disputat. Feudistica. cap.27.*

103 Septimo declara, hunc † annum & diem non currere, nisi a die scientiæ, quo cognouit venisse casum petendæ renouationis inuestituræ. *c.1. §. fin. vbi Doc. de vasall. qui contra const. Lothar. Gloss. in c.1. in verb. intra annum de capitul. Conradi. Alex. in cons.14. nu.5. vol.2. Iacob. Aluarot.& Præpositi. in c.1. in princ. Quæ fuit prima causa benefi. amitt.*

Thom.

Thom. Grammat. in deciſion. Neapol. 52. num. 9. Antonin. Theſſaur. in deciſion. Pedemon. 227. ſub nu. 3. Ioan. Thom. de Marinis. de generib. & qual. feudor. titul. 3. de feudo ex pacto, & prouidentia anti quo, ſiue paterno. num. 64. Nicol. Intrigliol. de feudis q. 51. num. 277. parte 1. Andreas Gail obſeruationũ 48. num. 8. Qui dicunt procedere in feudo ex pa-
104 cto, & prouidentia † ſecus in feudo hæreditario, vt dicam infra.

Octauo declara, excuſari feudatarium, ſi fuit abſens, quia abſenti petendæ inueſtituræ tempus
105 † non currit, & iuſtam abſentię cauſam excuſationem præbere. *eſt text. in dicto cap. 1. Quo tempor. miles. voluit Iacobus Ardizzon. in Summa feudor. in dicto cap. 43. incip. excuſatur. Et in cap. 72. incip. Item ſi vaſallus. And. de Iſer. in dicto cap. 1. ſub num. 16. ver. Iſta abſentia. & ibidẽ Matth. de Afflict. num. 36. cum duobus ſeqq. Petrus Gregorius Tholoſan. Syntagmat. iuris vniuerſ. lib. 40. cap. 5 ſub num. 21. Franciſc. Hotoman. in Diſputat. Feudiſtic. capitul. 27.*

106 Subdeclara dictam declarationem, † abſentiam hoc caſu iuſtam eſſe oportere, puta cauſa rei publicæ. *arg. l. Abſentia. 183. ff. de Regul. iur. And. de Iſer. & Matth. de Afflict. Verum Iacobus Ardizzon. in dicto cap. 72. incip. Item ſi vaſallus. dicit*, has eſſe
107 iuſtas abſentiæ cauſas ipſius vaſalli, ſiue † feudatarij, ſi maneret apud ſedem, ſiue domicilium ſuũ, vel ſi viſitauerit parentes, vel notos, vel timore hoſtium domi, vel in loco tutiori ſe continuerit, vel Tyranni formidine, quo minus ex his inueſtiturã non petierit, ſed has abſentias alij non probãt, neque admittunt, & ſolam abſentiam Reipublicæ cauſa probat *Andr. de Iſern. in dicto cap. 1. ſub nu. 16. quo tempor. mil. & Iacobus Cuiacius de feudis. lib. 1. cap. 21. Ludolphus Schrade. de feudis. parte 6. cap. 2. num. 41. ſimpliciter non diſſentiens a textu di*
108 *cit*, abſentiam † iuſtam excuſare vaſallum. *Petr. Nicol. Mozzius de Feudis. titul. de ſubſtantialibus, & requiſitis. nu. 45. verſ. Si vero intelligas.* Vbi in-
109 uolute loquitur, & etiam ſtante † abſentia ex cauſa Reipublicæ, nec procuratorem mittere teneri ad petendam inueſtituram, *tenuit idem Andreas de Iſer. in dicto c. 1. quem ibidem ſequitur Afflictus. num. 37.* dicens procedere in illis feudis, in quibus
110 † non poteſt per procuratorem inueſtitura dari, vel accipi. *Iacob. Cuiacius. in loco ſupra allegato.* eã-
111 que abſentiam reipublicæ cauſa † pro re leui nõ admittit, nec quæuis abſentia debet eſſe procurata, vel affecta, quia non prodeſſet. *Afflict. ibidem ſub num. 36.* Et ſi allegaretur quæcunque alia ab-
112 ſentia neceſſaria, tenetur procuratorem † mittere ad petendam feudi inueſtituram, *poſt Andre. de Iſernia, idem Afflictus, & ex Bartol. in l. 1. ff. de diuerſ. & temporalib. præſcript.*

Si vero agitur de abſentia Domini per annum, & diem, quo tempore vaſallus inueſtituram non
113 petierit † excuſabitur vaſallus, ſiue feudatarius, iuſta, vel iniuſta fuerit Domini abſentia. *Bald. Aluarot. Præpoſit. Alexandrin. in dicto c. 1. Quæ fuit prima cauſa benefic. amitt. Iacobin. de Sancto Geor. in inueſtitur. feudal. in verb. Qui quidem inueſtiti. num. 52.*

Oportet autem Domini abſentiam eſſe debere admodum remotam, puta quia feudatarius eſſet
114 † Imperatoris, & ſit vaſallus Italus, & Dominus ſine Imperator eſſet in Germania, vel in loco remoto, in quo nõ valet accedere, excuſabitur ab impetita inueſtitura, ſecus vero ſi in proximo loco eſſet. *Aluarot. & Præpoſit. in dicto. cap. 1. in princip. Quæſit prima cauſ. benefic. amitt. Idem Aluarot. in dicto. cap. 1. Quo tempor. miles.* Quæ abſentiæ conſi-
115 deratio † iudicis arbitrio remittitur, inſpecta locorum, temporum, & perſonarum qualitate. *Curt. in tract. Feudor. parte quarta, numero 49. Iacobin. de Sanct. Georg. in inueſtitur. in verb. Qui quidem inueſtiti. numero 52. vbi dicit*, non teneri vaſallum
116 pro Domino quærendo, Alpes † tranſire. *Ludolph. Schrad. de feud. parte 6. cap. ſecundo. numero 40.*

117 Nono declara, excuſari feudatarium, † ſi dominus ſtaret in loco inhoneſto, vel peſtifero, in quo non poſſet tuto accedere ad petendam inueſtituram, *vt poſt Oldrad. in conſil. 43. Vdalrich. Zaſ. in epitom. feudor. parte 6. numero 29. & parte ſeptima nume. quinto. Iacobin. in inueſtit. §. Qui quidem inueſtiti numero 51. vbi dicit*, quod melius faceret, ſi
118 feudatarius offerat domino † ſe petiturum inueſtituram, ſi dominus in honeſto, & tuto loco accederet, *vt voluit Gulielm. Hanneton. iuris feudor. lib. 3. cap. 3. Thomas Grammatic. in deciſion. Neap. 18. num. 9.*

Decimo declara, excuſari vaſallũ, ſiue feudatariũ
119 ſi locus illi tutus non ſit ob capitales † inimicitias, quas cum domino habet, vel cum eius conſiliarijs, familiaribus, vel cum hominibus illius loci, in quo degit. *capitul. primo in princip. Quo tempor. mil. Clem. Paſtoralis. de Re iudic. Oldrad. in dicto conſil. quadrageſimo tertio, Iacob. Ardizzon. in Summa feudor. capitul. ſeptuageſimo ſecundo. incip. Item ſi vaſallus. Anton. Capic. in inueſtit. feudal. §. feudorum inueſtituræ. colum. nona. verſicul. inimicitiæ præſtant. Iacobin. de Sancto Georg. in inueſtit. in dicto verb. Qui quidẽ inueſtiti. numer. quinquageſimo primo, vbi dicit*, hanc inimicitiam non excuſare, ſi cauſata fuerit ab ipſo vaſallo. *Thom. Grammat. in deciſion. Neapol. decimo octauo. numero nono. Franciſc. Hottoman. in diſput. Feudiſtica. capitu. 27.*

120 Vndecimo declara, quod ſi moriatur † feudatarius, puta mortuus eſt in nono, vel decimo menſe anni, vel diei, hæres illius in feudo antiquo debet habere totum annum, & diem integrum, non computato illo tempore, cum non veniat ad feudũ ex prouidentia defuncti, vt hæres, ſed ſucceſſorio quodam modo, & ideo tranſactum tempus in vita vaſalli, ſucceſſori computandum non eſt. *Ioan. Andr. ad Specul. in titul. de feudis. §. quantum. verſicul. vigeſimo ſeptimo. Nicol. de Neapol. & Iacob. de Beluis. in dicto.*

c.1.quo tempor.miles,vbi etiam And.de Isern. Curtiu.in tract. feudorum. parte 4.causa 23.numero 51. Iacobin.de Sancto.Georg.in inuestitur. in verb.Qui quidem inuestiti.numero 34.Ioan.Ferrar. Montan. in collect. feudor.lib. 3. cap.6. versicul. quod tempus quisque.Gulielm.Hanneton.Iuris feudor.lib.3.cap. 1.versic.Sed quid si vasallus.Optime ante ipsos Iacobus Ardizzonus in Summa Feudor.cap.45. incip.Et currit annus.vers sed pone,quod vasallus.Ioan.Tho. de Marinis de Generib.& qualitat.feudor.lib.1.titu. 3.de feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, siue paterno numero 65.vers.Quæro, quid si vasallus. Se-

121 cus vero in † feudo non habito, & quæsito a vasallo mortuo,quia pars anni decursa defuncto, cõputatur successori,vt ptæfati Doctores asserunt.

122 Duodecimo declara,quod † vbi sumus in feudo hæreditario,currere incipit annus, & dies a tempore immixtionis, vel a ditionis hæreditatis, quia cum sit pro se,& hęredibus,donec non verificetur qualitas sub qua facta fuit concesio , & adita sit hæreditas, non appellatur feudatarius, *vt post Bald. in cap. 1. de Capitulis Conradi. voluit Guido Papæ in decisione Gratianop. 165. numero 1. in fin. Albert. Brunus in consil.38.num.7. Aluarot. in cap. 1.in princip.num. 13. Quæ sit prima cauf.benefic.amittend. Iacobin. de Sancto Georg.in inuestitur.in verb.Qui quidem inuestiti. num.35. & dixerat ante in verb.Ita quod ipsi inuestiti.in fin. Anton. Capicius in inuestitura.§. feudorum inuesturæ. colum. 5.vers.Et vide quod ad hoc.& colum.8.versic. Item non currit tempus ad petendam. fol. 250. Marinus Freccia de subfeudis.Barõ.lib.2.Author.3.nu.8. & lib.3.different. 29. differ.30. Io. Tho. de Marinis de generib.& qualitat.feudor. tit.3.sub num. 64. Gulielm.Hannettonius, Iuris feudor.lib.3.cap.1.*

123 Decimo tertio excusatur † feudatarius si morbo captiuitate,vel alio simili suæ personę impedimento,detentus fuerit,quo minor intra legitimum tẽpus vnius anni, & dici, inuestituram non petierit, *Cardinal. Alexandrin.in capitul. 1. in princip num. 6.vers puta quia vasallus. Quo tempor. miles. Iason in l.2.num.64.65.C.de iur. emphy. Alex.in consil. 92.volum.1.Gulielm.Hanneton.iuris feudor.lib.3. cap.3.*

Aduertendum tamen primo est,ipsum impedimentum non operari, si forte ipsius vasalli, seu

124 † feudatarij culpa impedimentum euenerit. *Gloss. in cap. imputari. de Regul. iur. in 6. Præposit. Alexandrin.in dicto cap.1.in princip.numero 6. Quo tempore miles.*

125 Secundo, aut si impedimentum † ab ipso feudatario scienter , & appensate procuratum fuerit. *argu.l 2.§. fin. vbi Bartol.& Iason.ff.si quis cautionib.*

126 Tertio,vel dum impedimentum † remouere voluisset,potuerit ac facere illud non curauit. *l. Quibus diebus. in princip. vbi Bartol. & Bald. ff. de condit.& demonstrationib.*

Constare autem pro quarto oportet, feudata-

127 rium † ipsum ob impedimentum fuisse detentum , & quod si illud non accidisset,pro certo fuisse inuestituram petiturum, *vt dicit Præposit. in dicto capitul.1.in princip numero 6. Quo tempor. miles.*

Quinto impedimento etiam si vasallus excusari velit , protestari ipsum oportet , ob illam causam

128 impediri , † quo minus inuestitutam non petat, vt pestis,belli,inundationis aquarum,& similium. *Signorol.de Homod.in consil.24. Alex. in consil. 114. num.4.vol.5.*

Sexto,nisi impedimentum sit notorium,quamcunque personam respiciens , vndecunque ortum

129 fuerit,† tunc enim si intra legitima tempora inuestitura petita non fuerit excusabitur,& non requiritur aliqua citatio,neque probatio,nec sententia, nec renunciatio. *Præposit.in dicto. cap. 1. in princ. num.7. Quo tempore miles. late Ludolphus Scraader. de Feudis,parte 6.cap.2.num.45.*

130 Decimo quarto principaliter † declara, feudatarium excusari donec feudum non possidetur ab ipso,sed ab alio,quia interim ei petendi inuestituræ tempora non currunt. *Andr.de Isern. & Matth. de Afflictis.in cap.1.de capitul. Conradi. Idem Afflict. in cap.1.in princip.num.63.Quo tempor miles.Pet. de Anchar.in consil.174.num.6. Martin. Laudens. in cap.1.num.23.Quib.modis feud.amitta. Curtius in tract.feudor.parte 4.num.53. Iacobin.de Sancto Georg.in inuestitur.Feudal.in verb.Qui quidem in uestiti.num.32. Anton.Capic in inuestitur.Feudal. §.feudor.inuestituræ. colum.8.vers.Item non currit tempus.fol.250.Ioan.Thom.de Marin.de generib. & qualitat.feudor.lib.1.titul.2.num.63. Guliel. Hannetton.in vsus feudor.lib.3.cap.3.Marin.Freccia de subfeud. Baron.lib.2.Auth.3.nu.8.*

131 Decimo quinto in isto Regno † Neapolitano , & Siculo, tempus petendę inuestituræ,nõ currere illi,qui feudum emit,cum non arctetur, nisi ad habendum Domini assensum, quo habito non est opus alia inuestitura. *Andreas de Isern.in cap.1.§.1. nu.17.Quo tempore miles.in c.1.§.si minori num.7. in fin. Si de feud.defunct. in c. Imperialem §. si quis infeudatus num.5. de Prohibita feudi alien. per Federic.vbi Matth.de Afflict.num.1. Anton. Capic.in inuestitur.feudal.§.feudorum inuestituræ.colum.9. vers.Item non currit in Regno.fol. 250. Regens Lanarius in consil.8.nu.15.in consil.13.nu.53. in fin in consil.18.nu.6 Idem Capic.in loco allegato.fol.247. vers.i.emptores feudorum.*

132 Decimo sexto declara, † si vasallus, qui petere tenebatur inuestituram,ignorabat rem esse feudalem , non petendo enim intra annum , & diem inuestituram,excusabitur. *Iacob. Aluarot.& Præpost. in c.1.in princip. Quæ sit prima cauf.benef. amitt. Curti. Iun. in tract. feudor. parte 4. num.54. Iacobin.de Sancto Georgio in inuestitur. feudal. in verb. Qui quidem inuestiti. num. 41. Marian. Nepos in Consil.115.num.15.vol.2.Gulielm.Hanneton.iuris feudor.lib.3.cap.3.Guido Papę,in decison. Delphin. 454.num.2.5.*

133 Decimo sexto declara,excusari † vasallum non

peten-

petentem inueſtituram feudi intra legitima tempora, ſit forte dominus ſi infamia conſperſus, veluti de domino excommunicato dicunt *Accurſ. Andr. de Iſer. Bald. Aluarot. Matth. de Afflict. & alij in c. 1. quo tempor. miles. Idem dicit Iacobin. de de Sancto Georg. in inueſtitura feudal. in verb. Qui quidem inueſtiti. num. 50. Anton. Capic. in dicto §. feudorum inueſtituræ. col. 3. verſic. Item ſi dominus erat. Ludouic. Roman. in ſingul. 682. & in ſingul. 989. ante eos Iacob. Ardizzon. in ſumma feudor. cap. 72. incip. Item ſi vaſallus. Gulielm. Hanneton. Iuris Feudor. lib. 3. cap. 3.* Quamquam textus
134 ſupra † allegatus, non de infamia ſed infantia loquatur. *Franciſc. Hotoman. ibidem. & in diſput. feudiſtic. cap. 27.*

Decimo octauo declara, quod ſi ſint duo, vel
135 plures hæredes feudatarij, ſi vnus † ipſorũ erit, cui feudum adiudicandum foret, ipſe ſolus tenebitur inueſtituram petere. Quod ſi diuiſum ſit inter eos, vnuſquiſque pro portione ſua petere inueſtituram tenebitur? Si vero omnes pro indiuiſo, eodem modo omnes tenebuntur inueſtituram intra legitima tempora petere, *vt in c. 1. §. omnes. Si de feud. defunct. cõtent. c. imperialem. §. præterea ducatus. de prohibit. feudi alien. per Federic. Angel. Alex. Iaſon. Zaſi. & ceteri in l. 2. §. ex his. ff. de verb. obligat. Andr. de Iſer. in dicto §. omnes. num. 1. 2. Aluarot. nu. 1. 2. Præpoſit. col. 1. Matth. de Afflict. ibidem. num. 1. 2. Idem Iſern. Bald. Iacob. Aluarot. Prepoſ. Afflict. Ioan. Raynandi. & alij in dicto §. præterea Ducatus. Iacobin. de Sancto Georg. in dicto. §. Qui quidem inueſtiti num. 22. plene Gulielm. Hanneton. iuris feudor. lib. 3. cap. 2. Ioan. Petr. Surdus in deciſ. Mantuan. 148. num. 5.*

Decimo nono declara, ex aduerſo illius, quod
136 † ſupra proxime protulimus, ſi quando moritur dominus, pluribus relictis hæredibus, ſi vni ſoli feudum adiudicatum fuerit, ab illo ſolo inueſtitura petenda erit. Sin autem hæredes omnes pro diuiſo, vel indiuiſo hæreditatem poſſideant, eoſque vt dominos vaſallus agnouerit, in poſterum idem continuare, tenebitur ſi ab initio feudi plures domini fuiſſent, & a pluribus conceſſum, ab omnibus defuncti domini hæredibus inueſtituræ petenda renouatio erit, ſi vero ab vno domino a principio feudum conceſsum fuerit, & pluribus relictis hæredibus deceſserit, ſi alios, vt dominos vaſallus non agnouerit, ſufficiet ab vno inueſtituram petere, natu maiore, iuxta ſententiam Accurſij *in dicto c. 1. §. omnes. in verb. oẽs. ſi de feud. defunct. controu. Vbi hoc tenuit Iacob. de Beluiſo, & eum ceteri ſequuti ſunt. Bald. in dicto c. imperialem. §. præterea ducatus. & ibidem Ioannes Raynandi. ſub nu. 8. verſ. deſcendamus ad tertiam. allegans eundem Iacob. de Beluiſo, & Bertrandum Caprioli. Idem tenet Iacobin. de Sãct. Georg. in inueſtitur. feudal. in verb. Qui quidẽ inueſtiti. nu. 28. & optime Guliel. Hãnet. iuris feudor. lib. 3. cap. 2. & eſt de mente Anton. Capic. in inueſtitur. in §. feudorũ iuramenta. col. 4. verſ. Iuramentum fidelitatis omnes ſilit ibi, ab vno ſolo petetur confirmatio, & quem volet, eliget.*

137 Vigeſimo declara, ſi intra † annum, & diem inueſtitura petita non fuerit, poſt lapſum tempus, non poterit mora purgari. *Andr. de Iſern. & Bald. in c. 1. in princip. vbi Afflict. num. 13. Quo tempore miles Aluarotus in cap. 1. in princip. quæ fuit prima cauſ. benefic. amitten. Iacobin. in dicta inueſtit. in dicto verb. Qui quidem inueſtitur. 37. 42. Ludolphus Schrad. de feudis. parte 9. cap. 2. num. 9. Ioan. Petr. Surdus, in deciſion. Mantuan. 221. num. 24.*

138 Contrarium vero, quod non † admittatur poſt tempus moræ purgatio tenuit *Matth. de Afflict. in c. 1. in princip. quæ fuit prim. cauſ. benef. amittend. & de illa contraria opnione dubitant Præpoſit. ibi & Curti. in tract. feudor. parte 4. num. 50. & hanc eandem opinionem ſequitur Anton. Capic. in inueſtitur. feudal. §. feudorum inueſtituræ. col. 2. tamen prima opinio communior eſt.*

239 Intelligendum eſt, in petitione † renouationis inueſtituræ poſſe celeri ſatisfactione moram purgari, ſentit *Iacob. de Ardizon. in ſumma Feudor. cap. 43. incip. excuſatur. quamopinionẽ æquam eſſe, iure tamen non probari, dicit Cald in c. 1. quo temp. miles. illam tamen tenuit Guido Pap. in deciſion. Delphinal. 166. Marian. Iunior in conſil. 115. num. 21. vol. 2. Surdus in deciſion. Mantuan. 221. num. 24.*

140 Vigeſimo primo declara † quod ſi duo domini in ſimul contenderent de Baronia in qua eſt feudum, Vaſallus qui non impetrauerit inueſtituræ renouationem intra legitimum tempus excuſabitur, nec incidit in commiſſum dum tamen proteſtatus fuerit, ſe petiturum inueſtituram ad eo, qui uerus dominus declarabitur. *Gaſpar. Caballin. Milleloq. 648.*

141 Vigeſimo ſecundo, † declara, quod ſi vaſallus, ſiue feudatarius ab alio ſuper feudo impeteretur, ea controuerſia pendente, inueſtituram petere nõ tenebitur. *Iul. Clar. in §. feudum q. 49. num. 8. & poſt Iſer. Gulielm. de Cune. Bald. Salyce. Fulgoſ. Caſtrenſ. Aluarot. Præpoſitum, & Tiraquell quos allegat, voluit Ioannes Petr. Surdus in deciſ. Mantuan 6. num. 4.*

142 Vigeſimo tertio declara † vaſallum, ſiue feudatarium, qui ob non receptionem, & impetrationẽ inueſtituræ infra annum, & diem, inciderit in commiſſum, ſi receptus fuerit ad obedientiam per dominum, vel ab eo ſeruitia exegerit, vel inueſtituram petitam conceſſerit cenſetur caducitatem feudi remiſiſse, *vt ex Bald. in c. 1. in princip. col. 2. verſ. ſed pone. Quo tẽpor. miles. voluit Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal. 211. nu. 20. allegat. Decium in conſil. 360 num. 10. Præpoſ. in c. 1. in princip. num. 4. Afflict. nu. 213. poſt Andr. de Iſer. Bald. Iacobum. Aluarot. quo tempor. miles. Cur. in tract. feudor. parte 4. num. 52. Iacob. de Sanct. Georg. in inueſtitur. feud. in verb. Qui quidem inueſtiti. num. 38. Anton. Capic. in inueſtit. §. feudorum inueſtituræ. in ſi. Surdus in deciſion. Mantuan. 143. num. 3. in deciſ. 189 num. 1..12.*

143 Subdeclara non procedere, † ſi dominus iuſto

errore ductus, ignorauerit, secus si errore crasso, aut supino id fecerit. *arg. l. nec supina. l. regula. ff. de iuris, & facti ignorant. Ludolphus Schraderus de feudis part. 6. cap. 2. sub num. 79. versicul. Hæc tamen. Anton. Capic. in dicto. §. feudorum inuestituræ. colum. fin.*

144 Subdeclara secundo, si dominus † protestatus fuisset per illum actum sibi præiudicare nolle, *voluerunt Aluarot. & Præpositus in dicto c. 1. Quo temp. miles. Curt. in tract. feudorum parte 4. num. 52. Iacobi. bene in tract. inuestitur. in verb. Qui quidem inuestiti. num. 38. Ludolphus Schraderus in loco allega. sub num. 79. Anton. Capic. in tractat. feudor. §. feudorum inuestituræ. colum. finali.*

145 Subdeclara tertio, eam remissionem † patrocinari vasallo, seu feudatario, si statim petat inuestituram, *vt post Præpositum in dicto cap. 1. num. 5. Quo tempore miles. voluit Schrader. vbi supra. nume. 79.*

146 Subdeclara quarto, eam † prætensam caducitatis remissionem, & si præiudicaret domino, non tamen præiudicat agnatis, quibus feudum aperiretur. *Andr. de Iser. Bald. Aluarot. Præposit. Matth. de Afflict. in dicto c. 1. in princip. Quo tempor. miles. Iacobinus in dicta inuestitur. in verb. Qui quidem inuestiti. num. 46. Ludolphus Schraderus vbi supra. num. 79.*

147 Subdeclara quinto, non solum † sufficere expressam, sed tacitam domini voluntatem, vt videatur remissa caducitas, *vt post Iser. Iacob. de Beluiso. Martin. Laudens. Aluarot. Præpositus in c. 1. Quibus mod. feud. amitt. Iul. Clar. in §. feudum. q. 31. num. 13. Surdum in decision. Mantuan. 186 num. 13. Lancel lott. in decis. Nouissim. Roman. 639. num. 6. parte 1. vol. 1.*

148 Vigesimo quarto, elapso † anno, & die requiritur iudicis sententia, antequam dicatur, rem, seu feudum cecidisse in commissum ob inuestituram in tempore non petitam. *Hoc tenuit Iacobin. de Sancto Georgio. in dicto verb. Qui quidem inuesti ti. num. 42. qui allegat antiquum, & magnæ scientiæ & auctoritatis Doctorem Petr. Iacob. de Aureliaco in practica* licet corrupte, *quem ego assigno in titul. de causis ex quibus dominus debet amittere proprietatem. distinct. 13. sub num. 9. 10. 11. vsque ad finem. & in titul. sequenti. de condict. ex moribus. num. 1. vbi ponit libellum, & formam sententiæ. Anton. Capicius in inuestitur. §. Feudorum inuestituræ. col. 5. vers. Et requiritur sententia. Voluit Guido Papæ in decision. Gratianop. 164. num. 2. Matth. de Afflict. in decision. Neapolitan. 385. num. 7. & multis comprobat. Ioan. Thomas de Marinis, de Generibus & qualitat. feudor. lib. 1. titul. 1. num. 62. vers. sed quod immo sententia. & vers. Nos autem. vbi respondet omnibus contrarijs. Iul. Clarus. in §. feudum. q. 49. & q. 62. vers. vbi dicit, hanc esse communem opinionem. Roland. a Valle in consil. 18. num. 9. vol. 1. & infinitos propemodum allegans. Magnus ex nouissimis Feudista Ludolphus Schrader. de feudis. secunda parte. 9. partis principalis. Section. 8. num. 28. Marcus Anton. Peregrin. in consil. 14. numero 17. vol. 1.*

149 Vigesimo quinto declara, quod † si feudatarius intra annum, & diem petitionem renouationis inuestituræ fecerit, & dominus illam non fecerit, eo casu ipse vasallus non solum non amittet feudum, sed dominus directo dominio priuabitur. *Guido Pap. in decision. Gratianopol. 168. & in decis. 415. num. 1.*

150 Vigesimo sexto declara, quod † quando aliquis per ius accrescendi succedit in feudo, non tenetur inuestituram, atque illius renouationem petere, *vt post Andr. de Iser. in cap. 1. §. sed & res. n. 6. vbi Matt. de Afflict. nu. 34. per quos fiat inuestitura. voluit Surdus in decis. Mantuæ. 148. num. 7. & in decision. 221. ante. nu. 1.*

151 Vigesimo septimo † declara, hoc tempus ad petendam inuestituram a domino minui non posse, *vt scribit Matth. Colerus in decision. Germaniæ, 83. num. 2. 3.*

152 Vigesimo octauo declara † necessariam fore inuestituram, & illius renouationem, etiam si agnatus in feudo succederet, vel per ius accrescendi sibi feudum perueniret. *Laurent. Syluan. de recognit. feudor. q 6. Iul. Cla. in § feudum. q. 49. in princip. Surdus in decision. Mantuana. 148. num. 5.*

153 Fructus feudi hæreditarij, † relinqui possunt sine domini assensu. *Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 26. num. 5. 6.*

154 Declara secus † esse in feudo ex pacto, & prouidentia, quia relinqui nequeunt, neq; vna candela pro anima. *Idem Afflict. in decis. Neap. 26. num. 6. quem alios allegans sequitur Ioan. Petr. Surdus in tract. de aliment. titul. 8. q. 54. num. 4.*

155 De vita, & militia, tanquam † de feudi portione in Regno absq; Regio assensu, compromissum fieri non potest. *Dico in titul. de Arbitr. & compromiss. & in titul. de vita, & militia.*

156 Facultas reuocandi feudum † vigore constitutionis Regni. *incip. cõstitutionem Diuæ memoriæ.* non transit ad hæredes vt voluit *Matth. de Afflict. in decis. Neap. 111. num. 8. in fin. Vide tamen eundem in decision. 240. num 7. Idem tenet Iacobin. de Sancto Georg. in inuestitura Feudal. in verb. & cum pacto de non alienando. num. 35. cum alijs allegatis per Lanarium in consil. 80. num. 2. vol. 1.*

157 Feudum, in quo viuitur iure † Francorum non potest per patrem alienari in † præiudicium filij primogeniti. *Matth. de Afflict. in decision. 112. sub num. 2. vide infra hoc titulo. num. 223. 224.*

158 Vita, & militia a primogenito † debetur secundogenito ex feudo, licet pater feudum aliquod legasset eidem secundogenito. *Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 128. Vide tamen in tit. de vita, & militia.*

159 Paternum feudum filius, nisi sit hæres † habere non potest. *Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 112. nu. 3. infra hoc titul. num. 227.*

Clericus habens feudum a principe sæculari conuenitur, & reconuenitur coram temporali iudice,

160 dice,† ut tenẽt infraſcripti Deciſionum enarratores. *Guido Papæ in deciſ. Gratianop. 77. in deciſ. 139. in princip. in deciſ. 562. ſub nu. 4 Cappella Tholoſ. in deciſ. 95. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 46. nu. 10. volum. 2. Thom. Grammat. in deciſ. Neap. 29. num. 12. Iacob. de Ardizzon. in Summa Feudor. cap. 138. q. 1. Petr. de Bella Pertica de Feud. titul. 15. Paris de Puteo de Redintegr. feud. cap. 198. incip. An citatus. fol. 108. Lapus in Allegation. 108. in fin. Curti. in tract. feudor. parte 7. Zaſ. in epitom. feudor. parte 11. Ioan. Baptiſta Caccialup. titul. de different. iuris ciuilis, & feudalis. different. 15. nu. 21. Ioan. Beſſian. in conſuetud. Aluerniæ. c. 7. Articul. 9. verſi. vigeſimo octauo. Claudius de Seyſell. in Specul. Feudor. tit. de origin. & cauſ. col. 29. verſ. ſed inſurgit. & col. 30. verſ. intelligo tamen. Ioan. Ferrar. Montanus in collect. an. in vſus feudor. lib. 5. cap. 1. verſ. Et quod notatu dignum. Ioan. Anton. Cãnetius Siculus in c. volentes. Regni Siciliæ. §. Reſtringitur. num. 16. 17. fol. 182. Iul. Clar. in §. feudum q. 90. Eguinarius Baro de Beneficiis. ad Hortenſium. lib. 4. cap. 1. & pluribus ſeqq. Franciſc. Duaren. in vſus feudor. cap. 20. nu. 6. Franciſc. Sonſbeci. de feudis. parte 14. nu. 20. Proſper Carauit. in Ritu Neapol. 235. nu. 19. in fin. Joſephus Cumia in Ritibus Siciliæ. cap. 2. num. 40. Petr. Cenedo collect. an. iuris Canonici parte 1. collect. an. 37. nu. 5. Vuendelinus Schillinch Actionum, & exception. Forenſ. titul. de Impedimentis iuriſdictionis verſi. feudalis cauſæ. fol. mihi. 294. plene dixi ad Bellug. in Specul. Principum. Rubr. 11. §. videndum. in verb. perdunt. & plenius dico de Regis Catholici præſtantia. cap. 71. nu. 73. & ſeq.*

161 A Principe fluunt, † feuda omnia, vti a fonte. *Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 3. titul. 17. Defin. 17. nu. 5. vol. 1.* Quod fuſius tum ex Doctorum, etiam Hiſtoricorum antiquorum authoritate ſcripſi de feudis dignitatum *lib. 1. cap. 2. cap. 3.*

162 In alienatione feudi ruſtici, † plani, & de tabula non quaternati, non requiritur aſſenſus Regis, ſed ſufficit aſſenſus Baronis. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 243. ſub nu. 1. Paris de Puteo de Redintegr. feudor. cap. 4. incip. veniamus. num. 11. fol. 2. & in c. 91. incip. pone, quod ſunt. num. 6. 7. fol. 58. Thomas Grammat. in deciſion. Neapol. 77. nu. 2. 3.*

163 Et dum *Iacobin. de Ardizzon. in* † *Summa. c. 103. incip. ſed numquid.* dicat, requiri vtriuſque Domini maioris, & minoris conſenſum, illud procedit in feudo quaternato, non in feudo ruſtico.

164 Femina ad feudorum ſucceſſionem † non admittitur, ſed ab illis repellitur, vt habetur *in c. 1. §. hoc autem notandum. de his qui feud. dar. poſſ. c. 1. §. filia. de ſucceſs. feud. cap. 1. §. quin etiam epiſcop. vel Abbat. c. 1. in princip. de alien. feud. pater. cap. 1. in fin An mut. & ſurd. c. 1. §. ad filias. de ſucceſs. pater c. 1. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis. Guid. Pap. in deciſion. Gratianop. 59. nu. 1. Octauian. Cache. in deciſ. Pedemont. 26. Ioan. Thomas Minadous in deciſ. Neapol. 36. nu. 12. & in Conſt. Regni. In aliquibus in verb. Filiorum. num. 25. Ioan. de Arnon. in Problem. 26. Nicol. Boer. in cõſuetud. Biturigens. tit. des feudes §. 7. Petrus de Bella Pertica de feudis. titul. 4. num. 7. Iacob. Ardizzon. in Summa Feudor. c. 137. incip. diximus ſupra. Curt. Iun. in tract. at. feudor. parte 3. in princi. Vdalrich. Zaſ. in epitom. feudor parte 9. nu. 36. Ioan. Baptiſta Caccialup. in cap. 1. de feud. cognit. titul. de Different. feudi, & emphyteoſis. nu. 18. Paris de Puteo de redintegrat. feudor. cap. 110. incip. An ſi eſt conceſſa. & in cap. 131. incip. Et circa prædicta. Marin. Freccia de ſubfeud. Baron. lib. 2. titul. de Differentijs feudi quaternati, & plani. nu. 30. Ioan. Ant. Cannetius Siculus in Rep. c. volentes. Regni Siciliæ. §. prædictis. num. 4. 5. Iacobin. de Sancto Georg. in inueſt feudali. In ver. & feminis. Ant. Capic in inueſtitur. feudal. §. feudorum clauſulæ. in verb. & hæredibus. in verb. & maſculis. & in verb. quod feminæ. & in §. feudorum genera in verb. ligiũ concluſ. 9. Franciſc. Duaren. in commentar. ad feudorum vſus. cap. 9. num. 17. Franciſc. Hottoman. in Diſputat. feudiſtica. cap. 15. Gulielm. Hannetonius iuris feudor. lib. 2. cap. 8. Ioan. Thomas de Marinis de Generib. & qualitat. feudor. lib. 1. titul. 2. nu. 2. Præceptor Ioan. Bolognettus in conſil. 4. num. 30. in conſil. 5. num. 30. quos cum nonnullis alijs retuli Commentarijs de* Magiſtratuum edictis. *lib. 1. c. 2. nu. 63. cũ pluribus ſeq. qui modo ſunt in ciuitate Venetiarum ſub prælo. & poſtquam illa ſcripſeram adde alios, quos poſtmodum vidis, vel noviter impreſſi ſunt, Hieron. Garzonium in tract. de ſucceſs. feminar. in feudis. Alexand. Raudens. Variarum reſolution. lib. 1. c. 36. nu. 43. 59. 60. Nicol. Intrigliol. Sicul. de feudis centur. 1. q. 29. nu. 60. Franciſc. Milanenſ. in deciſ. Siciliæ. 1. nu. 41. 53. 54. lib. 1. Paul. AEmil. Verall. in deciſ. 16. nu. 2. lib. 2. Petrus de Gregor. Siculus. de conceſſ. feudor. parte 4. q 7. nu. 16. 34. & q. 8. num. 6. Lazar. in conſil. 60. nu. 40. vol. 1. Ioan. Vincent. de Anna. in allegat. 34. nu. 9. in alleg. 106. nu. 4. Fab. Anna in conſil. 8. nu. 7. Franciſc. Sonſbec. de feudis parte 9. num. 118. Camillus de Curte in Diuerſor. feudor. §. licet autem. num. 6. fol. 83. Iacob. Thomingius in deciſ. Lipſenſ. 2. nu. 6. 19. 32. eruditiſſimus Regius conſiliarius D. Ioan. Andre. Georg. in Alleg. 21. numero 6.*

165 Amplia primo † procedere etiam in femina extranea. *Franciſc. Milanen. in deciſ. Siciliæ. 1. num. 36. lib. 1.*

Amplia ſecundo, feminam a Maſculo, ſemel a feudo excluſam, cenſeri perpetuo excluſam.

166 † *Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedemon. 23. nu. 17. de quo dicam infra, & etiam alibi ſed hoc tenuit Nicol. Vigelius in deciſ. 12. centur. 1. And. Gail. pract. obſer. lib. 2. obſeruat. 148.*

167 Notandum erit circa hanc † materiam, me ſcripſiſſe tredecim declarationes in dictis commentarijs de magiſtratuum edictis. *lib. 1. capit. 2. numero 64. cum pluribus ſeqq.* quo ad illas referam, quid dixerim, & adducam alias Doctores, qui ſcripſerunt poſtquam longo tempore illa exarueram.

168 Prima declaratio † illa eſt, vt ex diſpoſitione iuris communis ſupra narrata concluſio non procedat,

dat, sed tantummodo feudorum iure, iura enim cõ munia pariter ad successionem & mares, & feminas admittunt, *l. Maximum vitium. C. de lib. præterit. Authent. in successione. C. de suis, & legit. & ex Cardinali Parisio, & Nicolao Boerio dixi in dicto lib. 1. de Magistratuum edictis. cap. 2. num. 64. D. Consiliarius Georgius in Allegat. 21. nu. 6.*

169 Secunda declaratio est, admitti † ad successionem feudorum feminas vbi adesset consuetudo, quod ad feuda admittantur vt obseruari in Gallia, vbi ad instar patrimoniorum redacta fuisse feuda, *post Petr. Iacob. Ioan. Faber. Ioan. And. Panor. Bal. Deci. Coras. & Boer. dixi in dictis Commentar. de Magistrat. edictis. lib. 1. cap. 2. num. 65. cum pluribus seq. Et idem seruari in Delphinatu scribit Guido Papæ in decis. Gratianop. 9. & in decis. 59. in decis. 297. Francisc. Marc. in decis. Delphinal. 316. num. 5. volum. 1. Sic etiam seruari apud Bituriges* Burgundos, *Niuernenses, & Turonenses Scribit Barth. de Chassaneo. in Consuetud. Burgundiæ. tit. Des Fiefz. Rub. 3. §. 5. num. 29. Nicol. Boerius in Consuetud. Biturig. titul. de feudis. §. 1. Ioan. Sainxon. in consuetud. Turonens. titul. de Pie de fief. Articul. 2. Carolus de Grassalio Regal. Franciæ. lib. 1. Iure. 7. vers. pariter leges. Et de tota Gallia scribit Nouissime Gerardus Maynardus in decis. Tholos. 30. nu. 5. lib. 3. & in decis. 35. eod. li. 3.* Simili modo in hoc Regno Neapolitano, & Siculo, vltra Pharum habemus constitutiones, *incip.* in aliquibus. alias *incipien.* Vt de successionibus, & vtrobique Glossator *Marinus de Caramanico. And. de Isern. Matth. de Afflict. & alij.* Per quę iura deficientibus Masculis, feminæ admittuntur, vt statim dicam. Et in insula Siciliæ, in ciuitate Patronij, in Marchionatu Ceuæ, dixi ibidem *post Loffred. Minad. Aluarot. Curt. Ioan. Tho. Marin. Zasi. Ardizzon. Clar. Iacobin. Duaren. Hannetton. Lanceam, Caunet. Ferrett. Beluisum. Cepha. Menoch. Duen. & Surdum.* Quibus nunc addo *Iason. in l. de quibus. num. 54. ff. de legib. Cardin. Parisi. in consil. 13. nu. 24. & in consil. 22. nu. 24. vol. 1. Roland. a Valle. in consil. 3. nu. 117. vol. 1. quos sequitur Ludolphus Schrader. de feudis parte 7. cap. 4. sub nu. 53. vol. 1. Deci. in consil. 588. nu. 7. Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 320. nu. 6. Francisc. Milanensis in decis. Siciliæ. 1. nu. 39. 55. 61. vol. 1.*

170 Tertia declaratio secus esse si in inuestitura † de ipsa femina sit facta mentio, tunc enim admitti tur ad feudum *c. 1. §. Quum vero. vbi gloss. de his, qui feud. dare poss.* puta quod succedat femina, vt filia, Neptis, pneptis, & deinceps, secus si diceret suc-

171 cedat Scia, quia tunc illius personam † non egredetur, & in illa tantum terminabitur. *arg. l. si vnus. §. ante omnia. & l. persona. ff. de Pact. Iacob. Ardizzon. in Sũma feudor. c. 137. & post Martin. Laudens. Iacobin. Caccialup. Duaren. Zas. Curt. Haunetton. Farid. de Puteo, Menoch. Cephal. & Galliam dixi in Commentar. de Magistratuum edictis libr. 1. cap. 2. nu. 74. His nunc addo Ludolph. Schrader. de Feudis. parte septima capitul. quarto, numero 41. 73. 74. 75. volum. 1. Guidon. Papæ in decision. Gratianop. 59. numero primo. Ioan. de Arnon. in Problemat. 26. Octauian. Cacheran. in decision. Pedemont. 27. nu. 15.*

Supradicta tertia declaratio intelligitur, quã-

172 do masculi deficerent, non alias, & quando † dictum est in inuestitura pro se, & filiis masculis, & feminis, seruata masculorum prærogatiua, *vt post Andr. de Isern. Baldum, Francisc. de Crem. Ioan. Francisc. Ferrar. Arnon. Rebuff. Duaren. Zas. Curt. Albert. Brun. Ioan. Thom. Marin. Hottoman. Alexandrum. Cardin. Paris. Socin. Iun. Iason. Clar. Elbertum Leoninum dixi in dicto lib. 1. cap. 2. num. 75. 76. adde Polydor. Ripam. Singul. Obser. 17. nu. 1. lib. 1.*

173 Subintellige secundo † dictam declarationem quod si originaliter concessione a femina, vel feminæ facta fuisset concessio, quia ipsæ admitterentur. *Iul. Clar. in §. feudum. q. 73. Antonin. Thesaur. in decis. Pedem. 146. num. 5. Sequitur* Marc. Anton. Peregrin. *in consil. 9. num. 3. volum. 1. Ludolphus Schrader. de feudis parte 7. cap. 4. nu. 48. Nouissime Polydor. Ripa, in Singul. Obseruat. 17. num. 4. lib. primo.*

174 Quarta declaratio est † feminam in feudo emptitio ad successionem admitti, *vt post Accurs. Odofred. Bald. Rom. Alciat. Deci. Corn. Curtium. Senior. Iunior. Ripam. Gozadin. Nonium. Zas. Brunum. Iason. Nattam. Cephalum. Clarum. Georgium Nattam Syluan. Cannetium. Camerar. Gail. dixi in dicto li. 1. cap. 2. nu. 77. 78. 79. 80. 81. 82. Adde nunc Alexand. Raudens. de Analogis. cap. 34. nu. 253. Fabium de Anna, in consil. 53. num. 3. Gasparem Anton. Thes- saur. Quæstionum Forensium. lib. 1. q. 100. nu. 3. Nicol. Vigell. in decis. 12. Centur. 1. Ioachi. Mynsinger. Obseruat. 73. Centur. 5.*

296 In feudo ſuccedit pro imior † vltimi morientis, vt ex multis ſcribit Petrus de Gregorio Siculus, *de conceſſ. feud. parte* 4. *q.* 9. *per totam. Alios allegans Franciſc. Milanens. in deciſ. Siciliæ.* 8. *nu.* 113. 201. *lib.* 1. *Thom. Gram. in deciſ. Neap.* 103. *nu.* 44. *Riminald. Iun. in conſil.* 108. *num.* 31. 32. *Fab. de Anna in ſingul. patris.* 422.

297 Contrarium, quod † immo ſuccedat proximior primi inueſtiti, & non vltimi decedentis *voluit Ioan. Mohedan. in deciſ.* 226. *Iul. Clar. in.* §. *Feudũ. q.* 9. *quos refert, & ſequitur Blanchettus in deciſ. Nouiſſim. Roman.* 464. *num.* 6. *libro.* 1. *vol.* 1. *Octauian. Cacher. in deciſ. Pedemont.* 139. *nu.* 14. 15. *Menoch. in conſil.* 124. *nu.* 40. 41. 42. *vol.* 2.

298 Primam opinionem declarant † procedere in feudo hæreditario, ſecundam vero in feudo ex pacto, & prouidentia, poſt multos ſcribit Andreas Tiraquellus de Retractu Conſanginitatis. §. 2. *gloſ.* 1. *num.* 19. *quem ſequitur Ioſephus Ludouic. in deciſion. Lucenſi.* 29. *numero* 37. *cum aliis ſeqq.*

299 Deteriorans rem feudalem † tenetur domino pro deterioratione. *Guido Papæ in deciſ. Gratianop.* 282.

300 Feudum concedi poteſt † abſque iuriſdictione primarum appellationum, ſiue ſecundarum cauſarum, quas reſortus Galli appellant. *Guido Papæ in deciſi. Delphinal.* 518. *num.* 2. *in deciſ.* 551. *ſub nu.* 4. *De his plene egi in conſil.* 46. *per totum. Centur.* 2. *latius dicetur in tit. de iuriſdictione.*

301 Rem eſſe feudalem † non ſufficit ſi probetur ex teſtibus deponẽtibus de auditu, & de fama, vt fuit deciſum in Sacro Conſilio Neapolitano, *vt per Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol.* 277. *num.* 4.

302 Contrarium tamen, rem † eſſe feudalem proba ri per famam, ex teſtibus ſi deponant de antiquis ſpacio centum annorum, *voluit Alexand. in conſil.* 15. *Viſis narratis. col.* 1. *vol.* 5. *quem ſequitur Deci. in conſil.* 269. *ſub num.* 4. *verſ. & prędicta bene. And. Alciat. de præſumptio. Regul.* 2. *præſumpt.* 3. *num.* 3. *Cæſar Vrſillus in deciſion. Neapolitan.* 277. *numero* 1.

303 Declara tamen † probari rem eſse feudalem per teſtes deponentes, quod inueſtituræ factæ interfuerint, vel quod viderint pro ea re præſtari ſeruitium, tanquam de feudali, vel quod viderint illam deſcriptam in Regiſtro rerum feudalium, *vt per Thomam Grammat. in deciſ. Neapolitan.* 77. *nume.* 12.

304 Declara ſecundo, tunc famam † in iſtis antiquis probare, quando cum ſuis requiſitis probaretur, quod non interrogati deponant de cauſa ſcientiæ de auditu a fide dignis orto de auditu auditus, & de ſpacio longi temporis. *Deci. in conſi.* 37. *in conſ.* 57. *Thom. Grammat. in Conſil. Crimin.* 42. *Cæſar Vrſill in deciſ. Neapolitan.* 277. *num.* 2. *Plenius ego in conſil.* 45. *num.* 47. 67. *& in conſil.* 97. *num.* 27. 28. *Centur.* 1.

305 Feuda ſunt bona † reſtitutioni fideicommiſſi ſubiecta. *Iacobus Thoming. in deciſion. Lipſenſi.* 43. *num.* 20.

306 Vſusfructus in feudo † conſtitui non poteſt, *poſt Iacob. de Ardizzon in ſumma feudorum. c.* 113. *incip. Numquid poterit. Iacob. Aluarot. in c. in princ. de prohibit. feudi alien per Federic. Iacob. de Sancto. Georgio. in inueſtitur. Feudal. in verb. Item etiam quod ipſi vaſalli. num.* 13. *Franciſcus Sonsbec. in vſus feudor. parte* 12. *num.* 103. *Ioan. Raynandi in comprehenſorio feudali ad cap. imperialem.* §. *habito. ſub num.* 21. *verſ. quæro numquid vaſallus. Iul. Clar in* §. *feudum. q.* 37. *in fin. Iacob. Thomingius in deciſ. Lipſens.* 17. *num.* 17.

307 Declara vſumfructum † conſtitui poſse feudatarij vita durante, etiam abſque domini conſenſu. *Curt. in tract. feudor. parte.* 4. *titul. ex quibus cauſ. feud. amitt. num.* 106. *Anton. Capic. in inueſtit. feudal.* §. *feudorũ alienationes. limit.* 10. *& limit.* 11. *Ioan. Raynand. in dicto.* §. *habito dum dicit*, valere

308 † vſusfructus conſtitutionem in feudo in præiudicium alienantis. *Hieronym. Gabriel. in conſil.* 192. *num.* 48. *vol.* 2. *Franc. Milanens. in deciſ. Siciliæ.* 7. *num.* 17. *lib.* 2.

309 Feudalia debita † non conſtituunt ius in feudo. *Iacobus Thomingius in deciſ. Lipſens.* 17. *nume.* 26.

310 Feudum, quod alienatur cum † aſsenſu Domini, iudicatur tanquam allodium, *poſt Raphael. Comens. in conſil.* 163. *verſicul. ad tertium. Vincen. de Franchis in deciſion.* 540. *num.* 20.

311 Abnegans feudatarius † ſciens, prudenſque feudum domino, ipſo priuatur *cap.* 1. §. *vaſallus. ſi de feud. defun. fuerit. controuers. Iacobin. de Sancto Georgio in inueſtitur. feudali. in verb. dictique vaſalli promiſerunt. numero* 34. *Anton. Capic. in inueſtitur.* §. *feuda amittuntur. colum.* 40. *verſiculo. Quadrageſimo ſi vaſallus. fol. ſexageſimo ſecundo. Franciſcus Marcus in deciſion.*

Delphinal. 607. num. 1.4. vol. 1. Ioan. Papon. Arrestor. Curiæ. lib. 13. titul. 1. Arresto. 9. Arresto. 10. Octauian. Cacher. in decis. Pedemont. 29. num. 2. Iacob. Thomin. in decis. Lipsens. 52. num. 3. Francisc. Viuius in decis. 229. num. 6.

312 Declara primo † præfata procedere, si dolose id negauerit, secus autem si ex crassa, & supina ignorantia. *Octauian. Cacheran. in decis. Pedemont. 29. nu. 2. Thomingius in dicta decision. Lipsens. 52. nu. 3. Iacobin. in verb. Dictique vasalli promiserunt. el 1. num. 34. Anton. Capic. in dicta inuestitur. §. feuda amittuntur. colum. 41. versicul. limita primo.*

313 Declara secundo † posse euitare feudi amissionem, si ante sententiam fuisset reuocata negatio, *Iacob. de Belus. Martin Laudes. Aluarot. & Præpositor. in c. 1. §. vasallus. si de feud. defuncti contro. Anton. Capic. in dicto. §. feuda amittuntur. col. 42. vers. limita quinto. nisi vasallus. Octauian. Cacher. in decis. Pedemont. 29. num. 14.*

314 Declara tertio, non † amitti feudum, si non est facta specifica feudi negatio, sed tantum fuit forte in libello dictum, negando narrata prout narrantur, *vt post Iacob. Butrigar. voluit Bald. in Authen. Offeratur. C. de lit. contestat. Iacobin. de Sancto Georg. in dicto verbo. dictique vasalli promiserunt. sub num. 35. Capic. in dicto. §. feudum amittitur. col. 41. vers. limita septimo. fol. 63.*

315 Quia feudatarius † debet esse contumax in causa abnegationis, & eo casu dominus mittitur in possessionem feudi. *Francis. Viuius. in decis. 233. num. 11. 13.*

316 Adoha soluenda est a primogenito, † non autē a secundogenito, vel alijs habentibus alimenta, vel vitam, & militiam. *Matth. de Afflict. in decis. Neapoli. 252. Sigismundus Loffred. in c. imperialem §. scribā. de prohibit. feudi alienatione per Federic. Cæsar Vrsillus in decis. Neapolitan. 25[illegible]. num. 5. Iacob. de Ayello de iure Adohæ num 53. 54. Nouissime Anton. Borrin. de seruitys Vasallorum parte 3. char. 2. §. 2.*

317 Fiscus † Regius in Regno Neapolitano, quādo moritur, feudatarius sine filijs sequestrat feudum penes curiam, per ius singulare huius Regni, vigore capituli facti per Carolum Tertium. *incip. ex præsumptuosa.* quod per Sacrum Consilium fuit de

318 claratum, quod etiam si feudum † possideretur per aliquem tertium, per viam alicuius contractus, similiter sequestratur, donec prætendentium iura videantur. *Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 107. Cui adde Ioan. Anton. de Nigris in dicto. c. ex præsumptuosa per totum. & præsertim. num. 23. Et ita bis fuisse iudicatum refert Ioan. Vincent. Anna in Allegation. prima. num. 33. 34. 35. & in singul. 19.*

319 Qui habet feudum obligatum † cum Regio assensu, potest remittere hypothecam super eodem feudo existentem, absque alio Regio assensu. *Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 232. faciunt notata per Anton. Capic. in decis. Neapol. 156. & referens Afflictum Barth. Camerar. in Rep. c. Imperialem. in princ. fol. 15. litera O. de prohib. feud. alien. per Fed. quem loqui contra Afflictum dicit Cæsar Vrsill. in decision. Neapol. 232.* Si tamen bene consideretur in casu præfatæ decisionis, videtur idem concludere.

320 Feudum, vbi per emptorem † bona fide possidetur, non potest Dominus illud propria authoritate ingredi. *Bald. in c. Imperialem. §. callidis. de prohibit. feud. alien. per Federic. Guido Papæ in decisio. Gratianop. 107. num. 1. 2.*

321 Prælati, scilicet Archiepiscopi † episcopi, Abbates, & similes bona ecclesiæ, quæ solita sunt dari in feudum possunt iterum concedere, *vt dicit Guido Papæ in decision. Delphinal. 154. & ego plene dixi de feudis dignitatum. lib. primo. capitul. quarto. ex Ardizzone Goffredo de Trano. Hostiense, Bellapertica, Isernia, Aluaroto, Laudense, Præposito, Afflicto, Berberio, Paride de Puteo, Iacobino, Capicio. Eguinario, Ioaanne Ferrario* Montano, *Hannetonio, Claro, Seyssello, Duareno, Cuiacio, Sonsbecio, & Camillo de Curte. Marcell. Cardinal. Crescent. in decision. 1. numero quinto. de rebus eccles. non alien.*

322 Declara primo, nisi iurauerint † non infeudare sine Papæ licentia, quia eo casu in feudare non possent, si enim non iurauerint infeudabunt interuenientibus requisitis solennitatibus. *Guido Papæ. in decis. Gratianopol. 153. vbi apostillator Allegat Bald. in c. 1. versic. Nota quod Archiepiscopus. de cleric. qui inuest. fac.*

323 Declara secundo, posse † Prælatum dare in feudum rem ipsam dari solitam & ad ecclesiam reuersam, *vt dicit Guido Papæ in decis. Gratian. 154. Vt ex Odoffredo, Hostiense. Isernia, Aluaroto, Præposito, Laudense, & Polydoro Ripa dixi de feudis dignitatum. lib. 1. cap. 4. vers. quinto amplianda.*

324 Declara tertio, † infeudationem a prælato fieri posse, & si solum confirmatus sit, non autem consecratus, cum sufficiat administrationem habere. *AEgid. Bellemera in decis. 262. Dixi in dicto cap. 4. ver. supradicta regula.*

325 Declara † quarto, posse prælatum rem deuolutam infeudare, etsi fuerit deuoluta per Feloniam, *post Bald. & Petrum de Ancharan. dixi in dicto lib. [illegible] de feud. dignitatum. cap. 4. vers. secundo.*

326 Declara quinto, † posse prælatum infeudare, etiamsi sint feuda Regalia, *vt post Accurs. Iser. Beluisium, Nicolaum de Neapoli. Baldum, Bertrādum, Laudēsem, Aluarottum, & Præpositū, dixi. de feud. dignitatum. lib. 1. capitul. 4. versicul. Tertio ampliari.*

327 Subdeclara tamē † procedere in his Regalibus, quæ eis a principibus obuenerunt, *vt ex Isernia, Bald. & Laudense dixi in loco supra allegato.*

328 Declara sexto, † vt prælatus valeat infeudare res infeudari solitas, etiam suis proximis consanguineis, & coniunctis, *vt post Accursium, Iacobum de Beluiso, Archidiacon. Bartol. Bald. Fede-*

Federic. de Senis Aluarotum, Panormitanum, Curtium, Afflictum, Capicium, Duarenum, Hannettonium, Geminianũ Redoanum, & Fachineum, dixi in dicto lib. 1. de feud. dignit. c. 4. verſ. quarto amplia.

329 Declara ſeptimo, † bona infeudata, reuerſa ad prælatum, & incorporata ſuæ menſæ epiſcopali, quæ per annum ſteterint, inconſulto Romano Põtifice infeudari nequeunt, *vt ex Cardinali Florentino in c. 2. de feudis. voluit Guido Papæ in dicta deciſion. Gratianopoli. 154. ſub num. 2. ſequitur Iulius Clarus in §. Feudum. q. 13. verſ. ſed numquid. Cardin. Creſcent. in deciſ. 1. num. 5. titu. de Rebus eccleſ. non alien.*

330 Subdeclara, quod † quo ad lapſum anni contrarium tenuerunt *Martinus Laudenſis. in c. 1. vbi Matth. de Afflict. num. 12. epiſcop. vel Abb. Claudius de Seyſſello. in Specul. feudor. fol. mihi. 246. in paruis. verſic ſecunda fuit. Curt. Iun. in tract. feudor. parte 2. q. 5. num. 2.*

Qui dicunt, maiorem annorum curſum exigi, vt

331 dicatur res corporata menſæ, vt ea ex cauſa † in feudum concedi nequeat. Quinimo etiam ſi annus lapſus ſit, non prohibetur infeudatio, quando prælatus iuſta cauſa non infeudarit puta quia quærebat infeudare Vaſallo, viro optimo, ac benemerenti. *Guido Pap. in deciſ. Delphinal. 154. ſub num. 2. ante Petr. de Ancharan. in conſil. 156. Zaſi. in epitom. feudor. parte 5. num. 50. Claudius de Seyſſello in Specul. feud. fol. 252. in paruis. verſic. ſi vero non apparet de aliqua.* Sed quo ab hanc diſcuſſionem, quando dicatur res incorporata, ita vt minime poſ

332 ſit in feudum † dari, *adeundus eſt Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſtionib. centur. 5. caſu. 433. num. 9. cum pluribus ſeq.*

Nomen feudi Longobardum eſſe, non autem

333 † Latinum ſcribit Antonius Faber in Codice Fabrian. lib. 4. titul. 42. Definit. 51. nu. 2. in allegatione. vol. 1. & alij nonnulli. Verum ſi vera eſt illo-

334 rum opinio, qui dixerunt, feudũ a fide † denominari quod & Bald. & Iaſon in Prælud. is feudorũ, aſſeruerunt, de quo plene dixi de Regis Catholici Præſtantia, cap. 64. num. 157. cum pluribus ſeqq. ſequeretur latinum illud eſſe compoſitum, de hoc tamen ſcribit Franciſc. Hottoman. in diſputation.

335 Feudiſtica. cap. 1. & beneficium † latine appellari etiam in feudorum libris, Ego plenius annotaui de feudis dignitatum. lib. 1. cap. 2. verſic. vndè mea fert opinio.

336 Procurator habens poteſtatem † dandi, & concedendi bona conſtituentis burgenſatica, & feudalia, abſque dubio poteſt concedere feuda cum one re alicuius ſeruitij. *Matth. de Afflictis. in deciſ. Neapol. 305. per totam.*

337 Feudum filius non dicitur † habere a patre, ſed a concedente, *vt poſt Angel. in conſil. 186. Marian. Iunior. in conſil. 72. num. 6. voluit Ioan. Pet. Surdus in deciſ. Mantuæ. 93. num. 13.*

338 Retrofeudum, ſiue ſubfeudum ex † aliqua cauſa deuolutum ad ſupremum Principem, non idcirco operatur, quod iura feudalia extinguantur, ſed etiam ab ipſo Principe debentur. *Anton. Faber. in Codice Fabriano lib. 4. titul. 42. definition. 35. volum. 1.*

339 Contrarium vero, † quod minime teneatur Princeps fidei, homagij, vel alia feudi iura præſtare, cum dicantur ad primam naturam reuerſa, *vt dicit AEgidius Magiſter in cap. 1. de feud. & homin. fuiſſe latum Arreſtum. in anno. 1558. 25. Februarij. Sequitur Petrus Gregor. Syntagmate iuris vniuer. lib. 45. capit. decimo ſexto, num. 5. 6. volum. 3.*

340 Declaratur † tamen, quod quando feudi iure veniret ad Principem tale ſubfeudum, tunc ad nihilum tenetur, & feudalia onera, & iura præſtare non tenebitur, nec illa ſubire. Secus vero ſi ex aliqua cauſa voluntaria ad ipſum peruenirent, puta emptionis, donationis, legati, aut ſimilibus, quia tunc tanquam priuatus, teneatur conſtitutus. *Octauian. Cacheran. in deciſion. Pedemont numero 9. 10. Sequitur Anton. Faber in Codice. Fabrian. lib. 4. titul. quadrageſimo ſecundo, definit. 2. definit. 3. volum. 1. Ioan. Petr. Surdus de Alimentis. titul. 9. q. 42. num. 20.*

341 Feudum conceſſum † perſonæ in ſacris exiſtenti pro ſe, & hæredibus, intelligi debet de agnatis cum filios habere nequeat. *Cæſar Barzius in deciſ. Bononiens. 115. num. 13.*

342 Matri legitima non † debetur in bonis feudalibus. *Anton. Faber in Codice Fabrian. lib 3. tit. 19. definit. 17. nu. 2. in Allegationibus. vol. 1.*

343 Hæredis extranei inſtitutio † in feudo ſine domini conſenſu fieri nequit, *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 38. num. 5.*

344 Conceſſio † feudi facta ad tertiam generationem, intelligitur, vt primus inſtitutus faciat primam lineam, filij ſecundam, & ſic deinceps, *poſt Alexan. in conſil. 125. vol. 5. & multos alios, quos, allegat. voluit Paul. AEmil. Verall. in deciſ. 17. nu. 3. in deciſion. 18. num. 1. lib. 2.* Et ideo non extendi

345 tur vltra † nepotem. *Idẽ Verall. in dicta deciſ. 18. num. 1. & in deciſion. 112. la. 2. num. 1. lib. 2.*

346 Spurij, illegitimi, & naturales † in feudo nõ ſuccedunt. *c. 1. §. naturales. ſi de feud. fuerit controuerſ. int. Domin.* Vbi dicitur etiam ſi ſint legitimati, & legitimi effecti. *vbi Accurſ. in verb. legitimi. voluit Guido Pap. in deciſ. Gratianop. 59. ſub num. 1. & in deciſ. 280. Hippoly. Aldobrandin. in deciſ. Nouiſſim Roman. 214. num. 3. vol. 2. Franciſc. Milanens. in deciſion. Sicilia. 1. num. 47. lib. 1. Gabriel Cardin. Paleot. de Nothis, & Spurijs. cap. 30. num. 3. 9. ante eos Oldrad. in conſil. 247. num. 4. & Bartol. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. nu. 9. ff. ad Trebell. ante omnes ſupradictos Iacobus Ardizzonus in ſumma Feudor. c. 137. incip. Diximus ſupra. verſicul. Naturales vero. Raph. Comens. in conſil. 168. numero quarto. Iul. Clar. in §. feudorum. quæſtione. octuageſima ſecunda Ioan. Ferrar. Montanus in vſus feudorum. lib. tertio. cap. ſecundo. verſ. de naturalibus liberis. Ioan. Vincent. de Anna. in allegat. 122. numero ſecundo. Franciſcus Sonsbec. ad vſus*

Feudor. parte 4. num. 3. vers. decimo sexto. Francisc. Duaren. in Consuetudines feudales. cap. 11. num. 6. Gulielm. Hanneton. iuris feudor. lib. 2. capit. 2. Petr. Nicol. Mozzius *de feudis. tit. de Naturalib. feudor. num. 94. Nicol. Intrigliol. de feudis. q. 9. num. 239. centur. 1. Francisc. Hotoman. in disputatione feudistica. c. 18. & in dicto. §. Naturales. Stephanus Forcatulus in Commentar. feudorum. cap. 5. nu. 18. Gulielm. Pernus in consil. 10. num. 3. Ludolphus Schraderus de feudis. parte 7. cap. 5. num. 19. nouissime Octauius Bammacar. in dicto. §. naturales. in princ. Ioan. Sainxon. in consuetud. Turon. titul. 15. cap. 15. in princip.*

347 Ampliatur ista conclusio, vt procedat † etiam in feudo materno, in quo spurij minime succedũt, & hoc mihi videtur non potuisse in dubium deduci, quia *text. in dict. §. Naturales.* loquitur generaliter, & indistincte quod naturales ad feudorum successionem non admittantur, nec loquitur de feudo paterno, vel materno, tenuere tamen hanc ampliationem omnium primus Iacobus Ardizzonus in summa feudorum, *cap. 137. incip. Diximus supra. vers. Sed ad naturales. Sequuntur Andr. de Iser. Bald. Aluarot. Martin. Laudens. Præpositi. & alij, in dicto §. naturales. Matth. de Afflict. in dicto. c. 1. §. mulier. num. 14. si de feud. fuer. contron. int. dom. & agnat. Valrich. Zas. in epitom. feudo. parte 8. num. 83. Francisc. Duaren. in consuetudin. feudales. cap. 11. sub. num. 6. Franciscus Sonsbec. in feud. parte 9. num. 78. Curt. Iun. in tract. feudorũ parte 3. titul. Quemadmod. descend. masc. num. 40. Rosenthal. in Synops. feud. cap. 7. concluf. 62. Nicol. Intrigiol. de feudis Articul. 1. nu. 532. cũ plurib. seqq. Ludolphus Schraderus de feudis. p. 7. c. 5. nu. 20. Pet. Gregorius Syntagmate iuris vniuersi. li. 6. c. 13. nu. 1.*

348 Primo limita, nisi † in concessione, & inuestitura dictum fuerit, quod ad feudum etiam naturales admitterentur, *vt scribit Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 123. sub num. 4. Francis. Duaren. in consuetudines feudales cap. 11. num. 7.*

Secundo limita, *cum textus in dicto. §. Naturales. dicat, Nec legitimatos succedere,* dicendum,

349 † succedere in feudo legitimatum a principe, ex presse, vt succedant in feudo, quia eo casu admittuntur tales naturales per Principem ligitimati. *Accursius in dicto. §. naturales. in verb. legitimi. eius contemporaneus Iacob.* Ardizzon. *in summa. feudor. cap. 137. incip. Diximus supra. vers. naturales vero. Guido. Pap. in decis. Gratianopol. 482. num. 1. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 123. num. 4. Seraphinus Oliuarius in decis. Nouissim. Roman. 151. nu. 2. vol. 1. Curt. iun. in tract. feudor. parte 3. q. 9. membro. 2. Zas. in epitom. feudor. parte 8. num. 14. 72. Iul. Clar. in §. feudum. q. 82. vers. sed quæro quid si. Ioan. Ferrar. Montan. in Collectan. ad ius feudor. lib. 3. cap. 2. vers. de naturalibus. Gulielm. Hanneton. iuris feudor. lib. 2. cap. 2. vers. quod verum intellige. Aluarot. in dicto §. naturales. Francis. Duarenus in consuetudines feudales. cap. 11. num. 6. Petr. Rebuff. ad constitut. Galliæ. titul. de literis naturalitatis. Gloss. 1. num. 10. Matth. de Afflict. in decision. 195. num. 1. Ioan. Vincent. de Anna. in Allegat. 12. num. 3. Nicol. Intrigiol. de feudis. q. 9. num. 260. centur. 1. Christoph. de Castellion. in consil. 20. num. 12.*

Declara tamen supradictam limitationem non

350 procedere, si † superessent filij legitimi, & naturales, quia excluderent legitimatum. *Iacob. Ardizzon. in summa feudorum. cap. 139. incip. Diximus supra q. 6. vers. naturales vero. Cardinal. Paleott. in tract. de Nothis, & Spurijs. cap. 30. num. 8. Ioan. Ferrar. Montan. in vsus feudorum. lib. 3. cap. 2. vers. de naturalibus liberis. Albert. Brun. in consil. 15. sub num. 18.*

351 Tertio limita non procedere in Gallia, † in qua succedunt etiam spurij in feudis. *Guido Pap. in decis. Delphin. 59. sub nu. 1. & per Arrestum fuisse pro uisum scribit Petrus. Rebuff. ad constitut. Galliæ Tomo. 2. titul. de literis naturalitatis. Gloss. 1. num. 10. Petrus Gregorius Tholos. Syntagmate iuris vniuersi. lib. 6. cap. 13. num. 1.*

352 Quarto limita legitimatum † per subsequens matrimonium succedere in feudo, vt legitimum. *Andr. de Iser. in c. 1. §. naturales. nu. 3. 4. si de feud. fuerit contro. int. dom. Hoc idem tenet ibidem Matth. de Afflict. in dicto. §. naturales. notabili. 5. num. 1. Andr. de Iser. in const. Regni Sancimus vbi Afflict. num. 21. Ioan. Andr. Hostien. & Panor. in cap. tanta. Qui fil. sint. legitim. Anton. de Butri. in cap. lator. eod. tit. Bald. in consil. 380. incip. Ad euidentiam. vol. 1. & in consil. 129. vol. 3. Petr. de Gregor. Siculus de conces. Feudor. parte 6. q. 10. num. 18. Francisc. Duar. ad consuetud. feudor. cap. 11. num. 7. Andr. Tiraquell. de iure primog. q. 34. num. 54. Anton. Capic. in inuestitur feudali. §. Ad feuda legitimationes. vers. legitimatus. fol. 263. Ioan. Ferrar. Montan. ad vsus feudor. lib. 3. cap. 2. vers. de naturalibus. Deci. in consil. 155. Ioan. Anton. Cannetius. in c. Volentes. Regni Siciliæ. §. 61. incip. sed operæ precium. per totum. allegat Laurent. Syluan. in consil. 3. & alios. Iacob. Menoch. in consil. 227. vol. 3. Francisc. Bursat. in consil. 10. nu. 6. vol. 1. Anton. Gabriel. commun. opin. titul. de leginmatione. concluf. 1. num. 21. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 123. num. 4. Iul. Clar. in §. feudum q. 82. nu. 4. Francisc. Caldas de Pereyna in tract. de Nominat. emphy. q. 21. nu. 33. Iosephus Ludouic. communi concluf. 26. Curti. Iun. in consil. 136. num. 1. & in tract. feudor. parte 3. q. 17. nu. 41. Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. num. 18. ff. ad Trebell.* Michael Grassus *tit. de successi. ab inteſtato. q. 19. nu. 7. Petr. Duen. in Regul. 350. Ampliation. 7. Petr. Nicol.* Mozzius *de feudis titul. de naturalibus feudorum. num. 97. Ioan. Baptista. Villalob. opin. com. in verb. legitimatus. nu. 73.* Ludolph. Schraderus *de feudis. parte 7. c. 5. num. 21. Ego dixi de compromiss. §. 1. gloss. 3. nu. 185. & meam opinionem referens Petr. Cenedo. Collectan. iuris* Canonic. *parte 2. collectan. 68. nu. 3. His adde Nic. Intrigiol. centur. 1. q. 9 nu. 261. Barth. Socin. in cons. 3. nu. 16. vol. 3.* Marc. Mãtua *in consil. 45. nu. 15. vol. 1. & enumerãdo illos, quos allegauit numero quatuordecim.*

Iaco-

Iacobus Menochius eius cõsilio se subscribens nume rauit alios triginta videlicet. Socin. Nicol. de Vbaldis. Bonacossam, Alciatum, Chassanæũ, Clementinũ, Forsterum, Viuium, Veggium, Purpuratum, Simonẽ de Prætis, Vuesembecium, Schurfium, Gallinium, Marcobrunum, Berettam, Surdum, Borgninum, Io. Bartol. Luneburgen. Petr. Augusf. Decian. Imol. Castrensem, Crotum, Campegium, Parisium, me ipsum in loco supra allegato, & Villob. Lancellottus Gallia. in consil. 122 *per totum. vol.* 1. *Petrus* Anton. *Augusol. in consil.* 74. *nu.* 1. 4. *lib.* 6. *Andr. Facchineus Controuers. iuris. lib.* 7. *cap.* 51. *in princip. Stephan. Forcatul. in comment. ad iura feudal. c* 5. *sub nu.* 18. *Petr. Gregor. Syntagmat. iuris Vniuersi. lib.* 6. *cap.* 13. *nu.* 1. *Hierony. Gabriel. in cons.* 21. *nu.* 32. 33. *vol.* 1. *Marc. Anto. Percg. in de Fideicom. articul.* 24. *nu.* 9. *Nicolaus Vigellius in decis.* 5. *centur.* 1.

353 Amplia hanc limitationem filios † legitimari per contractum matrimonij etiam contracti in articulo mortis. *Andr. de Isern. in const. Regni. Sancimus. col.* 1. *Præposit. in c. tanta. col.* 3. *vers. ex his infertur. Qui fil. sint legitimi. Petr. de* Gregorio *Sicul. de conces. feudi. parte* 6. *q.* 10. *nu.* 18. *in fin. Anton. Capic. in inuestit. feudali.* §. *Ad feuda legitimatione. Nouissime Polydor. Ripa in tract de Actis in Articul. mortis. c.* 2. *per totum.*

354 Declara tamen principalem cõclusionem † procedere, dummodo matrimonium contractum sit publice, coram Parocho, in facie ecclesiæ, cum sacerdotali benedictione, vt olim constituit Innocentius Tertius Summus Pontifex. *in c. cum inhibitio. de clandestin. desponsat.* qui fuit Anno Domini nostri IESV CHRISTI. 1198. & ante eum in Regno Neapolitano prouisum fuerat per

355 Rogerium † Regem, qui fuit anno Domini. 1149. *per Const. Regni. Sancimus.* de quo Rege scribit Pandolphus Collenucius Historiar. Regni Neapolitani. *lib.* 3. Franciscus Sanouinns in Chronologia Regum Neapolitanorum in Rogerio Secundo, & Christianus Adrichonius in Chronico Anni. 1198. & Hodie sufficit fieri coram Parocho ab ipso, vel alio eius nomine, de eiusdem Parochi,

356 vel ordinarij † licentia coram tribus testibus, vt cauetur Consilio Tridentino *Session.* 24. *c.* 1. *de Reform. Voluit Martin. Nauar. in Summa confessar. c.* 17. *nu.* 36. *& seq. Iacob. Menoch. de arbitrariis iudicum quæst. lib.* 2. *centur.* 452. *in fin. & in consil.* 180. *nu.* 7. *in consil.* 199. *num.* 57. *vol.* 2. *Anton. Gubertus de Sponsalib. & Matrimon. titul. de ritu nuptiar. nu.* 119. *cum pluribus seq. Alexander. Carrerius de sponsalib. & Matrimon. lib.* 4. *c.* 7.

357 Declara secundo, filium non † dici legitimatũ, qui ex concubina natus est, dum habebat vxorem, ipsaque mortua ducit illam concubinam in matrimonium, quia filius ille non legitimatur per tale subsequens matrimonium, *vt optime dixit Accursius in* §. *fin. in verb. interdictum. instit. de nuptiis. quem sepultur Ioan. de Arnon, in Problemat.* 39.

Quæ vlterius ad hanc conclusionem pertinent, dicam latius in titul. de legitimatione spuriorum.

258 Si feudum domino aperitur, † ac illud rei vendicatione petatur, poterit per feudatarium retineri, donec ei soluantur meliorationes, & expensæ in feudo factæ, & hac exceptione dominus repellitur *arg. c.* 1. §. *si vasallus. Hic finitur lex Conradi. Vbi hoc voluerunt Andr. de Isern.* Aluarot. *& alii. Guido Papæ in decis. Delphinal.* 169. *Matth. Coler. in decis. Germaniæ* 73. *nu.* 1. *Afflict. in dicto.* §. *si vasallus. nu.* 9. *Ludolphus Schraderus de feudis. parte* 2. *cap.* 206. *Francisc. Milanens. in decis. Siciliæ.* 7. *num.* 81. *in decis.* 8. *nu.* 388 *lib.* 11.

359 Pondera non procedere in † expensis modicis, & de magna feudi melioratione. *Sed vide. Aluar. & Præposit. qui annotarunt, in cap.* 1. §. *si vasallus. Hic finitur lex* Conradi.

360 De iure vero Saxonico, † nullas expensas feudatarius nec meliorationes detrahit, sed omnes cedunt domino feudi. *text. Landrech. lib.* 2. *Articul.* 21. *Ludolphus Schraderus. de feudis, par.* 7. *cap.* 3. *nu.* 8. *Matthias Coler. in dicta decis. Germaniæ.* 73. *nu.* 2. *vbi Iacobus Schulthes in Apostil. Hartmãnus Pistoris. lib.* 1. *q.* 24. *num.* 96. *& lib.* 2. *parte* 3. *q.* 42. *nu.* 36. *Reinhar. parte* 3. *different.* 23. *Zobell. parte* 2. *different.* 46. *& parte* 3. *q.* 42. *nu.* 36. Quos adducere placuit pro illis qui carent his libris.

361 Ecclesia succedit in feudo franco, † post alios Cæsar de Grassis *in decis. Nouiss. Rom.* 41. *sub num.* 3. *lib.* 1. *volum.* 1.

362 Dominus ignorans † concedendo licentiam, vel assensum, rem feudalem fuisse alienatam, non censetur remisisse eiusdem feudi caducitatem. *post Alexand. in consil.* 146. *numero* 4. *volum.* 5. *voluit Ioan. Petr. Surdus in decision. Mantuæ.* 203. *numero* 21. *faciunt. quæ scribit Ioan. Baptista Costa de facti scient. & ignorant. distinct.* 53. *numero* 16. 17. *Centur.* 1.

363 Vasallus occidens dominum † priuatur feudo, quod tenet, idem si in eius mortem consilia iniuit mutilauerit, vel castrum eius, in quo est, insidiatus fuerit, vel quid graue in ipsum cõmiserit, graues iniurias, & contumelias, dixerit, eius vitę venено, vel gladio insidias fecerit. *arg. c.* 1. §. *Porro. Quæ sit prima causa benefic. amitt. Voluerunt Iacob. de Ardizzon. in Summa feudor. cap.* 55. *incip. cum Prædictũ. in fin. Curt. in tract. de feudis. parte* 4. *in princip. Petrus de Bella Pertic. in tract. feudor. titul.* 9. *nu.* 6. 7. *Gulielm. Hanneton. in commentar. feudorũ lib.* 3. *cap.* 1. *Francisc. Duaren. in consuetudines feudales. c.* 14. *nu.* 1. *ante eos Andr. de Isern. in cap. sub nu.* 3. *vers. sed occidere quib. mod. feud. amit. Matth. de Afflict. in decis. Neapol.* 265. *nu.* 13. 48. *Ioan. Ferrar. Montan. in collect. ad ius feudor. lib.* 4. *c.* 1. *vers. posset. causę. & vers. Nouo qui Domino. Iacob. Thomingius in decis. Lipsens.* 52. *nu.* 4. *Marin. Freccia. de subfeud. Baron. lib.* 2. *Authorit.* 25. *nu.* 1.

364 Declara primo, non procedere † illa iura, vbi tractaretur de Neapolitano delictum committente, quia non confiscantur pro eiusmodi delictis, nisi pro crimine læsæ maiestatis, eorum bona, præsertim feudalia. *Matth. in decis. Neapol.* 385. *nu.* 4.

Appa-

Apparet etiam ex eodem delicto, ita concludi per Thom. Grammat. in decis. Neap. 105. nu. 57.

365 Secundo declara, † quod si delictum committeretur per subfeudatarium in Regem, vel supremũ Principẽ, feudum eo casu applicabitur domino immediato, non autem Regi, vel Principi, ac supremo. *Matth. de Afflict. Neapol. 282. nu. 12. vbi Cæsar Vrsillus. nu. 15. Anton Capic. in decis. Neapol. 162. nu. 8. 9. Cappella Tholosan. in decis. 395. incip. Item fuit quæsitum tenens. Iacobin. de Sancto Georg in inuest. feudali. in verb. Dictique vasalli promiserunt. nu. 11.*

366 Tertio declara, quod feuda † quaternata, quæ obtinet vasallus, & feudatarius a Rege, ob delictũ, vel feloniam in Regem applicantur regi, quæ a Barone Baroni. *Matth. de Afflict. in decisio. Neapol. 282. nu. 12. 13. vbi dicit, ita fuisse decisum. Idẽ Afflict. in c. 1. §. si violator Pacis. de Pace tenen. Guido Pap. in decis. Gratianop. 76. in princip. Aymo Crauett. in consil. 228. num. 1. Marinus Freccia de subfeudis. Baron. lib. 2. Authorit. 29. nu. 1. Cæsar Vrsill. in decis. Neapol 282. nu. 15. & Ioan. Caponum. lib. 13. titul. 1. Arresto. 11. Arrest. 12.*

367 Quarto declara, quod si † vasallus committeret delictum viuente Domino, illo postmodum mortuo, eiusdem Domini hæres hoc opponere non poterit, *vt post Angel. de Aret. in l. rei iudicatæ. §. hæredi. ff. solut. matr. Voluit Guido Pap. in decis. Gratianopol. 214. nu. 4. Faciunt dicta Gulielm. Cassad. in decis. 2. & in decis. 3. nu. 2. titul. de locat. & conduct. Octauian. Cachera. in decis. Pedemon. 77. num. 11. Raph. Comens. in consil. 164. in primo dubio. quem sequitur Ioachim. Mynsinger. obser. 97. Centur. 3.*

368 Subdeclara intelligi oportere † dictam declarationem, si dominus sciuisset fuisse commissum delictum, secus si ignorasset *vt per Cyn. in l. fin. C. de Reuoc. donat. Bald. in l. 1. q. 39. ff. de Rerum diuision. & in c. 1. §. porro. Quæ fuit prima caus. benefic. amitten. Ioan. Baptista Campeggi. de Dote. parte. 3. q. 226. numero 2. Iulius Clarus in §. feudorum. q. 64.* Vbi dicit idem procedere, si repente decesserit,

369 aut animum suum † declarare non potuerit. Quem nouissime sequitur. *Ioan. Baptista Costa. de Fact. scient. & ignorant. centur. 1. distinct. 53. num. 15. 16. post Comens. in consil. 164. in primo dubio. Ioachim. Mynsinger. Obseruat. 97. in fine. Centur. 3.* Vbi dicit, ita in Camera Imperiali fuisse iudicatum.

370 Quinto declara, quod ex delicto † Prælati, digno feudi amissione non idcirco feudo priuabitur ecclesia. *Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 265. nu. 24.*

371 Sexto declara, vasallum † ob delictum, vel feloniam commissum in dominum non solum amittere feudum, sed fructus feudi a die commissi criminis, uel delicti, non a die sententiæ, vt post Guliel. de Cuneo Angel. & Paulum de Castro. *in l. 1. C. de his, quibus. vt in dignis. & Ioan. Francisc. Ripam in Rep. l. si vnquã. nu. 102. C. de Reuocand. donationib. voluit Ioan. Petrus Surdus in decis. Nouiss. Rom. 25. nu. 28.*

372 Septimo declara, † pœnam delicti, vel feloniæ factæ per vasallum, seu feudatarium contra dominum, & caducitatem feudi, locum non habere, si dominus noluerit, cum ipso volente, id fieri, & exequi posse intelligatur. *vt scribit Ioan. Paulus Tholom. in decis. Nouissim. Roman. 878. sub nu. 1. lib. 3. vol. 3.*

373 Octauo declara, quod † si ob delictum amitti debeat feudum, sententia requiritur, quia & si ipso iure ob feloniam feudi dominium amittatur, non tamen aufertur possessio, nisi præcedat sententia, *post Matth. de Afflict. in c. 1. §. sancimus. il 2. num. 4. Quo tempor. miles. Thom. Grammat. in decis. Neapol. 105. nu. 13. 55. Iacobin. de Sancto Georg. in inuestitur. feudal. in Verb. Dictique vasalli promiserunt. nu. 9. 11. & post ipsos Andr. Gail practicar. obseruat. Cameræ. Imperialis. obseruat. 51. nume. 1. & in tract. de Pace publi. lib. 2. c. 3. nu. 9. 10. Idem Thom. Grammatic. in decis. Neapol. 18. nu. 21.*

374 Sub intellige tamen † hanc declarationem non procedere, vbi essemus in felonia publica, & notoria, & actu permanente rebellionis publicæ, quia dominium simul cum possessione aufertur, nullaque sententia exigitur. *Matth. de Afflict. in c. 1. §. Sancimus. el 2. nu. 11. Quo tempor. miles. & in c. 1. §. si quis hominem. nu. 6. de Pace tenend. & eius violator. Deci. in consil. 544. nu. 6. Cardinal. Parisi. in consil. 1. nu. 35. vol. 1. Thom. Grammatic. in decis. Neap. 105. nu. 12. 13. cum pluribus seq. And. Gail. lib. 2. de Pace impublic. c. 3. num. 16. 17. 18. 19.*

375 Feudum † ligium dicitur, quod habetur ab eo, qui nullum superiorem recognoscit, & illi iuratur fidelitas contra omnem hominem, *vt scripsit Guido Pæpæ in decis. Gratianopol. 311. faciunt notata per Iacobin de Sancto Georg. in inuestitur. Feudal. in verb. in feudum. nu. 19. Anton. Capic. in inuestitur. §. feudorũ genera. in verb. ligium. fol. 231. Francisc. Hotoman. in Disputatio. feudistica. cap. 7. Ioan. Berber. in viator. iuris parte 2. titul. 13. num. 23. Petr. Nicol. Mozz. de feudis. titul. de diuision. feudorum. nu. 67. Francisc. Sonsbec. iuris feudor. parte 3. num. 20 parte 4. nu. 26. Petr. de Gregor. Sicul. de conceff. feudorum parte 5. q. 7. num. 1. 2. Ioan. Ferrar. Montan. de feudis lib. 1. c. 6. verf. Sextam speciem. Dixi ego de Regis Catholici Præstantia. c. 64. nu. 20. cum pluribus seqq. Nouissime Polydor. Rip. singul. obseruation. 18. nu. 2. parte 1.*

376 Homoligius hinc dicitur, quasi † ligatus alicui domino, vt in Clement. *Pastoralis. §. Rursus. de sent. & re iudic. cuius authoritate ita dicit Guido Pæ in decis. Gratiano. 309. nu. 2. Ioan. Berberii in viatorio iuris. parte 2. titul. de feudis. nu. 23. Iacobin. de Sancto Georg. in inuestitur. feudal. in verb. in feudum. num. 19. Anton. Capic. in inuestitura. §. feudorum genera. in verb. ligiũ. fol. 231. de quo plura Frãcisc. Hottoman. in disputat. feudistica. c. 7. plenius dixi de præstantia Regis Catholici. c. 64. nu. 26. vsque ad nu. 80.*

377 Sed

377 Sed aduertendum, hominem ligium, † siue legium quem esse non posse duorum dominorum, sed vnius tantum. *Guido Papę in decis. Delphin.* 310. *& gloss. in Clem. Pastoralis. §. rursus. de Re iudic. diuersimode tamen istud verbum exponunt Francisc. Hotoman. in Disputation. feudistica. cap.* 7. *Iacobus Cuiacius feudorum lib.* 2. *titulo & lib.* 4. *titul.* 31. *Petrus Gregorius Syntagmat. iuris vniuers. lib.* 6. *cap.* 2. *numero* 25. 26. *Renatus Choppin. de Doman. Franciæ. lib.* 3. *titul.* 12. *Articul.* 20.

378 Declara primo, quod homo ligius esse † potest duorum dominorum, aut plurium, respectu diuersorum Castrorum, siue feudorum. *Guid. Pap. in decisio.* 310. *Aluarot. in Proœmio Feudorum. Diuision.* 13. *Iacobin. in inuestitur. in verb. in feudum decisio.* 7. *exemplum Petri Ducis Britanniæ Petri, & comitis Montisfortis. ponit Iacob. Cuiacius Feudor. lib.* 2. *tit.* 7. *Renat. Choppin. de Domanio Franciæ. lib.* 3. *tit.* 12. *Articul.* 20.

379 Declara secundo, posse † vnum esse ligium vasallum plurium dominorum saluo semper iure primi domini, *arg. c. eam te. & c. veniens. de iureiur. Ioan. Andr. in c. Recolentes. de Statu monachor. in Nouell.* vel resoluendum fore, iuxta Theoricam Ludouici Romani *in consil.* 47. *Vbi eleganter loquitur, ac sub distantialiter. Quem refert & sequitur. Anton. Capic. in inuestitur. feudal. §. feudorum genera. in verbo, ligium. vers. limita quinto. fol.* 232.

380 Declara tertio, † a principio non posse fieri, ac esse ligium duorum dominorum, secus vero ex post facto, *vt post Ioan. Blanchi. Ioan. Andr. & Bald. voluit Anton. Capicius in dicta inuestitur. §. feudorum genera. in verbo, ligium. vers. limita secundo. fol.* 233.

381 Filius natus ex homine meo, † sed vxore ex alterius dominio, erit nihilominus homo meus. *Guido Papæ. in decis. Delphin.* 312. *in fin.*

382 Hominum non ligiorū † alij sunt Franci, alij tal liabiles, *vt dicit Guid. in dicta decision. Gratianop.* 312.

383 Allodialis, & libera † potius res præsumitur, & non feudalis. *Matth. de Afflict. in decision. Neapol.* 277. *nu.* 7. *& post Chassan. Baroni. Ruinum. Curt. Iun. Nattam, Mandell. Bellon. Pancirol. Camer. Puteum, Parisi. Roland. Ernutm Mneochium, Sanxon. de Fonte, & Raudensem dixi in consil.* 1. *num.* 164. *& in consil.* 40. *nu.* 3. *Cētur. 1. his nunc supple* And. *Alciat. in tract. Præsumptionū. Regul.* 2. *Præsumpt.* 3. *nu.* 1. *And. Gail. practic. obseruat. li.* 2. *obseru.* 69. *nu.* 4. *Io. Ferrar. Montan. in vsus feudor. lib.* 5. *cap.* 7. *vers. superest, vt de alanduis. Ioan. Petr. Surd. in consil.* 151. *num.* 23. *vol.* 2. *nouissime Ludouic. Sacca in consil.* 83. *nu.* 15. *vol.* 1. *Aluar. Vallasc. in decis. siue consultation.* 52. *nu.* 6. *Idem Raudens. variar. resolut. lib.* 1. *c.* 61. *nu.* 1.

384 Consanguineus in feudo † succedit cum vtrinque coniuncto, *vt post Hierony. Magon. in decis. Florentin.* 82. *nu.* 3. *voluit Surdus in decis. Mantuan.* 239. *nu.* 9. *ante ipsos Iacob. Ardizzon. in Summa feudorum, cap.* 137. *post versicul. Et hoc verum est etiā. Iacobin. de Sancto Georgio. in inuestit. feudal. in verb. Præsentes. nume.* 11. *Matthias Colerus in decision. Germaniæ.* 49. *nu.* 3.

385 Euicto feudo, tenebitur † Dominus de euictione, *arg. cap.* 1. *de inuestitur. de re alien. facta voluit Bald. in l. si plures, nu.* 11. *C. de conditionib. insertis. de Iser. Iacob. Aluarot. & Præpositi. in dicto c.* 1. *Nicol. Boer. in decis. Burdegal.* 19. *sub nu.* 3. *Paris de Puteo de Reditteg. feudor. c.* 238. *incip. An concessa. nu.* 1. *fol.* 131. *& in cap.* 279. *incip. An inuestiens. fol.* 148. *Anton. Capic. in inuestit. feudal. §. feudorum euictiones. in princip. fol.* 183 *Ioan. Petr. Surdus in decis. Mantuan.* 290. *nu.* 16. *Gaspar. Caballin. de euict. §.* 4. *num.* 49. 50. 51.

386 Amplia eundem dominum † in feudātem rem, alienam, siue scienter, siue ignoranter id fecerit de euictione teneri, cum præsupponatur dolus, *vt ex dicto c.* 1. *& ex gloss. & Aluaroto. in princip. & ibi Martin. Laudens. num.* 1. *de Inuestitur. de re alien. fact. Anton. Capic. in inuest. feud. §. feudorum euictiones. col.* 1. *vers. limita secundo Anton. Gamma in decis. Lusitan.* 20. *nu.* 2. *Matth. Coler. in decis. Germaniæ.* 75. *nu.* 1. *Ioan. Vincent. de Anna in Singu.* 175.

Primo declara, dominum teneri ad restituendū
387 pretium, vel ad dandum emptori aliam rem † æquiualentem rei, primo loco venditæ. *And. de Iser. in cap.* 1. *in princip. de inuestit. de re alien. fact. vbi etiam Aluarot. num.* 1. *Anton. Capic. in inuestitura feudali. §. feudorū euictiones. in princ. fol.* 183. *Idem Aluarot. in c.* 1. *nu.* 2. *si de feudo vasalli fuerint inter pell. Gaspar Caballin. de euicti. §. quarto. sub nu.* 51. *Francisc. Sonsbec. in vsus feudor. parte* 5. *sub num.* 61. *Francisc. Hotoman. in c.* 1. *in verb. pretio carituram. de prohibita feud. alien. per Lothar. Paris de Puteo de redintegra feudor. cap.* 238. *incip. an concesso. num.* 4. *fol.* 131. *& in c.* 279. *incip. an inuestiens. nu.* 2. *fol.* 148. *Nicol. Boer. in decis. Burdegal.* 19. *num.* 3. *Anton. Gamma in decis. Lusitan.* 20. *nu.* 2. *Surdus in decis. Mantuan.* 290. *num.* 17. *Nicol. Intrigliol. de feudis. q.* 37. *num.* 34. *vol.* 1. *Antonius Faber. in Codice Fabriano. lib.* 4. *titul.* 42. *definition.* 51. *vol.* 1.

388 Secundo declara † quod si vasallus, siue feudatarius inuestitus sciuisset rem, de qua inuestiebatur, esse alienam, non posset agere contra dominum inuestientem pro euictione. *arg. l. si fundum scienS. C. de euictio. Andr. de Iser in dicto capitul.* 1. *in princip. de inuestit. de re alien. fact. & ibi Iacob. de Beluis. & etiam Martin. Laudens. num.* 3. *Ioan. Petr. Ferrar. in Practic. in forma libelli, quo agitur ad reuocationem feudi. in verb. Nec superstitibus. num.* 32. *vers. quid ergo si res feudalis. Francis. Sonsbec. in vsus feudor. parte* 15. *sub nu.* 62. *Ioan. Baptista Costa de Facti scient. & ignorant. Cenur.* 1. *distinct.* 4. *num.* 7. *Ioan. Petr. Surdus in decis. Mantuan.* 243. *num.* 1. *Ludolph. Schrader. de feudis. parte.* 5. *cap.* 6. *num.* 6. *vol.* 1.

389 Subintellige hanc declarationem † non procedere vbicunque inuestitus, de re aliena scienter, fecerit pactum, vt inuestiens teneatur de euictione,

ne, quia tunc dominus inuestiẽs ob promissionem tenebitur, & euictionis actio locum habebit. *Andr. de Isern. in dicto c. 1. de Inuestit. de re alien. facta, & voluit post Iacob. de Beluiso, Iacob. Aluarot. in c. 1. sub nu. 2. Si de feud. vasall. fuerit interpellat. Papiensis in dicta Practic. in forma libell. quo agit ad reuocat. feudi. in verb. Nec superstitibus. nu. 32. Martin. Laudens. in c. 1. num. 4. de inuestit. de re alien. facta. Franciscus. Sonbeci. in vsus feudor. parte 15. sub nu. 62. vers. sexto fallit. ibi, citra prouisionem. Paris de Puteo de Redintegrat. feudor. cap. 279. incip. an inuestiens. nu. 1. optime Ioan. Cephal. in consil. 168. nu. 6. cum pluribus seq. vol. 2.*

390 Tertio declara, quod si scienter † emit quis rem feudalem, lege prohibente *vt in hoc Regno Neapotano absque domini assensu*, eo casu cum contractus sit nullus, & lege prohibente factus, nulla a venditore ipsi emptori debetur euictio, tanquam recte patiatur, cum fide mala emerit, ita vt nec ad pretium teneatur. Originale dictum Accursij *in c. 1. in princip. in verb ex empto de prohibit. feud. alien. per Federic. & ibi expressim hoc idem voluit Bald. nu. 22. Sequitur Iacob. Aluarot. nu. 4. Ioan. Raynandi. in §. habito. nu. 34. 35. Præpositus. Alexandrin. colum. 2. vers. Nota quod solus vbi verba Aluaroti ponit ad literam. Hoc autem antea dixerat Andr. de Isern. in dicto c. 1. de inuestit. de re alien. fact. ibi*, Tunc cõtra legis interdictum mercatus, nec agit ad pretium, *Sequitur illum ibidem* Martin. *Laudens. nu. 3. Idem Laudens. in dicto c. Imperialem. in princip. num. 28. Ample hos, & alios allegans* And. *Tiraquell. de Retract. consanguin. §. 12. gloss. 1. nu. 11. 12. sequitur Gaspar Caballin. de euict. §. 4. nu. 49. 50. Ante eos Paris de Puteo, de Redinteg. feud. c. 238. incip. An cõcessa. num. 4. Didacus Couar. Variar. Resolut. lib. 2. cap. 2. num. 8. 42. Ioan. Ant. Lanar. in consil. 3. num. 13. 14. Hierony. Magon. in decis. Florentin. 51. nu. 7. in decis. 80. num. 2. Caroccius in decisio. siue casu. 96. nu. 11. & Ioan. Petr. Surdus in decis. Mantuan. 290. sub nu. 16.*

391 Subintellige istam declarationem, † quod quãdo pro feudo nõ venit euictio, semper debetur pretium, siue illius æstimatio, *vt dicit Paris de Puteo de redintegrat. feudorum. cap. 238. incip. An concessa. num. 4. & cap. 279. incip. An inuestiens. num. 2.* Sed hoc pro nunc cogitandum relinquo.

392 Subintellige secundo eandem † declarationem procedere, quando procurator, vel alius domini nomine rem feudalem vendiderit, qui & si promittat euictionem, & non accessisset Domini, assensus, simili modo dominus de euictione minime tenebitur, eadem ratione, quod contractus nullus sit, & a lege interdicitur, vt eadem ratione, & authoritate præsertim allegatorum *per Andr. Tiraquell. de Retractu consanguin. in fin. num. 46. voluit Surdus in decision. Mantuæ. 190. sub nu. 16.*

393 Alias declarationes desiderans † adeat *Aluarot. in c. 1. si de feudo quis fuerit interpellat. A quo etiam describit Franciscus Sonsbecius in vsus feudor. parte 16. sub nu. 61, 62.*

394 Apud Saxones aũt semper † Feudi Dominus de euictione tenetur, *vt ex tex. Landrecht. c. 34. scribit Matthias Colerus in decis. Germaniæ. 75. nu. 2.*

395 Castro feudali alienato † cum iurisdictione, & pertinentijs, nihil sibi reseruando, non censetur alienatum merum, & mixtum imperium, sed remanet penes venditorem. *Matth. de Afflict. in decisio. Neapol. 122. nu. 1. & in const. Regni. Ea, quæ ad decus. nu. 13. Octauius Zobulus inter consil. Peregrini. in consil. 3. nu. 106. vol. 1.*

396 Declara non procedere, quando † alienans nihil aliud haberet in Castro, nisi merum, & mixtũ imperium, quia tunc concessis omnibus suis iuribus, venit merum, & mixtum imperium. *Idem Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 122. & in dicta Const. Ea quæ ad decus. nu. 14. vbi adest bona apostilla. ante ipsum Raph. Comens. in consil. 162. Claudius de Seyssello. in Speculo iuris feudor. titul. Qui feud. dar. poss. vers. Septimam limitationem. Marin. Freccia de subfeudis Baronum. lib. 2. Authoritat. 13. numero 9.*

397 Contrarium, quo ad primam † conclusionem, quod concessa iurisdictione, veniat merum, & mixtum imperium. *Oldrad. Dyn. Bald. Ioan. Andr. Panor. Alexan. Felin. Purpur. Deci. Caccialup. Curt. Iun. Vallascus, Roland. Suarez & Tapia, quos retuli de Magistratuũ edictis. lib. 1. c. 1. nu. 113. cum plurib. seqq.* Vbi tandem conciliaui, ac tradidi septem declarationes, ad quas lectores remitto.

398 In feudis, in quibus viuitur † iure Francorum, Soror succedit fratri, secus si viuitur iure Longobardo, quia tunc si est dotata a fratre, non succedit, *Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 248. nu. 2. super quo emanauit Reginæ Ioannæ Secundæ Decisio, vt habetur per Pragmaticam. incip. Vniuersis, & singulis. quæ est 1. sub titul. de feudis. Ioan. Antoni. de Nigris. in c. Regni. Considerantes nu. 25.*

399 Frater in feudis † antiquis succedit fratri, *& in hoc Regno etiam in nouis.* Vt per Matthæum de Afflictis *in decision. Neapol. 293. per totam. Sigismun. Loffred. in consil. 38. Cæsar Vrsill. in decis. Neapol. 393.* Vide tamen Matthiam Colerum *in decis. Germaniæ. 48. per totam.*

400 Declara de iure cõmuni secus esse in feudo † nouo, quia in eo frater non succedit, nisi expresse sit dictum *Matth. de Afflict. in dicta decis. Neapol. 293. Iacobin. de Sancto Georgio. in inuestitur. Feudal. in verb. Nobiles Agasi, & Antonius, nu. 2. arg. c. 1. de duob. fratrib. a cap. inuestit. Niger in dicto c. Regni. considerantes. nu. 1.*

401 Declara secundo, de iure communi, † in feudo antiquo sine dubio fratrem fratri succedere. *cap. 1. de gradib. succes. in feudis. Iacobin. de Sancto Georgio in dicto verb. Agasi, & Antonius. numero 7. Matthias Colerus in decis. Germaniæ. 52. nu. 1.*

402 Subintellige autem supradicta † non procedere in fratre consobrino, de iure Regni Neapolitani, vbi non succedunt in feudo antiquo, *vt in cõst. Regni. incip. Vt de successionibus. vt voluit Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 292. nu. 1.*

403 Con-

403 Contrarium tamen † fuisse in Regia Camera bis decisum scribit Cæsar Vrsillus *in decis. Neapol.* 292. *& videntur facere ea, quæ scripsit Matth. de Afflict. in Const. Regni. vt de succession. nu.* 32. 33.

404 Feudale non præsumitur, quicquid est † intra fines feudi, *vt concludit Matth. de Afflict. in decis. Neapolitan.* 267. *quæ comprobantur ex dictis per Andr. Alciat. in tract. Præsumption. Regul.* 2. *Præsumption.* 3. *quos nouissime sequitur Hierony. de Monte in tract. finium Regund. cap.* 96. *vbi addittis paucis dicit, omnia, quæ scripsit Matth. de Afflictis. Adde Parid. de Puteo in titul. Imperator Lotharius. vers. si filius fratris. & Curt. Iunior in consil.* 184. *Hierony. Magon. in decision. Florenti.* 2 *in fin.*

405 Rex concedere, & inuestire potest feudo † aliquem, quod possidetur ab aliquo, post cuius mortem est recasurum ad Regem, puta quia non speretur ab eo proles, vt habetur *in c.* 1. *§. moribus. Si de feud. defuncti. fuer. content. inter domin. & agnat. & ita fuit decisum, vt per Matth. de Afflict. in decis. Neapolitan.* 292. fuitque contentio inter Placentinos ex vna parte, & Mediolanenses, & Cremonenses ex altera parte. *Voluit hoc idem Andr. de Isern. in dicto. §. moribus. & in cap.* 1. *§. si quis inuestierit. de feud. dato in Vic. legis commiss. & ibidem Bald. Aluarotus, & ceteri. Roland. a Valle in cons.* 2. 44. 45. 46. *vol.* 1. *Andr. Gail. Practicar. obser uat. lib.* 2. *obseruat.* 155. *& nouissime Andr. Fachineus controuersiar. iuris. lib.* 7. *cap.* 28. *concurrit Cæsar Vrsill. in allegata decis.* 292. Negari tamen non

406 potest, mores huiusmodi † inuestituræ prauos esse, *vt dicit Andr. de Isernia in dicto. §. moribus.* prona est etiam humana natura ad malum habendi, & aucupãdi bona dira cupido, inuestitum hoc pacto expectatio mortis vexabit. Melius nunc itaque Magistratus Regii, ex Regis mandato, dum Domina Camilla Senechiæ oppidum Senechiæ nouissima familiæ suæ, tanquam domina possideret, octogenariaq; virgo esset, quæ nũquam matrimonio copulari alicui voluit, dumque mortuis fratribus sibi feudum apertum fuit, absque prole defunctis, curia annuorum fructuum, & introituum Castri facta æstimatione, eidẽ annuos ducatos sexcentos ex Regio Thesauro dari fecit, dum uixit, & oppidũ Domino Vincentio Portio vendidit, quo casu cessat expectandæ mortis feudatarii spes.

407 Renunciari potest feudum † rectum, ac simplex Domino inuito a vasallo, & feudatario *c.* 1. *de Vasall. qui contra const. it. Lotharij. Accursius in c. imperialem. §. callidis. in verb. amittant. de prohib. feudi alien. per Federic. Matth. de Afflict. in decis. Neapolitan.* 307. *Iacobin de Sanc. Georgio. in inuest. in uerb. & vnus ex dictis vasallis refutauit num.* 1. *ante ipsos Iacob. Ardizzon. in summa feudor. c.* 112. *incip. Præterea si refutauerit. Francisc. Sonsbec. in vsus feudorum parte* 12. *nume.* 114. *Marinus Freccia de subfeud. Baron. libr.* 3. *differen.* 11. *Cappella Tholos. in decis.* 404. *Nouissime Eruditissimus I. C. Fabius Capici. Galeota Iudex M. C. Vicariæ. in Responso pro Duce Grauinæ super Principatu Bisiniani. num.* 26. *Nicolaus Vigelius. in decision.* 11. *Centur.* 1.

408 Declara non posse † renunciari feudum domino inuito, quando feudum concessum est ad determinatum seruitium certum, cum sit contractus gratia. *Andr. de Iser. Bald. Aluarot. Præpos. & ceteri in c. imperialem. §. callidis. de prohibita feudi alien. per Federic. & in c.* 1. *de Capit. qui cur. vend. Bald. Aluarot. Præposit. & Afflict. in c.* 1. *de vasall. qui contra const. Lotharij Felin. in c. quæ in Eccles iarũ. nu.* 78. *de Constit. Corne. in consil.* 239. *num.* 20. *vol.* 1. *Iacobin. de Sancto Georgio in inuestit. feudali. in verb. Qui quidem inuestiti. nu.* 29. *& in verb. Et vnus ex dictis vasallis refutauit. nume.* 1. *Ludolph. Schraderus de feudis. parte* 8. *cap.* 1. *nume.* 61. *Francis. Sonsbec. in vsus feudorum. parte* 12. *nu.* 114. 115. *Cappell. Tholos. in decis.* 404. *Stephan. Gratianus in decision. Marchiæ.* 87. *nu.* 13. *D. Fabius Capic. Galeota in dicto Responso pro Duce Grauinæ. nu.* 49.

409 Sed attentari posse † contenderem, renunciationem licitã esse vasallo & fieri posse domino, quãquam ad aliquod seruitiũ teneretur vasallus. *Textus mihi videtur in dicto cap* 11. *de vasallo, qui contra Constitut. Lothar. ibi, post refutationem tamen ad seruiendum non tenetur.* Ergò textus dicit refutationem permissam, & tamen ibi agitur de seruitio, quod bene considerandum esse arbitror.

410 Declara secundo † refutationem, siue cessionem feudi fieri posse in Agnatum proxime successurũ. *arg. c.* 1. *de eo, qui fin. fecit agnat. & in c.* 1. *de alien. feud. pater. Iacob. de Ardizzon. in summa feudor. c.* 109. *incip. & quod supra dictum est. Francisc. Sonsbec. in vsus feudor. parte* 12. *nu.* 116. *cum pluribus seqq. Francisc. Hotoman. in disputation. feudistica. c.* 38. *& feudorum lib.* 2. *titul.* 9. *§.* 2. *in verb. per refutationem. Francisc. Milan. in decis. Siciliæ.* 1. *nu.* 159. 160. *lib.* 1. *Ioan. Thom. de Marinis de Generib. & qualit. feudor. lib.* 1. *titul.* 2. *num.* 117. *cum multis seq. Matth. de Afflict. in decis. Neapo.* 111. *sub num.* 5. *ante eos Andr. de Iser. in c.* 1. *§. sed, & cum res. num.* 15. *per quos fiat inuestitura. Sigismundus Loffredus. in consil.* 3. *num.* 18. *Barthol. Camerarius in rep. c. Imperialem. fol.* 33 *liter. L. Ioan. Anton. Lanar. in consi.* 3. *nu.* 3. *in fin.* dum tamen ille proxime succesurus sit ex sanguine nõ ex priuilegio. *D. Fabius Capicius Galeota in responso pro Duce Grauinæ. num.* 85.

411 Declara tertio, refutationem, siue † renunciationem feudi, quæ fit Domino a vasallo habẽte filios, & proximos, & præsertim feudi antiqui ex pacto, & prouidentia, non posse fieri absq; filiorum, vel proximorum consensu, quia alias in tantum valebit, donec refutans vixerit, ipso enim mortuo, proximior reuocare poterit. *c.* 1. *de alien. feudi paterni. c.* 1. *§. etsi clientulus. de alien. feud. Andr. de Iser. in c.* 1. *§. & si libellũ. nu.* 7. *de alien. feud. pater. Bart. Camer. in Rep. c. Imperialẽ. fol.* 33. *litera. O. uers. quinimmo, & hoc. D. Fabius Capicius Galeota in respõso pro Duce Grauinęin causa status Bisiniani. num.* 28.

412 Declara quarto, dictam renunciationem, † siue refutationem, quæ fieret domino per Vasallum, admitti non debere, si fieret intempestiue,

puta dum dominus eſſet in præcinctu belli, & vaſallus, vt ſeruitium euaderet, refutaret. *Bald. in cap. quæ in eccleſiarũ. nu. 25. de conſt. arg. l. cum fructuarius. ff. de uſufructu.* Et hanc puto causã fuiſſe, quãdo non fuit admiſſa refutatio feudi a Domino Ca-

413 millo Pardo Vrſino Marchioni † Guardiæ Grelis Imperatori Carolo Quinto, quia fuerat facta dũ Cæſar erat in belli præcinctu contra Gallorum turmas ſub duce Odetto Fuxio Lautreccho, de quo loquitur *Ioan. Vincentius de Anna, in rub. de Vaſall. decrepitæ ætatis. num.* 148. *faciunt ſcripta Franciſci Sonsbecij in vſus feudales. parte.* 2. *num.* 117. *Declarat Stephanus Aufrer. ad Cappell. Tholoſ. in deciſ.* 404. *verſ. ſed fallit. Ludolphus Schraderus de feudis parte.* 8. *cap.* 1. *ſub num.* 63. *vol.* 1.

414 Declara quinto, quod ſi refutatio fieret, † puta filio ſecundogenito, vel alteri vlteriori in gradu ſuperexiſtente primogenito, vel alio agnato proximiori & illa nulla erit, ſi primogenitus, vel proximior conſenſum non præſtiterunt, alias ſi pretio datum eſſet, ſpectabit proximiori intra annum redẽptio. *c.* 1. §. *porro. qualit. olim feud. alienar. poter. vbi hoc voluit Franciſ. Hotoman. in gloſ. penultim. & in diſputatione feudiſtica. cap.* 38. *in princ. Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedem.* 177. *num.* 4. *Antonin. Theſſaur. in deciſ. Pedem.* 99. *num.* 29.

415 Declara ſexto, quod in caſu, quo pater † filio, vel agnatus agnato proximiori feudi refutationem faceret, etiam in uita refutantis debet refutatarius intra legitimum tempus inueſtituram petere alias feudum amitteret. *Andr. de Iern. in cap.* 1. §. *ſed & cum res. nume.* 6. *per quos fiat inueſtit. Franciſc. Sonsbec. in vſus feudor. parte* 12. *numero* 118. 119.

416 Declara ſeptimo, quod † ſi ſint plures domini, & fieret refutatio vni ipſorum, non ſufficeret, cum debeat omnibus fieri, *vt poſt Bald. & Aluarottum. in c. Imperialem. voluit idem Barthol. Camerarius fol.* 33. *litera. T. V. de prohibit. feudi alien. per Federic.*

417 Declara octauo, eſſe † ſingulares, quod qui habet filios, refutare Domino feudum non poteſt, *vt poſt Andr. de Iſern. dicit Camerar. in dicto c. Imperialem. fol.* 33. *litera. V. de prohibit. feud. alien. per Feder.*

418 Declara nono, † refutationem feudi fieri non poſſe, ſi refutans reſeruaret ſibi vſumfructum, *vt poſt Camerarium. in dicto. c. imperialem. fol.* 33. *litera. H. de prohibit. feud. alien. per Federic. voluit Io. Franciſc. de Ponte, in conſil.* 12. *nu.* 6. 7. *vol.* 1. *Ante eos voluit Sigiſmundus Loffred. in conſil.* 3. *num.* 18. *Eruditiſſimus Conſiliarius Ioan. And. de Georgio in Alleg.* 17. *nu.* 45. *Ioan. Anton. Lanar. in conſil.* 73. *nu.* 3. *vol.* 1. *Don Garzias Maſtrill. in deciſion. Siciliæ.* 1. *num.* 11.

419 Contrarium tamen tenuit Dominus † Præceptor meus *Ioan. Bolognet. in conſi.* 6. *num.* 38. *in conſil.* 7. *num.* 96. 97. *quem ſequitur Fabius de Anna, in conſil.* 46. *per totum.* Hæc opinio mihi videtur vera, intelligendo, quod reſeruatio ſit alicuius partis fructuũ, ſiue penſionis in pecunia, quia non eſſent partes dominij ipſius feudi, ſed ſeparatæ.

420 Declara decimo, quod licet † refutatio fieri poſſet a vaſallo ipſius feudi domino, nec teneatur ei ſeruire, non tamen idcirco in priſtini Dominij memoriam, debet illum offendere, *vt per Hoſtienſem, Anton. de Butrio, Imolam & Felin. in c. quæ in eccleſiarũ. nu.* 81. *de conſtitutionib. Steph. Aufrer. ad Cappell. Tholoſ. in deciſ.* 404. *verſ. Quinto fallit. Vdalrich. Zaſ. in epitom. feudor. parte* 7. *nu.* 25. *Ludolph. Schraderus de feudis. parte* 8. *capitulo primo. nume.* 64. *vol.* 1.

421 Feudi, ſiue caſtri conceſſione facta, † non veniunt ea, quæ autea alijs conceſſa fuere. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol.* 334. *num.* 4.

422 Eccleſia capax eſt feudi, † quando illi a Rege illud donatur, *vt dicit Matth. de Afflict. in deciſſion. Neapolitan.* 361. *numer.* 39. 40.

423 Feudum, etſi alienari † poſſit accedente Domini aſſenſu, non tamen id præiudicabit agnatis, forte prætendentibus ius in eo, ſicuti nec agnati alienantes, præiudicare poſſunt domino *Nicol. Reuſnerus in deciſion. German.* 25. *numero* 16. 17. 18. 19. *libr.* 3.

424 Refutatio ſit † de feudo cum dicit cedo, & refuto, & reputatur, ac ſi dixiſſet dono. *Ioan. Vincent. de Anna in allegat.* 97.

425 In reditibus cenſualibus, vel emphyteoticis, habet locum ſucceſſio, de iure communi † Romanorum, *vt poſt Matth. de Afflict. in conſtit. Regni. vt de ſucceſſionibus. voluit Marin. Freccia de ſubfeud. Baron. lib.* 2. *tit. de different. de feud. quaternato, & de Tabula. differ.* 1. *num.* 2. *Ioan. Vincen. de Anna. in Allegat.* 106. *num.* 2.

426 Qualitas hæreditaria † in feudis dicitur, & intel ligitur de hærede ſanguinis. *Petr. de Gregor. Siculus. de conceſſ. feudor. parte.* 4. *q.* 15. *per totam. Ioan. Franciſc. de Ponte in conſil.* 34. *in conſil.* 52. *vol.* 1. *Franciſ Milanens. in deciſ. Siciliæ.* 7. *num.* 14. *cum ſeqq. lib.* 1.

427 Pater in feudis † non eſt legitimus adminiſtrator filij. *Franciſc. Milanens. in deciſ. Siciliæ.* 13. *num.* 1. *libr* 2.

428 Refutatio feudi capit naturam † vltimæ voluntatis, & dicitur quædam præmatura ſucceſſio. *Ioan. Vincent. de Anna in allegat.* 23. *numero* 6. *Franciſc. Milanens. in deciſion. Siciliæ.* 8. *numero* 286. *lib.* 1.

429 Id circo fieri non poteſt, niſi in † proxime ſucceſſurum. *Andr. de Iſer. in capitul. primo* §. *& ſi libellum. de Alienat. feudi pater. capitul. primo* §. *ſed & res. per quos fiat inueſtitur. Ioan. Vincent. de Anna in allegat.* 124. *numero decimo. & in ſingul. decimo octauo.* Vbi dicit ita fuiſſe deciſum per Regiam Cameram, & repudiari poſ-

430 ſe ſine † aſſenſu.

431 Refutatio feudi facta † filio a patre, morientе filio ſine filijs, feudum refutatum reuertitur ad patrem iure ſucceſſionis, non autem ex primęua cauſa, ſed ad eum tanquam hæredem

Vincent. de Franchis in deciſ. Neapoli. 3. Ante eum Ioan. Vincent. de Anna, in rep. c. 1. de vaſall. decrepit. ætat. num. 356. & in dicto c. 1. ante ipſos Præpoſit. col. 2. verſ. ſed pro declaratione quæritur. quem ex profeſſo allegat Gulielm. Hanneton. iuris feudor. lib.

432 *2. cap. 5.* Sed Præpoſitus in loco allegato † refert ſe ad dictum Iacobi de Ardizzone *in ſumma Feudor. cap. 137. incip. Diximus ſupra. verſ. Aſcendentes vero. & tamen ſolet in contrarium allegari.*

433 Verum tamen ſecundum concluſionem † interpretatur dictum Ardizzonis, iuxta intellectum Annij, & de Franchis, quibus ſuperaddendus eſt Nicolaus Intrigliolus de feudis, *Centur. 2. articul. 4.* qui reducit ad regulam, & facit plures ampliationes, & limitationes, quas omittimus.

434 Refutationis, non autem mortis tempus † attenditur, *vt poſt Barthol. Camerar. in c. Imperialem. fol. 30. litera. P. voluit Franciſc. Milanens. in deciſ. 8. nu. 290. cum pluribus ſequentibus. vſque ad num. 320. lib. 1. Hieronym. Fimia Siculus in conſil. poſt dictam deciſionem, & voluit Don Garſias Maſtrillus ad Petrum de Gregorio, de conceſſ. feudali. parte 4. quæſtione. 10. num. 24.* Et tam Milanenſis. *in deciſio. quam vide totam.* quam Garſias Maſtrillus fuiſſe dicunt deciſum, vt ſupra diximus, & deciſionem Sacri Conſiſtorij Regis Audientiæ fuiſſe confirmatam

435 † in ſupremo Conſilio Italiæ apud Catholicum Regem in Hiſpania, & ideo de tenentibus contrarium hodie non eſſe curandum.

436 Refutatarius, cui fuere donata † bona feudalia omnia in uita, & etiam matrimonij contemplatione, tenetur dare vitam, & militiam fratribus, *Ioan. Vincentius de Anna in allegat. 23. ſub nu. 6.*

437 Refutatio feudi non † debet eſſe ſimulata, & in ea quatuor interuenire debent, primo traditio, ſecundo cauſa traditionis, tertio, quod cauſa ſit manſueta, & iuſta. Quarto quod fiat domino, vel quaſi, vt per Regiam Cameram, cum interuentu duarum Claſſium Conſiliariorum Sacri Conſilj fuiſſe deciſum ſcribit *Ioan. Vincent. de Anna, in allegat. 97. per totam.*

438 Feudum conceſſum ad tempus, finito † tempore extinctum eſt, & poteſt alteri concedi. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 392. nu. 18.*

439 Res feudalis ſpacio annorum † triginta præſcribitur. *vt arg. c. 1. §. ſi quis per triginta. ſi de feud. defunct. content. Cappell. Tholoſ. in deciſ. 398. incip. Item fuit quæſitum quo modo res.*

440 Sed dubium facit † textus *in c. 1. §. præterea. de Capitul. Conrad. & c. Imperialem. in princip. de prohibit. feudi alien. per Federic.* in quibus concluditur, licere omnes feudorum alienationes factas, nulla obſtante præſcriptione, reuocare. Sed ta-

441 men dicta iura intelliguntur, non obſtare † præſcriptionem decem, vel viginti, annorum, ſecus vero de præſcriptione triginta vel quadraginta annorum, *vt dicunt Andr. de Iſern. Bald. Aluarot. Laudens. & ceteri. in dicto. §. præterea. & in dicto. c. Imperialem. in princip.*

Vnde dicendum eſt, primam concluſionem ve-

442 rã eſſe, quod ſi quis rem alterius, tanquam † feudalem, cum præſtatione ſeruitij ſpacio triginta annorum poſſederit, tutus ſit, etſi inueſtitura non interuenerit, quæ ſunt tria, poſſeſſio triginta annorũ, quod tanquam feudum, & quod præſtiterit ſeruitia aut pecuniã pro feudo, domino ſoluerit, *ut in dicto c. 1. §. ſi quis per triginta. & dicunt ibidem Iſern. Bald. Martin. Laudens. Aluarot. & alij. & voluit Alex. in conſ. 169. viſo themate. col. 2. verſ. Puta etiã quia ad hoc. vol. 2. & in conſ. 113. viſo, & diligenter conſiderato. col. fi. verſ. Nec obſtat textus. vol. 4. Deci. in conſil. 144. nu. 3. 4. ante eos Iacobus Ardizzonus in ſumma feudor. c. 54. Incip. Item acquiritur. Petr. de Bella Pertica. in tract. feudor. titul. 7. nu. 10. Gulielm. Hanneton. Iuris feudor. lib. 2. cap. 1. Franciſc. Duaren. in conſuetudines feudales. cap. 8. nu. 1. Ioan. Franciſc. Balbus in tract. præſcriptionum. 4. parte 4. partis principal. q. 1. num. 1. Franciſc. Hotoman. in Diſputat. feudiſtica. cap. 20. Marin. Freccia. de ſubfeud. Baron. lib. 2. q. 28. nume. 2. 3. Ludolphus Schraderus de feudis. parte 5. c. 4. ſub nu. 4. Eguinarius Baro de Benefic. ad Hortenſium. lib. 2. c. 14. Nouiſſime Camillus de Curte, in Diuerſ. feudor. §. declarata igitur. num. 109. cum pluribus ſequentibus. fol. 68.*

443 Declara primo, ſi a non † domino rei alterius quis inueſtituram acceperit bona fide, longi temporis decem, vel viginti annorum ſpacio, poteſt ſe tueri ſi vere mala fide, triginta annis ſe præſcriptione tuebitur. *Iacobus Ardizzonus, in Sũma feudor. cap. 54. incip. Item acquiritur.*

444 Declara ſecundo, etiam † dominum qui triginta annorum ſpacio ſine aliqua interpellatione poſſederit, & ſeruitia ab aliquo receperit, tanquam a fundi alicuius feudalis poſſeſſore, tueri poteſt, quod ea præſcriptione contra feudatarium vtatur. *Specul. in tit. de feudis. §. quoniam. verſ. tertio quæro. Bald. in dicto. §. ſi quis per triginta. Ioan. Franciſcus Balbus in tract. Præſcription. 4. parte 4. partis principalis. q. 1. nu. 6. 8. Franciſc. Duaren. in conſuetudines feudales. cap. 8. ſub num. 2.*

445 Declara tertio, in hoc Regno Neapolitano † ſiue vtriuſque Siciliæ præſcribuntur feuda, & quotæ partes feudorum ſpacio annorũ triginta exiſtente aduerſario in regno, vt decreuit Imperator Federicus *in Regni. conſt. conſuetudinem prauam. ſub tit. de Rei actione, & exceptione. vbi Marinus de Caramanico gloſſator, Andr. de Iſer. Lallus de Tuſcia, & Afflict. huius cõſtitutionis noſtræ, ex Vltramõtanis bis meminit Franciſc. Hottomans in Diſputatione feudiſtica. cap. 20. ſuper cuius intellect. multa contra Camerarium ſcribit Ioan. Anton. Cannetius. in capitul. volentes. Regni Siciliæ. §. colligitur etiam 7. numero primo ſecundo. fol. 23. & in §. At operæ pretium. 8. per totum. fol. 25.*

446 Subintellige ſupradictam † Regni Neapolitani, Siculique conſtitutionem non procedere in re ſingulari feudi, quia non p̃ſcribitur, *ut in d. cõſt. cõ-*

suetudinem prauam.§.ceterum. Vbi hoc declarauit Martinus Gloſſator *in gloſſ. 1. verſ.Et hæc ſunt vera.& ibi alij Doctores, quos ſupra citauimus. Paris de Puteo de Redintegrat. Feudorum.c. 66.incip. An ſi emphyteota.nu.5.fol.42.*

447 Subintellige ſecundo eãdem † declarationem, quod ſeruitium debitum Regni, vel alteri pro feudo,nunquam præſcibitur,*vt in dicta conſt. conſuetudinem prauam.& ibi Doctores. Paris de Puteo de Redintegrat.feudor.c.66.incip.An emphyteota.nu. 6.fol.42.*

448 Declara quarto, quod vbi in hoc † Regno tractatur de præſcriptione Feudi contra Fiſcum, non habet locum,niſi præſcriptio centum annorum,*vt eſt alia conſtitutio,incip.Quadragenalem.& ibidem Doctores. Paris de Puteo de Redintegratione feud. cap.66.incip.An ſi emphyteota. num.9.fol. 42.& in capitul.157.incip.An qui tenetur dare.nume.7.fol. 92.*

449 Declara quinto,quod feudum † præſcriptione quæſitum, ſortitur ordinariam feudi naturam, *vt ex Angelo in conſil. 106. Sanctiſſima Regina.* Ita

450 quod tranſit feudum † ad illos, ad quos de iure tranſire debet,Bald.in c.1.§.fin.de feud.dat.in vic. legis Commiſſ.*Ioan.Franciſc.Balbus in tract.Præſcriptionum. 4.parte 4. Partis principalis.quæſt.1. num.5.*

451 Declara ſexto,illum,qui in præſcriptione † feudalis rei ſe fundat,probare debere aduerſarium in Regno fuiſſe tempore decurſæ præſcriptionis. *And.de Iſern.in c.1.§.præterea.de capitul. Conradi. Matth.de Afflict. in dicta conſtitut. conſuetudinem prauam. num. 4. quos cum nonnullis alijs refert Ioan.Vincent.de Anna.in capitul.primo numero 453. de vaſall. decrepit. ætat.& in ſingul.194.*

Subintelligunt tamen hanc præſcriptionem

452 non procedere in Rege noſtro,quia † ſemper abeſt a Regno, vt fuiſſe deciſum in Regia Camera Summarię *poſt Ioan.Vincentium de Anna.in dicto c.1.nu.454.de vaſallo decrepitæ ætat.ſcribit Camil. de Curte,in diuerſorio feudor.§.declara.num. 135. fol. 68. Faciunt notata ab eodem Annio in ſingul.* 194.Hoc autem mihi minime arridet, quia forte

453 crediderunt placere Regi, cui † obſeruantia iurium Regni ſemper cordi fuit, & erit, aperienda eſt veritas, quia eorum opinio mihi non ſatisfacit, cum nec rationi cõgruat. Regis enim perſona vbi que eſt in ſuis Regnis, adſunt ſui Principes locum eius tenentes, adſunt ſui Magiſtratus, cõtra quem currere eandem præſcriptionem, quæ currit contra Fiſcum ſcilicet cẽtenariã arbitrari poſſumus,ad quæ concinunt, quæ ſcribit *Ioan. Ancharanus Regienſis lib.3.queſt.familiar.q. 11.nu.7.Ioan. Petr. Surdus in deciſion. Mant. 4. num. 6.* Spacio enim

454 † annorum centum præſcribitur contra eccleſiã, quæ cum maiori nitatur priuilegio, quanto plus contra Principem. Sed de hoc plenius dicam in titulo de Præſcriptionibus.

455 Agnatis proximis † ius ſuccedendi in feudo paterno competit, & dum ſunt plures in eodem gradu exiſtentes, alienatio omnibus non conſentientibus fieri nequit.*Iacob.Thomingius in deciſ. Lipſenſi.43.nu.10.15.18.24.*

456 Agnati proximi ad auiti feudi † ſucceſſionem admittuntur, non facto patris, vel vaſalli, ſed legis beneficio ad illud vocantur.*Iacob.Thomingius in deciſ.Lipſenſi.43.nu. 19. Nicolaus Reuſnerus in deciſ.Germaniæ.1.ſub nu.16.lib.2.*

Magna inter Doctores noſtros fuit alteratio & ad huc durat, num in ſucceſſione Regni vel feudi

457 præferatur † nepos patruo, an e contra patruus Nepoti? Et patruum præferri nepoti voluerunt in fra proxime dicendi opinionis huius ſectatores,vi delicet.

Accurſius,*in c.1.in verb.ſolus.titul.de natur.ſucceſſ.feudi.*

Andreas de Iſernia,*in c.1.§.hoc quoque.nu. 10. verſ.ſi ergo viuens.de ſucceſſ.feudi.& in Regni cõſt. incip.Comitibus.*

Oldradus de Ponte,*in conſi.94.nu.15.verſ.Amplius certum eſt.*

Archidiaconus,*in c.fin.24.q.1.*

Bartolus,*in Authent. Poſt fratres. C. de Legit. hæred.*

Riccardus Malumber, Cynus de Piſtorio, Bartholomæus de Salyceto, Paulus de Caſtro, & Raphael Fulgoſius, *in l.ſi viua matre.C. de Bonis mater. in l. Vt inteſtato.C.de ſuis, & legitimis.*

Balbus, *in dicta l.ſi viua matre. in l. tutela. §.ſi duo.ff.de legitim.tutorib.in conſil.275.col.2.verſi. Quæſtio talis ſuppoſita.volum.2.*

Petrus de Ancharano, *in conſil.81.*

Ioannes de Immola, Dominicus de Sancto Geminiano, Philippus Francus, *in c.grandi.de ſupplend. neglig. prælator.in 6.*

Lucas de Pæna,*in l.Nepotes.col.1. C. de his, qui nu.liber.lib.10.in l.ſi quis. C.de Profeſſ. & Med. eo. lib.in l.ſi quis in Sacris in fin.C.de Proximis Sacror. ſcrin.in l.quicunque.C.de Princip.agent. in reb.l.1. C.de Priuileg.eor.qui in ſacr palat.milit. in l.Tyrones.col.1.C.de Tyronibus.lib.12.*

Alexander *in conſil.4.num.11.vol.4.& antea in conſil.123.vol.1.*

Matthęus de Afflictis,*in c.1.nu.10.cum pluribus ſeq.de nat.ſucceſſ.feud.*

Petrus Piccolus de Monteforti, *in quodam conſilio relato per Afflictum in loco proxime allegato.*

Andres Barbatia,*in conſil.27.col.22.vol.1.*

Philippus Decius, *in conſil.443. in caſu ad me tranſmiſſo, qui refert.*

Antonium de Roſellis.*in tract.de ſucceſſ. ab inteſtato.col.31.*

Franciſcus Porcellinus,*de duob. fratrib.parte 3. quæſt.54.*

Gulielmus Pernus Siculus,*in conſil.13.nu.4.*

Antonius de Prato veteri,*in l.in quartam.q.6. ff.Ad legem Falcidiam.*

Manſue-

Manſuerius in Practica, *titulo de ſucceſſ. ab inteſtat. nu. 27. verſ. Itē in plurib. ciuitatibus Italiæ.*

Petrus Philippus Corneus, *in conſil. 199. In prę ſenti conſultatione. litera G. la 2. vol. 2.*

Franciſcus Curtius Iunior, *in tract. feudor. parte 2. col. penult. verſ. ſecundo moueat.*

Ioannes Antonius Rubeus Alexandrinus, *in conſil. 149. incip. In contractu nu. 11.*

Sigiſmundus Loffredus, *in c. 1. de natur. ſucceſſ. feud.*

Martinus Laudenſis, *de Primogenitura col. 8. verſ. Difficilis eſt articulus.*

Coſmas Guimier, *in Proęm. Pragmat Sāctionis.*

Andreas Alciatus, *Parergon lib. 8. cap. 15.*

Antonius Corſetus, *in dicto c. grandi. nu. 119. de ſupplend. neglig. Prælat.*

Ioannes Bolognetus Præceptor, *in conſil. 9. nu. 32. 37. 43.*

Abbas Panormitanus, *in conſil. 85. nu. 3. vol. 1.*

Iacobus Mandella, *in conſil. 60. nu. 4. vol. 1.*

Bartholomęus, de Chaſſanæo, *in conſil. 53. col. 12. verſ. Decimo. ſexto.*

Auguſtinus Berous, in conſil. 71. vol. 1.

Iacob. Menochius, *in conſil. 220. nu. 60. vol. 3.*

Ioannes Petrus Surdus, *in conſil. 403. nu. 34. & in conſil. 494. vol. 4.*

Emanuel a Coſta, *in tract. de Patruo, & Nepote. fol. 165.*

Aluarus Vallaſcus, *in tract. de iure emphyteotic. q. 50. ſub num. 35.*

Ioannes Antonius de Nigris *in Præludÿs capitulorum Regni. num. 24. in fin.*

Bartholomeus de Capua, *in Allegationibus, quas fecit pro Rege Roberto, quarū meminit Matth. de Afflict. in cap. 1. numero 88. de ſucceſſ. feud. &*

Andreas Tiraquellus, *de iure primogenior. quæſt. 40. num. 17.*

Et omittendo exempla hiſtoriarum, quæ ad confirmādam hanc opinionem eſſent mihi obuia,

458 ita determinauit † quo ad Regna vtriuſque Siciliæ in contradictorio iudicio Clemens Quintus Summus Pontifex ad fauorem dicti Roberti Regis in Ciuitate Auenione authore, & Patrono pro ipſo Rege eodem Bartholomæo de Capua, tunc temporis I. C. percelebri & excluſus fuit Carolus Numbertus appellatus Carolli Martelli primogeniti Caroli Secundi Regis filio, vt in Clem. Paſtoralis. de re iudicata, & teſtantur Hiſtorici, vt *Ioan. Villanus Hiſtor. Florentinæ lib. 8. cap. 112. Pandolphus Collenucius Hiſtoriar. Neapol. lib. 1. Flauius Blondus. lib. 18. Baptiſta Platina in Clemente. V. Iacob. Philipp. Bergomas. ſupplementi clericor. libro 13. Angel. Conſtantius Hiſtoria Neapolitan. lib. 5. Michael Ritius de Regibus Siciliæ. lib. 3.*

459 In ſenatu, ſeu Conſilio † Portugalliæ, ſiue Luſitaniæ fuit prolata ſententia pro Dom. Roderico patruo contra Nepotem Dom Didacum Cobo, *vt ex memoria facti retulit Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 307. num. 3.* Et qui ſententiam pro tulerunt, ſunt videlicet,

Ioannes Monteyzo
Chriſtophorus de Pharia
Lopez de Corda
Rodericus Monteyzo
Antonius de Limao,
Antonius de Mota,
Simon a Cunha,
Antonio Paez,
Radoricus Gago.

Contraria vero ſententia, quod pattuus non

460 ſuccedat, ſed nepos, † tenent infra ſcripti videlicet,

Ioannes Andreas ad Speculatorem, *in rubric. de feudis.*

Oldradus, *in conſil. 224.*

Albericus de Roſate, *in Proęmio Digeſtorum. §. Diſcipuli. col. antepenult.* verſ decimo in iſta materia.

Ioannes Faber, *in §. cum filius. col. 2. verſ. ſed quid dices. Inſtit. de Hæredit. ab inteſtat. venientib.*

Baldus, *in l. liberti. num. 18. in fin. C. de oper. libertor.* Vbi dicit, Papam in illo caſu, neſcire, an veritatem determinauerit, pro Rege Robert & fuiſſe

461 † partialem, non Apoſtolicum. Et plene *in l. cum antiquioribus. num. 11. C. de iure deliberan.* Vbi reliquit dubiam quæſtionem dicens, ſoluet Apollo, *in l. ex hoc iure. col. 1. verſ. ſexto quæritur. ff. de iuſtit. & iur. & in conſil. 386. & in conſil. 389. vol. 2.* dicens, eſſe communem opinionem.

Sed notandum, quod errauit dum dicit fuiſſe fa

462 ctum, per † artē Aromaticam, Regis Roberti a Bonifacio VIII. tanquam libero, & tanquam fuiſſet totum bonum, & Regis Roberti factum ab ipſo Bonifacio VIII factum fuiſſet cum reuera a Clemente Quinto factum ſit.

Paulus de Caſtro, *in l. Maximum vitium ſub nume. 2. C. de liberis præteritis. qui refert dicta a Bartoli & in conſil. 164. vol. 2.*

Ludouicus Romanus *in conſil. 29. in cauſa Maioricę.*

Petrus de Ancharano, *in c. licet. num. 18. extra de voto. in c. grandi. de Neglig. prælat. in 6.*

Cardinalis Florentinus, *in dicto. c. licet.*

Abbas Panormitanus *ibidem, & in conſil. 84. vol. 1. in conſil. 3. vol. 2.*

Franciſcus Aretinus, *in l. is poteſt. col. 2. ff. de acquir. hæred. & in conſil. 162.* Vbi dicit, hanc eſſe cōmunem opinionem.

Nicolaus de Vbaldis, *de ſucceſſione ab inteſtato, parte 1. in 6. ſpeciali fil. num. 69. verſ. item quæro an filius.*

Ioannes Raynandi, *in c. 1. §. præterea ducatus. num. 9. de prohib. feud. alien. per Federicum.*

Nicolaus Mattarellis, *in l. fin. C. de iuriſd. omn. iudic. quem refert Bald. in l. liberti. num. 18. C. de oper. libertor.*

Bartholomæus Socinus *in l. ſi cognatis. col. 2. verſ. ſecundo infertur. ff. de reb. dub. & in conſi. 252. vol. 2. in conſil. 47. col. pen. verſ. Confirmatur etiam. vol. 3.*

Ludoui-

Ludouicus Bologninus, *in consil. 62. col. 2. vers. vel & tertio.*

Andreas Barbatia *in consil. 10. col. 4. vol. 2.*

Felinus *in c. Prudentiam. num. 7. de offic. deleg. & in c. auditis. nu. 20. versic. consuetudo præferens. de Præscript.*

Carolus Ruinus, *in consil. 13. vol. 1.*

Iacobus Aluarotus, *in c. 1. in fin. de feud. Marchiæ.*

Cardinalis Alexandrinus, siue Præpositus, *ibidem. col. 2.*

Stephanus Aufrerius, *ad Cappell. Tholosanam in decis. 43.*

Cosmas Guimier, *in Prag. Sactione. in Proœmio, in verb. Primogenito.*

Gulielmus Benedictus, *in Rep. c. Raynutius. in verb. in eodem testamento. il. num. 187. in verb. Mortuo itaque testatore. num. 42. & in verb. vxorem nomine Adelasiam. num. 620. de testamentis.*

Matthæus de Afflictis. *in cap. 1. §. omnes fily. col. 2. si de feud. fuerit. controuers. inter dom. & agnat. vasalli.*

Ioannes Montolonius, *in Promptuario iuris. in verb. Primogenitus.*

Bartholomæus de Chassanæo, *in Consuetud. Burgundiæ. titul. des succ ssions §. 10. col. 1. & in Gloria Mundi. parte. 5. considerat. 44.*

Cardinalis Parisius, *in consil. 72. num. 107. vol. 4.*

Philippus Probus ad Ioannem Monachum *in dicto. cap. grandi. de supplenda negl gentia prælatorum in 6.*

Thomas Grãmaticus, *in decision. Neapolitan. 1. num. 28.*

Didacus Couarruuias *Practicar quæstion. cap. 38. num. 6. vers. vndecimo illud. & Variar. resolut. lib. 3. cap. 5. num. 4.*

Hieronymus Cagnolus, *in proœmio digestorum. §. discipuli. num. 177.*

Ferdinandus Vasquius, *de succeff. creation. parte 1. lib. 3. §. 27. limitation. 31. num. 18.*

Antonius Gabriel, *in commmun. opin. lib. 4. titul. de succeff. ab intestat. conclus. 3. num. 16.*

Petrus Nicolaus Mozzius, *de Feudis, titul. de substantia lib. feud. num. 69.*

Hippolytus Riminaldus *in consil. 211. num. 32. vol. 2.*

Napodanus Sebastianus, *in consuetudinem Neapolitanã. Et si moriatur. §. & omnia in verb. ex masculis. num. 113. 18. titul. de succeff. ab intestato.*

Iacobus Berretta *in consil. 134. num. 8. vol. 1.*

AEgidius Bellemera *in decision. 724.*

Nouissimi Parisienses *ad Alexandrum in consil. 4. vol. 4. & in consuetud. Parisiens. § 134.*

Nicolaus Boerius, *in Consuetud. Biturigens. titul. Des coustumes concernans les testamens. §. 2. col. 2.*

Ioannes Pyrrhus Anglebermęus, *in tract. de Suitate. in princip.*

Ioannes Sainxon, *in Consuetudines Turonens. tit. Des succesions des. Fediettz. artic. 26. in verb. Tant qu'il ayt hoir. col. vltima.*

Andreas Tiraquellus, *de primogenitura, q. 40. num. 12.*

Tiberius Decianus *in consil. 55. num. 48. vol. 3.*

Lucas de Penna, *in l. A Palatinis. C. de Priuileg. eor. qui in sacro palat. mil. lib. 11. vbi refert*

Nicolaum Rufulum in quodam Consilio.

Franciscus Viuius, *in Sylua communi. opinion. lib. 2. opin. 539. & in decis. 502.*

Ioannes Thomas de Marinis, *de Generibus, & qualitate feudor. titul. 6. nu. 22. fol. 92.*

Celsus Hugo, *in consil. 93. num. 6. in consil. 120. nu. 13.*

Matthæus Gribaldus, *in commun. opinione. in verb. succeffio iuris.*

Franciscus Bursatus. *in consil. 67. nu. 13. vol 1.*

Ioannes de Firmo, *in suo repert. in uerb filius Regis. nu. 8. & in verbo. nepos. nu 10.*

Ioachimus Mynsinger, *obseruat. 23. Centur. 3.*

Antonius Gomez. *in l. Tauri. 40. nu. 66.*

Petrus Gregorius Tholosas, *de Rebus. lib.... capitul. 10.*

Didacus Castillo, *in dicta l. Tauri 40 gloss. 1.*

Alfonsus Montaluus, *in l. fori. 1. lib. 2. titul. 3. in verb. suhyo.*

Ludouicus de Molina, *de Hispanor. primogen. lib. 3. cap. 6. nu. 46.*

Ioannes Thomas Minadous, *in const. in aliquibus. Notabili. 3. sub nu. 118.*

Rodericus Suarez, *in l. quoniã in prioribus. Ampliation. 10. nu. 12.*

Nicolaus Intrigliolus, *de Feudis. Articul. 36. nu. 126.*

Antonius Gamma, *in decis. Lusitan. 307. numero 16.*

Hieronymus Cæuallos, *opin. commun. contra cõmun. opin. 197.*

Ioannes Dilectus Durandus, *de Arte test and. titul. 3. cautel. 8.*

Ioannes Guttierez, *Pract. quæst. parte 2. q. 67. num. 36. & Canonicarum quæstion. capit. 14. num. 62.*

Hieronymus Gabriel, *in consil. 107. nu. 9. vol. 1. in consil. 130. nu. 37. Vol. 2.*

Cardinalis Mantica, *de coniectur. Vltim. volunt. lib. 8. titul. 10. nu. 9.*

Melchior Palaez, *de Maior. parte 2. q. 4. in princip.*

Marcus Solon de Pace, *in consil. 29.*

Peralta, *in Rubrica de Hered. Instit. numero 121.*

Ioannes Cephalus, *in consil. 656. nu. 50.*

Aymo Crauetta, *in consil. 677. num. 9. in consil. 798. nu. 17.*

Ioãnes Petrus Surdus *in consil. 362. numero 12. vol. 3.*

Antonius de Raho, *in consuetud. si moriatur. §. Et omnia. sub verb. ex masculis. in Apostill. ad Neapod.*

Anto-

Antonius Capicius, *in eadem consuetudine in Apostill. incip. Tenet.*

Ioannes Angelus Pisanellus, *ibidem. in Addit. incip. Tu vide.*

Scipio Bucenus, *in eadem consuetudine.*

Christophorus Torniola. *in consil. 83. num. 21. 24. cum pluribus seq. vol. 1.*

Fridericus Schench, *in c. 1. in princip. sub nu. 14. de feudo Marchiæ.*

A Rosenthal, *in Synopsi feudor. capitul. 7. conclus. 37.*

Michael ab Aguirre, *in Apologia, parte 2. numero. 113.*

Gregorius Lopez, *lib. 2. titul. 15. partita. 2.*

Emanuel a Costa, *de success. Regni, parte 2.*

Iacobus Saa, *in tract. de patruo, & Nepote.*

Ioannes de Lauduno, } *ad Oldradum in con-*
Armandus de Narcisio, } *sil. 224. in fin.*

Ioannes Roias, *in epitome success. cap. 5. numero. 36.*

Gonzales Velascus, &

Ferdinandus Mendius, pro Didaco Lobo ne-
463 pote contra patruum super Baronia † de Aluito in Lusitania, quos refert Antonius Gamma, *in decis. Lusitan. 307. num. 3.*

Doctor de Sancto Isidoro similiter.

Gaspar Antonius Thesaurus, *quæst. Forens. lib. 1. q. 35.*

Constantinus Capriolus, *de success. ab intestato. lib. 1. num. 626. & seq.*

Ioannes Vincentius, de Anna, *in singul. 356.*

Nicolaus Vigelius, *in decis. 33. Centuria prima.*

Secundum hanc opinionem fuit ad fauorem ne-
464 potis pro terra Rocchæ Guglielmæ iudicatum † contra patruum per Pium Pontificem, vt retulit Matth. de Afflictis. *in c. 1. nu. 20. de natura success. feudi.*

Per Regem Robertum in ciuitate Auenionæ fuit iudicatum pro nepote contra patruum, scilicet
465 † contra Iacobum de Sancto Seuerino super comitatu Marsici, & comitatu ciuitatis Sanctæ Seuerinæ in eadem causa apud Calabriam citra, contra
466 comitem † Tricarici secundogenitum, duobus Cardinalibus præsentibus, vt apparet in dicto consilio Oldradi 224. *in fin.* De qua controuersia. meminit Ioānes Andreas ad Speculatorem, *in titulo de feudo. col. 3. Nicol. de Mattarellis. in l. fin. C. de iurisd. omn. iud.* Matth. de Afflict. *in c. 1. sub nu. 11. de Natur. succes. feud. Thom. Grammat. in dicta decis. 1. nu. 16.*

Idem Rex Robertus anno 1327. die 11. Februa-
467 rij similiter pro nepote contra patruum † iudicauit in causa Leonardi de Sanframundo, *refert Anton. Capic. in consuetud. Neapoli, si moriatur. titul. de succes. ab intestat.*

In anno 1349. die 5. Decembris, per Reges Lu-
468 douicum, & Ioannam coniuges fuit † iudicatum pro Ioannella filia Ioannis Candellæ Primogeniti, excluſa Marino Candella Patruo secundogenito, *vt retulit idem Capicius in loco supra allegato.*

In anno 1418. die 11. Ianuarij. Regina Ioanna secunda decreuit pro Catherina Filingeria, filia Iacobi Nicolai Filingerij Comitis Auellini con-
469 tra patruum † assistentibus eiusdē Reginæ consiliarijs, nec non Marino Boffa Regni Cancellario, Ioanne de Monte Magno, & Petro de Pistorio Iudicibus Magnæ Curię, nec non Ioanne Arcamono, Balosio Listo, Cardo de Caieta, Gurrello caracciolo, Ioco de Griffis, & Abbate Raynaldo vasallo cuius Decisio hodie attenditur in hoc Regno, estque lex notoria inter Pragmaticas Regni, sub titulo de feudis.

In Anno 1538. Mense Februario, Sacrum con-
470 silium decreuit pro Don Scipione † Caietano filio Ducis Traiecti, contra Don Ferdinandum Caietanum patruum, vt refert Ioannes Angelus Pisanellus in dicto casu fertili, & infertili, in eadem successione, vti refert in ea parte, & fuit postea in anno 1563. in dicta Regia Camera Sūmariæ con-
471 firmata. In anno prędicto fuit prolata † sententia in personam Don Aloysii Caietani iunioris Ducis Traiecti contra Don Nicolaum Caietanum patruum.

472 In anno 1565. die 25. Martij. in sacro † Consilio fuit decisum, ad fauorem Domini Martij Caraffæ Ducis Magdaloni, excluſis Dominis Cæsare, & Ioanna Carrafa Patruis.

In anno 1480. die 16. Maij. *licet hoc antea dicere*
473 *debuissem*, Rex Ferdinādus, † assistente sacro cōsilio decreuit pro Domina Matthia de Senerchia vxore Domini Rogerii de Gesualdo, pro oppidis Coliani & Qualiettę contra quosdam Caietanos, & de Bracamonte inuestitos per Principem Anrangiæ, excluso Domino Amelis de Senerchia patruo, cui ex gratia fuit relictū oppidum Senerchię, cuius meminit *Matth. de Aſflict. in dicto c. 1. nu. 19. de natura successionis feudi.*

In Anno 1567. die 24. Maij. In causa status
474 Magdalone pro nepote cōtra patruum fuit † decretum per Regiam Cameram Summariæ, & supremum collaterale consilium, *teste Ioanne Vincentio de Anna in singul. 356.*

475 In Lusitania fuit lata sententia pro † Don Petro de Menses contra Don Telium de Menses patruum per Regem Alfonsum, *vt refert Anto. Gamma in decis. Lusitan. 307. sub nu. 14.* ex infrascriptis Regijs consiliarijs Don Ioanne Episcopo Conimbricensi, Roderico Ioannis, Bartholomęo Gomez, Gonzalo Fernandez, & Ioanne Alphonso.

476 In eodem Regno in anno 1530. fuit † prolata alia sententia cōtra Patruum pro Nepote per hos Regios Senatores, Petrum Nuniū de India, Ferdinandum Martinum, Sebastianum de Matos, Philippum Alphonsum, Gasparem de Carualho, Rodericum Gomez de Pinheiro, Antonium de Liam, Antonium Sanchez Brandam, & Antonium de Mota, retulit idem Antonius Gamma *in dicta decis. Lusitan. 307. nu. 14. in fin. Et aliam pro Ferdinando Coutinho similiter nepote, refert idem Gamma in dicta decis. 307. nu. 24.*

477 Et

477 Et nihilominus tempore † Othonis Imperatoris fuiſſe eius ordine iuſſum bis inter patruum, & nepotē gladio de certatū, prima, & ſecunda vice, & ſemper nepotē victorē extitiſſe, refert Ioānes de Firmo in Repertorio, *in verb. filius Regis. verſ. 8. in verb. Nepos. verſ. 50.* Vbi dicit, id audiuiſſe a dño Franciſco de Pauinis, Rotæ Auditore, quod legerat in Annalibus. Sed ego legi quandoque omnes hiſtorias Imperatorum huius nominis, nec id repe riſſe recordor.

Videtur itaque maiorum Doctorum numero opinionem pro nepote contra patruum eſſe ap-
478 probatam, & in † pluribus ſupremis conſeſſibus Regum placitis, ac Principum iudicijs firmatam, a qua durum eſſet diſcedere.

479 Ante condemnationem, nec Fiſcus, nec † alius in feudo aliquod ius habet. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 385. nu. 7.*

480 Sententia feudalis lata † contra vaſallum, nocet Domino, & e contra. *Matth. de Afflict. in deciſ. 396. num. 5. quem ſequitur Marc. Antoni. Peregrinus in conſil. 8. nu. 9. in fin. vol. 1.*

481 Alienatio feudi antiqui † ex pacto, & prouidentia, legitime facta per patrem, non retractatur, nec reuocatur per hæredes. *Iacobus Menochius in cōſil. 89. nu. 104. vol. 1. Cæſar Barzius in deciſ. Bononien. 64. nu. 44.*

482 Agnatus, qui non eſt hæres defuncti † pro feudo debita hæreditaria ſoluere non tenetur. *Iacob. Thomingius in deciſ. Lipſenſi. 17. ſub nu. 8.*

483 Limita ſecus eſt in debitis † contractis occaſione feudi, quia illa omnino ſoluere debet, *vt dicit Iacob. Thoming. in dicta deciſ. Lipſens. 17. nu. 9. 25. vbi hoc tenet poſt And de Iſern. & Matth. de Afflict. in c. 1. An agnatus. Bald. in conſil. 332. vol. 3. Aymo Crauett. in conſil. 197. nu. 1. de quo ego ſcripſi in conſ. 56. per totum. Centur. 2. vbi plene.*

484 Feudum nouum alienari poteſt etiam non † cōſentientibus ſimul inueſtitis. *Ita Andr. de Iſern. in c. 1. nu. 9. 10. Aluarot. nu. 8. Afflict. num. 18. 19. de Alien. feud. patern. Curt. in tract at. feudor parte 4. Regul. 2. q. 8. nu. 144. voluit Iacob. Thomingius in deciſ. Lipſenſi. 23. nu. 3. Ioan. Petr. Surd. in deci. Mantuan. 209. nu. 17 in deciſ. 235. nu. 3.*

485 Feudum conceſſum † alicui, & filijs, debetur omnibus deſcendentibus in infinitum, *vt poſt Bald. in c. Quæ in eccleſiarum, num. 39. de conſt. voluit Ioan. Petrus Surdus in deciſ. Mantuæ. 17. nu. 16. 17. Matthias Colerus in deciſ. German. 45. num. 4. 5. & in deciſ. 48. nu. 4.*

486 Dominus capiens feudum iure prelationis † feudalis, non tenetur ſtare colono. *Aurel. Corbulus de emphyteoſi titul. de cauſa priuationis ob nō ſolutum canonem. Ampliation. 34. nu. 3. Octauian. Cacheran. deciſ. Pedemontan. 156. num. 9. 10. Surdus in deciſ. Mantuan. 107. nu. 17. & in tract at. de Alimentis. titul. 9. q. 42. nu. 20.*

487 Licentia, & aſſenſus alienandi feudum, † ſemel conceſſa non poteſt per dominum reuocari, qui aſſenſus dicitur gratia, & ſemel facta, non retractatur. *Marin. Freccia de ſubfeudis. lib. 2. c. 12. Incip. ſuperest. nu. 14. & c. 15. incip. Quarto quæro. nu. 10. quē ſequitur Ioan. Petr. Surdus in deciſ. Mantuan. 189. ſub nu. 17. Regens Lanarius. in conſil. 6. nu. 10. & in conſil. 15. num. 16. & in conſil. 17. num. 6. vol. 1. Ludolphus Schrader. de feud. parte 8. c. 4. nu. 8. Matth. de Afflict. in c. 1. §. fin. nu. 30. quæ ſit prima cauſa benefic. amitt.*

488 Aſſenſus, & licentia obtenta † ad feudum alienā dum ad tempus, elapſo tempore, euaneſcit, *poſt Ioan. Andr. & Bald. in addit. Speculat. in titu. de loeat. §. nunc aliqua. num. 121. Auguſti. Berous in conſil. 113. nu. 9. vol. 1. Surdus in deciſ. Mantuan. 203. nu. 6.*

489 Filia contēdens cum agnatis † mittitur in poſſeſſionem feudorum per ſucceſſionem. *c. 1. §. cum autem. ſi de feud. defunct. controuerſ. c. 1. §. defuncto milite. Si de feud. defunct. conten. ſit int. Decius in conſil. 498. col. 1. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 119. nu. 4. quem ſequitur Octaui. Cacheran. in deciſ. Pedemont. 23. nu. 36. Maſuer. in Pract. tit. de feudis. ſub. nu. 10. verſ. Item ſucceſſor. nu. 11. verſ. Item ſuccedens. Gulielm. Benedict. in Repetit. cap. Raynutius. in verb. Mortuo itaque teſtatore. il 2. num. 70. 71. de teſtam. Andr. Tiraquell. in trac. Le mort Sai ſit le vif. parte 4. declar. 5. nu. 17. Achill. Perſonal. de Adipiſcend. poſſeſſ. nu. 472. Iacob. Menoch. de Adipiſcenda poſſeſſ. Remedio. 4. nu. 375.*

Iu fideicommiſſi reſtitutione non venit feudum
490 ex pacto, & prouidētia, † *poſt Dyn. in l. ſi patroni. & ibi Bart. ff. Ad Trebell. voluit Bald. in l. cum virū. nu 21. cum duobus ſeqq. C. de Fidei commiſſ. quos, & alios referens voluit Hierony. Magon. in deciſ. Florentin. 54. nu. 12. 13. Iul. Clar. in §. feudum. q. 85.*

491 Declara primo, feudum † tranſire in fideicommiſſum, ubi deberetur fideicommiſſum aliquibus in inueſtitura comprehenſis. *Ioan. Andr. in Addition. ad Specul. in titul. de locat. §. nūc aliqua. verſ. 15. ibi, quæſtio non eſſet dubia. Albert. Brunus in conſil. 14. nu. 1. Sigiſmund. Ioffred. in conſil. 46. nu. 18. Cardinal. Paris. in conſil. 30. nu. 68. 69. vol. 2. Barth. Bertazzol. in conſil. 5. nu. 3. in ciuilibus. vol. 1. & iterum in conſil. ciuili. 90. nu. 18. eod. vol. 1. Iul. Clar. in §. feudum. in fin.*

492 Declara ſecundo, omne feudum † quod eſt trāſitorium ad extrarneos hæredes, venit in reſtitutionem fideicommiſſi, puta ex conſuetudine eſt tranſitorium, vel ex tenore inueſtituræ, quia acceptum fuiſſet pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, vel pro omnibus hæredibus, aut pro quibus dederit, vel cum clauſula ad alienandum, & tunc cum tranſitoria ſint ad extraneos, veniunt etiam in fideicommiſſi reſtitutionem multos allegans *Andr. Tiraquell. de retract. conſanguin. §. 4. gloſ. 7. num. 21. & nouiſſime plene Marc. Anton. Peregrin. de fideicommiſ. Articul. 6. nu. 18.*

493 Subſtitutio in feudo non valet † ſine Regio, vel domini aſſenſu, *vt dicit Hieron. Magon. in deciſion. Floretin. 54. numero. 20.*

494 Declara quod ſi ſubſtitutio, † vel fideicommiſſum non valet, debetur feudi æſtimatio. *Anton. Capic.*

pic.in deciſion.Neapolitan.64.numero.6.

495 Subdeclara,quod ſi feudum † ſit ex pacto,& prouidentia,nec illius æſtimatio debetur.*Hierony. Magon.in dicta deciſion.Florentin.54.num.22.*

496 Emptor feudi ſecundus habito † aſſenſu domini,prętertur primo,quo emerat ſaluo domini aſſenſu.*Matth.de Afflict.in deciſ.Neapol.286.num.2.Marin.Freccia.de ſubfeudis Baron.lib.2.q.30.num.3.de qua re nouiſſime Surd.in deciſ.Mantuan.* 189. *num.* 19.20. *& pulchre D. Ioannes Baptiſta Coſta de retrotract.cap.8.caſu.*10.*num* 5.*& per totum.*

Hæres in feudo ex pacto, & prouidentia, vel
497 mixto,non tenetur habere ratum factum †defuncti ſi fecerit inuentarium.*Thom.Grammat. in deciſ. Neapol.*93.*num.*10.*Octauian.Cacheran. in deciſion. Pedemontan.*97.*num.*11.*vbi alios allegat. & in deciſ.*68.*num.*14.15.*vbi dicit procedere etiam non confecto inuentario.*

498 Alienans feudum, reſeruato † aſſenſu domini, etiam ſi alienatio ſit facta cum iuramento,poteſt ipſe reuocare feudum.*Matth.de Afflict.in deciſ.Neapolitan.*135.*num.*11.*Octauian. Cacher in deciſ.Pedemont.*97.*num.*2.*Marc. Anton. Peregrin. in conſ.* 8.*nu.*57.*in fin.vol.*1.

499 Poſſeſſoria feudi cauſa † ab ordinario loci iudice cognoſci poteſt,*vt voluit* Matth.*de Afflict.in deciſ. Neapolitan.*155.*num.*6.*Octauian Cacheran.in deci. Pedemon.* 78.*nu.*9.*Petr. de Bella Pertica. de feudis titul.*15.*num.*5.

500 Declara ſecus eſſe in † petitorio, quia cognoſcitur per dominum feudi,*in deciſ.Pedem.*78.*nume.*9. 10.*ex Bald.in cap. Impertalem.* §. *prætered. il* 2. *de prohib.feud.alien.per Federicum.*

501 Subdeclara niſi eſſent † ambo actor,& reus eiuſdem fori,*vt declarat Octauian. Cacheran.in deciſ. Pedemont.*30.*num.*2.

502 Subdeclara ſecundo, niſi † fieret præiudicium iuriſdictioni ordinarij vel alterius,*quia tunc remitteretur,vel cognoſceretur ab illo,vt per Matth. de Afflict.in deciſ.*155.*num.*6.*Octauian.Cacheran. in deciſ.Pedemontan.*30.*num.*22.

503 Verum de iure communi † eſt hæc diſtinctio, quia ſunt diuerſæ cauſæ nam ſi eſt contentio inter duos valuaſores minores, aut inter dominum, & vaſallum,vel inter plures Dominos aut Principes, Reges,& Imperatorem, *de quibus agit nimis inuolute Iacob. Ardizzon. in ſumma feudor.cap.* 138.*incip.Dictum eſt ſupra. Curt. in tract.feudorum.parte* 7. *Vdalrich. Zaſ. in Epitome feudor. parte* 11.*Guilelm. Hanneton. iuris feud lib.* 4. *cap.*1. *Iacobin. de Sanct. Georg. in verb. dictique vaſalli Anton. Capic. in inueſtitur.feud.*§.*feudorum iudicia.Fracciſc.Duaren. in Conſuetudines feudales. cap.*20. *magis clare Petrus de Bella Pertica.de feudis. titul.*15.*optime egit hoc Ioan. Ferrar. Montan.in collectaneis ad ius feudorum lib.*5. *cap* 1.*vbi duodecim articulis explicat. Franciſc. Sonsbech. in vſus feudorum.parte* 14. *Franciſc. Hotoman, in diſputat. feudiſtica. cap.*42. *Nicol.Intrigliol.de feudis.articul.*94.*per totum.centuria.*2.*Stephan. Forcatulus in commentario feudorum cap.* 12.*num.*13.14.

504 Quilibet ſpoliatus feudo † agit ſpolio, etiam nō oſtenſo titulo, niſi ſit Mancus, Surdus, Mutus,qui habent ſpecialem iuris communis reſiſtentiam. *Matth.de Afflict.in deciſ.Neapol.*361.*num.*40.*Hoc idem confirmatur per ea,quæ ſcribit Eguinarius Baro de benefic.ad Hortenſiam, lib.*4.*cap.*7.*quem nouiſſime ſequitur Iacob. Menoch. de recuper. poſſ.remedio.*1 *num.*90.91.*Ludolph. Schraderus de feud. par.* 3.*q.*7.*vbi num.*150.*parte prima.*

505 Limitatur tamen iſta concluſio, vt † procedat tunc demum, quando ſpolium factum eſſet per extraneum,ſecus autem ſi factum eſſet per dominum tunc enim ſpolium cum domino locum non habebit, *vt voluit. Abb.Panormit. in c. ceterum. num.* 13.15.*extra.de iudic.vt poſt ipſum dicit Menoch.de recup poſſ.remedio primo.num.*95.*tangit Ludolphus Schraderus de feudis.parte* 9.*cap.*3.*num.*151.*vol.*3.

505 Pater in feudis antiquis, non † dependentibus ab ipſo,ſed a primo acquirente,non poteſt alienando filijs præiudicare,*poſt Alex.in conſil.*106.*nu.*8. *vol.*4.*& Ioan.Cephal.in conſil.*617.*num.*53.54.*Cæſar. Barzi. in deciſ. Bononiens.* 66. *num.*26.*Io.Petr. Surd. in deciſion. Mant.* 235. *num.* 2.4. Primus tamen qui acquiſiuit feudum, poteſt præiudicare filijs.*Menoch. in conſil.*161.*num.*6.*vol.*2.*Surd. in deciſion.Mant.*209.*num.*17.*Nicol.Vigelli.in deciſ.*39. *Centuria.*2.

507 Melioramenta in feudo facta ſine † dubio feudatarius vendere non poteſt, cum in illis dominus præferatur,*poſt Paridem de Puteo de redintegratione feudorum. Capit.* 159.*incip. An is qui recipit.fol.* 62.*Surdus in deciſion.Mantuæ.*78.*num.*15.16.

508 Super venditione feudi † ſi fuerit præſtitus,aſſenſus, cum pacto, quod in caſu pretij non ſoluti, feudum ſit ſibi obligatum,iſto caſu non vendicat ſibi locū pactum, quia eſſet noua obligatio,quæ ſine nouo aſſenſu fieri non poteſt *Surdus in deciſ.Mantuæ.*220.*num.*2.*verſ.tertio.allegat Afflictum in quibuſdā locis,in quibus aliquid nō reperi.Sed vide Surdum num.*32.33.

509 Aſſenſus impetratus ſuper † venditione feudi, non extenditur ad pactum de retrouendendo, aut ad retrouenditionem, *vt poſt Marin Frecciam de ſubfeudis Baronū.lib.*2.*q.*16.*nu.*1.*cū pluribus ſeqq. voluit.Ioan.Petr.Surdus in deci.Mantuan.*220.*num.*1.

510 Declara tunc † non extendi, quando in venditionis inſtrumento non eſt facta mentio retrouenditionis promiſſæ,nec in ſupplicatione, quę datur Regi, Principi, vel ſuperiori ſuper petitione aſſenſus:eſt de ſimili pacto, & retrouenditione,facta mentio, quia ſi expreſſa eſſet, non requireretur alius aſſēſus,ſed ille ſufficeret,*vt dicit Freccia in dicto lib.*2.*q.*16. *Et Surdus ita intelligendus eſt in dicta deci.*220.*num.*5.*vt tenuit ante eum Paris de Puteo,de redintegratione feudor.cap.*235.*incip.& circa fol.*129.*num.*20.

511 Declara ſecundo,non extendo † aſſenſum,quando de pacto de retrouendendi, factum eſſet ſeparatum inſtrumentum, ſeu retrouenditionis

promiſſio non autem in eodem inſtrumento, etiam ſi eſſet rogatum, ac factum ab eodem Notario, & teſtibus, & eodem die, quia non extenderetur, ſed eſſet neceſſarius nouus aſſenſus. *Paris de Puteo de redintegrat. feudor. cap. 235. incip. & circa. num. 14. fol. 129.*

512 Bona feudalia non † veniunt in ſtatuto de lucro dotis, poſt Rolandum a Valle *in tract. de lucro dotis. q. 54. num. 15. Phanucc. de Phanuccio in trac. eiuſdem tituli. gloſſ. 10. num. 55. ſcribit Surdus in deciſ. Mantuan. 220. num. 43.*

513 Declara ſecus eſſe, ſi † dominus conſenſum præſtitiſſet in contractu matrimonij, dum dos conſtituetur, quia tunc conſenſiſſe videtur, vt maritus dotem lucretur, *ex dictis per Andr. de Iſernia. in Conſt. Regni Fratribus. voluit Paris de Puteo de redintegrat. feudor cap. 235. incip. & circa. num. 7. fol. 129. Aymo Crauett. in conſil. 79. num. 4. Amodeus. de Ponte in q. laudem. 29. Petrus Surdus in deciſion. Mantua. 220. num. 44.*

514 Moriente Vaſallo intra Menſem † Martij, & Auguſti fructus feudi ſunt illius hæredis, ſecus ſi in alijs menſibus, alioque anni tempore. *c. 1. §. his conſequenter. Hic finitur lex. voluit Couarruuias. lib. 1. cap 15 ſub num. 13. Franciſc. Viuius in deciſi. 8. num. 8 Vincent. de Franchis in deciſione Neap. 19. num. 2. Matthias Coler. in deciſ. German. 74. num. 1. Ioan. Copus de fructibus lib. 2. titul. 1. cap. 7.*

515 Dominium feudi directum † eſt penes dominũ, vtile autem penes vaſallum, ſiue feudatarium. *Guido Papæ in deciſ. Gratianop. 304. in princip. Anton. Sola in decret. Sabaudiæ. in decreto. Reipublicã. gloſſ. 1. num. 9. 10. titul. de iure emphyteot. vbi alios complures allegat. Sequitur Surdus in deci. Mantuę. 288. num. 11. 13.*

516 Feuda ſui natura, etiam † hæreditaria non tranſeunt ad hæredes extraneos. *c. 1. §. & ſi clientulus. de Alien. feud. Roland. a Valle. in conſil. 60. num. 49. vol. 1. quẽ ſequitur Hierony. Magon. in deciſ. Florentin. in deciſ. 54. num. 14.*

517 Limita, niſi conceſſio † diceret pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, *ita ex eodem Rolando in conſil. 1. num. 45. & in conſil. 10. num. 18. Idem Magon. in Florentina. deciſ. 54. num. 14. in fin.*

518 Non dicitur feudum † nouum, quando fit renouatio adhuc durante antiquo, ex multis narrat Antonius Gamma *in deciſione Luſitaniæ 24. nu. 1.*

519 Feudo & ſi vaſallus, ac † feudatarius ſeruitutem imponat, ad dominum reuertitur ſine ſeruitio, & liberum. *Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedemontan. 65. num. 2. & in deciſ. 56. quem ſequitur Surdus in in deciſ. Mantuæ. 286. num. 12.*

520 Quando feudum † poſt conceſſionem cadit in commiſſum, non ſolum illud venit, ſed ea omnia, quæ ad illud pertinent. *& poſt Paridem de Puteo in tract. de redintegrat. feudor. c. 119. nu. 1. Dixit Surd. in deciſion. Mautuana. 294. num. 4. Verum videndus & Paris ipſe in dicto lib. cap. 196. incip. An ſi Dominus num. 2. poſt fol. 107.*

521 Feudum eſt mera donatio. † *Matthias Colerus in deciſion. Germaniæ. 14. num. 11. Ioan. Vincent. de Anna. in ſingul. 260.*

522 Feudi conceſſione facta, † conceſſio tranſit in naturam contractus, & concedens remanet obligatus. *Ioan. Petr. Surdus in deciſ. Mantuan. 290. nume. 22.*

523 Feudum conceſſum † maſculis, & feminis, dum concurrunt maſculi, feminæ arcentur. *Ioan. Lecerier. de primogenitur. q. 19. in fin. Didac. Couar. Variar. reſolut. cap. 5. verſ. ſexto ex his. quos retulit Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 337. nume. 3. 8. in fin. Antoninus. Theſſaurus in deciſion. Pedem. 146. nume. 1.*

524 Conceſſio feudi facta pro ſe † nullo expreſſo nomine filiorum, & hæredum, dicitur conceſſio feudi hæreditarij. *Cardinal. Paris. in conſi. 3. vol. 1. Roland. a Valle in conſil. 29. nu. 9. vol. 3. Franciſc. Milan. in deciſion. Siciliæ. 1. num. 114. lib. 1.*

525 Filius non ſubintrat † in locum patris in feudis ſtante ſtatuto vocante proximiorẽ. *Cardinal. Pariſi. in conſil. 90. num. 48. vol. 2. Cardinal. Mantica de coniectur. Vltim. voluntat. lib. 8. cap. 9. cap. 10. Roland. a Valle. in conſil. 38. nu. 33. vol. 4. Franciſc. Milan. in deciſ. Siciliæ. 8. num. 205. 213. lib. 1. vide infra nume. 523.*

526 Statutum quod adefuncto † continuetur poſſeſſio in hęredẽ, habet locum etiam in feudis. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 119. num. 4. Andreas Tiraquell in tract. le mort ſaiſit le vif. parte 4. declar. 5. nu. 17. vbi plures allegat. quem ſequitur Hierony. Magon. in deciſion. Lucens. 45. num. 3. 4.*

527 Filius ſubintrat in locum patris † in feudo hæreditario. *Hierony. Magon. in deciſ. Lucens. 19. num. 5. vbi Fabius Timeus allegat Decian. in conſil. 9. in princip. vol. 2. & in conſil. 55. num. 40. vol. 3. vide ſupra num. 521.*

528 Declara ſecus eſſe † in feudo ex pacto, & prouidentia, in quo filius in locum patris non ſubintrat. *Marc. Anton. Natta in conſil. 127. num. 7. 8. in conſi. 129. in conſil. 130. num. 6. vol. 1. Petr. de Gregor. Siculus. de conceſſ. feud. parte. 2. q. 10. num. 53. verſ. Vndecimus effectus. & parte 4. q. 10. num. 18. & Franciſc. Milan. in deciſ. Siciliæ. 8. nu. 220. 222. lib. 1. Hierony. Magon. in dicta deciſion. Lucenſ. 19. num. 17.*

529 Pater in bonis feudalibus † filij habet vſumfructum, *vt poſt Curti. in tract. feudorum parte 3. num. 26. voluit Cæſar Vrſillus in deciſ. Neapolitan. 241. num. 3. ita fuiſſe a Sacro Conſilio deciſum. Hoc idem voluit Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal. 199. num. 5. 6. Aſcanius Clementin. de Patria poteſtat. cap. 6. effectu. 2. num. 41. Ioan. Vincent. de Anna in ſingul. 377. vbi Fabius filius, alios allegãtes, Renatus Choppinus in conſuetud. Andegauens. lib. 2. Tertiæ partis. c. 1. tit. 1. Articul. 14. Anto. Capic. in innueſtit. feudal. §. feudorum genera. in verb. Paganicum. in fin.*

530 Contrariũ vero † non habere patrem vſumfructum in bonis feudalibus filij, *tenuit Roland. a Valle in conſil. 71. numero. 5. vol. 2. Marcus Anton. de Amatis, in deciſion. Marchiæ. 70. numero 22. Don Garſias Maſtrill. in deciſion. Siciliæ. 82. num. 3.*

531 De.

531 Declara primo † pro conciliatione opinionum, quod in feudo conceſſo ipſi filio a principe, patri non quæritur vſusfructus, *vt dicit Bald. in l. cum oportet. in princip. num.* 18. *C. de bonis quæ lib.* Ex quo quæſitum per Imperialem liberalitatem nulli niſi conceſſionario acquiritur. *l. cum multa. C. eo. ti. quem ſequitur Iacobin. de Sancto Georgio in inueſtit. feudal. in verb. principis. in quæſtio. incip. ſed an princeps. ſub num.* 20. *verſ. ſexageſima quinta ſpecialitas. Licet non alleget Bald. quem refert, & ſequitur Petr. Nicol. Mozzius de feud titul. de Naturalib. feudor. ſub num.* 50. *verſ. vel dicas. Andr. Fachin. controu. iuris lib.* 7. *cap.* 77.

532 Declara ſecundo, quo ad † commoditatem patrem admitti in feudo filij, vt fuit originalis opinio Iacob. de Beluiſo, *vt refert Bald. in dicta l. cum oportet. num.* 18. *C. de bonis quæ liber. Sigiſmund Loſſred. in conſi.* 10. *num.* 19. *& Angel. de Aretio in* §. 1. *Inſt. per quas perſon.* Qui cenſuit in omnibus caſibus, in quibus in bonis filij patri non quæritur vſusfructus habebit nihilominus fru-

533 ctuum † commoditatem, *quem ſequitur Iaſon. in l. cum filio. num.* 157. *ff. de leg.* 1. *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 199. *num.* 6. Quod ius dicit habere non tamen iure paternæ poteſtatis, & hoc voluit dicere Ioannes Franciſcus de Ponte *in conſil.* 19. *num.* 27. dum dicit, ſed non de fructibus, & commoditate

534 iure patriæ poteſtatis, credo † trāſpoſitam dictionem negatiuam, & ſtare debere, ſed de fructibus, & commoditate, non iure patriæ poteſtatis, vt concordet cum alijs, vt dicit idem de Ponte *in conſil.* 31. *num.* 5. *D. Præſidens de Franchis in deciſ. Neap. fol.* 10. *num.* 9. *licet in deciſ.* 161. *dubitet,* tamen dicit, opinionem, quam tribuunt Angelo de Aretio in loco allegato, placuiſſe ſupremo Conſilio Collaterali. Hoc idem voluit Fabius de Anna *in conſil.* 51. *nu.* 8. *Franciſ. Milan. in deciſ. Sicil.* 3. *nu.* 73. 74. *lib.* 2. *Don Garſias Maſtrill. in deci. Sicil.* 82. *nu.* 4. 5.

535 Subdeclara ego † commoditatem illam, quam doctores ſupra notati non declarant eſſe, vel quo ad alimenta, vel dum pater cum filio cohabitat, *argum. tex. in cap.* 1. §. 1. *de duob. fratrib. de Benef. inueſt. vbi hoc voluit Iacob. Aluarot. col. pen. verſ. ac cedamus. & verſ. ēro ab extra. & voluit Nicol. Boer. in dicta deciſ Burdegal.* 119. *nu.* 5. *P. Nicol. Mozzi. de feud. tit. de naturalib. feudi. ſub num.* 50. *verſ. Aut quærimus. Nouiſſime Nicol. Intrigiol. de feudis. articul.* 4. *num.* 3. *Centur.* 2. *Tangit Surdus de Alimentis titul.* 7. *q.* 14. *num.* 17. *Napodan. in conſuetud. Neapolitan. Quod ſi aliquis. in verb. Tenetur. tit. de Aliment. præſtand.*

536 Declara tertio in Regno † Neapolis deberi patri alimenta, vt dicit Napodanus Sebaſtianus *in Conſuetud. Neapol. quod ſi aliquis, in verb. tenetur. num.* 33. *titul. de Aliment. præſtandis. arg. Conſt. regni. Comitibus.* Quod non dicit textus, ſed tantum de vita, & militia, quæ eſt longe diuerſa.

537 Feudum antiquum † minoris concedere poteſt pater, & tutor, *vt poſt Zaſ. & Sonsbec. voluit Anton. Gamma in deciſion. Luſita.* 36. *num.* 14.

538 Vaſallus violans † Iuramentum, tanquam periurus feudo priuatur. *Gloſſ. in c.* 1. *de forma fidelit. & in c.* 1. *de Noua forma fidelit. vbi Doctores, quos ſequitur Franciſc. Viuius in deciſ.* 120. *num.* 26. *& ex Alexand. in conſil.* 103. *num.* 15. *vol.* 1. *Curtio iuniore in conſil.* 137. *Afflict. in c.* 1. §. *nam ſiquis. num.* 24. §. *ſimiliter. num.* 26. *quib. mod. feud. amitt. Sonſbec. iuris. feud. parte* 12. *num.* 12. *Dixi de Regis Cathol præſt. cap.* 40. *num.* 123.

539 Cauſa quomodocunque † tangat feudum, dicitur feudalis. *Franciſc. Milanens. in deciſ. Siciliæ.* 6. *num.* 1. *cum ſeqq. lib.* 1. *Sequitur Garſias Maſtrill. in deciſ. Siciliæ.* 83. *num.* 5.

540 Caſtro feudali † conceſſo, illud, quod antea fuerat conceſſum, non venit. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol.* 334. *nu.* 2. 3. *& in deciſ.* 361. *num.* 19. *quem ſequitur Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 212. *num.* 4. *in fin. & per Sacrū Conſilium dicit fuiſſe Deciſum refert Io. Vince. de Anna in ſingul.* 72. *vbi alios refert.*

541 Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus † ex corpore legitime deſcendentibus, fuiſſe iudicatum hæreditarium, ſcripſere. *Vincent. de Franchis in deciſ. Neapol.* 1. *num.* 21. 22. *Cardin. Paris. in conſil.* 2. *nu.* 2. *in conſil.* 4. *num.* 27. 38. *in conſil.* 21. *num.* 34. *vol.* 1. *Ioan. Thom. de Marin. de Generib. & qualitat. feudor. lib.* 1. *titul.* 5. *num.* 17. 20. *plures referens. Marcus Anton. Peregrin. in conſil.* 4. *ſub num.* 50. *vol.* 1. *Petr. de Gregor. Sicul. de conceſſ feudor. parte* 2. *q.* 9. *num.* 1. *vbi D. Garſias Maſtrillus dixit ſuper hoc tria volumina fieri poſſe. Franciſc. Milan. in deciſ. Siciliæ* 8. *num.* 239. *lib.* 1. *Anton. Capic. in inueſtitur. feudor.* §. *feudorum genera. in verb. hæreditarium. fol.* 234. *& ſic in Regno ſeruari dixit Matthæus de Afflict. in deciſ. Neapolitan.* 140. *in deciſ.* 195. *ſub num.* 7. *in deciſ.* 240. *ſub nu.* 10. *Andr. Tiraquell. in tract. le mort ſaiſit le vif. par.* 4. *Declarat.* 5. *nu* 21 *Iacob. Philipp. Portius commun. opin. lib.* 1. *concluſ.* 16. *verſ. & quando eſt dictum Iacob. Menoch. in conſil.* 61. *num.* 26. *vol.* 1. *Anton. Capic. in deciſ.* 199 *per totam. Ioan. Ferrar. Montan. In vſus feudor. lib.* 1. *capitul.* 6. *verſic. Quinto loco poſſit. plene Iul. Clar. in* §. *feudum quæſt.* 9. *nouiſſime Eruditiſſimus. I. C. Regius Conſiliarius, Io. Andreas Georgius in allegat.* 19. *nu.* 7. 8.

Contrarium tenuerunt alij nonnulli, quod eo

542 caſu dicatur feudum ex pacto, & prouidentia, † inter quos eſt *Marian. Iunior. in conſil.* 72. *nu.* 27. 28. *& in conſil.* 137. *nu.* 13. *vol.* 1. *Marc. Anton. Natta in conſil.* 130. *num.* 1. *cum pluribus ſeq. vol.* 1. *plene alios referens Roland. a Valle in conſil.* 67. *nu.* 30. *cū alijs ſeq. vol.* 1. *ex antiquioribus Raphael. Fulgoſ. in conſil.* 227. *num.* 2. *Alex. in conſ.* 105. *num.* 2. *vol.* 2. *& in cō ſil.* 138. *vol.* 6. *Deci. in conſil.* 184. *nu.* 2. *conſ.* 445. *nu.* 8. *Matth. de Afflic. in Prælud. feudor. nu.* 166. 170. *& in c.* 1. *nu.* 2. *de eo qui ſibi, & hęred. ſuis. & in Conſ. Regni Vt de ſucceſſionibus. num.* 55. 56. Vbi dicit, in cōtradictorio iudicio in Sacro conſilio bis cōtrarijs inſte

543 tiſſe, & nolle † ponere os in cælum, ſed ſufficit illū patefeciſſe hāc ſuam opinionem in feudorum lectu ris. Hanc eandem firmauit. *Cardin. Paris. in conſ.* 10. *num.* 7. *vol.* 1. *in conſ.* 50. *num.* 10. *vol.* 2. *in conſil.*

65.num.16.17.vol 3.Ludouic.Gozadin.in conſil. 26.num.30.Ioan.Antonius Rube.in conſil.85.num. 4.Albert.Brun.in conſil.24.num.3.Aymo Crauetta in conſil.37.num.5.Didac.Couar.Variar.Reſolut. lib.2.cap.18.num.4.verſ.quarto.Auguſtin.Berous in conſil.68.num.72.vol.1.Vdalrich.Zaſi.in tract. feudor.parte 8.num.62.& voluerunt noſtri Regnicolæ Marin.Frec.de ſubfeud.Baron.lib.3.q.33.Ioan. Thom.de Marinis,de Gener.& qualitat.feudor.lib. 1.titul.5.num.27.& noſtri etiam Siculi Ioan.Anton.Canneti us in rep.c.volentes Regni Siciliæ.§.18. incip.ſed quid ſi fuerit additum.per totum.fol.49. Franciſc Milanenſ.in deciſion.Siciliæ.§.num.240. lib.1.Nouiſſime Hierony.Magon.in deciſio.Florent. 54.num.9.10.qui nonnullos eorum,quos ego perquiſieram allegauit.

Non defuerunt tamen aliqui, qui cupientes eui
544 tare tot cõtradictiones,dixerunt feudum † eo modo conceſſum,appellari mixtum,ſcilicet partim hę reditarium,partim ex pacto,& prouidentia. Quam opinionem tenuit *Gulielm.de Perno Siculus,in conſil.7.& in conſil.22.Matth.de Afflict.in cap.1.An agnatus.Cardinal.Pariſius,in conſil.63.vol.3.Petr. de Gregorio Siculus,de conceſſion.feudor.parte.6.q. 11.num.4.Marc.Antonius Peregrin.in conſil.7.nu. 6.in fin.vol.1.Et hãc ſequuti ſunt infraſcripti deciſionum ſcriptores, Octauian.Cacheran.in deciſion. Pedem.161.Franciſcus Milanens.in deciſion.7.nu. 4.5.lib.1.in deciſ.7.num.17.lib.2.Ioan.Petrus Surdus in deciſ.Mantuan.322.Garſias Maſtrill.in deciſion.Siciliæ.56.num.15.* In tanta itaque opinionum diuerſitate poteſt lector cui ſibi placuerit addicere.

545 Non ſolum autem quando eſt † datum feudum pro ſe, & liberis dicitur ex pacto, & prouidentia, ſed etiam ſi in exequutiuis,dicitur, & hæredibus, *vt poſt Deci.in conſil.38.num.5.Octauian.Cacher. in deciſion.Pedemont.161.num.3.voluit Vincent. de Franch.in deciſion.Neapolitan.6.num.5.6.dixi plene in conſil.56.num.....Centur.2.*

546 Frater vtrinque coniunctus† in feudalibus non excludit fratrem ex vno latere tantum,*ſcribit Frãciſc.Sonsbec.in vſus feudor.parte 9.num.93.Auguſtin.Berous in conſil.96.num.14.vol.2.Franciſc.Milanens in deciſion.Siciliæ.8.num.140.lib.1.*

547 Nepos conceptus, & natus † poſt aui mortem, ſuccedit in feudo. *Surdus in deciſ.Mantuæ. 230.num.4.*

548 Vendito feudo, vel annuo † cenſu ſuper bonis feudalibus,& in illorum defectu ſuper bonis allodialibus, accedente Regio aſſenſu, cum pacto affrancandi ſiue de retrouendendo in caſu,quo reematur, non primogenitus ſolum, ſed omnes hæredes pro portione hæreditaria cõtribuere debẽt. *vt concludit Vincent.de Franchis in deciſ.Neapolitan.159.num.3.& per totam.*

549 Seruitus ſuper re † feudali non quæritur,niſi per centenariam præſcriptionem in hoc Regno Neapolitano, *vt in conſt.Regni.incip.Conſuetudinem prauam.la 3.§.ceterum.vbi Gloſſ.Andr.de Iſer. & Matth.de Afflict.quos refert,& ſequitur Franciſc.Viuius in deciſ.226.num.3.*

550 Iuramentum fidelitatis † in feudo appoſitum, perſonale ſeruitium continere facit, *vt ex Alexandro in conſil.9.col.2.verſ.Præterea.vol.5.Deci.in conſil.139.col.2.Paul.AEmil.Verall.in deciſ.16. num.3.lib.2.*

551 Pater recipiens † feudum pro ſe, & filijs,ſi moritur ius ſuum expirat. *Anton.Gamma in deciſion. Luſitan.274.ſub.nu.21.*

552 Feudum, quod originaliter † proceſſit a Rege datum in emphyteoſim,ob crimen læſæ maieſtatis emphyteotæ poteſt a Rege confiſcari, *ex Oldrado in conſil.159.& Afflict.in c.1.num.283.ex quibus cauſ.feud.amitt.Franciſc.* Milanen.*in deciſion.Siciliæ.1.num.119.125.126.cum pluribus ſeqq.lib.1.*

553 Dominus ciuitatis,vel caſtri,non poteſt † illam alteri ſubiicere, inuitis hominibus,ac ſubditis, *vt dicit Cappell.Tholoſ.in deciſ.485.Ioan.Paul.Tholomæus in deciſ.Nouiſſim.Roman.823.in deciſ.877. in deciſ.882.in fin.lib.3.Tomo.3.* Sed eſt videre plenum Conſilium Eruditiſſimi I.C. Don Garſiæ Maſtrilli impreſſum poſt volumen deciſionum, cui ego Calabrię exiſtens pro uiſitatione Regia,acceſſi,& me ſubſcripſi,& illi Conſilio alij etiam acceſſerunt,*dico hoc eodem titul.infra.num.558.Camillus Salernus in proœm.Conſuetud.Neapolitan.fol. 43.litera.D.* Vbi dicit,non fuiſſe admiſſam vniuerſitatem Afragolæ in cauſa cum Lucretia de Bucchis ad prelationem ad domanium, *& voluit Ioan. Vincent.de Anna,in Allegation.27.nu.31.*

554 Annuus reditus per Patrem † conſtitutus ſuper feudo,non a ſolo Primogenito ſoluendus eſt, ſed æqualiter ab omnibus alijs filijs, vt fuiſſe deciſum ſcribit *Nicol.Boer.in deciſ.Burdegal.66.ſub num.3. quem ſequitur Franciſc.Viuius in deciſ.333.nu.1.*

555 In generali bonorũ † obligatione, etiam bona feudalia veniunt,*vt dicit Ant.Faber in Codice Fabrian.lib.8.titul.13.Definit.2.nu.3.uol.2.*

556 Amplia primo † ibi procedere,vbi licet illa alienare abſque domini conſenſu, vt in inſula Siciliæ, & in Gallia, quia in obligatione comprehenduntur,*ut ex Andr.de Iſer.Baldo,Præpoſito,Ioanne Fabro,Lopez,Comenſe,Burſato,Menochio,Surdo,Schradero,& aliis uoluit Garſias Maſtrillus in deciſion. Siciliæ.86.nu.3.* Maxime attenta generali obligatione,*ut ex Decio,Natta,Surdo,Gabrielio,* Anna. Mozzio,*Sola,& Bambacario uoluit Idem* Maſtrill. *in dicta deciſ.86.*

557 Amplia † ſecũdo,ſi diceretur in obligatione, obligauit omnia,& ſingula bona,quia etiam feudalia includerentur,*Hierony.Magon.in deciſ Florentin. 54.nu.18.19.*

558 Amplia tertio, † procedere in feudo hæreditario,quia de eo iudicatur vt de allodialibus bonis, *ut ex Menochio,Burſato,Anna Patre, & filio,ac Minadoo.Scribit Maſtrill.in dicta deciſ.Sicil.86.nu.9.*

559 Declara primam † concluſionem, tũc venire feudalia in generali obligatione,quando exprimẽtur, *Maſtrill.in dicta deciſ.86.nu.2.Hierony.Magon.in deciſ.*

decis. Florentin. in decis. 54. nu. 17.

560 Feudum nouum dicitur † illud, quod ex pacto vel aliter, quam ex successione defertur. *Anton. Gã ma, in decis. Lusitan. 47. nu. 2.*

561 In emptorem feudi † cum pacto de retrouendendo, tanquam in verum Dominum, transeunt prærogatiuæ, vero domino competẽtes, reuocabiliter tamen. *Vincent. de Franchis in deci. Neapol. 76. nu. 4. & in decis. 159. nu. 10.*

562 Res vẽdita † cũ assensu præsumitur feudalis, *ut dicit Ioan. Vincent. de Anna in Allegatione. 11. nu.* 14. Multos allegans, qui hoc non dicunt.

563 Meliorationes, quæ † sunt ad perpetuam feudi vtilitatem, sunt feudatarii erogantis, vel eius hæredum, illaque Dominus restituere tenetur. *arg. c. 1. §. ex contrario. vbi Iacob. Aluar. & Afflict. De inuest. it. de re alien. fact. Guido Papæ in decis. Gratianop. 169. in decis. 296. nu. 2. in decis. 496. sub. nu. 2. Cardinal. Pariſi. in consil. 28. nu. 3. vol. 3. Roland. a Valle, in consil. 28. nu. 2. vol. 1. Optime Bursat. in consil. 89. nu. 40. vol. 1. Petr. de Benintend. in decis. Bonon. 77. n. 1. 2. Ioan. Vincent. de Anna, in Allegat. 6. nu.*

564 12. Vbi Fabius de Anna filius † dicit ita per Regiam Cameram iudicatum in statu Auellini ad fauorem Marchionissę Padulę, ad quam illarum summam condemnatus fuit Fiscus Regius. Latius dico in titul. de Melioratiõnibus.

565 Augumentum feudi naturale, † quod sine hominis facto accidit, puta alluuione, fluminis impetu, illiusque cursu ita feudo connexum, vt ab ipso diuelli nequeat, ad vasallum, seu feudatarium, quam diu viuit, & feudum apud se erit, nam cum moritur ad dominum vadit, dum sibi aperiretur. *arg. c. 1. in §. siquis de manso. de controuers. Inuestitur. & c. 1. §. si vasallus. Hic finitur lex. & eorum quæ scribit Albert. Brunus in tract. de augument. conclus. 16. nu. 7. & sequitur Nicolaus Reusner. in decis. Germaniæ. nu. 3. cum tribus seqq. lib. 3.*

566 Augumentum industriale, & † facto hominis feudo additum, puta emptione, donatione, ac simili, cedit ad feudatarij beneficium, si moritur ad eius hæredes, dum feudum domino aperiretur, restituendum erit, quia ad dominum minime pertinet. *c. 1. §. ex contrario. De inuest. de re alien. facta. Nicol. Reusner. in decis. Germaniæ. 24. nume. 8. 9. 14. lib. 3.*

567 Limita, nisi in feudũ † versum fuerit, *vt ex And. de Isern. Aluarotto Bald. & Afflict. in dicto cap. 1. §. ex contrario. Voluit Alex. in consil. 55. nu. 9. volum. 4. Deci. in consil. 517. in fin. Curtius Iun. in consil. 140. nu. 10. Nicolaus Reusnerus in decis. Germa. 24. nu. 6. lib. 7.*

568 Vasallus deserens † dominum in bello ob hostium timorem, & crudelitatem, non amittit feudum. *Thom. Grammatic. in decis. Neapol. 18. num.* 10.

569 Feuda cum † vasallis Domanialibus, si per Regem, aut supremum Principem alienantur, deterioris conditionis effici dicuntur. *Vincent. de Franchis in decis. Neapol. 17. nu. 2. Super quo late scripsit Don Garsias Mastrill. in consil. Vnico. post Decisiones. de quo memini supra hoc eodem titulo. num.* 542. In quo habetur, an, & quando de Domanio fieri possint, vel existentibus in domanio vendi priuatis Baronibus, vel alijs, ad quæ faciunt scripta per Iacob. Menoch. de Recuper. possess. Remedio. 10. nu. 74. & 75.

570 Feudum si concessum fuit † in summa cum pacto, quod ex sui culpa alienari nequeat, intelligitur de sui culpa, quæ consistat in committendo, non in omittendo *post Iacob. Aluarot. in c. 1. §. porro. fin. colu. Qaliter feudum olim alienar. poter. Voluit Grammat. in decis. Neapol. 105. nu. 43.*

571 Dominium bonorum † feudalium sine assensu Domini non abdicatur a Dominis. *Vincent. de Frã ch. in decis. Neapol. 102. nu. 31.*

572 Res feudo redditicia non † cadit in commissum & potest irrequisito Domino alienari, etiam tanquam franca, & libera. *voluit Anton. Capici. in deci. 103. per totam. quem sequitur Thom. Grammat. in decis. 77. nu. 10. 11. non obstante opinione Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 129.*

573 Princeps non potest de facto † vasallum, seu feudatarium feudo priuare, non cognita, & facta causæ declaratione, ob quam priuatur, *post Andr. de Isern. in c. Imperialem. §. callidis. de Prohibi. feudi alien. per feder. voluit Thom. Grammat. in decis. 5. nu. 9. 10. & in decis. 18. nu. 21.*

574 Feudum concessum † sub certo, & determinato seruitio, puta, quod anno quolibet teneatur dare Domino vnum par chirothecarum, dicitur conditionatum, *post Marinum Frec. c. de subfeudis Baron. lib. 2. Authorit. at. 1. nu. 8. voluit Vincen. de Franchis in decis. Neapolis 154. nu. 4.*

575 Si feudum a laico † donetur ecclesiæ, & ecclesia concedat laico, redit ad pristinam naturam, in qua erat, dum primo loco apud laicum fuerat, *Vincent. de Franchis, in decis. Neapol. 131. numero 25. 26.*

576 Feudum † non amittit vasallus habens amicitiã inimici, & hostis Domini, si non est ad eius perniciem. *Thom. Grammat. in decis Neapolis. 18. nu. 6.*

577 Iuri accrescendi † in feudo locus nõ est, *vt dicit Nicolaus Boer. in decis. Burdegal. 214. sub num. 3. & ante ipsum post Iacob. de Beluiso, & Bald. voluit Iacob. Aluarot. in c. 1. nu. 2. de duob. fratrib. a Capit. inuestit. idem Aluarot. in c. 1. in princip. De fratrib. de nouo benefic. inuestit. Iul. Clar. in §. feudum. q. 77. & communẽ opinionem esse tradidit Emanuel Suarez in Thesauro Recep. Sententiarum. §. feudũ. numero 68. D. Alexand. Raudens. de Analogis. lib. 1. cap. 34. nu. 181.*

578 Referunt, quod † multi sentiant contrarium, quod in feudis locum habeat ius accrescendi. Rationes tamen illorum non faciunt ad materiam iuris accrescendi, sed concernunt pacta. Separatum est enim ius illud a qualitate concessionum, quia datis expressim pactis, & conuentionibus nulla rationabilis cadit ambiguitas, vt in specie considerauit notabiliter Aluarotus, *in dicto c. 1. nu. 2. de duob. fra-*

fratrib. Sequitur Nicol. Boer. in dicta deci. Burdegal. 214. sub nu. 3.

579 Declarant tamẽ † nonnulli in feudo antiquo, siue paterno fecus esse, vt in illo locus sit iuri accrescendi *arg. c. 1. §. cum Conradus. de his, qui feud. dar. poss. c. 1. §. si Capitanei. de feud. March. c. 1. de Natur. succ feud. c. 1. de gradib. succes. in feudo. plene Alexand. in consil. 30. col. 2 vol. 1. Deci. in consil. 53. per totum. Barth. Socin. in consil. 66. num. 22. vol. 3. Cardinal. Paris. in consil. 6. num. 1. in consil. 13. num. 7. vol. 1.*

580 Dicam tamen supranaratam † declarationem, non tam iure accrescendi, quam iure successionis illam tueri, vt annotat, qui omnia sciuit, Baldus, *in c. 1. §. & quia vidimus. nu. 4. Aluarottus. nu. 15. Cardinal. Alexandrin. nu. 54. Afflict. nu. 15. de his, qui feud. dar. poss. Vdalrich. Zas. in epitom. feudor. parte 8. nu. 32. Ioan. Ronchegall. in l. eandẽ. in princ. nu. 34. ff. de duob. reis.*

581 Declara secundo, † quando feudi concessio facta esset ab Imperatore. *argu. l. vnic. c. C. si liber. imperiali. lib. 10. Alexand. in consil. 30. vol. 1. Barthol. Socin. in consil. 66. nu. 24. vol. 3. Marian. Nepos. in consil. 73. vol. 1. & in consil. 92. nu. 1. volum. 1. Alex. in l. si mihi, & Titio. num. 3. ff. de verb. obligat. & ibi Zas. nu. 13. Paris de Puteo. de Redintegrat. feud. cap. 91. incip. Pone, quod sunt. nu. 25. fol. 58. Iacobi. de Sãcto Georg. in inuestitur. feudal in verb. Princeps. in capitul. incip. Sed an princeps. nu. 16. & in verb. Nobiles Agas. nu. 6. Restaur. Castald. de imperator. q. 110. casu. 105.*

582 Amplia supradictam † declarationem procede re etiã in alio rege donãte, vel alio Duce, vel Principe superiorem non recognoscente, *vt de Rege dicit Bartol. in dicta. l. vnica. q. 1. C. si liberalit. imp. lib. 10. quem sequitur Alexand. in dicto consil. 30. colum. 3. versicul. Sed dato, quod istud feudum. vol. 1. De ducibus, & alys Principibus sui iuris. Barth. Socin. in dicto consil. 66. nu. 24. 25. vol. 3.*

Declara tertio in feudo nouo locum esse iure accrescendi, siue potius iuri non decrescendi, vbi datum sit vt indiuisibile, *Bald. in l. vnica. in fin. C. quand. non pet. part. Alex. in l. si mihi, & Titio. nu. 5. ff. de verb. oblig. Curt. Sen. in consil. 48. col. 10. versi. septimo bene. Cardin. Paris. in consil. 6. numero 6. volum. 1.*

583 Exequutio ex causa iudicati † non fit in feudo, *vt voluit And. de Isern. in Constit. Regni. Siquis post litem. §. in feudalibus. & in const. In aliquibus. col. 6. vers. Versus est vt condemnetur. & in cap. 1. §. Quid ergo. nu. 6. de inuestitur. de re alien. facta. Anton. Capic. in inuestitura. feudal. §. feudorum exequutiones. in verb. ex causa iudicati. Francisc. Milanens. in decis. Siciliæ. 5. nu. 40. lib. 1.*

584 Declara primo, quod † deficientibus bonis Burgensaticis, siue allodialibus, feudum ex causa iudicati exequi potest. *And. de Isern. in cap. 1. §. quid ergo. nu. 4. de inuestitura de re alien. fact. vbi Aluarot. nu. 3. Bartol. in l. si finita. §. si de vectigalibus. sub nu. 5. & ibi Alexan. nu. 16. ff. de damn. infect. Idẽ Isern. in Regni Constit. si quis post litem. Curti. in tract. feudor. par. 4. nu. 39. Paris de Puteo. de Redintegration. feudor. cap. 236. incip. Mulier habens. fol. 130. & in c. 254. incip. An feudatarius. nu. 7. fol. 139. & in cap. 257. incip. Pone quod vasallus. num. 4. 5. 6. fol. 140. Anton. Capic. in inuestitur. feudal. §. feudorum alienationes. vers. Limita vigesimo nono. Marin. Freccia de subfeudis Baronum. lib. 2. titul. de Differentijs inter feuda Regal. Differentia. 29. Andr. Gail. Practicar. Obseruat. lib. 1. Obseruat. 117. num. 2. Ioan. Vincent. de Anna in singul. 208.*

585 Declara secundo, non procedere † in feudis ex pacto, & prouidentia, in quibus non fit missio, aut exequutio ex causa iudicati, nisi quo ad commoditates, ac fructus. *Bartol. in dicto. §. si de vectigalibus. Bald. in Authent. ei, qui iurat. num. 32. C. de bonis author. iudic. possid. Angel. in l. eorum. ff. de damn. infect. Iacobin. de Sancto Georgio. in inuestitur. feudal. in verb. Comes. nu. 3. Paris de Puteo. de redintegrat. feudor. cap. 236. incip. Mulier habens. fol. 130. in cap. 254. incip. An feudatarius. nu. 7. fol. 139. in cap. 257. incip. Pone quod vasallus. nu. 4. 5. 6. fol. 140. Andr. Gail Practicar. obseruation. lib. 1. obseruat. 117. num. 5. Idem Gail de Pace Publica. lib. 2. cap. 17. nu. 15. 16.*

586 Declara tertio, eam missionẽ ex causa † iudicati durante vita debitoris durare, nam eo mortuo, redibit ad filios, si erit feudum ex pacto, & prouidentia, ac filij erũt hæredes patris, ita optime Andreas de Isernia *in dicta. Const. si quis post litem.* Vbi di-
487 cit, quod si esset † feudum hæreditarium, modo iam dicto captum, posset detinere, etiam in filiorũ faciem, quem sequitur *Anton. Capic. in inuestitura feudal. §. feudorum alienationes. Limitat. 29. Paris de Puteo de Redintegrat. feudor. cap. 236. incip. Mulier habens. fol. 130. & in cap. 254. incip. An feudatarius. nu. 7. fol. 139. & in cap. 257. incip. Ponte quod vasallus. nu. 4. 5. 6. fol. 140.*

588 Rex potest concedere † feudum nouum iure antiqui feudi, & potest facere quod habeat antiqui feudi naturam. *Matth. de Afflict. in decis. Neapolis 282. sub nu. 10. Ioan. Cephal. in consi. 302. volum. 3. Ioan. Vincent. de Anna, in Singul. 205. Andr. Guil. Practicar. Obseruation. lib. 2. obseruation. 50.*

589 Castro vendito feudali † non veniunt collectæ, & functiones Fiscales, cum sint de Regalibus. *ex gloss. in cap. Generali. in verb. Regal. de elect. in 6. voluit Ioan. Vincent. de Anna in Allegat. 36. numero 6. 7.*

Et licet idem Anna in Allegat. 29. dixerit, venire functiones fiscales in donatione generali, dixit
590 tamen teneri verum esse, quod † constabat de titulo illas functiones fuisse a Principio concessas tanquam a principio feudales illius Castri. Matthæus *de Afflict. in decision. Neapolitan. 122. numero 2. 3.*

591 Feuda in futurum † deuoluenda Baro concedere non potest. *Matth. de Afflict. in decis. Neap. 292 quem sequitur Ioan. Vincent. de Anna in Allegati. 45. nu. 24. Iacob. Menoch. in consil. 1. num. 419. 420. vol. 1.*

vol.1.Franciſc.Burſat.in conſil.19.nu.1. Idem Anna in ſingul.64.in princip.

592 Prætendens † ius in feudo alienato ſine domini aſsenſu,ſi non petat reuocationem intra annum,illo ab inueſtituræ die lapſo, omne ius ſibi competens amittit.*Hierony.Magon.in deciſ.Florentin.54. num.23.*

593 In feudo expreſsim † conceſso Petro,& hæredibus,non comprehenduntur feminæ,*Hierony. Magon.in deciſ.Lucens.14.nu.38.*

594 Conceſsio † feudi facta alicui pro ſe,& hæredibus quibuſcunque non comprehendit clericum inhabilem ad ſuccedendum.*Vincent. de Franchis in deciſ.Neapo.552.ſub nu.21.*

595 Reuocatio † feudi non datur vigore conſtitut. Regni, Conſtitutionem Diuæ memoriæ, quando feudum venditur cum iudicis authoritate ſub haſta,*poſt Marinum Frecciam de ſubfeudis Baronum. li.2.cap.11.optime loquentem.Incip.pluribus autem modis,nu.8.cum pluribus ſeq.voluit Vincent.de Frāch.in deciſ.Neapol.620.num.8.& ſic in Sacro Conſilio iudicatum fuiſſe ſcribit Ioan. Vincent. de Anna in Rep.dictæ conſtitutionis.Conſtitutionem. numero 232.*

596 Liber feudorum † a Iuriſperitis compilatus fuit. *Vincent.de Franchis in deciſ.Neapol.672.num.3.9.* Hi autē fuere Obertus de Orto, & Gerardus Ni-

597 ger Cagapiſti ab aliquibus dictus,quos † duo pecora appellauit Baldus *in c.1.nu.6.Hic finitur lex.* Sed tamen fuere Iuriſconſulti maxime authoritatis, & Conſules Mediolanenſes, *vt poſt Othonem Phryſingenſem.lib.2.Friderici.c.12.comprobat Franciſc.Hotoman.in diſputation.feudiſtica in Præfatione. Idemque confirmat Iacobus Cuiacius de feudis. lib.1.cap.1.Gulielmus Hannettonius iuris feudorum cap.1.* Et plura, de eis ſcribit modeſte Stephanus Forcatul.*in Commentario feudor.cap.1.nu.9.* Etſi

598 multi † contra eos inſurgant, negari tamen non poteſt a Principibus Friderico, Lothario, Conrado, ac deinceps tāto temporum curſu ab omnibus Chriſtianis Principibus fuiſſe probatos,nec enim rationi contradicit,quod eorum ſcripta, non contineant Latini ſermonis elegantiam,atque peritiam quia quo ad hoc multa dici poſsent, quæ hic locus non exigit, alibi (ſi DEO placuerit) dicturus.

599 Inueſtituræ tenor † ſemper attēditur,vim enim contractus oſtēdit.*c.1. de duob.frat. a Capitan.inueſtit.Matth.de Afflict.in deciſ.Neap.265.nu.102.& in deciſ.335.nu.15.Octauian.Cacher in deciſion. Pedemontan.23.numero 2. Andreas Facchin. Controuerſ.iuris lib.6.cap.3.& lib.7.cap.58. Decius in conſil.103.in princip.Iaſon.in conſil.114.numero 4.volum.1.Marian.Senior.in conſil.67.num.17.volum. 1.Iacob Menoch.in conſil.103.num.53.vol.1.Ioan. Anton.Cannetius in c.volentes. Regni Siciliæ.§.14. incip.explicitis.nu.4 & cum ſeqq.Lancelott.Gallia. in conſti.87.nu.4.& pluribus ſeqq.vol.1.Chriſtoph. Torniol.in conſil.81.nu.7.vol.1.Gaſpar Anton.Theſſaur.quæſt.forenſ lib.1.q.38.nu.8.Franciſc.Burſat. in cōſil.85.nu.1.vol.1.Ioan.Iacob. de Leonardis interconſilia Alberti Bruni.in conſil.114.nu.492.Io. Cephal.in conſil.480.nu.21.vol.4.Franciſc.Viui.in deciſ.336.nu.2.3.Matthi.Coler.in deciſ.Germ.88. nu.3.*

600 Inueſtituræ primæ, & antiquæ † tenor attendi debet.*Matth.de Afflict.in deciſ.Neapol.195.ſub nu. 5.in deciſ.335.ſub nu.15.Milanenſ.in deciſ.Siciliæ. 1.num.132.133.134.in deciſ.8.nu.5.6.7.8.57.lib. 1.Maſtrill.in deciſ.Sicil.56.num.7. Hierony. Magon.in deciſ.Florentin.54.num.4. Cardinal. Paris. in conſil.23.nu.65.vol.1.Ioan.Cephal.in conſil. 27. vol.1. & ex Baldo,Zabarella, Curtio Iuniore, Bruno,Portio,Natta,Simone de Prætis,Iacobino,Paſetho Sonsbecio,Aldobrandino,& alijs dixi in conſil.1.nu. 113.cum pluribus ſeq.vol.1.*

601 Amplia, vt adeo † attendatur primæ inueſtituræ tenor,vt ſubſequentes inueſtituræ a primis diſſentientes,ſucceſsoribus minime noceant, ſed per impreſſionem,& errorem expeditæ cenſeātur. *Deci.in conſil.498.num.17. allegans Bald. in cap 1.§. ſi vero de feud.Guardiæ.quē ſequitur Antonius Theſſaur.in deciſ.Pedemont.227.nu.7.Marc.Anton.Peregrin.in conſil. 19. num.3.in fin.vol.1.dixi ex Caſtrenſe,Alexandro,Beroo,Socino Iuniore,Menochio, Petro Antonio Anguiſola,Cannetio,& aliis.in dicto conſil.1.num.115.cum pluribus ſeqq.Centur.1.Ade illis nunc Andr.Facchin.Controuerſ.iuris. lib.7. cap.3.Chriſtophor.Torniol.in conſil.81.nu. 34. vol. 1.Ludouic.Saccam in conſil.6.numero 6. volum. 1. Alexandrum Raudens.variar. reſolutionum lib.1.c. 61.nu.38.Ludolph.Schrader.de feudis parte 2.c. 5. nu.38.vol.1.Franciſc.Milan.in deciſ. Siciliæ. 1.nu. 133.134.lib.1.*

Declara,niſi communi conſenſu Domini,& feu

602 datarii eſset ab inueſtitura antiqua † diſceſsū, *poſt Iacob. Aluarot. voluit Deci. in conſil.185.ſub num.3.D.Alexand.Raudenſis Variarum Reſolut.li. 1.cap.61.nu.10.Ioan.Petr.Surdus in conſil.5.num. 62.vol.1.& alios allegans Marc.Anton.Peregrin.in conſil.19.nu.3.vol.1. Ludolphus Schraderus de feudis.parte 2.c.5.nu.39.Tomo.1. Franciſc. Milanenſ. in deciſ.Siciliæ.8.nu.4.cum pluribus ſeq. lib.1. Petr. de Gregor.Siculus de conceſs.feudi.parte 3.q.6.num. 7.10.*

Subdeclara hūc ſuperioris,& feudatarij conſen-

603 ſum expreſsū eſse debere,quod ab antiqua † inueſtitura diſcedatur. *vt ex multis cenſuit Franciſc. Milanenſ.in deciſ.8.nu.53.lib.1.*

604 Declara ſecundo,primum † acquiſitorem feudi poſse formam in nouam mutare, *vt ex Alex. Raudens.de Analogis,c.34. nu.58. Octauian. Cacher.in deciſ.Pedemont. 23.numero 22. voluit Don Garſias Maſtrillus in deciſion. Siciliæ. 56.numero 20. 21.*

605 Inueſtitura facta † alicui, & ſucceſsoribus, non extenditur ad ceſsionarium, niſi dicatur ſucceſsoribus quibuſcunque. *Matth.de Afflict.in deciſio. Nepol.335.nu.17.*

606 Poſseſsio † feudi ſine inueſtitura continuatur in filium. *Bald.in cap.1.num.1.de content.inter maſculum*

lum & fem. de benefic. ſequitur Iacob. Thomingius in deci. German. 11. nu. 4. 19. vide tamen. nu. 21. 22. 24. Sed ſine poſſeſſionis apprehenſione non acquiri feudũ filio ſcribit. *Nicol. Vigel. in deciſ. 57. Centur. 1.* Hanc opinionem tenuerunt. *Matth. de Affli. in c. 1. §. ſciendum. nu. 11. 12. ubi optime loquitur. de feudi cognit. Maſuer. in Pract. titul. de feudis. ſub numero 10. uerſic. Item ſucceſſor. Cardinal. Paris. in cõſil. 1. nu. 160. uol. 1. Tiraquell. in tract. le mort ſaiſit le uif. in præfat. declar. 4. nu. 4. & parte 4. declarat. 5. nu. 19. Vdal. Zaſ. in tract. feudor. Andr. Gail. Practic. obſer. lib. 2. obſer. 152. Ludolph. Schrad. de feud. parte 7. c. 7. nu. 21. uol. 1.*

607 Inueſtitura feudi noua † probari debet per pares curiæ, vel per breue teſtatum a paribus ſubſcriptum. *Iacob. Thoming. in deciſ. 21. nu. 1. 2.*

608 Princeps † inueſtiens vaſallum feudo cum iuriſdictione, is inueſtitus non concurrit cum inueſtito in cognitione primarum cauſarum. *Thom. Gramma in deciſ. Neapol. 30. nu. 11.*

609 Feudum nouum † non fit, niſi in qualitate noua inueſtituræ addita, nõ autem in alijs. *Matth. de Affli. in Regni conſt. incip. cum circa. notab. 8. Bartholom. Camerar. in Rep. c. Imperialem. fol. 33. litera T. uoluit hos allegans. Vincen. de Franchis. in deciſ. Neapol. 7. nu. 4.*

610 Inueſtitus feudo † prout anteceſſores habuerũt non tenetur oſtendere conceſsionem ſiue inueſtituram anteceſſorum. *Thom. Gramma. in deciſ. Neapol. 59. nu. 27. 28 uide infra.*

611 Inueſtitura † prima per ſucceſſorem alterari nõ poteſt in præiudicium ſuccedentium. *ex Baldo in l. 1. col. pen. C. quand. non pet. part. Ludouic. Rom. in conſil. 135. nu. 1. Franciſc. Viui. in deciſ. 141. num. 19. Hierony. Magon. in deciſion. Florent. 54. numero 3. 4.*

612 Ille, cui feudum conceſsum eſt † cum clauſula, concedimus, prout venerandæ memoriæ genitor meus conceſsit tali fideli noſtro, non tenetur illã primam conceſsionẽ oſtendere, *arg. l. Ex hac ſcriptura. ff. de Donat. l. ſi donatio C. eo. tit. pro vt voluit Oldrad. in conſil. 121. numero 12. verſic. ad ſecundam quæſtionem. Faciũt, quæ ſcribit Paul. de Caſtro in l. pen. ff. de Inſtit. & ſubſtitut. & ante ipſum Ioan. Andr. ad Specul. in titul. de feud. §. 1. in verb. Inſtrumentum. Thom. Grammat. in deciſ. 59. nu. 27. Franciſc. Cantuccius in deciſ. Nouiſſi. Roman. 36. nu. 10. parte 2. vol. 2.*

613 Procœmium inueſtituræ feudi † oſtendit, ac manifeſtat finalem conceſsionis cauſam. *Paul. AEmil. Verall. in deciſ. 16. nu. 1. lib. 2.*

614 Quando inueſtitura † feudi prima alteratur, dicitur noua conceſſio. *Paul. AEmil. Verall. in deciſ. 16. nu. 3. lib. 2. infra nu. 666.*

615 Sub renouatione † nouæ inueſtituræ, non comprehenditur linea primi inueſtiti. *Carol. Ruin. in conſil. 126. vol. 1. Cardinal. Pariſius in conſil. 22. nu. 44. vol. 3. quos, & alios allegans. ſequitur Verall. in deciſ. 16. nu. 5. lib. 2.*

616 Noua conceſſio † dicitur, quando inueſtitura dicit, & de nouo concedimus. *Verall. in deciſio. 17. num. 1. 5. lib. 2. Nicol. Boer. in deciſion. Burdegalen. 284. nu. 12. Idem Verall. in deciſ. 112. la prima. nu. 1. 2. lib. 2. quia ibidem ſunt duæ deciſiones eiuſdem principij.*

617 Quando mutata eſt † forma, & qualitas primę inueſtituræ, appellatur noua inueſtitura. *Verall. in deciſ. 112. la prima nu. 3. lib. 2. Franciſc. Milanenſ. in deciſ. 1. nu. 107. lib. 1.*

618 Inueſtitura † feudalis vltima declaratur ſecundum tenorem primæ inueſtituræ. *Cardinal. Pariſius. in conſil. 22. nu. 9. 10. 11. vol. 1. Curtius Iun. in cõſ. 181. nu. 3. Franciſc. Milan. in deciſ. 1. num. 106. lib. 1.*

619 Super cenſu † annuo feudum conſtitui poteſt, *poſt Martin. Laudenſ. in c. 1. §. 1. num. 12. verſic. quæro, an in iuribus. de his, qui feud. dar poſſ. Voluit Ioan. Petr. Surd. in deciſ. Mantuæ. 204. nu. 7. Franciſc. Milanenſ. in deciſ. Siciliæ. 10. num. 13. 16. lib. 2.* Dixi plene *in conſil. 1. num. 145. cum pluribus ſeq. Centur. 1. Petr. de Gregor. de conceſſion. feudor. parte 2. q. 8. vbi. D. Maſtrill. Idem Maſtrill. de cenſib. q. 5. ſub num. 191. vide infra. nu. 622.*

620 Feudũ † emptum per vnum ex fratribus de cõmuni pecunia, non efficitur commune, niſi interueniat ſcientia domini. *Surdus in deciſ. Mantuæ. 220. num. 8.*

621 Feudum emptũ † de pecunia mutuãtis, obligatũ nõ dicitur ipſi mutuãti, niſi adſit licentia, & aſſenſus Domini. *Surdus in deciſ. Mantuæ. 220. nu. 35.*

622 Feudi abuſiua † inueſtitura facta, debet actualẽ Dominus rei feudalis, traditionem facere, alias tenetur ad intereſſe. *Nicol. Boer. in deciſ. Burdeg. 103. nu. 4. quem ſequitur Surdus in deciſ. Mantuæ. 290. nu. 21. Matthias Colerus in deciſ. Germaniæ. 14. numero 10.*

623 Dominus, qui conſueuit † concedere aſſenſum alienandi feudum, vaſallo vendere volenti, conſentire tenetur, alias illi iniuriam facere dicitur, *ex Corneo in conſil. 230. vol. 3. Franciſc. Burſat. in conſil. 45. nu. 12. vol. 1. Surdus in deciſ. Mantuan. 220. numero 54. 55.*

624 Milites † Hieroſolymitani Sancti Ioannis feuda tenere nequeunt, *vt voluit Octauian. Cacher. in deciſ. Pedemont. 27. nu. 18. Albert. Brun. in conſi. 17. Vincent. de Anna in ſingul. 207.*

625 Contrarium † tenuerunt *Iacob. Aluarot. in c. 1. de Milit. vaſallo, qui arma bellica. Io. Ant. Rube. in cõſi. 80. Marc. Anto. Natta in conſil. 507. nu. 9. vol. 3. Iacob. de Sancto Georg. in inueſtit. feudal. in verb. Dicti que vaſalli promiſerunt non committere felonia. nu. 41. Henricus a Roſenthal in Synopſi feudor. c. 7. conclu. 77. Ludol. Schrad. de feudis p. 7. c. 5. nu. 30. vol. 1.*

626 Verum prima † concluſio eſt communior, *quam tenuit Bal. in conſ. 170. nu. 2. vol. 2. Io. Franc. Purpurat. 40. nu. 2. Hippolyt. Riminald. in conſi. 523. vol. 5. Roland. a Valle in conſi. 23. nu. 39. vol. 1. Io. Thom. de Marin. de generib. & qualit. dom. titul. 2. §. conſtitutio. nu. 141. fol. 64. Iacob. Menoc. in cõſi. 54. nu. 24. vol. 1. & de Arbitrar. iudic. q. lib. 2. Cent. 3. caſu 231.*

nu.5.& in Additione ad dictum caſum.231.nu.29. Io.Ant. Cannetius in Rep.c.volentes.Regni Siciliæ. §.ſed an poſſit nu.1.fol.187.Io.Franc.de Ponte in cõ ſi.14.nu.5.vol.1.Guerin.Piſo Soacius in Prælud.feu dor.fol.177.Nicol.Intrigliol.de feudis Articul.1.nu. 208.parte 1.

627 Declara tamen † ſecus eſſe in equitibus,& Mili tibus Sancti Iacobi,Calatrauæ,Alcantaræ,& ſimi-libus, qui in feudis ſuccedunt, & videmus prope-modum infinitos, tum in hoc Regno Neapolita-no,& tota Italia,tũ etiam in Hiſpanijs, qui poſsi-dent Feuda Titulata dignitatum,ac magna Domi nia,& feuda, *vt ſcribit Ludouic. de* Molina *de Hiſ-panor.Primogenijs.lib.1.cap.13.nu.98. Menochius in Additione ad caſum.231.nu.31. Nicolaus Intri-gliolus de feudis, Articulo 1.nu.211.parte 1.De om-nium equitum Ordinibus totius Chriſtiani Populi,la tiſſime ſcripſi in Commentar. de* Regis *Catholici. Præſtantia.c.74.vbi plene dixi, ibi lectores remitto.*

628 Inueſtitura † facta pro ſe, & quibuſcunque hæ-redibus,donat feudum eſſe hæreditarium,& in eo hæredes etiam extraneos ſuccedere. *Thom. Gram-mat.in deciſ.Neapol.103.nu.128.129.*

629 Feudalis res appellatur,† pro qua præſtatur per ſonale ſeruitium.*Thom.Gramma.in deciſ.77.nu.1.*

630 Feuda † hæreditaria pro exceſsu vltra legitimã imputantur in Trebellianicã feudatario. *Vincent. de Franchis in deciſion. Neapolitan.387.per totam.*

631 Conceſsiones rerum † ſterilium ad meliorandum fieri poſsunt,cum inſurgat feudi vtilitas con-ſtituta annua fructuum portione,vt de rebus eccle ſiæ loquitur Guido Papæ *in deciſ.Gratianopol.156. in alijs feudis poſt Andr. de Iſernia. voluit Paris de Puteo de Redintegrat.feud.cap.6.incip. Aliqua vero ſunt bona.nu.10.fol.3.Matth.de Afflict.in deciſion. Neap.129.nu.14.vbi Cæſar Vrſillus nu.13. Anton. Capic. in inueſtitur.feudal.§.feudorũ alienationes. limit.5.fol.35. Marin. Freccia de ſubfeudis Baron. lib.2.Author. 19. Tetigi ſupra hoc eodem tit.nu.35.*

632 Declara non † procedere ſi conceſsio fieret in pecunia,vt dicunt omnes ſupra dicti,*præſertim Af-flict. in dicta deciſ. 129.nu.14.Paris de Puteo in di-cto cap.6.nu.10.*

633 Sed contrarium † tenet *Andr.de Iſernia in con-ſtit.conſtitutionem Diuæ memoriæ. in verb. minuen dis.* dicens ita fuiſse per Regem Federicum Impe-ratorem ſtatutum in Regiſtro, quod eſt in Archi-uo, poſse pro pecunia concedi res ſteriles ad me-liorandum. Et quamuis Marinus Freccia *in dicta Authoritate.* 19. dicat, ipſum hoc in Archiuo non

634 reperiſse: tamen nõ mirum, † quia a Federici Im peratoris Temporibus, vſque ad diem Frecciæ lap ſi ſunt trecẽti quinquaginta circiter anni, ideoque ob tot annorum lapſum, & ob bellorum turbines ſcripturæ,& incendio,& latrocinijs ſunt occupatę, vel a ſucceſsoribus principibus,vel Regibus abla-tum Regiſtrum. Verum conceſsionem eſse vali-

635 dam etiam pro pecunia † dicit *idem Paris de Pu-teo de Redintegration. feudor. capitul. 282. incip. An vaſallus meliorando.numero tertio,fol. 149. & ita decreuit Sacrum conſilium*, vt teſtatur Vincen-tius de Franchis, *in deciſion. 561. numero ſecundo cum pluribus ſeqq.* in qua cauſa conceſsio facta e-rat, vt ſolueret decimam fructuum portionem, & modicam pecuniam, *faciunt dicta ſupra. nu.608.*

636 Bonorum appellatione† non veniũt bona feuda lia,*vt ex Iacobo Berretta in conſil.51.ſub numero 8. voluit Franciſcus Viuius,in deciſ.233. nu octauo.*

637 Feudum non conſiſtit,niſi in rebus † ſoli, vel ſo lo cohærentibus.*Vincent.de Franchis,in deciſ.Nea pol.75.nu.6.*

638 Caducitas feudi,† vt locum habeat, requiritur vera,non præſumptiua probatio.*Surdus in deciſio. Mantuan.221.nu.2.*

639 Ceſsionarius† volens agere ſuper feudo obliga to ipſi cedenti, non poteſt agere, niſi interuenerit ſuperioris domini aſsenſus, etiam ſi cedens habe-ret aſsenſum in primo obligationis contractu, *vt poſt* Marin. *Frecciam de ſubfeud.Baronum lib.2.q. 32.voluit Vincen.de Franchis in deciſ.Neapol.593.*

640 *num.9.* vbi dicit ſuam † intentionem,repi obans opinionem Capicij,*in inueſtitur. feudali.§.feudo-rum aſſenſus. in verb.Neceſſitas. colum. 3.verſicul. quæro ſecundo.fol.* 81. Qui inquit, quod ceſsiona-rius poteſt agere, & petere aſsiſtentiam ex hypo-theca,verum in adiudicatione fienda,vel venditio

641 ne facienda † requiritur nouus aſsenſus, ſuper quo puncto multa dici poſsunt pro Capicij opinio ne, quæ omittuntur, ſufficit oſtendiſse, quod ita pronunciauerit Ampliſsinus Ordo.

642 Cum fit ceſsio † liti, & cauſæ in feudalibus, re-quiritur aſsenſus Regius, quando vero fit renun-ciatio litis tantum,non exigitur, *vt poſt Barth. Ca-merarium in cap.Imperialem.litera C.fol.17.voluit Vincent.de Franchis in deciſ.Neapol.593.nume.6. ante eum Marin. Freccia de ſubfeud.lib.2.cap.11. num.46.verſ.decimo octauo limita. Anton. Capic.in deciſion.Neapol.156.in fin.*

643 Feudum ex pacto,& prouidentia obligatũ †pro dote, intelligitur obligatum etiam pro inter vſu-rijs dotis,*vt dicit, Petr. de Gregor.Sicul.de conceſſi. feudor.parte 2.q.10.num.14.vbi dicit,ita fuiſſe de ciſum Siciliæ.Et comprobat D.Garſias Maſtrill.fuiſ-ſe* deciſum in anno 1583.quam deciſionẽ dicit fe-

644 ciſse Marium Maſtrillum, eius genitorem † au-ctorem,tunc iudicem Regium inter Donnã Beatri cem Sances, & Donnam Mariam Axagoniam, *vt refert idem Garſias Maſtrillus ad Petr.de Gregorio de Dote,& Paragio q.36.Vincent.de Franch.in de-ciſ.Neapol.613.nu.12.19.*

645 Alienatio non dicitur † fieri per dominum præ ſentantem conſenſum præſtantem ſuam voluntatem ſed dicitur impedimentum tollere. *Vin. de Franc. in deciſ.540.incip.nu.9.10.*

646 Vaſallus violans † iuramentum, vti periurus, feudo priuatur *vt voluit Gloſſ.in c.1.de forma fide lit.& in c.1.de noua form.fidelit.ubi Doctores quos ſequitur Vinc.de Franc.in deci.Neap.120.nu.76.*

647 Delictum patris † nocet filio in feudis.*Franciſ. Viui.in deciſ.303.nu.7.*

648 Limita secus esse, si feudū fuisset † concessum patri, & filio, quia tunc quo ad feudi amissionem, delictum patris filijs non noceret, *Augustin. Bero. in consil. 155. num. 5. vol. 3. Matth. de Afflict. in c. 1. in verb. Et bona committentium. num. 5. quæ sint Regalia. Francisc. Viuius in decis. 303. nu. 7.*

649 Causa † feudalis dicitur, siue de dominio, siue de possessione, siue de iure super feudo quomodocunque agatur. *Francisc. Milanens. in decis. Siciliæ. 6. nu. 9. cum pluribus seq. lib. 1.*

650 Successor † non soluit censum appositū per prædecessorem feudo ex pacto, & prouidentia. *Garsias Mastrill. in decis. Siciliæ. 14. nu. 1.*

651 Auocatur feudum † actione hypothecaria. *Frāciscus Milanen. in decision. Siciliæ. 6. numero 30. lib. 1.*

652 Feudatarius † si bis in anno maritat, puta duas filias, duplex debetur adiutorium. *Vincent. de Franchis in deci. 306. quæ loquitur de Duce Neritoni, Apostill. in dicta decis. dicit iterum fuisse decisum similiter pro Duce Atripaldæ. De hac quæstione dico in ti. de adiutorio, & subuentione.*

653 Alienatio feudi ex primo † & secundo decreto fieri non potest, nisi Regis siue superioris Domini assensus interueniat, *post Andream de Iser. & alios Francisc. Milanens. in decis. Siciliæ. 6. num. 38. 52. lib. 1.*

654 Sentētia † in feudo ex pacto, & prouidētia nocet successori, *voluit Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 255. Roderic. Suarez in allega. 27. nu. 3. Did. Couar. Pract. quæst. c. 13. nu. 6. Ferdinand. Vasqui. de success. creation. li. 1. § 6. num. 28. Ludouic. de Molin. de Hispanor. Primogen. lib. 4. cap. 8. per totum. Io. Vincent. de Anna in alleg. 47. nu. 4.*

655 Contrarium tamen, quod sententia † prolata in feudo ex pacto, & prouidentia successoribus non noceat, *voluit Octauian. Cacheran. in decis. Pedemo. 157. sub nu. 6. Marin. Freccia de subfeudis Baron. li. 2. titul. de different. feud. ex pacto, & prouid. differentia. 9. Marian. Iunior. in consil. 181. nu. 95. vol. 2. Deci. in consil. 445. nu. 19. Aym. Crauett. in consil. 197. nu. 7.* Et ista opinio probabilior videtur, cum feu-

656 dum † ex pacto, & prouidētia, *vt pluries in hoc titulo* replicatum fuit, non habeat successores a moriente vel prædecessore, sed a Domino illos vocante, & non habent tanquam filij, vel hæredes, sed tanquam ex Principis prouidentia vocati.

657 Declarant tamen, qui † primam opinionem sequi mallent, tunc sententiam præiudicare successoribus, quando iustus, & legitimus contradictor litem defendisset, secus vero si quis cum litigante ad priuandos feudo successores collusisset. *arg. l. cum non iusto. ff. de collus. deteg. Bald. & Salyc. in l. 2. C. quib. res iud. non noceat. Matth. de Afflict. in c. 1. §. si vasallus. lib. 3. nu. 8. 9. Si de feud. fuer. controuers. int. domin. & agnat. Andr. Tiraquell. de Nobilit. c. 37. nu. 4. Francis. Marzar. in epitom. fideicom. q. 72. in prin. Ant. Gomez in l. Tauri. 40. nu. 73. Quos & alios refert Ludouic. de Molina lib. 4. c. 8. nu. 7. Legitimus, & optimus contradictor hoc casu erit is, cuius principaliter interest, vt post Bald. & Salycet. in dicta l. 2. dicit Tiraquell. in dicto cap. 37. nu. 5.*

658 Declara secundo, † quod & si litigator diligentissime litem prosequutus fuerit, & sententiam cōtra ipsum habuerit, non tamen appellauerit, nec etiam supplicationē porrexerit, vel illas interpositas, ac introductas deseruerit, quia eo casu successoribus non præiudicabit, *vt post Alexand. Ripam, & Ferdinandam Loazes in l. filius familias §. Diui. ff. de leg. 1. Crotum, & Pinellum voluit* Molina in dicto cap. 8. *num. 10. 11. Sigismundus. Loffred. in consil. 10. num. 7. Alias declarationes, ac limitationes habebis apud Tiraquell. in locis allegatis.*

659 Pretium feudi non est feudale, † nec illud loco feudi succedere voluit *Vincent. de Franchis in decis. Neapolitan. 64. num. 3. Ioan. Vincentius de Anna in singul. 204.*

660 Sed quando creditoribus † cum Regio assensu feuda sunt obligata, fit illorum venditio sub hasta, & de pretio fit solutio creditoribus, vt dicunt seruari posse per sacrum consilium, & eo modo obseruari. *Idem Præsidens de Franchis in dicta decis. 64. in princip. Idem Ioan. Vincentius de Anna in dicto singul. 204. in fin. dicens ita fuisse seruatum in creditoribus Martini Seguræ.*

661 Hæres institutus in feudis † contribuere non tenetur in solutione debitorum, siue æris alieni, *vt Anton. Capic. in decis. Neapolitan. 199. Ioan. Vincent. de Anna in alleg. 96. sub num. 2. Ego plene dixi in consil. 56. num... Centur. 2.*

662 Procurator recipiendo † canonem, siue censum pro re feudali, potest caducitatem remittere, *ex Matth. de Affl. in deci. Neapol. voluit Io. Vincen. de Anna in Allegatione. 89. nu. 7.*

663 Pro Patrocinio præstito † obligatur feudum. *Andr. de Isern. in c. 1. col. 2. de feudo Guardiæ. Guliel. de Perno in consil. 14. Petr. de Gregorio Sicul. de conces. feud. parte 2. q. 10. num. 9. Ioan. Vincent. de Anna in singul. 203. fuit ista originalis opinio Accursii. in l. quisquis. la 1. in verb. surrogato. C. de episcopis & Cleric.*

664 Sed animaduersione dignum est, † quod Petrus de Gregorio in loco allegato dicit, posse alienari feudum pro patrocinio præstito pro defendendo, vel consequendo, & tamen glossa præfata *in dicta*

665 *l. quisquis.* hoc non dicit, sed quod hæres † Aduocati, nō iurisperitus potest seruire per substitutum, *& Andr. de Isern. in dicto c. 1. de feud. Guard. & Castald.* similiter hoc non dicit, sed quod tam ecclesię quam Barones dant feuda Aduocatis pro patrocinio. Vnde melius dixit Bartolus *in l. continuus. §. si ab eo. num. 2. & post eum ibidem Zas. ff. de verb. obliga.* Quod feudum datum Aduocato ratione pe-

666 ritiæ, non transit in † successorem. Et hoc dixerat antea *Specul. in titul. de Aduocato. §. 1. nu. 26.* Quod durat ad tempus vitæ, & non transit in successorem, quos sequitur *Iacob. Menoch. de Arbitrar. iudic. quæstion. lib. 1. q. 98. num. 9. & eos vltimo loco optime refert, & sequitur D. Garsias Mastrillus ad Petrū de Gregorio in dicta q. 10. in verb. Patrocinio.* Et

istud

967 iſtud nulli dubium, † quia dominus feudi ad vitam ſuam, non ſolum Aduocato, ſed cuilibet fructus capiendos ad vitam concedere non prohibetur. Verum regulariter aduocato, non niſi anni ſpacio, feudum concedi poteſt. *arg. dicti. c. 1. de feud. Guard. & Caſtald. & voluerunt Bart. & Zaſ. in dicto. § ſi ab eo. & Petr. Rebuff. in Declaration. feudal. 24. & in declarat. 38. 40. 43. Franciſc. Hotoman. in Diſputat. Feudiſtica. c. 6. in fin.* dicitq; feudū iſtud
968 eſſe † impropriū, & feudaſtrū appellari poſſe, ſicut Hercules pictus appellatur Hercules. Ideoq; anno tantū durare dicit *Ludolp. Schraderus de feudis par. 5. c. 6. nu. 22.* Idcirco optime dicit *Paris de Puteo de Redint. feudor. c. 49. Incip. fuit alias. nu. 11. vbi poſt Andr. de Iſern. in c. 1. in fin. Epiſcop. vel Abbat. dicit,* quod ſi detur feudum aduocato, vt pro domino,
969 † loquatur, & poſtmodū efficiatur mutus, vel ſurdus, aut inhabilis, quod feudū non retinebit, *& item rum idem Paris. cap. 88. incip. Quæro dominus. nu. 14. fol. 56. inquit,* quod Aduocatus habēs feudum à Domino, qui non legitime deſeruit, & eſt garru-
970 lus, priuatur feudo. Illi tamen † aduocati dici merentur, de quibus Iuſtinianus. *in l. reſtituēdæ C. de Aduocat. diuerſorū iudicior.* quos peritos, expertos, & clariſsima eloquentiæ lumina appellat, quando feudo priuetur aduocatus contra dominum, *dico in titul. de Aduocatis, & de aduocatorum, officio. verſicul. vaſallus poteſt patrocinari. cū pluribus ſeq. Tomo 2.*

971 Adoha ſi imponeretur, † feudatarius nō tenebitur, niſi vna vice ad illius ſolutionem domino faciendam. *Vincen. de Franch. in deciſ. Neapol. 306. num. 3.*

972 Inueſtitura feudi † prima cum alteratur, dicitur noua. *Paul. AEmilius Verall. in deciſ. 16. numero 2. parte 1.*

973 Sub renouatione nouæ inueſtituræ, † nōn comprehenditur linea primi inueſtiti. *Carol. Ruin. in cō ſil. 126. volum. 1. Cardinal. Pariſius in conſil. 22. numero 44. volum. 3. quos, & alios allegans ſequitur Paul. AEmil. Verall. in deciſ. 16. numero 5. lib. 2.*

974 Matrimonium ſine Regis † licentia contrahere non poteſt mulier habens feudum in hoc Regno Neapolitano, & Siculo, alias amittitur feudum, *vt per Regni conſt. incip. Honorem. la 2. & ibi per And. de Iſern. Affli. & alios. Franciſc.* Milanenſ. *in deciſ. Siciliæ. 6. nu. 48. lib. 1. Dixi infra in titul. de aſſenſu. nu. 30. 31.*

975 Sed declara † primo, quod diſpoſitio dictæ cōſt. honorem, & alterius conſtitutionis ſequentis, quo ad licentiam Regis in matrimonio contrahendo ſunt correctæ, vt ſine dicta licentia contrahi poſſint, per Regem Carolum ſecundum *in cap. Regni. Item ſtatuimus, quod licitum ſit Baronibus.* ne re-
976 ſtringatur libertas † matrimoniorum, quæ debēt eſſe libera, tam iure Canonico, quam ciuili. *c. Gemma. de Sponſalib. l. Titia. in princip. ff. de verb. oblig. hoc idem ſcripſerunt Marinus de Caramanico gloſſator. Andr. de Iſer. & Afflict. in dicta cōſt. Honorē. & Napodanus Sebaſtianus. & Io. Antonius de Nigris. in dicto c. Item ſtatuimus.*

977 Subdeclara, ſecus eſſe † quo ad feuda danda in dotem, quia *per dictum c. Item ſtatuimus, quod licitum ſit Baronib.* requiritur aſſenſus Regis, quia cū feuda ad Principem ſpectent, non mirum ſi ita diſponat, cum in re ſua ſit moderator, & arbiter. *l. iure mandata. cum ſimilib. C. mandati.* præſertim, ne
978 accidat dari in dotem † intuitu matrimonij alicui, qui ſit odioſus, vel inimicus domini, *vt dicunt Marin. & Iſern. in dicta conſt. Honorem.*

979 Declara ſecundo † ſimiliter procedere, quando a principio cum ea clauſula datum eſſet feudum vt non poſsit dari in dotem abſque aſſenſu Regis, *vt dicit And. de Iſernia. in dicta conſt. Honorem. Sequitur Franciſcus Milanen. in dicta deciſ. Siciliæ. 6. nu. 48. lib. 1.*

980 Conceſsio † feudi cum clauſula, iure Francorum, operatur vt in eo feudo ſucceſsio currat a primogenito in primogenitum, *vt poſt Gulielmum de Perno in conſil. 21. nu. 9. voluit Franciſc. Milanenſ. in deciſ. Siciliæ 8. nu. 69. cum pluribus ſeq. lib. 1. & dicam in titul. de clauſulis.*

981 Per dictam clauſulam † iure Francorum, non excluditur femina, niſi quando in pari gradu adeſſet maſculus, *plene Petrus de Gregorio Siculus de conceſs. feudor. parte 4. q. 4. per totam. Franciſ. Milanenſ. in deciſ. Siciliæ. 8. numero 46. 50. lib. 1. ſiue illud ſit conſilium Hierony. Fimiæ. Don Garſias Maſtrill. in deciſ. Siciliæ. 56. numero 1. vbi alios plures retulit.*

982 Feudum † hæreditarium venit in petitione hæreditatis. *Marian. Socin. Iunior in conſi. 75. nu. 30. vol. 1. Nicol. Reuſner. in deci. German. 23. nu. 9. lib. 4.*

983 Pœna vbi ſtatuta † eſt, & danda parti, feudi portio, quam qui incidit in pœnam cum alio, eo caſu applicatio fit habenti aliam partem, data portione fructuum feudi, vita illius durante. *Ioan. Paulus Tholomuęs in deciſ. Nouiſſi. Rom. 823. lib. 3. parte 3.*

984 Augumentum † mixtum feudi, puta partim extrinſecum, partim intrinſecum, naturale, vel induſtriale, ad dominum reuertitur. *Bald. & Aluarot. in c. 1. §. Rurſus. de controuerſ. inueſtituræ. Quos ſequitur Nicola. Reuſnerus in deciſ. Germaniæ. 24. num. 12. 13. lib. 3.*

985 Res vendita cum aſſenſu præſumitur † feudalis, *vt dicit Ioan. Vincent. de Anna in Allegation. 11. nu. 14. multos allegans, quos vidimus, & hoc vere non dicunt.*

986 Si feudum † venditum ſit cum pacto de retrouē dendo per tale tempus, illius tempus prorogari nō conuenit ſine Regio aſſenſu, & ſi a principio in vēditione acceſſerit, *vt optime dicit Bartholom. Camerar. in c. Imperialem. fol. 55. litera I. cum multis ſeq. de Prohibita. feud. alien. per Federic. quem ſequitur Ioan. Vincent. de Anna in Alleg. 11. nu. 13. 19.*

987 Cum feudum † venit ad manus mortuas, *licet quædam appellari poſſint ſemper viuentes,* eſt maximum fiſci intereſſe, *vt dicit Paris de Puteo de Redintegratione feudor. c. 268. incip. An ſi quis. num. 1. & ſeq. fol. 144. & Nicola. Boerius in deciſion. Burdegal. 267. numero decimo. voluit Ioan. Vincentius*

de Anna in c.1.nu.52. de Vasall. decrepit. ætat. & in Const. Constitutionem Diuæ memoriæ. num.32. & in allegatio.121. num.2. de quo dixi in consil.1. Centur.1. Francisc. Duaren. in commentar. in consuetudines feudal. cap.12. num.16.

688 Renunciatio, remissio, siue † cessio iurium super feudo, fieri non potest sine Regio assensu. *Anton. Capic. in decis. Neapol.156. nu.13. cum pluribus seq. Bart. Camerar. in Rep. c. Imperialem. fol.33. litera P. de prohibit. Feud. alien. per Federic. Idem Capic. in inuestitur. feudal. §. feudorum alienationes. col.7. ampliation.21. Ioan. Vincent. de Anna in allegat. 124. nu.5.1.*

689 Legato feudo, illius † æstimatio legatario non debetur. *Ioan. Vincent. de Anna in allegation. 125. in allegat. 126. in alleg. 127. & in const. Constitutionem Diuæ memoriæ. num.138. Eandem sententiam comprobat Ioannes Dominic. de Anna Episcopus Bouinensis in consil.10. impresso post allegation. Fabij de Anna.*

690 Contrarium vero, † quod debeatur legato rei æstimatio feudalis, & fuisse decisum per Sacrum Regium Consilium anno 1554. contra Illustris. & Excellentis. Dominum Ascanium Columnam ad fauorem alicuius Alfonsi Rotæ, cuius meminit Marinus Freccia, *de subfeudis Baron. lib.3. differen. 12. in fin.* & in anno 1569. 12. Febr. In causa Marchionis Lauelli, & die 12. Iunij. 1572. tam in Regia Camera, quam in supremo Regio Collaterali consilio, fuit decisum, deberi æstimationem. Et hãc opinionem tenuit Ioannes Faber, *in §. non solum. Institut. de legat. Bald. in capit.1. num.3. de succes. feudi. Ante eos Andr. de Isern. in c.1. §. ex contrario. in fin. de inuestit. de re alien. fact. Fuit etiam de mente Speculat. in tit. de emphyteosi. num. 131. vers.107. Curt. Iunior. in consil.30.* In quo di-

691 cit ita determinasse † Marcum Mantuam, & Nicolaum Barisonum Clarissimos Iureconsultos, *Paris de Puteo de Redintegrat. feudor. cap. 284. Incip. An tenens bona. nu.5. fol.150. Matth. de Afflict. in dicto §. ex cõtrario. nu.4. Camerar. in c. Imperialem. fol.26. litera.... Ioan. Thom. de Marinis de generibus, & qualitate feudorum. lib.1. titul.6. num.39. Cardinal. Mantica de coniectur. vltimarum voluntat. lib.9. titul.11. num.8. Francisc. Bursatus in consil.4. num.17. vol.1.*

692 Magna est amplissimi † ordinis Sacri Consilij Neapolitani authoritas, ita vt piaculum videatur ab illo vel minimum discedere. Primam tamen opinionem feudi legati æstimationem non deberi, communiori Doctorum calculo approbatam videmus, cum enim feudum legari permissum non sit

693 absque superioris consensu, † quomodo ex non ente, loco æstimationis aliquid succedere poterit. legari non posse iura notoria sunt, & hanc opinionem firmat, & corroborat Iacobus de Ardizzone *in summa feudor. cap.126. Incipiente. legare non potest. Petr. de Bella Pertica de feudis. titul.8. nu.28.* Vnde neque æstimationem deberi, etiamsi miseri-

694 cordiæ † causa fiat, dicebat Cardinalis Parisius *in consil.7. num.13.14. vol.1.* Et non deberi hanc æstimationem feudi legati *voluerunt Bald. Aluarot, & Afflict. in c.1. §. donare qualit. olim feudum alienari poter. arg. l. Apud Iulianum. sine idem Iulianus. §. constat. ff. de leg.1. vbi hoc voluerunt Francisc. Aretin. & voluit Alex. in consil.9. nu.2. vol.9. Curtius Iun. in tract. feudor. parte 4. q. penultima. nu.126. Ioan. Cepha. in consil.369. nu.32. vol.3. Ioland. a Valle in consil.41. num.31. vol.2. Marian. Nepos. in consil.74. nu.19. vol.1. Laurent. Chircou. commun. opin. Centur.5. conclus.36. Marc. Anton. Natta. in consil.502. num.33. vol.3. Francisc. in tract. feudor. parte 12. num.88. Simon de Prætis in tract. de interpret. vltim. voluntatum. lib.4. dubitation.1. sub nu.76. Francisc. Purpurat. in consil.101. nu.6. vol.1. Michael Craff. in tract. commun. opinionum. §. Legatum. q.14. nu.22. versicul. contrarium. Michael Padaez. de Maioratu. parte 4. q.40. Iacob. Menoch. de Præsumption. lib.4. par.2. præsumption. 119. nu.6. Nouissime Andr. Facchin. Controuers. iuris. lib.5. cap.37. Iacobin. de Sancto Georgio in inuestitura feudali. in verb. Et cum pacto. nu.5. & nouiter Nicol. Reusnerus in decis. German.1. num.21. lib.3.*

695 Collecta † non imponitur super rebus feudalibus, ne duplici onere grauentur, scilicet Adoha, & & collecta, vt dicam in titulo de collectis. *Vide infra hoc titulo. nu.706. cum duobus seq.*

696 Dominus scienter recipiens † canonem pro feudo videtur renunciare caducitati. *Matth. de Afflict. in decis. Neapol.129. sub nu.9. Anton. Capic. in decis. Neapol.18. Ioan. Vincent. de Anna in singul.149.*

697 Finita linea inuestiti †, Dominus propria auctoritate feudum capere potest. *Guido Papæ in decis. Gratianop.105. Paris de Puteo de Redinteg. feudor. cap.29. incip. An dominus feudi. nu.5. fol.19. & capit.123. incip. An finito tempore. fol.76. Blasius Lancea. in c. volentes. Regni Siciliæ. Notab.11. q.14. Iosephus Cumia etiam Siculus in c. si aliquem. eiusdem Regni. in verb. Antiquis. nu.24.*

698 Contrarium † tamen, quod propria auctoritate id facere nequeat, *voluit Ioan. Vincent. de Anna in singul.151. vbi dicit,* Sacrum consilium in quodam Barone, qui propria authoritate id fecerat, & feudum ceperat, quia fuit prouisum, quod faceret restitutionem.

699 Dominus male tractans † vasallos, priuatur feudo, & iurisdictione. *Nic. Boer. in dec. Burdegal.34. nu.5. in decis.260. nu.15. Guido Pap. in decis. Gratianop.62. Paris de Puteo in tract. Syndicatus. in verb. Crudelitas. Ferdinandus Vasquius controuersiar. illustr. lib.1. cap.8. nu.19. Thom. Grãmat. decis. Neapo.104. Ioan Lucius Placitor. Curiæ Paris lib.7. tit. 4. cap.3. Ioachim. Mynsinger. Obseruat.8. Centur. 5. Martin. Laudens. de Principe. §.451. sed ego plusquam alius, per ea quæ vidi, tractaui in consi.30. per totum & consil.31. Centur.2.*

700 Petens feudum † tanquam successor, non tenetur declarare, si venit ab intestato, vel ex testamento, vt fuisse decisum per sacrum consilium scribit

Anton.

Anton. Capicius in decis. Neapol. 97. num. 1.

701 Declara ſupradictam † deciſionem procedere in feudo ex pacto, & prouidentia, quod nec ſucceſſione teſtamentaria, nec ab inteſtato venit, ſed ex prouidentia Principis, ſeu domini ſucceſſorio feudorum iure *cap. 1. §. & quia. vbi Iacob. de Beluiſ. de his qui feud. dar. poſſ.* Secus vero in feudo hæreditario, in quo declarari, ſi ex teſtamento, vel ab inteſtato is agat, *vt concludit* Marin. *Freccia de ſubfeud. Baron. lib. 3. tit. de different. feud. ex pacto, & prouidentia. differentia 20. Ioan. Vincen. de Anna in ſingul. 198.*

Declara ſecundo ſecus in Allodialibus & Bur-
702 genſaticis, quia ſemper tenetur † declarare, an agat ex teſtamento, vel ab inteſtato. *Anton. Capicius in deciſ. Neapol. 97. ſub num. 3. Ioan. Vincent. de Anna in ſingul. 198.*

703 Feudi † noui a patre empti per collationem pars pretij, debetur ſecundogenito, & alijs filijs, quæ æſtimatio feudi non fit de illius valore tempore mortis patris, ſed tantum pretij, quo fuit emptum, *ex Andrea de Iſernia, in c. Imperialem. §. præterea Ducatus. in fin. de prohibi. alienat. per Federic. & Io. Vincent. de Anna in ſingul. 200.* Vbi dicit ita fuiſſe deciſum in cauſa Marchionis Triuiſi cum Pyrrho Loffredo. *Quibus accedit Ioan. Thomas* Minadous, *in Conſt. In aliquibus. in Rubr. Succeſſione nu. 32.*

704 Declara primo, † quod ſi feudum fuit donatum ob ſeruitia, non tamen emptum, eodem modo debetur pars pretij filijs, vt fuiſſe deciſum in ſacro cõ ſilio *refert idem Ioan. Vincent. de Anna in ſingul. 201.*

705 Sed Fabius de Anna † illius filius in Apoſtillis dicit, in feudo collato ex præſtitis ſeruitijs nullo modo deberi pretiũ filij ex authoritate eiuſdẽ Andreæ de Iſernia *in dicto. §. præterea Ducatus, & ibi per Afflict. Lucam de Penna in l. vnica. C. de impon. lucr. deſcript. lib. 10. & Anton. Capic. in deciſ. Neapol. 3. num. 7.*

706 Verum ego opinioni † Sacri Conſilij potius accederem ob illius auctoritatem, cum etiam ratione, quia conceſſio ob ſeruitia eſt remuneratoria, & potius debiti ſolutio. *arg. l. Attilius Regulus. ff. de don. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hæred.* Vnde feudum ob benemerita conceſſum ob ingratitudinem reuocari non poteſt. *Bal. in c. 1. col. 1. verſ. aut quid ſi tale. vbi* Martin. *Laudens. & Cardin. Alexandr. an* Mut. *vel Surd. Curt. Iun. in tract at feudor. parte. 5. concluſ. 1. Vdalrich. Zaſ. in epitom. feudor. parte 10. concluſ. 4 fallent. 4. quos refert, & ſequitur Andr. Tiraquell de Reuocand. donat. in verb. donatione largitus. num. 15.*

707 Vaſallus quanquam cenſum † ſoluat, ſed dominum non recognoſcat, fidelitatem iuret, & inueſtituram ſuſcipiat, caducitatem non euitat. *Surdus in deciſ. Mant. 221. num. 19. 22.*

708 Illa deciſio, de qua † ſupra egimus, ſcilicet, renũciationem feudi inuito domino fieri non poſſe, *vt poſt Gloſſ. & Andr. de Iſern. in c. 1. §. fin. de Capitan. qui cur. vend. & in cap. 1. de vaſall. qui contra conſt. Loth. voluit Ioan. Vincent. de Anna. in ſingul. 196. quibus iungendus eſt Alexand. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. num. 15. ff. de damn. infect. & dixi ſupra.*

709 Declarandum vero eſt † procedere in feudo conditionato, ſcilicet dato ad certum determinatum ſeruitium, in quo a principio vaſallus ſe domino obligauit, & ea conditione feudum ſibi conceſſum fuit, & inde quæſitum eſt ipſi domino ius aduerſus feudatarium, ſine cuius voluntate, & beneplacito feudum refutari non poteſt, ſecus autem eſſet, ſi feudum rectum, purum, ac ſimplex eſſet, nec illis ſeruitium aliquod promiſſum, vel annexum. *text. eſt in c. 1. §. fin. Quid ſit inueſtitur. c. 1. de conſuetud. recti feudi. Petr. Iacob. in practic. titul. de cauſ. ex quib. dominus debet amittere proprietat. diuiſ. 7. Hoſti. in ſumma. tit. de feudo. §. qualiter feudum diſtinguatur.* Et ideo cum in feudo conditionato teneatur ad illud ſeruitiũ, merito eo caſu ipſo Domino
710 inuito, refutatio † locum non habet, *vt dicit dicta gloſ. finalis notabilis in dicto. cap. 1. §. fin. de Capitan. qui cur. vend. quam ibi ſequuti ſunt Andr. de Iſer. Iacob de Beluiſ. Bald. Aluarot.* Martin. *Laud. Cardin. Alexandrin. Afflict. & alij. Iacobin. de Sancto Georg. in inueſtitur. feudal. in verb. & vnus ex dictis vaſallis. num. 1. 2. Alberic. de Roſate. in l. cum fructuarius. num. 3. ff. de vſufr. Franciſc. Sonsbech. in vſus feudor. parte 12. num. 114. Cappell. Tholoſan. in deciſion. 404. incip. Item fuit quæſitum, an vaſallus. vbi optime Stephan. Aufrer. in Apoſtillis. Doctores omnes in dicto. c. 1. de vaſall. qui contr. Conſt. Lothar.* Matth. *de Afflict. in deciſ. Neapol. 265. num. 53. & in deciſ. 307. num. 11. Andre. Tiraquell. de retractu conſanguin. §. 34. gloſſ. 1. num. 6. Hierony. Cauallos practicar. opin. commun. contra communem. quæſt. 438 lib. primo.*

711 Declarandum eſt † ſecundo, quod ſi eſſet feudum quaternatum, refutatio abſque regio aſſenſu fieri non poſſet, ſecus vero in feudo ruſtico, plano, & de tabula, in quo ſufficit ſine aſſenſu refutationem fieri. *Andr. de Iſern. in c. 1. §. poſt refutationem. col. 1. verſ. Item in Regno Siciliæ. de alienation. feudi patern. & in c. Imperialem. in princ. num. 10. de prohibit. feudi alien. per Federic. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapolitan. 307. num. 11.* Marin. *Freccia de ſubfeud. Baron. lib. 2. titul. de differentijs feudi quaternati. differentia. 3. num. 7. Nicolaus. Intrigliolus Siculus de feudis. Centur. 1. q. 45. nu. 58. 59.*

712 Collecta pro bonis † feudalibus ſolui non debet, nec de iure feudalia bona in appretio ſiue cata ſto poni debent, De iure communi probat. *Nicol. Feſtos. in tract. de æſtimo. par. 4. cap. 3. allegat Corn. in conſil. 194. num. 9. 10. vol. 4.* Vbi dicit, Dominos Caſtrorum feudalium ad collectas non teneri. De
713 † iure Regni habemus *text. in c. Regni. Porrecta. vbi hoc voluerunt Napodan. Sebaſtian. & Niger. nu. 57. Lucas de Penna in l. agros. C. de fund. limitroph. lib. 11. Paris de Puteo de Redintegrat. feudor. cap. 17. incip. Viſo quæ ſit natura. nu. 1. 2. fol. 13.* Marin. *Freccia de ſubfeudis Baron. lib. 2. titul. de*

diffe-

different. inter feud. Regal. & titulat. different. 16.

714 Ratio redditur ab oīb. ne duplici † onere grauē tur, cum feudatarii præstent seruitium vt in Regno Adoham, & cum sustineant illud onus, non debent collectari. *arg. l. tam dementis. C. de episcop. audient. Andr. de Iser. in c. 1. in verb. Plaustrorum. sub num.* 11. *vers. ab his in Regno Siciliæ. Quæ sint regal. quem sequitur Napod. vbi supra. Anton. Capic. in inuestitur. feudali. §. feudorum immunitas. in princip. fol.* 246. *Petrus Piccolus in forma apprecii, quem refert, & sequitur Paris de Puteo in dicto cap.* 17. *num.* 4. *dicemus in titul. de collect.*

715 Declara secus † esse in feudis morticijs, siue bē nis excadentialibus, quæ accidunt ipsis feudis, quia de illis facienda est collectarum solutio. *Iulius Ferrett. de Publican. & vectigalib. num.* 475. *Quod credo male intellexisse Paridem de Puteo de redintegr. feud. cap.* 17. *incip. Viso. nu.* 5. *fol.* 13.

716 Declara † secūdo, secus esse in feudis rusticis, plā nis, Actenasiis, & de tabula pro quibus debet fieri contributio in collectis, & generalibus subuentionibus, *vt scribit Lucas de Penna, in l.* 1. *col.* 8. *vers. prædicta quippe constitutio. C. de impon. lucr. descript. lib.* 10. *in l. fin. C. de fund. limitroph. lib.* 11. *quem sequitur Paris de Puteo de redintegr. feudor. cap.* 4. *incip. veniamus. nu.* 5. 6. 7. *fol.* 2. *& post Barth. de Capua idem Paris in eodem tract. cap.* 17. *incip. viso quæ sit natura. num.* 5. *fol.* 13.

717 Subdeclara tamen † quod eadem collecta pro istis feudis rusticis, & Actenasiis, dum fit solutio, ab ea deducitur id quod soluitur Domino, *vt dicit idem Paris de Puteo de redintegratione feudor. in dicto cap.* 17. *incip. Viso. sub num.* 5. *fol.* 13.

718 Assistentia super † feudo præstatur pro dote in subsidiūdeficientib. bonis allodialibus, *vt fuisse a Sacro Consilio decisum, annotauit Ioan. Vincent. de Anna. in allegat.* 66. *num.* 22. *in alleg.* 115. *nu.* 6. *Francisc. Milan. in decis. Siciliæ.* 5. *num.* 11. 12. 18. *in decis.* 7. *num.* 53. 54. 55. 56. *lib.* 1. *Francisc. in decis.* 285. *nu.* 7. *Matth. Coler. in decis. German.* 213. *Plenius dico in consil.* 55. *num.* 35. *Centur.* 2.

719 Vasallus † super feudo absque Domini consensu non potest imponere seruitutem. *Cappell. Thol. in decis.* 462. *Guid. Papæ in decis. Gratianopol.* 575. *Nicol. Boer. in decis. Burdegal.* 181. *nu.* 3. *Octauian. Cacher. in decis. Pedemont.* 159. *Anton. Capic. in inuestitur. feudal. §. feudorum. deuolutio. in verb. seruitutes. Io. Vincent. de Anna in singul.* 565. *Nouissime D. Garsias Mastril. in decis. Siciliæ.* 83. *nu.* 8.

720 Vasallus feudatarius † de feudo hæreditario an tiquo potest disponere, sicut de feudo nouo. *Marin. Frecci a de subfeudis Baron. lib.* 2. *cap. incip. superest. num.* 3. *Eruditissimus Garsias Mastrillus in decis. Siciliæ,* 56. *num.* 25.

721 Clausula † in feudis *saluis iuribus* præseruat ius Regis, venditorū & possessorū. *Francis. Milan. in deci. Siciliæ.* 8. *nu.* 67. *li.* 1. *dicā in tit. de clausulis.*

722 Retractus in feudo locum † non habet, quando venditum est. *Vincen. de Franchis in decis. Neap.* 17. *nu.* 11. *post Andr. Tiraquell. de retract. consanguin. §.* 1. *gloss.* 3. *num.* 3.

723 Etiam, qui partem † feudalis canonis non soluit caducitatem incurrit, *Io. Petr. Surdus in decis.* 221. *num.* 21.

724 Verbum hæres in feudis † intelligitur de descendentibus, *ex Decio in consil.* 185. *num.* 3. *in consil.* 208. *num.* 9. *in consil.* 516. *num.* 14. *Marc. Anton. Natta in consil.* 159. *num.* 2. *vol.* 1. *Francisc. Milanens. in decis.* 7. *num.* 17. *in decis.* 8. *num.* 239. *lib.* 1.

725 Infeudatio rerum † ecclesiæ per Abbatem facta nō reuocatur. *Gerar. Maynar. in deci. Thol* 7. *lib.* 2.

726 Dominus directus † ad iura annua sibi debita cōtra vnū vel plures alios feudū tenētis agere, pōt, *Gerar. Maynar. in deci. Thol.* 34. *& in decis.* 35. *li.* 2.

727 Declaratio venditoris rei † feudis dicentis rem quam vendit, esse tali domino obnoxiā, non sufficit pro domino sed tantummodo facit aliqualem præscriptionem pro ipso domino, *per Gerard. Maynardum in decis. Tholosan.* 49. *num.* 1. 2.

Quamuis supra posuerim Regulam, spurios nō

728 succedere in feudis, tamē † quando sunt vocati specifice in inuestitura admittuntur. *arg. c.* 1. *§. personam. per quos fiat inuestit. & eorum quæ dixit Bald. in l.* 2. *C. de iure emphy. ita Matth. de Afflict. in decis. Neapol.* 99. *quod plenius comprobauit Paris de Puteo. de Redintegration. feudor. c.* 131. *Incip. & circa prædicta. fol.* 79. *vbi num.* 10. *dicit,* consuluisse

729 † magno Principi Spurio, quod non peteret nouam inuestituram, vt hæres patris, sed vt nouus homo peteret inuestituram. Quam Afflicti traditionem refert *Cardinal. Paleott. de Notthis, & spurijs. cap.* 31. *nu.* 3. *& in fin. Antonin. Capic. in decis. Neapol.* 32. *nu.* 9 10. *Iterum idem Cardin. Paleott. in dicto tract. de Nothis, & spuriis. cap.* 55. *sub nu.* 14. *Io. Cephal. in consil.* 152. *nu.* 46. *vol.* 2. *in consil.* 608. *nu.* 26. *vol.* 4. *& optime subtilissimus, & eruditissimus I.C. Ale. Raudēs. de Analog. c.* 35. *n.* 3. *cū plurib. seq.*

730 Per inuestituram non † transfertur dominium. *l. Traditionibus. C. de Pactis. Corn. in consil.* 37 *num.* 17. *vol.* 3. *AEmilian. in consi.* 81. *nu.* 4. *Hierony. Magon. in decis. Lucens.* 38. *num.* 13. *Io. Cephal. in consil.* 468. *nu.* 72. *vol.* 4. *Tetigi supra in ti. de consuet. nu...*

731 Declara † secus esse, si consuetudo aliter se haberet, *ut ex Bald. in consil.* 377. *nu.* 1 *uol.* 1. *Alexand. in consil.* 87. *num. fin. vol.* 2. *voluit idem Hierony. Magon. in dicta decis. Lucens.* 38. *nu.* 14.

732 Declara secundo, secus esse † in ecclesia acquirēte feudum, *vt ex Bald. & Alex. voluit idem Magon. in dicta decis.* 38. *num.* 14.

733 Declara tertio, nisi † in inuestitura dictum esset, quod haberet vim realis, & corporalis possessionis & traditionis, quia tūc dicitur translata possessio, *vt ex Pōtano. in trac. de spoliis. li.* 2. *sub nu.* 178. *optime tradidit Fabius Timeus ad Magon. in decis. Lucens.* 38. *in vers. ex sola.*

734 Dominus non tenetur ostendere † vasallo feudum, pro quo sibi iurauit fidelitatem, sed e contra vasallus eo casu ostendere cogitur, *ex Matt. de Afflict. in decis. Neap.* 265. *sub nu.* 86. *Renatus Coppin. in consuet. Andegau. tit.* 1. *articul.* 7. *lib.* 2. *volum.* 2.

735 De-

735 Declára, quod † ſi vaſallus, ſiue cliens ſit nouus, quia non tenebitur Domino feudum oſtendere, ſed dominus e contrario oſtendere cogitur illi, *poſt Specul. in titul. de locat. §. nunc dicendum. num. 65. Maſuer. in pract. titul. de feud. num. 13. Nicol. Boer. in conſuetud. Bituric. tit. de feud. & cet. §. 12. Renat. Choppin. in conſuetud. Andegau. cap. 6. artic. 2. lib. 1. volum. primo. & titul. 1. articul. 7. lib. 2. vol. 2.*

ARGVMENTVM.

Laudemium a laudando dicitur, quia Dominus nouum inueſtitum approbando, & confirmando laudat. Definiri poteſt, quod ſit certa pecunia in præmium pro nouæ inueſtituræ collatione, ſiue veteris renouatione facta ſuper feudo, vel emphyteoſi, Domino directo data. Id licet a principio in quinquageſima pretij quantitate ab Imperatore Iuſtiniano ſit ſtatutum, diuerſæ tamen prouincię, ac regiones ab illa receſſerunt. Nam in Regno Neapolitano eſt tertia, aut quarta pars pretij. Veronæ Dominus decimam, Saxones, & Thuringi quintam pro centenario partem exigunt, & apud alios ſubinde populos aliter obſeruatur, cum illius maior, vel minor quantitas eſſe poſſit, prout a principio dominus cum inueſtito pactus fuerit. Pro omni autem re emphyteotica ſiue feudali, dum alienatur, debetur, & in vera, nec ſimulata illius traditione ab emptore, vel nouo acceptore ſoluitur, licet in Gallia etiam pro ficta, & per conſtitutum facta traditione a venditore, & ſic veteri poſſeſſore ſolutio fiat, de qua re diuerſæ ibidē conſuetudines obſeruantur. Similiter procedit ex datione in ſolutum, ob addictionem bonorum immobilium a iudice factam, ſi penſio conſtituta fuerit, in tranſactione, permutatione, perfecta venditione, etiamſi poſtea communi voluntate emptor, & venditor ab emptione diſcedant, & ea facta cum pacto de retrouendendo, & venditione conditionali, quando conditio expirauit, item in dote, ſi æſtimata data ſit, & donatione in fraudem laudemij, & gabellarum facta. Non debetur proprietario, ſed vſufructuario, ſi contractus initus eſt nullus, nec a ſilijs in locum defuncti parentis ſuccedentibus, cum non ſit noua acquiſitio, ex diuiſione non neceſſaria, ex remiſſione, & ceſſione inter ſocios, venditione neceſſaria propter vſum publicum vtilitatiſve publicæ, conditionali, pendente adhuc conditione, facta cum pacto legis Commiſſoriæ, vel adiectionis in diem, & ex antichreſi, quæ vltra decēnium perdurauit. Actio perſonalis & hypothecaria datur contra non ſoluentem debitum laudemium, cum ſit onus reale.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium vnde dicatur, & cur ſic appelletur? numero 2.*
2 *Laudemium gallice quomodo dicatur?*
3 *Laudemium andetur pro noua inueſtitura, ſiue feudi renouatione. Declara. nu. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.*
11 *Laudamii quantitas quæ ſit. Declara nu. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.*
21 *Laudemio, vt locus ſit, an neceſſe ſit, quod res feudalis, vel emphyteotica tradita ſit cum effectu. nu. 22. 23. 24. 25. 26.*
27 *Pro omni re emphyteotica Domino ſolui debet laudemium.*
28 *Ex contractu nullo, laudemium, non debetur. numero 30.*
29 *Iuramentum ſuper contractu nullo non ligat, quo ad illius obſeruantiam.*
31 *Laudemium debetur ab emptore, vel nouo acceptore. Declara num. 32. 33. 34. 35. 36.*
33 *Conſuetudines locorum attenduntur quo ad ſolutionem laudemij.*
34 *Venditor, an emptor ſoluat, laudemium apud Gallos, Andegauenſes.*
35 *Pariſienſes.*
36 *Aurelianenſes.*
Meldenſes.
Melodunenſes.
Senonenſes.
37 *Pro datione in ſolutum an debeatur laudemium. Declara nu. 38. 39. 40.*
41 *Ex diuiſione feudalis rei, an debeatur laudemium? 42. 43. 44.*
44 *Ex omni venditione neceſſaria laudemium non debetur. Declara nu. 45. 46. 47. 48.*
45 *Cauſæ venditionis neceſſariæ ſunt fauor religionis, libertatis, ædificiorum publicorum, decoris vrbis vtilitatis publicæ. num. 46. 47. 48.*
49 *Pro alienatione fundi in publicum vſum laudemium non debetur. nu. 50.*

51 *Ex*

51 *Ex alienatione bonorum ex causa dotis, num laudemium debeatur? Declara. num. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60.*

61 *Ex donatione an laudemium debeatur. Declara. nu. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 98. 99.*

68 *Si in feudo, vel emphyteosi, quis Turrim, Palatiũ, vel aliud ædificat, si venditur, pro feudo, & pro ædificiorum pretio laudemium debetur.*

69 *De cessione, & remissione, quæ fit inter socios laudemium non datur.*

70 *Ex venditione cõditionali donec expira cõditio laudemium non debetur, nisi conditione impleta. nu. 71.*

72 *Pro venditione facta cum pacto de retrouendendo, laudemium solui debet.*

73 *Ex retrouenditione, & retroemptione, an debeatur laudemium.*

74 *Perfecta venditione si communi voluntate ab emptione discedunt emptor & venditor, laudemium debetur.*

75 *Ex distractu, & cassatione, & cancellatione primi contractus, laudemium cessat. nu. 76. 77.*

78 *De permutationis contractu, an laudemium solui debeat. Declar. numero 79. 80. 81. 82. 83. 84. & 85.*

86 *Pendente locatione, venditur res locata, an, & quando debeatur laudemium a conductoribus, vel aliis.*

87 *Ex venditione facta cum pacto legis Commissoriæ, vel adiectionis in diem, an debeatur laudemium?*

88 *Laudemia dantur ob dominiorum translationes.*

89 *An de Transactione debeatur laudemiũ? nu. 90. 91. 92. 93.*

94 *Laudemium est onus reale, & pro eo competit actio personalis, & hypothecaria.*

95 *Laudemium debetur vsufructuario, non proprietario. nu. 96. 97.*

98 *An debeatur laudemium ex donatione quæ fit in cõtractibus, in quibus ponitur clausula (sciens sciens ter plus valere, illud plus donat) an in ea donatione locum habeat laudemium. nu. 99.*

100 *Primus inuestitus de feudo, vel emphyteosi, qui concedit secundo, an debeatur laudemiũ primo, an secundo inuestienti?*

101 *Si est constituta pensio super feudo, uel emphyteosi, dum alienatur, debetur laudemium.*

102 *Ex Antichresi constituta super re emphyteotica, quæ vltra decennium perdurauit, non debetur laudemium. Declara. nu. 103. 104.*

105 *Ob addictionem bonorum immobilium a iudice factam, domino directo laudemia debentur.*

TITVLVS XXXV.

De laudemijs.

1 LAudemium a laudãdo appellatur, quia nouum inuestitum Dominus laudat, dum illum † approbat, & confirmat. *vt scribit Andr. de Isern. in cap. 1. §. similiter in ostenditijs. num. 3. vers. Releuium in Regno. de Capitul. Conradi. Iason. in l. fin. num. 40. 41. C. de iure emphyteot. Matth. de Afflict. in cap. 1. §. illud quoque. sub num. 6. de prohibit. feud. alien. per Federic. Paris de Puteo. de redintegrat. feud. cap. 45. incip. fuerunt. num. 2. Iul. Clarus in §. emphyteosis. q. 23. num. 2. Ioan. Ferrar. Montan. in Collectan. ad vsus feudor. lib. 2. cap. 4. & lib. 6. cap. 4. Francisc. Hotoman. de verbis feudalibus. §. laudum. §. laudamẽtum. §. lauda. Ioan. Hauichorstius ad Francisc. Duarenũ in consuetudines feudales. cap. 13. num. 9 Ioan. Pyrrhus in Consuetud. Aurelianensib. titul. de feudis. c. 3. & titul. de Laudemijs. cap. 21. Ioan. Cephal. in consil. 27. nu. 22. vol. 1. Marc. Anton. Peregrin. in consil. 31. vol. 1. Gaspar Caballin. in milleloq. 192. Petrus de Gregor. Siculus de conceff. feud. parte 8. q. 16. titul. de iure Releuii. num. 2. Nicol. Intrigliol. de feudis. articul. 93. num. 78. Centur. 2. Anton. Eorrinius de seruitiis Vasallor. parte. 4. cap. 8. §. Laudemium. col. 1. Caballin. Milleloq. 192. Optime dicit Gerard. Maynard. in decision. 43. lib. 4.*

2 Quod laudemium † gallice dicitur Louer id est laudari a Lodz vt inter dominum, & feudatarium laudetur, & communi consensu firmetur. *Marian. Iunior. in consil. 70. num. 2. vol. 3.*

3 Datur laudeminũ pro noua † inuestitura, siue illius renouatione, feudi. *Franc. Marc. in decis. Delphinal. 185. sub nu. 1. vol. 1. Stephã. Aufrer. ad Cappe. Tholosan. in deci. 278. incip. Itẽ si aliquis. Glo. Paris. in §. 82. glo. 1. nu. 36. par. 2. Iacob. Menoc. in cons. 444. nu. 17. vol. 5. Guido Papæ in decis. Gratianop. 101. sub nu. 3. Petr. de Gregorio Siculus, de concession. eudi. parte 6. q. 8. num. 8. Guido Papæ in decis. Gratianop. 167. in fin. & in decision. 415. num. 3. Francisc. Marcus. in decision. Delphin. 366. num. 16. vol. 1. Andre. de Isern. in c. 1. §. similiter in ostenditiis. sub num. 3. de Capitul. Conrad. Nicol. Boer. in consuetud. Biturig. titul. des constumes des fiefz. §. 5. gloss. 1. Renat. Chopp. in consuetud. Andegau. lib. 1. titul. de iurisd. Andeg. cap. 4. num. 2. vol. 1. Nouissime Gerard. Maynard. in decision. Tholosan. 33. sub num. 1. lib. 4.*

4 Contrariũ † tamen, quod pro feudi alienatione solui non debeat laudemium, & id iure communi non probari, nec feudorum constitutionibus, cum feudi collatio mera dñi liberalitate, & munificentia fieri debeat, *vt dixi de Feudis Dignitatum. lib. 1. cap. 1.* Et istam contrariam opinionem tenuit *Bald. in c. quæ in ecclesiarum. col. antepen. de constit. Petrus Iacob. in practic. titul. de causis, ex quibus Vasallus, quantum est de iure scripto debet amittere feudum. num. 3. vers. Item est notandum quod in aliquibus locis.* quem Doctorem multi corruptissime allegant. *Amedeus de Fonte in quæst. laudemial. lib. cap. 3. Iacob. Menochius in consil. 444. num. 15. 16. vol. 5. Hartman. Pistor. quæstion. iuris. lib. 1. q. 50. num. 61. Ludolph. Schrader. de feud. parte 10. section. 2. num. 49. Andr. Facch. Controuers. iuris. lib. 7. c. 98. & alii nonnulli, quos omittimus.*

5 Quicquid dicant, & comminiscantur † sibi inuicem contradicentes Doctores, an laudemium ex inuestitura,

ſtitura,& conceſſione feudi debeatur,dicendum in hoc cum expreſſe iure cautum non reperiatur,nulli tamen dubium in hoc ſeruandam eſſe loci cuiuſque conſuetudinem, vt ijdem Doctores dicunt, cùm ſit ea ſolutio gentium moribus introducta, *vt inquit Ioan. Ferrar. Montan. in collectan. ad vſus feudor. lib. 2. cap. 4. in fin. & lib. 5. cap. 7. verſ. Allodiũ vero. & lib. 6. c. 4. ver. in tantum autem bona. Franc. Duaren. in conſuetudines feudales. c. 13. nu. 9. & alii omnes.* Ego, vt dicam meã ſententiam, nec quæram
6 velare † veritatis vsũ, in Regno quo ad emphyteoſes, cũ eccleſijs, & monaſterijs maiori ex parte iſta cõtrouertuntur. Quo vero ad laudemia ex feudis ſimiliter maiori ex parte cũ Dominis, & vaſallis in ſacro conſilio agitantur, & ſeruata regionum conſuetudine apud complures Barones exiguntur, vt tamen vnicuique opinionũ ſibi optio detur, ad diſtinctiones cõuolãdũ eſt, & hoc per has declarationes.
7 Declara, quod ſi ſumus in feudo antiquo † in quo filij ſuccedunt, & renouatio a Domino haberetur, iſto caſu nullum exigi debet Laudemium *ex Bald. in dicto. c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. Laurent. Syluanus de recogn. feudor. q. 20. Io. Faber. in §. Adeo. ſub nu. 14. Inſt. de locat. & cõduct. Io. Raynand. in cõprehenſorio feudor. ad c. Imperialẽ. §. ſi quis in feudatus. verſ. Quæro an pro feudi inueſtit. de prohib. feud. alien. per Fed. quos ſequitur Iacob. de Sancto Georg. in inueſtit. feudali §. Qui quidẽ inueſtit. nu. 58. Io. Thom. de Marinis, de Generibus, & qualitate feud. lib. 1. titul. 2. cap incip. conſtitutio. numero 61. Coler.*
8 *in diciſ. 33. nu. 24. 25.* Si vero eſſet feudum † nouũ, vel eſſet facta alteri alienatio, tunc poterit dominus recipere laudemium ob nouam inueſtituram in nouum vaſallum, ac feudatarium, *vt volunt Iacobin. & alii ſupra allegati, & eſt de mente D. Alexandri Raudens. de Analogis. cap. 34. num. 286.* Et datur iſto caſu pro labore inueſtiendi, & inducen-
9 di nouum † feudatarium in poſſeſſionem, vt dicit Ioannes Raynãdi in loco allegato, vbi dicit, quod quicquid ſit, videmus vbique ita ſeruari, & vſu præualere ad modum emphyteoſis. Sed credo hoc vſu deductũ, ne nouus vaſallus, ac feudatarius accederet coram Domino vacuus, cuius rei auri ſacra fames Dominorum corda tetigit, vt quod gratuito, concedi deberet, pretio ematur, ſed quod pro la-
10 bore, & traditione poſſeſſionis † detur laudemium ſcribit Guid. Papæ *in deci. 101. nu. 3. Sequitur Marcus Mantua locorum commun. lib. 2. cap. 36. Franciſ. Burſat. in conſi. 56. num. 16. vol. 1. Hierony. Gabriel. in conſil. 84. nu. 15. vol. 1. in conſil. 78. num. 7. vol. 2.*

Laudemij quantitas quinquageſima pretij a Iu-
11 ſtiniano ſtatuta fuit, & ſic pro quibuslibet † centum aureis, dantur pro laudemio duo Aurei. *l. fin. in fin. C. de iure emphyteot. Spec. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua. nu. 123. verſ. centeſimo quæritur. Io. Berberius in Viatorio iuris. tit. de locato, & cõduct. n. 74. Iul. Clar. in §. emphyt. q. 23. in princ. Amodeus de. Põte in quæſt. laudem. c. 1. Barth. de Chaſſan. in conſuet. Burgund. rub. 11. des cenſ. §. 1. in verb. Lods. num. 2. Marc. Mantua locor. commun. lib. 2. c. 36. Iacob. Menoc. in cõſ. 444. nu. 15. 16. vol. 5. Proſper Paſethus in conſ. 4. nu. 1. Ant. Cioffus in conſ. 49. nu. 5. vol. 1. Barth. Bertaz. in conſ. ciuil. 85. nu. 32. vol. 1. Io. Baptiſta Coſta de facti ſcien. & ign. in reſpõſo poſt inſpectionẽ. 84. nu. 23. Ant. Sola. in decretis Sabaudiæ, tit. de iure emphy. in decreto. in cauſis. gl. 1. Andr. Facchin. controuer. iuris. lib. 7. c. 98. Ludo. Sacca in conſil. 65. nu. 40. vol. 1. Steph. Forcatul. in Necyoman. iuris. Dialogo. 19. nu. 7. Renat. Choppin. in conſuet. Andegau. lib. 2. tit. 3. art. 1. Franciſ. Viui. in deciſ. 496. Matthias Coler. in deciſ. German. 33. nu. 1.*

12 Verum quo ad laudemij quantitatem † ſoluendam, diuerſimoda illa fieri ſolet ſecundum diuerſas prouincias, & regiones, in hoc Regno Neapolitano alicubi tertia pars pretij, aut quarta, & inde tertiaria, & quartaria appellatur, *vt per Marin. Frecciam de ſubfeud. Baron. lib. 2. cap. 9. Authoritate. prima. num. 81. 83.* Attenduntur enim in his
13 † locorum conſuetudines, *vt dicunt Ioan. de Platea, & Iacob. Rebuffi. in l. Domini prædiorum. C. de Agricol. & cenſit. lib. 12. Alexand. in conſil. 5. nu. 8. vol. 5. Chaſſa. in dicta. Rubr. 11. §. 1. in verb. Lods. nu. 2. Renat. Choppin. in conſuetud. Andegauen. lib. 1.*
14 *cap. 4. num. 2.* Veronæ enim † dominus habet pro laudemio decem pro quolibet centenario, *vt dicit Alexand. in dicto conſil. 5. vol. 5.* In ciuitate Parmæ,
15 quinque habet pro † centenario, *vt dicit Ludou. Sacca in dicto conſil. 65. num. 45.* Apud Ande-
16 gauos fit ſolutio viginti denariorum † pro qualibet pretii libra, vt teſtatur Choppin. in conſuetud. Andegauens. lib. 2. titul. 3. articul. 2. Apud Pa
17 riſienſes † fit ſolutio quinti denarii † apud Lorriẽ-
18 ſes quintum, & requintum vt ſcribit Nicola Boer. in conſuetud. Bituricens. tit. des fiefz & cenſ. §. 5.
19 Apud Saxones, & Thuringos, ſolutio † quini pro quolibet centenario, vt teſtatur Matthias Colerus in deciſion. German. 33. num. 3. & de tertio denario meminit. *Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 612. vol. 1.* Quandoque etiam decima dicitur, *vt per Menoch. in conſil. 297. num. 33. vol. 3.* Et poteſt
20 eſſe maior, vel minor † pro vt dominus a principio cum inueſtito paciſceretur, cum poſſit in re ſua id facere, *vt dicit Amodeus de Ponte in quæſtion. laudemial. cap. 4. Anton. Sola in decretis Sabaudiæ titul. de iure emphyteotic. in Decreto. in caſibus. glo. 1. num. 8. 9.* Et ſecundum conſuetudinem ſolutionem Laudemij fieri debere dicit *Renat. Choppin in Conſuetud. Andegau. titul. 3. articul. 2. lib. 2. vol. 2.*

Notant in primis Authores nonnulli, locum non eſſe ſolutioni Laudemij antequam res feuda-
21 lis, vel emphyteotica † non ſit cum effectu tradita, non autem per conſtitutum. *Ita arg. c. Imperialem. §. callidis. de prohibit. feud. alien. per Federic.* ibi, & in alios tranſierunt. *Petr. Iacob. in tit. de condiction. ex leg. Imperialem. num. 2. Guido Papæ in deciſion. Gratianopol. 101. ſub num. 1. 3.* dicens ita ſeruari in illa Curia, & qd̃ ex conſtitutione precarij,
22 vel alia ficta traditione, non † debentur laudes, & vendæ. *Nouiſſime Barnabas Cornazanus, qui decretum ita datum protulit in deciſ. Lucens. 168. num.*

1,& non facit mentionem de Guidone Papa. Io. Petr. Surdus in decision. Mantuan. 200. num. 3. dum dicit, solui laudemium pro inuestitura, & actuali
23 † traditione possessionis. *Anton. Gamma in decisio. Lusitaniæ 91. sub nu. 3. faciunt notata per Rubeum Decanũ in deci. Noxiss. Rom. 168. nu. 1. 4. lib. 2. vol. 2.*
24 Contrarium dicit seruari in † Gallia *Andr. Tiraquell. de iure Constituti possessor. parte. 3. limitat. 27. num. 1. quam opinionem iterum confirmat in tract. consanguin. §. 1. gloss. 2. num. 48. quem refert & sequitur Ioan. Papon. Arrestor. lib. 2. titul. 2. Arrestor. 29.* Asserẽs etiam sine consituto inito
25 † cõtractu, quæsitum esse ius domino, pro vt vere quo ad dominium iam venditor fecit suum posse, & posset sub hoc ficto, & simulato colore fraudare. *argum. l. prime. l. 2. C. de rescind. vend. & videndus Masuer. in pract. titul. de retractu. num. 9. versicul. Item pone emptor. Et hanc vltimam opinionem tenuit Io. Bessian. in consuet. Aluern c. 16. art. 2.*

Quam vltimam opinionem amplia etiam, si bis
26 introducta fuisset inter emptorem, † & venditorẽ, super traditione ipsius rei, *Masuer. in loco allegato. Stephan. Bertrand. in consil. 199. vol. 1. Andr. Tiraquell. de retract. consanguin. §. 1. glo. 2. nu. 48.*
27 Pro omni re emphyteotica directo † Domino solui debet laudemium dum alienatur. *Iul. Clar in §. emphyteosis. q. 23. in prin.* Dum tamen vẽditio, &
28 alienatio sit † valida, quia data nullitate cõtractus, nullum debetur laudemium, maxime si nullitas est ex causa præcedẽti *vt voluit Bal. in l. fi. §. sed nostra, Vbi Io. Faber. C. cõia de legat. Idẽ Io. Faber in l. 1. C. quando licet ab emption. disced. Andr. Tiraquel. de retractu. consanguin. §. 1. glo. 2. num. 7. & de retractu conuentionali. §. 6. gl. 2. num. 5.*

Data enim nullitate, vel reprobatione contra-
29 ctus, nec iuramentũ illum ligat quo ad ipsius † obseruãtiam, vt ex eo aliquid debeatur. *Rot. in Antiq. in decis. 653. incip. tenet. Alex. in cons. 151. nu. 6. vol. 7. Ludou. Rom. in cons. 437. nu. 2. 5. Marian. Nepos. in cons. 144. num. 18. vol. 1. Io. Cephal. in cons. 312. nu. 6 vol. 3.* Hoc idẽ tenuit Antoninus Thesaurus *in de*
30 *cis. Pedem. 75. num. 4.* quod ex contractu † nullo, nullum debetur laudemium.

Laudemium autem solui debet ab emptore, non
31 autem a venditore, sed a nouo acceptore, siue † emptore, *vt voluit Accurs. in l. fi. §. ne auaritia. in verb. accipere. C. de iure emphy. la seconda. quia sunt duæ glossulæ eiusdem principij. Et illam sequitur Iason ibidẽ, nu. 41. Matthias Colerus in decis. Germ. 33. nu. 4. Nicol. Boer. in Consuetud. Bituric. tit. des cousturnes des fiefz. §. 3. glos. 1. & §. 5. glos. 1. faciunt dicta Bald. in c. quæ in ecclesiarum. de constit.* Vbi dicit
32 filios non debere soluere † laudemium, quia non est noua acquisitio, & iõ nouus acquisitor tenetur, quem sequitur Pyrrhus Anglebermeus *in consuetud. Aurelianens. tit. de feudis. c. 28. in fi. Io. Sainxon in cõsuetud. Turonens. tit. de Racapt. & vẽtes. art. 15. in prin. Renat. Choppin. in consuet. Andegau. lib. 1. ti. de iurisd. Andeg. c. 4. nu. 5. vol. 1. Remissiue Petrus Cenedo collectaneor. iuris canonici, part. 2. collectan.*

144. nu. 44. Aurel. Corbulus de cauf. priuat. ob alienat. irrequisit. dom. Ampliat. 17. nu. 4. Io. Bessian. in consuet. Aluern c. 16. art. 8. nouissime Ger. Maynar. in decis. Thol. 32. lib. 4. Io. Ferrar. Mõt. in d. §. ne aua ritia. vers. & hoc est quod vulgo. in fin. Matth. Coler. in deci. Germ. 33. n. 24. Io. Vinc. de Ann. in sing. 298.
33 Declara tamen attendi consuetudines † locorũ quis teneatur soluere laudemium emptor, an venditor, aut alius, *vt dicit Marin. Freccia de subfeudis Baron. lib. 2. Authorit. 1. nu. 84.* vnde in Gallia diuersæ consuetudines seruantur. Nã Andegauenses
34 emptorem † ad soluendũ cogunt, sic ex nouis con-
35 suetudinib. apud † Parisienses. §. 13. *sans preiudice du passe.* Cum prius antiqua cõsuetudine solueret
36 laudemia venditor. Sic hodie † Aurelianenses. §. 131, Meldenses. §. 129. Melodunenses. 180. Senonenses. 1, *Renat. Choppin. in consuetu. Andegau. lib. 1. tit. de iurisd.* Andegau. *c. 4. nu. 5. Io. Bessian. in consuetud. Aluern. cap. 16 artic. 8. in fin.*
37 Ex † datione in solutum laudemium debetur, cũ sit cõtractus similis, veræ emptioni. *arg. l. eleganter. in princ. ff. de pignorat. action. voluit Guido Papæ in cons. 46. col. 2 vers plus posset considerari. quem cum alijs plurib. sequitur, Andr. Tiraq. de retractu consang. §. 1. gl. 14 nu. 4. Amodeus de Ponte in q. laudemiali. c. 27. Guliel. Redoan de reb. eccl. non alien. tit. de laudemys. c. 3. incip. Ita autẽ. nu. 24. Io. Ant. Cannetius in c. volentes. Regni Sicil. §. sed maior. num. 4. fol. 194. Ioseph. Ludou. in decis. Perusin. 60. nu. 7. Vincen. de Franchis in decis. Neap. 277. Ant. Thesaur. in deci. Pedemon. 139. Io. Berberius in viatorio iuris. par. 2. tit. de locat. & conducto. sub nu. 73.*
38 Amplia prænarratam † conclusionem procedere, vt laudemium debeatur, & si datio in solutũ mediante iudicis decreto ordinaretur, *vt voluit Petr. Iacob. in pract. tit. de actione in rẽ pro re emphyteotic. col. 8. vers. Itẽ in datione. sub nu. 10. Masuer. in prac. tit. de locat. & iure emphyt. nu. 27. in fin. & in tit. de exequut. & subhastat. nu. 4. in fin.* Amode. *de Põte in q. laudemial. 27. Ioseph. Ludou. in decis. Perus. 60. nu. 7. Vinc. de Fran. in decis. Neap. 277. Ant. Thesaur. in deci. Pede. 139. Guliel. Redoan. de reb. eccl. nõ alien. tit. de laud. nu. 24. Cæsar. Vrsil. in decis. Neap. 191. Io. Sainx. in cõsuet. Turõ. ti. 14. des Recaptz vẽtes. ar. 18*
39 Declara quasi in † simili, in datione in solutũ necessaria laudemium minime deberi, *vt censuerunt Guliel. de Cuneo, Bart, Castr. & Fulgos. in l. & ideo. ff. de condict. furtiua.* Matth. *de Affl. in decis. Neap. 191. Deci. in cõs. 160. Ias. in l. fi. nu. 47. 48. C. de iur. delib. Alber. Brun. in cõs. 44 nu. 11. And. Tiraq. de retract. consang. §. gl. 14. nu. 10. Amod. de Ponte in quæst. lau*
40 *dem. 27. Io Vinc. de Ann. in sing. 579.* Et nõ † dicitur necessaria, quando oritur ex obligatione facta per alienantẽ, *vt dicit Vinc. de Franc. in decis. 277.*
41 Ex diuisione rei feudalis † vel emphyteoticæ deberi laudemium, *voluit Cappell. Tholos. in decis. 75. Petrus [illegible] cob. in titul. de iure emphyt. in fin. Io. Raynand. in comprehensor. iuris, in c. Imperialem. §. præterea ducatus. num. 6. vers. quid dicendum. de prohib. feud. alien. per Fed. Ioan. Petr. de Ferrar. in*

pract.

pract. in forma libell. Pro hæred. vel re singul. diuid. in verb. domum vnam. Tiraquell. de Retract. consanguin. §. 1. glo. 14. num. 77. Ioan. Cephal. in consi. 195. num. 22. vol 2. & nouissime Io. Baptista Laderchius in consil. 16. in fin vol. 1.

42 Declara secus esse in diuisione hæredũ † necessaria, & emphyteotarum, quia in illa laudemij solutio minime fit. *Gulielm. de Cuneo & Alberic. in l. ex hoc. §. 1. ff. de aliena. iudic. mut. cau. fact. Gulielm. de Cuneo. Bartol. Bald. Fulgos. & Castrens. in dict. l. & ideo. ff. de condi. furtiua. Iason. in l. fin. num. 48. C. de iur. emphy. Aymo Crauetta in consil. 215. nu. 2. Albert. Brun. in consil. 44. num. 11. Amodeus de Ponte in quæst. laudemial. 26. Roland. a Valle in cons. 21. num. 16. vol. 1. Ioan. Cephal. in consil. 195. num. 92. vol. 2. Ioan. Sainxon in Consuetud. Turonens. titul. 14. Des Recaptz & Ventes. articul. 2. Fabius de Anna in consil. 83. num. 1. quem refert, & sequitur. Io. Baptista Costa de facti scient. & ignorant. Centur. 1. distinction. 11. num. 23. Ioan. Petr. Surdus in decis. Mantuan. 305. num. 30. Matthias. Coler. in decisio. Germaniæ. 33. num. 43.*

43 Limita secus esse si res fuerit † tota vni applicata, & alteri pecunia, quia laudemium deberetur. *Aufrer. in dicta Cappella Tholosan. in decision. 75. sequitur* Matthias *Coler. in deci. German. 33. nu. 35.*

44 Declara secundo idem procedere in omni venditione, & alienatione necessaria, vt ex ea † laudemium non debeatur. *post Gulielm. de Cuneo, Bartol. Bald. Fulgos. & Paul. de Castr. in l. & ideo. ff. de condict. furtiu. Francisc. Aretin. in consi. 6. Albert. Brunus in consil. 44. Stephan. Aufrer ad Cappel. Tholos. in decision. 75. Tiraquell de retract. consanguin. §. 29. gloss. 1. num. 4. Ioan Vincent. de Anna in Singul. 140. & nouissime Gerard. Maynard. in decis. Tholos. 43. lib. 4. & in decis. 50. eod. lib. 4. Renatus Choppin. de doman. Franciæ. lib. 3. titul. 23. articul. 4. refert curię Parisiensis placitum. Et iterum in consuetud. Andegau. lib. 2. titul. 3. de feudis Andegauis. artic. 3. vol. 2. Io. Vincent. de Anna in singul. 579.*

45 Subdeclara necessiarias causas esse, puta † religionis fauore *arg. l. si quis sepulchrum. in princ. ff. de sepulchr. violat.* Item fauore libertatis. *l. 1. vbi Bald. C. de commun. seruo manumiss.* A Edificiorum
46 † publicorum intuitu. *l. si vt proponis. C. de ædific. priuat. Oldrad. in consil* 161. Item omnium, quę ad
47 vrbis decus † pertinent, itẽ causa vtilitatis publi-
48 cę, cuius intuitu alienationes fiunt. † *l. Item si verberatum. ff. de rei vendic. l. Lucius. ff de euict. Ita scripsit nouissime Gerardus Maynardus, in decision. Tholos. 43. lib. 4.*

49 Et ideo quando alienatur fundus † in publicum vsum, laudemij solutio fieri non debet, *vt allegando eandem decisionem* Maynardi. *43. lib. 4. probat Renatus Choppinus in consuetud. Andegauense. lib. 2. titul. 3. de feudis Andegauis. sub nu. 3. vol. 2.* Dicit tamen, *vt iuris est*, soluto proprietatis domi
50 no † pretio, ne porterois droict de lods, & ventes an seigneur direct.

1 Alienatis bonis ex causa dotis † laudemium nõ debetur, si dos data fuerit inęstimata, *argumento. l. quoties. ff. de iur. doti. voluit Petrus Iacob. in practica. tit. de Action in rem, pro re emphyteoticaria. sub nu. 7. vers. & in donatione in dotem. Specul. in titul. de emphyteos. §. nunc aliqua. vers. 110. num. 134. illum sequitur Ioan. Raynand. in c. Imperialem. §. habito. nu. 10. ver. quid autem sit in re. de prohibit. feud. alienat. per Federic. Guid. Papæ in decis. Gratianop. 48. sub nu. 2. Io. Berber. in Viatorio iuris. par. 2. titu. de locat. & conducto. sub. nu. 73. Andr. Tiraquell. de retractu consangin. §. 1 gloss. 14. nu. 65. Masuer. in Pract. titul. de empt. & vend. sub nu. 7. vers. Item si res detur. Amod. de Ponte quæst. Laudemial. c. 29. Anton. Sola in Decretis Sabaudiæ. tit. de iure emphyteotic. in decreto in causis. 1. parte gloss. 1. nu. 17. Aluar. Valasc. in consultat. siue decis. 113. nu. 3. 4. 17.*

52 Sed Martinus, quẽ refert † Speculat. in loco supra allegato, *nu.* 135. amplectitur eandẽ distinctionẽ. quando dos daretur a patre quia est debiti solutio, cum paternum sit officium dotare filiã, secus vero si daretur dos ab extraneo, quia tunc esset mera donatio de qua post modum dicemus, & hoc vltimo casu laudemium non deberetur, quod dictum valde quietat intellectum.

53 Melius tamẽ, & magis resolute Galli, † qui omissa distinctione præfata censuerunt, siue dotis datio fuerit æstimata, siue inæstimata, laudemium pro ea solui non debere, *Ioan. Paponus Arrestor. Curiæ. lib. 13. tit. 2. Arresto. 24. Renatus Choppinus in consuetudin. Andegauens. lib. 1. c. 4. articul. 8. Ludouic. Charondas Responsor. lib. 3. c. 72. Gerar. Maynardus in decis. Tholos. 29. lib. 4. Io. Sainxon. in consuetud. Turon. tit. de Racaptz & ventes. artic. 15. col. 2. vers. Quid dicetis. Hanc eandem opinionem tenuit Ias. in l. fin. nu. 49. C. de iur. emphyt. Et huius opinionis videtur etiam esse Antonin. Thesaur. in decis. Pedemontan. 139. in fin. Hoc idẽ confirmat ipse Choppin. in consuetud. Andegauens. lib. 2. titul. 3. artic. 17. uol. 2.* Dicit optimam rationem, quia licet bona æstimata tradantur pro dote, tamen in virum
54 † non transferuntur iure dominij. *l. si dotem l. si gener. l. Rẽ quæ. C. de iur. dot. l. unic. §. accedit. C. de rei vxoriæ actione.* Nec fundi æstimatio pro emptio-
55 ne † semper habetur. *l. cũ post. §. cum res. ff. de iur. dot. l. si æstimatis. ff. solut. matrim. l. seruos. ff. famil.*
56 *hercis.* his suppleas, dotem a patre datam † legitimæ loco succedere, vt ex Saliceto Fulgosio, Angelo Alexandro, Corneo, Curtio, seniore, Decio, Mariano Seniore, Butrio, Afflicto, Cephalo, Ponte dixi *in consil. 22. nu. 7. Cent. 1.* quod meum Consilium retulit, & sequitur *Marc. Anto. Peregrin. in consil. 86. nu. 9. vol. 1.* legitima autem sine onere aliquo debetur. *l. Quoniam nouella. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam. ergo, & cet.* Secus vero si pro pecu
57 nia in dotem promissa † detur fundus in solutum, quia laudemium debetur. *Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib. 4. titul. 42. definit. 55. vol. 1.*

58 Contrarium, quod debeatur laudemium † semper, quãdo detur dos ab extraneo, *tenuit Aluarus Vallas. in cõsultatione siue deci. 113. nu. 18.* Vbi dicit,

59 hanc quæstionem † quando dos detur ab extraneo, non esse tactam a Doctoribus, nisi a Iasone solo post Imolam, & miror hunc grauissimum virum non vidisse opinionem super ista quæstione, quam supra retulimus. *Martini de Fano relatam a Specul. in tit. de emphyteosi. num.* 135. qui longo annorum cursu Iasonem antecesserũt. Sed hæc opinio expel
60 lenda est, † vti iuribus contraria.

61 Quo vero ad donationem, † non deberi ex ea laudemium. *voluit Specul. in titul. de emphyteosi.* §. *nunc aliqua. num.* 131. *versic.* 107. *Petr. Iacob. de Action. in rem pro re emphyteoticaria. sub nu.* 7. *vers. Item in donatione. Guido Papæ in decision. Gratianopol.* 48. *sub nu.* 2. *Ioan. Sainxon in consuetud. Turonens. titul.* 12. *Articul.* 5. *col.* 1. *vers. Sed an in donatione, & nouissime Gerard. Maynardus in decisio. Tholosan.* 41. *lib.* 4. *Renat. Choppin. in consuetud. Andegauens. lib.* 2. *titul.* 3. *de laudemiis articul.* 17. *vol.* 2. qui dicunt procedere in donatione simplici,
62 quia si est remuneratoria † est solutionis loco, *Cappella Tholos. in decision.* 278. *Ioseph. Ludouic. in decision. Lucens.* 8. *num.* 1. vbi dicit non procedere si donationes fiant animo fraudandi laudemia, & gabellas.

63 Amplia procedere etiam, si fuerit † donatio matrimonij fauore, & æstimata, vt nec pro ea laudemium debeatur. *Gerard. Maynardus in dicta decis. Tholosan.* 41. *num.* 2. 3. *lib.* 4.

64 Sublimita, nisi hæ donationes fierent † fauore matrimonij ab extraneis, quia debentur laudes. *Idem Maynard. in dicta decis.* 41. *nu.* 4. *lib.* 4. *quæst.* 1. *per ea, quæ supra diximus, cogitanda sunt.*

Deberi tamen laudemium ex donatione voluit.
65 † *Guido Papæ in decis. Gratianopol.* 48. *& in consil.* 162. *incip. consului. Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib.* 4. *titul.* 42. *definition.* 29. *vol.* 1. Attamen prima illa opinio communior est.

66 Ex donatione vero, quam faceret pater †, aut mater filijs, & e contra filij in patrem, aut matrem, nullum solui laudemium, quasi illa sit non tantum donatarij acquisitio, quam præoccupata quædam futuræ successionis perceptio. *Anton. Faber in Codice Fabrian. lib.* 4. *titul.* 42. *Definition.* 71. *vol.* 1. *Aymo Crauett. in consil.* 215. *num.* 8.

67 Quando vero facta est bonorum † omnium donatio cum onere alimentandi, vel quod donatarius donantis debita soluat tunc laudemium debetur, cum non sit pura donatio. *Petr. Iacob. titul. de actione in re pro rem emphyteotica. sub nu.* 8. *vers. Itẽ excepta donatione. col.* 1. *quem refert, & sequitur Cappell. Tholosana in decision.* 278. *Guido Papæ in decis. Gratianopol.* 48. *quos sequitur Renat. Choppin. in consuetud. Andegauen lib.* 2. *titul.* 3. *articul.* 17.

68 Feudum, vel emphyteosim † modici valoris quis accepit, & in eo Turrim, vel palatium ædificauit suo sumptu, dum illud alienat, non solum pro valore feudi, vel emphyteosis solui debet laudemium, sed etiam pro pretio ædificiorum, quia ædificium solo cedit, *vt post Odofred. & Alberic. in l. fin. quos ibi sequitur Iason. num.* 44. *C. de iure emphy. voluit Nicol. Boer. in consuetud. Biturigens. tit. de consuetud. feud. articulo.* 19. *& in decis. Burdegal.* 19. *num.* 3. *& in decis.* 229. *nu.* 2. *Renatus Choppin. in consuetud. Andegauens. lib.* 2. *titul.* 3. *articul.* 10. *vol.* 2.

69 Ex remissione, & cessione quæ † fit inter socios non fit laudemij solutio. *Guido Papæ in decis. Gracianop.* 411. *num.* 2.

70 Ex venditione conditionali laudemium † non debetur, donec existat conditio. *l. non solum. ff. de action. & oblig. l. sub conditione. l. qui promisit. ff. de condict. indeb. & voluit in specie post Guidon. Pap. in consil.* 126. *Andr. Tiraquell. de retract. consanguin.* §. 1. *gloss.* 2. *num.* 22.

71 Cum non operetur contractus † alienationis conditionalis ante impletam conditionem, *vt ex multis cumulat Anton. Gabriel. com. conclus. lib.* 6. *titul. de clausulis. conclus.* 6. *nu.* 46. *vers. Sextus. Octauian. Cacheran. in deci. Pedemontan.* 5. *nu.* 9. *Thom. Triuisan. in decis. Veneta* 46. *nu.* 18. *lib.* 2. *Hierony. Magon. in decis. Florentin.* 128. *num.* 8. *Eruditissimus D. Consiliarius Io. Andr. Georgius in Allegat.* 31. *num.* 5. *Achill. Pedrocca in consil* 39. *num.* 67. *vol.* 1. *Cõclusionem supradictam firmat Nicol. Boer. in decision. Burdegal.* 5. *per totam. Ioan. Papon. Arrestor. Curiæ. lib.* 13. *titul.* 2. *Arresto* 27. *Anton. Faber in Codice Fabria. lib.* 4. *titul.* 42. *defin.* 28. *num.* 2. *Defin.* 30. *num.* 15. *vol.* 2.

72 Pro venditione facta cum pacto † de retrouendendo solui debet laudemium, *vt dicit Albericus de Rosat. in* 1. *parte Statutorum. q.* 95. *Nicol. Boer. in consuetud. Biturigens. tit. de Du Retraict. lignagier.* §. 5. *col.* 1. *Masuer. in practic. titul. de empt. & vendit. sub nu.* 7. *vers. Item in casu. & in tit. de locat. & cõduct. sub nu.* 1. *vers. Item quando res. Andr. Tiraquell. de retractu conuentional.* §. 6. *Gloss.* 2. *num.* 19. *quem sequitur Antonin. Thessaur. in decision. Pedemont.* 75. *sub nu.* 2. 3. *& optime Gerardus Maynard. in decis. Tholos.* 38. *lib.* 4. *Renat. Choppin. in Consuetud. Andegau. tit.* 3. *artic.* 3. *lib.* 2. *vol.* 2.

73 Quo vero ad retrouenditionem si de † ea de nouo laudemium soluti debeat, optima resolutio est, quod si pactũ de retrouẽdẽdo, & de retroemẽdo est factum statim in eodem instrumento, etiam si sit in fine ipsius contractus emptionis, & venditionis, ac in eodem loco, mense, die, Notario, & testibus eisdem, si vero perfecto primo alienationis contractu, & facta rei venditæ traditione, primo casu fit solutio vnius Laudemij, secundo vero debentur duplicia laudemia, vt post multos, quos retulit, & resolutiue scribit *Andr. Tiraquel. de retractu conuentionali.* §. 6. *glos.* 2 *num.* 19. *Hieron. Cagnol. in l.* 2. *nu.* 337. *C. de pact. inter empt. & vendit. quos refert, & sequitur Antonin. Thesaur. in decis. Pedemontan.* 75. *nu.* 3. *& ante eum videtur etiam de mente Francisc. Marci, in decision Delphinal.* 571. *& in decis.* 601. *nu.* 12. *& in decis.* 602. *per totam. vol.* 1. *& nouissime eandem distinctionem eleganter probat. Gerardus Maynardus in decis. Tholos* 38. *lib.* 4. *Ioa. Papon Arrestor. Curiæ. lib.* 13. *titul.* 2. *Arresto* 23.

Nicol.

Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 182. *num.* 39. *& in deciſ.* 229. *nu.* 2. *Hierony. de Laurentijs. in deciſ. Auenion.* 123. *in fin.*

Quando perfecta venditione, & communi voluntate venditor, & emptor ab emptione diſcedãt
74 † debetur nihilominus laudemium domino, cui non fit per ipſorum voluntatem præiudicium, quãdo res non eſt integra, *vt poſt Gulielm. de Cuneo reaſſumit Bald. in l. ab emptione. in prima lectura, & in ſecunda lectura breuius, & magis reſolute, ubi etiam Paul. de Caſtro. num.* 9. 10. *ff. de Pact. Franciſc. Marcus in deciſ. Delphin.* 571. *per totam. volu.* 1. *& poſt Aymonem Publicium in conſuetud. Aruern. titul. de Retract. articul.* 20. *num.* 6. *Marc. Anton. Bardus.* §. 14. *q.* 8. *verſ. & an ſi imponantur. Gerardus Maynard. in deciſ. Tholoſ.* 40. *lib.* 4.

75 Ex diſtractu autem, cum ſit † caſſatio, & cancellatio primi contractus, laudemium non debetur. *Andr. Tiraquell. de Retractu. Conſanguin.* §. 1. *gloſſ.* 2. *nu.* 38. Eam nunc rationem breuitatis ergo aſſigno, quod laudemium debetur domino ob contractum quem facit venditionis, vel alienationis & ta
76 men cum diſtractus † non veniat contractus appellatione, *vt in l. fin. C. ſi tutor, vel curator interuenerit. vbi hoc annotauit Bald. quem ſequitur Curti. Iunior in conſil.* 121. *ſub num.* 3. *verſic. finem. Admateriã Barthol. de Chaſſan. in conſuetud. Burgundiæ Rub.* 10. §. 7 *gloſſ.* 1. *num.* 4. *Franciſc. de Claperijs in deciſ. Fiſcali. cauſa* 29. *q.* 3. *num.* 8. dum tamen de di
77 ſtractu † non fiat nouus contractus, quia debetur laudemium. *Idem Claperi. nu.* 9. 10.

78 De permutatione rei immobilis † cum immobili non debetur laudemium, *vt concludit Guido Papæ in deciſ. Gratianop.* 92. *Gerardus Maynardus in deciſ. Tholoſan.* 37. *lib.* 4 *Franciſ.* Marcus *in deciſio. Delphin.* 573. *volum.* 1. *Fuit dictum Petri Iacobi in Practica in titul. de Actione in rem pro re emphyteoticaria. ſub num.* 7. *verſ. Item forte. & verſic. Item ſi alia pretia. Licet quodammodo confuſe loquatur. Sequitur Andr. Tiraquell. de Retractu conſanguin.* §. 1. *gloſſ.* 14. *nu.* 40. 41. *Barth. de Chaſſan. in conſuetud. Burg. Rub.* 11. §. 7. *gloſs.* 1. *nu.* 1. *Nicol. Boer in conſuetud. Bituricenſ. tit. Des conſtumes. des fiefz. & ceuſ.* §. 18. *col.* 2. *Ioan. Ferr. Montan. de feud. lib.* 6. *c.* 4. *colum.* 6.

79 Declara primo † ſecus eſſe ſi permutatio, & commutatio fieret de immobili, cum rebus mobilibus, vel ſpeciebus conſiſtentibus pondere, numero, & menſura, puta oleo, frumento, vel alijs rebus, recipiẽtibus functionem in genere ſuo, vt pecunia numerata. *l.* 2. §. 1. *ff. ſi cert. petat.* Et in illis eſt eadem ratio, vt pecunia, ergo idem ius l. fin. C. ad leg. Falcid. & cum nõ poſsit reddi ratio diuerſitatis, id cir-
80 co idem ius ſeruandum † eſt. *l. A Titio. ff. de verb. oblig. Hæc ſunt verba Petri Iacobi. in loco allegato. ſub nu.* 10. *a verſic. Item ſi res detur in ſolutum. vſque ad verſiculum.* Item eſt ſine incommodo. quẽ ad verbum ſequitur *Tiraquell. in dicto.* §. 1. *gloſs.* 14. *nu.* 41. 42. Et in permutante rem immobilem cum tot corbibus frumenti, *ex Alberico in* 1. *parte ſtatutor. q.* 178. *ſcribit Nicol. Boer. in Conſuetud. Bituricenſ. titul. de couſtumes des fiefz & cenſ.* §. 18. *colum.* 3.

81 Declara ſecũdo, † in Gallia preſertim in Delphinatu ex permutatione exigi a domino medietatem laudemij, *vt teſtatur Guido Papæ in dicta deciſ. Gratianop.* 92. *& Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin.* 573. *nu.* 1. *uol.* 1.

82 Declara tertio, non procedere † ſi permutatio eſſet ficte, & ſimulate facta, quia eſset fraudulosa, & ex ea non ſolum deberetur laudemium, ſed res caderet in commiſsum. *Andr. Tiraquell. in Retract. Conſang.* §. 1. *gloſs.* 14. *nu.* 40. *Gerard. Maynard. in deciſ. Tholoſ.* 37. *li.* 4. Fraudis inter cetera exemplum,
83 quia prius feudi, vel emphyteoticæ rei fuit † venditio pretio nũmario tractata, & poſtmodum faciunt vt fraudetur Dominus iuribus ſuis, commutationem rei immobilis, qua fraude detecta, fuit fundus feudalis, ſeu emphyteoticus pro commiſſo Domino attributus duobus Arreſtis Curiæ ſupremæ Pariſienſis vno die vltimo Martij. 1601. Altero die. 7. Auguſti 1602. quorum eleganter meminit. *Renat. Choppin. in conſuetud. Andegauenſ. lib.* 2. *titul.* 4. *Articul.* 2. *vol.* 2.

84 Declara quarto, quod quando † ſumus in permutatione mixta, ſcilicet vbi fuit commutatio rei immobilis, cum immobili, tamen datur ex vna parte quantitas aliqua pecuniæ, pro maiori valore vnius, (quam refuſuram vocant) quæ datur pro æquando valore alterius rei, quæ plus valet, & iſto caſu concludunt, quod ſi eſt maior pars pecuniæ, cenſetur emptio, & venditio, ſin autem minor, erit permutatio, & primo caſu laudemium exigetur, ſecundo vero non, *vt arg. l. fundi partem. ff. de cõtrah. empt. l. ſi ſterilis.* §. *ſi tibi fundum. ff. de Actionib. empti. voluit Guido Papæ, in deciſ. Gratianop.* 92. *Fabrian de Monte Sancti Sabini in tract. de emptione, & vendit. q.* 2. *col.* 7. *verſ. ſed circa prædicta quæritur. Andr. Alciat. de verbor. ſignificat. lib.* 3. *Gaſpar Caball. Milleloq.* 113 *plene Nicol. Boer. in Conſuet. Bituricẽſ. rubr. des couſtumes des fiefz & cẽſ.* §. 19. *col.* 2. *verſ. & an ex permutatione. vbi firmauit hanc declarationem, & nititur ſuadere contrarium. Hanc declarationem approbat Ioan. Ferrar. Montan. in vſus feudor. lib.* 6. *cap.* 4. *col.* 7. *uerſ. In ea autem alienatione. Iacobin. de Sanct. Georg. in tract. de Roydis. ſiue operis. col.* 9. *Ioan. Sainxon in conſuetud. Turon. titul.* 13. *articul.* 15. *Matth. Coler. in deciſ. Germaniæ.* 33. *nu.* 18.

Ex his patet, quod hi, qui contrarium tenuerũt indiſtincte pro permutatione laudemium deberi
85 † nõ habẽt ſequaces aliquos *prout ſcribit Cappella Tholoſan. in deciſ.* 27.

Feudi fructus locantur, a Domino per bienniũ vni, & hoc tempore Dominus feudum vendidit,
86 cum pacto, † quod intra quinquennium poſſet illud redimere, locat idem feudum alteri per aliud tempus, in quo ceſſit tempus redimendi, & non redemit, vnde remanſit venditio verificata, quę erat in ſuſpenſo, & debebatur laudemium, primus con-

ductor,

ductor, petebat sibi dari, cum contractus suæ conductionis tẽpore inuitus esset, secũdus conductor quod spectaret ad ipsum, cuius conductionis tẽpore cessit tẽpus, amplissimus, ordo Senatus Parisiensis primo conductori laudemium adiudicauit, quã causæ constitutionem eleganter narrat Anneus Robortus rerum iudicatarum. *lib. 3. cap. 18.* & in simili idem sentit Antonius Sola in decreti Sabaudię, *titul. de iure emphyteotico. in Decreto. in casibus, gloss. 1. num. 40.* Non obstante dissimili forte opinione Aymonis Crauettæ. *in consil. 212.*

Ex venditione facta cum pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, nullum debetur † laudemium, *Petrus Iacob. in practica. tit. de action. in rem pro re emphyteotica, quæ cecidit in commiss. nu. 8. vers. Item si ex pacto legis commissoriæ. voluit illum referens Nicol. Boer. post Dynum de regul. iuris in consil. 2 incip. Iaquelina du Molin. & in consuetud. Bituricen. titu. Des coustumes des fiefz & cens. col. 2. Guido Papæ in decis. Gratianop. 48. Gaspar Caballin. in Milleloq. 107.*

88 Laudemia dantur ob dominiorum † translationes, & quot sunt venditiones, & translationes totidem sunt laudemia. *Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 4. titul. 34 definit. 1. nu. 7. vol. 1.*

89 Quantum vero attinet † ad transactionem, si res datur accepta pecunia, non ambigitur eo casu laudemiũ Domino deberi, *ita Petr. Iacob. in pract. titul. de actiõ. in rem pro re emphyteot. col. 8. sub nu. 10. vers. Item si res detur ex causa transactionis.* Pecuniam enim accipiendo, & in alium rem feudalem, vel emphyteoticam in alium transferendo

90 † absq; domini consensu alienare dicitur, & vltra laudemij, præstationem in commissum incidit transigens ex dictis Alexandri, *in consil. 129. col. 2. vol. 1. vbi dicit, transactionem alienationem dici, vt per Barthol. de Chassan. in consuetud. Burgund. rub. 3. Des fiefz. §. 8. in verb. & alienation. & transport. nu. 21. vers. numquid autem vasallus.*

Declarant non procedere si res relinquatur apud possidentem, quasi tunc non dicatur alienatio, & non † debeatur laudemium. *arg. l. si pro fundo. vbi Bartol. C. de transactionib. & voluit Ioan. Sainxon. in consuetud. Turonens. titul. commcnt. homaige se doit offrir a son seigneur. articul. 5. col. 1. uers. sed quid si duo emphyteotæ. & in tit. de Racapoz.*

92 *& ventes art. 18.* Quasi tunc cũ remaneat † apud possessorem, non dicatur facta alienatio, & hoc etiam comprobat Antonius Capicius. *in decision. Neapol. 156. nu. 15. 16. facit & Io. Papõ. Arrest. Curiæ. lib. 18. tit. 6. Arresto. 42. Chassan. in titul. de retraicts. §. 1. in verb. vendu. nu. 4. & in titu. Des cens. §. 1. in verb. Retenue. sub nu. 6. in fin.*

93 Contrarium tamen, quod etiã † si remaneat feudum, vel res emphyteotica penes possessorem, si pecunia interuenerit semper laudemium debeatur per notata *ab Andrea Tiraquello de Retractu consanguineorum. §. 1. gloss. 14. numero 63. cum pluribus seqq.*

94 Laudemium † onus est reale, & pro eo cõpetit actio personalis, & hypothecaria, *Annotauit Anto. Faber in Codice Fabrian. lib. 4. titul. 42. definit. 4. definit. 9. in alleg. nu. 4. & definition. 68. in eodem. volum. 1.*

95 Laudemium vsufructuario, non † proprietario debetur. *argum. l. vsufructu legato. ff. de vsufruct. & quemadm. voluit Guido Papæ in decis. 477. num. 2. Oldrad. in consil. 24. Nicol. Boer. in consuetud. Biturì cens. titul. des coustumes des fiefz. §. 9. quos refert, & sequitur Tiraquell. de retract. consanguin. in fin. nu. 106. Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib. 4. titul. 42. defin. 46. vol. 1. Paris de Puteo de redintegrat. feudor. cap. 83. incip. & quia. nu. 17. fol. 53. & in cap. 84. incip. filius secundogenitus. nu. 1. fol. 54. Nicol. Bellon. in consil. 6. nu. 17. Ludouic. de Molina de Hispanor. Primogen. lib. 1. cap. 22. nu. 12. remissiue Petr. Cenedo Collectan. Iuris Canonici. parte 2. collectaneo. 144. nu. 38. Iacob. Menoch. in consil. 66. nu. 38. vol. 1. Marian. Iun. in consil. 70. nu. 31. vol. 3.*

96 Declara tamen, quod ius † inuestiendi, ac faciendi reuocationes inuestiturarum, aut capiendi feudum, vel rem emphyteoticam, spectat ad domi num, siue proprietarium. *Oldrad. in dicto consil. 24. & in consil. 240. Guido Papæ in decis. 477. numero 1. Amod de Ponte quæst. laudem. cap. 20. Iulius Clarus in §. emphyteosis q. 23. num. 5. Gulielm. Benedict. in rep. c. Raynutius. in verb. Ceterabona. nu. 33. de Testament. & in quæst. de Camerariatu Lugdunens. eccles. num. 8. Nicol. Bellon. in dicto consil. 6. num. 16. 17. Iacob. Menoch. in dicto consil. 66. num. 41. vol. 1.*

97 *licet ibi faciat differentiam antiquarum* † *inuestiturarũ a nouis. Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 4. titul. 42. defin. 46. vol. 1.*

98 Ex donatione autẽ, quæ a Notarijs † plerumq; apponi solet, quinimmo semper in instrumentis emptionum, & venditionum, dum dicunt & sciens rem plus valere, vel si plus valeret, illud plus donat, & cetera. Ex hac donatione inquam laudemium iuncto pretio solui debet, quando res vendita, re vera apparet esse maioris valoris, & æstimationis, tanquam enim apposita in fraudem domini, attendi non debet, sed soluendum est laudemium, cum sit accessio quædam ad pretium, & tanquam pretium iudicanda est, cum illi insit. *l. iurisgentium. §. quinimmo. ff. de Pact. & voluit Andr. Tiraquell. de retract. consanguin. §. 1. gloss. 18. nu. 19.* Qui vendit, maiori ex parte necessitate ductus alienat, in necessitatibus autem nemo liberalitatem

99 † exercet. *l. Rem legatam. ff. de Adimend. legat. l. si vsusfructus. ff. de iure dotium.*

100 Si primus Dominus fecit concessionem † emphyteosis, vel feudi alicui, & iste feudatarius alteri cum consensu eiusdẽ domini concessit, primo Domino laudemia debentur. *Ita Specul. in titul. de emphyteosi. §. Nunc aliqua. num. 129. vers. 105. & num. 152. vers. 126. Ioan. Papon. Arrestor. Curiæ lib. 13. tit. 2. Arrest. 9. Bart. Socin. in cons. 256. & in consil. 261. vol. 1. vbi notabiliter.* Licet in cõtrarium faciat quod dicit Marinus Iunior *in consil. 70. numero 32. vol. 3.*

Pensio si est constituta super feudo, vel emphyteosi, dum alienatur, debet solui domino laude-
101 mium † plene, *Petr. Iacob. titul. de Action. in rem pro re emphyteotica. post nu. 17. in fine, quem refert, & sequitur Francis. Marc. in decis. Delphin. 477. nu. 4. vol. 1. Vide Anton. Fabrum in Codice Fabriano. lib. 4. titul. 42. defin. 72. vbi videtur tenuisse contrarium. vol. 1.*

102 Ex antichresi super † re emphyteotica constituta, quæ vltra decennium perdurauit, laudemium non debetur. *Anton. Faber in Codice Fabrian. li. 4. titul. 42. defin. 60. vol. 1.*

103 Amplia idem procedere in pignore, † vt ex eo laudemium minime debeatur. *Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib. 4. titul. 42. defin. 74. vol. 1. Idem voluit Gerard. Maynard. in decision. Tholos. 40. lib. 4.*

104 Limita, & conclusionem, & ampliationem † nõ procedere, vbicunque Antichresis, & pignus contracti sint fraudulose ad dominum fraudandum, quæ fraus ex eo colligitur, dum contracti sint pretio æquipollenti æstimatione rei. *Idem Faber. in difta definitione 60. & definition. 74. in fin.*

105 Ob addictionẽ bonorum † immobilium a iudice factam, laudemia Domino directo debentur. *Gerardus Maynardus in decis. Tholos. 30. lib. 4. & de cis. 42. eod. lib. 4.*

ARGVMENTVM.

Assensus Domini in qualibet feudi alienatione, etiam in interpositione secundi decreti per iudicem super re feudali promulgati, & in feudo mulieris marito in dotem dato, atque defensis pascuorum, est necessarius, etiamsi sit tacitus, quia mera gratia est, & per verbum fiat, in supplicatione registratum, indultus intelligitur, quamuis in Regno Neapolitano tacitus non sufficiat, cum expediatur priuilegio, & sigillo regio. Hunc Dominus requisitus, si legitima causa subsit, concedere tenetur, concessusque de vna persona ad aliam, vel de vno casu ad alium non extenditur, cum sit stricti iuris, nisi quod pro dote adhibitus comprehendat etiam antefatum, & donationem propter nuptias, & pro contractu distractum, si enormis læsionis ergo ad rescissionem agitur. Potest tam præcedere, quam subsequi contractum, vel in ipso interuenire, & semper ad illius tempus retrotrahitur, sicut per statutum requisitus, tempore quo fit actus, & non ex interuallo interuenire debet. ac secundus emptor habens consensum, præfertur primo. Probatur per testes, nec de necessitate opus est scriptura, licet in Regno Neapolitano illa requiratur, quamuis ex temporis diuturnitate præsumatur propter lapsum, & spacium triginta annorum interceßisse. Negligitur in alienatione feudi paterni, feudi plani, & de tabula non quaternati. Expirat, si est præstitus ad certum tempus illo elapso, & ex causa quandoque omnino denegatur.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Domini requiritur in alienatione feudi.*
2 *In quibus casibus assensus requiritur remisse.*
3 *Assensus est mera gratia præsertim in Regno Neapolitano.*
4 *Assensus censetur concessus per verbum fiat.*
5 *Assensus requirit priuilegium, & sigillum Regium.*
6 *Licentia, & assensus sunt stricti iuris, an debeant extendi. Declara. nu. 7. 8. 9. 10.*
11 *Assensus tacitus, an sufficiat in alienatione feudi. Declara. nu. 12. 13. 14.*
15 *Assensus potest præcedere, interuenire, & subsequi contractum. nu. 16.*
17 *Assensus, an retrotrahatur ad tempus contractus? Declara. nu. 18.*
19 *Clausula inserta in inuestitura,* Ad habendum, tenendum, alienandum, & vendendum, *quod censeatur concessus assensus, & licentia vendendi ex illa.*
20 *Assensus an probetur testibus? vel requirat scripturam. nu. 21.*
22 *Contractus factus cum Rege, vel Principe, qui debet præstare consensum, habetur consensus pro impartito.*
23 *Assensus quando extendatur de vno ad alium casum.*
24 *Assensus pro alienatione faciẽda Titio, an operetur, si alienatio fiat alteri?*
25 *Assensus si est impetratus super alienatione facienda, non prodest super alienatione facta.*
26 *Qualitates, & conditiones contentæ in assensu sunt verificandæ, alias corruit.*
27 *Si feudum datur in proximè successurum ab intestato, sitque feudum hæreditarium, eo casu dicitur alienatio, in qua exigitur assensus?*
28 *In casu statuti requirentis consensum debet interuenire in ipso actu, non ex interuallo.*
29 *Secundi decreti interpositio in re feudali, cum sit vera alienatio, sine domini superioris assensu fieri nequit.*

30 *Mulier*

30 *Mulier in Regno Neapolitano, & Siculo habens feudum, nubere volens, id matrimonium sine regis assensu facere non potest. nu. 31.*

32 *Feudi paterni alienatio in proxime successurum, assensum superioris non requirit.*

33 *Proreges regni in alienationibus feudorũ assensum præstant. nu. 34. 35.*

36 *Quando exteri qui emerunt feuda in Regno, vellẽt vẽdere, assensus præstari non potest a Proregibus, sed Rex sibi reseruauit.*

37 *Feudum hypothecatum habens cum regio assensu, potest sine nouo assensu hypothecæ renunciare.*

38 *Assensus interpositus in venditione facta cum pacto de retrouendendo, cum fit retroueditio vlterius non requiritur.*

39 *Feudum planum, & de tabula non quaternatum, nõ exigit in alienatione superioris assensum.*

40 *Ex temporis diuturnitate præsumitur assensum interuenisse. nu. 42.*

41 *Vendito feudo sub hasta, in pecunia, fuere admissi creditores anteriores non habentes assensum, & excluſi posteriores, qui fulciebantur assensu.*

43 *Obligatione feudi contracta, saluo Regio assensu, si interim fit feudi reuocatio, & post reuocationem impetratur assensus impetratio non prodest.*

44 *Inquisito viro de delicto, quo bona confiscabantur, qui in dote vxoris obligauerat bona feudalia, & allodialia saluo Regio assensu post delictũ fisco reluctante fuit concessus.*

45 *Ex duobus feudi emptoribus, quorum secundus ante impetrauit assensum, iste secundus alteri primo præfertur.*

46 *Ad certum tempus concesso assensu, elapso tempore euanescit.*

47 *Pro dote vxoris, vir omnia bona feudalia obligauerat, quo mortuo non obstante, quod hæredes feudi reuocationem fecerint, assensus impetratus postea ab vxore, valebit.*

48 *Dominus requisitus debet assensum concedere, accedente tamen legitima causa.*

49 *Assensus, & licentia testandi de feudo, operatur, vt illa vice, vt de re allodiali disponere valeat.*

50 *Assensus alienandi rem feudalem, debet haberi ratus & obseruari, etiam per successorem.*

51 *Assensus impetratus super obligatione feudi, intelligitur impartitus quatenus bona deficiant, & sic in subsidium.*

52 *Pro dote cõcessus assensus, intelligitur etiam pro ante facto, & donatione propter nuptias.*

53 *Nouus assensus nõ requiritur, quando contrahens agit ad resolutionẽ contractus ob enormem læsionẽ.*

54 *Assensus concessus in contractu, habet locum in distractu, absque alio assensu.*

55 *In faciendis nouis pascuorum defensis in communibus territorijs Regius assẽsus requiritur in hoc Regno Neapolitano.*

56 *Res cum assensu vendita præsumitur feudalis.*

57 *Denegare potest assensum rex ex iusta causa.*

TITVLVS XXXVI.

De Assensu, Consensu, & Licentia.

1 ASsensus Domini requiritur † in alienatione feudi. *c. Imperialem. in princip. de prohibit. feud. alienat per Federic. Guido Pap. in decis. Gratianop. 162. num. 1. Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 60. sub nu. 2. in decis. 265. nu. 32. vers. vndecima. Vincent. de Franchis in decis. 663. num. 2. Thom. Gram. in decis. Neapol. 49. num. 5. Ioan. Petr. Surd. in decis. Mantuan. 102. nu. 18. Nicol. Reusner. in decis. German. 1. num. 11. lib. 2. in decis. 22. num. 3. lib. 4. Petr. de Bella Pertic. de feud. titul. qualiter feud. perdit. nu. 1. 2. Marin. Freccia de subfeud. Baron. lib. 2. authoritate. 1. nu. 19. Ioan. Vincent. de Anna in Alleg. 66. nu. 7. in* Alleg. *125. num. 9. Cautũ est in hoc Regno a Federico Secundo Imperatore per Regni const. cõstitutionem Diuæ memoriæ.*

2 Ampliationes decem † & septem, in quibus requiritur assensus in feudalib. & limitationes trigin ta tradidi supra *in tit. de feudis. nu. 1. cũ plurib. seq.*

3 Assensus est mera gratia præsertim in † Regno Neapolitano. *Andr. de Iser. in Regni const. post litem. & in c. 1. de prohi. feud. alienat. per Loth. & in c. 1. §. quid ergo. de inuestitur. de re alien. fact. Marin. Freccia de subfeud. Baron. lib. 2. q. 4. nu. 10. Barthol. Camer. in Rep. c. Imperialem. litera I. fol. 44. de prohibit. feud. alien. per Federic. Ioan. Vincent. de Anna in allegat. 39. num. 1. 7. Ioan. Petr. Surd. in decis. Mantuan. 220. num. 57. Matth. de Afflict. in decisio. Neapol. 398. nu. 5. Vincent. de Franchis in decis. Neap. 695. nu. 3. Ioan. Ant. Lanar. in consil. 15. nu. 16. vol. 1.*

4 Assensus censetur concessus per verbum † fiat emanatum in supplicatione, *vt per Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 253.* Vbi dicit ita fuisse determinatum per Regem Ferdinandum primum. Verum in hoc Regno adest Pragmatica, *incip. considerato il gran danno.* facta die. 1. Aprelis, 1542. qua dispositum est, vt subsequatur expeditio priuilegij cum

5 † sigillo Regio, cuius meminit Cæsar Vrsillus *in decis. Neapol. 253. num. 4. supradicta Pragmatica est in titul. de feudis. 7. & per verbum fiat, assensus perficitur. Vincent. de Franchis in decis. Neap. 663. nu. 2.*

6 Licentia, & assensus sunt stricti iuris, & non † debent extendi, *vt post Andr. de Isern. dicit Bartholom. Camerar. in c. Imperialem. fol. 44. litera. E. Marin. Freccia de subfeud. Baron. lib. 2. q. 11. Vincent. de Franchis in decis. Neapol. 71. nu. 16. in decis. 153. num. 23. Ioan. Petrus Surdus in decis. Mant. 203. nu. 5. & in decis. 220. Ioan. Anton. Lanar. in consil. 60. num. 122. & alios allegans D. Ioan. Baptista Costa in tract. de retrotractation. c. 8. casu 10. nu. 7. Fabius de Ann. in cõs. 84. nu. 12. Io. Tho. Minad. in cons. 18. n. 7.*

7 Declaranda tamen † est conclusio, quod & si licẽtia, vel assensus sint strictissimi iuris, nihilominus ad consequutiua eiusdem contractus super quo fuit concessus, extenditur. *Matth. de Afflict. in decision. Neapol. 335. num. 19. comprobat Cæsar Vrsill. ibidem sub nu. 14.*

8 Declara secundo, † assensum dici, & extendi, ac intelligi secundum firmam contractus super quo interponitur. *arg. l. si vno. ff. locat. & voluit Paris de Puteo, de Redintegrat. feudor. c. 235. incip. & circa. num 2. fol. 129. Ioan. Petrus Surdus in decis. Mantuan. 220. num. 29.* Et ideo extenditur ad pœnam, interesse, & alia accessoria, quæ veniunt de natura
9 † contractus, & sunt vnum & idem cum ipso contractu, illius assumens naturam, vt optime dicit *Camerar. in dicto c. Imperialem. fol. 58. litera. K. quem sequitur idem Surdus in decisione Mantuæ. 182. nu. 7.* Plura dici possent in materia extensionis assensus, de quibus in discursu huius tituli, quatenus per Decisionantes tanguntur, dicam, quia alias optime tractatas fuisse a Camerario *in dicto c. Impe-*
10 *rialem, quilibet inspicere potest.* Ad † connexa tamen extenditur, *post Marin. Frecciam. de subfeud. Baron. lib. 2. q. 11. nu. 15. Francisc. Bursat. in consil. 29. nu. 18. vol. 1.*

Assensus Domini in alienatione feudi, etiam ta-
11 citus sufficit, puta dum fit alienatio præsente † domino, & tacente, *vt voluit Gloss. in c. 1. in princip. in verb. Permissione. de Prohibit. feud. alien. per Lothar. vbi Aluarot. & Cardin. Alexandrin. Anton. Capic. in decis. Neapol. 156. nu. 23. Iacobin. de Sancto Geor. in inuestitur. feudal. in verb. & cũ pacto de non alienando. nu. 20.*

12 Contrarium tenuit † Bertrandus Capreoli, & post eum *Io. Raynandi. in c. Imperialem. Sequitur Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 181. nu. 5.*

13 Sed tamen durum est a prima † opinione discedere, quam tenuere Iacobus de Beluiso, Martinus Laudensis, Iacobus Aluarotus, & Præpositus *in dicto. c. de Prohibita feudi alien. per Lothar. Quos, & alios allegans sequitur Andr. Tiraquell. de Retractu consan. §. 1. gloss. 9. nu. 115. & ab hac opinione minime recedendum esse scribit Iacobin in loco supra allegato. Et nouissime alios allegans voluit Ludolphus Schraderus de feudis. parte 8. cap. 4. nu. 2.*

14 In hoc tamen Regno Neapolitano † non sufficit Assensus tacitus, sed expressus esse debet, vt disposuit Federicus Imperator in Constitutione Regni, *incip. Constitutionem Diuæ memoriæ. Voluit. Anton. Capic. in dicta decis. Neapol. 156. num. 23. & scribit Ioan. Anton. Lanar. in consil. 60. nu. 130. 131. & in consil. 79. num. 23. vol. 1. Anton. Capic. in inuestit. feud. §. feudorum assensus. colum. 6. Nicol. Intrigliol. de feudis. q. 43. nu. 169. Cent. 1. Paris de Puteo de redintegration. feud. cap. 41. incip. & iuxta prædicta. nu. 22. fol. 26.*

Assensus potest præcedere contractum, interuenire in contractu, & subsequi post contractum.
15 † *Marc. Ant. Natta in consil. 126. nu. 6. vol. 1. Francisc. Viu. in decis. 530. nu. 1. cum plurib. seq. Claudius Canciuncul. in consil. 1. nu. 88. Elbertus Leoninus in consil. 78. nu. 11. cum alijs allegatis, per Io. Baptistã Costam. de retrotractation. cap. 8. casu. 10. nu. 8. Cæsar Vrsill. in decis. 355. ante nu. 9. Io. Vinc. de Anna in alleg. 69. nu. 62. Matth. de Afflict. in const. Constitutionem Diuæ memoriæ. num. 80. Anton. Gamma in decis. Lusitan. 215. nu. 6. & in decis. 345. nu. 3. Ioan. Niuizan. in consil. 93. Paris de Puteo. de redintegr. feud. c. 271. incip. An consensus, per totum.*

16 Declara dictam † conclusionẽ procedere, quando non ageretur de præiudicio alterius, *vt dicit Anton. Capicius in inuestitur. feudal. §. feudorum assensus. col. 1. in princip. Paris de Puteo, de redintegr. feudo. c. 261. incip. An consensus. nu. 3. fol. 146.*

17 Assensus præstitus retrotrahitur † ad tempus contractus, *vt post Matth. de Afflict. in Const. Regni, Constitutionem Diuæ memoriæ. nu. 79. voluit Ant. Capic. in decis. Neapol. 182. num. 16. Idem Afflict. in decis. Neapol. 286. nu. 2. in fin.*

18 Declara conclusionem procedere † in præiudicium cõsentientis, non autem in præiudicium alterius tertij. *Ita Matth. de Afflict. in const. Constitutionem. nu. 79. & in decis Neap. 286. sub nu. 2. Ant. Capic. in inuestitura feudali. in ver. feudorum Assensus in prin. plene D. Io. Baptista Costa de retrotract. c. 8. casu. 10. nu. 5. 9. Vincen. de Franc. in decis. Neap. 86. nu. 2. Bursat. in consil. 76. nu. 51. vol. 1.*

19 Licentia, & assensus alienandi feudum † concessus censetur a Domino, & superiore, dum in inuestitura adest clausula *ad habendum, & tenendum, alienandum, vendendũ. Paris de Puteo de redintegratione feudor. c. 99. incip. An si Dominus. fol. 62. Octauian. Cacher. in decis. Pedem. 164. nu. 1. Ant. Capic. in inuestit. feudal. in verb. feudorum clausulæ. §. Ad vtendum. §. Ad vendendum. Antonin. Thesaurus in decis. Pedem. 146. num. 6. Vincen. de Franc. in decis. Neap. 6. nu. 7. Intrigl. de feudis. art. 6. nu. 57. tom. 2.*

20 Assensus potest † probari per testes, quia de necessitate non requirit scripturam. *Andr. de Isern. in c. 1. §. hac edictali. num. 4. de prolibit. feudi alien. per Lotharium. Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 398. nu. 1. 9. vbi Vrsill. & voluit Paris de Puteo de redintegrat. feudorum. c. 303. incip. quia communiter. nu. 1. & per totum. fol. 159. Anto. Capic. in inuestitur. feudal. in verb. feudorũ assẽsus. col. 5. ver. probari potest.*

21 In Regno Neapolitano assensus super † alienationibus, permutationib. hypothecis, quibuscunq; requirit scripturam, sigillum Regium, & alias solennitates, per plures Pragmaticas *in titul. de feudis. Meminerunt Paris, & Capicius in locis allegatis Cæsar Vrsillus in decis. 398. nu. 1. 2. 3. Marin Frecc. de subfeud. Baron. lib. 2. q. 28. sub nu. 4. Io. Vinc. de Anna in const. Constitutionem Diuæ memoriæ. nu. 67. cum seq. Francisc. Viu. in decis. 240. nu. 2. Subtilissimus feudorum interpres in Regio Neap. Gymnasio. D. Consiliarius Georgius in alleg. 14. nu. 13.*

22 Contrahens cum Rege, vel Principe, † qui debet præstare assensum, illo non eget, sed tuto contrahit, & habetur pro præstito, *vt deducit Barthol. Camerar. in Rep. c. Imperialem. fol. 39. litera. P. de prohibit. feud. alien per Federic. quem refert, & sequitur Vincent. de Franchis. in decis. Neapol. 48. nu. 3. & nouissime Fabius Capicius Galeotta in Responso pro Duce Grauinæ super statu Bisiniani. num. 27. Marin. Freccia de subfeudis Baron. lib. 2. quæst. 31. in fin.*

23 Aſſenſus regulariter non extenditur † de vno caſu ad alium, nec perſona ad perſonam. *Marin. Freccia de ſubfeudis Baron. lib. 2. q. 20. num. 8. Ioan. Vincent. de Anna in alleg. 41. num. 26. Vincent. de Franch. in deciſ. Neapol. 71. num. 16. in deciſ. 153. numero 24.*

24 Aſſenſus conceſſus pro alienatione † faciẽda Titio, non operatur, vt poſſit vendere, & alienari, alteri quam nominato. *Glo. in c. 1. in princip. de prohibita feu. alienat. per Feder. Paris de Puteo de redintegrat. feudor. cap. 86. incip. quando conceduntur. num. 3. fol. 55. & c. 258. incip. Vaſallus tenens. Sigiſmund. Loffredus in conſil. 9. nu. 19. Anton. Capic. in inueſtitur. feudal. in verb. feudorum effectus. col. penul. verſ. & aſſenſus fol. 83. Lodouic. de Molin de Hiſpanor. Primogenijs. lib. 4. cap. 5. nu. 31. Ioan. Petrus Surdus in deciſ. Mantuan. 325. nu. 9.*

25 Aſſenſus ſi impetratur ſuper † alienatione faciẽda non prodeſſet alienationi factæ, nec impetratio pro alienatione facta prodeſſet pro facienda. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 355. num. 2. Vincent. de Franchis in deciſ. Neapol. 105. num. 1. Ioan. Vincent. de Anna in allegat. 36. num. 5.*

26 Qualitates, & conditiones † omnes appoſitæ in aſſenſu verificandæ ſunt, alias corruit, *Marin. Freccia de ſubfeudis Baron. lib. 2. q. 25. num. 3. & q. 26. num. 2. Surdus in deciſ. Mantuan. 189. num. 32.*

27 Si feudum datur in proxime † ſucceſſurum ab inteſtato, ſitque feudum hæreditarium, eo caſu non datur refutatio, ſed dicitur alienatio in qua exigitur aſſenſus Domini. *Ita dicit Franciſc. Milanenſ. in deciſion. Siciliæ. 1. num. 159. lib. 1. quæ opinio dubia mihi videtur ex ſcriptis Sigiſmund. Loffred. in cap. Titius. §. quod ſi Titius, verſic. ſi vero. verſus finem. ſi de feud. defunct. milit. controuerſ.*

28 Si per ſtatutum debet in actu † interuenire conſenſus, debet interuenire tempore, quo fit actus, non autem ex interuallo. *Lofredus Balbus Lanfrancus in deciſ. 123.*

29 Interpoſito ſecundi decreti † ſuper re feudali per iudicem fieri non poteſt, non precedente domini ſuperioris aſſenſu, cum ſit vera alienatio. *Andr. de Iſern. in conſt. Regni. Si quis poſt litem. in verb. feudalia ex decreto noſtro. & in c. 1. §. quid ergo. nu. 6. de inueſtitur. de re alien. facta. Matth. de Afflict. in dicto conſt. ſiquis poſt litem. num. 8. Franciſc. Milanſ. in deciſ. Siciliæ. 6 num. 38. lib. 1.*

30 Licentia Regis in hoc Regno Neapolitano, † & Siculo exigitur, dum mulier habens feudum, & intendit contrahere matrimonium, & dare viro in dotem, *vt in conſt. Regni. Honorem noſtri diadematis, Franciſc. Milanenſis in deciſion. Siciliæ. 6. num. 48. lib. 1.* Quomodo autem ſeruetur in matrimonio, nõ
31 eſt requiſita licentia † vti impeditiua ſacramenti matrimonij, *vt dicam infra in titul. de nuptijs, & matrimonijs.* Neque quod dum ipſa mulier eſt feudi domina, dat ſibi ipſi in dotem dum nubit, quod quomodo procedat dixi plene ſupra *in titulo de feud. num. 69. cum pluribus ſequentibus. Quo in loco tradidi plures declarationes, & iterum, num. 662. cum pluribus ſequentibus.*

32 Aſsenſus Domini non requiritur dum fit † alienatio feudi paterni in eum, qui proxime ſucceſſurus eſt in feudo, ſecus ſi in remotionem. *Bald. in c. Imperialem. in princip. colum. 1. verſicul. quæro an idem agnatus. de prohibit. feud. alien. per Federic. quem ſequitur Franciſc. Milanenſ. in deciſion. Siciliæ. 7. numero 8.*

33 Proreges Vicarij Regis, ac Principis † in alienationibus feudorum poſsunt aſsenſum concedere, ipſo Rege, vel Principe abſente, ne cogantur vaſalli, & feudatarij a longe conſenſum Domini quærere. *Andr. de Iſern. in capitul. Imperialem. in princip. numero 17. de prohibit. feud. alien. per Federic. Anton. Capic. in inueſtitur. feudal. in verb. feudorum officia. col. 20. verſ. vicerex abſente Rege. fol. 276. Paris de Puteo de redintegration. feudor. cap. 269. incip. An Vicarius numero 10 11.* Vbi dicit ita expediri feciſse, dum erat Auditor Ferdinandi Primi
34 Locumtenentis Regis Alfonſi, † dum Rex abſens eſſet in Hetruria, contra Florentinos. *Franciſc. Milanenſ. in deciſion. Siciliæ. 8. numero 69. cum pluribus ſequentibus. Ioan. Anton. Cannet. in c. volentes. Regni Siciliæ. §. At non eſt otioſum. numero 4. fol. 207.*

35 In Regno Neapolitano † non poſsunt Proreges
36 aſsenſum † dare ſuper ciuitatibus & oppidis dignitatis, *vt in Pragmat. 12. titul. de feudis.* ſic etiam poſsunt Proreges exteris ementibus feuda in Regno, cum vero vendunt exteri, ſolus Rex aſſentit.

37 Habens aſsenſum ſuper † re feudali ſibi obligata cum Regio aſsenſu, poteſt eidem hypothecæ renunciare abſque alio nouo aſsenſu, *vt per Matth. de Afflict. in deciſion. 232. numero 6. vbi reddit rationem.*

Aſsenſus interpoſitus in venditione feudi cum
38 pacto † de retrouendendo, ſufficit, vt cum fit retrouenditio minime requiratur vlterius, vt bene diſcutit Marinus Freccia *de ſub feudis Baron. lib. 2. quæſt. ſecunda. numero 17. & per totam quem ſequitur Surdus in deciſion. Mantuan. 321. num. 6. Andr. Tiraquell. de retract. conuentional. §. 6. gloſs. ſecunda. numero 19. Paris de Puteo de redintegration. feudor. capitul. 235. incip. Et circa. num. decimo ſecundo. fol. 129. Matth. de Afflict. in cap. Imperialem. in princip. numero 39. de prohib. feud. alienat. per Feder. Franciſc. Burſat. in conſil. 30. numero 26. 29. volum. primo.*

39 Feudum planum, & de tabula † non quaternatum, abſque ſuperioris aſſenſu alienari poteſt, non obſtantibus *dicto c. Imperialem. & Conſt. conſtitutionem Diuæ memoriæ. Voluit Matth. de Afflictis in deciſion. Neapol. 243. nu. 2. 3.*

Ex temporis diuturnitate præſumitur aſſenſum
40 † interueniſſe, vt de conſenſu conſanguineorum requiſito per ſtatutum in contractu mulierum ſcribit *Anton. Gamma in deciſion. 270. num. 2.* plene tamen ſcripſere *Andr. Tiraquell. de legibus connubial. Gloſ. 7. num. 39. cum pluribus ſequentibus.* & ipſum, ac alios referens *Ioan. Stephan. Lamberteng. in ver.*

conſen-

consensus. gloss. 7. nu. 51. cum pluribus seq. vide infra hoc eodem titulo. nu. 42.

41 Creditores plures concurrunt † pro satisfactione super pecunia rei feudalis venditę sub hasta, super qua aderant aliqui creditores anteriores non habentes assensum, exclusis posterioribus cum assensu, admissi illi fuerunt rationibus, *vt per Vincentium de Franchis in decis. Neapoli. 64. num. 3. 4. & seqq.*

42 Spacio, & lapsu triginta annorum † præsumitur assensus, & etiam, quod exigeretur expressus, habetur pro expresso per lapsum dicti temporis. *Anto. Gamma in decision. Lusitan. 144. in decision. 149. num. 4. in decision. 168. nu. 1. vide supra hoc eodem tit. nu. 40.*

Contracta obligatione bonorum feudalium saluo Regio Assensu, si interim fit feudi reuocatio,

43 † & post reuocationem impetratur assensus, nihil dicta impetratio proderit, quia est fundatus super contractu, qui per reuocationem fuit annullatus. *Matth. de Afflict. in decision. Neapol. 335. cum pluribus sequentibus. quem sequitur Iacob. Menoc. in consil. 1. num. 100. volum. primo. Marc. Anto. Peregrin. in consil. 8. numero 57. in fin. volum. primo.*

44 Mulier, quæ cum marito habet † obligata, & hypothecata omnia bona allodialia, & feudalia saluo Regio assensu, inquisito viro de delicto, pro quo confiscabantur bona, petit assensum, licet Fiscus Regius prætenderet concedi non debere, tamen fuit concessus. *vt per Matth. de Afflict. in deci. 385. per totum.*

45 Emptores plures feudi, sed tamen † secundus emptor prius obtinet assensum, iste secundus, qui ante assēsum impetrauit præfertur. *Matth. de Afflict. in decision. Neapolitan. 286. Marinus Freccia de subfeud. Baron. lib. 2. q. 30. numero 3. Francisc. Bursat. in consil. 44. num. 9. vol. 1. Ioan. Petrus Surdus in decision. Mantuan. 189. num. 19. 20. Cardinal. Paris. in consil. 18. vol. 1. & disertissimus Costa de retro tractat. cap. 8. casu. 10. per totum.*

46 Licentia, & consensus præstitus † ad certum tēpus ad alienandum feudum, elapso tempore euanescit. *Augustin. Berous in consil. 123. num. 9. vol. 1. Aurelius Corbulus de causa priuation. ob alienat. ampliation. 7. quos sequitur, & refert Ioan. Petr. Surd. in decision. Mantuan. 203. nu. 6.*

47 Mortuo viro, qui obligauerat † omnia bona sua feudalia pro dote vxoris, non obstante, quod hæredes fecerit feudi reuocationē, si vxor impetrauit assensum, valebit. *Matth. de Afflict. in decision. Neap. 111. num. 1.*

48 Assensum Dominus requisitus † concedere tenetur, *vt voluit Corn. in consil. 250. vol. 3. Francisc. Bursatus in consil. 256. numero 6. 11. quos refert & sequitur Surdus in decision. Mantuan. 182. numero 12.* Debet tamen esse causa legitima. *Afflict. in decis. Neapol. 265. nu. 68. vbi Vrsil. num. 73. Freccia de subfeud. Baron. lib. 2. author. 29. nu. 7. Menoch. de arbitrar. iud. quæst. casu. 182. nu. 12.*

49 Licentia, siue assensus de testando † de feudo, deducit pro illa vice, vt de eo, vti de re allodiali disponere valeat, & facit concessionarium capacē. *Albert. Brun. in consil. 1. numero 56. quem sequitur Francisc. Bursat. in consil. 22. num. 10. vol. 1.*

50 Assensus alienandi † rem feudalem concessus debet haberi ratus, & obseruari etiam per successorem, vt post Andr. de Isern. quem allegat, *voluit Paris de Puteo de reintegrat. feudor. cap. 86. incip. Quando conceduntur. num. 7. 8. fol. 55. voluit Francisc. Bursat. in consil. 29. nu. 29. 33. vol. 1. dixi in consil. 1. nu. 198. centur. 1.*

51 Assensus impetratus super † obligatione feudi intelligitur impartitus in subsidium, quatenus alia bona deficiant, & alijs non extantibus. *Ioan. Neuizan. in consil. 10. nu. 10. Marin. Freccia de subfeud. lib. 2. cap. 23. Octauian. Cacheran. in decis. Pedemont. 174. antea dixit Andr. de Iser. in Regni. Constit. siquis post litem. quem sequitur Paris de Puteo de reintegrat. feudorum. cap. 236. incip. Mulier habens. nu. 3. fol. 130. Cæsar Vrsill. in decis. 385. sub num. 1. vers. Bene verum est.*

52 Pro dote concessus Assensus, † intelligitur etiā pro ante fato, siue donatione propter nuptias. *And. de Iser. in c. 1. num. 6. in fin. qui successor. teneantur. Marin. Freccia de subfeud. Baron. lib. 2. cap. 23. q. 12. sub num. 19. Cæsar. Vrsill. in decis. 385. in princ. col. 1. & antea in decis. 291.*

53 Nouus assensus non requiritur, quando † contrahens agit ad contractus resolutionem ob enormem læsionem. *Marin. Freccia de subfeudis Baronum lib. 2. q. 2. nu. 9. quem sequitur Ioan. Petrus Surdus in decis. Mantuan. 182. nu. 6.*

54 Assensus concessus † super contractu habet locum etiam in distractu, absque alio nouo assensu. *Marin. Freccia de subfeud. Baro. lib. 2. q. 2. num. 15. 16. Aurelius Corbulus de cauſ. priuationis ob alienation. Limitat. 21. post alios Surdus in decis. Mantuan. 220. num. 23.*

55 Regius assensus requiritur † in faciendis nouis pascuorum defensis in territorijs communibus in Regno Neapolitano, ex Pragmatica Garoli Cæsaris. *incip. audiuimus insuper. sub titul. de Baronibus. & eor. offic. & voluit Ioan. Anton. de Nigris in c. Regni Grauamina. num. 62. Dixi in consil. 9. num. 22. Centur 1. & fuit millies decisum per Sacrum Regiū Consilium, Neapolitanum.*

56 Res vendita cum assensu præsumitur † faudalis, *vt post Andr. de Isern. dicit Ioan Vincent. de Anna in Allegat. 11. sub num. 14. allegat Afflict. in decis. 267. num. 14. & Thom. Gram. in decis. Neapolitan. 77. num. 12.*

57 Denegare assensum † potest Rex ex causa, vt decisum in Sacro Consilio *meminit Ioan. Vincentius de Anna in Allegation. 39.*

ARGVMENTVM.

Adoha est vox barbara, & ex Barbarorum traditionibus ad Italos deriuata, ac inde dicta, quod plures, si feudum non ascẽdebat ad viginti vncias, iuncti, & associati facerent vnum pro seruitio competente militem. Est enim certa pecuniæ summa a vasallis Domino pro seruitio personali tempore belli præstari solito soluta, cuius præcipuus vsus est in Regno Neapolitano, atque Siculo. Feudatariorũ autem electioni relinquitur, an illam potius exoluere, quam seruire velint, nisi in inuestitura Dominus repudiasset substituti seruitium, quem tãdem propter magnam vasalli infirmitatem, vel notoriũ animi, corporisve defectum admittere cogitur. Soluitur adoha a primogenito, locatore, si conductio ad modicum tempus sit facta, vsufructuario, nec Dominus vasallum amplius vna vice ad illius solutionem præstandam compellere valet.

SVMMARIVM.

1 *Adoha, an sit solutio, quæ fit loco seruitij, quod præstare tenebantur feudatarij Regi. Declara. nu. 2. 3. 4. 5. 6.*

7 *Adoha, siue adohamentum, quare sic appelletur? num. 8.*

9 *An sit in Regis electione exigere potius seruitiũ, quã pecuniam pro adoha. num. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.*

15 *A seruitijs quando excusetur feudatarius? num. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.*

23 *Vita, & militia datur secundogenito a primogenito.*

24 *An secundogenitus, qui habet vitam, & militiam a primogenito, teneatur soluere Adoham, numero 25.*

26 *Locator, an cõductor teneatur ad solutionem adohæ. num. 27. 28.*

29 *Vsufructuarius, non autem proprietarius tenetur solutionem adohæ.*

30 *Adoha, si imponeretur, semel tantum ad solutionem domino faciendam tenebitur.*

TITVLVS XXXVII.

De Adoha.

ADoha, siue Adohamentum, est loco seruitij, quod præstatur regi in hoc Regno Neapolitano, siue Siculo, & fit solutio in pecunia, pro eo seruitio quod præsta-
1 re tenebantur † Barones, & feudatarij ipsi Regi, tempore belli, *vt post And. de Isern. in c. 1. §. similiter nu. 2. de Capitulo Conradi. in c. 1. nu. 9. vers. & secundum vsum Regni. Quis dicatur Dux. vel Marchio. & in c. 1. §. similiter potest. nu. 1. in princ. de Capitan. qui cur. vend. in c. Imperialem. §. firmiter. nu. 1. ver. quid in regno de Prohibit. feud. alien. per Fede. dicit Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 252. nu. 3. & in decis. 265. nu. 51. Paris de Puteo de reintegr. feudor. c. 17. viso. nu. 2. fol. 13. Marinus Freccia de subfeud. Baron. li. 2. Authorit. 5. nu. 9. cum pluribus seq. Sigismund. Loffred. in Paraphrasi feudal. in c. Imperialem. §. firmiter. de Prohibit. feud. alien. per Fed. de hoc vsu huius Regni meminit Andr. Tiraquell. de iure Primogen. q. 74. nu. 1. Ioan. Vincent. de Anna. in rep. c. 1. nu. 149. cum pluribus seq. de vasall. decrep. ætat. Ioan. Anton. Lanar. in consil. 57. nu. 4. volum. 1. Barthol. Camerar. in dicto. §. firmiter. Carolus Tapia de constit. Princip. cap. 4. num 59. cum pluribus seqq. Anton. Capic. in inuestitur. feudal. in §. feuda adohant. Dixi ego de Regis Cathol. præstan. c. 18. nu. 57. 62. cum pluribus sequentibus. Iacob. de Ayello. in peculiari tractatu de iure Adohæ. Nouissime Anton. Borrinius de seruitiis vasallorum parte 3. cap. 2. in §. Adoha. Et de huius Regni Neapolitani Adoha me-*
2 *minit* † *Nouissime Renat. Choppin. in consuetud. Andeg. lib. 2. parte 1. titul. 1. articul. 4. vol. 2.*

Opponi posset, quod eadem Adoha non sit pro
3 seruitio personali, sed potius loco collectæ, † ex quo dum Paris de Puteo *de reintegrat. feudorũ. cap. 17. incip. Viso.* dicit, feudatarios non teneri ad solutionem collectarum, quia soluunt adoham, ne duplici onere grauentur, sequitur ipsum dicere voluisse
4 † quod si nõ soluerent adoham, cogerentur ad collectas. Tanto plus, quia cum prædicti scriptores dicant adoham solui pro seruitijs personalibus, quæ tenentur præstare Regi tempore bellorum ergo
5 bellis † cessantibus, cessaret solutio, quæ fit illorum gratia, *vt per Hostiens. in c. dilecti col. 2. de for. comp. quem sequitur plura allegans Andr. Tiraquell. in tract. cessante causa. parte 1. num. 42.* Et tamen ista Adohæ ex actio in Regno est perpetua.

Tamen illius seruitij loco adoham succesisset
6 † patet ex Rege Roberto *in c. Regni. Nolumus. & Regis Caroli Secundi. in c. Item statuimus. quod Comites, & Barones, & alii feuda.* Idcirco subsistẽdum arbitror.

7 Adoham, siue adohamentum † dictum putant, quod cum præstatio, quando fiebat in pecunia, feudum reddere debebant viginti vncias, & tamen

forte

forte feudum eſſet diuiſum, & eſſent plures, quorum portio ſola non aſcenderet ad tantum redditum, vel eſſent plura feuda ex ſeipſis minoris reddi tus, iungebantur, & adunabant plures in ſimul, qui iuncti, & aſſociati faciebant adohamentum, ita quod facerent vnum militem pro ſeruitio illis cõpetente, *vt ex Andr. de Iſern. in c. 1. col. 5. de controuerſ. feudi apud pares terminand. Anton. Capic. in feudor. inueſtitura. §. feuda adohant. col. 1. verſ. & dicta eſt. fol. 27. Anton. Borrinius, de ſeruitiis vaſallor. par. 3. cap. 2. §. Adoha. verſicul. Adohæ vſus. & voluit Anton. Capic. in deciſ. Neap. 32. num. 3. 4. Bartholom. Camer. in c. Imperialem. fol. 92. de prohib. Feud. alien. per Feder.* Sed verbum iſtud † Barbarum eſt, & ex Barbarorum traditionibus apud Italos remanſum.

An ſit in electione Regis, ſiue Principis exigere potius perſonale ſeruitium, quam pecuniam † debitam pro Adoha, vel pecuniam potius, quã ſeruitium, & cuius eſt electio Domini, an vaſalli, ſeu feudatarij? Et hoc eſſe in voluntate, & electione † feudatarij, non autem Domini. *Gloſſ. in c. Imperialem. §. firmiter. de prohibit. feud. alien. per Federic. Iacobin. de Sancto. Georg. in inueſtitur. feudal. in verb. Et promiſerunt eidem Domino. nu. 26. Ant. Capic. in inueſtitur. §. feuda adohant. col. 2. verſ. & quando dominus. Idem Capic. in deciſ. Neapol. 32. nu. 1. 2. & deinceps.*

Alii contrarium ſentiunt, † hanc electionem ſpectare ad dominum, an velit ſeruitium perſonale, vel pecuniam, quia aliud pro alio inuito creditore ſolui non debet. *l. 2. §. 1. ff. ſi cert. petat. Andr. in c. 1. §. fi. nu. 14. de Capitan. qui cur. vendid. & in c. 1. col. fin. de Capitan. qui cur. vend. Voluit idem Capic. in deciſ. Neapol. 10. nu. 15.*

Ego, ſaluo melius ſentientis iudicio, dicerem, quod circumſcripto huius Regni vſu ſemper † primam opinionem tenendam arbitrarer, quod feudatarij, ſiue vaſalli, poſſint eligere, & ad eos, non ad dominum ſpectet electio, loquendo ſtantibus terminis, qui nunc in Regno ſeruantur, vt non temporalis ſit adohæ ſolutio, ſed ſit perpetua, quod hoc caſu, cum Rex illam exigat omni tempore, non eſt bonum, quod tempore pacis cotidie exigat adoham, quod tempore belli velit exigere ſeruitium perſonale, & ideo cum regulare ſit electionem eſſe debitoris. *l. plerumque. ff. de iure dotium. cum ſimilibus. & ita in dicto. §. firmiter. concludunt. Iac. Aluarot. & Petrus de Rauen. & ita etiam voluit Iul. Clar. in §. feudũ. q. 22. Antonius Berinius de Seruitiis Vaſallor. parte 3. cap. 3. in fin. Ioan. Anton. de Nigris. in dicto. c. Regni. Nolumus. num. 11.* Ideo vaſallo datur electio, quinimmo † ſeruitiũ poſſe pecunia redimi. *in dicto c. imperialem. §. præterea ſiquis infeudans. Franciſ. Hotoman. in Diſput. feudiſtica. cap. 31. in fin.*

Declara primo, quando adeſſet Regi, ſeu Principi caſus neceſsitatis, puta hoſtium † incurſus, quia eo caſu poterit feudatarium cogere. *Luc. de Penna. in l. 1. C. ne ruſticani ad ullum obſequi. deuocentur. lib. 11. Sequitur Anton. Capicius in dicta inueſtitur. feudal. §. feuda adohant. col. 4. ſub verſic. & licet vaſallus liberetur.*

Declara eo caſu teneri feudatarium ad dandum ſubſtitutum acceptabilem & idoneum loco ſui † ad ſeruiendum. *vt in dicto c. Imperialem. §. firmiter. l. quiſquis. l. ad ſimilitudinem. C. de epiſc. & cleric. Iacob. de Ardizon. in ſumma feudor. cap. 68. incip. quædam tamen argumenta. & cap. 69. incip. excuſatur autem. cap. 96. incip. ſed quæri conſueuit. optime declarat Petr. de Bella Pertic de feudis. titul. 3. nu. 17. cum pluribus ſeq.*

Intellige ſupra dictam declarationem, ſecus eſſe, quando in inueſtitura domini † dixiſſet, quod feudatarius, vel vaſallus, teneatur ipſe ſeruire & nõ per ſubſtitutum, quia tunc dominus ſubſtitutum recuſabit, *argum. l. ſi ita fuerit ſeruis. 13. ff. de Manumiſſ. teſtam. l. 1. §. ſin autem. verſ. ſin vero talis. C. de Caduc. tollend. & voluerunt. Bald. & Aluarot. in c. 1. §. ſi quis deceſſerit. Si de feud. fuer. contro. Anton. Capic. in inueſtitur. feud. §. feuda. adohant. colum. 3.* Cum ſit propria eo † caſu hominis induſtria electa, & iſto caſu vaſallus per ſubſtitutum ſeruire nõ poteſt. *& poſt Alexand. Cur. Seniorem, Crauettam, & Rubeum aliud agens ſcribit Iacob. Menoch de Arbitrar. iudic quæſt. lib. 1. q. 68. num. 10.*

Declaranda ſunt tertio omnia hæc, quod multa accidere poſſunt, ex quibus poſſet feudatarius † obligatus ſeruire ſine ſubſtituto, excuſari ab infirmitatem. *l. contumaciam. ff. de re iudic. c. quod ſedem. de offic. ordin. Tiber. Decian. in conſil. 14. nume. 31. vol. 3. Rutilius Benzon de fuga. lib. 1. q. 4. fol. mihi. 101.* Et propter grauem infirmitatem, licet non ex leui, excuſari a ſeruitio † Domini, & per ſubſtitutum admitti. *argum. l. 1. in verb. quod ſi morbo. C. de præpoſ. agent. in reb. lib. 12. Voluit in ſpecie Iacob. Ardizon. in ſumma feud. cap. 69. incip. excuſatur autem.* Excuſari quod ſit factus imbecillis, cæcus, mutus ſurdus † mente captus. *l. ſi quis in graui. §. ſubuenitur §. ignoſcitur. ff. Ad Senatuſconſult. Syllan.* Vt de cæco excuſari a perſonalibus oneribus *ſcribit Sebaſtian. Medic. de caſib. fortuit. parte 2. q. 6. num. 53. late Ludolph. Schrader. de feudis. parte. 6. nu. 44. & ſeq. parte 1. & de his omnibus Ardizon. in loco ſupra allegato. & Sebaſtian. Medices. in dicta. q. 6. nu. 58.* Simile etiam ſi vaſallus † ad ſupremam culminis dignitatem aſcenderit, vt æqualis domino ſit, vel ſuam dignitatem inconueniens ſit Domino inſeruire. *l. iudicium ſoluitur. ff. de iudic. l. interdum. §. ſed ſi liberta. ff. de oper. libert. Ardizon. in loco allegato quem ſequitur Iacob. Aluarottus in d. c. 1. § ſi quis deceſſerit prope finẽ.* Videmus indies † humili quosdam loco, & familia natos ad dignitates magnas aſcendere, Pontificum, Imperatorum, Regum, aliorumque principum fauore, quod ſi virtutum merito id fiat, laudabile eſt, ſin autem aliorum ſuffragijs, vel pecunia, munera, quæ virtuti debentur, conferantur, ipſa turpitudine turpius eſt, & humanæ Reipublicæ admodum damnoſum, de quibus nõnulla dico, in Commentarijs de feudis dignitatum.

In

In locis, in quibus, quo ad feuda viuitur iure Frã
23 corum, quo primogenitus succedit in feudis, † secundogenito, ceteriſque datur vita, & Militia, & cum in dubiũ deduceretur, an ad Adohæ ſolutionẽ iſte ſecundogenitus pro quantitate ſibi tributa, domino teneretur? contra ſecundogenitum ſcripſit *Matth de Afflict. in c. Imperialẽ. §. præterea Ducatus. de prohibit. feud. alien. per Federi.* Sed contrariũ
24 quod ſolutio Adohæ † ſpectet ad primogenitum, non autem ad ſecundogenitum, vel alios qui habẽt vitam, & militiam tenuit *idem Afflict. in deciſ. Neap. 252. per totam.* Vbi dicit, hanc eſſe veritatem, & non ea, quæ dixerat *in dicto §. præterea Ducatus.* Et hanc opinionem ſubtiliter, & eleganter concludit diſputando ad utramque partem Sigiſmundus Loffred. in Paraphraſi feudi, *in dicto c. Imperialem. §. firmiter. & probat etiam Vincent. de Franchis in deciſ. Neapol. 20. nu. 11.* Et hæc opinio eſt ſuſtentabi
25 lior, quamuis contra † opinio ſua etiam haberet argumenta de quibus etiam Paris de Puteo *in tract. de finibus feudorum. c. 40. incip. nunc videndum quẽ allegauit etiam Ioan. Anton. de Nigris. in c. Regni. alienationis actus. nu. 11*
26 Locator, non autem conductor tenetur † ad ſolutionem adohæ principi faciendam, vt ex dictis ſubtiliter *per Alex. in conſil. 4. vol. 5.* percipitur, ex cuius dictis elicitur iſtud procedere in locatione ad modicum tempus facta, quia tractabatur ibidẽ
27 de conductore † ad ſeptem annos, ſuper quo ſcripſit *D. Fabius de Anna in conſil. 3.* cui, vt mihi amico præ omnibus venerando, dixi, quod illud
28 conſilium eſt notabile † quo ad materiam adohę non tamen concernens cauſam, cuius cõſilium tractatur, & maiori ex parte conſilia ſunt quidem vtilia, verum pergit ad diſtinctiones extrauagantes, quæ in tractatibus, non in conſilijs ſcribenda ſunt, ſed attendi debent, quæ ex facto conſultationis eliciuntur.
29 Vſufructuarius, nõ autem proprietarius † ad ſolutionem Adohæ Domino faciendam tenebitur. *Anton. Capic. in deciſ. Neapolitan. 184. num. 3. quem ad hoc ſpecialiter allegat, & ſequitur Renatus Choppinus in Conſuetudine Andegauens. lib. 2. parte 1. titul. 1. articul. 4. vol. 2.*
30 Adoha ſi imponeretur, feudatarius † ſemel tantum ad ſolutionem Domino faciendam tenebitur. *Vincent. de Franchis in deciſ. Neapol. 306. num. 3. Dixi ſupra de feudis. num. 659.*

ARGVMENTVM.

Etſi diſceptatur inter Iuriſperitos, an allodium, vel alaudium ſit dicendum: attamen in eo conſentiunt, quod a Barbaris ſit introductum & in materia feudali retentum. Dicitur eſſe ius purum, & liberum, a nemine, niſi a ſolo Deo recognitum, penes ſuum poſſeſſorem ſemper reſidens. Allodialia ſiue Burgẽſatica bona ſua quilibet laicus, ſi e maſculus ſiue femina fuerit, tam urbanus, quam ruſticus, ſi liberam illorum adminiſtrationẽ habeat feudalia facere poteſt. Sed in Regno Neapolitano id non procedit, cum Comites, & Barones tantummodo excadentias locent, nec feudatarius quis præſumitur niſi probetur, cum quilibet fauorem libertatis pro ſe habeat. De allodialibus ſoluuntur collectę a plebeio poſſeſſis, ſed mutata perſona, & iure in nobilem tradũcto fiunt libera, & citra aſſenſum domini libere alienantur, & etiamſi feudo incorporentur, nihilominus ſuam retinent naturam, nec amiſſo feudo ex cauſa amittuntur. Nec impedit, ſi quis rem de ſuo allodio eſſe negauerit, quin poſtmodum variare, & illam feudalem dicere poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Allodium eſt ius purum, & liberum quod a nemine eſt recognitum, ſed a ſolo DEO, & eſt illius, qui illud poſſidet.*
2 *Allodium vnde dicatur. & num. 3.*
4 *Bona allodialia poſſunt feudalia fieri. Declara. nu. 5.*
6 *Quilibet an infeudare poſſit res ſuas. num. 7. 8.*
9 *Barones poſſunt locare excadentias.*
10 *Princeps nouas dignitates poteſt conſtituere.*
11 *Vaſallus ſi exc auſa amittit feudum, non amittit bona allodialia, & Burgenſatica. Declara. num. 12.*
13 *Negans rem eſſe de ſuo allodio, poteſt poſtmodum variare, & dicere illam eſſe feudalem.*
14 *Allodium feudo incorporatum, non tamen mutat ſuam naturam.*
15 *Allodialis præſumitur res, & libera, non feudalis. Declara num. 16. 17. 18.*
18 *Barones habent intentionem fundatam quo ad iuriſdictionem, & protectionem.*
19 *Hyeronymi Magoni opinio impugnatur.*
20 *Res quælibet ſui natura præſumitur libera.*
21 *Clauſulæ in conceſſionibus caſtrorum, & feudalium ſolitæ.*
22 *Allodium libere poteſt alienari abſque alicuius domini aſſenſu.*
23 *Pro bonis quæ fuerunt prius aliquorum, pro quibus ſoluebantur collectæ, ſi venirent ad Nobilium manus an teneantur pro eis collectas ſoluere.*
24 *In Regno Neapolitano, quoad bona ſolui, debẽt collectæ, ſiue illa a Nobilibus, ſiue ignobilibus poſſideantur.*

TITVLVS XXXVIII.

De Allodijs.

1 ALlodium dicitur † ius purum, & liberum, quod a nemine eſt recognitum, ſed a ſolo DEO, & eſt illius, qui illud poſſidet. *Bald. in titul. cap. 1. num. 1. quem nonnulli dicunt eſſe in c. 1. §. ad hæc. de pace iuram. firman. Guid. Pap. in deciſ. Gratianopol. 112. num. 2. in deciſion. 560. num. 2. ante eum Oldrad. in conſil. 49. Alberic. de Roſat. in l. ſi familiæ. C. famil. herciſcund. Paul. de Caſtro in conſil. 163. in cauſa. Idem Bald. in l. penult. num. 2. C. de ingenu. & manumiſſ. Iacob. Aluarot. in prælud. feud. diuiſ. 15. Iaſon in prælud. feudor. num. 123. Lud. Gozadin. in conſil. 4. num. 7. Marian. Socin. Nepoſ. in conſil. 65. nu. 23. vol. 1. Stephan. Bertrand. in conſi. 169. num. 2. vol. 6. Iacobin. de Sancto. Georg. in inueſtitur. feudal. in Verb. dictique vaſalli promiſerunt recognoſcere. nu. 7. Anton. Capic. in inueſtitur. feud. §. feudorum allodia in princip. Roland. a Vall. in conſil. 32. num. 35. vol. 3. Stephan. Forcatul. in iura feudor. cap. 3. num. 8. Alexand. Raudens de Analogis. libro 1. cap. 34. nu. 13. Ioan. Petr. Surd. in conſil. 15. num. 11. in conſil. 143. num. 22. vol. 1. & in deciſ. Mantuan. 177. num. 5. Ioſeph. Maſcard. de probat. concluſ. 79. num. 2. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. mpt. 91. num. 25. Franciſcus de Claperijs in deciſ. fiſcal. cauſa. 29. q. 2. num. 2. Nicol. Intrigliol. de feudis. q. 43. num. 3. cum pluribus ſeq. Renatus Choppin. in Conſuetud. Andegauen. lib. 1. cap. 16. ſub num. 5. in marginalibus. & cap. 31. articul. 6. vol. 1. & lib. 2. titul. 5. articul. 1. vol. 2. Petrus de Gregor. Sicul. de conceſſ. feud. parte 5. q. 5. num. 8. & ego alios allegaui. in conſil. 40. num. 4. Centur. 1. Vincent. de Franch. in deciſion. Neapolitan. 131. num. 11. Petr. Gregor. Syntagm. iuris vniuerſ. lib. 6. cap. 1. num. 7. 9.*

2 Allodium vnde dicatur, an dici debeat † alaudium, vel alio modo, multa comminiſcuntur *Guliel mus Budæus in l. Herennius. ff. de euiction. Ioan. Pyrrhus Anglebermæus in conſuet. Aurelianenſ. titul. de ſeruitutib. c. 23. & plenius, & clarius* Franciſ. *Hotto man. de verbis Feudalibus. in veb. Alode. quos ego retuli in conſil. 40. nu. 4. 5. Centur. prima.* Sed hæc no-

3 mina e Barbaris principium habuere †, & pro reliquijs apud nos conſeruantur. *videndus eſt Iacobus Cuiac. feud. lib. 2. cap. 17. copioſe Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuerſ. lib. 6. cap. 1.*

4 Bona allodialia poſsunt † feudalia fieri. *And. de Iſern. in c. 1. num. 16. de controuerſ. apud. pares terminanda. quem refert, & ſequitur Matthias Coler. in deciſ. German. 80. num. 1. Idem Iſern. in dicto tit. de Allodiis. ſiue in §. ad hæc num. 7. de pace iur. firm.*

5 Declara tamen non poſse dominum † aliquem, vel Baronem ſua authoritate rem allodialem, ſiue Burgenſaticam feudalem facere, ſed illam offerre Principi recognoſcendo illum in dominum, & ab ipſo illa recipiendo, & feudi noui iure cenſetur, in quo tranſuerſales non admittuntur ad ſucceſſionem. *Vdalrich. Zaſ. in tract. feudor. parte 3. nu. 8. Ludolphus Schraderus de feudis, parte 2. cap. 3. num. 63. vol. 1. De ſimili. in feudum recognitione loquitur Deci. in conſ. 516. nu... Claudius de Seyſſello in Specu. feudor. titul. qui feud. dare poſſ. fol. 288. in paruis impreſſis Baſileę. in anno. 1566 per Thomam Guarinum*

6 *verſ. quarto amplia. & verſ. quinto amplia.* Vbi † dicit laicos, qui plenam adminiſtrationem rerum ſuarum habent, non ſolum res, quas ab alijs tenent ſed etiam res quas poſſident, non ſolitas dari, in feudare poſſe. Idem tenuit poſt Baldum Iaſon *in Præludiis feudorum. num. 75. verſ. Septimo quæro.*

7 dum dicit olim in feudum dare, & infeudare † ſolitos viros in magna, ac ſumma authoritate conſtitutos, ſed hodie etiam Ruſtici infeudare poſſunt, ſi habent ſuorum bonorum adminiſtrationem. Quẽ ſequutus Gulielmus Hannetonius iuris feudorum *lib. 1. cap. 5.* inquit: hodie quolibet laicus qui libe-

8 ram ſuorum bonorum adminiſtrationem † habet, ſiue maſculus, ſiue femina, ſiue vrbanus, ſiue Ruſticus ſit, propria ſua bona in feudum de nouo concedere, & feuda antiqua renouare, eaque ratione ſibi vaſallos acquirere poteſt. *Petrus Gregorius Syntagmate iuris vniuerſ. lib. 6. cap. 6. num. 9.*

9 Declarandũ eſt tamẽ, præſertim in hoc † Regno, in quo nec comites, nec Barones (quanto minus perſonæ inferiores) poſſunt niſi locare excadentias, qui & ſi Burgnẽſes ſint, nihilominus in feudatus de tali allodio, tanquam ignobilis per infeudationem conſequitur nobilitatem, non quidem ab ipſo infeudante, qui cum ſit ignobilis, non poteſt dare quod non habet, tamen hoc conſequitur quia

10 eſt neceſsaria Principibus voluntas, † permiſſio, & confirmatio, qui poteſt etiam nouas dignitates cõſtituere. *Ita Andr. de Iſern. in dicto. c. 1. §. ad hæc. de pace Iuram. firm. num. 7. ver. patet hinc & ſine illa ex allodiali feudalis fieri nequit. Anton. Capic. in inueſtitur. feudal. §. feudorum allodia. in fin.*

Si vaſallus feudatarius ex cauſa amitteret feudum, non dubium eſt, quod bona allodialia, & Bur

11 genſatica † non amittuntur. *Alexand. in conſi. 103. num. 17. in fin. vol. 1. Matth de Afflict. in c. 1. §. Item ſi fidelis. num. 74. quib. modis feud. amittatur in c. §. nulla. num. 21. per quos fiat inueſtitura.*

12 Declara, niſi illa bona quolibet † modo facta fuerint ex allodialibus feudalia, quia ea amitterentur ex cauſis, ex quibus amittuntur alia feudalia, & poſt innominãdum auctorẽ. *Ludolphus Schrader. de feudis. parte 9. ſecunda partis. ſectione. 4. ſub nu. 7. verſ. Hæc tamen concluſio. par. 1.*

13 Negans rem eſſe de ſuo allodio, poteſt † poſt modum variare, & dicere illam eſse feudalem. *Clo. in l. At ſi quis. §. ſed interdum in verſ. oportebit. ff. de Religio. & ſumptib. funer. & in l pen. C. de ingen. & manumiſſ. huius gloſsæ meminerunt. Ioan. Raynaldi in comprehenſor. feudor. in Rep. c. Imperialem. in princ. verſ. ſexto, & vltimo quæro. Iacob Spiegell. in Lexico. in verb. Allodium. Anton. Capic. in inueſtitur. feudal. in verb. feudorum allodia.*

14 Eſt tamen notandum, quod ſi † allodium ſit feudo in-

do incorporatum, non ideo mutabit allodij naturam, *vt poſt Lipſens. in deciſ.* 161. *vol.* 2. *voluit Matthi. Coler. in deciſ. Germaniæ.* 219.

15 Allodialis præſumitur † res, & libera, & non feudalis. *c.* 1. §. *inter filiam. & §. defuncto. ſi de feud. defuncti content. ſit inter domin. & agnat. vbi Bald. idem Bald. in c.* 1. *de vaſall. qui contra Conſtit. Lothar. & in l. libertas. ff. de ſtatu homin. Albert. Brun. in conſil.* 1. *nu.* 1. *Iacobin. de Sanct. Georg. in inueſtitur. feudal. in verb. dictiq; vaſalli promiſerunt recognoſcere. num.* 7. *Bartholom. de Chaſſan. in conſil.* 66. *num.* 3. *Andr. Alciat. in conſil.* 160. *num.* 26. *& in conſil.* 172. *nu.* 4. *Ant. Capic. in inueſtit. feudal.* §. *feudorum allodia. col.* 2. *verſ. Allodialis res. Auguſtin. Berous in conſil.* 110. *nu.* 69. *vol.* 1. *& in conſil.* 49. *numero* 6. *vol. Curtius Senior in conſil.* 75. *nu.* 1. *Lancellott. Gallia. in conſil.* 25. *nu.* 26. 114. *vol.* 1. *Gerard. Maynard. in deciſ. Tholoſ.* 35. *lib.* 4. *D. Octauius Dammacarius in dicto* §. *inter filiam. nu.* 2. *per Octauian. Cacher. in deciſ. Pedem.* 26. *num.* 13.

16 Amplia, adeo vera eſſe ſupranarrata † quod trãſfertur onus probandi contrarium, & idcirco Domini, & Barones non habere intentionem fundatam, ſuper rebus in eorum territorio ſitis, *dicit Nicol. Bellonus in conſil.* 10. *nu.* 3. *q.* 10. *Sequitur Lãcellot. Gallia in conſil.* 25. *nu.* 115. *vol.* 1. *Ante eos Hoſtienſ. in c. nimis. de iureiur. dicit*, quod non ex quo

17 quis poſſideat † prædia in prouincia alicuius domini, aſtringi debet ad iurandam illi fidelitatem, quia non præſumitur feudatarius, niſi probetur, quos ſequitur *Iacobin. de Sancto Georgio in inueſtitur. feudal. in verb. Dictique vaſalli promiſerunt recognoſcere. ſub num.* 6. *ſequit Anton. Capic. in inueſtitur. feudal.* §. *feudorum allodia. col.* 2. *verſ. & ex prædictis.*

18 Declara hanc ampliationem, quod † Domini, & Barones, & ſi non habent fundatam intentionem, quo ad proprietatem bonorum, ſecus vero quo ad iuriſdictionem, & protectionem. *Abb. Panor. in c. ſi diligenti. in princip. ex. de præſcript. Iacobin. in loco proxime allegato. & dicam in tit. de iuriſdictione.*

19 Ex his non eſt tutum, quod † ſcribit Hieronymus Magonius *in deciſ. Florentin.* 2. *in fin.* dicens, quod Baro, de cuius inueſtitura conſtat, & vaſallus poſſidet aliquod territorium, illud in dubio præſumitur feudale, niſi allodiale, & liberum probetur, ſi vero alius priuatus non inueſtitus ſecus, *vt ex Cæſare Vrſill. in deciſion.* 267. Ex quo cum ſui natura

20 quælibet res libera † præſumatur. c. Ius gentium. 1. diſtinct. non idcirco erit dominus bonorum omnium, cum in iſtis conceſſionibus Caſtrorum, non

21 ſpecificentur confinia, † ſed clauſulæ ſolitæ ſint, cum planis, montibus, terris, & ceteris, quæ clauſula alio modo interpretatur, vt dicam in titulo de clauſulis.

22 Allodiũ a Domino † libere alienari poteſt nullo requiſito alicuius ſuperioris aſſenſu, *Vincent. de Franchis. in deciſ. Neap.* 540. *num.* 12.

Ad collectas, & indictiones pro bonis allodialibus habitis a plebeis, quę prius erant † regiſtrata, & fiebat ſolutio, demum peruentis in poſſe Nobilium, ratione mutationis perſonæ non teneri ſcribit Guido Papæ *in deciſ. Gratianop.* 384. *quem ſequitur Renatus Choppin. in conſuetud. Andegau. lib.* 1. *c.* 31. *ſub articul.* 6. *parte prima.* Sed in hoc Regno Neapolitano ſiue apud plebem, ſiue apud No

24 bilitatem † pro illis fit Collectarum, & Tributorum ſolutio.

ARGVMENTVM.

Releuium incognitum de iure communi, & moribus Regni Neapolitani introductum, eſt præſtatio de feudo extrinſeca per ſuccedentem in illo Regi, vel Domino propter renouationem, & confirmationem inueſtituræ oblata, cuius quantitas in medietate fructuum feudalium in anno, quo feudatarius moritur, collectorum conſiſtit, inde dictum, quod releuet Dominum cui fit ſolutio, vel feudatarium quaſi de nouo a Domino honoratum. Ad cuius exolutionem non tenetur Prælatus eccleſiæ, nec vniuerſitas, nec minor, cũ quo expectatur donec ad maiorem ætatẽ peruenerit, & fidelitatis Sacramentum dixerit, neque, ſi donatio, vel refutatio præceſſit, filius, aut alter immediatus ſucceſſor, niſi donatio omnium bonorum facta fuiſſet, quo caſu ob fraudis præſumptionẽ deberetur, quæ nunquam in matrimonio attenditur. Similiter non exigi poteſt ab emptore, non a muliere pro aſſecuratione dotis, nõ ab eo, cui reſeruato vſufructu feudi donatio eſt facta, ſed vſufructuarius pro illo obligatus remanet, neque a viro feudum in dotem ab vxore habente, illa ſuperſtite, neque a legatario, quando aſſenſus præceſſerit. Soluitur ſine expenſarum deductione, & ſi annus fuerit ſterilis, differtur in ſequentem fertilem, ſi ſterilitas omnes fructus perdiderit, alias æqualitas in fęcunditate aliquorũ fructuum cum in fęcunditate inſtituenda erit.

SVMMARIVM.

1 *Releuium eſt præſtatio a feudo extrinſeca.*

2 *Præſtatio Releuij odioſa, & conſuetudine introducta.*

3 *Releuij mentionem fecit Federicus Secundus Imperator.*

4 *Releuationes quædam ſunt in Gallia apud Aurelianenſes.*

5 *Releuii quantitas eſt medietas fructuum feudi illius anni, quo moritur feudatarius. nu.* 22.23.

6 *Succeſſor in feudo ſoluit Releuium Domino pro renouatione inueſtituræ.*

7 *Releuium vnde dicitur. num.* 8.

9 *Releuium non ſoluit minor, ſed declara. num.* 10.

11 *Prælatus pro feudo eccleſiæ non ſoluit Releuium, niſi duobus caſibus. ibi.*

12 *Vniuerſitas pro feudo, an teneatur ad ſolutionẽ Releuij. Declara num.* 13.

14 *Si fit donatio a patre, vel refutatio filio, vel alteri immediate ſucceſſori, Releuium non præſtatur. num.* 15.16.17.

18 *Expenſæ, & ſumptus non detrahuntur. num.* 19.

19 *A decimis expenſæ non detrahuntur.*

20 *Quæſtiones ducere ad inconueniens non eſt ſoluere.*

21 *Fructus dicuntur deductis expenſis.*

24 *Releuium non debetur a muliere, quæ aſſecuratur pro dotibus.*

25 *Qui fecit donationem feudi, reſeruato ſibi vſufructu, qui habet vſumfructum ſoluit Releuium.*

26 *Qui non petit renouationem feudi intra annum, & diem a morte feudatarii, ſoluit duplicatum Releuium. Declara tamen nu.* 27.28.29.30.

31 *Mortuo viro, qui habuerat feudum in dotem ſuperſtite vxore, non datur releuium.*

32 *Si eſt annus ſterilis, quomodo facienda eſt Releuii ſolutio. num.* 33.

34 *Legatarius, cui prẽuio aſſenſu legatum eſt feudum, Releuium ſoluere non cogitur.*

TITVLVS XXXVIII.

De Releuio.

Releuium eſt moribus inductum, illiuſq; ſolutio fit Regi, vel domino per ſuccedentem in feudo, iuri communi incognitum, & dicitur præſtatio a feudo

1 extrinſeca, † vt dicit *Andr. de Iſern. in c.* 1. §. *ſed etiam res. num.* 15.16.17. *Per quos fiet inueſtitur. & in cap.* 1. §. *ſimiliter in oſtenditijs. num.* 3. *de capitul. Conrad.* De hoc Releuio moris in Regno fuiſſe meminit Federicus Imperator, *in Regni. Cõſt. poſt mortem. vbi Marinus de Caramanico gloſſator.* Quam præſtationem odioſam, & conſuetudine introductam ſcribit *Bald. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit.*

2 *plene Marin. Freccia* † *de ſubfeud. Baron. lib.* 2. *authorit.* 3. *num.* 1.2.3. Vbi allegat ad hoc Præpoſitum Oldradum, Socinum, Albertum Brunum, & alios, qui omnes de laudemio, non de releuio loquuntur quorum multiplex eſt differentia, laudemium enim datur in caſu alienationis, vt dictum eſt in titulo de laudemijs. Releuium vero in caſu mortis Baronis, vel feudatarij. Alterum dicit, de more Gallorum tunc in Regno viuentium ex Carolo Molineo id dicente, quod ſimiliter verum non eſt, cũ de

3 hoc more Reuelij Federicus † Imperator *in dicta conſtit. poſt mortem.* dixerit ante eum id vſu fuiſſe, & tamen poſt ſexaginta circiter annos Carolus primus e Gallis Rex fuit in Regno, & per ſæculum mos iſte fuerat. In Gallia etiam paucis in locis hic

4 mos extat, ſolũ apud Aurelianenſes, dicũtur † quędam Releuationes Arbitrarie apud Gallos eorum lingua materna (Releuoinſos a plaiſir) dicta, quarum relationem facit Renatus Choppinus *in conſuetu. Andegauens. lib.* 1. *cap.* 4. *articul.* 14. *parte* 1. De ſupra notato autem Releuij more. *Paris de Puteo de redintegrat. feudor. cap.* 91. *nu.* 13. *incip. Pone quod ſunt duo. fol.* 57. *& in titul. de verb. ſignific. in verb. Releuium. Idem Paris in titul. per quos fiat inueſtitur. col.* 3 *verſ. an illi qui habent petere. & in titul de capitul. Conrad. col.* 5. *verſ. nota hic quod releuia. Petr. de Gregorio Siculus de conceſſione feudorum. parte* 8. *q.* 16. *titul. de iure Releuij num.* 1. *Camil. Salern. in conſuetud. Neap. incip. in bonis. ſub titul. in quibus Reb. habet locum quarta. In Apoſtill. incip. denique quarta concordantia.* 19. *& concord.* 20. *Franciſc. de Amicis. de feudis.* §. *ex hac Theorica. num.* 1. *fol.* 50. *& in.* § *prodeſt. num.* 2. *fol.* 125. *Ioan. Franciſc. de Ponte. in conſil.* 30. *num.* 39. *cum duobus ſeq. volum.* 1. *Ioan. Anton. Lanar. in conſil.* 30. *num.* 13. *volum.* 1. *Ioan. Vincent. de Anna in allegat.* 95. *num.* 1. *& in ſingul.* 434. *Vincent. de Franchis in deciſ.* 121. *num.* 6.7.

5 Eſt autem quantitatis releuij medietas † fructuũ feudi illius anni, quo moritur feudatarius. *Andr. de Iſern. in dicta conſt. poſt mortem. Sigiſmundus Loffredus in dicto.* §. *ſed etiam res. Marin. Freccia in dicta Authorit.* 3. *nu.* 5.28. *Petr. de Greg. Sicul. de feud. p.* 8. *q.* 16. *tit. de iure Releuij. num.* 7. *Paris de Puteo de verb feudal. ſign. in verb. Releuium. & in titul. de capitul. Cõradi. Matth. in dicta conſt. poſt mortem. in fi. Vincent. de Franchis. in deciſ. Neap.* 121. *num.* 7. *D. Conſiliarius Georgius. in alleg.* 18. *nu.* 23.

6 Soluitur Releuium domino a ſucceſſore † in feudo ob renouationẽ, & confirmationem inueſtituræ. *Paris de Puteo. in titul. per quos fiat inueſtitura. col.* 3. *verſ. an illi.* Et in ſignum deuotionis, ac reuerentiæ. *Marin. Freccia de ſubfeud. Baron. lib.* 2. *Authoritat.* 3. *nu.* 3. *Vincent. de Franchis in deciſ.* 121. *num.* 7.

7 Et hinc dicunt † Releuium appellatum, a releuando, quia releuat illum, cui fit ſolutio. *Andr. de Iſer. in dicta Conſt. poſt mortem, & in dicto c.* 1. §. *ſimiliter in oſtenditijs. num.* 3. *de Capitul. Conradi. Sequitur Marin. Freccia in dicta Authorit.* 3. *num.* 3. *Paris de Puteo in dicto. tit. de capitul. Conradi. col.* 5. *Petr. de Gregor. Sicul. de conceſſion. feud. parte* 8. *q.* 16. *titu. de iure Releuii. numero ſecundo. Ioſephus Cumia in capitul. ſi aliquem. Regni Siciliæ. in verb. Seruitii. numero* 53. *quem refert, & ſequitur Nicol. Intrigliol. de feudis. articul.* 5. *numer.* 629. *Cẽtur.* 2.

Et nomen iſtud vſu gentium introductum, *arg. l. Labeo. ff. de ſupellectili legato.* tanquam rei conſo-
8 num † dicit *Iſern. in dicto. §. ſimiliter num. 3.* poteſt etiam intelligi, quod releuet etiam feudatarium, qui ob renouationem, & confirmationem inueſtituræ videtur releuatus, & quaſi de nouo honoratus a Domino.

Cum tamen ſucceſſor, vt dictum eſt, ſoluat releuium, ſi minor fuerit releuium † non ſoluit. *vt dicit*
9 *Andr. de Iſern. in dicto. §. ſimiliter in oſtenditijs. ſub num. 3.* ſed illud ſoluere tenebitur adueniente ma-
10 iori ætate, cum præſtabit Domino † fidelitatis iuramentum, vbi Andreas ibidem aſſeruit.

11 Prælatum non teneri † ad ſolutionem releuij pro feudo eccleſiæ, quod teneret a principe laico, quia non eſt ſucceſſor in feudo, niſi ab initio conceſſionis tempore actum eſſet, vt releuium ſolueretur in morte prælati, aut ſi curia Regia, vel Princeps ſint in quaſi poſſeſſione iuris exigendi, vt concludit idem Andreas de Iſernia *in dicto. §. ſimiliter in oſtenditijs. num. 4. cum pluribus ſequentib. quem refert, & ſequitur Freccia in dicta Authoritate. 3. num. 48. & Nicol. Intrigliolus de feudis. articul. 5. num. 636. 637. Centur. 2. Petrus de Gregor. Sicul. de conceſſ. Feud. parte 8. q. 16. titul. de iure Rele. nu. 4.*

12 Vniuerſitatem etiam ad Releuij † ſolutionem non teneri ſcripſit Marinus Freccia de ſubfeudis Baronũ *lib. 2. Authorit. 3. nu. 49.* quemadmodum dictum eſt quo ad eccleſiam, & prælatum, quem ſimpliciter ſequitur *Intrigliol. in dicto articul. 5.*
13 *num. 638.* Sed ego † video, quod cum vniuerſitas Oliueti emerita Curia Regia iuriſdictionem Portulanię, & ſecundarum cauſarum *vt dixi in conſil. Centur. 2.* exegit bis ab vniuerſitate Releuium ex ordine Regiæ Cameræ ipſa curia Regia.

Quando fit donatio, ſiue refutatio a patre filio,
14 aut alteri immediate ſucceſſuro in † ipſo feudo, releuium non præſtatur Domino. *Ita Andr. de Iſern. in dicto c. 1. §. ſed & res. num. 15. per quos fiat inueſtit. Quem ſequitur ibi Matth. de Afflict. num. 21. vſque ad num. 25. & in conſt. Conſtitutionem Diuæ memoriæ. nu. 16. quos ſequitur Roland. a Vall. in conſil. 64. nu. 21. 22. vol. 2. Marin. Freccia in dicta Authoritate. 3. num. 43. Paris de Put. in tit. per quos fiat inueſtit. col. 3. verſ. an illi. Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. parte 8. q. 16. tit. de iure Releuii. num. 3. Nicol. Intrigliol. de feudis articul. 5. num. 1078. Centur. 2. Ioan. Vincent. de Anna in alleg. 23. num. 6. 7. in Rep. cap. 1. num. 226. de vaſall. decrep. Garſias Maſtrill. in deciſion. Sicil. 1. num. 10.*

15 Declara ſecus, ſi feudatarius † donaret omnia bona, quia præſumeretur fraudulоſa donatio, & deberetur releuium. *Andr. de Iſern. in dicto. §. ſed & res. num. 15. Paris de Puteo in titul. per quos fiat inueſtitur. col. 3. verſicul. An illi, Matth. de Afflict. in dicto. §. ſed & ſi res. num. 25.*

16 Intellige, niſi donatio † fieret omnium feudorum intuitu matrimonij, quia eo caſu ceſſat fraus. *poſt alios Ioan. Vincent. de Anna, in Alleg. 23. numero 7.*

Declara ſecundo, quando in conceſſione feudi eſſet dictum, quod ſi tranſiret feudum ad aliam
17 † quamcunque perſonam, ſolueretur Releuium, quia tunc etiam ſi eſſet facta alienatio, ſiue refutatio in proxime ſucceſſurum, Releuium deberetur, *vt dicũt Andr. de Iſern. in dicto. § ſed & res. nu. 15. Afflict. num. 25.*

18 An ex Releuij ſolutione † detrahendæ ſint expenſæ, & ſumptus. Propoſuit hanc quæſtionem Matthæus de Afflictis *in dicto. §. ſed & res. num. 26.* Vbi dicit, valde ipſum mirari, quod Andreas de Iſernia illam non tractauerit, & tamen ipſe concludit expenſas non eſſe detrahendas, ponens exẽplum Decimarum D E O debitatum, quod quemadmodum a decimarum fructibus expenſæ non
19 † detrahantur. *argu. c. tua nobis. extra de decimis.* ex quo illæ debentur Deo in ſignum vniuerſalis Dominij. Eodem modo, quod Rex, cũ ſit vniuerſalis dominus feudorum, debeat habere Releuium ſine deductione expenſarum.

Ego meum afferam iudicium, qualecunque illud fuerit breuibus, vt Summiſtas decet, & ducã
20 † ad inconueniens, quanquam ducere quæſtionẽ ad inconueniens non ſit ſoluere. Conſiderandum arbitror, quod ſi iſtud Releuium conſiſtit in danda medietate fructuum feudi, ſi vt fructus, neceſſe
21 eſt inuitis dẽtibus dicere, illos intelligi † deductis expenſis. *l. fructus. ff. ſol. matrimon. l. 1. C. de fructib. & lit. expenſ.* Aſſerere autem, quod dicta medietas fructuum, vti portio feudalis, cum fructus ſaltem pẽdentes, & a ſolo non ſeparati ſint feudales. *l. fructus pendentes. ff. de Rei vendic. cum dictis per Ioan. Copum. de Fructibus. lib. 1. titul. 3. cap. 6. & ad materiam Angel. in conſil. 245. in ſecundo dubio. Raph. Comenſ. in conſil. 99. Barth. Brixienſ. quæſt. Vener. 20.*
22 *incip. quidam Canonicus.* Diceremus † quod releuium debetur ex feudo, & hoc dicendo eſt contra dictum *Andr. de Iſern. in dicto. §. ſed & res. Per quos fiat inueſtitur. & in dicto. §. ſimiliter in oſtenditiis. de Capitul. Conrad. quibus in locis dicitur, quod Releuium eſt res extrinſeca a feudo.* Ita quod dicerem quod quanquam Releuium ſit medietas fructuum
23 feudi, illa medietas non eſt vti de fructibus, † ſed eſt poſita taxationis, & æſtimationis loco, ea æſtimatione, quæ pretium facit, ita quod datur quantitas pecuniarum, quæ æquiualeat illi medietati fructuum feudi, cum non debeatur niſi a poſſeſſore non a feudo, & hoc innuunt etiam verba *Vincent. de Franchis. in deciſ. Neap. 121. num. 8. vide quod dicit Freccia in dicta authorit. 3. nu. 29.*

Non deberi Releuium ab emptore, non a mulie
24 re, quæ aſſecuratur pro dotibus, † *Scribit Andr. de Iſer. in dicto c. 1. §. ſimiliter in oſtenditiis. ſub nu. 3. verſ. Hoc Releuium. Quam ſequitur Petr. de Gregor. Sicul. de conceſſ. feudor. par. 8. q. 16. tit. de iure Releuii. nu. 4. & poſt eundem And. de Iſern. in conſt. Iost mortem. voluit Marin. Freccia de ſubfeudis Baron. lib. 2. Authorit. 3. nu. 50.*

25 Ille cui fuit facta feudi donatio † vſufructu ſibi reſeruato, non ſoluit Releuium, ſed fructuarius,

vt

vt poſt Modernos Parienſes voluit Vincent. de Franchis in deciſion. 121. *num.* 3. *Don Garſias* Maſtrill. *ad Petr. de Gregor. Siculum. de conceſſ. feud. parte* 8. *q.* 16. *tit. de iure releuii. in verb. ſucceſſuro in feudo.*

Non petens ſucceſſor in annum, & diem a morte feudatarij renouationem, & confirmationem in
26 ueſtituræ † ſoluit duplicatum releuium. *Marin. Freccia de ſubfeud. Baron. lib.* 2. *authoritat.* 3. *num.* 7. *Ioan. Vincent. de Anna in alleg.* 65. *num.* 2. *Vincent. de Franchis in deciſion.* 121. *num.* 15. *& in deciſ.* 426. *num.* 1. *Surd. in deciſ. Mantuan.* 221. *ſub nu.* 24. *dico ſupra. in tit. de feudis. num.* 91. *cum pluribus ſeq.*

27 Verum ſupradicti Doctores † non dicunt, vnde habuit ortum iſta conſuetudo, quod fiat duplicati releuij ſolutio, *cum Andr. de Iſern. in c.* 1. §. *ſancimus. vt nemo miles. ſub num.* 3. *verſ. in Regno Siciliæ. Quo temp. miles.* dicat, pœnas amiſſionis feudi remitti in Regno Siciliæ, niſi ob contemptum fue-
28 rit † ceſſatum, quia rex munificus non debet anguſtare vaſallos iuris ignaros, per anguſtiam temporis, dicuntur quidem arctationes, temporis anguſtiæ. *l. fin. C. de edict. Diui Adrian. Toll. refert hoc Freccia in dicta Authorit.* 3. *num.* 7. *ex Gulielm.* Perno *in Notabilibus feudorum referens Andre. de Iſer.*
29 *in loco allegato. Petr. de Gregor.* † *in dicta parte* 8. *q.* 16. *tit. de iure Releuii. ſub num.* 9. iunxit duo verba eſſe quando dicit, in Regno conſueuerunt remitti iſtæ pœnæ, ipſe ſub addidit *pro releuio non ſoluto* quod non dicit Iſernia. Tamen iſta conſuetudo
30 † capiendi duplicatum releuium, ſumpta eſt a Regno Siciliæ vltra Pharum, in quo habent cap. ſub titulo de Notarijs, qui contractum releuij confecerunt. Quod fuit Regis Petri de quo capitulo meminit idem Petr. de Gregorio in loco allegato. Et ex eo iure credo captam conſuetudinem præfatam in Regno hoc Neapolitano.

Quando moritur vir, qui habuerat in dotem feu
31 dum ab vxore, illa ſuperſtite † non debetur releuium, *ita fuiſſe deciſum per Regiam Cameram Summariæ in morte Ferdinandi Capani, ſuperſtite Iſabella Sances vxore, ſcribit Ioan. Vincentius de Anna in rep. conſt. conſtitutionem Diuæ memoriæ. num.* 20. *cum duobus ſeqq. & in Allegat.* 95. *ſub num.* 10. *quem ſequitur ſimpliciter eruditiſſimus D. Garſias* Maſtrillus *ad Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. parte* 8. *q.* 16. *in titul. de iure Releuii. in verb. ſucceſſuro in feudo. in fin.*

32 Non omittam, quod ſi annus † mortis feudatarij eſſet ſterilis, poſſet fiſcus præſtari ſibi facere Releuium in anno fertili, & hoc procedit, ſi eſſet ſterilitas omnium fructuum, ſecus vero ſi eſſet vbertas aliquorum & ſterilitas aliquorum, quia tunc medietatem illam ſuſcipere tenetur fertilium, & infertilium. Ita amicus noſter Franciſcus de Amicis, *de feudis.* §. *& quia.* §. *ex hac Theorica. nu.* 1. *fol.* 49. 50. *nihil allegat niſi Andr. de Iſer in c.* 1. *num.* 1. *de Notis feud. & in c. imperialem.* §. *illud. in fin. de prohibit. feud. alien. per Feder.* Ex illo pendet, quod cum debeatur de anno, ſi illo anno deficiant, ſuppleri *debent in anno* futuro. *l. ex eo vino.* 13. *ff. de tritic. vin. & oleo legato. l. inter ſtipulantem.* §. *ſacrã. verſ. ſi ſtipulatus fuero. ff. de verb. oblig. l. Lucius Titius. ff. de alim. & cib. leg. l. legatum.* 17. §. *vini Falerni. ff. de ann. legat.*

Verum in contrarium facere videtur, vt ex illis tantum fructibus debeatur, qui illo anno erunt in
33 feudo *per tex.* †*in l. cum certus.* 5. *ff. de tritic. vin. & ole. leg.* Quia ille textus facit ad propoſitum, quia medietas fructuum taxationis loco facta videtur. & negari non poteſt, quin dubia ſit iſta quæſtio.

34 Legatarius cui eſt legatum feudum † præuio aſſenſu, non tenetur ſoluere releuium, *vt dicit Io. Thom. Minadous in rep. Conſtitutionis Conſtitutionem Diuæ memoriæ, in princ. in verb. de ſucceſſione. num.* 52. 53. Vbi aduertit eos, qui ſunt aſsenſum quandoque præſtituri ſuper legatis, vt reſeruentur Releuia fiſco Regio debita.

ARGVMENTVM.

Solutio vitæ, & militiæ, ex ſpeciali conſuetudine in Regno Neapolitano fuit introducta. Primogenitus enim ſucceſſor feudorum iure Francorum ſecundogenito, & alijs fratribus illam præſtare tenetur, cum alias de cõmuni feudorum iure omnes ſuccedebant. Quãtitas illius pro modo facultatum æſtimatur, quod ſit tertia pars illius portionis, quam ab inteſtato quis habiturus eſſet. Non igitur in feudorum corpore, ſed in pecunia conſiſtit, & equiparatur paragio, quod datur mulieri a ſtatuto excluſæ. Cum ſit onus reale a quolibet feudi poſſeſſore debetur ſecundogenito, & alijs fratribus, ſiue ſint legitimi, ſiue, vt in Sicilia, ſpurij, licet pater illis aliquod feudum reliquerit, aut diuitijs abundẽt, nullis attamen deductis expenſis. Denegatur autem Cardinali, tranſuerſalibus, & nepoti, pro quo Sacrũ Conſilium, quod ſit admittendus, iudicauit. Super illa ſine Regio Aſſenſu non fit compromiſſum, tãquã certo iure, quamuis de incerta illius quantitate permittatur, ad quam taxandam conſiderantur fructus tẽpore mortis feudatarij exiſtentes, & adoha minime de vita, & militia ſoluitur.

SVMMARIVM.

1 *In viuentibus iure Francorum quo ad feuda primogenitus ſuccedit.*

Iure communi feudorum æqualiter omnes filij ſuccedebant.

2 *In Regnis, Principatibus, Ducatibus,* Marchionatibus, *& ſimilibus ſuccedit Primogenitus.*
Regna, Principatus, Ducatus, Marchionatus ſunt indiuiſibilia.

3 *Feuda (exceptis ſupradictis) de iure communi feudorum diuiſibilia ſunt.*

4 *Feudum iure Francorum, quomodo intelligatur?*

5 *Vita, & militia a primogenito debetur ſecundogenito, & alijs.*

6 *Regnũ, Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & totum feudum eſt pro legitima Primogeniti.*

7 *In feudis præfatis a primogenito debetur legitima alijs fratribus non in feudorum corpore, ſed in pecunia.*

8 *Pecunia, quæ datur pro legitima fratribus a primogenito nihil aliud eſt in Regno Siculo, & Neapolitano, niſi vita, & militia. nu. 9. 14.*

10 *Vita, & militia, an ſit loco legitimæ? nu. 12. 14.*

11 *Vita, & militia, an ſit loco alimentorum? num. 12. 14.*

13 *Vita, & militia, an ſit Portio feudi? 14.*

15 *Vita, & militia ſecundogenito debetur, quamuis aliquod feudum illi reliquerit pater.*

16 *Vita, & militia debetur ſecundogenito, licet ſit dines.*

17 *Vita, & militia ſemel data, amplius non debetur.*

18 *Vitæ, & militiæ quantitas non eſt certa, & determinata, ſed eſt ſine dubio tertia pars illius portionis, quam habiturus eſſet ab inteſtato. nu. 19. 20. 21. 22. 23.*

24 *Vita, & militia, an debeatur filio ſpurio.*

25 *Cardinali an debeatur vita, & militia nu. 26.*

27 *Vita, & militia non datur tranſuerſalibus.*

28 *Compromiſſum de vita, & militia an fieri poſſit? nu. 29. 30. 31.*

32 *Taxatio vitæ, & militiæ, conſiderata fructuum perceptione tempore mortis feudatarij fit.*

33 *Habentes vitam, & militiam, an teneantur ad ſolutionem Adohæ?*

34 *Publicatis & confiſcatis bonis per Curiam Regiam quorundam rebellium, fecit Princeps indulgentiã omnibus, etiam quo ad bona, exceptis creditis debitis Curiæ Regiæ vita, & militia præteriti, & futuri temporis datur ſecundogenito. nu. 35.*

36 *Vita, & militia debetur filio ſecundogeniti a filio primogeniti poſt mortem Aut. nu. 37.*

38 *Vita, & militia eſt onus feudi. nu. 44.*

39 *Vitæ, & militiæ ſolutio ſequitur feudi poſſeſſorem.*

40 *Promittens non petere vitam, & militiam a fratre primogenito, an illo mortuo hoc pactum tranſeat ad ſucceſſores? Declara. nu. 41. 42. 43. 44. 45.*

41 *Bernardinus Siriphilus I.C.* Magiſtratus Regum Poloniæ.

TITVLVS XXXX.

De vita, & militia.

PRimogenitus, in viuentibus iure Francorum, ſuccedit in Regno, & Principatu
1 ac feudis per † ſpeciales conſuetudines, & ſtatutum, vt ſtatim dicam. Nam iure communi feudorum æqualiter omnes ſuccedebant. *c. 1. §. omnes filij. ſi de feudo fuerit contr. interdom, & agnat. c. 1. §. 1. verſ. ſed cum hoc iure. de his, qui feud. dar. poſſ. & c. imperialem. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alien. per Federic.* Verum id locum habet in feudis non regalibus, quia in regalibus, vt Regna, Principatus, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, non ſuccedit, niſi primogenitus,
2 cum iſta feuda ſint indiuiſibilia, † *vt ſcribit Matth. de Afflict. in deciſion. Neapolitan. 265. nu. 17. Franciſc. Viui. in deciſ. 130. num. 1.* Alia vero feuda omnia diuiſibilia ſunt de iure † communi feudorum.
3 *Ioan. Vincent. de Anna in ſingul. 199. Vincent. de Franchis. in deciſion. Neapolitan. 73. num. 22. Et plene dixi ſupra in titul. de feudis. num. 224. cum pluribus ſequentib.*

Verum in ſuccedentibus iure Francorum, & præſertim in hoc Regno Neapolitano (quod non in-
4 telligitur † de iure Regni Galliæ, vt multi perperam intellexere, ſed vt ego dixi in titul. de feudis ſupra allegato. num. 234.) per Regni Conſtitutionẽ, *incip. Comitibus.* vbi Martinus Gloſſator, Andreas de Iſernia, & Matthæus de Afflictis, fuit introducta ſolutio vitæ, & militiæ, quam ſoluere tene-
5 tur † primogenitus ſucceſſor feudorum ſecundogenito, & alijs fratribus. *Ioan. Thomas Minado. in conſil. 1. num. 1. per totu m. num. 29. Franciſ. Burſat. in conſil. 2. num. 96. vol. 1. Ioan. Petr. Surdus in tract. de alimentis. titul. 1. q. 27. & titul. 8. q. 93. vbi plures allegat. & Ego ante eos dixi de compromiſſ. §. 2. gloſſ. 1. num. 129. cum pluribus ſeq. Ioan. Vinc. de Anna in conſt. conſtitutionem Diuæ memoriæ. num. 284. Petr. de Gregor. Sicul. in tract. de vita, & militia. q. 1. vbi aliquos expræfatis refert diſertiſſimus D. Garſias Maſtrillus. in Apoſtillis. Idem* Maſtrill. *in deciſion. Siciliæ. 85. num. 14. Ioan. Vincent. de Anna in allegat. 23. num. 3. Cuius vitæ, & militiæ meminit Matth. de Afflict. in deciſion. Neapolita. 43. num. 2. in deciſion. 138. num. 2. 4. 8. & in deciſ. 252. num. 1. 5. Anton. Capic. in deciſion. Neapolitan. 211. num. 1. 2. Vincent. de Franchis. in deciſion. 20. per totam. in deciſion. 542. & in deciſion. 714. Franciſc. de Amic. de feud. in §. ſed & pulchrum num. 2. fol 11. in §. & quidem. num. 2. & in §. in contrarium. nu. 2. fol. 27. D. Conſiliarius Georgius in alleg. 9. num. 21. in allegat. 21. num. 43. Fabius de Anna in conſil. 6. per totum.*

6 Hoc autem ſuccedendi † iure Regnum, Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & totum

tum feudũ eſt legitima primogeniti. *Petr. Iacob. in practica de ſucceſſion. Regni Franciæ. verſ. ſed quid ſi deceſſit. Guid. Pap. in deciſ. Gratianop. 476. num. 1. in deciſ. 487. num. 2. Andr. Tiraquell. de iure primog. q. 5. 1. & q. 51. q. 55. num. 8. Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal. 204. num. 14. Aſcan. Clementin. de patria poteſtat. effectu. 13. num. 53.*

Et ideo ex dictis feudis ſecundogenito, ac alijs
7 a primogenito deberi legitimam † non in feudorũ corpore, ſed in pecuniam, *tenuit idem Guido Papæ in dicta deciſion. Gratianop. 476. num. 1. & in deciſ. 487. num. 2. Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal. 204. num. 14. Anton. Capic. in deciſion. Neapolitan. 2. nu. 6. Iacob. Thoming. in deciſion. Lipſens. 2. num. 33. Nicol. Reuſner. in deciſion. German. 5. num. 26. 27. 42. lib. 1. Exijs, & alijs dixi ſupra in titul. de feudis. nu. 274. 275.*

8 Pecuniæ autem † huius datio nihil aliud eſt niſi ea, quam in hoc Regno vitam, & Militiam appellamus, *ex dicta conſt. comitibus. de qua dixeram de cõpromiſſ. §. 2. gloſſ. 1. num. 129. 130. 131.* Et poſtquam illa Ego ſcripſeram exiere in lucem *Ioan. Thom. Minad. in deciſion. Neapolita. 3. Ioan. Vincent. de Anna in conſtit. Conſtitutionem Diuę memoriæ. num. 284. ſed antea Matth. de Afflict. in deciſion. Neapolitan. 252. ſub num. 2.* Quam Apanagium dixere quam
9 † plurimi, vt dixi in titulo ſupradicto *de feudis, nu. 277.* cum duobus ſequentib.

10 Nonnulli legitimæ loco illam haberi † voluerũt, licet in pecunia, vt dicit Guido Papæ *in deciſion. Gratianopol. 476. num. 1. in deciſion. 487. num. 2. Anton. Capic. in deciſi. Neapolitan. 2. num. 6. Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal. 204. num. 14. Gulielm. Bened. in rep. c. Raynutius. in verb. in eodem teſtamento relinquens. el 1. num. 145. de Teſtament. Ioan. Anton. Rub. in conſil. 34. col. 3. Andr. Tiraquell. de Primogenit. q. 5. num. 1. 2. Franciſc. Burſat. in conſil. 2. num. 69. vol. 1. Aſcan. Clementin. de Patria poteſt. effectu. 13. num. 53. Ludouic. de Molin. de Hiſpanor. primogen. lib. 1. cap. 11. nu. 28. 29. Vincentius de Franch. in deciſ. Neapol. 20. num. 11. Ioan. Franciſc. de Ponte in conſil. 79. nu. 11.*

11 Alii vero alimentorum † in locum illam ſuccedere, & ideo cum vita illam finiri, vt alimenta. *arg. l. cum hi. §. modus. ff. de tranſact. voluit And. de Iſer. in rep. dictæ conſt. comitibus. colum. 3. verſ. Item num quid dabit. Matth. de Afflict. in deciſ. Neap. 252. nu. 5. Marin. Freccia. de ſubfeud. Baron. lib. 3. de differ. feud. ex pacto, & prouident. & feud. hæred. differentia. 19. num. 2. quam opinionem ſequitur Petr. de Gregorio Siculus. de vita, & militia. q. 2. nume. 8. & pluribus ſeq. Ioſephus Cumia in c. ſi aliquem. Regni Siciliæ. in verb. Maritata. num. 438. Nouiſſime Ioan. Petr. Surdus de alimentis. titul. 5. q. 1. nu. 31. Iafred. Laufranc. Balbus. in deciſ. 141. in fin.*

12 Quod nec † legitimæ, nec alimentorum loco haberi, ſed æquiparari paragio, quod datur mulieri a ſtatuto excluſæ ipſam vitam, & militiam, *vt poſt Andr. in dicta conſt. comitibus. refert Ioan. Franciſc. de Ponte. in conſil. 79. nu. 5. 7. ac refert Don Garſias Maſtrill. ad Petr. de Gregor. de vita, & militia. q. 2. ſub verb. alimentorum poſt medium.*

Quarti tenuerunt, quod ſit vita, & militia portio
13 feudi, & ideo onus illius † ſit. *And. de Iſer. in dicta conſt. comitibus. & in conſt. in aliquibus. & in c. 1. §. Quid ergo col. 2. de inueſtit. de re alien. fact. Panormitan. 12. in tertio dubio. vol. 1. & dixi de compromiſſ. §. 2. gloſ. 1. nu. 130. 131. ante me Paris de Puteo de ſinib. feudor. cap. 40. incip. nunc videndum. nu. 10. fol. 176. 177. Ioan. Anton. Cannetius in cap. volentes. Regni Siciliæ. §. 36. incip. eſt etiam onus feudi. fol. 100. Vincent. de Franch. in deciſ. Neapol. 61. nu. 2. Ioan. Thom. Minad. in conſt. in aliquibus. in verb. filiorum. num. 13. & in deciſ. Neapol. 10. num. 2. Nouiſſime Octaui. Bammacar. in c. qui clericus. num. 214. ſi de feud. defunct. content. & in c. omnes filij. nu. 70. 71. eo. tit. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem.*

In hac opinionum varietate, ſi pro conſtanti te-
14 neremus opinionem, quod vita & militia † eſſet loco legitimæ, ſequeretur, quod illa ad hæredes tranſmitteretur, Si loco alimentorum, non deberetur de fructibus feudi, ſed fuiſſet dictum, quod præſtentur alimenta per primogenitum. Si vt paragium mulieri debitum, ſimiliter ad hæredes curreret. Vnde melior eſt opinio, quod ſit portio, & onus feudi, & optime declaratum per ſapientes in Regno, quod extinguatur morte, & vide plura priuilegia, & aſſenſus præſertim cuiuſdam comitis Pulcini de domo Lamagna, qui dederat fratri ſecundogenito equiti Hieroſolymitano vita durãte, duo oppida, ex quorum fructibus frueretur vita, & militia.

15 Vita, & militia † debetur ſecundogenito, quam quam pater reliquerit aliquod illi feudum, *vt concludit Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 138. ſub numero 2. 6.*

16 Inde ſequitur vitam, & † militiam deberi ſecundogenito, poſito quod ſit dines, *vt voluit Andr. de Iſern. in conſt. comitibus. Matth. de Afflict. in dicta deciſ. Neapol. 138. num. 4. Paris de Puteo de ſinibus feudor. cap. 4. incip. nunc videndum. nu. 28. fol. 177. Iacob. Menoch. in conſil. 411. nu. 6. vol. 5. Ioan. Thom. Minado. in conſil. 1. nu. 67. & multos alios allegans acutiſſimus D. Garſias Maſtrill. in conſil. 85. nu. 20. Nicol. Intrigiol. de feudis. q. 57. num. 20. centur. 1.*

Sic intelligenda eſt deciſio Sacri Conſilij Nea-
17 politani, a quo fuit abſolutus Marchio † Campaneæ, quod non teneretur dare vitam, & militiam Tertiogenito, de quo loquitur D. Conſiliarius Fabius de Anna *in conſil. 6.* ex quo dum mortuus eſt Honoratus Grimaldus Dux Moneci, & Marchio Campaneæ, primogenitus dederat vitam, & Militiam huic ſuo fratri, mortuo Primogenito iſto, iterum iſte tertiogenitus volebat ſecunda vice in eiſdem feudis vitam, & militiam, & ideo merito fuit excluſus, vt optime conſiderauit Doctiſſimus Dominus Ioannes Andreas Georgius, *in allegatio. 8. num. 21. 23. ne pro eadem cauſa duplici onere grauaretur.*

18 Quantitas vitæ, & militiæ non † eſt certa, vel vniformis, niſi attenta iuris diſpoſitione, *quia*

Anar.

Andr. in const. comitibus. in prima lectura, *dicit*, quod dabitur pro vita, & militia tertia pars, quam habiturus esset ab intestato, id est tertia pars illius partis, quam habiturus esset ab intestato, quod melius declarat in secunda lectura, siue repetitione *dictæ const. comitibus. col. 2. vers. alij dicunt. Sicut diximus*, quem sequitur, & secundum opinionem Andreæ iudicatum † fuisse dicit *Matth. de Afflict. ibidem q. 2. num. 5. hoc idem tenuit Petrus de Gregor. Sicul. in tract. de vita, & militia. q. 7. num. 1. & per totam. Vincent. de Franchis, in decis. Neapol. 61. num. 1. 2. & hoc voluit innuere, ac dicere Don Garsias Mastrill. in decis. Siciliæ. 85. nu. 16.* quod vita, & militia sit tertia pars, quam quis ab intestato † habiturus esset, id est tertia illius portionis, quam habiturus esset ab intestato.

Huius portionis ponit exemplum *Andr. in dicta const. comitibus.* quod si totum feudum † valet ducenta, & sint duo fratres, pro dimidia sua portione, frater minor haberet centum succedendo, accipiendo tertiam partem illorum centum ex portione, in qua succederet, pro vita, & militia essent triginta tres, & tertia pars vnius ducati, & ita sequitur *Petr. de Gregor. in dicta. q. 7.*

Tribus modis declarant supradictam conclusionem. *Petrus de Gregor. in dicto tract. de vita, & militia. q. 7. num. 2. vsq; ad finē*, quod dicta tertia pars † tertiæ partis fiat pro modo facultatum, quod non deducantur expensæ aliquæ, & dicta tertia tertiæ partis fiat secundum numerum liberorum, secundum computationem, quæ fit in legitima iuxta dispositionē Authent. Nouissima. C. de inofficios. testamento. *Et hoc idem dicit post Sigismund. Loffred. Petr. de Gregor. & Vincent. de Franchis. D. Garsias Mastrill. in decis. Siciliæ. 64. nu. 2. Ioan. Thom. Minad. in const. in aliquib. Notab. 7. nu. 12. Fab. de Anna in consil. 6. num. 13.* Sed ego considero, quod si secundum modum legitimæ, habito respectu ad numerum liberorum, fieret solutio vitæ, & militiæ, veniret contra dictum, & mentem Andreæ, vt † vnus quisque considerare poterit, & idcirco totum hoc quo ad vitam, & militiam, arbitrio iudicis relinquerem, qui considerata personarum qualitate, liberorum numero, & feudorum valore posset, vel per concordiam, vel compromissum stabiliri, & ita dicit *Nicol. Intrigiol. de feudis. q. 57. num. 16. 17. Centur. 1.*

Vitam, & militiam † deberi filio Spurio, fuit iudicatum in Senatu Siculo, *vt per Don Garsiam Mastril. in decis. Siciliæ. 85. per totam. Nicol. Intrigli. de feudis. q. 57. nu. 23. cum seq.*

Non deberi Cardinali vitam, & militiam cōtra Illustrissimū, & Reuerendissimū Dominum † Cardinalem Columnam a Sāctiori collaterali consilio decretum fuisse scribit. *Octauius Bammacar. in c. qui clericus. nu. 162. cum pluribus seq. si de feud. defunct. content. illam ad partes disputando.* Contrarium † potest sumi ex dictis Don Garsiæ Mastrilli *in decis. Siciliæ. 85. nu. 11. Ioan. Anton. de Nigris. in c. Regni. alienationis actus. num. 16. Nicol. Intrigliol. de feudis. q. 57. nu. 21. 22. Centur. 1.*

Vita, & militia non datur transuersalibus puta a patruo nepoti ex secundo genito † *Andr. de Iser. in dicta const. comitibus. in repet. col. 4. vers. Item numquid. Matth. de Afflict. ibidem. num. 14. Ioan. Anton. de Nigris. in cap. alienationis actus. num. 9. Petr. de Gregor. de conces. feud. parte 7. q. 8. num. 9. Ioan. Anton. Cannetius. in c. si aliquem. Regni Siciliæ. §. si incip. At pulchra, & nodosa. num. 34. 35. 44. & per totum, quem refert, & sequitur, Fabius de Anna in consil. 6. nu. 17. 29. & nouissime eruditissimus Garsias Mastrill. in decis. Siciliæ. 85. nu. 22.*

De vita, & militia absq; Regio assensu compromissum fieri non potest, *vt post Matth. † de Afflict. in decis. Neapol. 43. nu. 2. & in decis. 138. & Ioannem Francisc. Scaglion. in Prag. Odia. de compromis. & Ioan. Anton. de Nigris in cap. Regni. Alienationis actus. num. 18. & Robert. Marant. in Specul. Aureo. parte 2. Actu. 2. nume. 23. dixi de compromissis. §. 2. gl. 1. nu. 129. cū plurib. seq. nunc adde Petrum Duennam in Regul. 36. limitat. 5. Bartholom. Camer. in c. Imperialem. fol. 13. litera. D. Ioan. Thom. Minado. in decis. Neap. 3. num. 1. Ioan. Vincentius de Anna in rep. const. constitutionem Diuæ memoriæ. num. 284. 285.*

Limitabam in loco † allegato non procedere, quando interueniret assensus, vt dictum est. Nec etiā quando tractaretur de compromittenda quantitate vitæ, & militiæ, quod tunc liceat, *vt dixi de compromissis. §. 2. gloss. 1. nu. 133. 134. hoc idem firmat Ioan. Thom. Minado. in dicta decis. Neapoli. 3. nu. 1. Ioan. Vincent. de Anna in dicta const. constitutionem Diuæ memoriæ. nu. 285.*

Nec de quantitate † vitæ, & militiæ fieri posse compromissum dicebat Regens Martialis, quia posset per laudum plus, & minus onerari feudum, tamen hoc non obstante contrarium fuisse obseruatum scribit idem *Ioan. Thomas Minadous in dicta decis. 3. nu. 1. in fin.* & iam ius in Regno certum est, deberi vitam, & militiam, quantitas autem in certa compromitti † potest, *arg. l. & post rem. de condict. indeb. concludit Anna Senior. in dicta const. constitutionem Diuæ memoriæ. nu. 285.*

Quo ad vitam, & militiam taxandum † considerantur fructus tempore mortis feudatarij, *ex Andr. de Isern. in dicta const. comitibus. voluit Ioan. Francisc. de Ponte. in consil. 79. nu. 2. ante eum Vincent. de Franchis. in decis. 61. nu. 1. Intrigliol. de feud. q. 51. nu. 267. Centur. 1.*

Secundogeniti, vel alij habentes vitam, & militiam pro eorum portione quam † habent pro eadem vita, & militia, non tenentur ad solutionem Adohę, *vt ex Matth. de Afflict. in decision. Neapol. 252. dixi supra in titul. de Adoha. numero 23. 24. 25.*

Regia curia publicauerat † bona, & feuda quorundam rebellium, inter quos erant primogenitus & secundo genitus, Princeps indulgentiam concessit omnibus, etiam quo ad bona, exceptis creditis debitis Curiæ, secundogenitus ex restitutis

per

per indulgentiam obtinuit a Regia Camera Summariæ sententiam,quod eidem secundogenito præ-
35 staretur † vita, & militia, tam præteriti temporis, quam etiam futuri. *Vincent.de Franchis. in decisio. Neapolitan.*714.*per totam,faciunt notata per Ioan. Vincent.de* Anna *in alleg.*85.*num.*2.

Moritur Auus superstitibus nepote ex primogenito, & Nepote ex secundogenito, qui nepos
36 † ex hoc secundogenito petit vitam, & militiam a dicto filio primogeniti, qui est successor feudorum. Et licet ex mente Andreæ de Isernia,& Matthei de Afflictis *in Const.it.Comitibus.* vita & militia, non debeatur,nisi fratri, & non filio fratris, & declaratio Caroli Cęsaris Imperatoris fuerit,quod vita,& militia non detur,nisi in casibus per Cõstitutiones,& Capitula Regni ordinatis; Nihilomi-
37 nus per Sacrum Consilium † in casu præmisso deberi fuit determinatum, ex authoritate eiusdem Andreæ, *in dicta Cõst.it.Comitibus.scribit Vincent. de Franchis in decision.Neapolitan.*54.*num.primo.*

38 Cum,vt supra diximus,† vita,& militia sit onus feudi,*per dictam Const.it.Comitibus.* & est onus reale,*vt tenet Matth. de Afflict. in const.Fratribus.nu.*
39 14.dum dicit,quod sequitur possessorem, † *quem refert* Petr. *de Gregorio Siculus in tract. de vita.& militia.q.*3.*num.*6.*& ibi Dominus Garsias Mastrillus in verb.Reale allegans Barthol. Camerar.in rep. cap. Imperialem. fol.* 50.*litera.E.& fol.*102.*litera. M.de prohibita feudi alien.per Federic.*

40 Quo stante dubitatur,an si quis † promittit fratri non petere vitam, & militiam super bonis feudalibus,an mortuo fratre istud pactum transeat ad alium fratrem successorem? super qua quæstione in operibus Floriani de Sancto Petro,*in l.vt pomũ. ff.de seruitutib.super verb.In eadem Glosa.* reperi quandam Apostillam manu scriptam quondam Domini Bernardini Siriphili mei Patrui Materni
41 † Generis, qui fuit Doctissimus Iurisconsultus, qui vti Regis Ferdinandi, & Caroli Cæsaris Regius Auditor peragrauit omnes Regni Prouincias, & in Prouincijs Bari,& Hydrunti fuit præses per semestre tempus,& postmodum illum assumplere Auditorem,& Consiliarium Serenissimi Sigismundus Iagellonus, & Bona Sfortia Aragonia coniuges Poloniæ,de quo Maxilla *in Consuetud.Bari. in titul.de immunit. nostræ ciuit.*§.*quicunque.nu.*24 In qua apostilla hoc dicit. Per hoc dixi alias,quod
42 promittens † non petere vitam, & militiam a tali fratre,super feudalibus,illud pactum erat personale,& non transit ad fratrem successorem.*l.iuris gentium.*§.*pactorum. vbi Doctores.ff. de pactis.& titu. de eo qui finem fecit agnati. in feudis.* Secus autẽ si
43 in ipso pacto esset expressa † causa, vel ratio pacti, puta ne feudum extinguatur, vel minuatur. Nam diceretur esse pactum reale, & transiret ad dictum fratrem successorem,vt colligitur hic ex dictis per Florentinum,& melius per Bartolum *in l.*3.§.*opus ff.de alien.iudic.mut.caus.fact.& in l.fin.ff. de oper. noui nunci. & ita Resp.ad not.per gloss.& not.per Bart.in l. Mela.*§.*fin. ff. de Alim. & cibar. legat.*
44 Nam licet onus dandi vitam,& militiam, sit † reale,& respiciat ipsum feudum, vt in Const. Regni. Comitibus. Tamen istud est quoddam pactum
45 personale, factum † super reali obligatione,*vt dicit hic gloss.in fine sui.Hæc Siriphilus.*

ARGVMENTVM.

Cum singulis non sit concedendum, quod per Magistratum publice fieri debeat, ne sit occasio maioris tumultus, ideo iurisdictio,& imperium, vt vniuersa hominum cõgregatio in tranquilliori statu contineretur,fuit introductum,& iurisdictio a iure dicẽdo, & imperium ab imperando deducitur, vtriusque autem essentia ex definitione,species ex diuisione,& scopus ex fine colliguntur Hoc in principio erat apud Populum Romanũ, postmodum collatum in Principem, & denique ab ipso ceu a fonte deriuatum in Magistratus, & iudices, vt secundum potestatem sibi traditam ius dicerent, cum fines imperij demãdati diligenter sint custodiendi, nec princeps per concessionem talem abdicare a se superioritatem appellationum censeatur. Dominus igitur in seruos, tutor in pupillos, & pater in filios non habet iurisdictionem, nec illis ius dicere possunt, cum non sint personæ publicæ, neque iurisdictio, cum sit iuris publici, pactis, aut conuentionibus priuatorum hominum concedatur. Si igitur illa alicui tribuitur, etiam omnia, sine quibus expediri nequit, simul tributa atque indulta intelliguntur, & Papa, & Imperator in illa cum quocunque subdito concurrunt. Hanc quilibet, etiam femina, quæ in consequentiam dignitatis annexam habet iurisdictionem, administrare potest, nisi obstet illi iuris prohibitio, vt bannito, qui cum sit infamis repellitur, & quilibet iudex priusquam ad aliquem actum procedat, de sua iurisdictione certus esse debeat, cum illius defectus sit insanabilis. Iurisdictionis possessio, vel quasi probatur ex instrumento fidelitatis præstitæ, per literas

com-

commiſſionales in certa prouincia, per actus iuriſdictionales, & generalis in Regno Neapolitano per ſcripturam, ſed mixtum imperium teſtibus illiteratis probari nequit. Præſcribitur iuriſdictio annis decem, vel viginti cum territorio, & ſine illo annis triginta, vel quadraginta acquiritur, merum autem & mixtum imperium immemoriali tempore. Prorogatur iuriſdictio de perſona ad perſonam, aut de re ad rem, aut de tempore ad tempus, & licet indiuiſibilis illa ſit, illius tamen exercitium diuidi poterit. Finitur morte mandantis, ſi illam non habuit perpetuo, & delegati, elapſo tempore conceſſionis, finito negotio, & perempta inſtantia. Reſtat, vt iudex commonefiat, ne vnquam ſuam eludi patiatur iuriſdictionem, ne mali ſpe delicti impunitatis ad maiora ſcelera committenda anſam arripiant.

SVMMARIVM.

1 *Mundus totus iuriſdictione regitur, & gubernatur.*
2 *Iuriſdictio quid ſit? ex Accurſio. num. 6.*
3 *Iuriſdictio ex Bartolo, & aliis.*
4 *Iuriſdictio ex Franciſco de Claperiis.*
5 *Dominus in ſeruos, tutor in pupillos, pater in filios iuriſdictionem non habent.*
7 *Finis, & ſcopus iuriſdictionis quis?*
8 *Diffinitiones in iure noſtro dari difficile eſt.*
9 *Poteſtas in iure quid ſignificet?*
10 *Imperium quid ſit ex Sacra Veteri Scriptura?*
11 *Imperium ex Petro Apoſtolorum Principe?*
12 *A Romanorum Dictatore, an prouocaretur?*
13 *Magiſtratus poteſtas quæ?*
14 *Lege Iulia, de vi publica, quis teneat. num. 15.*
16 *Minores magiſtratus, qui?*
17 *Maiores magiſtratus qui?*
18 *Qui poteſtati reſiſtit D E I ordinationi reſiſtit.*
19 *Lex Iulia repetundarum quid diſponat.*
20 *Parentum poteſtas in filios. nu. 21.*
21 *Virginius filiam occidit.*
22 *A. Poſthumius, & T. Manlius, qui filios occiderunt, non intuitu paternæ poteſtatis, ſed magiſtratus.*
23 *Poteſtas Domini in ſeruos lenita fuit ad lenitatem, & leuioris caſtigationis modum.*
24 *Iuriſdictionis diffinitio ex Iacobo Cuiacio. numero 25.*
26 *Iuriſdictionis diffinitio ex Vaconio a Vacuna.*
27 *Iuriſdictionis diffinitio ex Dethardo Horſthio.*
28 *Iuriſdictionis diffinitio ex Hermanno Vulteio.*
29 *Iuriſdictionis, & Imperii materia a Doctoribus inuolute tradita. nu. 32.*
30 *Imperium genus Generaliſſimum continens. genera ſubalterna, vt in ſchemate hic poſito.*
31 *Iuriſdictionis appellatione Imperium non venit.*
33 *Imperium quid ſit?*
34 *Imperium erat apud Populum Romanum, ſecundo fuit translatum in principem, tertio cõmunicatũ Magiſtratibus.*
35 *Quomodo Principi deſeruit imperium?*
36 *Merum Imperium quod ſit? num. 37. 41.*
38 *Merum, ex Feſto, dicitur ſolum, quaſi per ſe.*
39 *Mero Imperio ineſt gladii, & necis poteſtas, legis condendæ, & alia.*
40 *Summa poteſtas quæ?*
42 *Maximum Imperium merum quid?*
43 *Merum imperium maius quid?*
44 *Merum Imperium Magnum quid?*
45 *Merum Imperium Paruum quid?*
46 *Merum Imperium minus quid?*
47 *Merum Imperium minimum quid?*
48 *Merum Imperium, quid commune habeat cum aliis.*
49 *Mixtum Imperium quid? num. 50.*
51 *Mixtum Imperium Maximum quid?*
52 *Mixtum Imperium Maius quid?*
53 *Mixtum Imperium Magnum quid?*
54 *Mixtum Imperium Paruum quid.*
55 *Mixtum Imperium Minus quid?*
56 *Mixtum Imperium Minimum quid?*
57 *Mixti Imperij authoritas quæ?*
58 *Iuriſdictio iudicis officio Mercennario expeditur priuatam vtilitatem reſpiciens.*
59 *Iuriſdictio Maxima quæ? num. 60.*
61 *Iuriſdictio Maior quæ?*
62 *Iuriſdictio Magna quę?*
63 *Iuriſdictio Parua quæ?*
64 *Iuriſdictio Minor quæ?*
65 *Iuriſdictio Minima quæ?*
66 *Iuriſdictio dicitur a iure dicundo.*
67 *Iuriſdictio omnis mediate, vel immediate a D E O eſt.*
68 *Apud Gallos tres ſunt iuriſdictionum ſpecies, Alta, Media, Baſſa.*
69 *Qui pleniſſimam Iuriſdictionem habet, de quibus cognoſcit. Declara nu. 70. 71.*
72 *Romanus populus iuriſdictionem omnem tranſtulit in vnum principem.*
73 *Iuriſdictiones omnes a Principe, vt a fonte fluunt.*
74 *Iuriſdictio pactis, vel conuentionibus priuatorum hominum concedi, ac tribui non poteſt.*
75 *Iuriſdictio priuatiue conceſſa cenſeatur, an cumulatiue. Declara. num. 76. 77.*
78 *Princeps iuriſdictionem concedens non cenſetur a ſe abdicare ſuperioritatem appellationum.*
79 *Appellationum cauſæ reſortus dicunt Galli.*
80 *Appellationum, ſiue ſecũdarum iuriſdictio, requirit ſpecialem conceſſionem.*

81 *Vaſalli dicuntur Baronis habentis iuriſdictionem ciuilem, non criminalem.*
82 *Iuriſdictio, an præſumatur allodialis?*
83 *Iuriſdictio alia voluntaria, alia contentioſa.*
84 *Cauſarum cognitione nõ veniunt cauſæ criminales.*
85 *Præſentato, & exhibito reſcripto iudex habet iuriſdictionem, & illius exercitium.*
86 *Nullitas ex defectu iuriſdictionis nunquam reiecta intelligitur. num.* 89. 90.
87 *Barones iuriſdictionem habentes, vaſallis imperant.*
88 *Ob lites inter Dominum, & vaſallos exiſtentes, conceditur vaſallis exemptio ab illorum iuriſdictione*
91 *Prorogatio iuriſdictionis, fit tribus modis.*
92 *Prorogatio iuriſdictionis de perſona ad perſonam quomodo fiat?*
93 *Prorogatio iuriſdictionis de re ad rem?*
94 *Prorogatio Iuriſdictionis de tempore ad tempus.*
95 *Sententia lata a iudice prorogato, quando valeat?*
96 *Iuriſdictio limitata prorogari nequit.*
97 *Vaſallus non poteſt prorogare iuriſdictionem in aliũ quam in Dominum.*
98 *Clericus ſui ſuperioris iuriſdictionem prorogare non poteſt.*
99 *Iuriſdictio prorogata non dicitur per ſolam contumaciam.*
100 *Prorogatio Iuriſdictionis valida eſt, præſente iudice, cuius iuriſdictio eſt prorogata. num.* 101.
102 *Prorogatio iuriſdictionis fit a Principa, livel procuratore, ſpeciale mandatum habente.*
103 *Prorogatio iuriſdictionis non inducitur ex comparitione rei coram iudice incompetente procedente per inquiſitionem.*
104 *Prorogata non dicitur iuriſdictio ob hoc, quod fuerit prolata a iudice incompetente ſententia, & ab eo non fuerit appellatum.*
105 *Prorogatio iuriſdictionis in omnem caſum, quod ille iudex capax ſit iuriſdictionis.*
106 *Si agitur de iuriſdictione beneficiali, de profana re agitur, non de eccleſiaſtica.*
107 *In cauſis profanis clericorum iudicem laicum iuriſdictionem habere, priuilegio, non conſuetudine probatur.*
108 *Rex concedens alicui Regiarum cauſarum cognitionem, non intelligitur conceſſiſſe cauſas, quas cum ipſo habet, niſi exprimantur.*
109 *Priuilegium iuriſdictionis conceſſum ad tempus, elapſo tempore, etiam quo ad cœpta ceſſat. Declara nu.* 110.
111 *Prælati habentes ciuitates cum iuriſdictione temporali, magiſtratus ponere non poſſunt magiſtratus eccleſiaſticos. num.* 112.
113 *Eccleſia vnita alteri eccleſiæ, remanet ſub Iuriſdictione primæ.*
114 *Iuriſdictione conceſſa, & illa conceſſa intelliguntur, ſine quibus ea iuriſdictio explicari nõ poteſt.*
115 *Qui iudicis iuriſdictionẽ declinat, ab illo citari amplius non debet. ſed contra ipſum ad contumaciam procedere debet.*
116 *Vaſalli a domino ſæuitia vexati, & male tractati, eximuntur ab illius iuriſdictione.*
117 *Commiſſio curiæ facta in cauſa cum illius auocatione a partibus, quatenus non ſit inſtructa, tribuit iuriſdictionem, licet non probet, quod cauſa erat inſtructa.*
118 *Rex habet ordinariam iuriſdictionem in Vaſallos quæ per illos etiam volentes in alium dominum declinare non poteſt.*
119 *Miniſtri Dominorum Parlamenti, illorum iuriſdictioni ſubiacent.*
120 *Porogatio appellationis non fit in cauſa appellationis. Declara. num.* 121.
122 *Romanæ Rotæ Auditores in cognoſcendo ordinariam iuriſdictionem, in ſententiando delegatam habent.*
123 *Iudex antequam procedat ad aliquem actum, de ſua iuriſdictione certus eſſe debet.*
124 *Iuriſdictionis defectus dicitur inſanabilis.*
125 *Princeps, vel dominus, qui habet iuriſdictionem in aliqua ciuitate habet etiam in mari adiacente.*
126 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio probatur ex inſtrumento iuramenti fidelitatis præſtitæ.*
127 *Princeps habet fundatam intentionem iuriſdictionis in omnibus locis ſui territorij.*
128 *Legatione ceſſante, ceſſat legati iuriſdictio.*
129 *Ex principis voluntate in iudicem transfunditur iuriſdictio. ſed exercitium iuriſdictionis requirit literarum commiſſionalium exhibitionem.*
130 *Actus inualidus iuriſdictionem non perpetuat.*
131 *Iuriſdictio an expiret morte mandantis.*
132 *Milites Sãcti Iacobi de Spada exẽpti ſunt a iuriſdictione ordinarij ſui nec poſsũt prorogare iuriſdictionem, & conſentire in iudicem non ſuum.*
133 *Femina in dignitatis conſequentiam habens iuriſdictionem illam exercere poteſt. vide num.* 271.
134 *Dominus, & Baro ſuorum Vaſallorum lites in omnibus locis eorum iuriſdictionis cognoſcere poſſunt.*
135 *In terris prælatorum, & Baronũ, Regia Aſſiſia, & iuriſdictio exerceri poteſt in cauſis Reſortus, ſeu Apellationũ a Dominicis iudicibus ſubalternis.*
136 *Iuriſdictio delegata, an per decretum citationis perpetuetur, quamuis non fuerit exequuta, nec peruenerit ad notitiam citandi. num.* 137.
137 *Morte delegantis, & mandantis, an expiret iuriſdictio. num.* 138.
139 *Excommunicatio eſt meri imperij.*
140 *Laicus prorogando poteſt ſe coram iudice eccleſiaſtico obligare.*
141 *Iuriſdictio per prælatum alienari, ac vendi non poteſt, neq; perpetuo locari. Declara. num.* 142.
143 *Princeps ſæcularis poteſt pecunia iuriſdictionẽ alienare.*
144 *Mixtum Imperium teſtibus probari non poteſt.*
145 *Iuriſdictio generalis in tali prouincia, vel Regno non probatur, niſi ſcriptura, ſpecialis autem in aliqua cauſa ſecus. Declara. nu.* 146.
147 *Præuentio iuriſdictionis ex actu nullo non inducitur.*
148 *Proceſſus nullus defectu iuriſdictionis per confeſſionem non conualidatur.*

149 *Episcopus temporalem habens iurisdictionem, habet etiam prisiam, id est capturam.*

150 *Submittens se iurisdictioni, & promittens non declinare forum, cui se submisit, an possit pœnitere. Declara.nu.151.152.153.*

154 *Profanæ iurisdictionis iudex, facit inuentarium bonorum Clerici mortui, qui reliquit hæredem laicum.*

155 *Iurisdictio cohæret territorio.*

156 *Concesso territorio venit iurisdictio.*

157 *Iuri sdictio est incorporalis.*

158 *Iurisdictio stat super territorio, vti nebula super palude.*

159 *Concesso a Principe castro, intelligitur concessa iurisdictio, quam ipse ibidem habebat. Declara in Regno Neapolis.num.160.*

161 *Præsumptio est pro iurisdictione episcopi.*

262 *Episcopus ordinariam iurisdictionem habet in sua Diœcesi contra Abbates, & Præpositos in ciuilibus & criminalibus. Declara duobus modis.*

163 *Iurisdictio delegata Vicario episcopi per illius obitum, vel remotionem ab officio, an expiret. Declara nu.164.165.166.*

167 *Translata iurisdictione, lites omnes quæ exercitio eiusdem iurisdictionis spectabant, transferri necesse est.*

168 *Actus tunc dicitur nullus iurisdictionis defectu, quãdo nullitas est de iure, secus si est excommuni Doctorum defectu, & opinione.*

169 *Iurisdictio, aliaque iura incorporalia in feudum dari possunt, & per patientiam dicitur facta traditio.*

170 *In Regalibus sunt iurisdictionalia.*

171 *Indultum iurisdictionis quo ad concedentem late interpretandum in ordinario, secus quo ad iurisdictionem illius.*

172 *Iurisdictione Regi concessa a Papa, vel e contra, nõ appellatur ad concedentem.*

173 *Iurisdictio pro annuo censu cõcessa alicui per Principem per viam contractus transmittitur ad hæredes concessionarij.*

174 *Appellanti ab interloquutoria si iudex detulit licet appellatio sit friuola, iurisdictio tamen tota ad ipsum superiorem deuoluitur.*

175 *Iurisdictio Domini inter vasallos est ordinaria, non autem delegata.*

176 *Quasi possessio exercitationis iurisdictionis, de vno actu iurisdictionis ad alium actum extenditur sub eadem specie iurisdictionis comprehensum, secus autem alterius speciei. Declara num. 177.178. 179.180.*

181 *Actus quasi possessionis iurisdictionis probatur per vnam sententiam, absolutionis, vel condemnationis, aut erectionis furcarum.*

182 *Iurisdictio, merum, & mixtum imperium præscribi possunt. Declara.nu.183.184.185.186.*

183 *Præscriptio iurisdictionis cum territorio annis decem, vel viginti, sine territorio annis triginta, vel quadraginta quæritur.*

184 *Merum, & mixtum Imperium acquiritur præscriptione immemorabili.*

185 *Præscriptio iurisdictionis non datur cõtra ignorantem.*

186 *Reseruata principi in signum supremi dominij nunquam præscribuntur.*

187 *Partes litigãtes coram aliquo iudice vsque ad sententiam, nihil dicentes quo ad iurisdictionem, intelliguntur illam prorogasse.*

188 *Iurisdictio delegata inter easdem personas prorogari potest, non inter extraneas.*

189 *Per cautionem de iudicio sisti iurisdictio prorogata non censetur, nec in iudicem consentire, nisi si, & quatenus.*

190 *Iurisdictio ecclesiastica potest per latcos prorogari.*

191 *Iurisdictio prorogata procedit, vt iurisdictio prima.*

192 *Deducta causa per gratiamen ad iudicem, qui pronunciasset bene prouisum, & male appellatum, possent partes sine noua commissione prorogare, & causam principalem deducere coram iudice a quo.*

193 *Iurisdictio prorogata transit ad successorem in officio.*

194 *Iurisdictio in foro pœnitentiæ prorogari potest submittendo in confessionibus alieno sacerdoti.*

195 *Iurisdictio, ac potestas delegata, non acquiritur, nisi scienti, & consentienti.*

196 *Iurisdictio inferioris iudicis an quiescat ob præsentiam iudicis inferioris. Declara. num. 197.198. 199.200.*

201 *Præpositus in clericos sibi subditos, quam iurisdictionem exerceat.*

202 *Ordinarius de sua iurisdictione docere non debet. Iudex delegatus debet docere de sua commissione saltem per insertionem rescripti in citatione.*

203 *Iurisdictio, quæ est concessa supremis curijs, quo ad consiliarios competit, non vt singulis, sed consiliarijs, vt vniuersis.*

204 *Bassæ iurisdictionis appellatione, venit iurisdictio Pedanea.*

205 *In iurisdictionalibus nõ datur restitutio spolij, nisi docto de titulo. Declara.nu.206.*

206 *Titulus coloratus sufficit in iurisdictionalibus.*

207 *Quo ad iudices, qui procedere nequeunt nisi vsque ad taxatam quandam summam, partes prorogare possunt in maiori summa. num.223.224. 225.*

208 *Habentes iurisdictionem in solidum, etiam si diuisa sit administratio, vnus alterum punire non potest. Declara.nu.209.*

210 *Iurisdictionẽ quis exercere nõ potest extra suũ territorium, vel prouinciã. Declara.nu.211.212.213.*

214 *Pro suæ iurisdictionis defensione potest iudex arma mouere.*

215 *Submittens iurisdictioni alicuius, videtur expresse illam prorogare.*

216 *Eannitus, cum sit infamis, iurisdictionem administrare non potest. num.218.*

217 *Barone contumace existente in Regno Neapolitano*

tano iuriſdictio ſuſpenditur, & curia regia deputat officialem pro adminiſtratione iuſtitiæ.

218 *Iannitus an ſit infamis?*

219 *Baro iuriſdictionis ciuilis agit, & appellat pro vaſallis, vbi male tractantur per Dominum iuriſdictionis criminalis. nu. 220.*

221 *Iuriſdictio prorogata non expirat, etiam poſt prolatam ſententiam.*

222 *Succedentes alicui comiti, vel habenti aliquam iuriſdictionem, vnicuique competit illius exercitium in ſolidum, & locum habet præuentio.*

223 *Si coram iudice, qui nõ poteſt procedere, niſi vſque ad certã ſummam, fuerit petita res eiuſdem ſummæ, ſi lite pendente creuerit valor, poterit etiam procedere. nu. 224. 225.*

224 *Principium petitionis, & fundamentum litis attẽditur.*

225 *Actio primordialis, non caſus ſuperueniens attenditur.*

226 *Scientia & patientia domini acquiritur, quaſi poſſeſſio iuriſdictionis.*

227 *Habita caſtri poſſeſſione, iuriſdictio acquiſita dicitur.*

228 *Dominus iuriſdictionis, Prælatus, vel laicus, poteſt committere alteri ad beneplacitum.*

229 *Iudex cauſarum criminalium non poteſt procedere in cauſis ſimilibus, nec e contra.*

230 *Conſules alicuius ciuitatis, vel caſtri nullam habent iuriſdictionem. Declara. num. 231.*

232 *Iuriſdictio ſi ſit alicui conceſſa, non præiudicat ordinario.*

233 *Iuriſdictio prioris Militum Hieroſolymitanorum præfertur iuriſdictioni Magni Magiſtri.*

234 *Iuriſdictio delegata per decretum citationis factum viuente delegante perpetuatur, licet exequutio ſit facta poſt illius mortem. Declara numero 235.*

236 *Vbi iuriſdictio non adeſt, ibi lis nulla eſt.*

237 *Iuriſdictio eſt præcipuum cuiuslibet iudicij fundamentum.*

238 *Poſſeſſio ſine titulo nihil operatur in iuriſdictionalibus.*

239 *Per commiſſionem cauſæ non dicitur tributa iuriſdictio, niſi exhibeantur literæ.*

240 *Iudicis delegati iuriſdictio firmatur expedita citatione cum inſerta reſcripti forma addicendum per partem aduerſas commiſſionem.*

241 *Papa, & Imperator concurrunt in iuriſdictione cum quocunque ſubdito.*

242 *Eludi ſuam iuriſdictionem iudex pati non debet.*

243 *Epiſcopus in loco ſui epiſcopatus an habeat eapturam? num. 244. & ſequent.*

245 *Brachium iudicis ſæcularis datur in ſubſidium.*

246 *Brachij ſæcularis conceſſio non datur ſi ſententia ſit iniqua.*

247 *Iudex delegatus non poteſt petere brachium ſæculare, niſi Impetratio illius ſit dicta in reſcripto.*

248 *Iudicis ſæcularis officium ſine ſpeciali mandato non petitur.*

149 *Pactum, quod quis conueniri poſſit ad ſoluendum in omni loco vbi reperiatur, validum eſt.*

250 *Ruſticus, Mulier, & Miles, & ſi litigent coram iudice, poſſunt prorogationem tacitam factam reuocare vſque ad ſententiam.*

251 *Baro non poteſt prohibere vaſallos, ne adeant Tribunalia Regia, vel ſuperioris. Declara. num. 252. 253.*

254 *Litigantes coram vno ex pluribus iudicibus delegatis, ſine clauſula in ſolidum, faciunt acta nulla.*

255 *Iuriſdictio probatur per actus iuriſdictionis, licet teſtes in tempore, & loco non concordent.*

256 *Caſtrum, & Villa vnita, alicui Dominio, ſapit, & regulatur ſecũdum naturam illius, cui eſt vnita. Declara. nu. 257. 258.*

259 *Maior poteſt ſe ſubijcere æquali, vel minori in iuriſdictione contentioſa, non autem in voluntaria.*

260 *Citare aliquem actus eſt iuriſdictionis.*

261 *Reconuentioni locus eſt iuriſdictione prorogata.*

262 *Iuriſdictio in via, & in flumine, illius eſt, qui circumquaque habet iuriſdictionem.*

263 *A priuato iuriſdictio acquiritur conſuetudine.*

264 *Reſortus, ſiue appellationum cauſæ conceſſæ non intelliguntur ipſa iuriſdictione conceſſa. Declara num. 265.*

266 *Coram non ſuo iudice litigans, præſumitur errare. Declara. num. 267.*

268 *Ex duobus iudicibus formantibus iuriſdictionem contra aliquem, qui præuenit, præfertur. Declara. num. 269.*

270 *Iuriſdictio delegata non expirat, ſi poſt delegationem delegans excommunicetur, quia excommunicatus retinet iuriſdictionem licet per eam exercitium impeditur.*

271 *Iudex a quo, qui appellationi detulit reuocando delationem, iuriſdictionem reaſſumere non poteſt.*

272 *Femina iuriſdictionem ex ſucceſſione ſibi ſpectantem, illam poterit exercere.*

273 *Iuriſdictio ſui natura eſt indiuiſibilis, & iuriſdictio plurium eſt penes quemlibet in ſolidum.*

274 *Iuriſdictionis exercitium diuidi poteſt. num. 275.*

276 *Epiſcopo Aſtoricenſi ordinario, fuit conceſſa adminiſtratio eccleſiæ Caurienſis, quo vſq; Franciſcus Carauacal eſſet annorũ viginti quinq; ſi non fuiſſet ille epiſcopus, qui habet iuriſdictionem foret delegatus, ſed hoc caſu dicitur ordinarius.*

277 *Papa committendo cauſam introductam corã vno iudice, non videtur illam ab eo auocare.*

278 *Iudex delegatus, ſi delegetur a Principe, æque, vt ordinarius mandatam ſuam iuriſdictionem tueri debet, in dicendæ mulctæ ius habet.*

279 *Iuriſdictionis limites ſunt limites territorij.*

280 *Decreta, citationes, & executiones, quæ emanant a Magiſtratibus Principis ſupremi, in locis Baronum inferiorũ exequuntur abſque illorũ licentia.*

281 *Delinquentis remiſſio an ad iudicem loci commiſſi delicti, vel alibi, & a quo fiat; Declara. nu. 282.*

283 *Exercere iuriſdictionem in alieno territorio an quis poſſit?*

284 *Barones, & domini tenentes bannitos, & facinorosos homines, & delinquentes in eorum iurisdictione, patiuntur sequestrationem eorum iurisdictionis.*

285 *Prouentus & commoda iurisdictionis duorum dominorum in solidum, partiuntur pro quota cuiusque.*

286 *Acta nulla sunt, si suspensa iurisdictione iudex procederet.*

287 *Iurisdictio concessa sub conditione, non purificata conditione exerceri non potest.*

288 *Iudex superior, siue appellationis absorbet iurisdictionem inferioris.*

289 *Iurisdictio iudicis an, & quando fundetur super qualitate in libello expressa.*

290 *Iudex delegatus a Papa locum tenentē non constituit, nisi habeat in commissis.*

291 *Acta facta a iudice iuridictionis incompetentis nulla sunt, & si partes voluerint.*

292 *Iurisdictio a lege, Principe, populo, consuetudine, vel vniuersitate, non extenditur de loco ad locum nec de bancho ad banchum.*

293 *Bulla Sanctissimi D. N. Papæ. quo ad excommunicationem ligat omnes occupantes iurisdictiones ecclesiasticas.*

294 *Scriptura probantur, tam ordinaria, quam delegata iurisdictio.*

295 *Testi iuramentum dare, siue committere, vt detur, iurisdictionis est.*

296 *Iurisdictio, quam exercet iudex, in qua per rescriptum illi conceditur potestas procedendi, non dicitur delegata, sed excitata.*

297 *Domini habentes priuilegium cognoscendi causas virginum, pupillorum, viduarum, & aliarum personarum miserabilium, an possint illi renunciare, vt cognoscantur a superioribus, vt uexari faciant subditos.*

298 *Domini habentes iurisdictionem, & præsertim quo ad resortum, siue appellationes, possunt petere causas contra se motas ad suam iurisdictionem remitti.*

299 *Concesso castro cum iurisdictione, & pertinentijs, censentur concessæ res mobiles particulares ad castrum pertinentes, vt Bombardæ, & similes. & num. sequenti.*

300 *Pertinentia non natura, sed nostra destinatione constituuntur.*

TITVLVS XLI.

De iurisdictione, & Imperio.

1 Totus mundanus orbis iurisdictione regitur, & gubernatur, quid tamen illa sit, ex † classicis, alijsq; scribentibus videndum erit.

Iurisdictio, est potestas de publico introducta, cum necessitate iuris dicendi, & æquitatis statuendæ.† 2 Hanc diffinitionem primus omnium tradidit Accursius *in l. 1. in verb. potest. ff. de iurisd. omn. iudic. Illam probat Bartol. ibidem num. 3.* Adiungit, tanquam a persona publica statuendæ. Sed diffinitionem glossæ, communiter sequuntur Doctores, ibidem, quos refert, & sequitur *Roland. a Valle in consil. 42. nu. 20. vol. 2. Francisc. Marc. in decis. Delphin. 280. num. 1. & in decis. 368. num. 6. vol. 1.* Qui 3 contentatur tantummodo, quod iurisdictio † sit potestas de publico introducta. Et Bartolum sequutus pulchre comprobat Stephanus Forcatulus in Necyomantia iuris *dialogo. 120. num. 4.* Aliam nouissime tradit diffinitionem Franciscus de Claperijs, *in tract de iurisd. & Imperio conclusio. 1. num. 2.* 4 *dicens*. Iurisdictio † est iuris dicendi potestas, iure publico constituta, vt vnicuiq; quod suum est, officio iudicis tribuatur. Dicens verba addita per Bar. suppletionis loco (persona publica) repelli vt excludat potestatem patris, tutoris, & domini, quia 5 Dominus in seruos, tutor in pupillos, & pater † in filios, ius dicere non possunt. *l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. iud. l. si quis a liberis. in princ. ff. de lib. agnoscendis. l. qui liberos. ff. de ritu nupt.* Neque necessitatem iudicandi ab Accursio positam admitti, quia hæc magis ad ius dicentis officium, & iurisdi- 6 ctionis exercitium pertinet, † *l. de quare. ff. de iudic.* quam ad genus iurisdictionis pertinet, non enim quicquid in potestate iudicis positum est, iuris necessitati subijcitur. *l. non quicquid. in princ. ff. de iud.* 7 Finis, & scopus iurisdictionis est, ius † reddere, & suum vnicuiq; tribuere. Quæ non admodum duxi, quēquam recusari debere; Quamquam Accursij, & Bartoli sentētia ac diffinitio, sit communi omnium Scriptorum concursu recepta. *Lud. Sacca in consil. 2. nu. 75. 76. vol. 1.*

Antequam vlterius procedam ad supranarratorum elucidationem, vt vnusquisq; videat has † diffi- 8 nitiones in iure dari minime posse, vt secundum Dialecticos, & Philosophos, omnia concurrant, difficile, ac pene impossibile est, quia igitur in diffinitione iurisdictionis pro genere stat potestas, nunc 9 potestatem in iure multiplici modo intelligi † ex his proferre, quasi pertransiens nō grauabor. *Paulus I. C. in l. potestatis. 215. ff. de verb. signific. dicit,* potestatis verbo, plura significantur, in persona magistratuū, imperium. In persona liberorum, patria potestas, in persona serui, dominium.

Quo ad Imperium Magistratuum, quod sit illa potestas iurisdictionis, exēpla sunt in promptu. Et 10 primo † se offert locus Sacræ Scripturæ *Genesi. c.* 41. de excarceratione Ioseph dicitur, Protinus ad Regis Imperium eductum de carcere Ioseph totonderunt, & veste mutata obtulerunt ei & paulo inferius dicit, ego sum Pharao, absq; tuo Imperio non mouebit quisquam manum, aut pedem in omni terra AEgypti. *Et Esaiæ c.* 45. meę sunt Iustitię, & imperium. *Et 1. Petri.* 4. Honoretur DEVS per 11 Iesum Christum, cui est gloria, & † Imperium in sęcula sæculorum, Amen. & aliquando vnita hæc proferuntur, quia cum Vlpianus dixit Imperium merum esse, habere gladij potestatem, & potestas

appel-

appellatur. *vt in l. Imperium. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Et Iuriſconſultus volens dicere maiorem poteſtatem. *in l. 2. §. Populo. ff. de origin. iuris* inquit, maioris poteſtatis Magiſtratum creatum, nempe
12 dictatorem, a quo † nec prouocandi ius fuit etiam capitis animaduerſio data eſt. Adeo vt tam vera ſit Magiſtratuũ poteſtas, quod multis in locis ſimul iungantur. Vnde Cicero de lege Agraria contra Rullum, *Oration. 2.* Omnes poteſtates, imperia, curationes ab vniuerſo Populo Romano proficiſci cõ uenit. *& in. l. 3. ff. de Rebus eor.* dicitur, capi iuſſu Magiſtratus, vel præſidis, vel alterius poteſtatis, & di-
13 ſtrahi fundus pupillaris † poteſt. & Vlpianus, *in l. lege.* Papinianus *in l. qui dolo. ff. ad leg. Iul. de vi. publi.* ille, lege Iulia de vi publica tenetur, qui cum Imperium poteſtatemue haberet ciuem Romanũ
14 aduerſus † prouocationem necauerit, verberauerit. Iſte, qui dolo malo fecerit, quo minus iudicia exerceantur, aut iudices, vt oportet, iudicẽt, vel his, qui poteſtatem Imperiumve ſi habebit, aliter quam ei
15 ius erit † decernat, imperet, faciat. & enumerans eos, qui accuſare aliquem prohibentur Marcellus *in l. Qui accuſare. ff. de accuſat.* Alij (inquit) propter magiſtratum, poteſtatemue. Et Vlpianus *in l. 1. ff. quod quiſque iur.* Qui magiſtratum, inquit, poteſtatemve habebit. Vnde de minoribus magiſtratibus dicit ætas. Idem Vlpianus, *in l. Nec magiſtratibus. ff. de iniur.* Quod ſi ex minoribus magi-
16 ſtratibus erit, id eſt, † qui ſine Imperio, aut ſine poteſtate ſunt magiſtratus, etiam in ipſo magiſtratu poſſe eos conueniri. Idcirco de Salomone *lib. 2. Paralipom. cap. 9.* habetur, exercuit (inquit) etiam poteſtatem ſuper cunctos Reges a flumine Euphrate vſque ad terram Philiſtinorum, & vſque ad terminos AEgypti. *Eſdræ. 3. cap. 4. dicitur,* Magnus eſt Rex in poteſtate ſua. *& lib. 1. Machabæorum. cap. 1.* & dedi illis poteſtatem, vt facerent Iuſtitiam Gentium. CHRISTVS etiam *Matthæi cap. 21.*
17 Et qui maiores † ſunt poteſtatem exercent in eos. *& Marci. cap. 10.* ſcitis (inquit) quia hi, qui videntur principari gentibus, dominantur eis, & Principes eorum poteſtatem habent ipſorum. *& Luc. cap. 20.* & traderent illum Principatui, & poteſtati Præſidis. Et Pilatus Ioannis. *cap. 19.* Poteſtatem habeo dimittendi te. Et Apoſtolus ad Romanos. *cap. 13.* omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Et poſt pauca, qui poteſtati † reſiſtit Dei ordinationi reſiſtit. Marcellus *in l. 1. ff. Ad leg. Iul. repetund.* inquit: Lex Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in Magiſtratu, poteſtate, curatione, legatione, vel quo alio officio
19 munere † miniſterioue publico acceperit. Quo vero ad paternam poteſtatem in filios, magna quidẽ olim fuit, nam, & illa lex olim apud Romanos fuit Parentum in liberos omne ius eſto, Relegandi, vẽ-
20 dendi, & occidẽdi. † Vltimum vero caput poſtmodum mollitum fuit. de ea tamen meminit Paulus *in l. in ſuis. 11. in fin. ff. de liber. & poſt. Conſtantinus. in l. fin. C. de Patr. poteſt. Pandulphus Prateius in*
21 *Iuriſprudentia vetere in Romuli. l. 17.* Hac † autho ritate fultus Virginius filiam cultro accepto occidit, de quo Pomponius *in l. 2. §. & cum placuiſſet. ff. de orig. iuris.* Huic exẽplo paternę poteſtatis ad iungunt aliqui exempla Auli Poſthumij, & Titi Manlij Torquati qui filios ſecuri percuti fecerunt,
22 *de quibus Valerius* † *lib. 2. cap. 2.* Verum hic caſus non fuit poteſtatis paternæ intuitu, ſed quia Magiſtratus erant, nondum enim lex facta fuerat, quæ patri ius dicere in filios vetat. *l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſdict. omn. iud.* Hodie vetatur legibus patrẽ occidere poſſe filios, quas hic omittimus, qa locus non requirit. Quo vero ad ſeruos, vitæ, & necis ſer-
23 uorum poteſtas † apud Dominos fuit, *vt Theophilus eſt author.* Hæc etiam lenita fuit, & ad leuioris caſtigationis modum, & lenitatem deducta, vt Caius *in l. 1. & Vlpianus in l. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iuris l. vnica. C. de emend. ſeruor.* Ex his patet hodie iuriſdictionem nõ dici, quam pater in filios, Dominus in ſeruos, habent, nec quam tutor in pupillos exercet. Hęc dicta ſint breuibus, quę ad tradita per Accurſium, & Bartolum accomodari ab ingenioſis poſſunt.

24 Breuem aliam Iuriſdictionis † diffinitionem tradidit Iacobus Cuiacius in Paratitla ad libros digeſtorum. *lib. 2. titul. 1. tomo* 2. dicens, iuriſdictio Notio eſt, quæ iure Magiſtratus competit. Idem Cuiacius in librſi Codicis tertium, *tit. 13.* vbi dicit hanc Diffinitionem Iuriſdictioni ordinarię competere.

25 † extraordinariam namque iuriſdictionem habẽt etiã illi, qui magiſtratus non ſunt, vt ſunt Præfecti annonę, & Prętecti Vigilum. *l. 2. §. ſane prętectus. ff. de Origin. iuris. l. ſi in aliquam. In fin. ff. de offic. Proconſul.*

Aliam tradidit non aſpernabilem Vaconius a Vacuna declarationum iuris ciuilis. *lib. 6. declara-*
26 *tion. 77* quod iuriſdictio eſt † publica poteſtas, per quãquis operatur in iuſto dicendo, vt ciuitas bene, & quiete viuat, bene etenim quieteque viuere eſt finis omnium iuriſdictionum, ex Ariſtotele lib. Politicor. 3. & l. congruit ff. de offic. prętidis.

Dethardus Horſthius in Synopſi Theſium ad Pandectas *lib. 2. titul. 1. num. 1.* inquit, iuriſdictio
27 eſt † iuris dicundi poteſtas, reddendi ius in quolibet ciuili, vel criminali negotio, in diſceptationib. iudicialibus, perſequutionib. & poſtulationib. extraiudicialib. imo in his ẽt, vbi ex denunciatione. vel inquiſitione proceditur. *arg. l. 1. ff. de iuriſd. om. iudic. l. Vnica. ff. ſi quis ius dicent. non obtemp. l. 2. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. l. properandum. & l. rem non nouam. C. de iudic.*

28 Ab ipſo non admodum diſſentiens † Hermannus Vulteius iuriſprudentiæ Romanorum *lib. 1. c.* 12. dicit, iuriſdictio eſt poteſtas Politica ſtatuendi aliquid de negotio ciuili, vel criminali, iudiciale ſit an extraiudiciale ſit, nihil intereſt.

Sufficit ſupradicta tetigiſſe, vt ad huius tituli materiam, lecturi ea conſpiciant, verum iuxta meum cęptum morem, ordinemque dicam aliqua quam breuiſſime potero, nam aliquam reperiri vix poſſe,
29 arbitror, apud Doctores agitatam † tractationem

magis

magis inublutam, quam hanc iuriſdictionis, & Imperij ſeriem, ego nunc obſeruabo (vt mihi ipſi ſatisfaciam) pro vſu meo, quaſi rediens ad primordia Dialecticæ, quod ſentio, ſi aliquibus placebit contentus ero, ſin minus, meis ſcriptis parcant, & quod illis placebit eligant. Imperium Generis
30 † Generaliſſimi loco ponam, & alia genera ſubalterna, & ſpecies, vt in Schemate inferius deſcribam. In conſideratione etiam duco, Imperium neceſſe eſſe omnem iuriſdictionem præcedere, cũ Imperium, ſiue Imperãdi poteſtas, ius ſit quoddam abſtractum quod poſt modum deductum in vſum, & exercitium, homini, vel Magiſtratui collatum, dicitur iuriſdictio, quia ex illius poteſtate, magiſtratus ius dicit, & qui ius dicit ex Imperio ſibi antea tributo, id facit. Nec enim iuriſdictionis appel-
31 latione venit Imperium merum, neque mixtum, poſt alios *Barthol. de Chaſſan. in conſuetud. Burgund. Rub. 1. in verb. Iuſtices. num. decimo nono. & iuriſdictio ſub Imperio comprehenditur, & non e contra. Ferrandus Adduenſis. Explication. lib. 1. cap. 11.*

Imperium

Maximum	Merum		Iuriſdictio	Maxima
		Mixtum		
Maius		Maximum		Maior
		Maius		
Magnum				Magna
		Magnum		
Paruum				Parua
		Paruum		
Minus				Minor
		Minus		
Minimum		Minimum		Minima

Accedendo ad ea, quæ vſu videmus, omitten-
32 do, quæ in Cathedris diſputantur, cum in † iſta iuriſdictionis, & Imperij materia, tantopere ſe interpretes torqueant, vt fere tot ſint capita, quot ſenſus, quot homines tot ſenrentiæ.

Imperium itaque nil aliud eſt, niſi illa plenitudo, & pleniſſima poteſtas, quam habebat populus
33 Romanus † illamque tranſtulit in Principem. *l. 1. C. de vet. iur. enucle. l. fi. C. de legib. l. 1. poſt princip. C. de offic. præfect. præter.* Et idcirco iſtud reſidet in

per-

perſonam Principis, *vt optime dicit Bald. in l. eam quam. num. 30. de fideicommiſſ.* Et ego dixi de præſtantia Regis Catholic. *cap. 21. num. 23. & de magiſtratuum edictis. lib. 1. cap. 1. num. 37. cum pluribus ſeq.* Quæ poſtmodum Princeps, communicauit Magiſtratibus, *vt dicit ibidem Bald.*

34 Et ego dixi *in dicto cap. 1.* Adeo quod † primo erat apud populum, ſecundo translata in Principē, tertio communicata magiſtratibus, & iudicibus, qui ſecundum poteſtatem ſibi traditam, ius dicerent, & iuriſdictio ab his deſcendens oriretur, & operaretur, cum iuridicundo poſtmodum exequeretur, adeo vt ab imperio initium auſpicata ſit. Nec enim Principi deſeruiret imperium illud, vt ſi
35 bi ipſi † imperaret, & ſe ipſum ligaret. *l. illi a quo. §. tempeſtiuum. ff. ad ſenatuſconſult. Trebell. l. prætor ipſe. ff. de tutorib. & curat. dat. ab his. l. pen. ff. de Arb.* Sed dum alijs Imperium tribuit, illius vigore procedentes, & Imperium, & iuriſdictionem exercent.

Merum imperium proſequitur ſpecies quo ad primum, & ſub alternum genus quo ad ſequentia
36 quod definitum eſt † a Iuriſconſulto Vlpiano *in l. Imperium. ff. de iuriſd. omn. iud.* Nam, & ſi non deſint, qui arbitrentur, eam non eſſe diffinitionem, ſed potius declarationem, ſiue Paradigma, ac ſi diceret, merum imperium eſt (vt) habere gladij poteſtatem, & cetera. Tamen negari non poteſt, quin
37 † Iuriſconſultus veram tradiderit diffinitionem, vt illam defendit. *Andr. Alciatus Paradoxor. lib. 2. cap. 7.* Et patet ex litera illius textus. Quia ſic concluditur. Merum Imperium eſt poteſtas gladij animaduertendi in facinoroſos homines, diciturque merum quaſi liberum, nullius alterius iuriſdictio-
38 nis conſortio coinquinatum, quia merum † dicitur, ſolum, vt Feſtus ait, quaſi per ſe ſolum exiſtens nam & ſi ſub mero imperio plura, & maiora contineantur, & exempli cauſa, animaduerſione gladij in homines oſtendit necis poteſtatem ſibi traditā,
39 omittens legis condendæ † poteſtatem mero imperio ineſſe, vetandi in ſuper, & puniendi, aliaque maiora, diciturque ſumma poteſtas vt quo ad Di-
40 ctatores † notatur *in l. vnic. ff. de offi. præfect. pret.* Omitto allegare in his quod dixerint Bartolus, & lij poſt eum, videri poſſunt *Franciſc. Duaren. & Anton. Goueanus, in dicta l. Imperium. Andr. Alciat. in loco allegato. Ioan. Coras. Miſcellan. lib. 3. cap. 17. num. 8. Robert. Aurel. ſentent. lib. 4. cap. 22. plene Iacob. Cuiacius Obſeruatio. li. 21. c. 30. Vaconius a Vacuna declarat. iuris ciuilis. li. 6. declarat. 78. num. 7. Dethardus Horſthius in Synopſi Theſium. lib. 2. titul. 1. 5. Herman. Vulteius Iuriſprudentiæ Roman. lib. 1. cap. 12. num. 7. 9. Hierony. Treutlerus Diſpenſation. Selectar. lib. 1. Diſputat. 3. Theſi. 3. Stephan. Forcatulus in Necyomantia iuris. Dialog. 120. num. 7. 8. Nicolaus Intrigliol. de feudis. articul. 79. num. 49. 56. Centur. 2. Franciſc. de Claperijs. de iuriſdictione, & Imperio. concluſ. 4. num. 1. 2. Ioan. Sainxon. in conſuetud. Turonen. titu. de feudis cap. 50. col. 1. Ioachimus Hopperus de vera iuriſprudentia lib. 9. titul. 7. Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuerſ. lib. 4. cap. 13. ſub num. 6. & cap. 21. per totum. Maſuer. in pract. titul. de iudicib. & eorum iuris. ſub nume. 12. 13.*

Itaque Merum Imperium Principis ſupremi
41 eſt, qđ ita ex corpore ſupremæ poteſtatis † ſuæ in alios magiſtratus, iudiceſque diffunditur, & in diuerſos gradus extenditur, quorum primus, veluti prima ſpecies

Maximum appellatur merum Imperium pote-
42 ſtas condendæ legis, quæ principi ſupremo † ſummoque ſpectat, ſenatui, & præfecto prætorij competit. *l. 1. ff. de conſtit. l. non ambigitur. ff. de legib. l. Normam. C. de offic. Prætor. Ioan. Sainxon. in Conſuetud. Turonens. titul. 1. de Baſſe iuſtice. col. 1. Nicolaus Intrigiol. de feudis. Articul. 79 nu. 56. Centur. 2. Vacō. Declarat. iuris ciuilis. lib. 6. Declar. 78. num. 8.*

Merum imperium Maius, eſt poteſtas illa animaduertendi in facinoroſos homines, qua ani-
43 maduerſione † humana vita adimitur, vel membri mutilatio, adimitur vita ciuilis, ſcilicet libertas, itē miſſio in carcerem perpetuum, quæ damnato in metallum comparatur. *l. aut damnum. §. ſolent. ff. de pœnis. l. in credibile. C. eo. tit. §. Ad hoc. Auth. de collat. Ioan. Sainxon in loco allegato. Nicol. Intrigiol. in dicto articul. 79. num. 57. Cent. 2. Franciſc. de Claperijs de iuridict. & Imperio. conluſ. 5. Maſuer. in prac. titul. de iudicib. & eor. iuriſd. ſub num. 12.*

44 Merum Imperium † Magnum eſt, ciuitatis adēptio, vt deportatio in inſulam, interdictio aquæ, & ignis. *l. Rei capitalis. §. 1. & l. capitalium. ff. de pœnis. Claperius, Intrigiol. & Sainxon. in locis allegatis.*

45 Merum imperium paruum, eſt poteſtas † relegandi, Torquendi ad pœnā, aliaque acris corporis afflictio. *Bartol. in l. imperium. nu. 10. Ioan. Sainxon. vbi ſupra Intrigiolus in dicto articul. 79. nu. 59. Centur. 2. Claperius in dicta concluſ. 5. verſ. Quarto gradu.*

Merum imperium minus, eſt modica coerctio omnibus magiſtratibus competēs, vt ſunt leuio-
46 res † criminum pœnæ, vt ictus fuſtium. *l. Magiſtratibus. ff. de iuriſd. omn. iud. l. leuia. ff. de accuſ. §. audient. in authen. de defenſorib. limit. Ioan. Sainxon. Claperius & Intrigliol in locis allegatis.*

47 Merum imperium minimum † leuem mulctæ impoſitionem continet. *l. mulctarum. C. de mod. mulct an. l. 1. ff. ſi quis ius dicen. nō obtēp. l. 2. C. de ſportul dicunt Sainxon. Intrigliolus, & Claperius in locis annotatis. & Ego plenius de mulctis ſcripſi de Præſtant. Regis Catholici. cap. 13. per totum. Ioachim. Hopper in iuris prudentia. lib. 9. titul. 7. in fin. Maſuer. in Pract. titul. de iudic. & eor. Iuriſd. ſub num. 12. Dominicus Arumæus in deciſ. Ienenſi. 9. num. 31.*

Imperio itaq; mero nulla alia iuriſdictionis ſpe
48 cies eſt admixta, ſed ſeparatum, nil commune cum † alia habens, ipſius ſpecies, gradus tot ſunt pro vt facinora varia erunt, & quot ſunt pœnarum ſpecies, cum in puniendis facinoroſorum hominum actibus totum verſetur. *Anton. Goueanus. in dicta l.*

Impe-

Imperium. Vaconius a Vacun. lib. 6. declarat. 78. nu. 7. 8. Hermannus Vulteius de iuris prouidentia Romanor. lib. 1. cap. 12. nu. 10. 13.

Diximus de mero Imperio, & illius gradibus, nunc de mixto Imperio dicendum.

49 Mixtum imperium est † cui etiam iurisdictio in est, inquit Iurisconsultus *dicta l. Imperium.* Subiũxere Bartolus & alij, quod sit iurisdictio, quæ expeditur officio iudicis nobili, vtilitatem priuatam respiciẽs. Mixtum Imperium esse imperium coercti nem habens cũ iurisdictione, ait *Hermãnus Vulteius in iurisprudentia Romanor. lib. 1. cap. 12. nu. 14.* Et dum Iurisconsultus dicit illi inesse iurisdictio-

50 nem supplet Francisc. Claperius, † *ineſt iuris dictio id est ciuilis concluſ. 7. num. 1.* & ponitur tamquam species, & qualitas, qua differat a mero Imperio, cui inest iurisdictio, sed semper criminatis. *videndus est Ioach. Hopperus de vera iurisprudentia. lib. 9. tit. 7.*

51 Mixtum Maximum Imperium † a solo etiam Principe expeditur, vt veniæ ætatis datio. *l. 2. C. de his, qui veniam æt at. impetra.* In arrogatione authoritatem interponere. *l. 2. ff. de Adoption. Corn. in consil 200. vol. 1. in emancipatione infantis. l. pen. C. de emacip. liber.* In legitimando per rescriptum. §. *il lud &* §. *penult. in Authent. quib. mod. natural. efficiant. sui.*

52 Mixtum maius imperium est, † cognoscere sententiam ex supplicatione, quod ad solum principem, vel præfectum prætorio spectabat. *l. 1. C. de sen ten. præfect. prætor. Authen. quæ supplicatio. C. de præcib. Imper. offer. Matth. de Afflict. in deci. Neap. 341. sub num. 3. Ioan. Sainxon. in consuetud. Turonens. titul. des Deoicts debasse Iustice. gloss. 1. col. 3. & qui eum semper sequitur Nicol. Intriglio. articul. 79. nu. 67. centur. 2.*

53 Mixtum Magnum Imperium, † quod consistit in expellendo aliquem de possessione re ipsa in missione in possessionem ex secundo decreto, in concedenda in integrum restitutione. *l. ea quæ. §. magistratibus. ff. ad Municipal. Carceratione. arg. l. 2. ff. de in ius voc. Hierony. Treutlerus disputat. selectar. lib. 1. Disputat. 3. Thesi. 4. Ioan. Sainxon. vbi supra Intrigliolus in loco allegat. num. 68. Centur. 2.*

54 Mixtum Imperium † paruum, est cognoscere de his quæ fiũt cum causa cognitione, puta datio bonorum possessionis, pronunciare de mittendo in possessionem ex secundo decreto, interponere authoritatẽ alienationibus, & transactionibus alimẽtorum. *l. ea quæ. §. Magistratibus. ff. ad municipal. l. omnia quæcunq; ff. de re iudic. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconsul. Ioan. Sainxon. & Intrigliol. in locis allegatis.*

55 Mixtum Imperium † minus consistit, in his, quę officio iudicis nobili expediri solent, & summariam cognitionem exigunt, vt testatur *Bartol. in dicta l. Imperium. num. 21. Ioan. Sainxon. & Intrigli. in locis supra narratis. Francisc. de Clapper. de iurisdic. & Imperio concluſ. 12.*

56 Mixtum † Imperium Minimum est, interponere authoritatem emãcipationi, & mamnumissioni. *Bartol. in l. Imperium. num. 22. Sainxon. & Intrigl. in locis supra allegatis. vide Masuer. in pract. titul. de iudicib. & eorum iurisd. sub num. 12. 13.*

57 Huius mixti Imperij authoritas † in sex supradictis gradibus ciuilibus consistit, & tot erunt, quot causæ ciuiles existunt, *vt dicit. Vacon. a Vacun. in dicta declar. 78. num. 12.*

58 Nunc prælibatis his, quæ † imperium respiciũt, aliqua de iurisdictione, & illius gradibus delibabimus. Est autem iurisdictio quę iudicis officio mercenario expeditur, priuatam vtilitatem respiciens. *Bartol. in l. Imperium. nu. 23. ff. de iurisd. omn. iud. Stephan. Forcatul. in Necyomant. Iuris. Dialog. 120. sub nu. 13.*

59 Iurisdictio maxima est in causis, † in quibus vertitur præiudicium magnum, vt sunt causæ liberales, causæ status, ingemitatis, & libertinitatis. §. *præiudiciales. Insti. de action. Barthol. in l. imperium nu. 24.* Et hæc delegari minime potest, sed per magnos iudices expeditur, & est distincta ab illis

60 † quæ officio iudicis expediũtur. *l. Placet. C. de Pedan. iudicib. Ioan. Sainxon. in loco allegato. Nicol. Intrigliol. de feudis. articul. 80. nu. 3. Centur. 2.*

61 Iurisdictio maior est illa, † in qua per sentẽtiam prolatam in aliqua actione, potest ad corporis cruciatum veniri, puta qui soluere non potest, cogitur corpore luere, in pęnis delicti. *Bartol. in l. imperiũ. nu. 25.* Et hæc iurisdictio delegari nequit, quia coercti o in corpus non transit in iudicem delegatum. *l. quicunque. C. de seru. fugit. qui iniuriam. ff. de iniurijs. Ioan. Sainxon in dicto loco. Nicol. Intrigliol. in dicto articul. 80. nu. 32.*

62 Iurisdictio magna † est cognoscere de summa trecentorum aureorum quæ magnis magistratibus competit, nec potest delegari, nisi ob absentiam, vel ob multas occupationes. *Intrigliol. in articul. 80. nu. 32. col. 4. Centur. 2. arg. §. iudicare. In Auth. de defensorib. Ciuit. l. Placet. circa prin. C. de Pedan. iudic. Ioan. Sainxon. vbi supra.*

63 Iurisdictio Parua est illa, quæ † dat cognitionẽ intra trecentos aureos, *l. Imperium. in fin. ff. de Iurisd. omn. Iudic.* Et ista potest delegari, *vt per Nicol. Intrigliol. in dicto articul. 80. nu. 33. Centur. 2. Ioan. Sainxon. vbi supra.*

64 Iurisdictio minor est † cognitio causarum centum aureorum, *vt per Ioan. Sainxon. in loco allegato. Intrigliol. in dicto articul. 80. nu. 34.*

65 Iurisdictio minima, † in qua si ordo iudiciarius obseruaretur, sumptus, & expensæ causam superarent, & excederent emolumentum, quod ex illa expectaretur, & in ea summarie proceditur, *vt in Authent. Nisi breuiores. C. de Interlocut. omn. iud. Ioan. Sainxon, & Intrigliol. in locis allegatis.*

A Iure dicundo iurisdictio dicitur, a ditione au-

66 tem, quam interpretantur potestate, minime † dicitur, sed a dico dicis, quia probatur ab effectu ex eo, qui ius dicit. *Probatur in l. 1. ibi ius dicentis. ff. de iurisd. omn. iudic. Ita tenet Vacon. a Vacuna, Declarat. Iuris Ciuil. lib. 6. Declarat. 77. num. 1. quod*

contra

contra Accursium dixerat prius Ioan. Coras. Miscellan. iuris ciuil. lib. 3. cap. 17. num. 1. Ferrandus Adduens. explicationum. lib. 1. cap. 11.

67 Iurisdictio omnis mediate, vel † immediate a DEO est. *Matth. de Afflict. in decis. Neap. 391. nume. 8.* Ego feci tractatum de Pontificia vtriusque gladij potestate, quem manuscriptum misi ad Paulum Quintum Summum Pontificem, de quo memini de præstantia Regis Catholici. *cap. 21. num. 17.* In quo tractatu amplissime hanc materiam enucleaui.

68 In Gallia tres habent iurisdictionum † species Altam, Mediam, Bassam. *vt dicit Gerardus Maynardus in decision. Tholos. 19. lib. 2. ante eum Masuer. in pract. tit. de iudicib. & eor. Iurisd. num. 12. 13. Declarat has Renatus Choppin. de Sacra Forens. Politia. lib. 3. cap. 6. num. 9.* quod is, qui habet plenissimam

69 † iurisdictionem inter ceteros, cognoscit homicidium insidiosum, non casu factum, Raptum, & Incendium Voluntarium, & de Domanio Franciæ. *lib. 2. titul. 7. num. 13. Et in consuet. Andegauens. lib. 1. titul. 2. cap. 39. num. 6. & titul. 3. cap. 42. num. 8. vol. 1. Dixi de Magistrat. edictis. lib. 1. cap. 1. num. 125.* De Bassa iurisdictione. *Francisc. Marc. in deci. Delphi. 280. num. 5. lib. 1. Adde nouissime Matth. ad Guidon. Papæ in decision. Delphin. 626. Vide infra hoc eodem titul. num. 204.*

70 Plenissimam, & commodam † iurisdictionem habens, habet omnem iurisdictionem, & merum, ac mixtum imperium secundum opinionem. *Gloss. in cle. 1. in verb. omnimodam. de for. comp. arg. dictæ. l. Imperium & l. Iubere cauere. ff. de iurisd. omn. iud. tex. not ab. in l. si in aliquam. §. cum plenissimam. ff. de offic. proconsul. & legat. Hermanus Vulteius de Iurisprudentia Romanor. lib. 1. cap. 12. nume. 2. Matth. Vuesembec. in consil. 95. num. 11. Anton. Lescur. de Iurisd. In prælection. in fin.* Dicens, quod

71 † hæc plena, & propria iurisdictionis acceptio reliquas suis vlnis complectatur, neque certis negotijs, aut quantitate vlla circumscribatur, sed vastissimum ius dicentis officium peruagetur extra iurisdictionis ipsius, extraque Imperij metas, quos refert, & sequitur *Hierony. Treutlerus disputation. Selectarum. lib. 1. disputat. 3. Thesi. 1. Anton. Gubertus. quæstion. iuris. cap. 10. num. 17. Dethardus Horsthius in Synopsi Thesium. lib. 2. titul. 1. num. 4. Dixi plene de* Magistratuum edictis. lib. 1. cap. 1. nu. 112. 113. 114. 115. 119. 120. 121. 123. 124. 126. 127. *D. Vincent. de Franch. in decis. Neapol. 119. nu. 13. Iacobin. de Sacc. Georg. in inuestitur. feudal. in verb. cum mero, mixtoque imperio. num. 12. Alexander. Raudens. eruditissimus I. C. de Analogis lib. 1. cap. 15. nu. 237. Seraphin. Oliuarius in decis. Nouiss. Roman. 196. num. 1. part. 2. lib. 2.*

72 Iurisdictionem † Populus Romanus transtulit in vnum principem *Francisc. Marc. in decis. Delphin. 187. num. 1. vol. 1. C. de veter. iur. enucleand. l. fin. C. de legib. & constit. l. 1. post princ. C. de offic. præfecti prætor. Africæ. Dixi plene de Regis Catholic. præst. cap. 31. nu. 10. 15.*

73 A principe vti perenni fonte † omnes fluunt iurisdictiones. *Bal. in c. 1. §. ad hæc. de pace iur. firm. Francis. Marc. in decis. Delphin. 178. num. 2. vol. 1. & in decis. 616. vol. 1. habetur in c. 1. in verb. Potestas creandorum magistratuum. Quæ sint Regalia, Ant. Capic. in inuestitur. feudal. §. Feudorum clausulæ. vers. Quod possit creare Capitaneos. Marc. Ant. Natta in consil. 636. num. 126. vol. 3. M. Anton. Peregrin. de iure fisci. lib. 1. tit. 1. num. 10. 11. Dixi ego de Regis Catholic. Præstantia. cap. 21. num. 17. & in commentarys de Magistratuum edictis. lib. 1. cap. 1. num. 39. Claud. de Seyssel. in Specul. feudor. confusissimo. fol. mihi. 94. vers. veritas est. Ioseph. Cumia in Practic. Syndicat. cap. 14. num. 28. Thom. Gram. in decis. Neapol. 46. nu. 1. 4. Capic. in decis. Neapol. 9. sub. nu. 14. Chassan. in Consuetud. Burgund. Rub. 1. §. 8. in verb. Le seigneur. nu. 4. Ludouic. de Peguiera in decis. Criminali. Cathaloniæ. 36. nu. 1. Nouissime Ludouic. Sacca in consil. 8. nu. 36. vol. 1.*

74 Iurisdictio pactis, siue † conuentionibus priuatorum hominum tribui minime potest. *l. Priuatorum. C. de iurisdict. omn. iud. Francis. Marc. in decis. Delphin. 610. nu. 1. vol. 1. Paul. AEmil. Verall. in decis. 97. nu. 4. lib. 1. in decis. 162. nu. 5. lib. 2. Vincent. de Franch. in decis. Neapol. 551 num. 10. Petr. Nicol. Mozz. de feudis. titul. de natur. feudi. sub. num. 119. Idem Francis. Marc. in decisio. Delphin. 426. num. 2. vol. 2.*

Priuatiue in dubio censetur concessa iurisdi-

75 ctio, quo casu alius, vel superior, non potest † se intromittere, nec censetur concessa cumulatiue si diceret, quod alij non se intromitterent in cognitione vasallorum, *vt dicit Anton. Capic. in decision. Neap. 9. num. 15. Lud. Roman. in consil. 393. sub num. 11. Thom. Grammat. in decision. Neapolitan. 30. nu. 8. 9. post Tiber. Decian. in consil. 35. num. 60. vol. 2. Francisc. Milanens. in decision. Siciliæ. 5. num. 3. 4. lib. 2. Stephan. Gratian. in decision. Marchiæ. 145. nu. 2. Bernard. Plot. in consil. 133. nu. 29. vol. 1. crimin. diuersorum. Quem refert, & sequitur Flamin. Chartar. in decis. Genu. 68. num. 4.*

76 Contrarium tamen, quod censeatur † concessa iurisdictio cumulatiue, ita quod cõcedens, & alius poterit procedere, vt ex dictis Ludouici Romani *in singul. 21. incip. viget pactum.* Vbi loquitur de eodem negotio, de quo scripsit *in allegato consil. 393. & dicit idem Anton. Capic. in dicta decis. Neap. 9. num. 15. Roland. a Vall. in consil. 80. num. 10. 11. vol. 2. Rubeus in decis. Nouiss. Roman. 33. nu. 2. 4. lib. 1. vol. 1. Iacob. Mandell. in consil. 585. vol. 3. Hippolyt. Rimin. in consil. 715. vol. 6. Iacob. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 18. Costa de Portion. Rata. q. 10. 89. nu. 14. Ioan. Vincent. de Anna. in alleg. 52. num. 83.*

77 Declara procedere quando † verba priuilegij, & concessionis ostenderent, quod solus is, cui esset facta concessio iurisdictionis procederet in causis, & non alij, *& Carolo Ruino in consil. 7. num. 6. vol. 4. Voluit Iacob. Menoch. de arbitrar iud. quæst. lib. 1. q. 40. num. 7.*

87 Princeps concedens iuriſdictionem, non † cenſetur a ſe abdicare ſuperioritatem, ſcilicet appellationum. *Matth. de Afflict. in c. 1. in verb. Poteſtas creandorum magiſtratuum. num. 15. quæ ſint Regal. & in c. 1. §. Item ſi quis. notab. 3. quib. modis feud. amitt.* Præſertim vbi ſibi reſeruaſſet † ius ſuperiori
79 tatis, & reſortus, ſcilicet appellationem, vt dicunt Galli *Guid. Pap. in deci. Gratianop. 518. in deciſ. 551. ſub num. 3. 4. Octauian. Cacher. in deciſ. Pedem. 101. num. 9.* Quia requiritur ſpecialis conceſſio iuriſdi-
80 ctionis ſecundarum † cauſarum *Angel. in l. 1. §. qui mandatam. ff. de offic. eius. Iacobin. de Sanct. Georg. in inueſtitur. feudal. in verb. cum mero, mixtoque. num. 9. M. Anton. Natta in conſil. 180. nu. 22. vol. 3. Martin. Laudens. in tract. de caſtellan. notab. 22. Anton. Capic. in inueſtitur. feudal. §. feudorum acceſſoria. col. 3. verſicul. Appellationum cauſæ. Ioan. Vincentius de Anna in Allegat. 52. nu. 44. cum pluribus ſequentibus in ſingul. 388. & vtrobique in Apoſtill. Fabius. de Anna. infra hoc eodem titul. numer. 263. 264.*

81 Si Baro, & Dominus † iuriſdictionis criminalis venderet iuriſdictionem criminalem, & alius eſſet Dominus iuriſdictionis ciuilis, non admittuntur vaſalli ad prælationem retrouenditionis ſiue retractus Domanij, cum dicantur vaſalli Baronis ciuilis iuriſdictionis, *vt dicit Marin. Freccia de ſubfeudis Baronum. lib. 2. authorit. 2. num. 26. verſ. ſi dominus. quem ſequitur Vincent. de Franchis in deciſ. Neap. 17. num. 14. & per totam vide infra hoc eodem titul. num. 219. 220.*

82 Iuriſdictio præſumitur † allodialis. *Bald. in c. 1. §. ad hæc. de Pace Iuram. firmand. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin. 80. ante nu. 4. vol. 1. & in deciſ. 367. num. 5. vol. 2.*

Declara non procedere in Principis iuriſdictione, quæ allodialis non cenſetur, *vt voluit idem Frã ciſc. Marc. in deciſ. 542. num. 4. vol. 2.*

83 Datur iuriſdictio † voluntaria, & contentioſa, de quibus habetur *in l. 2. ff. de offic. proconſul. & legat. gloſſ. in l. 1. ff. de offic. prætor. gloſſ. in l. 1. in verb. conſilium. ff. de offic. conſul. de ea loquitur Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 227. num. 5. 6. Herman. Vulteius, de iuriſprudent. Romanor lib. 1. cap. 12. num. 15. Rolan. a Vall. in conſil. 56. nume. 5. vol. 2. nouiſſime Carolus Iallongus Racemat. 28. num. 1. & ſeq.*

84 Cognitione cauſarum † non veniunt cauſæ criminales, *ex Ioan. Fabro in l. ſi clerici. C. de epiſcop. & cleric. Ioan. Vincent. de Anna in allegat. 2. nume. 7. & in ſingul. 85.* vbi dicit fuiſſe diſcuſsum in Sacro Conſilio in cauſa Santi Martini Monaſterij ordinis Cartuſienſium, cum Don Lope de Zunica.

85 Iudex habet iuriſdictionem, † atq; illius exercitium, ex ſola reſcripti præſentatione quia illo præſentato, & recepto, actu illa vtitur *Specul. in titu. de competentis iudicis. adit. §. viſo. num. 3. in fin. & poſt Rotam in Nouis in deciſ. 416. incip. ſi impetretur. Paul. AEmil. Verall. in deciſ. 324. num. 4. lib. 1. Marcell. Cardin. Creſcent. in deciſ. 13. de conceſſ. præb. ex Bald. in l. falſas. num. 17. C. de furtis. Cotta in deciſ. Nouiſſim. Rom. 25. nu. 5. in deciſ. 69. nu. 1. lib. 1. vol. 1. vbi allegat. Ioan. Baptiſt. Ferret. in conſi. 85. Ant. Maſſ. Galleſius de oblig. in forma Cameræ. titul. de Proceſſ. nu. 5. infra hoc eodem titul. nu. 129. Alexan. Raudens. crimin. Reſol. lib. 1. cap. 67. in prædict. Crauet. cap. 67. ſub prædict. qualitatis.*

86 Ex defectu iuriſdictionis † ſemper poteſt de nullitate dici, quæ nunquam reiecta intelligitur. *gloſſ. in cle. 1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Panor. in conſil. 82. vol. 1. Deci. in conſil. 520. Sebaſtian. Vant. de nullitatib. titul. quis poſſit dicere de nullit. nu. 37. & in tit. de nullitate ex defectu iuriſdictionis & vnde. nu. 4. Hierony. Magon. in deciſ. Lucens. 22. nu. 18. poſt Anton. Gabriel. commun. opin. in titul. de ſtatutis. concluſ. 3. Paul. AEmil. Verall. in deciſ. 97. num. 3. lib. 1. vide infra hoc eodem titul. nu. 89. 90. Nicol. Reuſner. in deciſ. German. 21. nu. 26. lib. 4.*

87 Barones, & domini habentes † feuda, & vaſallos tanquam habentes in eos iuriſdictionem illis imperant. *cap. Imperialem. §. præterea inter duos. de prohibit. feud. alien. per Federic. And. de Iſern. in c. 1. §. Domino committente. ſi de feud. fuer. controuerſ. Matth. de Afflict in deciſ. Neap. 265. nu. 7. cum pluribus ſeq.*

88 Exemptio vaſallis † a poteſtate Domini conceditur ob lites inter ipſos, & dominium vertens, *ex Guliclm. Caſsador. in deciſ. 6. ſub titul. de Priuilegijs. Verall. in deciſ. 62. nu. 4. lib. 2.* Et ideo ſupremũ conſilium, & locum tenentes Regis, dum lites ſunt in Regijs Tribunalibus inter Dominos, & vaſallos, qui curam gerunt illarum, nomine vniuerſitatum, mandat Dominis, illorum officialibus, ne in cauſis illorum ſe intromittant, ſed Regij Magiſtratus cognoſcãt, ad euitandas vindictæ exaggerationes, & talis exemptus eſt ſubditus Regi durante Domini vita, *vt dicit Ioan. Gallus. q. 340.*

89 Ad illud, (quod ſupra diximus) quod † ſemper poſſit allegari nullitas ex defectu iur ſdictionis eſt facienda declaratio, ꝙ nullitas nõ militet, nec allegari valeat, quando in aliquem habentem tamen aliquam iuriſdictionem ambæ partes litigantes conſenſiſsent, quia ſententia ab eo emanata non poterit poſtmodum defectus iuriſdictionis oppugnari, *vt poſt Hyppolit. Riminald. in conſil. 358. vol. 4. & Franciſc. Vinius in deciſ. 126. voluit Ioan. Baptiſta Coſta de facti ſcient. & ignoran. diſtinct. 100. num. 77. Centur. 1.*

90 Secunda declaratio, † quod quando fuit ex meritis cauſæ, & proceſſus iuſte prolata, non eſt curandũ de nullitate, etiã ex defectu iuriſdictionis, *vt voluit Iacob. Mandell. in conſ. 92. vol. 1 Franciſ. Vinius in deciſ. 331. & alios etiam referens voluit idem oculatiſſimus D. Ioan. Baptiſta. Cocta in dicto Tractatu de facti ſcient. & ignorant. Cent. 1. diſt. 100. numero 78. ad quæ faciunt multa quæ dixi in conſil. 17. numero ſeptimo, cum pluribus ſequent. Centur. ſecunda.*

91 Prorogatio iuriſdictionis fit tribus modis, de tempore ad tempus, de re ad rem, & de perſona ad perſonam, *vt poſt Gloſſ. in capitul. P. & G. in verbo.*

verbo. prorogatio. de offic. delegat. vbi Abb. Panor. & Lapus in allegat. 58. *ſub nu.* 12. *voluit Franciſc. Viui. in deciſ.* 126. *num.* 1. *Ioan Baptiſta. Coſta. de fact. ſcient. & ignor. Centur.* 2. *diſtinct.* 66. *nu.* 3. 4. *Matth. de Affl. in deciſ. Neap.* 177. *num.* 4. *Nicol. Anton. Graat. ad Veſtrium. lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 14. *Stephan. Gratian. in deciſ. Marchiæ.* 78. *nu.* 2. *Tango infra titul. de foro compet. num.* 144.

92 Declara primo prorogationem † iuriſdictionis de perſona ad perſonam ex ſolo ipſarum partium conſenſu fieri poſſe. *gloſſ. in l.* 2. §. *ſi iudex. ff. de iudic. Viuius in dicta deciſ.* 126. *num.* 3. *in fin.*

93 Declara ſecundo, prorogationem † iuriſdictionis, de re ad rem, fieri poſſe de maiori quantitate ad minorem, & e contra, & requiri iudicis conſenſum, *gloſſ. in dicta l.* 2. §. *ſi iudex. ff. de iudic. in verb. inhibita Bald. in l. ſi quis ex conſenſu. col.* 4. *C. de epiſcop. aud. Afflict. in deciſ. Neap.* 117. *nu.* 4. *Guid. Pap. in deciſ. Gratianop.* 285. *num.* 1.

94 Declara tertio, † quod prorogatio iuriſdictionis quæ fieret de tempore ad tempus, nõ debet eſſe vltra triennium, *vt dicit Gloſſ. in dicto.* §. *ſi iudex. Franciſc. Viui. in dicta deciſ.* 126. *ſub num.* 2. *& fieri debere vtraq; parte volente. Gul. Caſſador. in deciſ.* 9. *nu.* 9. *de appel.*

95 Declara quarto ſententiam † latam a iudice prorogato, etiam tacite valere, puta quia quis vocatus, & citatus a iudice incompetenti, reconuenit actorem, per quam reconuentionem iuriſdictio eſt prorogata. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neap.* 27. *nu.* 3. *Robert. Maranta. in Specul. Aureo. diſtinct.* 12. *numero* 11.

96 Declara quinto, † iuriſdictionem limitatam non poſſe prorogari. *M. Anton. Natta in conſil.* 82. *nu.* 8. 9. *vol.* 1. *Franciſc. Marc. in deciſ. Delphi.* 529. *nu.* 6. 7. *vol.* 2. *Ioan. Petr. Surd. in deciſ. Mantuan.* 88. *nu.* 3. *Coſta. de facti ſcient. & ignorant. diſtinct.* 66. *nu.* 20. *centur.* 2. *Ioan. Petr. Surd. in conſil.* 280. *num.* 3. *vol.* 2. *Guid. Papæ in deciſ.* 285. *Stephan. Gratianop. in deciſ. Marchiæ.* 78. *nu.* 3. 23.

97 Declara ſexto † Vaſallum non poſſe prorogare iuriſdictionem in alium quam in ſuum Dominum in illius præiudicium. *Guido Papæ in deciſion. Gratianop.* 77. *in fin. & in deciſ.* 275. *nu.* 3. *Anton. Capic. in deciſ. Neap.* 9. *num.* 1. *Maſuer. in pract. titul. de iudicib. & eorũ iuriſd. nu.* 23. *Nicol Boer. in deciſ.* 114. *num.* 5. *Petr. Rebuff. in Concordat. Franc. titul. de cauſis.* §. *Statuimus. in verb. Statuimus. verſ. Imo etiam. Stephan. Gratian. deciſ. Marchiæ.* 78. *num.* 38.

98 Declara ſeptimo quod clericus non poteſt prorogare † iuriſdictionem ſui ſuperioris, *vt per Thom. Grammatic. in deciſion. Neapol.* 61. *nu.* 17. *Ioan. Petr. Surd. in deciſion. Mantuan.* 26. *num.* 4. *Stephan. Gratian. in deciſion. Marchiæ.* 78. *num.* 50. *Franciſc. Viui. in deciſ.* 125. *num.* 1. Vbi dicit, procedere etiam ſi ſui ſuperioris ordinatio interueniret. *Verall. in deciſ.* 146. *nu.* 5. *lib.* 2. *Guid. Pap. in deciſ Gratianop.* 77. *num.* 7. *Vincent. Carroc. in deciſi. ſiue caſu.* 52 *num.* 24. *Idem Grammat. in deciſ. Neap.* 29. *Ioan. Petr. Surd. in deciſ. Mantu.* 26. *nu.* 4. 10.

99 Declara octauo, non † intelligi prorogatam iuriſdictionem per ſolam contumaciam. *Ludouic. Roman. in conſil.* 48. *circa principium, quem refert, & ſequitur. Ioan. Petr. Surdus in dicta deciſ. Mantuan.* 26. *nu.* 14.

100 Declara, non attendi † prorogationem iuriſdictionis validam eſſe, quando iudex cuius iuriſdictio eſt prorogata, fuit præſens, ac prorogationem acceptauerit. *vt poſt Cyn. Gulielm. de Cuneo, & Angel. in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. omn. iud. voluit*

101 *Iafredus Lanfr. Balb. in deciſ.* 48. Tãto plus † ſi ea pactio eſt iuramento firmata. *c. nouit. de iud. c. Ad noſtram. c. & ſi Chriſtus. de iureiuran.*

102 Declara decimo prorogationem † iuriſdictionis fieri debere per principalem, vel procuratorem habentem ſpeciale mandatum, cum libera, *vt poſt Angel. in l.* 2. *in prin. ff. de iud. & Panor. in c. cum olim Abbas. de offi. delegat. voluit Iafred. Lanfran. Balbus in deciſ.* 66. *incip. Procurator. Guid. Pap. in deciſ. Gratianop.* 285. *nu.* 2.

103 Declara vndecimo, prorogationem † iuriſdictionis non induci per comparitionem rei coram iudice incompetente, per inquiſitionem procedente, *vt ex Bal. in l.* 1. *C. Ad leg. Cornel. de Sicar. Iafredus Balbus in deciſ.* 159. *Incip. Prorogatio.*

104 Declara duodecimo, † quod qui obtinuit ſententiam in contrarium a iudice incompetenti per appellationem non factam, non ideo cenſetur iuriſdictionem prorogaſſe. *Matth. de Afflict. in deciſ.* 354. *num.* 18.

105 Declara decimo tertio, † quod in omnem caſum prorogationis iuriſdictionis, intelligendum eſt, quod talis iudex ſit capax iuriſdictionis, *vt per Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol.* 354. *nu.* 14. 15. *Nicol. Anton. Granat. ad Pract. Veſtry. lib.* 8. *c.* 2. *num.* 15. *Andr. Gail. de Pace public. lib.* 1. *cap.* 12. *numero* 10. *vide infra numero* 120. 187. *vſque ad nu.* 195.

106 Si agitur † de iuriſdictione beneficiali, agitur de re prophana, non autem eccleſiaſtica. *Anton. Auguſtin. in deciſion. Nouiſſim. Romana* 1300. *libr.* 3. *volum.* 3.

107 Laicum iudicem habere † iuriſdictionem in cauſis profanis clericorum per conſuetudinem probari non ſufficit, niſi per Priuilegium demonſtretur. *Ioan. Paul. Tholom. in deciſ. nouiſſim. Roman.* 1027. *lib.* 3. *vol.* 3.

108 Rex concedens † alicui omnium Regiarum cauſarum cognitionem, non intelligitur cõceſſiſſe cauſas, quas cum illo habet, niſi ſpecialiter exprimantur. *arg. l. inquiſito. C. de ſolutionib. Ioan. Gallus. q.* 105.

109 Priuilegium iuriſdictionis † conceſſum ad tempus, puta per quinquennium, quinquennio elapſo etiam quo ad cepta ceſſet. *Cappell. Tholoſan. in deciſ.* 356. *incip. Item fuit quæſitum ſi in priuilegio.*

110 Limitatur autem ſecus eſſe, ſi ante † lapſum temporis per partes fuiſſet facta prorogatio iuriſdictionis. *cap. de cauſis. de officio deleg. vt dicit Stephan. Aufrerius addictam deciſion. Cappellæ Tholoſan.* 356.

111 Prælati habentes iurisdictiones † temporales non possunt pro illius administratione ponere iudices, & Magistratus ecclesiasticis sed laicos, *vt scripsi ad Bellugam. in Specu. Princip. rub.* 11. §. *Videndum in verb. perdunt. & multos allegaui in commentariis de Regis Catholici Præstantia. cap.* 71. *nu.* 73. *cum pluribus sequent.* His adde plura Arresta super hoc solenniter fuisse lata in supremis Regijs

112 † Galliæ ordinibus, in Annis. 1518. 1524. 1558. *vt refert fidelissimus, diligentissimus, & disertissimus Renatus Choppinus de Sacra Forensi Politia. li.* 2. *titul.* 2. *num.* 18.

113 Ecclesia vnita alteri † ecclesiæ, nihilominus remanet sub iurisdictione primæ *arg. c. quia monasterium. de religios. domib. Angel. in consil.* 247. *Nouissime Iacob. Thomingius in decision. Lipsensi.* 41. *num.* 3. *dixi plene in consil.* 70. *num.* 42. *& per totum. Centur.* 1.

114 Iurisdictione concessa, † cẽsentur omnia illa collata, sine quibus concessa iurisdictio explicari non posset. *l. cui iurisdictio. ff. de iurisdiction. omn. iud. l. ad rem mobilem. ff. de procur. Hyppolit. de Marsil. in singul.* 175. *Catell. Cotta in memorab. in verb. concesso. Bernardin. Alfan. in Collect.* 115. *& Collectan.* 598. *Ego dixi & alii quos retuli in consil.* 85. *num.* 6. *Centur.* 1. *Francisc. Marc. in decis. Delphin.* 449. *num.* 1. *vol.* 1.

115 Iudicis iurisdictionem † declinans, non debet amplius ab eo citari, sed contra ipsum procedere potest ad contumaciam, *vt post Innocent. & Ioan. Andr. quos allegat, voluit Angel. in l. cum videtur. ff. de iudic. dicens, secus si in declinand. dixisset, si & in quantum, & non aliter. ut scribit Flaminius Chartar. in decision. Genuens.* 99. *num.* 1.

116 Vasalli a Baronibus vexati † per seuitiam carcerati, ac male tractati eximuntur ab illorũ iurisdictione. *Guido Pap. in decisione Gratianop.* 62. *nu.* 1. *Thom. Grammat. in Consil. Crim.* 10. *Nicol. Boer. in decision. Burdegal.* 34. *num.* 4. *Ferdinand. Vasq. controuers. Illustr. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 19. *Ioan. Baptista Asin. in l. si quis sepulchrum. in princip. num.* 9. *ff. de relig. & sumpt. funer. Rotam in Antiq. in decis.* 246. *versus finem. Andr. Gail. practicar. obseruat. lib.* 1. *obseruat.* 17. *num.* 2. *& plusquam alius dixi in consil.* 30. *num.* 29. *cum pluribus seq. & in consil.* 31. *per totum. Centur.* 2. *Ioan. Vincen. de Anna in singul.* 155. *vbi Fabius in Apostillis.*

117 Commissio causæ facta † in Curia, cum illius auocatione a partibus, quatenus non sit instructa, tribuit iurisdictionem, licet supplicans non probet, quod causa non erat instructa. *Marcell. Cardin. Crescentius in decis.* 5. *in titul. de rescriptis.*

118 Rex habet ordinariam † iurisdictionem in vasallos, quæ per illos atiam volentes in alium dominum declinari non potest. *Matth. de Afflict. in decis. Neapol.* 265. *num.* 35.

119 Ministri dominorum † parlamenti eorum iurisdictioni subiacent. *Gerardus Maynardus in decisio. Tholos.* 21. *lib.* 2. *nouissime Vincent. de Franchis in decis. Neapol.* 679. *per totam.*

Diximus supra hoc eodem titulo *num.* 61. *vsque*

120 † *ad num* 106. de materia prorogationis iurisdictionis. His adde, quod in causa appellationis non fit prorogatio iurisdictionis. *Bald. in c.* 2. §. *hoc quod nos. in fin. vers. secundum mores ciuitatis. de Pace Constantiæ. Francisc. Marc. in decis. Delphinal.* 639. *num.* 1. *vol.* 2. *Rob. Marant. in Specul. Aureo, distinct.* 12. *num.* 22. *Hierony. Gigas in consil.* 81. *quos refert, & sequitur Stephan. Gratian. in decision. Marchiæ.* 78. *num.* 31. 32.

121 Limita tamen secus † esse, quando sumus in iudice, qui potest adiri per viam querelæ, quia tunc etiam in causa appellationis locum habet prorogatio, quæ dicetur eo casu potius exceptionis omissio, *vt Francisc. Marc. in decis. Delphinal.* 419. *num.* 10. *volum.* 1. *Stephan. Gratian. in decision.* 78. *num.* 33. 34.

122 Rotæ Romanæ Auditores in † cognoscendo ordinariam iurisdictionem, in sententiando delegatam habent *Rota in Nouis. in decision.* 362. *incip. si committatur. quam sequitur Paul. AEmil. Verall. in decision.* 90. *nume.* 2. *& in decision.* 279. *numer.* 2. *lib.* 1.

123 Iudex antequam procedat † ad aliquem actum debet esse certus de sua iurisdictione. *Paul. AEmil. Verall. in decis.* 114. *num.* 1. *lib.* 2.

124 Iurisdictionis defectus † dicitur insanabilis. *P. AEmil. Veral. in decision.* 38. *num.* 2. *lib.* 3. *Thom. Triuisan. in decision. Veneta.* 11. *num.* 2. *lib.* 2. Et omnia acta vitiat. *Nicol. Reuen. in decis. German.* 14. *nu.* 43. *lib.* 3.

125 Princeps, & Dominus, qui habet † Dominium, & iurisdictionem in aliqua ciuitate, vel oppido habet etiam in mari adiacenti per centum milliaria. *arg. l. vnicæ. vbi Bartol. Angel. Ioan. de Platea. & Lucas de Pẽna C. de Classicis. li.* 11. *Doctores in. l. Insulæ. ff. de iudic. Hyppolit. de Marsil. in rep. l. fin. num.* 183. *ff. de iurisdict. omn. iudic. alios allegans Octauian. Cacher. in decis.* 155. *nu.* 2. *Vincent. de Frãch. in decis. Neapol.* 142. *nu.* 6.

Declara in alto mari solum Imperatorem iurisdictionem habere, *scribit Franciscus. Marc. in decis. Delphin.* 110. *nu.* 13. *vol.* 2. Sed vsus Maris communis est iurisdictio autem illorum est, qui illa possident, de quibus egi de Regis Catholici Præstantia *cap.* 19. *num.* 4. *& Latius cap.* 46. *num.* 227. *cum pluribus seq.*

126 Iurisdictionis quasi † possessio probatur ex instrumento iuramenti fidelitatis iuratæ. *Bartol. Socin. in consil.* 187. *col.* 4. *versic. Primo probatur. vol.* 2 *Iacob. Mandell. in consil.* 64. *num.* 13. 14. *Petr. Rebuff. ad Constitut. Galliæ. tomo.* 3. *de mater. possess. in Præfat. num.* 101. 102. *quos refert, & sequitur Iacob. Menoch. de retinẽd. possess. remedio.* 3. *nu.* 579. *quibus astipulatur Francisc. Cantucc. in decis. nouiss. Roman.* 4. *nu.* 3. *lib.* 2. *vol.* 2.

127 Princeps habet fundatam † intentionem iurisdictionis in omnibus locis sui territorij. *Panor. in c. si diligenti. nu.* 2. *de Præscript. & post eum allegans Cardinal. Pute. in decis.* 221. *lib.* 2. *quam non reperi,*

Lan-

Lancellot. in deciſ. Nouiſſim. Rom. 600. *num.* 6. *parte* 1. *volum. primo. vide infra hoc eodem titul. numero* 155.

28 Legatione ceſſante, † ceſſat illius iuriſdictio. *c. præſenti. de offic. legat. in* 6. *Chriſtophor. Robuſter. in deciſion. Nouiſſim. Roman.* 469. *num.* 1. *parte* 1. *volum.* 1.

129 Iuriſdictio in iudicem † transfunditur ex ſola Principis voluntate, quo vero ad exercitium illius commiſſionalium literarum conceſſæ iuriſdictionis exhibitio requitur. *Rota in deci.* 459. *incip. circa tertium. Dixi ſupra hoc eodem titul. num.* 85.

130 Actus inualidus † iuriſdictionem nō perpetuat. *poſt Felin. in c. ex tenore. col.* 4. *de reſcript. voluit Cæſar Barzius in deciſ. Bononienſ.* 15. *nu.* 21.

131 Iuriſdictio expirat morte † mandantis, quando illam habet in vita tantum, ſecus ſi illam haberet perpetuo, vt ſunt Barones, ac Domini, quia illorū morte nō expirat. *vt optime dicit Angel. de Aret. in* §. *Recte. num.* 6. *Inſt. Mandati. quē ſequitur Vincen. de Franch. in deciſ. Neapol.* 165. *num.* 6. Præſertim Iuriſdictio ordinaria etiam cōceſſa ad principis beneplacitum. *Anton. Capic. in deciſ. Neap.* 116. *num.* 3. *alios allegans Vincen. Carroc. in deciſ. ſiue caſu.* 18. *num.* 5.

132 Milites Sancti Iacobi de † ſpada exempti ſunt a iuriſdictione ordinarij, non tamen poſſunt prorogare iuriſdictionem, & conſentire in iudicem non ſuum. *Marcell. Cardin. Creſcenti. in deciſ.* 3. *num.* 1. *titul. de foro compet. Ludou. de Molina. de Hiſpanor. Primog. lib.* 1. *cap.* 13. *nu.* 98.

133 Femina in conſequentiā † dignitatis annexam habens iuriſdictionem, illam exercere poteſt. *Hierony. Cagnol. in l. feminæ. nu.* 3. *ff. de regul. iuris. Ludouic. de Molina. de Hiſpanor. primogen. lib.* 1. *cap.* 13. *nu.* 14. 97. *quem ſequitur Aluar. Vallaſc. in Conſultat. ſiue deciſ.* 120. *num.* 23.

134 Dominus, & Baro † lites ſuorum vaſallorum poteſt cognoſcere in omnibus locis ſuæ iuriſdictionis. *ex Aluarot. in c. Imperialem.* §. *præterea, qui eſt vltimus. num.* 5. *de Prohibita feud. alien. per Feder. Renat. Choppin. in conſuetud. Andegauens. lib.* 2. *tit.* 3. *articul.* 2. *vol.* 2.

In Terris Prælatorum, & Baronum, Regia Aſſi-
135 ſia, iuriſdictioque exerceri poteſt † in cauſis Reſortus, ſeu Appellationum a Dominicis iudicibus, & ſubalternis, fuit prouiſum per parlamentare Areſtum Pariſienſe, *vt refert Renatus. Choppinus in Conſuetud. Andegauens. lib.* 7. *tit.* 3. *articul.* 2. *in fin. vol.* 2.

Iuriſdictio delegata per decretum citationis
136 † perpetuatur, & ſi non fuerit exequuta, & non peruenerit ad notitiam citandi, *Cappel. Tholoſ. in deciſ.* 340. *incip. Item an iuriſdictio. Cardinal. Paleot. in deciſ. Nouiſſim. Rom.* 552. *nu.* 5. *lib.* 3. *vol.* 3.

137 Contrarium, quod morte † delegantis, & mandantis expirat iuriſdictio, & non perpetuatur, niſi in cauſa procedere incœperit. *vt l. & quia. ff. de iuriſd. omn. iudic.* Sed prima opinio eſt de iure cano-
138 nico, vltima † vero de iure ciuili. *vt dicit Stephan. Aufrer. in dicta Apoſtill. ad Cappell. Tholoſ.* 340.

139 Excommunicatio eſt meri † Imperij. *c. tranſmiſſa. extra. de elect. c. quod ſedes. vbi Panormit. de offic. ordin. voluit Franciſc. Vtui. in deciſ.* 93. *nu.* 2.

140 Laicus prorogādo † poteſt ſe coram iudice eccleſiaſtico obligare. *c. ſignificaſti. extra. de for. compe. c. Inclita.* 11. *q.* 1. *Franciſc. Viuius. in deciſion.* 125. *numero* 2.

141 Iuriſdictio per Prælatum † alienari, ac vendi nō poteſt, neque locari in perpetuum, *vt poēt Ioan. de Lignan. in c. fin. Ne Prælat. vic. ſuas. voluit Franciſc. Viuius in deciſ.* 126. *nu.* 5.

142 Declara autem † Iuriſdictionem fructus, & commoda poſſe per Prælatum alienari, & iuriſdictionem gratis concedi, *vt ex eodem Io. de Lignan. voluit Franciſc. Viui. in deciſ.* 126. *nu.* 5.

143 Princeps ſæcularis poteſt † pecunia iuriſdictionem alienare. *Franciſc. Viuius* 126. *nu.* 6. In Dominium hoc credo licere, & feudum, vt dum Rex alienat Baronibus, non autem Magiſtratibus iuſtitiam miniſtrare volentibus, *vt dico de Magiſtratuum. edictis. lib.* 1. *cap.* 9. *per totum.*

144 Teſtibus illiteratis † probari non poteſt mixtum imperium. *Ioan. Vincentius de Anna. in allegation.* 52. *num.* 39. *& in ſingul.* 107. *quem ſequitur Franciſc. Viui. in deciſ.* 165. *num.* 2.

145 Iuriſdictio † generalis mandata ad omnes cauſas in tali prouincia, vel loco non probatur, niſi per ſcripturam, ſecus ſi ſit ſpecialiter ad aliquā cauſam vel actum faciendum. *Iafred. Lanfran. Balbus. in deciſion.* 31. *Borgvin. Caualca. in deciſion. Fiuizan.* 11. *num.* 2. *parte* 1.

146 Declara ſecus eſſe † ſi princeps eſſet in loco, a quo poſſent teſtes informari, de conceſſione *vt dicit idē Iafredus Balbus. in dicta deciſion.* 31.

147 Ex actu nullo iuriſdictionis † præuentio non inducitur. *Iafredus Lanfran. Balbus in deciſion.* 71.

148 Proceſſus nullus † ratione defectus iuriſdictionis, nec per cōfeſſionem validatur. *c. At ſi clerici. de quo gloſſa in clem.* 1. *de ſequeſtration. poſſeſſ. & fruct. Iafred. Lanfran. Balbus. in deciſion.* 81.

149 Epiſcopus habens Iuriſdictionem † temperalē, habet etiam Priſiam id eſt capturam. *Ioan. Gallus quæſt.* 272.

150 Submittens ſe † iuriſdictioni, & promittens nō declinare forum alicuius cui ſe ſubmiſit, non poteſt pœnitere. *Guido Pap. in deciſ. Gratianopol.* 77. *num.* 1. 2. *Hierony. Treutler. Diſputat. Select. lib.* 1. *diſput.* 3. *Theſi.* 12.

151 Contrarium † quod non obſtante, quod quis ſe ſubmiſerit iuriſdictioni alterius, poſſit pœnitere. *Notatur in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. omn. iudic.*

152 Sed pro prima opinione † facit tex. *in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis.* Sed prima opinio procedit de facili intercedente iuramento. *vt per Iafred. Lanfrac. Balb. in deciſion.* 48.

153 Declara ſecundo † dictam *l. ſi conuenerit.* non obſtare, quando per viam conuentionis per ambas partes fuerit facta ſubmiſſio per viam prorogationis iuriſdictionis, quia pœnitentiæ locus non erit.

vt

vt dicit Ioan.Coraſ.Miſcellan.lib.4.cap.5.num.3.4. Hierony.Treutler.diſput.ſelectar.lib.1. Diſputat.3. Theſi 12.

154 Iudeu iuriſdictionis † profanæ facit inuentariũ bonorum clerici mortui, qui reliquit laicum hæredem, vt fuiſſe determinatum in Conſilio Delphinali *Guido Papę in deciſ.261.num.1.2.*

155 Iuriſdictio cohæret † territorio, *vt dicit Paris de Puteo, de redintegrat.feud.cap.281.incip. modo videndum eſt.num.4.fol.149. Anton.Capic.in inueſtitur.feudal.§.feudorum acceſſoria.col.3. verſ.conceſso Caſtro. fol.14.& in verb. Territorij tenimen-*

156 *tis.* Conceſſo enim † territorio venit iuriſdictio *poſt Bartol.& Iacobin de Sancto Georg. in l.1.ff.de iuriſdict.omn.iud.Marc.Anton.Natt.in conſil.339. vol.2.dixi in conſil.70.num.35.36.Centur.1. Ant. Faber in Codice Fabrian.lib.3.tit.12.definition.28.*

157 *vol.1.* Quæ iuriſdictio eſt † incorporalis, *vt dicit Oldrad.in conſil.111.nu.16.* Et ſtare ſuper territorio

158 ſicuti ſtat nebula † ſuper paludem, *vt dicit Bald. in c.1.nu.7.de Allodÿs.Franciſc. de feudis.§. ſumus modo.num.12.fol.47. Andreas Gail.pract. obſer.lib. 2.obſeruat.62. ſub num.9. vide ſupra hoc eodem tit. num.127. D.Alexand.Raudenſis in deciſ.Piſan.44. num.5.Marian.Sen.in conſil.74.col.1.vol.2.Sacca in conſil.2.num.79.conſil.60.num.2.*

159 Inde ſequitur, quod cõceſſo † a Principe Caſtro iuriſdictio, quam in illo habebat, conceſſa intelligi tur, *vt poſt Bartol.in l.ſi quando.in fin.C.de bonis vacant.lib.10.& Bald.in l.cum multa. C.de bonis quæ liber.voluit Iacobin.de Sanct. Georg.in inueſtitura. Feudal.in verb.De Caſtro Rubei montis.nu.4. Anton.Capici.in inueſtitur.feudal.§.feudorum acceſſoria.col.3.ver. conceſso caſtro. Paris de Puteo de redintegr.feudor.cap.195.incip.Baro habens.nu.4.fol. 108.& de verb.ſignif.in verb.Caſtrum ſi cõcedatur.* Nonnulla tamen ad hanc materiam ſcripſi de Magiſtratuum edictis *lib.1.cap.1.* quę videnda erunt. Vide Vincent.de Franchis *in deciſ.Neapol.192.nu.* 10. vbi dicit, non venire, niſi expreſſe concedatur.

160 † In illo Regno eſt conſtitutio, *incip. ea quæ ad decus.* Dubia tamen eſt, *vt dicit Oldrad.in conſil.121. & Franciſcus de Amicis.de feudis.§.ſumus modo.fol.* 47. cum prima tamẽ opinione tenet *Nicol. Mozzi. de feudis.tit.de reb.quæ in feud.dari poſſ.nu.16.& in tit.de Naturalib.feudi.nu.26. Ioan. Vincent. de Anna in alleg.52.nu.1.*

161 Præsũptio eſt pro iuriſdictione † epiſcopi, *Ant. Auguſt.in deciſ.Nouiſſim.Roman.817. lib.3.vol.3. Bubal.in deciſ.Nouiſs. Roman.328.num.2.parte 2. vol.2.*

162 Iuriſdictionem † ordinariam habet epiſcopus in ſua Diœceſi contra Abbates, & Prępoſitos in ciuilibus, & criminalibus. *Guido Pap.in deciſ. Gratianop.559. Cappell.Tholoſ.308. Chriſtophor. Robuſterius in deciſ.Nouiſs.Roman.78.num.1.lib.1.vol.1.* Eſt verum de iure communi. *Card.Put.in deciſ.92. nu.1.lib.3.*

Declara ſupradictam concluſionem non procedere, quando tractatur de conſeruanda iuriſdictione in Prelatis regularium, cum cenſeatur priuatiue ad epiſcopos. *Cardin. Pute. in deciſ.239.num.2.3.*

Declara ſecũdo, epiſcopum habere iuriſdictionem cum conſenſu Capituli. *Cardin. Put. in deciſi. 92.nu.3.lib.3.*

163 Iuriſdictio delegata † Vicario epiſcopi per illius obitum, vel remotionem ab officio, expirat, & ceſſat *Bartol.in l. more maiorum. in fin. ff. de iuriſd. omn. iud.& ibi Salyc.& Fulgoſ.num.25. Iaſon.nu.65. Ioan.Baptiſta Caccialup.nu.352. Cur.Iun.nu.102. Riminal. nu.8. Ant. de Butr. Panor. Io.de Imol. Felin. Deci. Bero. Mantua. in c. quoniã Abbas. de offic. deleg.*

164 Contrarium tenuerunt † *Gloſſ.& Paul.de Leazar.in cle.2.de reſcript. Cardinal.& And. Barbat. in dicto c.quoniã abbas. Petr. Andr. Gambar. de offic.& poteſtate legati de latere.lib.8.num.97.98. & ita determinauit Rota vt per Franciſc. Cantucc. in deciſio. Nouiſſim. Roman.12. ſub num.1. parte 2. lib.2. dicens primam opinionem eſſe nimis rigoroſam, & hanc com*

165 *muniter † obſeruari.*

166 Declara tamen, qui vult † primam opinionem tenere, vt nõ procedat, quãdo non eſſet facta ſpecialiter ſoli Vicario, ſed diceret delegatio epiſcopo Agrigentino, vel eius Vicario, quia tunc haberetur reſpectus, & conſideratio ad tribunal epiſcopi, *vt ex Anton.de Butrio in dicto.c.quoniam abbas.nu.25. & Panor.nu.11. Barbat.nu.46. Caccialup.in.l. more maiorum.num.35. ff. de iuriſd.omn. iud. voluit idem Cantucc. in dicta deciſ. Nouiſſ. Roman.12.nu.4. parte.2.vol.2.*

167 Trãslata iuriſdictionem, lites omnes, † quę exercitio eiuſdem iuriſdictionis ſpectabant, transferri neceſſe eſt, & ſi iudex mutetur, *arg.c. translato. de conſtit. Anton. Faber in Codice Fabrian. lib.3. titul. 1. Defin.24.nu.3.vol.1.*

168 Iuriſdictionis defectu, actus, qui dicitur † nullus, tunc locum ſibi vindicabit, quando nullitas prouenit de iure, non autem dicetur nullitas, ſi eſt ex communi Doctorum opinione, *vt dicit Franciſcus Cantuc. in deciſion. Nouiſſim. Roman.12.num. 6.parte.2.vol.2.*

169 Iuriſdictio, aliaq; iura † incorporalia in feudum dari poſſunt, & per patientiam dicitur facta traditio. *arg.l.4.§.dare. ff. de vſufruct. voluit Petr. Nicol. Mozzi. de feudis. titul. de rebus quæ in feud. dari poſſ. num.16.& tunc dicitur dari in dominium. Ioan. Vincent. de Anna in alleg.44.nu.6.7.*

170 De regalibus ſunt iuriſdictionalia, † *vt dicit Marc. Anton. Peregrin. de iure fiſci. lib.1. titul.1. numero* 10.

171 Indultum iuriſdictionis ad fauorem † ordinarij, quo ad concedentem late eſſe interpretandum, ſecus autem, quando veniret ad derogationem iuriſdictionis ordinarij, *dicit Cardinal. Puteus in deciſio. 162.nu.2.lib.2.*

172 Iuriſdictione a Papa † Regi conceſſa, vel contra, non appellatur ad concedentem. *Ioan. Vincent. de Anna in allegat.52.nu.49.*

173 Iuriſdictio alicui conceſsa per † Principem pro annuo cẽſu aliquo per viam contractus, ad hęredes

con-

conceſſionarij tranſmittitur. *arg. l. viam veritatis. C. vocat. voluit Bald. in c. 1. extra de iudic. Andr. Gail. pract. obſeruation. lib. 2. obſeruat. 2. nu. 16.*

174 Si iudex appellāti † ab interloquutoria appellationi detulit, licet appellatio friuola ſit, tamen iuriſdictio tota ad ipſum ſuperiorem deuoluitur, *vt ſcribit Cardinal. Puteus in deciſ. 103. nu. 3. lib. 3.*

175 Iuriſdictio Domini inter † vaſallos eſt ordinaria, non autem delegata, *vt ſcribit Petr. Nicol. Mozzius de feudis titul. de natura lib. feudi. nu. 119.*

176 Exercitationis ſimplicis iuriſdictionis † iuris quaſi poſſeſſio, extenditur de vno actu iuriſdictionis ad alium actum, & alios actus, ſub eadem ſpecie cōprehenſos, non autē actus alterius ſpeciei iuriſdictionis, *vt poſt Petr. Cyn. Saly. & alios in l. 1. C. de emancip. lib. Alex. in conſil. 68. nu. 18. vol. 2. Marian. Socin. Senio. in conſil. 111. num. 3. 4. vol. 1. Aym. Crauett. de antiquit. temp. parte 4. ſect. 1. num. 60. voluit Franciſc. Cantucc. in deciſ. Nouiſſ. Roma. 17. nu. 3. 4. parte 2. vol. 2.*

177 Contrarium tenet † Cappella Tholoſana *in deci. 323. incip. Item fuit quæſtum an præſcribens.* dūait, quod præſcribens vnum actum iuriſdictionis intendēs præſcribere in omni iuriſdictione, præſcribat tam in ciuilibus, quam in criminalibus, ex notatis per Innocentium *in cap. dilectus, de Cappell. monacho.*

178 Primam opinionem tanquam † communē poſt multos amplectitur *Ioan. Franciſcus Balb. in tract. præſcription. parte 2. tertiæ partis. q. 2. nu. 22. verſ ſecundo principaliter quo ad hunc articulum.* Vbi dicit, præſcribi actus iuriſdictionales illius tantum ſpeciei, quam præſcripſit.

Declara tamen primo, non extendi præſcriptio-
179 nem † præfatam niſi ad ſpeciem ſiue actum ſub ſimili ſpecie, quoties tractatur de iuriſdictione acquirenda, ſecus vero ſi tractaretur de iuriſdictione retinenda, quia extenditur ad alios caſus, *vt per Bartol. & Florian. de Sancto Petro in l. ſi vnus. ff. de ſeruitut. ruſticor. prad. Idem Florian. l. vna eſt via. ff. eod. tit. Bald. in l. is, qui uſumfructum. ff. quemadm. ſeruit. amitt. Idem Ioan. Franci. Balb. in dicto tract. præſcript. ſecunda parte. 3. partis. q. 2. ſub nu. 25. uerſ. prædictam concluſionem.*

180 Declara ſecundo † procedere iuriſdictionis præſcriptionē per vnū actū porrigi, & extēdi ad omnes actus totius iuriſdictionis vniuerſalis, dummodo alius non ſit in poſſeſſione generali, *ex Innocent. in c. dilecto. de offic. Archi. Abb. Panor. in conſil. 71. num. 3. vol. 2. allegans eundem Innocent. in cap. dilectus. de Relig. Dom. Idem Balbus in dicta. q. 2. num. 27. verſ. ſecundo limita.*

181 Iuriſdictionis quaſi poſſeſſionis † actus ꝓbatur etiam per viam ſententiæ, puta condemnationis, vel abſolutionis aut erectionis furcarum. *Bar. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuq; priuat. Lud. Rom. in conſil. 70. num. 13. Barthol. Socin. in conſil. 187. col. 7. verſ. Iam ergo tempus. vol. 2. Alexan. in conſil. 74. num. 16. vol. 4. Bald. in l. Data opera. num. 28. C. de his qui accuſ. non poſſ. Deci. in conſil. 694. nu. 12. Iacob. Mandell. in conſil. 64. nu. 9. cum pluribus ſeq. Guido Papę in deciſion. Gratiano. 275. ſub nu. 2. quos, & alios ſequitur Menochius de Retin. poſſeſſ. Remedio. 3. num. 585. & ſeq.*

182 Præſcribi poſſe iuriſdictionem, † & merū Imperium. *voluit Bartol. in l. 1. §. deniq; ff. de Aqua plu. arcen. & in l. ſi publicanus. §. fin. ff. de publican. Balb. in l. Imperium. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. 1. C. de emācip. lib. Abb. Panor. in c. cum contingat. de for. compet. plene Ioan. Franciſc. Balbus in tract. præſcript. ſecunda parte. 5. partis principal. q. 3. numero 1. Bald. plene in conſil. 339. vol. 3. Marin. Freccia de ſubfeud. Baron. lib. 2.*

183 Declara primo præſcriptionem † iuriſdictionis cum territorio acquiri decem, vel viginti annis, ſine autem territorio, triginta, vel quadraginta annis. *Poſt omnes antiquiores Iaſ. in l. Imperium. num. 22. Caccialup. num. 37. 39. Aluar. Vallaſc. num. 125. 126. Ioan. Bolognett. præceptor. num. 88. 89. Matth. Vueſemb. num. 9. ff. de Iuriſd. omn. iud. Balbus de præſcript. parte 2. tertiæ partis principal. q. 2. Hierony. Treutlerus Diſputat. Selectar. lib. 1. diſputat. 3. Theſi. 7.*

184 Declara ſecundo † merum, & mixtum Imperium non præſcribi niſi præſcriptione immemorabili. *Curtius Iunior. in conſil. 174. num. 152. Nicol. Bellon. in conſil. 46 num. 1. quos ſequitur communem opinionem aſſerens Ioan. Baptiſta Villalob. in verb. Merum. num. 86. quos etiam refert Hyppolyt. Bonacoſſ. in communi opin. criminal. par. 1. in uerb. Merū Io. Bolognett. præceptor in d. l. Imperium. nu. 89. 90. Treutler. in Diſputatio. 3. Theſi. 7. parte 1. Corn. in conſil. 179. litera. N. cum ſeqq. uol. 4.*

185 Declara tertio præſcriptionem † iuriſdictionis non dari contra ignorantem, quia cum ſit ius incorporale inhæret oſſibus Domini, *poſt Alexand. in conſil. 16. num. 13. vol. 5. voluit Lancellott. in deciſion. Nouiſſim. Roman. 595. num. 10. parte 1. vol. primo.*

186 Declara quarto reſeruata † principi in ſignum ſupremi Domini, nunquam poſſe præſcribi. *l. competit. vbi Bald. C. de præſcript. trigint. ann.* Sed Doctores in hoc faciunt differentiam, vt ea quæ ſunt principi reſeruata in ſignum vniuerſalis Dominij, nunquam præſcribantur, & recognitionis, ſecus autem in eis, quæ ſunt reſeruata principi in ſignum ſupremæ poteſtatis tantum, *& ita poſt Iaſon. in dicta. l. Imperium. concludit Ioan. Franciſc. Balbus de præſcript. in 2. parte 5. partis. q. 3. ſub num. 3.*

187 De prorogatione † iuriſdictionis ad ea, quæ diximus ſupra hoc eodem titulo, *nu. 61. vſque ad nu. 106.* addamus, quod quando partes litigauerunt coram iudice vſque ad ſententiam nihil opponentes, quo ad iuriſdictionem, intelliguntur illam prorogaſſe. *arg. l. cum Papinianus. & Authen. & conſequenter. C. de interlocut. omni. iudic. voluit Franciſ. Marc. in deciſion. Delphin. 68. num. 2. vol. 1.*

188 Adde ſecundo, iuriſdictionem † delegatam inter eaſdem perſonas prorogari poſſe, ſecus vero in-

ter

ter extraneas. *Glos. & Doct. in c. 1. de Mutuis pet. c. 1. de alienat. iud. mut. cauſ. ſa. Idem Franciſc. Marc. in in deciſ. Delphinal. 68. num. 3. vol. 1.*

189 Adde tertio † quod per cautionem de iudico ſiſti non cenſeatur prorogari iuriſdictio, nec in iudicem conſentire, niſi ſi, & quatenus; Quia neceſſaria ſatiſdatio non inducit conſenſum. *Bald. in Authent. Offeratur.* num. 2. C. de litis conteſtat. *Franciſc. in deciſion. Delphinal. 1057. num. 1. vol. 1. & in deciſ. 529. num. 6. vol. 2. & in deciſion. 530. num. 6. vol. 2. Iafred. Lanfranc. Balbus in deciſ. 90. tango in fra tit. de foro compet. num. 144.*

190 Adde quarto, quod iuriſdictio † eccleſiaſtica poteſt per laicos prorogari. *l. ſi qui ex conſenſu. l. epiſcopale iudicium. C. de epiſcopal. audient. Franciſc. Marc. in deciſion. Delphinal. 196. nu. 5. vol. 1. Thom. Grammat. in deciſion. Neapolitan. 9. num. 2.* Non ſolum expreſſe, ſed etiam tacite. *Vt voluit Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 544. num. 1. vol. 2. & in deciſ. 658. nu. 4. eo. vol. 2.*

191 Adde quinto, quod eodem modo † procedit iuriſdictio prorogata, vt procedebat iuriſdictio prima, puta, quod ſicuti a ſententia præfecti prætorio non appellatur, vel ab aliquo iudice non appellaretur, eodem modo, nec a iuriſdictione prorogata, *vt per Thom. Grammatic. in deciſion. Neapolitan. 9. nu. 5. poſt Angel. in l. 1. col. 2. ff. de iudic. Franciſc. Marc. in deciſ. 73. ſub num. 10. vol. 1. & in deciſion. 204. num. 54. eod. vol. 1. & Guido Pap. in deciſ. Gratianop. 462. num. primo.*

192 Adde ſexto, quod ſi cauſa † per partes a grauamine eſſet deducta ad quem, & ſi pronunciaſſet in gravamine bene prouiſum, & male appellatum, poſſent partes prorogare abſque alia noua commiſſione, & deducere cauſam principalis negotij ad iudicem a quo. *AEgidius Bellemer. in deciſio. 420. incip. illud quod in concluſione.*

193 Adde ſeptimo, quod † iuriſdictio prorogata tranſit ad ſucceſſorem inofficio, *vt poſt Ioannem de Imol. in c. Nouit. de offic. deleg. voluit Franciſ. Marc. in deciſ. Delphin. 73. nu. 10. vol. 1.*

194 Adde octauo, quod † prorogari poteſt iuriſdictio in foro pœnitētię, ſubmittendo ſe aliena ſacerdoti in confeſſionibus. *Gloſſ. in c. Placuit. 16. q. 1. & voluit Franciſc. Marc. in deciſion. Delphin. 897. numero 3. volu. 2. Dicam in titul. de Pœnit. & remiſſionib.*

195 Iuriſdictio, ſeu † poteſtas delegata non acquiritur, niſi ſcienti, & conſentienti de iure canonico. *c. ſæpe. 23. q. vltim. Archidiacon. in cap. Iudex. de offic. deleg. in 6. AEgid. Bellem. in deciſion. 110. numero 12.*

196 Inferioris iudicis † iuriſdictio non quieſcit, licet iudex ſuperior ſit in loco, *vt in tex. l. in hac. vbi gloſſ. Notabilis. C. de donationib. prout voluit Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin. 37. per totam. volum. 2. Sed Bald. in dict. l. in hac. nu. 4. dicit*, ſupra dictam concluſionem locum habere in iuriſdictione volū-

197 taria, non autem † in contentioſa. Refert tamen ſe *ad Archid. in cap. de perſona. 10. q. 1. & Barthol. in l. 4. §. ſi tam vicinū. ff. de Damno infe. vbi notabiliter num. 4. in fin. concludit*, quod minor aduentu maio-

198 ris non debet ceſſare ab exercitio † iuriſdictionis. In iuriſdictione ordinaria hoc dicit procedere excepto vſu quorundam inſignium, quibus non vti-

199 tur præſente ſuperiore. † *arg. l. 1. & l. fin. ff. de offic. proconſul. & cap. Antiquæ extra de Priuilegijs.* De his in ſignijs alibi dixi. In iuriſdictione vero delegata aduentu ſuperioris, quieſcit iuriſdictio

200 † delegati. *cap. volentes. de offic. deleg. & dicta. l. 4. §. ſi tam vicinum. vide Thom. Triuiſan. in deci. Veneta. 11. nu. 4. lib. 2.*

201 Præpoſitus in † clericos ſibi ſubditos iuriſdictionem habet imponēdi pœnas leues correctionis gratia, ſicuti inſpicere, an punctator, ſiue is, qui annotat hos, qui in aliquibus horis canonicis non venit, vel non interfuit, bene punctauerit, & recte punctationem, & annotationem ſcripſerit. *vt voluit Cardin. Paluot. in deciſ. Nouiſſim. Rom. 432. num. 7. cum pluribus ſeq. lib. 3. vol. 3. quem ſequitur Doctiſſimus D. Alex. Raudens. Variar. Reſolut. lib. 1. c. 67. ſub Prædicamento. Quantitatis. in fin.*

202 Ordinarius de ſua iuriſdictione docere non † debet, delegato autem ſi cōmiſſionem ſuam non exhibeat, minime creditur, ſaltem per inſertionem reſcripti in citatione. *arg. c. cum in iure. de offic. deleg. l. 1. C. de Mand. princip. Bald. in l. falſus. num. 17. C. de furt. Cotta in deciſ. Nouiſ. Rom. 25. nu. 5. part. 1. vol. 1. Alexand. Raudens. Variar. Reſolut. lib. 1. cap. 67. ſub prædicamento, qualitatis. poſt Achill. de Graſſis. in deciſ. 53. Ioan. Vincent. de Anna in Alleg. 24. per totam. & in alleg. 143. quem ſequitur Vincent. Carroc. in deciſ. ſeu caſu. 79. num. 24. Guido Papa Singul. 550. Petr. Duen. regul. 93. num. 1. Borgnin. Caualcan. in deciſ. Fiuizan. 11. num. 9. lib. 1.*

203 Iuriſdictio, quæ eſt conceſſa † ſupremis curijs, quo ad conſiliarios competit, non vt ſingulis, ſed conſiliariis vt vniuerſis. *Gloſſ. & Doct. in cap. cū omnes de conſtit. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin. 5. num. 2. vol. 1.* Non dubium eſt autem eos conſiliarios ſupremarum curiarum eſſe partem Principis. *l. quiſquis. C. Ad leg. Iul. Maieſtat. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 17. nu. 4. & de Authorit. magni conſil. num. 129.*

204 Baſſæ iuriſdictionis appellatione † venit iuriſdictio Pedanea, *ex Bartol. in l. fin. ff. vti poſſid. voluit Franciſc. Marc. in deciſion. Delphin. 201. numero 1. volum. primo. Vide ſupra hoc eodem tit. numero 69.*

205 In iuri dictionalibus, non datur † reſtitutio ſpolii, niſi docto de titulo. *Gulielm. Caſſador. in deciſ. 1. num. 10. titul. de reſtit. ſpoliator. D. Alex. Rauden. Variar. Reſolut. lib. 1. cap. 67. nu. 35. in Prædicamento, Situs.*

206 Declara tamen, quod ſufficit hunc † titulum eſſe coloratum in his iuriſdictionalibus, *vt poſt Innoc. in c. bonę. cl 2. col. 2. de reſtit. ſpol. Ioan. Baptiſt. Caccialup. in l. imperium. num. 45. ff. de iuriſd. omn. iudic. Achill. de Graff. in deciſ. 246. D. Raudenſis. in loco allegato ſub num. 35.*

207 Si

207 Si aliquis iudices cognoſcere † nõ poſſunt, niſi vſque ad talem ſummã puta centum, poterunt tamen partes iuriſdictionem prorogare in maiori ſumma, etiam ſi ſententia inde ſequuta, eſſet valida. *Guido Pap. in deciſ. Gratianop.* 285. *num.* 1. *in deciſ.* 626. *nu.* 2.

208 Plures habentes iuriſdictionem † in ſolidum, etiam ſi diuiſa ſit adminiſtratio illius inter eos, vnus alterum punire non poteſt. *Vincent. de Franchis in deciſ. Neapol.* 274. *num.* 2. *de quo dicto idem ſentit Marc. Anton. Peregrin. in conſil.* 3 *numero* 47. *vol.* 3.

209 Contrarium tenet, quod poſſit † vnus alterum punire, *poſt Gulielm. de Cun. Salycet. & Angel. Iafredus Lanfranc. Balbus in deciſion.* 116. *quod decreuit expreſſe Rota in Antiquis. in deciſ.* 246. *incip. Nota ſi duo. dico infra in titul. de foro competenti. numero primo.*

210 Iuriſdictionem † quis exercere nõ poteſt extra ſuum territorium, vel prouinciam. *l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. vbi Bartol. Iaſ. & Hippolyt. de Marſil. in rep. per totã.* Hoc tamẽ procedit in iuriſdictione cõ-

211 tentioſa, quæ redditur in † inuitum. *l. inter ſtipulantem. in princ. ff. de verb. oblig.* Secus in iuriſdictione voluntaria. *vt per Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin.* 341. *nu.* 13. 16. *vol.* 1. *in deciſ.* 361. *num.* 1. *vol.*

212 2. Debet tamen territorium iuriſdictonis eſſe † limitatum. *Idem Franciſc. Marc. in deciſ.* 541. *num.* 1. *vol.* 2. *Nouiſſime Petrus Caballus reſolut. Crimin. Caſu.* 120. *numero primo* 11. *vide infra hoc titul. numero* 282.

213 Declara tamen ſupradicta † procedere, dum habet quis iuriſdictionem a principe, quia ſi habet ab inferiore a Principe, nec etiam voluntariam iuriſdictionem quis poterit exercere. *Idem Franciſc. Marc. in deciſion. Delphinal.* 361. 4. *vol.* 2.

214 Pro defenſione ſuæ iuriſdictionis, † & ſuæ ſentẽtiæ exequutione, poteſt Iudex arma mouere, ex Bartolo *in l. hoſtes. ff. de captiu. & poſtlimin. reuerſ. Barth. de Chaſſan. in Conſuetud. rub.* 1. §. 5. *in verb. S'il n'hà grace. nu.* 87. *Franciſc. Marc. in deciſ Delphinal.* 534. *num.* 8. *lib.* 2. *& alios allegans* | *Fabius de Anna in conſil.* 7. *nu.* 23.

215 Submittẽs ſe iuriſdictioni alicuius, videtur † expreſſe prorogare iuriſdictionem, *vt cõcludit Guido Pap. in deciſ. Delphin.* 370. *in princ.*

216 Bannitus ob cauſam criminalem, eſt † infamis, & ideo vti iudex adminiſtrare iuriſdictionem non poteſt. *vt ex Andr. de Iſern. in c.* 1. §. *eius ſententiæ. de Statut. & conſuetud. contra libert. eccleſ. voluit Ioan. Vincent. de Anna in ſingul.* 52. Vbi dicit, idcir-

217 co Barone contumace exiſtente † ſuſpendi eius iuriſdictionem in Regno, & deputari officialem per proregem ac locum tenentem Regis, qui iuriſdictionem adminiſtret.

218 Contrarium tamen, quod † bannitus ex contumacia non ſit infamis *tenuit Iul. Clar. in pract. Crim. q.* 71. *nu.* 5. *Franciſ. Burſat. in conſil.* 121. *num.* 6. *vol.* 1. *Hippolyt. Bonacoſſ. in cõmuni opin. Crimin. in verb. Bannitus ex contumacia. parte* 1. *videndus tamen eſt Tiberius Decian. in conſil.* 24. *vol.* 3.

219 Quando vaſalli † male tractantur a Barone habente iuriſdictionem criminalem, Baro iuriſdictionis ciuilis pro vaſallis agit, & appellat *ex Oldrad. in conſil.* 206. *& Iacobin. de Sanct. Georg. in tract. de Feudis ſiue operis. num.* 17. *Dicit Ioan. Vincent. de Anna in ſingul.* 61. Vbi dicit ita prouiſum per ſacrum conſilium inter Ducem Populis & Abbatem Gabrielem Sances, faciunt quæ ſcribit Guido Papæ *in deciſ. Gratianopol.* 464. *num.* 3. *quem ſequitur Andr. Gail. pract. obſeruat. lib.* 1. *obſeruat.* 126. *obſeruat.* 127. *per totum.* Dicens per Cameram Im-

220 perialem admitti † Dominum pro ſuis vaſallis, & ita prouiſum in duabus cauſis. Quia Dominus iuriſdictionis ciuilis, non criminalis dicitur Baro. Dixi ſupra hoc eodem titulo, *num.* 81.

221 Iuriſdictio prorogata † non expirat etiam poſt prolatam ſententiam, *Guido Papæ in deciſion. Gratianop.* 462. *num.* 1. hoc tamen procedit in iuriſdictione ordinaria prorogata.

222 Si ſunt plures, qui ſucceſſerint † alicui comiti, vel alteri in iuriſdictione, quilibet ipſorum habet iuriſdictionem, & exercitium illius in ſolidum. *Iafredus Lanfranc. Balbus. in deciſ.* 19. Ideoque locum habet præuentio, vt dicit Thomas Grammaticus *in deciſion.* 30. *num.* 7. Verum hoc non ita in diſtincte procedit, & videda ſunt, quæ dixi de Magiſtratuum edictis. *lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 157. *cum pluribus ſeq.* Et dixi ſupra in titulo de feudis *num.* 228. *cum ſequentibus.*

Iudex habens limitatam iuriſdictionem, vt non poſſit procedere, niſi in cauſis puta vſque ad cen-

223 tum, † ſi fuerit petita res valoris centum, & interim lite pendente creuerit valor, poterit nihilominus in cauſa procedere, quia æſtimationis incremẽtum, iuriſdictionem non excludit. *argum. l. fin.* §. *fin. C. de Appell. & poſt Gulielm. de Cuneo in l. ſi idẽ cum eodem. ff. de iuriſd. omn. iud. Voluit Bald. in di-*

224 *ct. a. l. fi.* §. *fin.* quia attenditur principium † petitionis, & fundamentum litis, *l. quod ſi in diem* §. *cũ prædiximus. ff. de petit. hæred. & voluit gloſſ. in l. certi condictio. in princ in verb. ex omni cauſa. in fin. ff. ſi cert. petat.* dum dicit, quod attenditur actio pri-

225 mordialis, non caſus ſuperueniens, † quod bene ſcribit *Iafred. Lanfranc. in deciſ.* 94. *incip. Iudex.* quem non allegauit Stephan. Gratianus *in deciſio. Marchiæ.* 115. *nu.* 5. *cum pluribus ſequentibus, licet dicat idem. Et ſimiliter in deciſ.* 226. *nu.* 12. *cum pluribus ſequentibus.*

226 Quaſi poſſeſſio iuriſdictionis † acquiritur ex ſciẽtia, & patientia Domini, quæ præſumitur ex diuturnitate temporis, & vicinitate loci, *vt poſt Alex. in conſil.* 23. *col.* 2. *verſ. item reſpondeo ſecundo. vol.* 5. *& Aym. Crauett. in conſil.* 148. *nu.* 5. *decreuit Rota, vt per Lancellott. in deciſ. Nouiſſim. Roman.* 179. *parte* 1. *vol.* 1. *Iafred. Lanfran. Balbus in deciſ.* 113. *in fin.*

227 Habita caſtri poſſeſſione † iuriſdictio acquiſita dicitur, *vt ſcribit Anton. Auguſtinus. in deciſ.* 1883. *lib.* 3. *vol.* 3.

228 Habens iuriſdictionem, ſiue † Prælatus, ſiue laicus, illam committendo alteri, poteſt ad ſuum beplacitum limitare, & limitatam concedere. *gloſſ. in clem. 2. de reſcript. Andr. Alciat. in c. 1. num. 24. de offic. ord. & ex alijs. Hippoly. Cardin. Aldobrandin. in deciſion. Nouiſſim. Roman. 297. num. 3. parte 2. volum. 2.*

229 Iudex cauſarum † criminalium, & ad eas deputatus, non poteſt procedere in cauſis ciuilibus, & e contra. *Steph. Gratian. in deciſ. Marchiæ 78. nu. 11. cum ſeqq. Vincent. Carrot. in deciſion. ſiue caſu. 54. num. 5.*

230 Conſules alicuius ciuitatis, † vel caſtri nullam habent iuriſdictionem, *vt ſcribit Cappell. Tholoſ. in deciſ. 343. incip. Item fuit quæſitum vtrum.* Quod non procedit in ciuitatibus, & locis, in quibus ciui-

231 tates habent † iuriſdictionem, merum, & mixtũ Imperium, *vt voluit Stephan. Aufrer. in dicta deciſ. in apoſtill.*

232 Et ſi concedatur iuriſdictio † alicui, non tamen intelligitur præiudicatum iuriſdictioni ordinarij. *Thom. Grammat. in deciſion. Neapolitan. 30. num. 2.*

233 Iuriſdictio Prioris † Militum Hieroſolymitanorum præfertur iuriſdictioni Magni Magiſtri. *P. AEmil. Verall. in deciſion. 219. numero 4. lib. primo.*

234 Iuriſdictio delegata † perpetuatur per decretum citationis factum viuente delegante, licet executio ſit facta poſt mortem delegantis, *vt voluit Rota in Antiquis in deciſ. 439. incip. Nota vtrum directa.* Quod acceperunt ad verbum a Bernardo Cardinali Biſgneto *in deciſ. 1. incip. vtrum decreta citatione de offic. deleg. & eos ſequitur Paul. AEmil. Verall. in deciſ. 124. nu. 1. vol. 2. vide Vincent. Carroc. in deciſ. ſiue caſu. 79. nu. 13. per totum.*

235 Declara ſecus eſſe ſi moreretur † pars litigans, quia iuriſdictio ceſſaret. *vt per Biſgnetum in dicta deciſ. 1. de offic. delegat. & Rotam in dicta deciſ. 439. per totam.*

236 Vbi iuriſdictio non adeſt, ibi lis nulla eſt, † *dicit Verall. in deciſ. 47. num. 2. lib. 3.* Quia iuriſdictio eſt

237 † præcipuum cuiuslibet iudicii fundamentum. l. 1. l. 2. l. ſiquis ex aliena. ff. de iudic. *Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 7. titul. 28. defin. 6. nu. 4. in al leg. vol. 2.*

238 Poſſeſſio ſine titulo nihil † operatur in iuriſdictionalibus, *vt poſt Gulielm. Caſſador. in deciſ. 1. nu. 10. de reſtit. ſpol. voluit Verall. in deciſ. 304. num. 2. lib. 3.*

239 Per commiſſionem cauſæ † non tribuitur iuriſdictio, niſi expediantur literæ. *Paul. AEmil. Verall. in deciſ. 162. nu. 2. lib. 2.*

240 Dum iudex delegatus emanat † citationem cum inſerta forma commiſſionis, & citat partem ad dicendum aduerſus commiſſionem, per hanc citationem firmatur eius iuriſdictio, *ex AEgidio Bellem. in deciſ. 38. & Gulielm. Caſſador. in deciſ. 7. titul. de Appellat. voluit Verall. in deciſ. 260. lib. 2.*

241 Papa, & Imperator concurrunt † in iuriſdictione cum quocunque alio ſubdito, *Thom. Gram. in deciſ. Neapol. 30. nu. 10.*

242 Eludi ſuam iuriſdictionẽ † iudex pati non debet. *Thom. Gram. in deciſ. Neapol. 36. nu. 35.*

243 Epiſcopus in loco ſui epiſcopatus † non habet capturam, quia capi debent per Magiſtratus Regios, & in caſibus ſuis tradi, & conſignari ſibi, *vt dicit Ioannes Gallus. q. 246. & q. 276.* vbi dicit occur-

244 riſſe in epiſcopo † Pariſienſi, licet dicat non fuiſſe deciſum, & de eadem materia loquitur *q. 356.* Et hoc fieri debet in implorando in cauſis neceſſarijs brachium laici, & ſæcularis iudicis, quod non

245 datur, niſi in † ſubſidium, de quo loquitur *Federic. de Senis in conſil. 163. nu. 3. in conſil. 251. nu. 4. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 269. nu. 3. in deciſ. 773. num. 3. vol. 1. Iafred. Lanfran. Balbus in deciſ. 88.* vbi dicit, non concedi, ſi ſententia, cuius exe-

246 cutio petitur, ſit iniqua, † ex quo colligitur requiri cauſæ cognitionẽ antequam brachium concedatur, & iudex delegatus non poteſt illud petere, niſi poſita ſint in reſcripto ſolita verba, & mandatum,

247 quod poſſit impetrari † auxilium brachij ſæcularis, *vt poſt alios voluit Abb. Panor. in c. ſignificaſti.*

248 *num.* 8. Vbi dicit, non poſſe inuocari iudicis † ſæcularis officium ſine ſpeciali mandato, quem ſequitur alios allegans nouiſſime *Quintil. Mandos. in tract. commiſſar. form. 2. in verb. Auxiliumque. Io. Anton. de Nigris. in c. Regni. Subditorum. ſub num.* 170. Plene tamẽ videas Doctiſſimum D. Ioannem Baptiſtã Coſtam de Remedijs ſubſidiarijs, *Remedio. 21.* per totum. Et nouiſſime *Ludouic. Rodolphin. de Brachio Sæculari, & eccleſiaſtico. ac Horatiũ Caualcanum de Brachio Regio.*

249 Pactum quod quis † poſſit conueniri in omni loco, vbi fuerit inuentus, & ibi ſoluere validum eſt. *Bartol. in l. ſi conuenerit. numero 4. ff. de iuriſd. omn. iudic. Panor in capitul. 1. de iudic. Iafred. Lanfran. Balbus. in deciſ. 109. incip. valet.*

250 Ruſticus, mulier, † & miles, litigando coram aliquo iudice per tacitam prorogationem iuriſdictionis, poſſunt eam reuocare vſque ad ſententiam. *Iafred. Lanfrancus, Balbus. in deciſ. 110. ex Specul. in titul. de competen. Iudic. adit. §. 1. verſic. ſed numquid.*

251 Baro non poteſt prohibere † vaſallos, ne adeãt, Regia Tribunalia, vt dicit fuiſſe deciſum per ſacrum conſilium pro hominibus Griptaliarum contra Reginam Polcniæ, *Ioan. Vincent. de Anna. in ſingul. 62.*

252 Declara procedere contrarium, † quando eſſet in præiudicium ſuæ iuriſdictionis, puta quia Baro haberet primas cauſas, vel ſecundas, quia tunc, ne fiat præiudicium ſuæ iuriſdictioni, prohibere poteſt vt fuit originalis opinio *Ioan. Fabri in l. 1. C. de offic. præfect. Vrb. Paris de Puteo in tract. Syndicat. titul. de exceſſib. Baron. capitul. ultim. Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal. 114. num. ſecundo, & tertio Petr Foller. in Pract. Crim. §. Audiantur excuſatores. numero octuageſimo quarto. Marin. Freccia de ſubfeud. Baron. lib. ſecundo, Authoritate.*

*ritate.*10. *num.* 2. *Octauian. Cacheran. in de-*
253 *ciſ.Pedemon.* 78.*num.*12.Et ego † hanc quæſtionem exactiſſime agitaui de Magiſtratuum edictis *lib.*4.*cap.*8.*num.*21.*cum pluribus ſeq.*ad quæ lectores remitto.

254 Partes litigantes coram † vno,ex pluribus delegatis, quando non adeſt clauſula in ſolidum, faciunt acta nulla, quia eſt error in exercitio iuriſdictionis qui vtiat proceſſum *arg. l. ſi per errorem. ff.de iuriſdict.omn.iud.gloſs.in l.*1. *ff.de iudic.Inno. Hoſtens.& Io.And.in c prudentiam. de offic. deleg. Iafred.Lanfranc.in deciſ.*113.

255 Iuriſdictio probatur per † actus iuriſdictionis, licet teſtes in tẽpore, & loco non concordent.*Guido Papæ in deciſ.Gratianop.*544.*ſub. nu.*2.

256 Caſtrum & Villa † vnita alicui dominio, ſapiũt naturam, & regulatur ſecundum naturam illius, cui ſunt vnita.*Guido Papæ in deciſ. Gratianop.* 265. Vbi dicit,Comitatum Valentinenſem, & Diẽſem
257 † relictum per Ludouicum de Pictauia Delphino,regulari prout Delphinatus. *Idem Guid.Pap.in deciſ* 489.*quod refert,& ſequitur Renatus Choppin. de Doman.Franciæ.lib.*1.*titul.*7.*num.*7.

258 Contrarium poteſt attentari † ex his, *quæ dixi in conſil.*70.*nu.*23.*cum pluribus ſeq. Centur.*1.*& de Præſtantia Regis Catholici cap.*46.*cap.* 47. dum retuli de Ducatu Burgundiæ, comitatu Flandriæ,& alijs,quando fuerant quæſita per Gallos Reges,an eſſent de eo Regno.

259 Maior poteſt ſe ſubijcere † æquali, vel minori iuriſdictioni, ſcilicet in iuriſdictione contentioſa, non autem in iuriſdictione voluntaria, *vt poſt Alberic.Gulielm.de Cun.Bald. & Angel.in l.eſt receptum ff.de iuriſdict. omn. iud. voluit Iafred. Lanfranc.Balbus,in deciſ.*114.*incip.Maior.*

260 Citare aliquem actus eſt † iuriſdictionis. *l. cum clericus.l.omnes.*§.*ſi vero apparitor. C.de epiſcop.& cleri.l.*1.*ff.de in ius voc. cum alijs allegatis per Guid. Pap.in deciſ.Gratianopol.*275.*nu.*2.

261 In iuriſdictione prorogata,locus † eſt reconuentioni. *Iafred.Lanfranc.Balbus in deciſ.*115. *incip.in iuriſdictione.*

262 Iuriſdictio in via,& in flumine † publico eſt illius, qui circumquaque habet iuriſdictionem, *vt dicit Petr. Iac.in Practic. in titul.ſuper iuriſdictione,dum tractat de iuriſdictione baſſa,quem ſequitur.Guido.Pap.in deciſ.Gratianop.*577. *Nicol. Boer. in conſil.*24.*nu.* 14.15. *Hieroxy.de Monte,Finium Regundor.cap.* 24.*num.*9. *Barthol. ante eos in tract. Tyberiadis.parte* 1.§. *acquiritur. Barthol. Veron. de Seruitut.ruſtic.prædior.titul.de Fluminibus. col.* 3.*ver.Item nũquid.Corn. in conſil.*99.*litera. H. volu.*2.*Marian Socin.Nepos in conſil.*28.*num.* 6.40. *volum.* 4. *Franciſcus Marcus in deciſion. Delphin.* 345.*numero tertio,volum. ſecundo. Renat.Choppin. in conſuetud.Andegau.libr.primo capitul.* 15.*numero ſexto,capitul* 16.*numero tertio libr. primo Anton. Capic.in inueſtitur.feudal.*§.*feudorum. Clauſulæ.in verb.fluminibus. verſicul. flumen exiſtens. Petr. Gregor. Syntagmat. Iuris Vniuerſ.lib.* 20.*capitul.octauo,numero tertio.Barthol.Bertazzol. de Clauſulis inſtrument.Clauſula.*20.*gloſſ.*41. *numero ſecundo. & Ego plene dixi in conſi.*3.*nu.*22 *vſque ad num.* 26.*Centur.*2.

263 Conſuetudine acquiritur a priuato † iuriſdictio. *arg.c.cum cõtingat.de for. competent.c.ſuper quibuſdam.*§.*præterea.de verb.ſign.gl.in l.* 1.*C. de emanci pat.liber. & ibi Bal.& voluit Floriã. de Sãcto Petro. in l.arborib.*§.*vſufructuarius.* §. *idem tractat. ff. de vſufr. Corn. in conſil.* 268.*litera D.vol.*4.*Iafred. Lanfrãc.in deciſ.* 120.*incip. Conſuetudo. Borgn. Caualcan.in deciſ.Fiuizan.*10.*nu.*28.*lib.*1.

264 Reſortus, ſiue appellationum † cauſæ conceſſæ non intelliguntur, ipſa iuriſdictione conceſſa *Guido Pap.in deciſ.Gratianop.* 518. *& in deciſ.* 551. *ſub num.*4. *Angel.in l.*1.§.*qui mandatam. ff.de offic. eius cui mand. Iacobin. de Sancto Georg. in inueſtit. feudal.in verb.cum mero, mixtoque imperio. num.*9. *Martin. Laudens. in tractat. de Caſtellan.*§.22. *Anton. Capic. in inueſtitur. feudal.*§. *feudorum acceſſoria.in verb.Appellationũ cauſæ. Marin. Freccia de ſubfeud. Baron. lib.* 2. *authorit.*13. *num.* 6. *dixi de Præſtant.Regis Catholici. cap.* 39.*num.* 39. *& in commentariis de Magiſtratuum edictis. lib.* 4. *cap.*8.*nu.*3.4. 5. *Vide ſupra hoc eodem titul.nu.*78. 79.80.

265 Declara ſecus eſſe ſi expreſſim † concederetur, & ita fieri debet,*vt poſt Gloſs.Pariſienſ. dixi de Præſtant.Regÿs Catholici cap.*39.*num.*42.43.*& de Magiſtratuum edictis lib.*4.*cap.*8.*num.*6.

266 Litigans coram † non ſuo iudice præſumitur errare,*vt de Specul.in tit.de compet.iud adit.* §. *verſ. ſed numquid.Iafred.Lanfranc.Balb.in deciſ.* 162.*incip.licet.*

267 Declara, niſi ſciret † litigans eſſe iudicem incompetentem, & nihilominus litigaret, quia tunc error non præſumitur, ſed prorogatio. *gloſs.in l.ſi tutor petitus. C. de pericul. tut. Idem Iafredus in dicta deciſ.*162.*& poſt Vincen. Honded.in conſil.*95.*num* 14.*vol.*2.*voluit D.Ioan.Baptiſta Coſta de facti ſcient.& ignor diſtinct.*66.*nu.*16.*Centur.*2.

268 Si duo iudices contra aliquem † iuriſdictionem formarunt, ille præfertur, qui in procedendo præuenit.*l.ſi quis poſtea.ff.de iudic.* Si eodem tempore vterque procederet reus eligere poterit, quem ve-
269 lit,& non opponet alteri præoccupationem † prę uentionis ſed pendentiam litis coram altero ſe remitti. *Bald.in l. nulli. C.de iudic. Iafred.Lanfran. Balbus in deciſion.*339.*incip.Quando.*

270 Iuriſdictio delegata non expirat, ſi poſt † delegationem excommunicetur delegans cum adhuc habeat iuriſdictionem, licet eius exercitium tunc impediatur. *Gloſſ.in cap.* 1.*de offic. Vicar.in* 6. *Doctor. in l. more maiorum. ff. de Iuriſd. omn. iudic. Iafred. in deciſion.* 365. *incipien. iuriſdict.*

271 Iudex a quo,qui detulit † appellationi,nõ poteſt reuocando delationem,reaſſumere iuriſdictionem in eadem cauſa, a qua eſt appellatum. *Ioann.*

Andr. & alij in c. cum de appellationibus. de appell. in 6. clem. ſicut. eod tit. Præpoſit. in c. vt debitus. de Appell. Bald. in l. eos. §. Apoſtolos. C. de Appell. Iafred. Lanfranc. Balb. in deciſ. 480. incip. iudex.

272 Femina ordinariam iuriſdictionem † exercere poteſt ex ſucceſſione hæreditaria ſibi ſpectantem. *Angel. in l. cum prætor. §. fin. ff. de iudic. dicit, vidiſſe Reginam Ioannam pro Tribunali ſedentem proferentem ſententiam contra illos de Balzo. Alexand. in conſil. 1. col. 6. vol. 5. Deci. in l. feminæ. num. 2. ff. de regul. iur. quos retuli de compromiſſ. §. 2. gloſſ. 4. nu. 6. Andr. Tiraquell. de Primogen. q. 10. nu. 2. & meum dictum, & complures alios retulit Petr. Cenedo Collectane. iuris. Canonici. parte 2. Collectan. 122. nume. 2.*

273 Iuriſdictio ſui natura † eſt indiuiſibilis. *Bald. in c. 1. §. præterea Ducatus. num. 3. de prohibit. feud. alien. per Federic. Paul. de Caſtr. in l. viæ. num. 4 ff. de ſeruit. Barthol. Socin. in conſil. 165. num. 25. vol. 2. Franciſc. Marc. in deciſion. Delphinal. 232. num. 1. volum. 1. dicens idcirco eſſe penes quemlibet dominum in ſolidum. Marc. Anton. Peregri. in conſil. 3. num. 43. vol. 3.*

274 Declara tamen † exercitium iuriſdictonis diuidi poſſe. *ex Bart. in l. inter tutores. num. 6. ff. de Adminiſt. Tutor. Alexand. in conſil. 18. col. 2. vol. 2. Barthol. Socin. in conſil. 278. nu. 2. vol. 2. Carol. Ruin. in conſil. 29. nu. 16. vol. 5. Iacob. Menoch. in conſil. 439. num. 16. vol. 5. Nicol. Boer. in deciſion. Burdeg. 5. per totam. Anton. Faber. in Codice. Fabrian. lib. 3. titul. 26. Defin. 5. nu. 1. vol. 1. Renat. Choppin. in conſuet. Andegau. lib. 2. parte. 2. cap. 2. titul. 1. num. 11. in fin. vol. 2. Don Ludo. de Peguiera in deciſion. Ca-*

275 *thalon. 10. nu. 2. 4. 5.* Vbi dicitur eſſe alium † modum meliorem.

Ordinarius, cui fuit conceſſa adminiſtratio iu-

276 riſdictionis donec alius eſſet annorum † viginti quinque, non delegatus, ſed ordinarius appellabitur. *Cardinal. Puteus in deciſ. 223. num. 3 lib. 2.* Vbi ex themate propoſito ſi ille epiſcopus Aſtoricenſis non fuiſſet ordinarius, & eſſet conſtitutus adminiſtrator eccleſiæ Caurienſis, eſſet delegatus, ſed ex cauſa prædicta fuit dictus ordinarius.

277 Cauſam ab vtraque parte coram † vno iudice introductam, papa non videtur committendo iuriſdictionem a primo iudice auocare. *Cardin. Puteus in deciſion. 240. num. 4. lib. 2. poſt AEgid. Bellemer. in deciſion. 45. & in deciſion. 419.*

278 Iudex delegatus † æque vt ordinarius, vt ſuam mandatam iuriſdictionem tueatur indicendæ mulctæ ius habet, ſi delegetur a Principe. *Guido Papæ in deciſ. Gratianop. 60. quem ſequitur Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib. 3. titul. 12. definition. 11. vol. 1.*

279 Limites iuriſdictonis † regulariter, ſunt limites Territorii. *l. fin. vbi Bal. C. vbi, & apud quem cognit. Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib. 3. titul. 12. defi. 23. nu. 2. in allegv. ol. 1.*

280 Declara, citationes, & executiones † illorum, quę emanant a iuriſdictione Magiſtratuum Principis, vel alterius ſuperioris, exequuntur in locis Baronum inferiorum in eorum iuriſdictionibus, non requiſitis, nec neceſſaria ipſorum licentia. *Guido Papæ. in deciſ. 346. & in deciſ. 354. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 8. num. 6. Anton. Faber in Codice Fabrin. lib. 3. tit. 12. Defin. 23. nu. 1. vol. 1.*

281 Delinquentis remiſſio † ad iudicem iuriſdictionis vbi delictum commiſſum eſt, fieri non poteſt, niſi a iudice originis, vel domicilii, non autem ab alio iudice, qui non habet capiendi poteſtatem, *vt poſt Anton. de Butrio in cap. fin. num. 10. de for. compet. vbi per Felin. num. 9. Franciſc. Aretin. col. 4. Marian. Socin. in c. poſtulaſti. nu. 14. æo. tit. voluit AEgid. Boſſ. in tit. de for. comp. nu. 52. Didac. Couar. Pract. quæſt. cap. 11. num. 10. & nouiſſime Ludouic. de Peguier. in deciſ. Crimin. Cathalon. 2. nu. 4.*

282 Contrariã tamen † ſententiam tenet *Iul. Clar. q. 38. ſub nu. 12.* dicens ipſum vidiſſe ſemper contrarium ſeruari, & ſubſtantialiter huius opinionis videtur fuiſſe *Thom. Grammat. in deciſ. Neapol. 26. per totam, & vltimo loco Vincent. de Franchis in deciſ. 37. num. 2.* Non poteſt tamẽ negari, quin prima opinio ſit communior videri tamen poteſt, quod dicit Antonius Theſſaurus *in deciſ. Pedem. 90.* Vbi probat ea, quæ antea dixeram ad Bellugam in ſpeculo Principum, *Rub. 11. §. ex quo prædiximus. in verb. Remiſſiones limitation. 17.*

283 Exercere iuriſdictionem † in alieno territorio quis non poteſt. *arg. l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin. 80. num. 1. & in deciſion. 389. num. 6. volum. 1. in deciſion. 428. eod. volum. 1.* Vbi dicit eſſe pœnam criminis læſæ maieſtatis. *arg. l. 3. §. fin. ff. ad leg. Iul. maieſt.* Vel ſecundũ aliquos pœna falſi *arg. l. qui nomine. l. eos. ff. ad leg. Cor. de falſis.* De quibus pœnis, nihil nunc affirmo, dicam alio in loco. Et vide ſupra hoc eodem titulo, *nu. 210. cum ſeq.*

284 Barones tenentes in eorum † iuriſdictione bannitos, latrones, facinoroſos homines, & delinquentes patiuntur pœnas, quia eorum iuriſdictio ſeque ſtratur penes Principem, ſiue Regem, *vt fuiſſe factum refert Don Ludouic. de Peguiera. in deciſ. crimin. Cathaloniæ 36. nu. 25.*

285 Commoda, & prouentus iuriſdictionum, † inter plures dominos in ſolidum cuilibet debentur pro quota portione cuiuſque. *arg. l. Pomponius, vbi gloſſ. in verb. proferre. ff. de re iudic. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 232. num. 2. 3. vol. 1. Paris de Puteo in tract. Syndicatus. in verb. Prouentus. ſub nu. 4. alios allegans fertiliſſimi vir ingenii Ioan. Baptiſta Coſta. de Portione Rota. q. 54. num. 1. 8. in fin.*

286 Si ſuſpenſa eius iuriſdictione † iudex procedit, omnia eius acta nulla ſunt. *AEgid. Bellemer. in deciſ. 623. incip. Proceſſus. in fin. quem ſequitur Thomas Triuiſan. in deciſion. Veneta. 11. numero 7. lib. 2.*

287 Iuriſdictio data, & tributa † ſub cõditione, exerceri nunquam poteſt, niſi purificata prius conditione. *vt poſt Oldrad. in conſil. 41. & in conſi. 175. Carol. Ruin. in conſil. 68. nu. 16. vol. 1. voluit Bognin. Caualcan. in deciſ. Fiuizan. 46. nu. 41. lib. 1.*

288 Iu-

288 Iudex ſuperior, ſcilicet † appellationis, abſorbet iuriſdictionem inferioris iudicis. *Specul. in titul. de appellat. §. nunc tractemus. ſub numero* 13. *Thom. Triuiſan. in deciſ. Veneta. 7. nu. 9. lib.* 1.

289 Iuriſdictio iudicis fundari poteſt † ſuper qualitate expreſsa in libello, quæ ſi probabitur vera, dicitur fundata iuriſdictio, ſin autem non verificaretur, remitteretur cauſa ad competentem iudicem, vt fuit originalis opinio Guidonis de Suzaria, quã refert *Matth. de Afflict. in deci. Neap.* 297. *ex Tãcredo de Corneto in Compendioſa. titul. de iuriſdictione. q.* 12. Quo in loco Tancredus id dixerit, non retulit, ſed Lapus de Caſtellionchio. *in Alleg.* 58. *incip. Prælatus eccleſiæ. ſub nu.* 4. refert id dixiſse Guidonem de Suzaria *in Authent. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi oport. ſequitur Bartol. in l. ex quacunque in prima lectura. num.* 9. *in ſecunda lectura. num.* 7. 21. *ff. ſi quis in ius vocat. non ierit. facit Cappella Tholoſ. in deciſ.* 210. *incip. Item an exceptio, & ibi optime, & diffuſe Stephan. Aufrer. in Apoſtillis. Lucas de Penna in l.* 1. *col.* 1. *C. de diuerſ. offic. lib.* 12. *Idem Matth. de Afflict. in Conſt. Regni. Capitaneorum. nu.* 3. *Paris de Puteo de redintegration. feudor. cap.* 198. *incip. An citatus. per totum. fol.* 108. *Barth. de Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rub.* 11. §. 1. *in verb. Amende. nu.* 3. *Riminald. Senior. in conſil.* 344. *num.* 7. *volum.* 2. *Nouiſſime Borgnin. Caualcan. in deciſ. Fiuizan.* 3. *nu.* 17. *lib.* 1. *& in deciſ.* 21. *nu.* 31. *eod. lib.* 1.

290 Iudex qui habet † iuriſdictionem mandatam a Papa, locum tenentem ſui loco conſtituere non poteſt, niſi hoc expreſſim in commiſſis habeat, *arg. c. relatum. c. licet. de offic. delegat. Thomas Triuiſan. in deciſ. Veneta.* 66. *nu.* 1. *lib.* 1.

291 Acta facta per iudicem † incompetentis iuriſdictionis nulla ſunt, nec partium conſenſu conualidari poſſunt. *Poſt Cardinal. Pariſ. in conſil.* 100. *in fin. vol.* 1. *& alios Thom. Triuiſan. in deciſ. Venet.* 68. *num.* 4. 5. *lib.* 1.

292 Iuriſdictio ſiue ſit data † a lege, ſiue a principe, populo, conſuetudine, vel vniuerſitate, non extenditur de loco ad locum, nec de bancho ad banchũ, quia eſſet turbare aliorum iuriſdictiones, quod fieri non debet. *arg. l. conſulta diualia. C. de Teſtã. Sebaſtian. Vant. de Nullitat. ex defectu iuriſd. ord. nu.* 40. *cum tribus ſequentibus. Ioſephus Cumia in Ritibus Siciliæ. cap.* 38. *nu.* 389. *cum pluribus ſequentib. Borgnin. Caualcan. in deciſ. Fiuizan.* 10. *nu.* 28. 29. *lib.* 1. *Hierony. Cagnol. in l. cum quædam puella. § quoties. num.* 1. *ff. de iuriſd. omn. iud. Angel. Gambilion. in conſil.* 42. *nu.* 11. 12.

293 Bulla Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ † quo ad excommunicationem ligat omnes occupantes Iuriſdictionem eccleſiaſticam. *Thom. Triuiſan. in deciſ. Veneta.* 48. *num.* 23. *lib.* 2.

194 Tam ordinaria, quam † delegata iuriſdictio ſine dubio probantur ſcriptura. De ordinaria *Iaſ. in l. more. nu.* 53 *ff. de iuriſd. omn. iud.* De iuriſdictione delegata. *Lud. Roman. in conſil.* 59. *num.* 6. *Carol. de Graſſolio. de Regal. Franciæ. lib.* 1. *iure* 8. *col.* 3. *verſ. Item alius eſt caſus ſcripturam.* Vbi loquitur tam de iuriſdictione ordinaria, quam delegata, quod probentur ſcripturis. Hos refert, & ſequitur Borgninus Caualcanus, *in deciſ. Fiuizan.* 11. *num.* 2. *lib.* 1.

295 Iuramentum dare teſti † iuriſdictionis eſt, ſiue datur ſiue committatur. *c. ſi qui teſtium. vbi Panor. nu.* 1. *de Teſtib. clem. vnica. de offic. iudic. deleg. Tho. Triuiſanus in deciſ. Veneta.* 10. *nu.* 12. *in deciſ.* 62. *num.* 9. *lib.* 2.

296 Iuriſdictio, quam † exercet iudex per reſcriptũ, in quo illi conceditur poteſtas, quam habet, a lege, vel ſtatuto, non dicitur delegata, ſed excitata. *c. licet vbi Felin. de offic. deleg. Ludo. Rom. in conſil.* 285. *num.* 2. *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 151. *nu.* 6. *Burſat. ſiue Bertazzol. inter illius conſilia. in conſil.* 74. *nu.* 123. *vol.* 1. *Borgnin. Caualcan. in deciſ. Fiuizan.* 21. *num.* 1. *lib.* 1.

Virgines, pupilli, viduæ, alieque miſerabiles perſonæ habent priuilegium variandi, & eligendi forum in eorum cauſis. Verum Rex præſertim in
297 hoc Regno non nullis Baronibus † concedit iuriſdictionem, & priuilegium derogando expreſſe priuilegio. *l. vnica. C. quando Imperator inter pupill.* Accidit quod Barones aliqui, vt moleſtari faciant extra proprios lares eorum vaſallos in Regijs Tribunalibus, concedunt licentiam, quod pro aliqua cauſa adeant Regios ſuperiores, renunciando pro illa vice dicto eorum priuilegio, nihilominus in præiudicium vaſallorum dictam renunciationem fieri non poſſe, & remiſſionem ad proprium iudicẽ factam fuiſse Sacrum Conſilium Neapolitanum decreuit, *vt per Vincent. de Franchis. in deciſ. Neapolitan.* 541. *per totam.* Sed dicam latius in dicto titulo, *Quando Imperator inter pupill. & viduam.*

298 Domini terrarum habentes † iuriſdictionem, & præſertim quo ad Reſortum, ſiue appellationes poſsunt petere cauſas contra ſe motas ad ſuam iuriſdictionem remitti. *Ioan. Gallus. in q.* 25.

Concedens vel vendens caſtrum, cum iuriſdictione, & pertinentijs cenſetur conceſſiſse etiam
299 res particulares ad caſtrum † pertinentes. *Bal. in c.* 1. *col.* 1. *verſ. modo hic quæritur. Vbi Aluarot. co'. pen. & Matth. de Afflict. nu.* 52. *Corn. in conſil.* 321. *col. pen. ver. pro deciſione. vol.* 4. *Decius in conſil.* 517. Quod tunc præſertim dicendum eſt, quando dominus ita deſtinauerat, pertinentia enim non na-
300 tura, ſed deſtinatione noſtra † & voluntate conſtituntur. *l. quod in rerum. §. ſi quis. ff. de legib. vt dicit Nicolaus Vigelius in deciſ.* 50. *Centur.* 3. Exemplum ponerem in rebus pro Caſtri cuſtodia conſtitutis, puta Bombardis, & alijs bellicis, inſtrumẽtis. Si autem hoc non conſtaret conceſsæ non intelliguntur, vt Vigelius dicit. Ad hanc concluſionem videndus eſt *Marian. Iunior. in conſil.* 160. *per totũ. vol.* 2.

ARGVMENTVM.

Iudicij vocabulum licet ſit polyſimon tamen hoc in loco accipitur pro legitimo actu contra reum ab actore ſuper re litigioſa coram competenti iudice inſtituto. Vnde conſtat tres perſonas in iudicio de neceſſitate interuenire debere, cum nullus neque ſecum contendere, neque ſibi ius dicere valeat. Et eſt vel ciuile, vel criminale, & quid propoſitum ſit iudicatur ex perſona actoris, & acta iudicialia per ſcripturas & non per teſtes probantur. Iudicium redditur nullum ſi proceditur contra minorem indefenſum, infantem, tutorem qui non cõfecit inuentarium, filiumfamilias, ſi agitatur cum procuratore non legitimante ſuam perſonam, vel quæſtore deputato ad quærendas eleemoſynas eccleſiæ pro luminibus, & quando iudex pro ſuſpecto allegatus a cognitione non deſiſtit. Conualidatur autem ex iure de præterito ſuperuenienti, & cum defuncto cœptum continuatur in hæredem niſi ſit criminale, quod mortuo reo expirat, modo nullam vtilitatem ex delicto anteceſſoris hæres perceperit, & vniuerſale facit ceſſare particulare, nec excommunicatus agit contra excommunicatum & Iudęi Romanorum legibus vtentur. Mulier propriam cauſam recte agit, ſed inter patrem & filium lis non ſubſiſtit. Princeps quidem ordinem iudiciarium tollere, poteſt, partes autem conuenire inter ſe nequeunt, vt ordo, vel ſubſtantialia iudicij omittantur.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium quid eſt? ex Cuiacio, Vueſembecio, & Vulteio.*

2 *Iudicij diffinitiones plures ex* Maranta, Treutlero, Schardio, remiſſiue, Horſthio, *& Termineo. numero 3.*

4 *Quotuplex eſt iudicium, vnde ſumpſit originem, & ex quibus conſtet, remiſſiue?*

5 *Locus iudicij, vbi ius redditur? Declara. nu. 6. 7. 8. 9.*

10 *Iudicium conſtat ex tribus perſonis, iudice actore, & reo.*

11 *Criminale iudicium, quod eſt. Declara. num. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.*

19 *Iudicium redditur in inuitum.*

20 *Iudicium cum defuncto factum, continuatur in hæredem, & in illum tranſfertur. Declara. nu. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28.*

29 *Vbi adſunt duo teſtamenta, non poteſt tractari de illius iudicij exequutione, ſed tractandum eſt iudicium ordinarium.*

30 *Iudicium metimur ex perſona actoris quid propoſuerit?*

31 *Iudicium nullum eſt, vbi allegatus eſt iudex ſuſpectus, & arbitri electi ſunt, quo non obſtante, procedit.*

32 *Iudicium agitatum contra minorem indefenſum, aliquo curatore non comparente, nullum eſt.*

33 *Iudicium agitatum cum filiofamilias ſine patris cõſenſu, nullum eſt. Declara. num. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45.*

45 *Intellectus Pragmatice filiorumfamilias.*

46 *Iudicium non valet antequam procurator legitimet ſuam perſonam.*

47 *Ordinem iudiciarium Princeps tollere non poteſt. Declara tamen num. 48. 49.*

50 *Iudicium factum cum falſo procuratore quo ad ſuũ præiudicium validum eſt. nu. 51.*

52 *Iudex rerum criminalium poteſt reum abſoluere, vel condemnare, non tamen ad reſtitutionem rei ciuiliter. nu. 53. Vide num. 54. 55. 56.*

53 *Iudicũ criminalium a ciuilibus ſeparata ſunt tribunalia Neapoli, & Pariſijs.*

56 *Intellectus. c. ſi forte. Regni Neapolitani. nu. 57.*

58 *Vaſallus comparens in iudicio in aliena iuriſdictione, Domino non præiudicat.*

59 *Vbi ſunt cauſæ ſummariæ, vt in Regno Neapolitano, non eſt ponendum tempus in libello.*

60 *In iudicijs ſummarijs, ius naturale, & gentium ſeruandum, non autem ſolennitates iuris ciuilis.*

61 *Author laudatus debet comparere in eo iudicio, in quo nominatus eſt. Declara. num. 62.*

63 *Iudæi coram iudice Chriſtiano litigantes, Romanorum legibus vti debent. num. 64.*

65 *Iudicium duorum Auguſtalium, qui faciunt tres aureos, debet expediri ſummarie, ſimpliciter, & de plano.*

66 *Proceſſus factus in iudicio a tutore, qui inuentariũ non confecit, nullus eſt.*

67 *Excommunicatus, an agat contra excommunicatum?*

68 *Iudex iudicare debet ſecundum allegata, & probata.*

69 *Agens ex vna cauſa, & probans ex altera in cauſis ſummariis recte facit.*

70 *Iudicium, & proceſſus in vim literarum ſubreptitiarum, valet, non opponente parte Seb. Vantius.*

71 *Iudicium, & lis nulla eſſe poteſt inter patrem & filium. Declara. num. 71. 72. 73. 74.*

75 Mu-

75 *Mulier poteſt in iudicio comparere, & propriam cauſam agere.*
76 *Infans, cum omni ſenſu careat in iudicio eſſe non poteſt.*
77 *Iudicium nullum conualidatur de Iure præterito ſu perueniente.*
78 *Acta facta in iudicio coram iudice mortuo ſequi debent per eum, qui loco eius eſt ſubrogatus.*
79 *Quæſtores deputati ad quærendas eleemoſynas, non poſſunt in iudicio eſſe petendo legata pia.*
80 *Creditor, qui agit auit iudiciũ contra poſſeſſorem primum, poteſt agere contra poſſeſſorem, qui a primo poſſeſſionem euicit.*
81 *Acta iudiciaria per ſcripturas, non per teſtes probantur. Declara.* 82.
83 *Publicatio in cauſa eſt de neceſſariis in ordine Iudiciario. Declara num.* 84. 85.
86 *Iudicium factum feriarum tempore ob neceſſitatem hominum validum eſt parte non opponente.*
87 *Articulare, & probare eſt, de Iudicii ordine.*
88 *Vniuerſale iudicium facit ceſſare particulare.*
89 *Concluſio in cauſa anſit de ſubſtantialibus?*

TITVLVS XLII.

De Iudicijs.

1 IVdicium eſt legitima rei controuerſæ † inter litigantes apud iudicem tractatio. *argum. c. forus. de verb. ſignif. Quam diffinitionem poſt Iacob Cuiacium, & Matth. Vueſembeci. in Paratitlis Digeſtorum, & Codicis, tradidit* Herman. *Vulteius de iuriſprudentia Romanorum. lib.* 2. *cap.* 1. Quam etiam ponit, non
2 mutato niſi ſolo verbo (tractatio) in cuius † locũ ponit, diſceptatio Hieronymus Treutlerus diſputationum ſelectarũ *lib.* 1. *tit.* 12. *Theſi. prima.* Quinque iudicij diffinitiones tradidit Robertus Maranta, in Specul. Aur. in princip. Alias quindecim
3 † diffinitiones ſcribit Simon Schardius in Lexico, *in verb. iudicium. Dethardus Horſthius in Synopſi Theſium. parte.* 2. *tit.* 1. *num.* 1. *Petrus Terminæus in proceſſu iuris ſcripti. cap.* 1.
4 Quotuplex ſit iudicium, vnde ſumpſit † originẽ, & ex quibus conſtet, plene ſcripſit *Rob. Marant. in Specul. Aur.* Quem omnes ſequuti ſunt, & tractant etiam Nouiſſimi *Hermanus Vulteius de iuriſprutia Roman. lib.* 2. *cap.* 1. *Vacon. a Vacun. Declaration. iuris ciuil. lib.* 1. *declaratione.* 9. *num.* 4. *Raynald. Corſus indagation. iuris lib.* 3. *cap.* 1. *Hierony. Treutlerus diſput. ſelectar. lib.* 1. *tit.* 12. *per totũ. Dethardus in Synopſi Theſium. part.* 2. *tit.* 1. *per totum. Iodocus Damhouder. in Praxi Ciuili. cap.* 35. *Ioſephus Cumia in Ritibus Siciliæ. in rub. nu.* 3.
5 Locus iudicij eſt maiorum, vbi ius reddere † ſoliti ſunt, *l. pen. in fin. vbi Guliel. de Cuneo. & Bartol. nu.* 3. *ff. de iuſti. & iur. & ibi Iacob. Bonjour in Axiomate. in fin. l. cum ſententiam. vbi Bald. C. de ſent. & interlocut. omn. iud. Nicol. Vigell. in Method. iuris ciuil. lib.* 2. *cap.* 36. *Iafredus Lanfranc. Balbus in deciſ.* 378. *incip. Locus.*
6 Declara, poſſe de † conſenſu partium eligi aliũ locum iudicij, diuerſum a loco maiorum ſolito, *poſt Gulielm. de Cun. Bart. in dicta l. penult. num.* 3. *Bald. in l. fin. ff. de iuriſ. omn iud. argum. l. Si vt proponis præſes certum locum. C. qui o nod. & quand. iud. Iafred. Lanfr. Balb. in deciſ.* 378. *incip. Locus deputatus.*
7 Subdeclara poſſe eligi de partium † conſenſu alium iudicij locum, dum tamen ſit locus intra ſuũ territorium, ſiue iuriſdictionem. *Bartol. in dicta l. penultima. num.* 3. *ff. de iuſt. & iure. Facit text. in c. cum epiſcopus. de offic. ordin. in* 6.
8 Declara ſecundo, poſſe eligi locum † ad iudicandum, etiam in alieno territorio, dum tamen illius dominus conſentiat, *Ita poſt Petrum Bartol. in dicta. l. penult. in fin. ff. de iuſtit. & iure. Bald. in l. eũ ſententiam. nu.* 6. *C. de ſent. & interlocut. omn. iud.* dũ
9 tamen locus † ſit congruus, & honeſtus.
10 Iudicium conſtat ex tribus perſonis, † iudice, actore, & reo. *c. forus. de verb. ſignif. Vincen. de Franchis in deciſ. Neapol.* 245. *nu.* 6. *Dixi de compromiſſ.* § 2. *gl.* 1. *num.* 54. *Hierony. Treutler. diſputat. ſelect. lib.* 1. *diſput.* 12. *Theſi.* 3. *Iacob. Philipp. Portii. in conſil.* 134. *num.* 3.
11 Criminale iudicium dicitur, quoties † pœna, etiã pecuniaria applicatur fiſco, quando vero parti, dicitur ciuilis. *Accurſ. in l.* 3. *ff. de ſepulch. violat. Cyn. & Bald. in l. ſi qua per Calumniam. C. de epiſcop. & cler. Ante eos Innoc. in c. qualiter, & quando. col.* 2. *extra. de accuſ. Bart. in dicta l.* 3. *& in l. non ſolum.* §. *fin. de procur. Iaſon. in Rubr. C. de iudic. nu.* 2. *Felin. in Rubr. de iud. in princ. & ibi Deci. nu.* 94. *Alex. in conſil.* 66. *col.* 1. *in conſil.* 82. *in fin. vol.* 2. *Robert. Marant. in Specul. Aureo. part.* 4. *num.* 2. *Ioan. Baptiſta Villalob. opin. com.* §. *cauſa. nu.* 25. *& late diximus de compromiſſis.* §. 2. *gloſ.* 1. *nu.* 53. *Nouiſſime Dethardus Horſthius in Synopſi Theſium parte* 2. *tit.* 1. *nu.* 17. *Franciſc. Duar. Diſput. anniuerſ. lib.* 1. *diſputat. anniuerſ. lib.* 1. *diſput.* 35. *Iul. Clar. in pract. crim. q.* 1. *num.* 5. 6. *M. Anton. Blanchus in pract. crimin. par.* 5. *Incip. Viſis indicijs. nu.* 158. *Rober. Aurel. ſentent. iuris. lib.* 4. *c.* 9. *Iacob. Concenat. Quæſt. iuris. lib.* 1. *q.* 7. *Herman. Vulteius de iuris prudẽtia Roman. lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 13. *Ioan. Baptiſta Aſin. in Praxi ciuil. cap.* 5. *nu.* 14. *Iacob. Menoch. de Arbitrar. iudic. quæſt. lib.* 2. *centur.* 3. *caſu.* 225. *nu.* 4. *Barthol. Bertazzol. in conſil. criminal.* 399. *num.* 2. *volum.* 2. *Lud. Charond. veriſimil iur. lib.* 3. *cap.* 18. *Hieronym. Treutler. Diſputat. ſelectar. lib.* 1. *diſput.* 12. *Theſi* 1. *&* Matthias *Colerus in deciſ. German.* 22. *num.* 1. *Flamin Chartarius in deciſ. Genuæ.* 130. *num.* 22. 23.
12 Declara primo † pœnam pecuniariam debitam fiſco, tunc facere iudicium criminale, quando eſſet impoſita a lege, ſecus ſi ab homine, *vt poſt Hippolyt. Riminald. in conſil.* 336. *num.* 33. *volu.* 3. *voluit Flamin. Chartar. in dicta deciſion. Genuenſ.* 130. *num.* 25.
13 Declara ſecundo, ſi dicta † pœna pecuniaria fiſco applicanda deſcendat a crimine, ſecus ſi ex cauſa

cauſa ciuili, vel promiſſione, *vt per Hierony. Grat. in conſil. 136 num. 9. vol. 1. voluit idem Chartar. in dicta deciſ. Genuæ. 130. num. 23.*

14 Declara tertio non procedere † in Regno hoc Neapolitano, in quo illæ cauſæ dicuntur criminales, quãdo ex delicto venit imponenda pœna mortis naturalis, ciuilis, aut membri abſciſſio, aut mutilatio, *de qua loquitur Ioan. de Arnono in Soliloq. 24. Ioan. Anton. de Nigris. in c. Regni. Vt delatas. num. 22. Proſper Carauita in Prag. Filiorumfamilias. §. 3. num. 3. & in Prag. Falſorum teſtium. num. 184. & ſcripſi plene de compromiſſ. §. 2. gloſs. 1. num. 58.* Huic noſtrę diſpoſitioni conformes ſunt diſ-

15 poſitiones † Iurium Saxonicorum, quibus diſponitur, illas ſolas cauſas reputari criminales, in quibus corporalis pœna infligitur, aliæ vero omnes reputantur ciuiles, *vt ex gloſſ. Vueichbild. articul. 17. poſt princ. verſ Burgliche clagenſeindt. voluit Mathias Coler. in dicta deciſ German. 22. num. 5. alle-*

16 *gat Doctores ponentes † differentias iuris cõmunis, & Saxonici, Fachſium. lib. 1. differ. 13. Reinhardum. parte 4. different. 24.*

17 Declara quarto, cauſam, & † iudicium ciuile dici, quotieſcunque pœna corporalis per gratiam in pecuniariam commutata fuerit, tunc enim ciuilis appellabitur, vt per Cameram Imperialem conclu ſum fuiſſe aſſeruit *Ioachim. Mynſinger. Centur. 4.*

18 *obſer. 41.* dum dicit, quod cum † ex inueterata Germaniæ conſuetudine a cauſis criminalibus non appelletur, & tamen cauſa criminalis fuerit, ex gratia in pecuniam redacta, quod ab ea, tanquam cauſa ciuili appellabitur, quem refert Iacob. Schulthes ad Colerum *in dicta deciſion. Germaniæ. 22. in fin.*

19 Iudicium † redditur in inuitum. *l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig. Vincent. de Franchis. in deciſion. Neapolitan. 346. num. 7. in deciſion. 173. nu. 4. & in deciſion. 346. num. 7. quem refert. Ioan. Baptiſta Coſta de portione Rata. q. 137. num. 10.*

20 Iudicium cum defuncto cœptum † in hæredem continuatur, & transfertur. *arg. l. ſi eum hominem. 34. ff. de fideiuſſ. l. 1. C. ſi pend. appell. mors interuen. Ioan. Baptiſta Aſin. in l. 1. num. 146. ff. de religios. & ſumpt. funer. & in practic. iudiciali. §. 2. cap. 13. nu. 2. Gaſpar. Caballin. Milleloq. 943. Petr. Faber de regul. iur. antiq. cap. 86. cap. 87. Cæſar. Barz. in deciſi. Bononiens. 36. num. 6. Robertus Lancellott. de Atten tatis appell. pend. parte 2. cap. 4. limita. 1. num. 17. Idem Cæſar Barz. in deciſion. Bononiens. 49. nu. 23.*

21 Declara primo † dictam concluſionem procedere in cauſis ciuilibus. *vt dicit Accurſi. in l. 1. C. ſi pendent. appell. mors interuener. & dicunt maiori ex parte ſupra allegati Doctores.*

22 Declara ſecundo, dummodo † lis fuerit conteſtata cum defuncto, alias requireretur nouus libellus, & nouum iudicium. *l. Tam ex contractibus. 57. vbi optima gloſs. ff. de iudic. l. amplius. ff. Rem ratam haberi. Voluit Rota in Antiquis. in deci. 3. Incip. Nota quod ſucceſſor.*

23 Subdeclara, ſecus eſſe in beneficijs, † quia etiam lite non conteſtata cum defuncto, proceditur cum ſucceſſore in beneficio. *Rota in Antiquis in dicta deciſion. 3. Incip. Nota quod ſucceſſor.*

24 Declara tertio principaliter, non † procedere in iudicio criminali, quia Reo mortuo, iudicium ſolutum dicitur. *l. crimen. ff. de pœnis. l. pupillum 113. §. in hæredes. ff. de regul. iur. l. 1. ff. de priuat. delict. §. penult. inſtitut. de perpetu. & tempor. action. c. cauſa. quæſt. 2. qui fil. ſint. legit. c. Admonere. 33. q. 2. Iul. Clar. in Practic. Crimin. q. 51.* Quod procedit in

25 morte, non † ſolum rei, ſed etiam actoris, & accuſatoris. *l. 1. C. ſi reus, vel accuſ. mort. fuerit. vt dicit Iul Clar. in dicta q. 51. num. 13. l. ex iudiciorum. ff. de accuſat. Hippolyt. de Marſil. in ſin. num. 28. ff. de quæſt. AEgid. Boſs. in tract. crim. tit. de accuſat. nu. 34. Barthol. Veronenſ. in conſil. crimin. 22. num. 8. Petr. Plaza. in epitom. delictor. lib. 1. cap. 38. num. 2. Matth. de Afflict. in deciſion. Neapol. 145. in fin.*

26 Subdeclara, iudicium agitatum † cum defuncto criminale transferri ad hæredem, & ex illo hæredẽ teneri, quando ex ipſius defuncti delicto, hæres aliquam vtilitatem percepiſſet, quia eo caſu teneretur. *l. ſicut pœna. 38. ff. de regul. iur. Deci. §. in hæredes. num. 3. Hierony. Cagnol. in dicta l. ſicut pœna. nu. 1. 2. Ioan. Ferrar. Montan. in dicta l. pupillum qui. §. in hæredes. col. fin. verſ. Item, ſi quid ex defuncti.*

27 Subdeclara ſecundo, ſecus eſſe † ſi ageretur de pœna minime corporis afflictiua, ſed pœna bonorum, quia transfertur in hæredes. *l. fin. C. ſi reus, vel accuſator mort. fuer. l. 3. C. ſi pendente appell. mors*

28 *interuenerit.* Et hoc intelligitur † duobus concurrentibus, vnum quod ſit lis conteſtata cum defuncto. Alterum, quod ex eo ſit locupletior factus. *l. 1. C. ne de ſtatu defunctor. Deci. in dicto. §. in hæredes. num. 5. Sebaſtian. Medices. in tract at. mors omnia ſoluit parte. 2. concluſ. 32.*

29 Quando adſunt duo † teſtamẽta, nõ poteſt tractari de illius iudicij exequutione, ſed debet tracta ri iudicium ordinarium, *vt poſt Bartol in l. fin. C. de edicto Diui Adrian. toll. voluit Seraphin. Oliuar. in deciſion. Nouiſſim. Roman. 386. num. 1. part. prima. volum. 1.*

30 Iudiciũ cognoſcimus, & metimur † ex perſona actoris, quid propoſuerit. *arg. l. 1. ff. ſi pars hæred. petat. Gulielm. Caſſad. in deciſ. 3. num. 2. titul. de iudic. Sequitur Lancellott. in deciſio. Nouiſſ. Rom. 600. nu. 1. parte 1. vol. 1.*

31 Iudicium nullum eſt, ſi iudex † poſtquam eſt allegatus ſuſpectus, & electi ſunt arbitrii, his non obſtantibus procedit. *poſt Deci. in conſil. 175. & alios dicit Peregrin. Fabius in deciſ. Nouiſſim. Roman. 295. num. 1. parte. 3. lib. 2. vol. 3.*

32 Si contra minorem indefenſum † proſequutum eſt iudicium, non comparente aliquo curatore, nullum eſt. *l. ſi præſes. C. quomodo, & quand. iudex. Cardinal. Paleott. in deciſion. Nouiſſim. Roman. 729. lib. 3. vol. 3. Anton. Auguſtin. in deciſion. Nouiſſim. Roman. 1218. lib. 3. vol. 3. Matth. de Afflict. in deciſion. Neapolitan. 366. num. 7. Guido Pap. in deciſion. Gratianop. 494. num. 2. Ioan. Petr. Surdus in deciſi. Mantuan. 108. num. 16. Facit Veral. in deciſion. 153.*

nu. 2.

num.2.Flamin.Chartar.in decis.Ianuens.132.nu.1.& per totam D.Ioan.Baptist.Costa de Retrotra. cap.9.casu.7.num.12.Gerardus Maynard.in decis. Tholos.44.lib.3.Sebastian.Vantius de Nullitatib.ti tul.de Nullit.ex defect.inhabilit.seu mandat.nu.28. cum pluribus sequentib.

33 Eodem modo iudicium † agitatum cum filiofamilias absque patris consensu nullum est.*gloss.in l. fin.§.necessitate.vbi Bartol.num.10.C.de Bonis,quę lib.ante ipsum Specul.in titul.de actore.numero 24. Matth.de Afflict.in decis.Neapol.180.Guido Papæ. in decis.Gratianop.54.Cappella Tholos.in decis 306. incip.Item filiusfamilias.Sebastian.Vanti.de Nulli tat.ex defect.inhabilit.seu mandat.num.39. Robert. Maranta in Specul.Aureo.parte 4.distinct.16.nu. 15.Ascanius Clementin.de Patria potest.effectu.4. nu.1.cum pluribus seqq.Idem Guido Pap.in decision. 526.sub nu.1.*

34 Declara,tamen,tunc acta † inualida,ac nulla esse,nisi subsequatur illorum ratificatio, per consensum patris confirmantis,*vt per Matth.de Afflict.in dicta decision. Neapolitan.180.Guid.Pap.in dicta decision. Delphinal.54.Cappell.Tholosan.in dicta decision.306.incip. Item filiusfamilias. Sebastian. Vantius de Nullitate ex defect.inhabilit. num.39. cum pluribus seq.plene insignis. D.Ioan.Baptista Co sta de retrotrac.cap.8.casu.4 num.5.6.Guid.Pap.in decis.220.num.5. Andr. Gail.Practicar.obser.lib.1. obser.47.num.5.Vincent.Carroci.in decis.siue casu. 74.nu.13.16.Iafred.Lanfranc.Balbus in decis.307. incip.iudicium.*

35 Subintellige tunc demum † ratificationem operari, quando non est in præiudicium tertij, & illi fuisset ius quæsitum.*cap.ratihabitionē.de regul.iur. in 6.post alios Iacob.Philippus Portius in consil.171. nu.31.Octauian.Cacheran.in decis.Pedemontan.119. numero 25.26.Blanchett.in decision. Nouissim. Roman.318.num.4.parte 1.volum.1.Antonin. Thes saur.in decis.Pedemontan.7.numero 3. Ioan.Petr. Surd.in decis.Mantuæ.245.numero 8.quos refert,& sequitur.D.Costa.in tract.de retract.cap.8.casu.4. num.14.*

36 Declara secundo, quod si talis † filius familias, esset etiam minor, tunc iudicium esset ineptius, nec ratificatio patris sufficeret, cum esset necessarius etiam curatoris consensus *Gloss. Bart. Bald.& Paul.de Castro.in l.si longius.§.fin.ff.de iudic.Sebastian.Vantius de Nullitate ex defectu inhabilit.nu.* 42.*plene Rober.Maranta in Specul. Aureo.parte 4.*

37 *distinction.16.nu.40.dicens*, quod licet † in iudicio simili,interuenerit consensus patris, tamen ad huc processus est ipso iure nullus,quia in criminalibus,non sufficit auctoritas patris,quando filius est minor,sed debet sibi dari curator,*ex Bald.in consil. 408 incip.factum sic proponitur. volum.3. Corn.in consil.198.vol.4.& ex aliis, quos allegat. & ita voluit Guid.Pap.in decis.Gratianop.54.sub nu.1.*

38 Declara tertio, iudicium, † quod ageretur a filiofamilias patre absente, validum esse, *vt ex Baldo in consil.488.vol.1.& in consil.394.vol.5.dixit And.Tiraquell.de legibus connubialib.Glos.8.num. 6.cum pluribus seq.quem sequitur simpliciter Ioan. Stephan.Lamberteng.in tract.at.de contract.mulier. glos.9.nu.1.Aym.Crauett.in consil.12.nu.4.quem refert, & sequitur Costa de remed subsidiar.remed. 53.nu.15.Bernard.Pand.de exeq.instru.parte 2.declar.18.nu.63.Vincent.Maxill.in consuetud.Bari. tit.si mundualdus.abes.contig.§.si.mundualdum.nu. 1.Franc.Marc.in decis.Delphi.328.nu.6.vol.1.*

39 Subintellige præfatam † declarationem, quod pater sit absens,& absentia sit in remotis,& longinquis partibus, & abfuturus diutius, aut ignoratur vbi nam terrarum degat,forteque immineat agendi, siue contrahendi necessitas, quia ad euitandas fraudes,non quælibet absentia admittitur. *arg.l.si longius.§.fin.ff.de iudic.Bald.in l.Transactionem.in fin.& ibi And.Alciat.C.de Transact. Et plura more suo inducit Tiraquell.in dicta Glos.8.nu.6.cum pluribus seq.præsertim num.19.& deinde inferius.D.Costa de remed.subsidiar.remed.53.num.15.Cappell. Tholosan.in decis.42.*

40 Declara quarto † eum,qui egit,aut contraxit sine consensu patris, nō debere probare absentiam, cum præsumatur,quousque contrarium probetur. *in dicto consil.488.vol.1.& in dicto consil.394.vol. 5.cum multis allegatis per D.Ioannem Baptistam Costam,de remed.Subsidiar.remed.53.nu.14.*

41 Cautelam dedit absentibus † his, qui consensum præstare debent, vt illius loco authoritatem iudicis interuenire faciant,*post Bald.Castrensem, Anchar.Romanum,& Alciatum Tiraquell.in dicta glos.8.nu.20.cui concinit id,quod dicit Francisc. Marc.in dicta decis.328.nu.6.vol.1.*vbi dicit,quod

42 deficientibus † consanguineis,qui sint ex parte patris,& consentire deberent,quod ipsis absentibus adhibeantur ex parte matris,quę locum habent in

43 contractibus,quæ † arbitror non procedere in iudicijs,quia ne acta fiant elusoria,& integrandam filij familias,præsertim minoris personam, requiritur pater cum filio, & consanguinei cum mulieri-

44 bus, quod † non potest supplere iudex, ne videatur suscipere partis,non iudicis personam.

45 Quo vero ad præfata in hoc Regno † Neapolitano, habemus plures pragmaticas disponentes, nec in iudicijs, nec extra iudicium filiosfamilias posse contractus, vel acta iudicialia facere absque præsentia,& consensu patrum, alias imminet pęna actuarijs,& Tabellionibus,& acta sunt nulla, & sic pro forma vtrumque interuenire debet,& præsentia,& consensus,*vt dicit Prosper. Carauit.in dicta Pragmat.§.11.nu.14.* Et sic in Regno supra dicta non proderunt,cum sit constitutus modus.

46 Iudicium non valet, antequam † procurator legitimet suam personam,*vt post Bartol. Alex.& alios in l.2.C.de edict.Diui Adrian.Tollen.voluit insignis Iurisconsultus & omnib.numeris absolutus Alexand.Raudens.Variar.resol.lib.1.cap.31.nu.6.*

47 Ordinem iudiciarium Princeps † tollere potest, *vt ex Abbate Panormitan.& Bruno Alberto. voluit Paul.AEmil.Verall.in decis.250.nu.5.lib.3.*

48 Limita tamen, non † poſſe partes facere, quod ordo, vel ſubſtantialia iudicij omittantur. *Cappel. Tholoſ. in deciſ.352. incip. Item fuit quæſitum ſi de partium. Guido Papæ in deciſion. Grattanop.216. num.1.*

49 Declara limitationem †non procedere, quando partes conuenirent quod iudex procederet ſine omni ordine iudiciario, quia tunc iſta conuentio non valebit, quod teneat, vt ſententia, quod facturus eſt, ſed in vim pacti. *Abb. Panor. in c. de cauſis. num.8. de offic. deleg. Alexand. in conſil.32. col.2. verſ. Nec obſtat ſecundum Angelum. vol.2. Stephan. Aufrer. ad Cappell. Tholoſan. in dicta deciſ.352.*

50 Iudicium factum cum † procuratore valet, quo ad eius præiudicium. *arg. l. Plautius. ff. de Procurat. l.4. ff. de re iudic. voluit Iafredus Lanfranc. Balbus. in deciſ.234. incip. iudicium. AEgid. Bellemer. in deciſ.29. incip. ſententia.* Quia ſaltem poterit manda
51 ri executioni contra eum, ratione † expenſarum. *Optime Sebaſtian. Vantius. in titul. de nullitat. ex defect. inhabilit. num.72. Iacob. Philipp. Porti. in conſi. 134. nu.7.17.*

52 Iudex Tribunalis, & iudicij † criminalis poteſt reũ abſoluere, non tamen condemnare ad reſtitutionẽ rei ciuiliter, vt fuit declarata nulla ſententia, quæ erat prolata contra prefata per Auditorẽ Gubernatoris Romæ cauſarum criminalium, *vt teſtatur Marcell. Cardin. Creſcentius. in deciſ.5. per totum. in titul. de iudiciis. Marc. Anton. Natta in conſil.407. nu.14. vol.2. Barthol. Bertazol. in conſil. crimin.232. per totum. vol.1. quod nouiſſime refert inſignis I.C. Ioan. Bonifac. in tract. de Furtis §. contrectatio. num.89.90.91. ex textu vulgato. l. ſolemus. 61. §. Latrunculator. ff. de iudic.* Eſt Practica verſa-
53 tilis, & † Neapoli, & Pariſijs, quibus in locis ſunt iudices rerum Capitalium, & Criminalium, ſeparati a conſeſſu cauſarum ciuilium. Supranarratam cõcluſionem tenuit *Petr. Anton. Auguſtin. in conſil.15. nu.2. lib.1.*

54 Quando vero in eodem libello, ac in eodem † iudicio petitur quem condemnari criminaliter, puta in furto, & ad rei reſtitutionem in libello criminalem, & ciuilem actionem intentando, etiam peti poteſt, vt officio iudicis intereſſe, damna, & expenſæ reficiantur, & id fieri permiſſum eſt. *l. qui crimen. C. qui accuſar. non poſſ. l. ſi res. C. de vi bonor. l. quod euitandi. C. de condit. ob turp. cauſ. Bart. in l. Interdum. §. qui furem. numero quarto ff. de furt. AEgid. Boſſ. in titul. de furtis. numero 13. 14. Lucas de Penna in cap. Regni. Si de furto. numero ſeptimo. vbi optime Ioan. Anton. de Nigris numero*
55 *17. 18.* Et tunc † ſi condemnatur ad corporalem pœnam, condemnatur etiam ad rerum, de quibus agitur, reſtitutionem. *Bald. in dicta l. quod euitandi. in fin. AEgid. Boſſ. in titul. de Furtis. numero 49. & alii plures quos allegat Ioan. Bonifacius in dicto Tract. de Furtis. §. contrectatio. numero 89. Quibus adde Luc. de Penn. in l. tertia. colum. fin. C. de exact. & execu. lib.12. Aymon. Crauett. in conſil. 54. colum. fin. Cappell. Tholoſan. in deciſion.22. Io. de Arnon. Epitom.31. Quos refert, & ſequitur Ioan. Anton. de Nigris. in capitul. Regni. Ad hoc. numero 127. Annibal Troiſius in Ritu Magnæ curiæ.55.*

56 In hoc Nepolitano Regno ſuſtulit † hanc quæſtionem Rex Robertus. *in capitulo Regni. ſi defurto.* Dum ait, ſi de furto, violẽtia vel defenſa, aut alio delicto quocunque criminaliter accuſatio inſtituta fuerit, vel per officium iudicis in caſu debito de ipſa criminatione quæſitum, iudex ſuper his aditus comperto facinore nocentem reum pœna debita feriat, & in eadem inſtantia per ſuum officium in rei ſubtractæ, vel violentæ celeri reſtitutione condemnet. Hinc Magna Curia condemnatos vel ad mortem rei reſtitutionem etiam condemnat, & ad intereſſe, ſi vero ad remiges ad uitam, vel tempus primo cauſa mittit ad remigandum, & reſtitutionis materiam exequitur. Secundo caſu, cum comminatione, quod finito tempore ad carceres
57 redeat, vt parti ſatisfiat, ſi in exilium tam detinet, donec † parti ſit facta reſtitutio. *Dixi alias in conſi. 80. nu.9. Cent.1.* Quod meum conſilium nouiſſime retulit, & ſequitur *Hieremias Setſerus. in trac. de iurament. lib.1. cap.20. num.11.*

58 Vaſallus comparens in iudicio † in aliena iuriſdictione, domino præiudicium nõ facit, *poſt Andr. de Iſern. in c. Imperialem. §. præterea ſi inter duos. de Prohibit. feudi alien. per Federic. voluit Ioannes Vincent. de Anna in alleg.59. num.12.*

59 Vbi ſumus in iudicio, in quo † omnes cauſæ ſunt ſummariæ, vt in hoc Regno Neapolitano, non eſt ponendum tempus in libello, *vt concludit Matth. de Afflict. in deciſ. Neapolitan.250. num.4. quem ſequitur & ita fuiſſe Deciſum Scribit Ioan. Vincent. de Anna. in Alleg.111. num.3.*

60 In hijs ſummarijs iudicijs ſeruãdum eſt † ius naturale, & gentium, omiſſis iuris ciuilis ſolennitatibus. *Franciſc. Cantucc. in deciſ. Nouiſſim. Roman. 44. num.3. parte 2. vol.2.*

61 Auctor laudatus comparere † debet in iudicio, & foro illius qui eum nominauit. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neap.227. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 69. nu.27. poſt And. de Iſer. in c. Imperialem §. præterea ſi inter duos col.3. de prohibit. feud. alien. per Federic. dicit ſemper ita fuiſſe iudicatum. Ioan. Vincent. de Anna in Singul.45. Couar. Practicar. quæſtion. cap.8. num.2. Andr. Gail. Practicar. Obſeruat. lib.1. obſeruat.37. num.7.* Quid autem in cleri-
62 co auctore † laudato, an teneatur comparere in Curia ſeculari? Dixi ſupra in titulo de clericis, & ſacerdotibus. *num.92. Adde Petr. Rebuff. ad Conſt. Galliæ tomo.3. titul. de dilat. Articul.4. gloſs. vnica. num.7.8. dico infra de for. comp. nu.92.*

63 Iudæi litigantes in iudicio coram † iudice Chriſtiano, legibus Romanorum vti debent. *l. nemo Iudæorum. C. de Iudæis. Cardinal. Pariſ. in conſil.2. nu. 29. vol.4. Roland. a Valle in conſi.25. vol.3. Ampl. a Marquard. de Suſannis in tract. de Iudæis. parte 2. capitul. 1. numero 1.* Vbi dicit, illos obſeruare
64 † debere iura ciuilia Romanorum, tam quo ad ordinem iudiciarium, quam etiam quo

ad

ad deciſiones cauſarum. Sic fuiſſe deciſum in Senatu Mantuano refert *Ioan. Petr. Surd. in deciſ. Mantuan. 133. num. 2.*

65 In Regno hoc Neapolitano † iudicium duorum Auguſtalium, qui faciunt tres ducatos, ſiue tres aureos, debet per iudices expediri ſummarie, ſimpliciter, & de plano, & ſine ſcriptis. *poſt Matth. de Afflict. in Conſtit. Regni dilationes. not. 3. voluit Franciſc. Viuius in deciſ. 36. num. 2.*

66 Proceſſus in iudicio factus a tutore, qui † inuentarium minime confecit, nullus erit. *Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal. 53. num. 5. quem refert, & ſequitur Paul. AEmil. Verall. in deciſion. 324. nu. 2. lib. 3. Franciſc. Viui. in deciſ. 40. num. 1. in fin.*

67 Excommunicatus contra † alium excommunicatum agere non poteſt illum in iudicio vocando quia debet illum citare, ex quo excommunicatus excommunicatum non vitans, peccat. *c. illud domi nus. extra de ſentent. excommunic. Ita voluit Franciſc. Viui. in deciſion. 96. num. 5.*

68 Iudex cauſam in iudicio † deductam iudicare debet ſecundum allegata, & probata. *l. Illicitas. §. veritas. ff. de offic. præſid. Simon. de Prætis. in conſil. 97. num. 25. vol. 1. multos allegans Franciſcus Viuius in deciſion. 178. num. 1. M. Anton. Natta in conſil. 109. num. 22. vol. 1. & in conſil. 276. numero 3. vol. 2.*

69 Agens ex vna cauſa, & ex alia probans † in iudicijs, & cauſis ſummarijs, recte procedit. *poſt Hyppolit. de Marſil. in ſingul. 272. Andr. Tiraquell. de retract. conuent. in fin. num. 101. Franciſc. Cantucci. in deciſion. Nouiſſim. Roman. 44. nu. 4. par. 2. vol. 2.*

70 Valet iudicium, & proceſſus, in vim † literarum ſubreptitiarum, parte tamen non opponente. *Bernard. Cardin. Biſgnet. in deciſion. 13. in titulo de reſcriptis.*

71 Iudicium, & lis nulla poterit eſſe † inter patrem, & filium. *l. lis nulla ff. de Iudic. Anton. Capic. in deciſ. Neapol. 56. Sequitur Franciſc. Milanen. in deciſ. Siciliæ. 3. num. 102. lib. 2.*

72 Declara ſecus eſſe † in cauſa criminali, quia inter patrem, & filium iudicium proſequi eius cauſa poteſt. *poſt Alberic. in dicta l. Nulla. num. 4. voluit Franciſc. Milan. 3. num. 122. lib. 2.* Vbi enumerat

73 plures limitationes, quæ † apud ipſum videri poterunt, cum ſint ſimul vnitæ.

74 Declara ſecundo de iure canonico † poſſe dari litem inter patrem, & filium. *gloſſ. in c. fin. de iudic. Paulus de Caſtro. in dicta l. lis null. anum. 2. Alberic. nu. 3. Paul. de Caſtro. nu. 1. Vincen. de Franch. in deciſion. Neapolitan. 162. num. 4. Franciſ. Milan. in deciſ. Siciliæ. 3. num. 105. Hierony. Zannettin. de differ ent. turis Ciuilis, & Cano. different. 37. nume. 39. Hyppolit. Bonacoſſ. de æquitate Canonica. concluſ. 14.*

75 Mulier in iudicio poteſt † comparere, & propriã cauſam agere. *l. Qui abſente. in fin. C. de procur.* Non ſolum ciuilem ſed etiam criminalem. *l. de crimine. l. qui propter. l. Vxor tua. C. qui accuſar. non poſſ. & voluit Matthias Colerus in deciſion. German. 67. num. 9. 10. 12. 13.*

76 Infans cum careat ſenſu † omni, non poteſt in iudicio eſſe. *Ex Speculat. in titul. de primo decreto. §. reſtat. num. 10. Bald. in l. 1. C. de precib. Imper. offer. & in l. bonorum. C. qui admitti. Iaſ. in l. 2. ff. de in ius vocand. Paul. AEmil. Verall. in deciſion. 153. num. 2. lib. 2.*

77 Iudicium nullum conualidatur † ex iure de prę terito ſuperueniẽte, *vt in l. ſi rem. §. fin. ff. de pignor. act. l. ſi mandauero tibi, aut Titio. ff. Mand. quæ iura ad hoc allegauit Anton. Capic. in deciſ. Neapolit. 16. ſub nu. 6. quem ſequitur. Verall. in deciſion. 118. nu. 1. lib. 2.*

78 Acta facta in iudicio per iudicem † mortuum, debent ſequi per iudicem qui in illius locum eſt ſubrogatus, & ex illis iudicare. *l. mortuo. vbi Bald. ff. de iudic. l. cum proponebatur. ff. eo. tit. c. cum venerabilis. extra. eo. tit. Paul. AEmil. Verall. in deciſ. 259. nu. 5. 6. lib. 2.*

79 Eſſe in iudicio, & agere † nõ poſſunt quæſtores deputati ad quærendas eleemoſynas eccleſiæ pro luminibus ex officio, puta pro legatis ſic factis, vel condemnationibus. *Bernard. Card. Biſgnetus. in deciſ. 1. titul. de iudic.*

80 Creditor proceſſum in iudicio † agitatum cõtra poſſeſſorem primum, poteſt continuare contra poſſeſſorem, qui a dicto primo poſſeſſore poſſeſſionem euicit. *Cardinal. Biſgnetus. in deciſ. 7. titul. de iudic.*

81 Acta iudiciaria per ſcripturam, non † autem per teſtes probantur, *vt per Guidon. Pap. in deciſ. Gratia nop. 528. nu. 1.*

82 Declara tamen, quod de errore † in illis ſcribendis, per duos teſtes poterit probatio fieri. *Idem Guido Papæ in dicta deciſion. 528. poſt Innocent. & alios antiquos.*

83 Publicatio in cauſa eſt de neceſſarijs † in ordine iudiciario. *Bartol. in l. prolatam. C. de ſentent. Robert. Marant. in Spcul. Aure. in Verb. Publicatio. num. 1. Matth. Matheſilan. in ſingul 38. incip. Nota, quod in cauſis. Pandul. in Prag. Diſpendia. num. 150.* Hinc ſupplicantibus populis Ducatus Brabantiæ, & Comitatus Hollandiæ publicationem atteſtationum fieri cõceſſit Rex Catholicus, *vt per Damhouder. in pract. ciuili. cap. 182. num. 28. 29.*

84 Contrarium quod non † requiratur publicatio, nec ſit ordinis iudiciarij, *voluit Guido Papæ. in deciſion. Delphin. 586.*

85 Declara, quod ſi a parte fuerit † petita publicatio, & non conceſſa, & a non conceſſione fuerit appellatum, ordo iudiciarius vitiaretur, *vt habetur per Rotam in Antiquis. in deciſion. 16. incip. Nota, quod non vitiatur. Robertus. Marant. in dicto verb. Publicatio. nu. 3.* Quinimmo dicit quod illius omiſſio non vitiat proceſſum. *Idem Seba. Vantius de Nullit. ex defectu proceſſ. num. 4. Anton. Capic. in deciſ. Neap. 1. num. 31.*

86 Iudicium factum tempore † feriarum ob hominum neceſſitatem validum eſt, ſi pars non opponat. *Guido Papæ in deciſion. Gratianop. 221. num. 3. & dicam in titul. de Ferijs DEO auſpice.*

87 De iudicij ſubſtantia eſt † articulare, & probare, *vt contra Bartol. in l. prolatam. C. de ſentent. habetur per Rotam in Nouis, in deciſ. 33. incip. quando.* Quam allegauit ſub alio numero, & ſequitur Paulus AEmilius Verallus *in deciſ. 149. num. 4. 5. lib. 3.* Et ſententia data ſine termino ad articulandum, & probandum eſt nulla. *AEgidius Bellemer. in deciſ. 27. Gulielm. Caſſador. in deciſ. 8. titul. de reſcript. Quos ſequitur idem Verall. in deciſ. 149. lib. 3.*

88 Vniuerſale iudicium facit † ceſſare iudiciũ particulare. *Paul. AEmil. Verall. in deciſ. 351. lib. 3.*

89 Concluſio in cauſa an ſit de † ſubſtantialibus iudicij, & proceſſus, dicam, Deo volente, in titulo de concluſione.

ARGVMENTVM.

Quemadmodum fundamentum in principio eſt ponendum, antequam extruatur ædificium: ita etiam in iudicij ſtructura competentia fori ante omnia examinari, & prima exceptio contra illius defectum ante litem conteſtatam opponi cõſueuit. Eſt autem forũ vel eccleſiaſticum vel ſæculare, vel mixtum. Ad eccleſiaſticum pertinent clerici, & religioſi, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, quo ad cognitionem, quamuis quo ad executionem tradantur curiæ ſæculari, vt ſi ſigillum Regium falſificarint, vel de fractione ſaluæ guardię inquiſiti fuerint, vel debitum contraxerint, vel arma portauerint, quibus caſibus neq; epiſcopus, neque Summus Pontifex concedere poteſt, vt corã ſæculari iudice, directe ſiue indirecte conueniantur, & clericus corã ſęculari iudice datus fideiuſſor nõ poteſt ſuo priuilegio fori renunciare. Item cauſæ Beguinarum, & Begardorum, annuæ præſtationes relictæ pro anniuerſarijs defunctorum, penſionis eccleſiaſticæ validitas, & inualiditas, quælibet cauſa ſpiritualis in profanã incidens, & matrimonialis. Ad ſæculare ſpectat cauſa poſſeſſoria beneficialis, matrimonij, decimarum, quando fit recognitio ſcripturarum a Prælatis, & clericis. Item in illo conuenitur clericus mercator, macellarius, locans fructus ſui beneficij laico, repertus in flagranti crimine, ſi ſuccedit laico, & facit mere ſæcularia negotia eccleſiarũ, author laudatus comparere tenetur, ſi poſt condemnationem in exilium factus eſt clericus, poteſt a temporali iudice cogi, vt tempus compleat, denique conuento coram ſæculari iudice, priuilegium clericale allegare, & producere incumbit. Inſuper ſalaria funerum, mulieres veneficæ, ſortilegæ, & incantatrices, Tertiarij, & Tertiariæ ordinis Sancti Franciſci & blaſphemiæ a temporali iudice cognoſcuntur. Ad mixtum refertur crimen vſurarum. Sortitur quis forum vel ratione domicilij, vt Scholaris in loco ſtudij, vel ratione contractus, vt viator, & forenſis in loco vbi contrahunt & illius loci ſtatutis ligantur. Incompetentiam fori allegare poteſt procurator, & pater pro filio, ſed quæ contra creditorem opponi poterat, non habet locum in ceſſionario. Vxor forum viri defuncti retinet, & militum eſt penes ipſorum Magiſtrum. Id tandem obſeruandum quod actor forum rei ſemper ſequi teneatur, etiam in matrimoniali cauſa, alias per exceptionem incompetentis iudicis repelletur.

SVMMARIVM.

1 *Ex duobus dominis habentibus iuriſdictionem indiuiſam, ſi vnus committat delictum, an poſſit a condomino puniri? num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.*

6 *Intellectus Vincent. de Franchis in deciſion. Neapol. 274.*

7 *De officialium delictis Magna Curia Vicariæ cognoſcit.*

8 *Barones an veniant officialium appellatione, remiſſiue.*

9 *Begninarum cauſæ, an debeant ab eccleſiaſticis iudicibus cognoſci. num. 14.*
Beguinarum, & Begardorum ſecta hæretica.
Contra Beguinas, & Begardos ſcripſit Aluarus Pelagius, licet Alphonſus de Caſtro, dicat neminem contra illos ſcripſiſſe.

11 *Clericus in vno loco captus, erat in Parlamento Pariſienſi, de diœceſi tamen Xantonenſi, qui ipſum ſibi remitti petebat, fuit remiſſus ordinario loci, in quo propoſuerant illorum iura.*

12 *In ſigillo Regio clericus falſum commiſit, fuit in Gallia ad iudicem eccleſiaſticum miſſus, & diuerſimode ibidem ſeruatum. num. 13. 14. 15.*

16 *Clericus obligatus pro delicto ciuili, an poſſit capi per laicum, & duci ad epiſcopum.*

17 *Pri-*

17 *Priuilegium maius attenditur. num.* 18.
18 *Priuilegiatus cum priuilegiato quando concurrant?*
19 *Clericus inquisitus de fractione saluæ guardiæ, & de asportatione armorum.*
20 *Causa possessoria beneficialis cognoscitur a iudice temporali. num.* 21.22.23.24.25.26.27.28.29. 30. *præsertim Neapoli.*
21 *Intellectus. c. Regni Neap. Ad regale fastigium.*
Intellectus. c. charitatis affectus.
Intellectus. c. Finis præcepti charitas.
Intellectus. c. omnis prædatio.
22 *Possessorium beneficiale in Gallia cognoscunt* Magistratus Regij.
23 *Neapoli in Regno.*
24 *In Camera Imperiali.*
25 *In Senatu Sabaudo.*
26 *In Senatu Mediolanensi.*
27 *In Senatu Veneto.*
28 *In Lusitania.*
29 *Vbique Gentium.*
31 *Prælati, & Clerici scripturas suas coram sæculari iudice recognoscere debent.*
32 *Rescissio contractus tractari debet in loco domicilij rei conuenti. Declara. nu.* 33.
34 *Clericus mercator in foro laicorum conuenitur.*
35 *Clericus macellarius, siue lanio coram sæculari conuenitur.*
36 *In Gallia exequutio testamentorum Canonicorum Cappellaniæ Regiæ non ad Canonicos, sed ad exequutores Regios spectat.*
37 *Regalia Regum Galliæ mortuis beneficialis.*
38 *Cappellæ in Palatijs Regum ab ipsis eriguntur.*
39 *Forum quis sortitur domicilij occasione.*
40 *Apud iudices habentes paratas causarum cognitiones, non incompetentia, sed pendentia litis opponi potest.*
41 *Obligans se per obligationem iuratam quod pro debito vbique locorum possit conueniri, videtur prorogasse iurisdictionem omnium iudicum, & se submisisse foro, in quo conueniretur. Declara. nu.* 42. 43.44.45.
46 *Actor sequitur forum rei.*
47 *Contractus ratione quis forum sortitur. Declara. nu.* 48.49.50.
51 *Clericus, qui patitur se condemnari a iudice laico, & post condemnationem allegat clericale priuilegium condemnatur ad expensas.*
52 *Apostata a fide, non gaudet immunitate ecclesiastica.*
53 *Clericus, qui laico locauit fructus sui beneficij, coram laico iudice debet illum conuenire.*
54 *Expeditores Registri Bullarum in Camera Apostolica sunt iudices competentes.*
55 *Agitata lite per duos clericos coram iudice laico super spolio, cum vnus ipsorum litis pendentiæ mentione non facta impetrauit rescriptum, & inhibitorium, non debet exequi.*
56 *Nec episcopus, nec Summus Pontifex possunt concedere, quod clericus conueniatur coram iudice laico.*
57 *Clericus, non directe, nec indirecte coram iudice laico conuenitur.*
58 *De matrimonio, & illius fœdere iudex ecclesiasticus cognoscit. nu.* 59.
60 *Clericus in iurisdictionem, ac iudicem laicum nec superiore quidem consentiente potest consentire.*
61 *Clericus succedens laico, coram quo conuenitur, ecclesiastico, an laico iudice. Declara. num.* 62.63. 64.
65 *Apud Gallos supremum Parlamentum, non alij officiales cognoscunt de fori declinatoria.*
66 *Domino non præiudicat, si vasallus comparet in alieno foro.*
67 *Contumax fori declinatoriam non opponit. num.* 68. 69.70.
Per contumaciam videtur quis renunciare fori priuilegio.
71 *Pensionis ecclesiasticæ, dum tractatur validitas, vel inualiditas iudex ecclesiasticus est competens.*
72 *Clericus committens delictum, postmodum ducit vxorem, ecclesiasticus, an laicus iudex cognoscat. nu.* 73.74.75.76.
77 *Priuilegium superueniens reo, lite pendente citra eius factum, eximit illam a foro iudicis, coram quo lis erat cepta.*
78 *Fori declinatoria, & incompetentis iudicis exceptio ante litem contestatam opponi debet. Declara. nu.* 79 80.
81 *Clericus committens falsum coram iudice temporali a quo puniatur ab eo, an ab ecclesiastico. numero* 82.83.
84 *Ad forum vetitum aliquem trahens an euitet pœnam si pœnituerit ante litis contestationem. num.* 85.86.
87 *Iudex procedens post oppositam exceptionem fori declinatoriam, cognoscere non potest, an sua sit iurisdictio?*
88 *Decisa causa matrimoniali coram ecclesiastico iudice pro vxore contra maritum, quæ appellauit, hoc non obstante a temporali iudice cogi potest ad alimenta vxori præstanda.*
89 *Faciens mere sæcularia ecclesiastica negotia a sæculari iudice cognoscitur,*
90 *Clericus fideiussor coram temporali iudice datus, suo priuilegio renunciare minime potest.*
91 *Clericus, cui a temporali iudice sequestrum commissum fuit, a temporali de eo rationem reddere cogitur.*
92 *Laudatus author coram eodem iudice tenetur comparere, & iudicium suscipere.*
93 *Clericus coram sæculari iudice citatus, tenetur comparere & clericale priuilegium allegare.*
94 *Obligatus coram iudice soluere statuto tempore quantitatem pecuniæ, intentat coram episcopo absolutionē a iuramento, prætendens non posse exequi obpendentiam litis absolutionis a iuramento, tamen hoc non obstante iudex temporalis sententiam exequitur. nu.* 95.96.97.
Absolutio iuramenti simplex nō tollit vim iuramēti.

98 *Con-*

98 *Condemnatus a temporali iudice in exilium, post fit clericus, iudex temporalis coget illum complere exilium. nu. 99.*

100 *Consiliarij Regii viuentis vxor egit litem in tribunali Regio ex viri priuilegio moritur succedit vxori alius qui petens causam remitti ad alium iudicē, tamē in eodem tribunali agitāda est. nu. 101.*

102 *Promittens soluere Capuæ, vel Neapoli, creditoris, an debitoris sit loci electio? nu. 103.*

103 *In alternatiua locorum actoris electio est.*

104 *Matrimonij causa possessoria ad iudicem temporalem spectat.*

105 *Causa spiritualis incidens in profana ad ecclesiasticum iudicem spectat. Declara. nu. 106.*

107 *Forensis, vel extraneus contrahens in loco, illius loci statutis ligatur. nu. 108. 109. 110. 111.*

108 *Forensis statuto non ligatur regulariter. Declara. nu. 109. 110. 111.*

112 *Domicilium, & forus viri attenditur dum tractatur de dote.*

113 *Processus factus cum priuilegiato, si de priuilegio non opposuit, validus est.*

114 *Iudicis in competentia potest per procuratorem allegari.*

115 *Pater pro filio potest iudicis incompetentiā allegari.*

116 *Exceptio fori declinatoria, quæ poterat opponi contra creditorem, contra cessionarium opponi non potest.*

117 *Iudex ecclesiasticus potest esse iudex & exequutor testamentarius. Declara. nu. 118. 119. 120. 121.*

122 *Viator sortitur forum loci contractus. Declara. nu. 123. 124.*

125 *Decimarum causa possessoria coram seculari iudice tractanda.*

126 *Iudex laicus capit clericum repertum in flagranti crimine, & portat episcopo suo.*

127 *Et sententia, & acta omnia sunt nulla facta a iudice incompetente.*

128 *Incompetentiæ exceptio coram illo iudice allegatur qui incompetens allegatur.*

129 *Iudices profani, nō ecclesiastici cognoscunt de actionibus realibus, & de pignoratione, tum in Regno Neapolitano, in Gallia, & in Camera Imperiali. num. 130.*

131 *De funerum salario ecclesiastici iudices non cognoscunt.*

132 *Mulieres veneficæ, sortilegæ, & incantatrices a tēporali iudice cognoscendæ. Declara. nu. 133.*

134 *Blasphemiæ crimen a temporali iudice punitur.*

135 *Vsurarum crimen mixti fori est.*

136 *Clericus inuentus cum armis a quo, & qua pœna puniatur.*

137 *Clericus pro rebus ecclesiæ habet fori electionem. nu. 138.*

139 *Tertiarij, & Tertiariæ Ordinis Sancti Francisci, & aliarum religionum, cognoscuntur a temporali iudice.*

140 *Episcopi familia, an in ciuilibus, & criminalibus gaudeat priuilegio fori ecclesiastici. Declara numero 141. 142. 143.*

144 *Clericus se obligando non potest secularis iudicis forum prorogare etiam cum consensu sui superioris. nu. 168.*

145 *Clericus coram iudice laico cōtumax an soluat multam contumaciæ.*

146 *Pupillus pro lite inchoata cum patre mortuo, non gaudet suæ personæ priuilegio. Declara. num. 147. 148.*

149 *Militum forus est Magistri militum. Declara. nu. 150. 151. 152. 153.*

154 *Clericus creditor, vel legatarius, in inuentario conficiendo per iudicem secularem, potest ab illo citari.*

155 *Clericus creditor laici, qui vult a Principe tanquā debitor dilationem quinquennalem, siue moratoriam expedire, citari potest a laico si vult concurrere.*

156 *Officiales episcopi sine literis Regijs nō possunt carceratos asportare de loco ad locum.*

157 *Clerici capiuntur in delicto fore facto absque metu excommunicationis per iudicem laicum, sed restituuntur suis superioribus.*

158 *Siculorum causæ extra* Regnum *trahi nequeunt.*

159 *Vxor viri in dignitate positi, an viro mortuo, fori priuilegio gaudeat. Declara. 160. 161.*

162 *Vxor clerici coniugati an gaudeat foro viri. nu. 163. 164.*

165 *Intellectus Pragmaticę Alphonsi Regis & Bullæ Nicolai Papæ Quinti de censibus.* 167.

Fori exceptio in dicta Bulla, & pragmatica, an opponi possit.

166 *Garsiæ Mastrilli I.C. Siculi laudes.*

169 *Promittens cum iuramento non declinare forum, non potest pœnitere, & forum declinare. Declara. nu. 170.*

171 *Scholaris in loco studij forum sortitur. Declara. nu. 172.*

173 *Procurator admittitur ad opponendam exceptionem fori declaratoriam.*

174 *Pro annua prestatione relicta pro anniuersariis defunctorum, lis facienda est coram iudice ecclesiastico.*

175 *Vbi Papa manus imposuit, & si alia occurrerint capita, & nouiter emergant, nemo alius imponit manus.*

TITVLVS XLIII.

De Foro competenti.

1 DVo Domini, seu Barones si habent iurisdictionem indiuisam in aliquo loco, ac vnus ipsorum † deliquerit, poterit ab altero condomino, & cōbarone puniri, *vt dicit Rota in antiquis. in decision. 246. incip. Nota si duo.*

2 Contrarium sentit Vincentius de Franchis. † *in decis. Neapol. 274. num. 2.* ex dicto Bartoli, *in l. inter tutores. nu. 6. ff. de administr. tutor.* dum dicit, quod

ex

ex duobus dominis iurisdictionis indiuisæ, si vnus
3 delinqueret, non potest ab alio † puniri, *vt dicit consuluisse, & idem sentit Marc. Anton. Peregrin. in consil. 3. num. 47. vol. 3.*
Sed primam opinionem post Angelum, & Salycetum tenuit Iafredus Lanfrancus Balbus *in decis. 116. incip. si vnus*. secundum quos est communis
4 opinio, quam credo optima † ratione fundatam a Dominis de Rota, quia non habet tunc temporis locum Regula, quod par in parem non habet imperium, ex quo per delictum commissum, cessat iurisdictio illius condomini delinquentis, & remanet tanquam sui natura indiuisibilis penes condominum in solidum, cuius natura est, vt vni tribuatur
5 † totum. *l. si non singuli. C. si cert. petatur. l. 3. C. de fideiuss. §. plures. Inst. eo. tit. l. si diuisa. §. si autem. C. locat. & scribit Bartholom. Bertazol. de Clausul. instrumentor. clausul. 39. gloss. 7. nu. 1.* Adeo quod remanet apud condominum, qui potest illa vti cõtra alterum. Nec obstat, † quod dicit Vincentius
6 de Franchis *in dicta decis. 274.* quia ibi non erant duo Domini æquales habentes eandem Iurisdictionem, sed vnus habebat iurisdictionem criminalem, & alter ciuilem, & nullus ipsorum deliquerat, sed veneno fuerat extinctus dominus iurisdictionis ciuilis, & delinquẽs erat vasallus vtriusq; vnusquisque quo ad iurisdictionem suam & fuit eo casu facta decisio quod de inquisito cognosceret Ma
7 gna Curia Vicariæ † quæ cognoscit de delictis officialiũ actiue, & passiue per iura particularia Regni, quia si difficultas fuisset quo ad ius cõmune, causa erat ventilanda coram Domino iurisdictionis criminalis. Et fuit illo casu dictum, quod Barones ve
8 niunt apppellatione officialium † Regiorum de cuius dicti veritate dicam alibi. Et quo ad principalem conclusionem dixi perfunctorie supra *in titul. de iurisdictione. nu. 208. 209.*

9 Beguinarum causæ † debent ab ecclesiasticis iudicibus cognosci, quia habentur tanquam personæ religiosæ. *Ita Rota in antiquis in decis. 333. incip. Nota quod clericus.*

10 Credo esse necessaria supradictam † decisionem ex quo sectæ Beguinarum, & Begardorum videntur fuisse similes, & eisdem erroribus maculatę, multas enim hæreses tradiderunt, quę in Cõcilio Viẽnensi a Clemente Quinto damnatæ fuerunt, de quibus octo traditionib. a fide Christiana alienis, decreuit dictum Concilium illasque damnauit, *vt in clem. ad nostrum. de Hæreticis.* de quibus hæreticis meminit Ioãnes de Turrecremata, Antoninus Florentinus, & Gabriel Prateolus, quorum meminit Frãciscus Pegna ad Eymericum in Directorio inquisitorum, *parte 2. q. 15.* per totum, vbi Eymericus refert omnes illlorum Hæreses, de quibus agit Alfonsus de Castro aduersus hęreses, *in verb. Beatitudo. hæresi. 4. hæresi. 5. in verb. Coitus. hæresi. 3. in verb. ecclesia. hæresi. 3. in verb. iciunium. hæresi. 3. in verb. obedientia. hæresi. 1. in verb. opera, hæresi. 3. in verbo peccatum, hæresi. 9. & miror quod idem Alfonsus in dicto verb. Beatitudo. hæresi. 4. dixerit, nemi-*
nem scripsisse contra easdem hæreses Begardorum, & Beguinarum, de quibus in dicta clem. ad nostrum. cõtra quas hæreses plene scripsit, & illas confutauit Aluarus Pelagius, de planctu ecclesiæ, *lib. 2. cap. 52.* quorum hæreticorum mentionem fecit Damianus Roscius de sectis hæreticorum, *in verbo Beguinæ.*

11 Clericus captus per Parlamentum † Parisiense, super cuius remissione instabant episcopus Xantonensis, de cuius diœcesi erat, & alius, tamen Parlamẽtum optime remisit illum ordinario loci, in quo captus fuerat, vt coram illo proponerent eorum iura episcopi illius remissionem prætendentes, vt testatur in quęstionibus per Arresta *Ioan. Gallus in q. 216. q. 322. & q. 371.*

12 In sigillo Regio clericus falsum † cõmittens a iudice ecclesiastico punitur, vt in Gallia ad iudicẽ ecclesiasticũ fuit remissus per Arrestũ Parlamẽti Parisientis, de quo testatur *Petr. Rebuff. ad Cõstitut. Gallię. Tomo. 1. titul. de literis obligatoriis. articul. 1. Gl. 6. nu. 5.* Licet quandoq; a laicis iudicibus fuerit ea
13 cognitio facta, † vt ibidem dicit, & eam iurisdictionem Cancellario Parisiẽsi spectare scribit Carolus de Grassalio Regalium Franciæ iure. 15. in fin. de quo sigillo in titul. de probationib. §. fin. num. 14. Guid. Pap. in decis. Gratinopol. 175. num. 2.

14 Declara tamen quod condemnatio † clerici, vel sacerdotis est facienda ab episcopo ipsum degradando, & postea per sæcularem iudicem signatur charactere, ita quod inter alios cognoscetur, & a prouincia eijciatur, *vt in c. Ad audientiam. extra. de crimin. falsi. qui text. loquitur in falsificante sigillum Regis Galliæ. Quem textum allegat Petrus Rebuffus in dicto titul. de liter. oblig. articul. 1. gloss. 6. num. 5. & seq. & Nicol. Boer. in decision. 82. per totam.*

15 Declara secundo quod † condemnatio pœnalis dicti clerici falsificantis sigillum Regium, fuit data Cancellario Regni Galliæ sigilli Regij conseruatori, *vt dicit Rebuff. in dicto loco allegato. & post Iohannem Gallum dicit Nicol. Boer. in dicta decis. Burdegal. 82. num. 6. 7. & fuit exulatus a Regno.*

16 Obligatus pro debito ciuili † clericus potest capi, & prehendi per iudicem laicum, & duci ad episcopum, sed exequutio in bonis fit per iudicem sæcularem, relicto ne vestibus careat, & ne fame pereat, ne sub velamine clericalis priuilegij contrahant debita, & postmodum non soluant. *Ita Petr. Rebuff. de literis obligatorijs. articul. 2. gloss. Vnica. nu. 11. 12. 13. 14. Tomo. 1. Sed vide quæ late dixi supra titul. de clericis, & sacerdotibus. nu. 48. cum pluribus seq.*

17 Quo ad fori priuilegium, semper † attenditur priuilegium maius, & qui magis est priuilegiatus, is trahit alium minus priuilegiatum. *l. ventri. §. in bonis. ff. de Priuileg. credit. l. si hominem. §. quoties. ff. depos. it. Matth. de Afflict. in decis. Neap. 56.* Quia
18 in illa regula de priuilegiato contra † priuilegiatũ, attẽditur priuilegiatior. *Lucas de Pen. in l. ne ad diuersa. C. de Silentiariis. lib. 12. & sequitur Cæsar Vrsill. in decis. 56.*

18 Clericus inquisitus de fractione † Saluæ guardię vel de asportatione armorum, non tenetur comparere, vel respondere coram iudice laico, *vt dicit Ioã Gall. q. 3.* vbi dicit, quod carceratur per episcopum,
19 & tam diu detinetur, † donec satisfecerit. Hoc idẽ tenuit Barthol. de Chassanæis in Consuetud. §. 5. *s'il n'hà greca. num. 81. Stephan. Aufrer. de potest. secular. super ecclesiasticas person. Regul. 1. Fallent. 20. Antonin. Thesaur. in decis. Pedem. 132. nu. 1. dixi plenius de Regis Cathol. præstant. cap. 71. nu. 143. 144.*

20 De causa possessoria, & beneficiali † vertente inter ecclesias, vel personas ecclesiasticas, & prælatos, cognoscunt iudices, & magistratus Regij, tum de iure communi, tum huius Regni. Iure communi. *c. inter dilectos. de fide instrum. Vincent. Doctor antiquus, quem refert, & sequitur. Ioan. And. Archidiac. Innoc. & Anton. de Butrio illos referens in c. fi. extr. de iudic. glos. in c. literas. de iuram. calum. & ibi Panor. num. 7. Bald. in c. 1. num. 2. apud quem, vel quos controuersia feud. Iacob. Mandell. in consil. 487. in*
21 *princip. Angel. in consil. 23.* Iure † Regni habemus. *c. Regni. incip. Ad regale fastigium. in c. charitatis affectus. in c. finis præcepti charitas. in c. omnis præ-*
22 *datio.* Sic in Regnis † Galliæ vtuntur eodẽ modo, *vt per Guidon. Pap. in decis. 1. num. 1. in decis. 71. nu. 1. & in decis. 85. Petr. Rebuff. ad Constitutiones Galliæ. Tomo. 1. titul. de sent. exeq. articul. 1. gloss. 11. & Tomo 2. tit. ne beneficiat. cadauer. artic. 1. gloss. 3. & tomo. 3. titul. de mater. possess. articul. 5. gl. 1. nu. 19. Gulielm. Benedict. in Rep. c. Raynutius. in verb. Et vxorem nomine Adelasiam. decis. 2. num. 39. Ioan. Igneus in l. necessarios. §. non alias parte. 2. ff. ad Syllan. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 69. nu. 23. Arnulphus Ruzæus de iure regalior. priuileg. 26. nu. 2. Francisc. Marc. in decis. Delphin. 190. num. 6. in decisio. 512. num. 1. 3. vol. 1. & in decision. 215. num. 3. vol. 2. Renat. Choppin. de Sacra Politia Forens. lib. 2. titul. 1. num. 2. cum pluribus seq. & titul. 5. sub num.*
23 16. Qui meminit etiam de vsu Regni †, huius, & de iuribus nostris. de quibus *Matth. de Afflict. in decision. Neapolit. 2. num. 10. in decision. 24. numero primo. & in decision. 85. Thom. Grammat. in decision. Neapol. 78. num. 2.* Eodem modo vtuntur in Ca-
24 mera † Imperiali, *vt dicit Ioachim. Mynsing. in obseruat. 67. centur. 2.* Similiter hoc idem seruatur in
25 Senatu Sabaudo † testatur *Octauianus Cacher. in decision. Pedemont. 116. Anton. Thesaur. in decision. Pedemon. 82. num. 1. in decis. 117. nnm. 1. in decision.*
26 131. Seruantur etiam in Senatu † Mediolani. *Andr. Alciat. in consil. 24. num. primo.* In Sereniſſimo
27 Venetiarum † Dominio, *vt dicit Ioan. Baptista Ferrett. in consil. 1. num. 11. 12. in consil. 30. num. 2. 3. Nicol. Milus in verb. iudex. Iacob. Menoch. de recuper. poss. remedio 15. nu. 120. Augustin. Berous in consil. 55. nu. 12. vol. 3. Ioan. Bessian. in Consuetud. Aluern. capitul. septimo. articul. 9. versicul. decimo*
28 *quinto. Idem seruari in Lusitania † scribit Aluarus Vallascus. consultation. siue decision. 93.* Et vbique
29 gentium sic obseruari † dicit Ripa *in rubric. de iudic. num. 90. Aym. Crauett. in consil. 258. Deci. in consil. 220. in princ. num. 2. Iacob. Mandell. in consil. 75. num. 4. 5. Iacob. Philipp. Porti. in consil. 102. plene Didac. Couar. practic. quæstion. cap. 3. Marc. Anton. Natta in consil. 411. num. 1. volum. 2. Robert. Marant. in Specul. Aur. part. 2. distinctio. 15. nu. 37.*
30 *Francisc. Viui. in decis. 30. num. 5.* Eadem † tamen cognitio est non in modum cognitionis causæ plenarie, sed ad euitanda tantum scandala, & seditiones, nec accidat aliquid, quo turbetur publica Regni quies, vt alibi dixi, adde ad præ ta nouissime *Gerard. Maynard. in decis. Tholos. 28. lib. primo. Iafred. Lanfranc. Balb. in decision. 274. incip. quæstio nudi.*

31 Prælati, & clerici scripturas † suas coram sæcularii iudice recognoscere debent, sed causa postmodum ad proprium ecclesiasticum iudicem remittitur, vt per Arresta fuisse prouisum scribit *Petr. Rebuff. ad Constit. Galliæ, tomo 1. de Chirograp. & ced. articul. 1. gloss. 1. num. 5.* Sed hoc est de iure illius Regni. *Sed vide Nicol. Boer. in decision. Burdegal. 114. num. 8.*

32 Contractus rescissio agitatur coram † iudice Domiicij conuenti rei. *arg. l. quoniam. C. vbi, & apud quem voluit Petrus Rebuff. ad Constitut. Galliæ. tomo. 2. titul. de rescission. contract. articul. 1. gloss. 21. num. 11. 16. vbi dicit,* sic prolatum fuisse Arrestum in Senatu Parisiensi. Stephanus in decis. Marchiæ. 180. nu. 8.

33 Declara tamen rescissionem † tractari in loco domicilij regulariter, sin autem reus conuentus super contractus rescissione reperiatur in loco contractus ibi conueniendus erit, & ita intelligi oportere *tex. in dicta l. quoniam. C. vbi, & apud quem. voluit Didacus Couarruuias Variarum resolution. lib. 1. cap. 4. num. 1.*

34 Clericus mercator in foro † laicorum conuenitur, vt contra clericum prolatum decretum asseruit. *Petr. Rebuff. ad Constitution. Galliæ tomo. 2. titul. de mercatoribus minutatim vend. in Rubr. gloss. 13. numero vnico & loquitur de clerico macellario, siue Lanione,* qui emerat animalia, quæ
35 vendebat † Hoc idem firmauit Petrus Belluga *in Specul. Principum. Rub. 11. §. videndum. numero decimo nono, vbi hoc idem ego corroboraui in Apostill. in verb. Tabernariorum. ex Gulielm. de Monte Laudun. Paulo de Eleazar. & Bonifac. Vitalin. in Clement. prima de vita, & honestate cleric. Ioan. Bernard. Diaz in Practic. Crimin. Canonica. cap. 6. ex Accurs. Cæsar. Lambertin. Geminian. Philipp. Franco, Ioan. Anton. Nigro. Cardin. & Redoan. & illa mea scripta retulit Petr. Cenedo Collectan. iuris canonici. parte prima. Collectaneo. 37. num. 20. vbi alios complures adducit.*

36 In Gallia Canonici Cappellæ † Regiæ non habent exequutionem testamenti alicuius eorum concanonici, sed spectat ad exequutores eiusdem Curię Regiæ, *vt dicit Ioan. Gallus. q. 9.* Et ita etiam in hoc Regno ob speciale priuilegium Cappellaniarum Regiarum, corroborantur Gallorum Re-

gum

37 gum iuta, ob Regalias † mortuis canonicis, & beneficiatis Cappellaniæ, per ea quę ſcribit Arnulphus Ruzæus, de iure Regaliorum, *Priuilegio* 15. *per totum.* Quo ad Cappellanias Regias quia erigũtur a Regibus in Palatijs Regijs eorum ſumpti-
38 bus cum ſolenni pompa, & † apparatu, vt facit noſter Rex Catholicus. Sed quo ad Regalia aliarum eccleſiarum, & prelaturarum, quæ non ſunt de iure patronatus illorum, videndi ſunt Anton. Corſetus de poteſtat. & excellentia Regia *quæſt.* 11. *& quæſt.* 56. *Barthol. de Chaſſanæo in Gloria Mundi parte* 5. *conſiderat.* 24. *Notabili.* 177. *De Cappellanis Regiæ maioris Cappellæ in Regno loquitur Ioan. Vincen. de Anna. in ſingul.* 130.

39 Domicilij occaſione quis † forum ſortitur. *Stephan. Gratian. in deciſion. Marchiæ.* 180. *num.* 8.

40 Quando ſunt ſtatuti ſeparatim † iudices in aliquibus cauſis, puta executiuis, & quis opponit exceptionem incompetentiæ fori quo ad aliam cauſam puta reconuentionem, non auditur, ſed debet opponi pendentia litis, *vt ex Rebuff. ad Conſt. Galliæ. tomo* 1. *tit. de ſentent. exeq. articul.* 4. *gl.* 2. *nu.* 6. *voluit Flaminius Chartarius in deciſion. Genuæ.* 2. *num.* 1.

41 Vbi quis per ſtipulationem iuratam † obligatus eſt, quod poſſit conueniri vbique locorum pro debito, videtur prorogaſſe iuriſdictionem omnium iudicum, & ſe ſubmiſiſſe foro in quo conueniretur vigore obligationis, cum potuerit ſui fori priuilegio renunciare, *argum. l. ſi quis in conſcribendo. C. de epiſc. & cleric. & voluit Auguſtin. Berous in conſ.* 138. *num.* 13. *vol.* 1.

42 Declara primo, quod is †, qui promittit, quod poſſit conueniri Bononiæ, Florentiæ, & vbique locorum, nihilominus Florentiæ, & Bononiæ, & alibi vbi conueniretur poſſet declinare forum. *argum. l. ſi conuenerit. vbi hoc notauit Bart. numero* 4. *ff. de iuriſdict. omn. iudic. quem ibi ſequitur Deci. num.* 31. *& ante eum Anton. de Alexandro in l. ſi quis in conſcribendo. colum. tertia, verſicul. Fallit in iudice. & ibi etiam Alexand. num.* 6. *C. de pact. & facit quod ſcribit Oldrad. in conſil.* 8. *numero* 3. 4. *Voluit Iafredus Lanfranc. Balbus in deciſion.* 109. *incip. valet conuentio. Flamin. Chartar. in deciſion. Genuæ.* 6. *numero* 5. *vbi allegat alios.* Et hoc caſu dicit Bar-
43 tolus in loco allegato dictum obligatum † teneri ad pœnam, & intereſſe tantum. *argum. l. diem proferre in fin. ff. de arbitr. Thom. Triuiſan. in deciſion. Venet. quadrageſima octaua, lib. primo. Carol. de Graſſis. in tractat. exception. exception. decima octaua.*

44 Declara ſecundo, quod † ſi non ſolum promiſit, quod poſſit conueniri vbique locorum poſt declaratas, ciuitates puta Florentię, & Bononię, ſed in dictis ciuitatibus, & vbique locorum promiſit ſoluere tunc non tenetur niſi in dictis locis, aut vicinis, & non remotis. *Ita Bart. in dicta. l. ſi conuenerit. in fin. & poſt Anton. de Butrio. in cap.* 1. *extra. de iudic. voluit. Ludouic. Roman. in conſil.* 180. *numero* 9. *in fin. Anton. Maſſa. Galleſius de obligat. in forma Camer. parte* 2. *q.* 3. *incip. Tertio quæritur, an vigore. numero* 2. 3. *Deci. in dicto cap. primo de iudic. Thom. Triuiſan. in deciſion. quadrageſima octaua, lib.* 1. *Carol. de Graſſis. in tractat. exceptionum. exception.* 18.

45 Declara tertio, quod ſi diceret, promiſit † ſoluere vbique fuerit inuentus, tunc non opponit fori incompetentiam, vel declinatoriam, ſed poteſt ibidem vbicunque reperiatur conueniri. *argul. contraxiſſe. ff. de action. & obligation. l. Titium. & Mœuium. §.* 1. *ff. de adminiſtrat. tutor. Ita reſidet Bartol. in dicta. l. ſi conuenerit. numero quarto. Deci. numero trigeſimo primo.* Alexand. *& Anton. de Alexand. in dicta l. ſi quis in conſcribendo. Sequitur Iafred. Lanfranc. Balb. in dicta deciſion.* 109. *Flamin. Chartar. in dicta deciſion. Genuæ.* 6. *numero* 5. *Thomas Triuiſan. in deciſion. Venet.* 48. *num.* 8. *lib. primo. Sigiſmund. Scaccia de iudice. parte prima. cap. vigeſimo ſecundo. numero vigeſimo ſeptimo. cap.* 101. *num.* 30. *Carol. de Graſsis in tract. exception. exceptione.* 18. *num.* 7.

46 Actor ſequitur ipſius † rei forum. *Vulg. c. cum ſit generale. extra. de foro compet. l. fin. C. vbi in rem act. l. iuriſdictionem. C. de iuriſd. omn. iud.* Matth. *de Afflict. in deciſion. Neapolitan.* 169. *numero primo. Flamin. Chart. in deciſion. Genuæ.* 53. *numero quarto & quinto. Specul. late in titul. de compet. iud. adit. §. generaliter. numero primo. Barthol. Socin. regul. decima. Petr. Duen. regul. vigeſima prima. Octauian. Cacheran. in deciſion. Pedemontan.* 31. *ſub numero* 4. *Nicol. Boer. in deciſion. Burdegalenſ.* 114. *numero.* 3. *Franciſc. Viuius in deciſion.* 49. *numero ſecundo.*

Amplia idem procedere in cauſa matrimoniali. *Cardinal Puteus. in deciſion.* 62. *lib.* 2.

47 Contractus ratione quis ſortitur † forum. *c. fin. de for. compet. cap. Romana. §. contrahentes. eod. titul. in* 6. *Ioan. Paul. Tholom. in deciſion. Nouiſſim. Roman.* 847. *num.* 2. *parte* 3. *vol.* 3.

48 Declaratur tamen ratione † contractus ſortiri forum, ſi ibi inuenitur *argum. l. Hæres abſens. in princ. Vbi Angel. & Curt. Iun. ff. de iudicijs. authoritate dicti §. contrahentes. ita Ioan. Paul. Tholom. in dicta de ciſ.* 847. *num.* 2. *vol.* 3.

49 Subdeclara, quod ſi in contractu † iurauit de iudicio ſiſti, tunc fit remiſſio ad forum, & locum cõtractus. *Ludouic. Roman. in ſingul.* 279. *incip. Regula eſt. Nicol. Boer. in conſil.* 50. *num.* 21. *Franciſcus Marc. in deciſion. Delphin.* 400. *num.* 4. *vol.* 1. *quos, & alios ſequentes retuli ad Belllugam in Specul. principum. rub.* 11. *§. viſum in verb. in contractibus. quæ ibi ſcripſi cum alijs. Sequitur Petr. Cenedo Collectaneorum iuris canonici. Parte* 3. *collectan.* 33. *Sed ad*
50 *dicta ad Bellugam † in loco allegato retuli ad ſupranotatam concluſionem, nouem tradidi limitationes.*

Clericus, qui patitur ſe condemnari a iudice
51 † laico, & poſt condemnationem allegat clericale priuilegium, condemnatur ad expenſas, *vt dicit Gerard. Maynardus in deciſ.* 5. *Tholoſ.* 24. *lib.* 1.

52 Apoſtata a fide non gaudet † immunitate eccleſiaſtica. *Petr. Rebuff. ad conſtitut. Galliæ. Tomo. 2. titul. immunit. eccleſiaſticæ. artic. 1. gloſſ. 1. num. 24. Secus in Apoſtata religionis, quia gaudebit, vt ibi.*

53 Clericus ſi locauit fructus † beneficij eccleſiaſtici laico, coram laico iudice illum conuenire debet. *Octauian. Cacher. in deciſion. Pedemon. 31. ſub num. 6.*

54 Expeditores Regiſtri Bullarum † in Camera Apoſtolica ſunt iudices competẽtes. *Paul. AEmil. Verall. in deciſion. 55. num. 2. lib. 1.*

55 Dum litigaſſent † duo clerici coram iudice temporali ſuper ſpolio, vnus ipſorum impetrauit Apoſtolicum reſcriptum, & inhibitorium, in quo litis pendentiæ facta mentio non fuerat, reſcriptum exequi non debet. *Aluar. Vallaſcus in conſultation. ſiue deciſion. 11. num. 1.*

56 Nec epiſcopus, nec Summus Pontifex †, poſſunt concedere, quod clericus conueniatur coram iudice Laico. *Poſt Cardin. & Panor. in c. perpendimus. de ſent. excom. voluit Thom. Grãmatic. in deciſ. Neapol. 29. num. 11. dixi in conſil. 68. num. 8. centur. 1. Idem Thom. Grammat. in deciſion. 61. numero 10.*

57 Clericum coram iudice ſæculari, † nec directe, nec indirecte trahi poſſe clarum eſt. *Authent. Statuimus. C. de epiſcop. & cleric. Thom. Grammat. in deciſ. Neap. 61. num. 4.*

58 De matrimonio & eius fœdere † eccleſiaſticus iudex cognoſcit. Annæus Robertus Rerum iudicatarum *lib. 3. cap. 5. Gerardus* Maynardus *in deciſio. Tholoſan. 27. lib. 1. Franciſc. Marc. in deciſion. Delphinal. 306. lib. 2.* Vbi tractat an poſſit ſe intromittere iudex ſæcularis. 59 *De hoc dicam † fuſius in titul. de ſponſalib. & matrimonijs. vbi eſt ſua materia. Aluarus Vallaſc. in conſultat. ſiue deciſion. 159. nu. 12. 13. & per totum.*

60 Clericus non poteſt in iuriſdictionem, † ac iudicem temporalem, etiam cum conſenſu ſui ſuperioris conſentire. *Ioan. Petr. Surdus in deciſion. Mantuan. 26. num. 4. 10. Dixi ſupra in titul. de iuriſdict. nu. 98. cum pluribus ſeqq.*

61 Clericus, qui ſucceſſit laico, teneri litem † agere coram iudice eccleſiaſtico ſuo, & non coram ſæculari, *tenuerunt* Anton. *de Butrio, Abb. Panormitan. & Felin. in cap. quia vero. extra de iudic. & ibidem Deci. col. fin. Hoc idem tenent Lancellott. & Iacobin. in l. Hæres abſens. in princ. ff. de iudic. Hierony. Cagnol. in l. 2. nu. 186. C. de pact. inter empt. & vend. Ripa in cap. decernimus. num. 22. de iudic. Iaſ. in l. emancipati. nu. 3. C. de Collat. Ferd. Vaſquius de ſucceſſ. creatione. §. 22. num. 70. & ambigue loquitur Rota in* Antiquis *in deciſion. 552. incip. obligatus.*

62 Contrariam opinionem, quod Clericus † ſuccedens laico teneatur coram iudice temporali litem agere tenuerunt *Angel. & Paul. de Caſtro in dicta l. Hæres abſens. §. 1. Ioan. de Imol. in l. ſi eum hominem. ff. de fideiuſſ. Alexand. ad Bartol. in authent. Et conſequenter. ſub num. 19. C. de ſent. & interlocut. Lud. Roman. in l. ſi conſtante. §. fin. num. 14. in fin. ff. ſolut matrim. & ibidem ante eum Bald. & Raph. Comens. Andr. Barbat. in conſil. 1. vol. 3. Idem Barbat. in c. quia ſi. num. 45. de iudic. Vbi Franciſc. Arctin. impugnans ab omnibus contrarijs. Nicol. Milis. in verb. Miles. Ioan. Bertachi. in verb. clericus conueniatur. num. 16. Robert. Marant. in Specul. Aureo. parte 4. diſtinct. 11. num. 79. Hierony. Cagnol. in dicta l. 2. num. 249. C. de pact. int. emp. & vendi. Gulielm. Benedict. in rep. c. Raynutius. in verb. Vxorem nomine Adelaſiam. numero. 124. de teſtam. Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal. 69. numero 32. Ferdinand. Vaſquius de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 22. limit. 17. nu. 72. Ioan. Petr. Surd. in conſil. 222. num. 16. vol. 2. Idem Surdus in deciſion. Mantuan. 110. numero 2. & ſeqq. Didac. Couar. pract. quæſt. cap. 8. numero 2. 3. & eſt communis opinio. vt teſtatur Ioan. Baptiſta Villalobos. in commun. opinion. in verb. Clericus. ſub num. 70. & ibi Ioan. Fichardus ſub numero 72. Franciſc. Viuius commun. opin. lib. 2. opin. 48. Gregor. Lopez in l. 57. titul. 6. partita. 1. in verb. demãda. Didac. Parez in l. 3 titul. 13. lib. 3. ordin. Ioan. Martinez de Olan. in Antinomia iuriſ. litera. C. numero 26. Petr. Nunnez de Auendono de exeq. mandat. regum. cap. 1. numero 33. Roderic. Xuarez in l. poſt rem. extenſion. 2. nume. 4. Parlador. rerum quotidian. lib. 2. cap. fin. §. 1. numero 10. Anton. Queſada Quæſtionum. cap. 4. numero 7. Didacus Spino in Specul. teſtam. Gloſſ. 33. numero 72. Hierony. Cæuallos. pract. opin. commun. contra communem. q. 36. numero 9. Emanuel Suarez in Theſaur. recept. ſentent. §. clericus. numero 104. faciunt quæ tetigi infra hoc eodem titul. numero 100. D. Garſias Maſtrillus in deciſion. Siciliæ. 79. numero 3. Faciunt, quæ dico infra de pupillo ſuccedente maiori hoc eodem tit. numero 146. Andr. Gail. practicar. obſer. lib. 1. obſeruat. 37. num. 8. Nicol. Vigell. in deciſion. 38. Centur. 3. dico. in titul. de inſtantia cauſæ. tomo. 2.*

63 Non ambigitur hanc vltimam † opinionem eſſe communiori calculo probatam, quam tamen declara, vt quando cum defuncto non eſt cœpta lis ipſo viuente, tunc ſine dubio clericus illi ſuccedens erit coram eccleſiaſtico ſuo ſuperiore ordinarie vo-

64 candus, ſed ſi lis erat cœpta, ſine dubio † inſtantia eadem tranſit in clericum in illis terminis, & in eodem ſęculari foro, & iudicio clericus debet illam proſequi, ita voluerunt multi ex ſupradictis, vt ſcribit etiam *Spino in Speculo teſtam. Gloſſ. 33. ſub nu. 75. & Hieronym. Cæuallos Pract. opin. contra commun. quæſtio. 588. ſub nume. 13. Vide infra numero 146.*

65 Apud Gallos † ſupremum Parlamentum, non alii officiales cognoſcunt de fori declinatoria, *vt ſcribit Gerardus Maynardus in deciſion. Tholoſ. 25. lib. 1.*

66 Vaſallus dum comparet † in alieno foro, ac iuriſdictione, nullum Domino præiudicium facit, *vt poſt And. de Iſern. in c. Imperialem. §. præterea ſi inter duos. de prohibit. feudi alien. per Federic. voluit. Ioan. Vincent. de Anna, in allegat. quinquageſima nona. num. 12.*

67 Con-

67 Contumax fori declinatoriam † non opponit, quia per contrarium videtur renunciaſſe fori priuilegio, *arg. l. de die. §. plane. vbi Bartol. in ſummario. ff. qui ſatiſd. cog. cuius authoritate ita voluit Ang. in l. eum qui. la* 1. *ff. de priuileg. cred. quem refert, & ſequitur Matt. de Afflict. in deciſ. Neap.* 133. *nu.* 1. 5. *& ibid. Cęſar Vrſill. & voluit Io. Vinc. de Anna in ſingul.* 120.

68 Contrarium tenuit † *Petr. Rebuff. ad conſt. Galliæ tomo.* 3. *tit. de contumac. artic.* 8. *gloſ.* 1. *nu.* 9. Sed il-

69 lud procedit † quando eſſet factus contumax a iudice notorie incompetenti.

Declara, quod etſi vaſallus eſſet contumax, & fo-

70 ri declinatoriam allegare non † poſſet, Baro tamē, vel Dominus iuriſdictionis poſſit ipſam petere, & ad ſe remitti pro ſuæ iuriſdictionis intereſſe, & præiudicio. *Andr. de Iſer. in c. Imperialem. §. prætereaſi inter duos. num.* 10. *verſ. ſed quid ſi dominus. de prohibit. feud. alien. per Federic. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 114. *per totam. Anton. Capic. in deciſ. Neap.* 9. *& Ioan. Vincent. de Anna in ſingul.* 120. *in medio.*

71 Si tractatur de † validitate, & inualiditate penſionis eccleſiaſticæ cognitio ad eccleſiaſticum forum pertinet. *Gerardus Maynard. in deciſ. Tholoſ.* 43. *lib.* 1.

72 Clericus ſi commiſit † delictum, poſtmodum ducit vxorem, inquiritur, attento delicti tempore, ad eccleſiaſticum iudicem remittitur. *Ita poſt Bald. in. l. affinitatis. C. commū. de ſucceſſ. & alios ab eo relatos voluit Thomas Grammat. in deciſ. Neap.* 10 *nu.* 3. Vbi dicit ita per Sacrum Conſilium fuiſſe prouiſum. *Aluar. Vallaſc. in Conſult. ſiue deciſ.* 48. *numero.* 2.

73 Declarandum arbitror, quod præfata † Deciſio intelligi debet forte in clerico bigamo, quia eſſet quo ad clericum coniugatum, qui haberet vnicam, & virginem, ſiue delictum commiſiſſet ante matrimonium, ſiue poſt de ipſo cognoſceret iudex eccleſiaſticus, & eſſet de indubitabili. *Dixi plene ſupra in titul. de clerico coniugato. nu.* 1. *cum pluribus ſequentib.*

74 Declara, quod & ſi † Bartolus *in. l.* 1. *ff. de pœnis. dixerit,* clericum qui commiſit prius delictū, & poſtea ſumpſit clericatum debere a laico iudice cognoſci, quem ſequitur *AEgid. Boſſ. in titul. de pęnis. nu.* 38. Tamen hoc intelligitur, vt illum non pu-

75 niat pęna † corporis afflictiua, *vt poſt Ioan. And. in c. vnico de oblig. ad ratiocin. & Imol. in conſil.* 118. *& in conſil.* 119. *voluit Ioan. Vincent. de Anna, in*

76 *ſingul.* 130. Qui declarat remitti etiam † clericum qui commiſit delictum, ante quod emiſerat votū clericatus, *vt dicit idem Ioan. Vincent. in dicto ſingul.* 130. *Fabius filius in Apoſtill. num.* 333. *Adde Franciſc. Viui. in communi opin.* 38. *lib.* 1. *Emanuel Suarez in Theſauro recept. ſenten. §. clericus poſt patratum. num.* 123. *Aluar. Vallaſc. in conſultat. ſiue deciſ.* 48. *num.* 2.

77 Priuilegium ſuperueniens reo † lite pendente citra eius factum eximit illum a foro iudicis, coram quo lis cępta erat. *Iaſred. Lanfranc. Balbus in deciſion.* 70. *incip. priuilegium.*

78 Iudicis incompetentis, & fori † declinatoria exceptio ante litis conteſtationem opponitur. *Iaſred. Lanfranc. Balbus in deciſion.* 67. *incip. exceptio. arg l. ſed ſi ſuſceperit. in princip. vbi Angel. ff. de iudic. l. fin. C. de except. l. licet. l. de procur. Ioan. Franciſc. de Ferrar. in practic. in forma ſentent. interlocut. ſuper incompetent. iudicis. num.* 1. *Robert. Maranta in Specul. Aureo. parte* 1. *Membro.* 9. *ſub nu.* 1. *Vendelin. Schellinch. in tract. Action. & exceptionum forenſium. titul. de exception. contra iudicem. fol. mihi.* 284. *in paruis. & Iterum in ſecunda diuiſione exceptionum. fol.* 292. *Idem Iaſredus in deciſ.* 89. *incip exceptio. Horat. Lucius de priuileg. Schol. priuileg.* 64. *quarto limita. Vide infra titul. de exceptionibus. verſ. Fori declinatoria. num... Hoc eodem Tomo.* 1.

79 Declara primo, quod fori † declinatoria, & iudicis incōpetentis exceptio poteſt etiam conteſtata lite opponi, ſi orta fuiſſet poſt conteſtationem litis, vel ſi conteſtationis litis tempore nota nō erat, ſed poſtea notitiam habuit. *Abb. Panor. in c. inſinuationem. colum. fin. de offic. deleg. quem ſequitur Marc. Anton. Delrius Miſcell. in codicem, in dictam. l. fin. C. de exceptionib.*

80 Declara ſecundo, niſi talis exceptio † redderet, iudicium retro nullum, vel fundus iuriſdictionem iudicis eradicaret, quia tunc etiam poſt litem conteſtatam opponi poſſet, *vt ex Alberico, Baldo, & Angelo. in. l.* 2. *ff. ſi quis in ius vocat. non ierit. Idem Iaſred. Balb. in dicta deciſion.* 67.

81 Clericus † deponēs falſum coram iudice temporali, remittitur puniendas ad iudicem eccleſiaſticum, & eſt communis Doctorum concluſio, *vt per Innocen. Hoſtiens. & Antonio. de Butrio. in cap. verum. de for. comp. arg. Authent. Statuimus. C. de epiſcop. & cleric.* Et hanc opinionem ſequuti ſunt omnes Chriſtiani confeſſus. *Cappella Tholoſan. in deciſion.* 378. *Incip. Item fuit quæſitum, an iudex. Matth. de Afflict. in deciſion. Neapolitan.* 219. *numero* 3. *in deciſion.* 230. *ſub numero* 4. *Anton. Capic. in deciſion.* 5. *num.* 13. *quos adoleſcens ſequutus ſum de compromiſſ. §.* 3. *gl.* 2. *num.* 8. *Io. Bernard. Diaz in Practic. Criminal. Canonic. capitul.* 87. *in fin. Andr. Tiraquell. de retract. conuent. §.* 4. *gloſſ.* 7. *numero decimo. in fin. Franciſc. Viui. commun. opinion. lib.* 2. *opinion.* 47. *Didacus Couarru. Practicar. quæſt. captt.* 18. *num.* 8. *Gulielm. Benedict. in Repet. cap. Raynutius. in verb. Et vxorem nomine Adelaſiam. deciſion.* 2. *num.* 142. *de teſtament. Iul. Clar. in Practic. criminal. quæſt.* 38. *numero decimo quarto. Robert. Marant. in Specul. Aur. parte* 2. *Actu.* 12. *num.* 5. *Lancellott. Conrad. in tract. de offic. prætor. in cauſis criminalibus. titul de Inquiſition. ſub nume.* 8. *verſic. ſecundo in clerico falſum deponente. Ioan. de Firmo in tract. de epiſcop. lib. quarto, parte quinta, numero ſexageſimo tertio. Roland. a Vall. in conſil. decimo ſecundo, numero trigeſimo quarto, & quadrageſimo octauo volum. ſecundo. Hippolyt. Bonacoſs. in commun. opinion. crimin. in verb. clericus teſtis. & clericus falſum. Ant. Scappus de iure non ſcripto. lib.* 1. *c.*

11. *num. 9. & nouissime post Ioan. Redin. Paul. Fusc. Didac. Perez. Ioã. Gratian. Ludouic. Mexiam. Guttierez. Felyn. Salzed. Brunor. Michaelem Crass. Chircou. Auil. Borrell. Olan. & Seuerolum. Petrus Cenedo collectan. iuris canonici. parte 2. Collect. 139. nu. 2. Vincent. de Franchis. in decis. Neap. 515. & in decision. 722. numero 6. Ioan. Vincent. de Anna in singul. 135.*

82 Nec obest, quod dici posset, Magnam † Curiam Vicariæ cognouisse de falsitate cõmissa per testes, qui falsum deposuerant coram Archiepiscopo Neapolitano, *vt per Matth. de Afflict. in decision. 219. num. 3. de qua loquitur Robert. Marant. in Specul. Aur. parte 2. Actu. 12. in fin. & eandem refert Renat. Choppin. de Sacra Polit. Forens. lib. 2. titul. 1. nu. 15.* Tum quia eo casu tractabatur de testibus sæcularibus, tum etiam, quia de falsitate † testium non fuerat capta aliqua informatio, vel inquisitio per iudicem ecclesiasticum, sed fuit pro falsitate adita Magna Curia, quæ pręuenit, & ratione præuentionis remisit causam Matrimonialem, de qua agebatur ad Archiepiscopum, causam vero falsitatis testium retinuit sibi, quod probauit *Ioan. Anton. Niger in c. Regni. Item statuimus quod clerici ad iudicia. nu. 10. quem retulit etiam Vincent. de Franchis. in dicta decision. Neapolitana 722. nu. 8. 9.*

83

84 Trahens aliquem ad forum vetitum † poterit pœnam euitare, si pœnituerit ante litis contestationem *gloss. in c. si diligenti. in verb. perdant. vbi Innocen. & Io. And. de for. comp. Specul. in tit. de competen. iud. adit. §. 1. vers. sed quomodo potest. Iacob. de Aren. Petr. & Bald. in l. in criminal. C. de iurisd. omn. iud. Iafred. Balbus. in decis. 229. incip. trahens.*

85 Amplia procedere etiam si † pœnituerit vsque ad sententiam *vt voluit Bartol. in dicta l. in criminali. nu. 2. 3.* In quibus pœnis legalibus dicit ipsas euitari per pœnitentiam vsque ad sententiam. *Panor. in dicto c. si diligenti. Ludouic. Roman. in consil. 59. num. 13. 14. Maxime, quando non imponitur ipso facto, vt voluit idem Ludou. Roman. in consil. 427. num. 4.*

86 Declara primam conclusionem, † quod licet euitetur pœna, non tamẽ euitetur perditio causæ, quã debet amittere, *vt in dicto c. si diligenti. & in dicta l. in criminali. & meminit Bernardin. Alfan. in Collectan. iuris ciuil. 754.*

87 Opposita exceptione fori † declinatoria, & iudex, hoc non obstante se ingerit tanquam pars, tanquam suspectus cognoscere non potest, an sua sit iurisdictio. *gloss. in c. statutum. de rescript. in 6. voluit Iafred. Lanfranc. Balb. in decis. 259. incip. Vbi iudex.*

88 Si vxor coram iudice † ecclesiastico super matrimonio obtinuit sententiam contra maritum, qui appellauit, poterit iudex secularis, interim maritum cogere ad alimenta vxori præstanda, nec dicitur attentare. *Matth. de Afflict. in decision. 152. nu. 1. & per totam. quam refert, & sequitur Petr. Rebuff. ad Constit. Galliæ. Tomo. 1. titul. de sentent. prouisionalib. §. 3 gloss. 1. num. 29. 30. tenuit Guid. Pap. in decision. Gratianop. 439. num. 4. nouissime Ioan. Petr. Surdus in tract. de aliment. titul. 8. priuilegio. 10. per totum.*

89 Qui faciunt negotia † mere laicalia ecclesiarum, a sæcularibus iudicibus cognoscuntur. *Gerard. Maynard. in decision. Tholos. 1. lib. 2. Renat. Choppin. de Sacra Forens. Politia. lib. 2. titul. 1. num. 17.*

90 Clericus datus fideiussor † coram temporali iudice, priuilegio suo renunciare minime potest, vt possit coram eo conueniri. *arg. c. si diligenti. de for. comp. dicit Angel. in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ier. Refert Innocent. in c. sacerdotibus. de offic. deleg. quos sequitur Iafred. Lanfranc. Balbus in deci. 268. incip. clericus.*

91 Clericus cui cõmissum est sequestrum † aliquarum rerum a iudice temporali, coram temporali etiam, sed viciniori, rationem reddere tenetur, vt dicit prolatum fuisse Arrestum *Petr. Rebuff. ad constit. Galliæ. tomo. 3. titul. de sequestr. articul. 7. gloss. vnica. nu. 3.*

92 Author laudatus † forum nõ declinat, sed apud illum iudicem cogitur iudicium suscipere, in quo fuit vocatus. *Dixi supra in titul. de iudicijs. num. 61. plenius in titul. de clericis, & Sacerdotibus. numero 92.*

93 Clericus citatus coram iudice † temporali, debet comparere, & allegare ecclesiasticum priuilegium, vt fuisse prouisum per senatum dicit Stephanus Aufrerius in Stylo Parlamenti, *Arresto. 167.* quem refert, & sequitur Petrus Rebuffus *in concordat. Franciæ. titul. de causis. in Rubri. §. Statuimus. vers. Quæro quid si aliquis. fol. mihi. 646.*

94 Obligatus penes acta curiæ † temporalis, adueniente proximo tempore solutionis, petit absolutionem a iuramento coram episcopo, & declinat forum, ne obligatio exequatur expendentia litis super absolutione iuramenti coram iudice ecclesiastico, & quod acta sint nulla stante dicta litis pẽdentia, fuit conclusum in Sacro Consilio, quod curia temporalis exequatur obligati onem, iuxta doctrinam Angeli. *in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata. Refert Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 30. ad quæ facit quod scribit Alexand. in consi. 83. num. 10. volum. 5.*

95 Quia istæ exceptiones non † admittuntur, quando sunt instrumenta, & obligationes cum guarentigia, *vt per Bald. in consil. 261. vol. 1. Seraphin. in tract. de iurament. priuileg. 77. quos sequitur Carol de Grassis in tract. de exceptionibus. in Præludiis. num. 49.* Absolutio enim simplex obtenta non tollit vim iuramenti, vt concludit. *D. Ioannes Camillus Bilotta I. C. eruditissimus olim Regii Patrimonii, Aduocatus, de Absolut. a Iuramento, lib. 1. cap. 6. cuius anima requiescat in pace.*

96 Amplia primo, quod eadem † exceptio non impedit exequutionem obligationis, quia non solum exequutionem paratam habet ea obligatio coram officiali facta ob iuramentum, sed quia facta sit coram magistratu ea confessio, quæ ob absolutionem a iuramento non impeditur, percipitur ex dictis Antonij Cornei *in tract. de absolutione a iuramen-*

to.parte 3.q.9.num.5.cum seq. De his dicam in titulo de Instrumentorum fide,& obligationibus.

97 Amplia secundo,quod etiam † si pars die præcedenti fuisset citata super absolutione a iuramento, nihilominus, hoc non obstante, exequitur,*vt per Matth.de Afflict. in decis. Neapol.* 31. *ad materiam vide Sebastian.Vätium.tit.de nullitate ex defect.iurisd.& vide nu.*55.

98 Laicus fuit condemnatus † ad pœnam corporalem,puta ad exilium,postea assumit ordinem clericalem, cognoscitur a sæculari iudice, vt compleat exilium,ex dictis *per Didacum de Couar.Practicar. quæstion.cap.*32. *num.*2. *vers.secunda conclusio, & ex aliis relatis per Aluar.Vallascum in consultat.sive decis.*48.*nu.*2.

99 Contrarium tamen tenuit † idem Vallascus ibi, quod ad iudicem ecclesiasticum sit remittēdus pro vt in Lusitania dicit eo casu fuisse remissum.sed tamen aduertendum est, quod in illo casu, processus erat agitatus,& sententia prolata contra minorem, & etiam ex dispositione quarundam legum Regiarum, non autem ex dispositione iuris communis.

100 Vir priuilegiatus, puta consiliarius † Regius,pro lite vxoris egit contra debitorem in supremo Tribunali Regio, ibique lite pendente, vxor moritur, cui succedit filius, petitur causam remitti ad suum Tribunal, & non agitari in Tribunali Regio, cum cessaucrit Priuilegij causa per mortem vxoris, ex multis causa apud Tribunal vbi cœptum fuit, ibi remansit. Hanc actionem optime disputauit *Petr. Follerius in const.Regn.iStatuimus vt magnæ. nu.* 29.*cum pluribus sequentibus.* Cuius authoritate vsus Aluarus Vallascus *in consultat.sive decis.*57.ita

101 iudicatum fuisse † asseruit, concinunt, quæ diximus supra hoc eodem titulo, numero 62.cum sequentib.

102 Debitor,qui promisit soluere † Capuæ,vel Neapoli,& si Regula sit esse in electione rei,sive debitoris eligere, *iuxta text.in l. Plerumque.in fin.ff.de*

103 *iur.dot.* Nihilominus cū simus in † alternatiua locorum, electio ad actorem, non ad reum pertinet. *l.*3.§.*proinde ff.de eo,quod certo loc. per quam ita tenuit Iafredus Lanfranc. Balbus,in decision.*316.*incip.Alternatiua.*

104 Causa possessoria matrimonialis † cognoscitur a iudice temporali.*ex glo.in c. non est vobis. extra de sponsalib.& ibi Panor.nu.*9. *Ioan.de Selua,de benefic.parte* 1.*q.*7.*num.*12.*Aluar.Vallasc.in consultat. sive decision.*93.*sub numero* 5. *Renatus Choppin. de Sacra Politia Forensi. lib.* 2. *titul.* 1. *numero* 14. *& dicam pinguius, suffragante D E I Gratia, in titul. de Sponsalib.& Matrimoniis.*

105 Causa spiritualis incidens in profana † non debet agitari in foro profano, sed in ecclesiastico. *arg.c.tuam.de ordin.cogit.c.lator. Qui fil.sint legiti. Bartol. in l.*2.*ff. de iurisd.omn.iudic.voluit. Iafred. Lanfr.Balbus in decision.*363.*incip.si quæstio.*

106 Declara supradictam † conclusionem procedere,si sit quæstio iuris, quia si esset facti quæstio posset bene cognoscere sæcularis iudex. *vt post Bart. in l.omni.C.de sacros.eccles.voluit idē Iafred. Bald. in dicta decision.*363.*si quæstio.in fin.*

107 Forensis,vel extraneus † contrahens in loco ligatur statutis illius loci. *l. venditor.*§.*si constat. ff. commun.prædior.Voluit Iafred. Lanfr.in decision.* 376.*incip.Licet.* Quid in viatore,dicam infra hoc titul.*num.*122.sed quo ad forenses adde *Francisc. Marc. in decision. Delphinal.* 276. *numero* 2.3. *vol.*1.

108 Regulariter autem † forenses statuto ligari nequeunt.*arg.l. Neq.C.qui dare tutor.poss. Oldrad.in consil.*92.*num.*5.*Lap.in Allegat.*91.*num.*7. *Roland. a Vall.in consil.*49.*nu.*21.*vol.*4.*Antonin.Theſſaur. in decis. Pedemon.*152. *in princ.Brauus in decision. Nouissim. Roman.*673. *num.*1.*parte.*1.*vol.*1. *Dicā latius,Deo volente,in titulo de Statutis.*

109 Declara tamen,quod dum forensis cōtrahit † in loco, ratione contractus tenetur seruare solennitates,& quæ in illo foro obseruantur. *Bart.in l.cunctos populos. nu.*14. *C.de Summa Trinit.& fide cathol.Ioan.Cephal.in consil.*171.*num.*26.*volum.*2. *Thom.Grammatic.in decis.Neapol.* 103. *num.*178. *Francisc.Marc.in decis.Delphin.*276.*vol* 1.

110 Declara secundo, quod si ob illorum † statutorum ignorantiam læderetur,habebit forensis restitutionem in integrum,*Iafred.Lanfranc. Balbus in decis.*376. *incip.licet. Sfortia Oddus de restit.in integr.q.*8.*articul.*12.*nu.*96.

111 Declara tertio, quod si † contractus vergeret in delictum,puta esset contractus vsurarius, tūc enim illo ligaretur,& pœnis statuti,cum pœnalia statuta etiam ignorantes ligent.*Hierony.Gabriel. in consil.* 178.*nu.*53.*vol.*2.*Hierony.Magoni.in decis.Lucens.* 49.*num.*7.*quos refert,& sequitur D. Ioan. Baptista Costa.de facti scien.& ignorant.regul.*6.*num.*7.

112 Dum agitur ratione dotis † inter vxorem attenditur domicilium,& forum viri. *vulg.l. exigere dotem ff.de iudic.& ibi Bald.Raph.Fulgos. Paul. de Castro Hierony.Cagnol.& ceteri.Roland.a Valle de lucro dotis.q.*12 *q.*13.*quos refert,& sequitur Aluar. Vallisc.in decis.*138.*num.*8.*& seq.*

113 Processus factus, cui † poterat priuilegiatus opponere fori declinatoriam ob priuilegium, puta quia miles, vel alio modo, si illud non proposuit validus est, & tenet, *Bald. in l.*2. *col.*12 *ff de iureiur.Francisc.Beccius in consil.*32.*nu.*14.*Hierony. Magon.in decis.Florentina.*116.*num.*1.6.

114 Incompetentia † iudicis potest per procuratorem allegari. *Augustin.Berous in consil.*170.*num.*17. 19.*vol.*3.*Hippolyt.de Marsil.in practic.crim.*§.*sequitur.num.*30.*quos,& alios allegans sequitur Hierony.Magon.in decis.Lucens.* 22.*num.*17.*& in decis.* 36.*num.*6.7.16. Vbi dicit,quod potest allegari per

115 patrem pro filio † *Ioan. Anton.Rub.Alexandrin. in tract.de potestat. procur.in caus.criminal.num.* 144.145.

116 Creditori obstabat exceptio fori † declinatoria, quam poterat illi opponere debitor, sed cum cessisset ius suum alteri priuilegiato, puta Neapolitano,

no, qui trahunt alios ad eorum forum, cum conueniſſet Neapoli debitorem, & oppoſuiſſet fori declinatoriam, fuit deciſum eam exceptionem non competere contra ceſſionarium, *vt per Matth. de Afflict. in deciſ. Neapolit. 74. quam ſequitur Vincent. Maxill. in conſuetud. Bari. titul. de teſtib. §. licet viuæ vocis. num. 23.*

117 Iudex eccleſiaſticus † poteſt eſſe iudex, & exequutor teſtamentorum, *vt per Cappel. Tholoſ. in deciſ. 51 incip. item fuit quæſitum retentis.*

118 Declara ſecus eſſe in † intereſſe legatorum, quia eſt res extra teſtamentum, *vt per eādem Cappell. in dicta deciſ. 51.*

119 Declara ſecundo † procedere in legatis pijs, quia ſecus in profanis in quibus nō ſe intromittit. *gloſſ. in c. tua. de teſtam. & ſentit Steph. Aufrer. ad Cappell. Tholoſ. in dicta deciſ. 51.*

120 Declara tertio cognitionem † piorum relictorum ſpectare ad vtrumque forum eccleſiaſticum, & ſæculare, *voluit Andr. Tiraquell. de priuileg. piæ cauſæ. priuileg. 149. quem refert Renatus Choppinus de Sacra Politia Forenſ. lib. 2. titul. 5. num. 16.*

121 Quinimo ſpectare † ad officiales Regios legatorum piorum cognitionem *ſcribit idem Tiraquell. de priuileg. piæ cauſæ. priuilegio. 150. Et fuiſſe ita deciſum per Senatum ſcribit idem Choppin. de Doman. Franciæ. lib. 2. titul. 3. nu. 8. & de Sacra Politia Forenſ. lib. 2. titul. 5. num. 16. & in Margine.*

122 Viator non ſortitur forum † loci ratione contractus, *arg. cap. Romana. §. contrahentes. defor. compet. in 6. voluit Cappell. Tholoſ. in deciſ. 103. incip. itē fuit quæſitum ſi aliquis. Ioan. Cephal. in conſil. 263. num. 29. vol. 2. Borgnin. Caualcan. in deciſ. 2. nu. 3. lib. 1. Vide ſupra hoc eodem titul. Vbi ſum loquutus de Forenſi. nu. 107. & pluribus ſeq.*

123 Declara ſecus eſſe † ſi is, cum quo cōtraxit ignorabat illum eſſe viatorem, ſed credebat eſſe ciuem, cum per locum iret tanquam ciuis, vel mercator, faciebat ibi hoſpitium, vel quid ſimile, quo caſu ſortiretur forum in loco contractus. *argum. l. hæres abſens. § 1. ff. de iud. & c. in audientia. de ſentent. excom. voluit Aufrer. in dicta Cappell. Tholoſ. in dicta deciſion. 103. & faciunt ſcripta per Marc. Anton. Natt. in conſil. 431. num. 19. volum. 2. Corn. in conſil. 70. col. 3. vol. 2.*

124 Declara ſortiri forum viatorem † quotieſcunq; fecerit contractum, qui ſtatim, & in continenti debet impleri, puta vendit equum, recepit pretium videtur tacite actum, vt eodem tempore conſignet equum, quod ſi non conſignet, ibi conuenitur, rationem vide apud eundem *Stephan. Aufrer. in dicta deciſ. 103.*

125 Decimarum † cauſa poſſeſſoria coram ſæculari iudice tractanda eſt. *Guid. Papæ. in deciſ. Gratianop. 1. num. 1. Petr. Belluga. in Specul. Princip. rub. 13. §. reſtat. Vbi dixi. Latius de compromiſſ. §. 2. gloſſ. 1. num. 114. cum pluribus ſeqq. & de Præſtantia Regis Catholici. c. 71. nu. 347. 350.*

126 Clericum repertum † in flagranti crimine iudex laicus capere poteſt, & illum portare ad ſuum eccleſiaſticum iudicem. *Guid. Pap. in deciſ. Delphinal. 73. nu. 1. & poſt Lapum, Angel. de Aret. Parid. de Puteo. Felinum. Diaz. Boſſum, Benedictum Vadum, Conradum, & Bonacoſſam dixi de Regis Catholici præſtantia. cap. 71. num. 185. 186.*

127 Non ſolum ſententia, ſed omnia † acta facta per iudicem incompetentem ſunt nulla. *Anto. Gamma in deciſion. Luſitan. 219.*

128 Exceptio incompetentiæ iudicis coram † illo iudice proponenda eſt, qui incompetēs allegatur, *ex Bartolo in l. ſi expreſſim. num. 4. ff. de Appell. voluit Anton. Gamma in deciſ. Luſitan. 340. num. 3.*

129 Iudices eccleſiaſtici † non cognoſcunt de actionibus realibus, nec de pignoratitia ſed iudices profani. *Ioan. Gallus. q. 45. Maſuer. in Pract. titu. de iudicib. & eorum iuriſdict. nu. 1.* Et plura Arreſta ex Magnis ac ſupremis Galliæ Curijs prolata refert Renatus Choppinus inter nouiſſimos omni ſcius

130 † de Sacra Politia Forenſi, *lib. 2. titul. 1. num 6.* Vbi loquitur etiam de Capitulis huius Neapolitani Regni *ex Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 85.* Sic etiam deciſum in Camera Imperiali refert *Ioachim. Mynſing. obſeruation. 22. Centur. 1. Ioan. Gallus in q. 45.*

131 De ſalario funerum † laici coram eccleſiaſtico iudice compelli nequeunt. *Renat. Choppinus. de Sacra Politia Forenſi. lib. 2. titul. 2. articul. ſecundo. fol. 259.*

Mulieres veneficæ, ſortilegæ, & incantatrices

132 † a temporali iudice coguoſcendæ. *arg. l. 3. C. de malefic. & Mathem. & deciſum fuiſſe refert Ioan. Gallus. q. 241. quem refert, & ſequitur Renatus Choppin. de Sacra Polit. Forenſ. lib. 2. titul. 2. nu. 10. dicam in titul. de maleficis.*

133 Declara, niſi ſortilegium, † vel maleficium ſaperet hæreſim, quia tunc temporalis erit iudex, quod quomodo, & quibus pœnis afficiantur dic, *vt per Eymericum in director. Inquiſitor. parte 3. q. 42. vbi optime Franciſc. Pegna in Commentar. 67.*

134 Blaſphemiæ † crimen a temporali iudice punitur, ex Beato Auguſtino Renatus Choppinus *de Sacra Forenſ. Polit. lib. 2. titulo. 2. articul. 10. dixi plura de Magiſtratuum edictis. lib. 3. cap. 2. per totū. Et dicam DEO volente in titul. de Blaſphemijs.*

135 Vſurarum cauſam mixti fori, ſcilicet † clericorum eccleſiaſticus iudex, laicorum vero laicus. *Idem Choppin. de Sacra Forenſi Politia. lib. 2. titul. 2. num. 14. 15. De his dixi de compromiſſis. §. 2. gl. 1. nu. 100. cum infinitis ſequentibus. & iterum ad Bellugam in Specul. Principum. Rub. 11. §. de vſurarijs. in verb. vtroque & in verb. Mixti fori & dicam, Deo volente, in titul. de vſura, & vſurarijs.*

136 Arma portans clericus, & † cum eis inuentus, poteſt per ſæcularem iudicem capi, qui lucratur arma, & remittitur ad eccleſiaſticum iudicem, *vt poſt Proſper. Farinac. queſtion. Crimin. lib. 1. q. 8. nu. 96. dicit Franiſc. Viuius in deciſ. 26. nu. 5. De iſta queſtione pleniſſime in plurib. locis ſcripſit ad Petr. Bellugam in Specul. Princip. rub. 11. §. dubitatur. in verb. Armorum. & in Commentar. de Regis Catholi-*

ci

ci Præſtantia.cap.71.num.45.cum pluribus ſeq. vbi poſt Ioan.Fabr.Chaſſan.Couar. Ioan.Lopez,Parid. de Put. Plazam,Conrad.Plateam,Cened.Graſſali. Menoch. Foller. Mantuam,& alios,hanc concluſionem declaraui,& vltimo loco de Magiſtratuum edictis.lib.3.cap.17.num.41.cum pluribus ſeq.

137 Clericus pro rebus eccleſiæ † habet fori electionem.*Matth.de Afflict. in deciſion. Neapol.* 257. *quem refert,& ſequitur Anton.Capic.in deciſ.* Neapol.160.*Franciſc.Viui.in deciſ.*27.*num.*1.2.*Proſper Carauita in ritu.*66.*num.*1.*in ritu.*229.

138 Amplia procedere etiam in cauſa † criminali ſua pro offenſa ſibi facta *Idem Viuius in dicta deciſ.*27.*num.*3.*Idem tenuit Ioan. Vincenti. de Anna in allegat.*146.*per totam.* Et ſic in anno 1584 fuiſſe deciſum in Sacro Conſilio refert Fabius de Anna in Apoſtillis ad patrem *in dicta Allegatione nu me.*254. ita habui in facto pro R. Gaſpare Fuſerio in Magna Curia Vicariæ.

139 Tertiarij,ac tertiariæ † ordinis Sancti Franciſci non gaudent priuilegio,vt cognoſcãtur a iudice ecclesiaſtico, nec alios quarumcunque religionum ampliſſime ſcripſit Præſtãtiſſimus Præceptor meus *D.Io.Bolognett.in conſil.*22.*per totũ. & nouiſſime Marc.Ant.Eugenius in conſ.*26.*nu.*15.*quos ſequitur Franciſc.Viuius.in deciſ.*49.*nu.* 10. *cum ſequentib.*

Epiſcopi familia in ciuilibus,& criminalibus

140 † gaudet priuilegio fori eccleſiaſtici,*vt poſt Archidiaconum,Hoſtienſ.Ioan. Andr.Panor.& alios in c.cum non ab homine.de iudic.Ioan.Anton.de Nigris in extraua.clem.*7.*de vit.& honeſt. cleric. qui inverb.Priuilegio.num.* 34.*tenuit hanc opinionem, quam ſequitur Franciſc.Viui.in deciſion.*116.*nu.*1. *& ante eos uoluit Anton.Capic.in deciſ.Neapol.*12. *num.*1.

141 Hæc materia cauſa eſt diſcordiarum † inter Prælatos, & officiales Regios qui hoc priuilegium nõ concedunt famulis laicis epiſcoporum, & dum ego in Prouinciis Calabriæ Regius viſitator exiſterem in anno 1608. Familiaris epiſcopi Biſiniani occidit quandam mulierem fecitque vicarius epiſcopi illum carcerare, & Regia Audientia volebat illum tanquam laicum,& quidam Doctor, qui conſuluerat epiſcopum, quod cognitio ad ipſum ſpectabat,de ordine ſupremi conſilii,illum carceri mãcipauit, & tandem infirmitate in illa mortuus, ex quo Vicarius epiſcopalis intra octo dies carceratum inquiſitum dimiſit,vt noctis tempore aufugeret,ſed mediante decreto curię eccleſiaſticę, quem curia Regia non potuit inuenire, & delictum impunitum per tranſijt.

142 Ampliant ſupradictam † concluſionem in famulis clericorũ, vt & ipſi gaudeant priuilegio fori eccleſiaſtici.*per Gloſs.in cap.clericum.* 11.*q.*1. *Bald.& alii in l.*2.*C.de epiſcop.& cleric.Robert.Maranta.in Specul.Aureo.parte* 4.*diſtinct.*11.*nu.*4. *voluit idem Fran.Viuius in dicta deciſ.*116.*num.*2.

143 Limitant † tamen, illos familiares epiſcopi gaudere priuilegio clericorum, qui ſunt aſcriptitij, & ſine ſalario, ſecus autem in famulis temporalibus, & ſalario conductis,quia non gaudent,*vt poſt Archidiacon. Anton.de Butrio,Panor. Alberic. Nattam Grammatic.Burſat.Bonacoſs. & alios dixi in conſil.* 54.*nu.*44.*cum pluribus ſeq.Cent.*2.

144 Clericus,† ſe obligando non poteſt iuriſdictionem ſæcularis iudicis prorogare, etiam ſi ſui epiſcopi licentia interueniret ex Paulo AEmilio Verallo in *deciſ.* 146.*nu.*5 *lib.* 2 *& Proſpero Paſetha in conſil.*23 *num.*6.*voluit Franciſc. Viui in deciſio.* 125.*num.* 1.*vide quod latius ſupra titul. de iuriſdictione.nu.*91.92.93.94.95.96.97. 98.99.100.101. 102.103.104.105. 187.188.189. 190. 191. 192. 193.194.*hoc tomo.*1.*& inf a hoc eodem tit. numero* 168.

145 Clericus effectus contumax per iud icẽ † laicum neſcientem clericum eſſe, debet mulctam ſoluere, ratione contumaciæ *vt per Franciſc.Viuium in deciſio.*138.*nu.*8.Tamẽ quia in hac deciſione adſunt contradictiones vide quod longius dixi ſupra *in titul.de cleric. & ſacerdotib. numero* 43. 44.45.63. 64.65.

146 Pupillus pro lite inchoata cum † patre mortuo, non vtitur ſuæ perſonæ priuilegio. *Matth. de Affli. in deciſion.Neapolitan.*212.*in princip.Franciſc.Viuius in deciſ.*250.*nu.*1. *Faciunt quæ ample dixi hoc eodem titul.nu.*61. *cum ſeq.dum dixi de clerico ſuccedente laico.& vide Vincent. de Franchis in deciſ. Neapol.*364.*num.*4.

Ampliatur hæc concluſio, quod etiam ſi pupillus ex contractu cum defuncto facto conuenire-

147 tur,ſimiliter † non vteretur priuilegio ſibi competenti ad declinandum forum. *Vincent. de Franchis in deci.*364.*num.*4.*quem ſequitur Franciſc. Viuius.in deciſ.*250.*nu.*2.

148 Contra hanc ampliationem tenuit Proſper † Carauita *in Ritu.*264.*num.*1. *quæ opinio videtur, & æquior, & iuſtior.*

149 Milites forum magiſtri militum † fortiuntur, *vt ex l.*2.*ff de re militar.ſcribit Franciſc.Viuius in deciſ.*254.*nu.* 1. Vbi dicit,ita terminatum in regia audientia Terræ Bari, & cauſas militum illorum delinquentium remanſiſſe in regia audientia.

Ego (aut ipſe) errabo, ſed ſi hoc pertranſeam, perperam facere arbitrarer,dico itaque ad Gubernatorem illius prouinciæ,& ſuos Auditores cognitionem non ſpectare,ſed verum eſt, quod ipſe Viuius dixit,Milites forum Magiſtri militum fortiri, quod probatur, nam ſiue ciuiles,ſiue criminales cõ

150 trouerſias † milites haberent,Magiſter Militum cognitionem habebat,*in l.*1.*& l.*2.*C. de offic.magiſtr. milit.* Et ſicuti Magiſtri militum in prouinciales nullam habebant poteſtatem,*vt in dicta l.* 1.eodem modo,& milites, qui in prouincia degebant, alteri,quam ipſi Magiſtro non ſubiiciebantur. Id Modeſtinus *in l.Deſertorem.in princ.ff.de remilitari,* dicit, quia deſertorem militiæ ad Ducem mitti iubet, ſi autem quid grauius deſertor in prouincia cõmiſiſſet,in eadem prouincia vbi facinus admiſiſſet,pœna plecti debere cenſuit,quia cum minus delictum reputaretur, vt qui tanquam militiæ deſer-

tor

tor accusatus esset, Duci cognitio dabatur, tantum abest vt maius facinus, nō a Duce, sed in Prouincia a suo superiore scilicet Magistro militum plecteretur. Dux enim Magistro militum minor erat. Nam AElius Lampridius in Alexandro Seuero dicit,

151 Imperatorem † voluisse, vt Tribunum Militum, quatuor milites præcederent, Ducem sex, legatum (cuius loco fecerat Magistrum militum) decem anteirent. Vnde milites illi ad militum Magistrum mittendi erant, cum nullam haberent ipsi de eis cognitionem. Nec mirum est quod vocarentur Magistri, quia officium illius Magisterię dignitas magna erat, quando Imperatores illorum authoritatem Illustrem Magnificentiam, aliosque titulos illis tribuebant. Et in hoc Regno habemus Magistrum iustitiarium, cuius officium est ex primis, & supremis

152 septem † Regni Neapolitani Magistratibus, hæc ad Viuij mei amicissimi gratiam dicta volo, latius de ea redicturus, vel infra in titul. de re militari, vel potius in commentariis de feudis dignitatum, quos molimur.

153 Capturam debitoris fugitiui † quilibet iudex facere potest, & competens est, *ex Baldo in l. placet. C. de iurisd. omn. iudic. & in. l. apertissimi. C. de iudic. Francisc. Viui. in decis. 341. nu. 12.*

154 Clericus creditor, vel forte legatarius, † in inuētario conficiendo hæreditatis pro suo interesse potest per iudicem temporalem, apud quem fit inuentarium, citari. *Rolan. a Valle in consil. 29. nu. 7. vol. 2. Francisc. Viui. in decis. 30. nu. 4. Ioan. Petr. Surd. in decis. Mantuan. 26. num. 15. quos refert, & sequitur eruditissimus Garsias Mastrill. in decision. Siciliæ. 79. num. 4.*

155 Dilatio quinquennalis, siue † moratoria, dum vult concedi debitori, si vnus ex creditoribus sit clericus potest citari, vt concurrat cum alijs creditoribus ad concurrendum pro dilatione quinquēnali, concedenda, vt fuisse decisum per Sacrum Consilium scribit Cæsar Vrsillus *in decision. Neapol. 380. nu. 7. Francisc. Viuius in decis. 38. num. 8. D. Garsias Mastrill. in decis. Siciliæ. 79. nu. 5.*

156 Officiales episcopi non † possunt sine literis Regijs transportare carceratos de vno ad alium locū, *vt concludit Ioan. Gallus in q. 37.*

157 Clerici capiuntur in † delicto forefacto per iudicem laicum absque metu excommunicationis, sed tamen postmodum restituuntur suis superioribus. *Ioan. Gall. in q. 59.*

158 Causæ Siculorum extra Regnum † insulæ Siciliæ trahi non possunt, *Francisc. Milanens. in decis. 2. nu. 1. cum pluribus sequentib. lib. 1.*

Vxor viri in dignitate positi, gaudet eo mortuo

159 † priuilegio fori eiusdem viri, quo gaudebat, dum viuebat, quia nupta clarissimo eandem dignitatem consequitur. *l. feminæ. ff. de Senatorib. l. 1. C. de incol. lib. 10. l. quoties. C. de priuileg. Schol. lib. 12. l. cum te. C. de Nuptijs. l. fily. §. vidua ff. ad municip. de incol.* Vbi inquit, vidua mariti amissi domicilium retinet,

160 exemplo clarissimæ personę, † per maritum factę, *vbi Accurs. & post alios Guido Papæ in decis. Gratianop. 349. & apertus in decis. 379. nu. 1. Andr. Tiraquell. in tract. Nobilit. cap. 18. nu. 1. 5. Roland. a Vall. in consil. 15. nu. 46. 47. 48. in consil. 15. nu. 11. 12. vol. 3. Vincent. de Franch. in decis. Neap. 363. Francisc. Milan. in decis. Siciliæ. 10. nu. 1. 6. 7. lib. 1. Ioan. Petr. Surd. in tract. Aliment. titul. 9. q. 37. nu. 5. Octauian. Cacheran. in decis. Pedem. 77. nu. 15. Ioan. Philipp. in consil. 26. nu. 18. & 19. Augustin. Bero. in consil. 32. nu. 18. vol. 2. Hierony. Gabriel. in consil. 29. num. 33. vol. 2. Bartholom. Bertazzol. in consil. ciuil. 56. num. 78. Ioan. Baptista. Laderch. in consil. 64. nu. 3. vol. 1. Eruditissimus Senator D. Gaspar. Anton. Thessaur. quæst. Forens. lib. 1. q. 90. nu. 1.*

161 Ampliant procedere non solum † in uidua viri priuilegiati, ratione dignitatis sed etiam artificij, & exercitii, licet in hoc contrarium teneat *Alberic. in prima parte Statutor. q. 114. quem sequitur Francis. Milanen. in decis. Siciliæ. 10. nu. 9. 14. lib. 1.*

162 Eodem modo vxor clerici coniugati gaudet † viri priuilegio quo ad forum. *Panormitan. Ioan. de Imol. Marian. Socin. Felin. Alexander de Neuo in c. 2. extra, de foro competent. Marian. Sen. in consil. 12. col. 6. vers. Et non solum clericus. vol. 1. quem refert, & sequitur Ioan. Anton. de Nigris in extrauag. Clementis septimi de vita, & honestat. cleric. in verb. Priuilegio. nu. 292.*

163 Declara tunc vxorem † clerici coniugati gaudere eiusdem fori priuilegio, si clericus incedit in habitu, & tonsura, *vt dicit Marian. Socin. in dicto c. 2. nu. 20. de for. comp. Francisc. Milan. in decis. Siciliæ. 10. nu. 10. lib. 1.*

164 Declara secundo, quod mortuo † clerico coniugato, vidua eius vxor non gaudet fori priuilegio, *vt ex Alexandro de Neuo in dicto c. 2. nu. 22. de for. competent. dicit idem Francisc. Milan. in dicta deci. Siciliæ. 10. nu. 11. lib. 1.*

165 Pragmatica Regis Alfonsi cum † Bulla Nicolai Papæ Quinti, vult quod pro consequutione annui census, nulla possit opponi exceptio, & tamen fori exceptio declinatoria opponi potest, *ex Bald. in l. criminali. C. de iurisd. omn. iudic. Petr. Foller. in practic. Censual. in verb. Quæ quidem exequutio. nu. 10. Petr. de Gregor. in tract. de censib. q. 8. nu. 7. 8. & ibi*

166 *Præclarissimus I.C. D. Garsias* † *Mastrill. in ver. Declinatoriam fori* (quem librum mihi misit e Panormo Neapolim) *& ita dicit, ibi plures fuisse decisum in Magna Regia Curia, & in Sacro Consistorio, quod confirmat etiam Francisc. Milanensis. in decis. 5. nu. 7. 23. lib. 2. faciunt notata per Vincent. Mancin. de iuram. parte 4. effectu. 216. nu. 21.*

167 Declara tamen secus esse † si partes renunciauerint, & se submiserint cuicunque curię, vel tribunali, quia tunc exceptio fori declinatoria opponi non posset. *Petr. Foller. in prac. censual. in verb. & submissiones. nu. 1. 2. Francisc. Milanens. in dicta decision. 5. numero 24. 31. lib. 2. Catell. Cotta in memorabil. lib. in verbo, clausula generalis. Idem Garsias in dicta addit. in verb. Declinatoriam fori. nu. 18.*

168 Clericus solutus, qui se obligauit soluere † alicui in termino statuto, alias cogi posset per ter[illegible]ca-

les iudices, & Regios, tale pactum, & similis obligatio non valent, cum non possint clerici in iurisdictionem non suam, etiam cum episcopi consensu consentire. *Cappell. Tholosana, in decision. 126. Incip. Item fuit quæsitum si clericus. argumen. cap. significasti. & cap. si diligenti. de for. competent. Guido Pap. in decision. Gratianop. 77. sub nume. 2. Vide supra hoc eodem titul. numero 144.*

169 Promittens cum iuramento † non declinare forum, non potest pœnitere & fori declinatoriam opponere. *Guid. Pap. in decision. Delphinal. 77. num. 2.*

170 Declara procedere † in laicis, non autem in clericis, *dicto capit. si diligenti. de foro competent. Guid. Pap. in dicta decision. septuagesima septima. num. 2.*

171 Scholaris in loco studij forum † sortitur, nec potest forum declinare. *Cappella Tholosan. in decision. 169. incip. Item Scholaris laicus. argumen. Authentic. Habita. C. ne fil. pro patre.* Cetera dicam Deo volente in titulo de priuileg. Scholarium.

172 Declara supra notatam † conclusionem procedere, quando Scholaris contraxit ibi. *argumen. l. 2. C. de Priuileg. Schol. lib. decimo secundo. & voluit Bald. in dicta Authentic. Habita. num. decimo quarto. post Andr. de Barulo, quem sequitur, & allegat. & voluit Horat. Lucius de Priuileg. Schol. priuile-65. vers. quinto limita.*

173 Procurator admittitur † ad opponendam fori exceptionem declinatoriam, *vt ex Guidone de Suzaria dicit Guido Papæ in decision. 338. nume. 2.* Quam opinionem dubiam ego arbitror, quia si in aliquo loco vbi qui citatur pro aliquo delicto, nec alibi constet, effugeretur hoc intuitu pœna, & daretur materia delinquendi, & idcirco dictam conclusionem arbitror procedere in causis ciuilibus, sed non in criminalibus, nisi esset constitutus carceratus per aliquem superiorem, vel alium, aut præstita esset per ipsum citatum cautio de parendo mandatis superiorum, quo ad illam causam.

174 Pro annua præstatione relicta † pro anniuersarijs defunctorum lis facienda est coram iudice ecclesiastico, *vt ex Hostiense, & Ioan. Andr. in cap. suscepto. de for. competent. tenuit Guid. Pap. in decision. Gratianop. 576. num. 4.*

175 Vbi papa manus imponet, & † si alia capita in causa occurrerint, nemo tamen manus imponet, & si nouiter emergant. *Guido Papæ in decision. Delphin. 103. sub nu. 3.*

ARGVMENTVM.

Citatio in iudicijs est necessaria, ne alicui sua defensio auferatur, nec aliquis inauditus condemnetur, & vt reus ad litem motam discutiendam instructus compareat. Quamobrem Deus Optimus Maximus in Paradiso Adamum Protoplastum noluit indefensum perdere, sed illum ad opponendas suas excusationes oretenus citauit. De iure igitur diuino, & naturali fuit introducta & dicitur principium iudicij, iudiciarijque ordinis fundamentum, fitque ex præcepto iudicis, siue sit ecclesiasticus, siue sæcularis, siue ordinarius, siue delegatus, qui postremus originale rescriptum præsentare, aut commissionis tenorem citationi inserere tenetur, siue arbiter, qui partes tantummodo, non autem testes citare potest. Arbitratori autem omnis citandi potestas est ablata & iudex per nuncium, aut apparitorem publicum citare potest, vel per Notarium aut Actuarium citatio expeditur. Continere autem debet primo nomen iudicis citantis, deinde nomen eius, qui in iudicium vocatur, tum nomen eius, ad cuius petitionem, & instantiam decernitur, postea causam propter quam facta fuit, siue sit ciuilis, siue criminalis, denique locum idoneum atque securum & ad extremum tempus opportunum, atque congruum. In criminalibus fit citatio nulla parte instante, sed fama publica præcedente, & citatus ab incompetenti iudice comparere, & priuilegium suum allegare debet. Quandocunque igitur de iure requiritur citatio tam peremptoria, quam dilatoria, illam interuenire necesse est, licet interdum non exigatur, & in quibusdam leuioribus causis omnino omitti possit. Species illius sunt, quod alia sit realis, alia verbalis, alia fiat per edictum, vel ad valuas ecclesiæ affigatur, & alia fiat ad domum. Per citationem emissum res non dicitur

amplius integra, litis pendentiam, & præuentionem inducit superioritatem, atque iurisdictionem denotat, ac perpetuat, & quęuis causę deuolutio vim citationis obtinet.

SVMMARIVM.

1 *DEVS omnipotens citationis author.nu.3.*
2 *Citauit DEVS Adam, quem sciebat, vbi latebat, sed quare, vide ex Ambrosio?*
4 *Francisci Sarmenti dictum reprehenditur.*
5 *Ius Diuinum antequam esset ius naturale.*
6 *Citationem iuris diuini, & naturalis asseruit Menochius.*
7 *Citatio iudicij omnis principium.*
8 *Citatio iudiciarij ordinis fundamentum.*
9 *Primus iudicii actus a vocatione incipit.*
10 *Citatio, & vocatio partis fit iudice mandãte. Declara.num.11.12.13.14.15.16.17.18.19.*
11 *Citare potest non solum iudex ordinarius, sed delegatus.*
Iudex delegatus, an debeat præsentare originale rescriptum.
12 *Citatio iudicis delegati, debet continere suæ commissionis insertionem.*
13 *Citare potest iudex Pedaneus, & arbiter.*
14 *Arbiter citat partes, non tamen poteri citare testes, nec arbitrator.*
15 *Iudex voce sua potest citare, & habet vim peremptorij.*
16 *Fatuus est iudex, qui habet partem, vel testem, quem potest sua voce citare, & iubet nuncio, vt faciat.*
17 *Iudex potest citare per nuncium vel viatorem publicum.*
18 *Nuncii, & seruientes Magnæ Curiæ Vicariæ, vt cognoscantur portant quandam virgam, in cuius angulo est quoddam signum Argenteum cum armis Regiis.*
19 *Iudex per Notarium, vel Actuarium potest citare.*
20 *Nomen iudicis continere debet citatio.*
21 *Citatio notificatur facie ad faciem, siue domi.*
22 *Nuncius, seu viator, debet diligentiam facere, vt citandus habeatur facie ad faciem.*
23 *Citari debet citandus in domino solitæ habitationis, etiamsi stet in domino conductitia.nu.24.*
25 *Citati nomen, & cognomen continere debet citatio.*
26 *Communitas, vel vniuersitas, quomodo est citanda. Declara.nu.27.28.29.30.31.*
27 *Syndicus etiam citari potest nomine vniuersitatis. nu.28.29.30.31.*
32 *Citatio debet continere nomen personæ illius, ad cuius instantiam citatur.num.36.*
33 *Iudex non tenetur impartiri officium suum non petenti.*
34 *Citationes criminales fiunt etiam parte non instante.nu.35.*
37 *Expensæ factæ præsumuntur ab illo, qui facere debebat.*
38 *Citatio debet continere causam, ob quam quis citatur.nu.40.41.*
39 *Citatio in ciuilibus, an continere debeat libellum insertum.*
42 *Citatio criminalis continere debet causam ob quam citatur.*
43 *Citationes criminales duæ expediũtur in Regno Neapolitano a principio in delictis grauibus, vna ad informandum, altera ad recipiendum capitula inquisitionis.*
44 *Citatio continere debet locum in quo citandus comparere debet. Declara.num.45.46.47.48.49.*
49 *Citatus si non vult comparere, quod sit locus non tutus, debet excusatorem mittere. Declara.nu.50.51.*
52 *Citatio debet cõtinere congruum tempus intra quod comparere possit.nu.56.57.58.59.60.61.*
53 *Citatio peremptoria quæ? num.54.55.*
54 *Peremptorium quod est?*
59 *Citandus extra Regnum, quomodo citet.*
60 *Citatio continere debet diem, quo citatus comparere debet.nu.61.506.*
62 *Citare, an possit, quis a iudice extra suum territoriũ? num.63.64.65.66.67.68.69.*
70 *Citatus ab incompetenti iudice, debet allegare suũ priuilegium.num.71.*
72 *Citationem auferens de manu Nuncii, qua pœna teneatur?*
73 *Emendatio tex. in l. si quis id quod. ff. de iurisd. omn. iud.*
74 *Citatio verbalis in ecclesia fieri potest.*
75 *Don Georgii Mendocii Aragonei Laudes.*
76 *Citatio per edictum differt a citatione per proclama.*
77 *Citatio per edictum, quæ sit, & quomodo fiat?*
78 *Citationem per edictum non esse in vsu male dixit Speculator.*
79 *Citationem per edictum quibus iudicibus fiat? nume.80.*
71 *Citatio per edictum in scriptis est facienda.*
82 *Citatio per edictum affigenda est in Albo, vel publico loco.num.84.85.86.87.*
83 *Album, quid sit, remissiue.*
87 *Citationis per edictum copia est danda parti.*
88 *Citatio per edictum contra vagabundum quomodo fiat? num.89.*
90 *Citatio per edictum fit contra latitantem, & se occultantem.*
91 *Citatio per edictum dum affigitur in loco publico deberent esse duo, vel tres testes.*
92 *Citatio quo modo affigatur in valuis ecclesiæ?*
93 *In citatione per edictum, quomodo debet fieri relatio per Nuncium, & scribi per Notarium? nume. 94.95.*
96 *Citatus per edictum, quomodo dicit locum non esse tutum.num.97.*

98 Cita-

98 *Citatio per edictum fit, quando patronus nominat reclorem in iure patronatus nu.*99.

100 *Citatio per edictum fit in inuentario describendo. nu.*101.

101 *Citatio per edictum pro inuentario faciendo affigi debet in loco publico.*

102 *Citatio per edictum fit in causa possessorij beneficialis, in Regno Neapolitano, in Gallia, Hispania, Lusitania Venetijs, Sabaudiæ, Florentiæ, in Camera Imperiali. nu.*103.104.

105 *Citatio per edictum fit a Prælato, dum vult aliquẽ ad sacros ordines promouere.*

106 *Citatio per edictum facienda est, dum beneficiatus residentiam non facit, vt possit ob hoc priuari.*

107 *Citatio per edictum fit, dum petitur copia instrumenti cancellati.*

108 *Citatus per edictum, vel per contradictas dicitur fictus contumax, & reiectis expensis auditur.*

109 *Absens cõuentẽdus, vt hæres, & est in loco certo, ẽt si esset apud Indos, non debet citari per edictum.*

110 *Citatio in qualibet causa requiritur.*

111 *Citationum materiam, qui Doctores perfectè tractarunt, & de illa author quid fecit. nu.*112.

113 *Citatio in notorijs an requiratur. nu.*114.115.

116 *Citatio, an requiratur in sententijs Pontificium, & Imperatorum. num.*117.118.119.120.249.250.251.252.253.254.255.256.

118 *Citationem an omittere possit Princeps in sua sententia procedendo de plenitudine potestatis. num.*119.120.121.504.

122 *Citatio in causis summarijs in quibus proceditur sola facti veritate inspecta.*

123 *Citatio, an requiratur ad sentẽtiam si statutum diceret, quod fieri possit sine illa.*

124 *Citatio an requiratur in laudo per arbitros proferendo. num.*125.126.

127 *Citatio, an exigatur, quando ex forma statuti capi potest debitor, antequam capiatur.*

128 *In actibus extraiudicialibus, an requiratur citatio nu.*129.130.

131 *An citatio requiratur, vel si omittatur, & sententia, sit ad forum non citati. nu.*132.

133 *Citatio an requiratur, quando agitur de eijciendo aliquo iniusto detentore a possessione?*

134 *Citatio an requiratur in prorogatione compromissi.*

135 *Citatio an requiratur in sententia minimi præiudicii, puta absolutionis ab obseruatione iudicii.*

136 *Citatio an requiratur in criminalibus dum recipiuntur testes ad probanda indicia ad torturam. nume.*137.138.

139 *Citatio an requiratur, quando fit inhibitio per iudicem appellationum.*140.

141 *Citatio iudicis, an requiratur, quando tractatur de reuocatione sententiæ. nu.*142.

143 *Citatio an requiratur, quando petitur absolutio a iuramento. nu.*144.145.146.147.148.149.150.

151 *Citatio, an requiratur, siue ad partis instantiã, siue ex officio procedatur. nu.*152.

152 *Citandus an sit inquisitus ad videndum iurare testes.*

153 *Citatio, an requiratur in concedenda dilatione probatoria?*

154 *Citatio, num requiratur in proroganda dilatione? nu.*155.156.

155 *Intellectus Prag. Regis Ferdinandi incip. post prædictas. tit. de ordine iudiciorum.*

157 *Citatio an requiratur, in articulorum productione? nu.*158.

159 *Citatio an fiat antequam facienda si aliqua sequestratio. nu.*160.

161 *Citatio requiritur partis, quando testes sunt recipiendi. nu.*162.163.

164 *Citatio an requiratur quando producuntur instrumenta. nu.*165.270.

166 *Citatio an exigatur, dum examinandi sunt ad perpetuam futuram memoriam? nu.*167.168.

169 *Citatio an requiratur, quando facienda est publicatio? nu.*170.171.

171 *Publicatio processus non fit in Curia Romana.*

172 *Citatio an exigatur pro executione publici instrũmenti.*173.

174 *Citatio an requiratur in exemplatione instrumenti, vel Priuilegij. Declara. nu.*175.176.177.178.179.

180 *Citatio agnatorum, an requiratur in legitimatione spuriorum, & illegitimorum?*

181 *Citatio an requiratur dum quis petit mitti in possessionem ex edicto Diui Adriani.*

182 *Citatio an exigatur, in inducenda purgatione canonica?*

183 *Purgationes plures remissiue?*

184 *Citatio an debeat præcedere excõmunicationis sententiam?*

185 *Absolutio ab excommunicatione, an requirat citationem?*

186 *Citatio an requiratur, in declaratione facienda, an quis incurrerit in canonem excommunicationis.*

187 *Citatio an requiratur, dum est facienda declaratio, an quis ipso iure inciderit in pœnam. numero.*388.

188 *Citatio an sit necessaria, quando tractatum est, stari dicto alicuius, & ille vult declarare? num.*189.190.360.

191 *Citatio an exigatur, dum iudex committit agrimensori, quod relationem faciat de loco, vel agro? nu.*192.

193 *Citatio an requiratur, dum de interpretatio rescripti agitur. nu.*194.195.196.

197 *Citatio an interuenire debeat, in proferendo laudo per arbitros, & arbitratores? nu.*198.

199 *Citatio an requiratur, antequam alicui interdicatur suorum bonorum administratio?*

200 *Citatio hæredis an requiratur dum exequutor testamenti vult illud exequi? nu.*201.

202 *Citatio an exigatur dum facienda est declaratio si processus est nullus? nu.*203.

204 *Citatio exigitur, quamuis statutum diceret, quod citatio non requiratur?*

205 *Citatio an requiratur in concedenda in integrum restitutione? nu.*206.

207 *Citatio an exigatur dum bona describuntur in æstimo? num.208.*

209 *Citatio an requiratur dum iudex inter partes æstimationem, & appretium facit.*

210 *Citatio tertij an requiratur, quando tractatur de exequenda sententia duorum iudicum ex tribus. Declara.num.211.212.*

213 *Partis citatio an exigatur in declarãda desertione appellationis? num.214.215.216.217.*

218 *Citatio Rectoris an requiratur in dimembratione suæ ecclesiæ?*

219 *Citatio an exigatur in reuocatione attentatorum.*

220 *Citatio an requiratur contra debitorem dum creditor facit vendere pignus.*

221 *Citatio venditoris an exigatur, dum emptor facit compromissum de re empta?*

222 *Citatio an requiratur, quando deferendum est iuramentum suppletorium.*

223 *Citatio offensi an sit necessaria, si de delicto cõmisso velit accusare? num.224.*

225 *Citatus ad diem minus iuridicam an iterum citandus sit. num.226.*

227 *Citatio an sit necessaria in electionibus, & collationibus præbendarum? nu.228.229.410.*

230 *Citatio an requiratur, dũ quis mittitur in possessionem ex primo decreto? Declara nu.231.232.*

233 *Citatio ad sententiã proferendam an exigatur. Declara.nu.234.235.236.237.238.239.240.241.242.243.244.345.246.247.248.249.250.251.252.253.254.255.256.257.*

243 *Citatio ad sententiam, in qua dicitur, tali die, & hora, cum horis, & diebus seqq.*

245 *Citatio ad sententiam an fiat in Sacro Regio Consilio Neapolitano, & alys tribunalibus. nume. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257.*

258 *Citatio an requiratur in causa commissa iudicis arbitrio? num.259.*

260 *Citatio an requiratur in causa suspecti tutoris? num.261.262.*

263 *Citanda numquid sit mater, cum datur tutor pupillo filio.*

264 *Citandus an sit pupillus infante maior in iudicio? num.265.*

265 *Infans quis sit? remissiue?*

266 *Citatio contumacium requiritur dum citantur per Audientiam Contradictarum.*

267 *Citatio, dum causa commissa est, constito de assertis, partis requiritur.*

268 *Citari debet tertius, qui comparuit pro suo interesse.*

269 *Citari debet antequam quis mulctetur.*

271 *Citatio requiritur ad dicendum contra commissionem, contra articulos, ad videndum testes iurare, & ad dandum interrogatoria.*

272 *Citatio requiritur in oblatione, & protestatione facienda.*

273 *Citatio in electione consultoris necessaria est dandos doctores suspectos.*

274 *Citatio requiritur in causis cõmissis, quod iustitiã faciat.*

275 *Citandæ sunt partes, quando danda est recredentia.*

276 *Recredentiã Galli vocant, quam nos Itali tenutã, vel possessionem ex primo decreto vocamus.*

277 *Casus in quibus non exigitur citatio.*

278 *Papa in beneficialibus sine citatione procedere potest, & potest potestatis plenitudine vti.*

279 *Contra occupantes bona, & castra ecclesiæ Romanæ Papa sine citatione procedere, & auferre potest.*

280 *In rebus, in quibus periculum est in mora absque citatione procedi potest.*

281 *Quando subest timor scandali, sine citatione procedi non potest.*

282 *In proiiciẽdo iniustum possessorem a possessione citatio non requiritur.*

283 *Exactio collectarum, & Tributorum non exigit citationem. num.284.*

285 *Præsens citandus non est. Declara.num.286.287.288.289.*

290 *Citandus non est, qui damnum nullum patitur.*

291 *Citandus an sit quando capitur, qui est debitor, & suspectus de fuga. num.292.293.*

294 *Citandus non est, qui secundario damnum sentit.*

295 *Cum committitur examinatio an quis sit idoneus, vel dignus, non requiritur citatio. num.299.300.302.303.304.*

296 *Clausula si dignus, vel idoneus sit, an sit monitio, vel conditio.*

297 *Merus exequutor non citat.*

298 *Citatio partis non requiritur in gratiosis.*

300 *Decisio Rotæ in Nouis 349. declaratur.*

301 *Clausula, si preces, an faciat conditionem. num.302.*

306 *Princeps si procedit extraiudicialiter nulla exigitur citatio.*

307 *In exequutione sentẽtiæ latæ citatio non exigitur. num.308.309.310.311.312.313.314.315.*

316 *In causis commissis secundum tuam conscientiam non est necessaria partis citatio.*

317 *Priuilegiorum impetratio, & exequutio non exigit citationem. num.318.319.320.321.*

322 *Citatus, qui dixit nolle comparere citandus non est. Declara. num.323.324.325.326.*

327 *Exequutor Apostolicus, non debet citare, quia nõ procedit per viam disceptationis.*

328 *Relationem, quam facit Agrimensor, Nuncius, & calculator citationem non requirere.*

329 *Causæ, in quibus ab exequutione potest inchoari, citationem non exigunt.*

330 *In agnoscenda bonorum possessione citatio non requiritur, siue secundũ Tabulas, siue contra Tabulas. num.331. similiter in bonorum possessione gratia litis agnoscendæ. num.332.*

333 *Petens mitti in possessionem rei a nemine possessæ, non requirit citationem.*

334 *Stante conuentione partis citatio nõ requiritur. nume.381.*

335 *Dum*

335 *Dum iudex interdicit administrationem bonorum furioso, citatio omittitur. Declara. nu. 336.*

337 *In examinatione mulieris in domo sua partis citatio an exigatur. Declara. 338. 339. 340.*

344 *In examinandis testibus in causa naufragij citatio non requiritur. nu. 345.*

346 *Consuetudo dum probatur, an citatio requiratur. Declara. nu. 347. 348.*

348 *Noui operis nunciationem an citatio comitetur. nu. 349.*

350 *Iudex an citet vbi videt notorie defensionem non competere. 351.*

352 *Casus non requirentes cognitionem, nec requirunt citationem.*

354 *In examinatione testium fide dignorum, & omni exceptione maiorum an requiratur citatio. num. 355.*

356 *Testes examinatos dum pro sua informatione vellet iudex interrogare, citatio non exigitur.*

357 *Examinandi dum sunt testes in alieno loco, qui deputatus est, cum die examinis, & commissione, non est necessaria alia citatio.*

359 *Notorie intrusus in beneficio sine citatione, & vocatione spoliatur.*

363 *Citatio necessaria nõ est Fisci, dum pro ipso prolata est sententia.*

364 *Sententia quæ profertur pro accusatore in criminalibus citationem non exigit.*

365 *Cum appellatum est a decreto interlocutorio vlterius citatio non requiritur. nu. 366. 367.*

368 *Testes absque citatione recipiuntur in crimine hæresis. 369. 370. 371. 372. 373. 374.*

374 *Testes in crimine hæresis recipiuntur per episcopum, vel inquisitorem corã Notario, & duobus religiosis, vel honestis personis.*

375 *Cum declarat ille, cui a testatore fuit dictum, quod credatur, absque citatione ille relationem facere poterit.*

376 *Pro iustificatione a statuto tradita pro aliquo actu gesto, probanda citatio non requiritur.*

377 *Iudex quando monuit aliquem, vt positionibus responderet, qui iussus, & monitus, non respondendo cõtumax factus, potest absque citatione illum pro confesso declarare. nu. 378.*

379 *Dum vocandus quis est, & venia requiritur, citatio non est necessaria in istis præambulis.*

380 *Casus, in quibus lex, vel statutum non vult plenam probationem, sed vult solis articulis, & argumentis credi, tunc citatio non est necessaria.*

381 *Si partes iudici licentiã dederint vt omnes, & singulos actus faceret absque citatione, etiam in inclusa sententia, tunc omnia facere potest sine citatione.*

382 *Arbitri prorogantes compromissum non citant partes.*

383 *Vbi iudex ex suo officio procedere potest citatio partis non est necessaria.*

384 *Sine partis citatione iudex declarat articulos pertinentes, vel impertinentes.*

385 *Insinuatio donationis partis citationẽ non exigit.*

387 *Vbi est consuetudo, & stylus quod in aliquo actu nõ interueniat citatio, tunc omittenda erit.*

389 *In alienatione iuris sui, citatio alicuius non requiritur.*

390 *Spoliatus volens probare per iuramentum suum, nõ requiritur citatio.*

391 *Contra contumacem condemnatum ad expensas, non exigitur citatio.*

392 *In expensarum taxatione non est necessaria citatio. nu. 393. 394.*

395 *Citatio non exigitur in eo, qui se occultat, ne citatio ad ipsum perueniat.*

396 *Vbi sumus in adiudicatione pœnę contumaciæ prædentis, aliqua citatio non exigitur.*

398 *Scandalum vbi per iudicem timetur absque citatione prouidere poterit.*

399 *Ob vasalli potentiam, & moræ periculum potest absque citatione feudum occupari.*

400 *Sententia contra carceratum qui aufugit, proferri potest absque citatione.*

401 *Iudex vbi interponit suam authoritatẽ citatio noni requiritur. nu. 402. 403.*

404 *Cum iudex reuocat ea, quæ de facto fecerat citatio non est necessaria. nu. 405.*

406 *Sine citatione exequutor sententiæ compellit condemnatum ad soluendum seruata forma sententiæ.*

409 *Confirmatio sententiæ sine partis citatione fieri potest.*

410 *Cum confertur beneficium partis alicuius citatio non exigitur.*

412 *Patronus præsentans rectorẽ in iure patronatus neminem citare debet.*

413 *Emphyteota, qui cecidit in commissum, non citato, Dominus potest concedere emphyteosim alteri.*

414 *Cum renouatur scriptura antiqua originalis ob vetustatem, nulla citatio interuenire debet.*

415 *Sine citatione ex pacto capi potest possessio.*

416 *In causis, in quibus iudicy figura non exigitur, an citatio interuenire debeat. Declara. nu. 417. 418. 419. 420.*

421 *Pars citanda non est, vbi papa vult moderare, vel limitare pensionem, & sic ordinarius in casu sibi permisso.*

422 *Sine citatione, peremptа instantia Princeps insufflat liti spiritum vitæ.*

423 *Actus faciẽdus in termino statuto, & assignato, absque citatione fieri potest.*

424 *Citatio non requiritur in alienationibus, quas faciunt testamentorum exequutores.*

425 *Iudex laicus ob delictum tenẽs carceratum clericum ad partis instantiam, dum de clericatu, vult docere, sine citatione partis id facit.*

426 *Qui primo citatus est personaliter, an alijs vicibus citandus sit. num. 427.*

428 *Dum tutor subrogatur in loco contutoris contutor citari non debet.*

429 *Domini præsentia non requiritur, quando vniuersitas congregatur pro imponenda collecta pro soluendis debitis communitatis.*

430 *Vniuersitas congregatur cum licentia officialis. num.431.*

432 *Creditor qui intentat hypothecariam actionem cõtra tertios possessores sine citatione debitoris prosequi potest, citando solos possessores. num.433.*

434 *Ad obtinendam dispensationem, ac meram gratiam citatione opus non est.*

435 *Prorogatio fatalium per uiam Innocẽtianæ non est necessaria citatio.*

436 *Associatio familiæ absque citatione ad capiendam possessionem, conceditur.*

437 *Ordinarius facit permutationem beneficij cum iure patronatus, non citato patrono, sed illo spreto, & permutatio valebit.*

438 *Dominus sine emphyteotæ citatione declarat caducitatem, in quam cecidit ex causa ipse emphyteota. nu.439.*

440 *Parte non citata declarari potest nullitas de defectu iurisdictionis.*

441 *Laudum, quod vltima die termini profertur ab arbitris citatione non eget.*

442 *Compromisso facto, quod arbitri procederent etiam partibus absentibus, citatio ad proferẽdam sententiam, siue laudum non procedit.*

443 *Dominus officium iudicis intentans petit familiam pro expellendo emphyteota, non exigitur citatio.*

444 *Princeps, qui vult vti plenitudine potestatis, non exigit citationem.*

445 *Testis qui fecit dictum obscurum, si vult illud declarare, id sine partis citatione facere potest.*

446 *Iudex facto alicui præcepto quod litem contestaretur, qui ipsa non contestata discessit, procedet ad primum decretum eo non citato.*

447 *Officialis curiæ non citatus condemnari potest. Declarat num.448.*

449 *Commissio facta Auditori, cum clausula, si inueneris, non citata parte testes recipiet.*

450 *Testis citatus ab vna parte, poterit sine citatione ab altera parte examinari. Declara. num.451.*

452 *Causa per appellationem deuoluta, tres vel quatuor citationes, quæ per Audientiam fieri solent, non requiruntur.*

Deuolutio vim habet citationis.

453 *Compulsoria ad præducenda instrumenta, vel quid simile, sine partis citatione decernitur.*

454 *Citata parte vigore commissionis cum clausula sola veritate inspecta, deinceps absque alia citatione procedi potest.*

455 *Decreto prolato, quod vigore pacti faciat retrouenditionem, & ille sit renitens. sine alia citatione cõceditur associatio ad capiendam possessionem.*

456 *Quando princeps dicit, quod se informet, & referat non requiritur citatio.*

457 *Salarium Aduocati, & procuratoris taxatur absq; citatione.*

458 *In captione pignorum, & subhastatione, citatio non est necessaria. Declara. num.459.460.*

461 *Testamentum cum declaratur inofficiosum legatarii non citantur.*

462 *Papa Oeconomum ipso non citato reuocare potest.*

463 *Iudex mandans aliquem personaliter citari, non dicitur illum grauare.*

464 *Auditor nisi specialiter hoc ei committatur non potest reum personaliter citari facere*

465 *Citatio quod talis compareat coram tali, vel tali iudice ex pluribus, non valet.*

466 *Senes, octogenarii, & valetudinarii equitare non valentes citati, excusantur, & iudex mittit ad eos examinandos. num.467.*

468 *Citatio facienda est seruata forma commissionis.*

469 *Citatio facta contra reum, qui postea moritur, non operatur contra alium loco rei mortui subrogatum.*

470 *Citatione expedita ad partes, etiam non reuersa iudex procedit cum procuratore citati habente speciale mandatum.*

471 *Citatus successiue in diuersis terminis sine comminatione, potest in vltimo termino opponere quod poterat opponere in primo.*

472 *Citatus super libello criminali ciuiliter intentato cogitur comparere, & libello respondere.*

473 *Citatio expedita contra interesse prætendentes, nõ tenetur illos specificare.*

474 *Iurisdictio delegati citatione perpetuatur. Declara. num.475.476.*

477 *Citatus pro delicto, vt compareat, alias habeatur pro confesso, non potest pro vna contumacia pro confesso haberi.*

478 *Litigante mortuo, superseditur in lite, donec mortui hæres citetur.*

479 *Promittens aliquid soluere tempore statuto, alias citetur in tali loco, conuentio valida est, & in illo loco citari potest. Declara. num.480.481.*

482 *Quando est facta citatio ad omnes, & singulos actus vsque ad sententiam inclusiue, non requiritur alia citatio. Declara. num.483.*

484 *Per solam citationem res non dicitur esse integra.*

485 *Citatus ad instantiam falsi procuratoris, absoluendus est ab obseruatione iudicii, & procurator debet ad expensas condemnari.*

486 *Citatio nulliter executa, per comparitionem citati validatur.*

487 *Citandus est personaliter per contradictas, alias contradictæ locum non habent.*

488 *Statuto dicente quod citatus non veniens ponatur in banno, de quo non exeat, donec soluerit condemnationem, positus in banno, & condemnatus ad certam pœnam, si ille vult stare in banno, fiscus non potest pœnam exigere.*

489 *Bannito mortuo in banno, executio non fit contra hæredes.*

490 *Citatus ad videndum iurare testes, non tenetur venire nisi vltima die, quia debet esse contumax. nu. 491.*

491 *Intellectus ritus. 143. Magnæ Curiæ Vicariæ.*

492 *Comminatio iudicis de sententiando in absentia citati, habet vim peremptoriæ citationis.*

493 *Stan-*

493 *Stante ſtatuto, quod pater teneatur pro filio, in proceſſu filij delinquentis pater citari debet. Declara.* 494.

495 *Citatio dicitur nulliter exequuta, ſi non eſt ſeruata forma commiſſionis.*

496 *Decanus, & quidam exequutores pro capitulo citati, ipſo capitulo non comparente, decanus, & executores excommunicari nequeunt, alias appellare poterunt.*

497 *In mandato de ſuperſedendo in cauſa citatio non requiritur.*

498 *Citatus tarde iter arripiens, ob impedimentum ſuperueniens an excuſetur.*

499 *Citati moroſi, & tarde comparentes apud Saxones mulcta puniuntur.*

500 *Citatus impeditus impedimento quo non poteſt cõparere relatione nuncij de legitimo impedimẽto excuſabitur. Declara num.* 501.

502 *Vbi agitur de priuatione beneficij debet beneficiatus perſonaliter citari.*

503 *Citatio veſpertina, vel nocturna intempeſtiue facta non valet.*

504 *Citationem princeps an tollere poſſit?*

505 *Citato dicenti ſe non fuiſſe citatum, an nuncio contrarium dicenti credatur?*

509 *Citatio ſine die, an valeat?*

507 *Citatio, ſi ſua putauerit intereſſe eſt voluntaria, & non arctat. Declara num.* 508.

509 *Citatio, niſi in ea contumacia accuſabitur, effectũ aliquem non operabitur.*

510 *Sola citatione præſcriptio non interrumpitur. Declara. num.* 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519.

520 *Citatus impeditus, impedimento ceſſante comparere tenetur.*

521 *Ante relationem nuncij citantis ad ſententiam, ſi proferatur nulla eſt.*

522 *Citatio generalis iudicis temporalis clericum non arctat.*

523 *Citatio operatur cauſæ deuolutionem Declara. nume.* 524.

525 *Qui in carcere eſt, poteſt citari domi ad ſententiam.*

526 *Citationis copia, an citato dari debeat. Declara. nume.* 527.

528 *Infans ſeptennio minet citari non poteſt, ſed tutor, & ſi non habet tutorem, citandi ſunt agnati, & cognati.*

529 *Citatus primo ad cauſam, ſi amplius citetur ſunt de Vrbanitate, non de neceſſitate, & ideo ſi omittantur, non vitiat, nec nocebit.*

530 *Perſonalis citatio requiritur ad declarationem ob non paritionem mandatorum, & literarum exequutorialium ſufficit tamen ſi publicentur in domo, vel affigantur ibi literæ, vel in eccleſia. Declara. num.* 531. 532.

533 *Si non citabitur pars ad opponendum inſtrumento ſigillato, vel authentico, ſententia non valebit.*

534 *Citatio non præſumitur, quæ in ſententia non nominatur.*

535 *Sententia prolata præſumitur parte inſtante, quando præceſſit ſententia.*

536 *Facta citatione, ſiue monitione ad dicẽdum, & ad ſententiam, literæ ſtatus ſibi locum non vendicat.*

537 *Citatus notitiam habens citationis in cauſa graui, non mittit excuſatorem, nec procuratorem, quia in exceptione voluntaria excuſator non admittitur, nec procurator. nu.* 538.

538 *Hiſtoria cauſæ Henrici Octaui Angliæ Regis cum Regia Catherina eius vxore intuitu Annæ Bolenæ pellicis, remiſſiue.*

539 *Citandus perquiſitus non inuentus de perſona, non domi, non in Regno, Rex licentiã impartitur, quod citetur in loco publico voce tubæ.*

540 *Confeſſio propria, quod quis fuit citatus, probat citatus notitiam habuiſſe.*

541 *In loco beneficii cetrouerſi, & litigias ſi quis citari non debet.*

542 *Citatio, quod quis veniat reſponſurus, ſuper his, de quibus interrogabitur, tanquam generalis, & incerta, non valet.*

543 *Iudex eccleſiaſticus in citatione debet partis petitionem inſerere.*

544 *Citatio eſt bona quæ eſt exequuta in partibus, notificata procuratori appellati, nolenti copiam, ſed dixit quod notificaretur principali.*

545 *Citatio ad dicendum contra commiſſionem firmat iuriſdictionem.*

546 *Citatus coram vno iudice, & poſtmodũ pro eadem cauſa citatus coram ſecundo, cauſa remitti debet ad primum.*

547 *Litis pendentia per citationem inducitur. Declara nu.* 554. 556. 557.

548 *Citatus eodem die coram epiſcopo, & coram Rege, debet coram Rege comparere. Declara. nu.* 549.

549 *Citatus a Papa, & a Rege, debet comparere coram Papa.*

550 *Opus authoris, de Pontificia vtriuſque gladii poteſtate, datum Paulo Quinto Pontifici Maximo, manu ſcriptum.*

551 *Teſtes iurare iuſſi die aſſignata, quæ eſt feriata, quando iurare debeant. Declara. num.* 552. 553.

555 *Citatio, ad hoc vt inducat litis pendentiam, quid continere debeat? nu.* 556. 557.

558 *Citationem ad informandũ in criminalibus, quid debet præcedere in Regno Neapolitano. Declara nu.* 559.

560 *Citatio ad informandũ, an inducat præuentionem.*

561 *Clericus citatus tanquam laicus, differens ſui ordinis Bullas præſentare, ad expenſas condemnatur.*

562 *In loco feudi citari poteſt feudi. Dominus.*

563 *Feriato die citatus comparere non tenetur.*

564 *Aprutini citati æſtiuo tempore in Tribunalibus Regiis Neapoli reſidentibus ob aeris mutationem cõparere non tenetur.*

565 *Citatio per edictum iudici laico dat extraordinariam iariſdictionem etiam inter clericos.*

566 *Citatio ſuperioritatem denotat, & ſuperior illam exequitur non requiſitis inferioribus.*

TITVLVS XLIIII.

De Citatione.

CItatio iuris naturalis est, & diuini, habuit enim ortum in Paradiso, dum DEVS
1 omnipotens † citauit Adam, dum *Genes. cap.* 3. dicitur, Vocauitque Dominus DEVS Adam, & dixit ei, vbi es? Abscondit enim se Adamus post peccatum a DEI facie, sed eius vocatu in publicũ extrahitur. Non enim ignotum Domino erat, vbi esset, Dicendo autem vbi es? dicit Ambrosius *in lib. de Paradiso. c.* 14. Nõ locũ quærit, qui nouit arcanum, neq; enim DEVS
2 clausos † oculos habebat, vt non videret latẽtem. Voluit enim sua misericordia, ne indefensus periret illum citare, in quo notabile est, voluisse primũ hominem sistere ante Tribunal, & iudicium DEI, vt qui DEVM non coluerat, vt patrem, vt iudicem, ac vindicem experiretur; Hæc sunt prima citationum primordia, a iure diuino proficiscentia,
3 vt annotauit † *Masuer. in pract. titul. de Adiornamentis. num.* 2. Et iuris esse naturalis appellauit illam Summus Põtifex *in Clem. Pastoralis. §. ceterũ. de re iudicata. Thom. Grammat. post decisiones in consil.* 1. *nu.* 8. *Matth. de Afflict. in decis. Neapol.* 245. *sub num.* 10. *& in decis.* 361. *num.* 38. *Francisc. Marc. in decis. Delphin.* 661. *nu.* 10. *vol.* 1. *Dixi plene de compromiss. §.* 2. *glo.* 4. *num.* 32. *cum sequent. & ex Aristotele. lib.* 1. *Rhet. cap.* 16. *& Moralium Nicomach. lib.* 5. *c.* 11. *Dixi in eodem libro de compromiss. §.* 4. *gl.* 4. *nu.* 2. *Et iterũ dixi ad Bellug. in Spec. Princip. rubr.* 11. *§. Restat exemplis. in verb. citari. quæ mea dicta magni facit Petr. Cened. Collectan. Iuris Canonici part.* 2. *collectan.* 94. *num.* 3. *vbi multos ad hunc effectum allegat. Superaddas And. Gail. practicar. obseruat. lib.* 1. *obseruation.* 75. *num.* 9. *Ioan. Baptista Baiard. in pract. crim. q.* 31. *nu.* 9. *Barnabã Cornazzan. in deci. Lucens.* 13. *nu.* 3. *Francisc. Sarmien. Selectar.*
4 *interpretat. lib.* 2. *cap.* 14. *sub num.* 7. (Qui dicit, ridiculum esse, quod ex illa vocatione Adami, dicatur citationis inuentionem esse de iure diuino, vnde ipse dicit, debere appellari de iure naturali non est hic locus aptus, vt illi respondeam, qui magis ridicule hoc dixit, cum non considerauerit, ius diui
5 num ante fuisse, † quam professum ius naturale, quod ego alibi diffusius tracto, concludoque ius naturale nil aliud esse, nisi diuinum ius, in commentarijs de Magistratuum edictis *lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 11. *cum pluribus seq.* ibi videre poterit meas, quas reddo rationes, licet tum non vidissem hunc Sarmenti lo-
6 cũ.) Iuris diuini, & naturalis asseruit illam † *Iacob. Menoch de Arbitrar. Iud. quæstion. lib.* 1. *q.* 17. *nu.* 5. *Gaspar Caballin. in Milleloq.* 831. *Io. Baptista Asinius in pract ciuil. §.* 1. *cap.* 1. *num.* 27. *Lancellotus Conrad. de offic. Prætor. in causis ciuilib. cap.* 1. *de citation. num.* 2. *Lelius Zanch. de priuileg. eccles. priuileg.* 98. *nu.* 7. 9. *Petr. Terminæus in processu iuris scripti. cap.* 4. *in princip. Ioan. Berberii in viatorio iuris part.* 4. *rubric.* 1. *num.* 10. *Thom. Truisan. in decis. Venet.* 68. *num.* 1. *lib.* 1. *Ludouic. Sacca in consil.* 25. *nu.* 18. *vol.* 1. *Iacob. Philipp. Port. in consil.* 25. *nu.* 25. *in consil.* 29. *nu.* 4. *in consil.* 155. *nu.* 3. *Mynsing. obseruat. 6. num.* 3. *cent.* 6. *Herman. Vulteius iurisprud. Roman. lib.* 2. *cap.* 28. *Hic Anto. Grauat. ad Vestrium lib.* 5. *cap.* 12. *nu.* 7. *Ioan. Baptist. Plot. in l. si quando num.* 83. *C. vnd vi. Blanchett. in decis. Nouiss. Rom.* 415. *num.* 2. *lib.* 1. *vol.* 1.

Ex hoc sequitur recte dixisse Doctores, iudicij
7 omnis principium citationem esse, ex quo † quicquid petatur per libellum, vel alio modo, iam notificandum est parti per citationem, omnium enim instituendarum actionum principium ab ea parte edicti proficiscitur, quia prætor edicit, de in ius vocãdo, dicit Imperator *in §. fin. inst. de pœn. temer. litig.* Ideo Speculator. *in titul. de citat. in princ.* citationem †
8 fundamentum iudiciarij ordinis appellat, quem sequitur Robertus Maranta, *in Specul. Aureo. parte* 6. *num.* 1. *& de præparatorijs iudicii illam dicit Ioan. Berber. in viator. iuris. parte* 4. *rubri.* 1. *num.* 10. Et iudicij initium *apud Ioan. Baptist. Asin. in praxi ciuil. §.* 1. *cap.* 1. *numero* 9. *Sic etiam Lancellott. Conrad. de offic. prætor. in causis ciuilib. titul. de citatione. nu.* 1. *& Petrus Gregor. Syntagmat. iuris*
9 *vniuers. lib.* 48. *cap.* 2. *num.* 1. *dicit*, primum † in iudicio actum a Vocatione incipere. *Andr. Gail. Practicar. obseruat. lib.* 1. *obseruat.* 48. *num.* 1. *Petr. Terminæus in processu iuris scripti. cap.* 4. *in princ. Lanfranc. de Orian. in rep. c. quoniam contra in verb. citationes. in princ. de Probat. Gerard. Mazzoll. in consil.* 86. *num.* 12. *vol.* 1. *Iacob. Philip. Port. in consil.* 109. *nume.* 7. *Barthol. Brunat. in Agone. cap.* 1. *num.* 1. *ex antiquis Tancredus de Corneto in compendiosa. tit. de citat. q.* 1. *nu.* 1. *Marc. Mantua Dialog. de narrat.* 14. *num.* 1. 3. *class.* 15.

Citatio, & vocatio partis, tam in ciuilibus, quam
10 † in criminalibus a iudice, vel ipso mandante fit. *l. sed & si. §. Prætor ait. ff. de in ius vocand. l. Neminem. C. de exhib. reis. §. si quis vero plures. Aut. de hæred. & Falcid. Robert. Marant. in Specul. Aureo. parte* 6. *num.* 36. *Ioan. Berber. in Viator. iuris. parte* 4. *tit.* 1. *num.* 25. *Andr. Gail. pract. Obseruat.* 48. *nu.* 6. 7. *Petr. Terminæus, in processu iuris scripti. cap.* 2. *in princ. Petrus Gregor. Syntagmat. iuris vniuers. lib.* 48. *cap.* 2. *nu.* 13. 14. 15. *Petr. Rebuff. ad constitut. Galliæ. Tom.* 3. *titul. de citation. nu.* 53. 109. 110. *Petr. Foller. in pract. crimin. in verb. vel eos verbaliter. num.* 4. *Gerard. Mazzoll. in consil.* 86. *num.* 12. *vol.* 1. *Herman. Vulteius iurisprudent. Roman. lib.* 2. *cap.* 28. *Hieron. Treutler. Disputat select. lib.* 1. *disputat.* 4. *Thesi.* 4. *Dethard. Horst. in Synopsi. Thesium. parte* 1. *titul.* 4. *num.* 1. *Conrad. de offic. præt. tit. de citat. nu.* 5. *Guid. Pap. in decision.* 627. *num.* 4.

Amplia primo non solum citare posse † iudicem
11 ordinarium, sed etiam iudicem delegatum. *l. Sancimus. C. de iudic. vbi Cald. num.* 3. *Specul. in titul. de citation. §. sequitur. num.* 6. 7. *post Francisc. Purpurat. in l.* 2. *ff. de iurisd. omn. iudic. Petr. Rebuff. ad constit. Galliæ. Tomo* 3. *titul. de citation. in præfat. num.* 57. *Ma-*

Marant.in Specul.Aur.parte 6.in verb. Citatio. nu. 36.Hierony.Treutler.diſputat.Selectar.lib.1.diſput. 4.Theſi.5.

Licet ex multis dicat requiri,quod iudex delegatus præſentet originale. *Ioan.Vincent.de Anna.in alleg.24 nu.4.* Tamen communis opinio eſt, quam ſtatim dicam.

12 Declara hanc ampliationem, dummodo † citatio,quæ fit per delegatum, fiat cum inſerto tenore ſuę delegationis,alias ſibi non creditur,niſi doceat de ſua commiſſione, vel copiam faciat. *c.cum in ture.vbi Panor.& Felin.de offic.delegat. c præterea.de dilat.Tancred.de Corneto in compendioſa.titul.de citat.q.12.num.2. Guid.Pap.in deciſ.Gratianop.286. num.4.in deciſ.455.num.2. in deciſ.450. in fin. Robert.Marant.in Specul.Aureo.diſtinct. Quinta.nu. 47.Cardin.Paris.in conſil.120.num.5. vol.4. Andr. Gail.practic.obſer.lib.1.obſer.48.num.17. Hierony. Treutler.diſput.Select.lib.1.diſput.4.Theſi.5.Ioan. Baptiſt.Aſin.in pract.ciuil.§.5.cap.2.num.5.Cyrill. Fulgeon.in Summul. Crimin parte 1.titul.de exhibend.reis.§.2.num.2.Franciſc.Marc.in deciſ.Delp. 1159.num.1.vol.1.Alciat.in Praxi.titul.de Ratione citationis.verſic.ſexto.Marant.in Specul. Aureo. parte 6.verb.citatio nu.62.*

Amplia ſecundo etiam per iudicem Pedaneum
13 & per Arbitrum.*l.ſed interpellatur.* † §. *Arbiter.ff. de Arbitris. Rebuff. in loco allegato. numero 63. Et per Specul.in titul.de citat.§.ſequitur.num.13.verſic.Et nota.Brunat.in* Agone *cap. 3. de compet. iudicis.nu.1.*

Declara hanc ampliationem, quod arbiter citat
14 partem,non autem poteſt citare teſtes, † neque arbitrator id facere poteſt *Bald.in l.1.num. 10. C.de Arbitr. & ex Lanfranc.in tract.de Arbitror.fol.1. ſcripſi ego de compromiſſ.§.4.gloſſ.4.nu.5. & ex Baptiſta de Sancto Blaſio in tract. de arbitris, & arbitrat.q.43.* Quia arbitrator nullā citationem facere poteſt.

Amplia tertio etiam ipſum iudicem poſſe citare
15 ac voce monere,& habebit † vim peremptorij *l.2. C.quomod.& quand.iud.* Antonius Corſetus *in Singul.Citatio.ſi nũcius.& Mattheſilan.in Notab. 131. incip.Nota ſingulare dictũ. Quos refert, & ſequitur Petr.Rebuff.ad conſtit.Galliæ.Tomo.3.titul.de Citation.in præfation.num. 53.* Vbi dicit *ex Bald. & Iacobin.de Sanct. Georg. in l. Et poſt edictum. ff. de iudic.* quod fatuus eſt iudex,qui habet partem,vel teſtem in conſpectu ſuo,& iubet nuncio, vt illum
16 † citet. *Petr. Gregorius Syntagmat. iuris vniuerſ. lib.48.cap.2.ſub nu.18. Rob.* Marant.*in Specul.Aur. parte 6.in verb.citatio.nu.43.Bernard. Pãdus de exeq.inſtr. parte 4.declar. 2.nu.10.Iafred.Lanfran. Balbus.in deciſ.188.incip.comminatio.*

Amplia quarto poſſe citare per nuncium,vel via
17 torem † publicum.*arg.l.is cui.§.miſſus.ff.vt in poſſeſſ.legator.l. properandum.§.Et ſi quidem C. de iudic.* Vt ſunt publici, velut Porterij Sacri Conſilij, & Regiæ Cameræ Summariæ in hoc Regno Neapolitano. Quinimo etiam per Nuncium priuatum habẽtem ſignum, vel ſigillum, aut annulũ iudicis. *gloſſ.in c.ſignificauit,de appellat.Hyppolit.de Marſilijs in l.de vnoquoque.num.198.ff. de re iudic. Ioannes de Lopez de Palatios Rubios.in rep.c.per veſtras. Notab.1.de donat.int.vir.& vxor.Petrus Rebuff. in loco ſupra allegato. nu.65. cum duobus ſeq.* Vt ſunt
18 Nuncii, & apparitores Magnæ Curiæ, † Vicariæ, qui portant Virgam cum ſigillo armorum Regiarum.*Treutler.diſput.Select.lib.1.diſput.4.Theſi.4. Dethardus Horſti.in Synopſi Theſium parte 1. tit. 4.nu.1.Ioan.Mohedan.in deciſ.Nouiſſ.Rom.15.lib.1. vol.3.& in deciſ.36.lib.2.vol.3.*

19 Amplia quinto, etiam per Notarium, ſiue † Actuarium citari poteſt *Specul. in dicto titul. de citation.§.ſequitur.nu.2. Hyppolit.de Marſil. in dicta l. de vnoquoque.num 194.ff.de re iudic.Rebuff.in loco allegato.num.70. Foller. in pract. crimin.§. uel eos uerbaliter citari. num.20.Marant.in Specul. Aureo parte 6.titul.de citat.nu.42.*

20 Nomen iudicis in ſuper continere debet † citatio,vt videat citandus,an a competenti iudice citetur,vel ab ordinario,aut a delegato,de qua incompetentia loquiturr.*Matth.de Afflict.in deciſ.Neapol.2.num.5. Andr.Gail.Practicar.obſeruat.lib.1.obſeruat.48.num.6.7.Petr. Foller.in pract.crimin.§. vel eos verbaliter citari faciat.nu.4. Herman.Vulteius de iuriſprudentia Roman.lib.2.cap.28.Hieronymus Treutlerus diſputat.Selectar.lib.1.diſput.4. Theſi.3.Lancellot.Conrad.de offic.prætor.in cauſ.ciuilib. titul.de citation.num.3.* AEgid. *Bellemer.in deciſ. 475.num.1.Afflict.in conſt.Regni.edictorum.Notab. 8.& in conſtit.Dilationes.notab.8.ſequitur Bernardon.Paudus de exeq. inſtr.parte quarta declarat. 2. num.5.*

Citatio debet fieri facie,ad faciem (quã de perſona ſiue perſonaliter dicimus in hoc Regno) vel
21 † ad domũ.*l.ſcire oportet.§.qui autẽ.ff.de excuſ. tutor.l.4.§.prætor ait.vbi Bar.nu.2.ff.de dam.inf. Pet. Benintend.in deciſ.Bononienſ.57.numero 1.2.Paul. AEmil.Verall.in deciſ.111.num.8.lib.1.deciſ.119. num.6.7 lib.3.Lanfranc.de Orian.in c.quoniam contra.in verb. Citationes, verſ.tertio quæro. de prob. Marcell.Cardin.Creſcent.in deciſ.18.titul. de ſent. & re iud.Franciſc. Viui.in deciſion.274.numero 1. Iul.Oradin.in deciſ.Nouiſſim.Roman.12.nu.3.lib.1. vol.1.Cæſar de Graſ.in deciſ.Nouiſſim.Roman.348. numero 1.lib.1.vol.1.Petr.Rebuff.ad conſtit. Galliæ. tomo.3.titul.de citatione. articul.2. gloſſ.3. num. 1. Ioan.Petr. Surdus.in conſil.88.num.16.volum.1. Lancellott.Conrad.de offic.prætor. in cauſ.ciuilib.titul.de citat.numero ſexto Iodoc.Damhouder. in Praxi cauſar. ciuil.capitul.quinquageſimo nono,numero primo & ſecundo.Bartol.*Brunat. *in Agone. de* Modo citandi.capitul.ſecundo,numero decimo tertio. *Maſuer.in pract. titul. de Adiornam. numero decimo ſecundo.* In hoc Regno ſufficit citari perſonaliter vel domi.*per Prag.incip. Quilibet agere volens. titul.de ordin.iudic. Claudius Battandier.regul.crim.19.nu. 3.Gaſpar Caballin.Milleloq.842.Card.Creſc.in deciſ.9.de dol.& contu.*

Declara nuncium debere facere ſuum poſſe, &
22 diligentiam, ſi poſſit citandum facie † ad faciem, ſeu perſonaliter citare, & poſſe, ac diligentia factis, ſi non repererit, illum domi citare. *arg. c. 1. qui matrimonium. accuſ. poſſ.* (ibi. ſed literis tuis quæſitus nondum potuit inueniri.) *Bart. in dict. l. 4. §. Prætor ait. ff. de damn. infect. Petr. Foller. in Pract. Crim. in §. vel eos verbaliter citari. num. 28. poſt Matth. de Afflict. in conſt. Regni, citationis. litera. notab. 1. Bald. in l. meminerint. C. vnd. vi. Raphael Fulgoſ in conſil. 76. Corn. in conſil. 57. litera H. in fin. vol. 3. & in conſil. 52. litera, D. vol. 4. Ludo. Roman. in conſil. 454. num. 4. Panor. in conſil. 84. num. 1. vol. 2. Ioan. Mohedan. in deci. 165. in fin. Franciſc. Burſat. in conſil. 73. num. 25. 26. in conſil. 64. num. 60. vol. 1. Ioan. Bapt. Aſinius in prac. ciuil. §. 6. c. 1. nu. 4. 9. Brunatius. c. 2. de modo citandi. nu. 13. Maſuer. in prac. tit. de Adiornam. nu. 11. 12. Gaſpar Caball. in* Milleloq. 843. *Franciſ. Turzan. comm. opi. 131. ante eos. Tancred. de Corneto in compendioſa. titul. de citationibus q. 2. Cardinal. Creſcent. in deciſ. 7. tit. de dol. & cont.*

Declara ſecundo, nuncium, ſiue apparitorem
23 citandum in loco ſolito habitationis, non autē † in apotheca, vel alibi, ſed quod locus ille ita ſit, vt vero ſimiliter citatus notitiam citationis habere poſſit, puta quia vxor, aliaue perſona domus ſciuerit. *Guid. Papæ in deciſ. Gratianop. 445. nu. 1. Ioachim. Mynſing. Centur. 2. obſer. 69. in fin. & optime. Cent. 3. obſeruat. 37. Andr. Gail. pract. obſer. lib. 1. obſer. 54. Herman. Vulteius de iuriſprudent. Roman. lib. 2. c. 28. verſic. ſecundum eſt executio. Marant. in Specul. Aur. parte 6. titul. de citat. num. 36. 102.* ſi tamen do
24 mus, in † qua habitet eſt cōductitia poteſt ibidem citari. *Aſinius in pract. ciuil. §. 6. c. 4. nu. 2.* & ſit ſolitæ habitationis tempore citationis. *Verall. in deciſ. 117. nu. 2. lib. 1.*

25 Declara tertio, citati nomen, & cognomen † certum eſſe debere, *argum. l ſignificauit. 34. cap. ſignificauit. 36. extra de reſcript. c. 2. de reſcript. in 6. l. certum. ff. ſi cert. petat. Robert. Marant. in Specul. Aur. parte 6. titul de citation. num. 52. Andr. Gail. pract. obſer. lib. 1. obſer. 49. num. 4. Herman. Vulteius iuriſprudent. Roman. lib. 2. c. 28. verſic. ſecundum eſt nomen. Treutlerus Diſput. Selectar. lib. 1. Diſputat. 4. Theſi. 3. Cyrillus Fulgeonius in Summula Crimin. parte 1. tit. de exhib. reis. §. 2. nu. 1.*

Declara quarto vniuerſitatem ciuitatis, vel ter-
26 ræ citari poſſe per proclama, vel per † edictum, (de quibus ſtatim dicemus) affixum in loco in quo ſolet congregari, & ſi portæ clauderentur, quo minus apparitor vel nuncius ingredi valeat, affigendum in porta, & ſi locus accedendi ad portam tutus non fuerit, affigetur in loco, vel ciuitate vicina in valuis eccleſiæ illius loci, vel ciuitatis vicinæ, vt ex *Bald. in l. etiam. C. de execut. rei iudica.* Vel legendum eſt edictum, ſiue citatio publice in loco publico. *ex Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verb. citatum. & alijs voluit Robert. Marant. in Specul. Aur. parte 6. tit. de citat. nu. 75. Nicol. Loſæus de iure vniuerſ. par. 2. c. 1. nu. 63. And. Gail pract. obſer. lib. 1. obſeru. 49. Treutl. diſput. Selectar. lib. 1. diſput. 4. Theſi. 2. Cyrill. Fulgeon. in Summul. crim. par. 1. titul. de exhib. reis. §. 2. num. 3. Iafred. Lanfranc. Balhus. in deciſ. 18. in deciſ. 156. lib. 2.*

27 Sed non defuerunt, qui teneant, † ſufficere ciuitatē, & vniuerſitatem citari eius nomine eius Syndicum. *arg. l. omnes. §. hoc nihilominus. vbi Bald. nu. 8. C. de epiſcop. & cleric. Guid. Pap. in deciſ. Gratiano. 321. ſub nu. 2. quem refert, & ſequitur Nicol. Loſæus de iure vniuerſitatis. parte 2. cap. 1. ſub num. 63. & eſt de mente Iodoci Damhouderij in Praxi cauſar. ciuil. cap. 59. numero* 24. In hoc Regno obſeruant
28 hoc idem, † vt Syndici, & electi citentur, & pro maiori cautela, notificatio eiuſdem citationis fieri ſolet in plateis publicis vniuerſitatum, & ideo prouiſum eſt, quod quando vniuerſitas eſt pro cauſa criminali citanda, poteſt eius nomine per Syndicum comparere, *per conſt. Regni. incip. Generalia iura. de hoc plene plures allegans. Petr. Foller. in pract. crim. vel eos verbaliter. num. 23. 24. tenet idem,* poſſe vni
29 uerſitatem † citari per Syndicum, qui illam repræſentat, vt voluit *Bartol. in l. 1. num. 3. C. de iure Reipublic. lib. 11. quanquam Marian. Socin. Senior. in tract. citation. articul. 17. teneat,* Vniuerſitatem cita
30 ri oportere Arrengo, vel † alio loco deputato ad congregandum. Quem ſequitur *Hierony. Cagnol. in l. non poteſt dolo carere. 160. ff. de regul. iur.* Hinc ipſe ait ad euitandas opiniones prædictas in literis iuſtitiæ Principis Sabaudi, ſolere poni ſalutarem clauſulam, Decernentes citationem faciendam in perſona vnius ex conſulibus, vel Syndicis loci pe-
31 rinde † valere, ac ſi vniuerſitas ipſa citata foret. non dubium eſt eſſe cautelam optimam, non tamen eſt dubij ſolutio. *Adde Ioan. Berber. in viator. iuris. parte quarta titul. primo. numero* 53. *Cyrill. Fulgeon. in Summul. crimin. parte prima, titul. de exhib. reis. §. 2. numero 3. Maſuer. in Praxi. titul. de Adiornam. nu. 20. 21. Bene Cardin. Paleott. in deciſion. Nouiſſi. Rom. 715. nu. 1. 2. lib. 3. vol. 3. Guid. Papæ in deciſ. Gratianop. 321. nu. 1.*

32 Declara quinto citationē continere † debere nomen illius, ad cuius inſtantiam emanat citatio. *argum. cap. fin. extra de reſcript. Sebaſtian. Vantius de Nullitat. ex defect. citation. numero* 49. *& ex l. fin. ibi (poſtulantem). ff. de bonis auth. iud. poſſid. l. ad perēptorium. ibi (vt primo quis petat). ff. de iudic. l. accuſatoribus. vbi Bald. numero* 13. *C. de accuſ. voluit Andr. Gail. lib. 1. obſer. 50. num. tertio & quarto Herman. Vulteius de iuris prudentia Roman. lib. 2. cap. 28. verſic. Tertium eſt nomen. Hierony. Treutle. Diſputat. Select. lib. 1. Diſputat. 4. Theſi. 3. Marſil. in l. de vnoquoque. numero* 134. *ff. de re iud.* Cum
33 non teneatur iudex in ciuilibus † impartiri officium ſuum non petenti *l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect. Vendelinus Schellinch. action. & except. Forenſ. titul. de except. non tuti loci. verſic. citatio ad inſtantiam fol. 419.*

Subintellige tamen, quod in criminalibus, & in
34 cauſis, in quibus ex officio iudex procedit, † non ſolū, nō eſt de ſubſtātia, ſed dēt ablq; partis inſtātia

ob

ob publicam vtilitatem citare. *Felin. in c. 1. num. 2. de iudic. Barth. Socin. in regul. 200. Andr. Gail. lib. 1. obſeruat. 50. in fin. Vulteius iuriſprud. Roman lib. 2. cap. 28.* Et in Regno inſtante, vel non inſtante parte citationes in cauſis criminalibus expediuntur,
35 † & firmantur per iudices, vt conſtituit etiam Carolus Quintus. *in prag. 2. incip. quoniã hucuſque titul. de Citationib. Quod voluit Marc. Anton. Blanc. de iudicijs. nu. 334. ſequitur Ioan. Baptiſt. Villalob. §. citand. nu. 55. Iul. Clar. in pract. crim. q. 31. nu. 4.*

36 Subintellige ſecundo citationem præſertim † in ciuilibus cauſis eſſe factam ad partis inſtantiam, tũ quia ſic fieri ſolent, tum etiam quia in his faciendis currit impenſa, nec fieret alio ſumptus faciente pro parte. Ita declara Cardinalem Puteum *in deciſ. 132. lib. 1. & in deciſ. 212. lib. 2.* vbi corrupta eſt litera, & ab eo allegata. Faciũt notata *per Alex. in l. cum ſeruus. 104. num. 4. & ibi Zaſ. nu. 10. ff. de verb.*
37 *oblig.* Dum dicunt expenſas præſumi factas † ab illo, qui facere debebat.

Declara ſexto, citationem continere oportere
38 cauſam, ob quam † citatur. *Mynſing. Centur. 5. obſeruat. 85. Andr. Gail. lib. 1. obſeruat. 51. num. 1. cum pluribus ſequentib. Herman. Vulte. iuris prudent. Roman. lib. 2. cap. 28. Treutler. Diſputat. Selectar. lib. 1. diſputat. 4. Theſi. 3. Petr. Foller. in Pract. Crim. §. vel eos verbaliter citari faciat. num. 2. Gaſpar Caballin. in Milleloq. 647. ante eos bene Tancredus de Corneto in compendioſa. titul. de citationib. q. 3. Franciſc. Viui. in deciſ. 274. num. 9.*

Subintellige in ciuilibus, vel in citatione inſerendum fore libellum, quod non eſt neceſſe, ſed eſ-
39 ſet † pro maiori cautela, cum cauſam in genere exprimere ſufficiat, explicite tamen, vt vtimur in hoc Regno, in quo libellus primo proceditur, in quo pars petit, quod ſibi deberi aſſerit, ſuper quo in calce, vel cum ipſius inſertione fit citatio partis, quod conuentus veniat ad dicendum, opponendum, & allegandum, quicquid dicere, opponere, & allegare voluerit aduerſus petita, ex quibus pars valeat deliberare, an velit cedere, vel contendere. *vt in Prag. Regis Ferdinandi incip. Diſpendia litiũ. tit. de ordine iudiciorũ.* Sufficit enim, vt ibi, talis qualis petitio, & cauſa, ex qua pars valeat reſpondere nã de
40 iure communi † etiam ſine cauſa citatio in ciuilibus procedit, *vt voluit Matth. de Afflict. in deciſ. Neap. 294. num. 2. Ioachim. Mynſinger. Centur. 5. obſeruat. 85. Andr. Gail. de Pace public. lib. 2. cap. 7. nu. 4. Vulteius iuriſprudent. Romanor. lib. 2. cap. 28. verſicul.*
510 Prescriptio sola † citatione non interrumpitur, *l. cum notissimi. in princ. & §. imo. C. de præscript. trigint. ann. Guido Pap. in decision. Gratianop. 416. num. 3. in medio. & in decision. 488. nu. 8. Ioan. Petr. Surdus in decision. Mantuan. 5. num. 2.*

511 Declara primo † supradictam conclusionem procedere, quando tantummodo citatio sola fuerit expedita, tamen quando fuerit ordinata per iudicem, parti intimata, & transmissa, atque executa, tunc sine dubio præscriptio interrumpitur per eam. *Ita Guido Pape in dicta decision. 516. Ioan. Francisc. Balbus in tract. præscriptionum. parte 3. sextæ partis principalis. q. 4. Ioan. Baptista Bouius de statutar. vrbis præscriptione. Gloss. 21. num. 1. & ita intelligi debent Ludouic. Gozadin. in consil. 56. nu. 12. Roland. a Vall.*

512 *in consil. 79. num. 30. vol. 1.* Dicentes † simpliciter, citationem interrumpere præscriptionem, quod sit debito modo executa. *Ludouic. Maynus action. in art. redactar. lib. 2. cap. 50.*

513 Declara secundo, dictam † citationem, vt interrumpat præscriptionem, debere continere relationem nuncij illã parti notificasse, quam facere debet iudici, vel Notario. *vt post Bart. in l. si finita. §. Iulianus. col. 3. ff. de damn. infecto. & voluit in specie Petr. de Anchar. in clem. 2. num. 6. cum pluribus seq. vt lit. pendent. Andr. Alciat. in consil. 369. nu. 9. Surdus in decis. Mãtuæ. 5. nu. 3. Io. Mohed. in decis. 165. in fin. Cardinal. Crescentius in decision. 7. titul. de dolo, & contumac. Balbus in tract. præscription. parte 3. sextæ partis principal. q. 4. nu. 25. vers. quinto limita-*

514 *tur.* Quinimmo si fuerit notificata, † non reproducta, sed circumducta, non interrumpit præscriptionem. *Peregr. Fab. in decision. Nouiss. Roman. 44. num. 2. lib. 3. vol. 3.*

515 Declara tertio citationem † nullam, & inualidã, non interrumpere præscriptionem *Accursius optime in l. si pater, in verb. status. C. ne de statu. defunct.* Vbi dicit contestationem litis nulliter factam haberi pro non facta, nec præscriptionem interrumpere, quam ad hoc eleganter allegauit *Bald. in l. vnica. nu. 1. C. ex delict. defunct.* Vbi dicit inualidam citationem nihil operari. Quem sequutus est *Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 182. sub num. 4. & ante eum Iafred. Lanfranc. Balb. in decis. 192. incip. Per solam citationem. Io. Franciscus Balbus de præscript. parte 3. Sextæ partis. q. 4. num. 27. vers. 6. limitatur. Ioan. Baptista Boni. de statutaria Vrbis præscription. gloss. 21. num. 6.* Qui multos allegat, (tamen corru-

516 pte, credo impressorum vitio) & iterum † magis aperte *Matth. de Afflict. in decision. Neapol. 366. in fin.* quem cum alijs multis copiose allegat & sequitur *Andr. Tiraquell. de retract. consanguin. §. 8. gl. 2. num. 3. Surdus in dicta decision. Mantua. 5. num. 5. Marc. Anton. Peregrin. in consil. 75. num. 100. vol. 4. Cardinal. Crescent. in decis. 2 sub num. 3. de cauf. & propriet.*

Contrarium, quod per citationem nullam factã ab incompetenti iudice præscriptio interrumpatur

517 per † Senatũ Parisiensem fuisse prouisum, scribit *Stephan. Aufrer. in Stylo parlamenti. Arresto. 376. Quem sequitur Petr. Rebuff. ad Constit. Galliæ. tom. 2. tit. de rescis. artic. vnico. glo. 19. num. 16. & in tit. de mercat. & negot. gloss. 16. versicul. immo etiam petitio.*

518 Declara quarto citationem dici † inualidam isto casu, si non contineat omnia requisita, de quibus plene dixi supra *hoc eodem titulo, vers. citatio, & vocatio partis. num. 10. cum pluribus seq.*

519 Declara quinto, quod si ex † citatione inualida, & nulla, citatus comparuerit, conualidatur, & ex cõualidatione, præscriptio ex simili citatione interrũpitur, *vt dicit Ioan. Francisc. Balbus in tract. præscriptionum. 3. par. Sextæ partis. q. 4. num. 28. vers. Ampliatur ista limitatio. & ex Matth. de Afflict. in deci. Neapol. 2. num. 7. Voluit Bouius de Statutar. vrbis præscript. gloss. 21. num. 8. Francis. Cantuc. in decis. Nouissim. Roma. 151. num. 5. 6. lib. 2. uol. 2.*

520 Citatus impeditus legitimo † impedimento, statim cessante impedimento, absque alia citatione coram iudice citante comparere debet. *Innocent. in c. dilecti. in verb. præsentare. de dolo, & contumac. Iafredus Lanfranc. Balbus in decis. 345. incip. Impeditus.*

521 Antequam nuncius, qui iuit ad † citandum ad sententiam referat citasse, si proferatur sententia nulla est. *Bartol in l. hoc autem §. 1. ff. ex quib. cauf. in posses. eat. Iafred. Lanfran. in decision. 489. incip. sententia.*

522 Citatio generalis iudicis † temporalis non arctat clericum ad comparendum, *Ioan. Petr. Surdus in decis. Mantuæ. 26. num. 17.*

523 Citatio operatur deuolutionem † causæ. *Paul. Æmil. Verall. in decision. 107. num. 3. lib. 1.*

524 Declara, quod & si citatio fuerit † nulliter executa, tamẽ si venerit ad notitiam partis, & mittit procuratorẽ, ad prosequutionem causæ, deuoluit causam ad curiam *post Ludouic. Roman. in consil. 410. vers. secundo. Aegid. Bellemer. in decis. 364. Verall. in decis. 110. num. 1. lib. 1. & in decis. 252. num. 1. lib. eodem.*

525 Qui est in carcere potest citari ad domum † ad sententiam. *Accurs. & Bald. C. quib. ex cauf. maior. Quos sequitur Iafred. Lanfranc. Balbus in decision. 494. incip. qui est in carcere. licet vt ibi dicit, restituatur in integrum.*

526 Citationis copia citato dari debet, ex † Sebastia nõ Vantio, *in tract. Nulli tamen, titul. de nullit. ex defect. citat. nu. 151. voluit Marcellus Cardinal. Crescent. in decis. 1, titul. de dolo. & contumac. Io. Paul. Tholom. in decis. Nouiss. Rom. 762. lib. 3. vol. 3.* Dicens dandam esse, etiam si non petatur.

527 Declara, quod licet non fuerit † data, propter metum illatum citanti, nihilominus, citatio valebit etiam cessante metu, *Idem Crescent. in dicta decis. 1. de dolo, & contumac.*

Infans septennio minor citari non potest, sed

528 † citandus est tutor, si habet, sin aũt nõ debent citari agnati, & cognati, *vt voluit Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 262. num. 1. quem sequitur Ioacchim. Mynsinger. Obsernat. 38. Centur. 2. Andr. Tiraquell.*

de

de retractu consanguineor.§.1.gloss.13.nu.20. Ioan. Francisc.Farade essentia Infantis.cap. 27.num.6. plene Deci.in consil.446.quem refert Cęsar Vrsill.in decis.262.in princip.dixi supra hoc eodem titul.vers. requiritur quinquagesimo septimo. nu.254.255. Ad de Cardinal.Crescen.in decis.10.num.2.3.4.titul.de dol. & contumac.Cardinal.Aldobrandi.in decis.Nouissi.Rom.160.nu.2.lib.2.vol.2. D. Costa de remed. subsidiar.remed.58.nu.1.

529 Citatus primo ad causam,non comparens † cita tur per alias citationes,istæ sunt de vrbanitate,non de necessitate, & ideo si omittantur, non nocebit. *Ita Peregrin.Fab.in decis.Nouis.Rom. 332.nu.2.3. lib.3.vol.3.*

530 Et si psonalis † citatio,siue intimatio requiratur ad declarationem ob non paritionem mandatorũ, siue literarum exequutorialium, tamen sufficit, si fiat affixio in ecclesia de qua agitur,vel in domo sua publicetur,& affigantur literæ. *Anton. Augustin.in decis.Nouissi.Rom.1659.lib.3.vol.3.*

531 Declara,quod quando † citatio affigitur in eccle sia Cathredrali,non requirit dimissionem copiæ. *Peregrin.Fab.in deci.Nouis.Rom.332.nu.4.lib.3. vol.3.*

532 Declara secundo, quod citatio Parochiani † fa-cta in Cathedrali vel parochiali,etiam non facta di ligentia de personali citatione, valet, quia cum te-neatur residere,præsumitur sciuisse,& habuisse no-titiam. *Ioan.Mohedan.in decis.Nouissi.Rom.19.lib.1. vol.3.duplicata.75.lib.2.vol.3.Ioan. Paul. Tholom. in decis.Nouissi.Rom.839 lib.3.vol.3.*

533 Si non citabitur pars ad opponendum † instru-mento sigillato,vel authentico, non valebit senten tia. *Petr.Rebuff.ad constit.Galliæ.tomo.1.titul. de li-ter.obligator.articul.7.gloss.1.nu.9.*

534 Citatio non præsumitur,quæ in † sententia non nominatur. *Cotta in decis.Nouissi. Rom.64. nu.5.9. lib.1.vol.1.*

535 Quando præcessit sententiam † citatio, & nihilo minus sententia profertur, præsumitur idcirco ad partis instantiam prolata. *Bubal.in deci.Nouissi. Ro man.516.nu.2.lib.1.vol.1.*

536 Literæ status locum sibi non † vendicant facta monitione, siue citatione ad dicendum, & ad sen-tentiandum. *Rebuff.ad const.Gall.tomo 2. Rubr.de Rescriptis.articul.2.gloss.vnica.vers.sexto.*

537 Citatus,qui † citationis notitiam habet,nõ mit-tit excusatorem,nec admittitur, nec potest mittere procuratorem. *Marcell.Cardinal.Crescentius in de-cis.2.nu.67.titul.de dolo,& contum. quæ decisio fuit in causa Henrici Octaui Regis Angliæ, cum Regina Catherina intuitu Annæ Bolenæ Pellicis, quæ ipsum*

538 † *in simul deduxit ad infernum,cuius Historiam la tius retuli de Regis Catholici Præstantia.cap.16.nu. 172.173.*

Perquisitus citandus, qui nec de persona, nec

539 domi,nec † in Regno reperiatur,tunc rex licentiã per literas authorizationis, vocari in loco publico, voce tubæ,*de quo Petr.Rebuff.ad constit. Galliæ.to-mo.3.titul.de citationibus.articul.2.gloss.1.num.9. quod mihi admodum satisfacit.*

540 Confessio partis extraiudicialiter facta † ipsum fuisse citatum,probat habuisse citationis notitiam. *Cardinal. Crescent. in decision. prima titul. de con-fess.*

541 Beneficiarius citandus non est in loco † benefi-cij controuersi, & litigiosi. *Rebuff. de citation. ar-ticul.2.gloss.2.num.8.in fin.ad constitution. Galliæ. titul.de citat.tomo.3.*

542 Citatio facta per iudicem, quod † talis veniat responsurus super his de quibus interrogabitur, non valet,tanquam Generalis, & in certa. *Iafred. Lanfran. Balbus in decis.211.incip.si iudex.*

543 Ecclesiasticus iudex in † citatione debet petitio nem partis inserere. *Petr.Rebuff.ad Constit. Galliæ. Tomo.3. titul. de citationib. Articul.3.gloss. vnica. num.7.*

544 Citatio executa in partibus † notificata procu-ratori appellati,q noluit copiam,sed dixit,quod ci-raretur principalis erit bona. *vt dicit Ioan. Paul. Tholom.in decision.Nouissim. Roman.761.lib.3.vo-lum.3.*

545 Citatio ad dicendum † contra cõmissionem fir-mat iurisdictionem. *AEgid.Bellemer.in decision.38. Gulielm. Cassador.in decision.7.tit.de Appellation. quos sequitur Paul.AEmil.Verall.in decis.260.nu. 2.lib.2.*

546 Coram vno iudice citatus † quis,si postmodum pro eadem causa citatur coram alio,causa remitten da est ad primum iudicem, *vt arg.l. tam collatores. §.quoniam vero.C.de remitt.lib.12.Guido Pap.in de cision.Gratianop.421.nu.1.Allegat Anton.Rambau-di ibi in Apostill. Authent.qui semel. C.quomod.& quand.iud.* Facit quia per citationem inducitur li-

547 tis pendentia,† vt dico inferius. *hoc eodem titulo num.160.*Ad conclusionem adde *Francisc.Viui.in decis.390.num.7.*Vbi dicit,secus si non petatur re-missio.

Citatus eadem die coram episcopo, & coram

548 † Rege,debet potius cõparere coram rege,*& In-noc.in c.cum parati.extr.de appellat Guid.Pap. in de cision.Gratianop.443.num.2.*

549 Declara secus esse si quis citatus † esset a Papa, & a Rege quia potius obedire debet Papæ,vti om-nium Maiori. *Idem Guido in dicta decis 443.sub.nu me.3.De quo ample egi in tract. de Pontificia vtriusf*

550 *que gladij potestate.* Quem manu scriptum † misi Paulo Quinto Pontifici Maximo per manus Illu-strissimi Reuerendissimi Domini Benedicti Cardi-nalis Iustiniani.

551 Citatio facta ad videndũ testes iurare † die assi-gnata,quæ est feriata,nec possunt iurare, nec arcta-tur pars illa die ad videndum iuramenta, possunt tamen testes iurare in die sequenti, etiam absente parte. *Guid.Pap.in decis.Gratianop.442.* Cuius opi-nionis corroborandæ Apostillator allegat *Io. And. & Innoc in c.fin.de Feriis.*

552 Contrarium tenuit Rota † *in Nouis in decision. 172.incip.si testes.* Dicens,quod si sequenti die iu-rent in absentia partis non valet quia citatio rema

net

net circumducta, & exigitur alia citatio. *c. 2. de te-*
553 *ſtib.* Niſi iudex partibus dixiſſet, quod † ſequenti die veniret, vt ibi dicit, & hæc opinio verior eſt.

554 Litis pendentia non inducitur † per ſolam citationem. *Guido Papæ in deciſion. Gratianop.* 488. *nu.* 1. *Ioan. Petr. Surdus in deciſion. Mantuæ.* 5. *nu.* 2. 3. *Ioachim. Mynſing. in obſeruat.* 26. *Centur.* 4. *Franciſc. Viui in deciſion.* 320. *nu.* 4. *Vide ſupra hoc codē titul. num.* 547.

555 Declara primo, quod ſi citatio habeat † illa ſex requiſita, primum, quod citatio emanauerit, ſecundum, quod a competenti iudice, tertium quod ad citatum peruenerit, vel per eum ſteterit, quo minus peruenire. Quartum, quod ex tenore citationis plene cognoſcat citatus, de qua re ſit cōtrouerſia, Quintum, quod citatio ſit apta. Sextum quod nuncius diligenter inſinuauerit, ac illam exequutus fuerit, & relationes fecerit, quæ requiſita enumerauit *Cardin. Zabarell. in clem. Cum lite, vt lit. pendent. quæ enumerauit Guido Papæ. in dicta deciſion.* 488. *num.* 2. *cum ſeq.* *Mynſing. in dicta obſeruat.* 26. *Centur.* 4. *Et optime numerat & declarat Ioan. de Vanquel. in dicta clem. cum lite. concluſ.* 2. *tetigi in verb. Præſcript. ſola. verſ. Declara quanto citationem. num.* 88. *hoc eodem titul. & in principio plenius declaraui a num.* 10. *per multos ſequentes.* Quibus interuenientibus ſine dubio per citationem
556 eo modo factam litis pendentiam † induci. *Docto res omnes in dicta clemen. per illum textum. Rota in Nouis. in deciſion.* 279. *incip. Clementina ſecunda. Iafred. Lanfran. in deciſion.* 126. *incip. lis pendere. Afflict. in deciſion. Neapolitan.* 220. *ſub. nu.* 13. *Guid. Pap. in dicta deciſion.* 488. *num.* 8. *& iterum Rota in Nouis. in deciſion.* 469. *incip. Suppoſito.* Et hoc præ
557 ſertim inducitur litis pendentia † per citationem executam, & quæ deuenit ad partis notitiam, *vt ſupradicti. voluerunt & AEgid* Bellemer. *in deciſion.* 380. *in deciſion.* 544. *incip. ſi pendente in fin. ac plures allegans Robert. Lancellot. de Attentat. parte* 2. *in præfatione. cap.* 4. *num.* 35. *cum pluribus ſeq.*

558 Citatio ad informandum, qua vtimur † in Regno in cauſis criminalibus, & capitalibus, expediri nequit, niſi prius iudex diligētiſſime recognouerit informationem, & in cauſis magni momenti, in quibus vrgeant indicia ab torturam, *vt in pract.* 39. *incip. Philippus Perche la* Maeſta. *titul de offic. magiſtri iuſtitiar. Voluit, Foller. in pract. crimin. in verb. vel eos verbaliter citari faciat. per totum Franciſc. Viui. in deciſ.* 121. *num.* 1.

559 Super quo Regnicola annotare † debet, quod citatus ad informandum in Regno & contumax effectus, punitur tertia parte bonorum mobilium ſolita *per Conſt. Grandis vtilitas. vbi Andr. de Iſer. Matth. de Afflict. & alii & voluit* Franciſc. *Vivius in deciſion.* 252. *num.* 1.

560 Citatio ad informandum non inducit † præuētionem, vt eo modo quo loquitur *Matth. de Afflic. in deciſi. Neapolitan.* 219. *quam refert Renat. Choppin. in tract. de Sacra Forenſ. Politia. lib.* 2. *titul.* 1. *articul.* 15. *in fin. Ioan. Vicent. de* Anna *in ſingul.* 79.

561 Clericus citatus tanquam † laicus, ſi differt ſui ordinis Bullas præſentare, ad expenſas condemnatur. *AEgid. Bellemer. in deciſion.* 226. *Cappell. Tholoſan. in deciſion.* 165. *incip. Item fuit quæſtum Bannum. Ioan. Vincent. de Anna in ſingul.* 131. *vbi allegat* Anton. *Capic. in deciſion. Neapolitan.* 161. *Vbi hoc non dicit. Hippolyt. in l. patre, vel marito. nu.* 77. *ff. de quæſtion. Guliel. Caſſador. in deciſion.* 3. *titul. de appell. Petr. Rebuff. in l. Diuus. num.* 185. 186. *ff. Ad Syllan. quem allegat Fabius de* Anna. *in Addit. in dicto ſingul* 131.

562 Feudi dominus citari poteſt in loco † feudi. *Rota in deciſion.* 82. *in Nouis. incip. in cauſa.* Vbi loquitur de beneficiario. *poſt* Andr. *de Iſern. in pluribus locis. voluit Ioan. Vincent. de Anna. in ſingul.* 151. *AEgid. Boſs. in titul. de principe. num.* 296.

563 Feriato die citatus comparere † minime tenetur, de iure communi comprobat *Matth. Brun. in conſil.* 119. *num.* 2. *vol.* 2. *de iure Regni Neapolitani probat Foller. in pract. crimin in verb. vel eos verbaliter citari faciat. num.* 34. *Proſper Carauit. in Ritu* 116. *cum alys, quos allegat Franciſc. Viui. in deciſi.* 274. *num.* 13.

564 Aprutini ob aeris mutationem citati † tempore æſtiuo a Regijs tribunalibus Neapoli reſidentibus comparere non tenentur, ex ſpeciali priuilegio, *vt ſcribit Ioan. Franciſc. Scaglion. in Ritu.* 163. *ſub nu.* 27. *quem ſequitur Idem Viui. in deciſion.* 323. *nume.* 17.

565 Citatio per edictum iudici laico dat † extraordinariam iuriſdictionem, etiam inter clericos. *Matth. de Afflict. in deciſion. Neapolitan.* 2. *ſub num.* 8. *Ant. Faber. in Codic. Fabrian. lib.* 3, *titul.* 1. *defin.* 38. *nu.* 4. *in alleg. vol.* 1.

566 Citatio ſuperioritatem denotat, & ſuperior † illam exequitur non requiſitis inferioribus. *Guido Pap. in deciſ. Gratianop.* 346. *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 8. *num.* 5. *Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib.* 3. *tit.* 12. *defin.* 23. *num.* 5. *vol.* 1.

ARGVMENTVM.

In ius vocare quidam idem eſſe arbitrantur quod citare: alij autem accipiunt pro eo, quod olim vt quis manu duceretur ad iudicē iuris experiundi cauſa, inoleuerat. Hoc edictum Prætoris de in ius vocando eſt ratione perſonarum, quæ vel omnino, vel niſi venia impetretur, in ius vocari nequeunt, fauorabile, ſed reſpectu eorum, qui licentiam petere tenentur, odioſum. Exempti igitur ſunt penitus ab in ius vocando Magiſtratus merum, & mixtum imperium, & gladij poteſtatem habētes, & Pontifices, atque clerici dum

ſacra

ſacra faciunt, inſuper qui propter loci religionem inde ſe mouere non poſſunt, vt cuſtodes templorum, & ianitores ſacellorum. His annumerantur, qui equo publico in publica cauſa tranſuehitur, per quem quidam præconem, quidam Tabellarium intelligunt, ſimiliter ſponſus, & ſponſa, in die conſummationis matrimonij, & iuſta mortuo faciens, vel familiare funus ducens. Sine venia autem in ius vocare non poſſunt parentes, & patronos, filij, & liberti, qui quoties contra edictum faciant, pœnam quinquaginta aureorum incurrunt, quæ patri, & patrono acquiritur, qua non tenetur filius familias tutor alicuius pupilli, qui licite contra patrem agere poterit, ſed præſentatus in iure patronatus eccleſiaſtico patronum præſentantem conueniens bene propter reuerentiam aſtringitur. Eodem modo nepotes, filius naturalis, adoptiuus leuatus de ſacro fonte baptiſmatis, & filius in dignitate poſitus veniam impetrare debent, quamuis filius in poteſtate exiſtens illa ẽt requiſita a iudicij limine arceatur. Si gener contra ſocerũ, vel ſocerã priuignus contra vitricum, & nouercam Monachus contra Abbatẽ, Ciuis contra Vniuerſitatem, vel patriam, vaſallus contra dominum feudi, & Scholaris contra præceptorem agere cupiat, veniam minime poſtulare debent, ſed ſi quid inurbani commiſerint, iniuriarum conueniri poterunt. Iudex quamprimum citationem filio, vel liberto decernit, ijſdem veniam conceſſiſſe intelligitur.

SVMMARIVM.

1 *Vocare in ius, quid ſit? ex Antonio Goueano.*
2 *Goueani opinionem nonnulli reprobarunt. & nu. 3.*
4 *Titulus de in ius vocando fauorabilis eſt, quo ad aliqua odioſus. num. 5.*
6 *Magiſtratus merum, & mixtum imperium, & gladij poteſtatem habentes, durante eorum officio, in ius vocari nequeunt. num. 7. 11. 12. 13. 14.*
8 *Officiales ad beneplacitum Principes, ſiue perpetui coram ſupremis magiſtratibus conueniuntur. nu. 11. 14.*
9 *Contra officiales perpetuos Rex Catholicus mittit viſitatores.*
10 *Author apud Calabros biennio viſitator Regius.*
15 *Magiſtratus creati ad beneplacitum Principis ſunt perpetui.*
16 *Sacerdotes dum ſacra faciunt conueniri nequeunt.*
17 *Ianitores erant cuſtodes portarum, & Templi Hieroſolymitani.*
18 *Ianitorum, & AEdituorũ Templi Hieroſolymitani exercitium ex Philone. num. 19.*
20 *Intellectus l. 2. ff. de in ius voc. & num. 34.*
21 *Gulielmi Budæi opinio reprobatur.*
22 *Tabellarij, & Poſtarum curſores. & eorum priuilegium. num. 23.*
24 *Vxorem ducentes quo modo eo die conueniri non poterant. num. 29.*
25 *Apud Romanos matrimoniorum ſolennia diebus religioſis fieri prohibitum erat. num. 27. 28.*
26 *Iduum, & Calendarum dies a nuptijs alieni, tanquã Atri apud eoſdem Romanos. & num. 28.*
30 *Ratio ex Authore cur noui ſponſi apud Romanos in ius vocari non poterant? num. 31.*
31 *Matrimonij felicitas ex Tertuliano.*
32 *Coniugia a DEO ſanctificantur, a Sacerdote bene dicuntur. & num. 33.*
34 *Hæres intra nouem dies poſt mortem defuncti conueniri non poteſt. num. 35. 36.*
37 *Parentes a filijs, patroni a libertis ſine venia vocari in ius nequeunt. num. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49.*
38 *Vocantibus in ius ſine venia patres, patronos, & alios, imminet pœna quinquaginta aureorum.*
46 *Lis nulla eſſe poteſt inter patrem, & filium.*
50 *Nuptæ an ſub parentum, an ſub maritorum poteſtate ſint.*
51 *Venia peti debet, & impetrari. num. 52. 53.*
52 *Venia etiam tacite impetratur.*
53 *Permitti aliquid dicitur, & tacite, & expreſſe. & num. 54.*
54 *Sufficit petere veniam, & quod iudex permittat citationem.*
55 *Proceſſus valet, dum venia ſit petita, num. 56. 57. 58.*
59 *Scholaris, an præceptorem ſuum poſſit in ius vocare ſine venia. num. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66.*
62 *Gloſſæ in l generaliter. ff. de in ius voc. animaduerſio. num. 63. 64. 65. 66.*
65 *Diſcipulorum in præceptores modeſta obſeruatio exhibenda. num. 66.*
67 *Gener veniam, an quærat, dum vocat ſocerum, & ſoceram in iudicium.*
68 *Monachus vocans Abbatem an quærere debeat veniam.*
69 *Ciuis vocare volens in ius patriam, an venia egeat. num. 70. 71.*
72 *Vaſallus vocans Dominum feudi debet veniam petere. num. 73. 74. 75.*
76 *Filius familias tutor alicuius pupilli volens patrem vocare, an egeat venia.*
77 *Proceſſus agitatur inter patrem, & filium non apparente venia, an ſit nullus.*
78 *Pœna quinquaginta aureorum cui debeatur.*

79 *Exce-*

79 *Exceptio veniæ non petitæ opponenda eſt primo actu & replicatione.*

80 *Pœna quinquaginta aureorum ob veniam non petitam, quando debeatur. num.* 81. 82.

83 *Rector præſentatus in iure patronatus, an debeat veniam petere.*

84 *Elegans, & pulchra diſceptatio agitata in ſupremo Pariſienſi Senatu inter patrem, & filium, qui petebat cogi per ampliſſimum ordinem ad donandum ſibi æqualiter, vt donauerat Pater filio dum nupſerat, & filiæ dum matrimonium contraxit, & tandem filius ſuccubuit.*

TITVLVS XLV.

De in ius vocando.

QVo ad hanc Rubricam pauca occurrunt, cum plerique ex noſtris ſcriptoribus cũ præcedenti titulo de citatione materiã miſceant, nec ſcriptores Deciſionum de hoc titulo ſpecialiter loquantur. Dicam tamen aliqua, quæ præcedentis rubricæ ſeriem corroborant. Et prius quid vocare in ius ſit, breuiter dicendum.

Antonius Goueanus variarum lectionum *lib.* 1. 1 *cap.* 48. putauit, vocare in ius, non eſſe † citare aliquem, ac iuris experiundi apud iudicem vocare *vt dicit Paulus I.C. in l.* 1. *ff. de in ius vocando.* Sed ex Terentio, Plauto, & alijs, eſſe manu ducere ad iudicem, præſertim *ex titul. ff. Ne quis eum, qui in ius voc. ſit, vi eximat.* Quaſi eximere ſit vi de manu- 2 † ducentis auferre. Cuius opinionem non ſequitur Franciſcus Duarenus *lib.* 1. *anniuerſar. Diſput. cap.* 1. *Hugo Donell. in l. vinum. num.* 3. *ff. ſi cert. petat. & in rub. C. de in ius vocand. nu.* 13. *Hermannus Vultei us Scholaſticar. diſput. lib.* 1. *cap.* 1. *Robert. Aurelian. Sententiarum. lib.* 3. *c.* 1. *quos refert, & ſequitur Hieron. Threutler. diſputat. Selectar. lib.* 1. *diſput.* 4. *Theſi* 1. *Et Goueani opinionem improbat optime Petrus Gregor. Syntagmat. iuris vniuerſi. lib.* 48. *cap.* 1. *in princ. Iacob. Cuiacius obſeruation. lib.* 10. *cap.* 10. *Dethardus Horſthius in Synopſi Theſium. lib.* 2. *titul.* 4. 3 *num.* 1. *Et contra eundem* † *Goueanum ſcribit Ioan. Vaudus variarum quæſtionum lib.* 2. *q.* 26.

4 Huius tituli edictum † fauorabile partim eſt, partim etiam odioſum, fauorabile, quo ad magiſtratus enumeratos, qui in ius vocari nequeunt, & quo ad illos, quibus reuerentia debetur. Odioſum, quo ad eos, qui venia, & licentia non petita illos in ius 5 vocari † nequeũt. Et hoc ſenſerunt. *Accurſius. in l. ſed ſi hac.* §. *fin. in verb. interuenat. & ibi Alex. ff. de in ius vocan. Curt. Sen. in l. venia. num.* 9. *Riminald. nu.* 3. *C. eo. tit. & alij, quos refert Octauian. Cachera. in deciſ. Pedem.* 30. *nu.* 12.

Vlpianus dicit, in ius vocari non poſſe Magiſtra- 6 tus † imperium habẽtes, qui coercere aliquem poſſunt, ac iubere in carcerẽ duci. Secundo Pontifices dum ſacra faciunt, & eos, qui propter loci religionem, inde ſe mouere non poſſunt. *in l.* 2. *ff. de in ius vocando.* Hæc omnia quo ad magiſtratus, tempore noſtro de illis intelligendum eſt, qui merum imperium, & gladij poteſtatem habent, qui non poſſunt durante eorũ officio in ius vocari *ut dicit Alexand. in dicta l.* 2. *num.* 1. Et ſic ſi eſt officialis temporalis, 7 vel perpetuus † regulariter officio durante moleſtari, & in ius vocari nequit. *l. Pars literarum. ff. de iud. l. Nec magiſtratib. ff. de in iuriis.* Sed vt ibidẽ habetur conueniuntur eo depoſito, vel finito. *l. Iubemus ff. ad leg. Iul. repetund. & l. ſancimus. eo. tit. l.* 1. *C. vt omnes cauſ. Paris de Puteo de Syndicatu in verb. iudices ad ſyndicatum. nu.* 3. 4. *& in verb. Durante officio. num.* 1. *Proſper Carauita in ritu.* 295. *num.* 3. 4. ſed expectatur, *vt dicunt*, ſyndicatus tempus.

8 Declara primo officialem † perpetuum, vel ad beneplacitum ſupremi Principis vocari, & conueniri poſſe officio durante coram officialibus ſupremis eiuſdem Principis. *l. Prætor.* §. *Idem. ff. de edẽn. l.* 2. *C. vbi de ratiociniis agi oport. Voluit idem Paris in dicto verb. iudices ad ſyndicandum. num.* 4. Contra hos Principes ſupremi, vt facit Rex noſter Catholicus, 9 conſtituunt Regios Generales viſitatores † qui capiunt informationes, non ſolum ad partium inſtantiam, ſed etiam ex officio, tribuunt capita inquiſitionum ſuper quibus defenſiones faciunt, his peractis proceſſus in Hiſpania in ſupremo conſilio decidũtur, in hoc ego biennio apud Calabros, ſiue Bru- 10 tios, laboraui. Concinit † dictum Baldi *in l. obſeruare.* §. *proficiſci. in fin. ff. de offic. proconſ.* dicentis poſſe Principem Syndicari facere ſuum officialem, quan- 11 do ſibi placuerit, etiã durante † officio *Thom. Gram. in deciſ. Neapol.* 40. *num.* 9. 10.

12 Declara ſecundo, quod & ſi duret † adhuc officium, & actio ſit tempore peritura iſto caſu conueniatur, lis conteſtatur, & prẽſtatur cautio. *l. Senatuſconſulto. ff. de offic. Præſidis. Paris in dicto verb. Durante officio. num.* 2.

13 Declara tertio illos qui habent officium † dignitatis ſine adminiſtratione, quoniam durante officio vocari, & conueniri poterunt, ſi non habeant imperium. *dicta l. Nec magiſtratibus. ff. de iniur. Bartol. in l. de pupillo.* §. *ſi quis ipſi Prætori. num.* 9. *ff. de oper. noui. nunciat. Proſper Carauit. in Ritu.* 295. *num.* 4. *Ioſephus Cumia in pract. ſyndicatus. capitul.* 17. *nume.* 10. 11.

14 Declara quarto, quod † quemadmodum officiales perpetui, volente Principe, & inſtante parte poſſunt tempore officij conueniri, ſic & officiales ad Beneplacitum, vt ſunt omnes Magiſtratus, qui a Regia Maieſtate creantur in hoc Regno Neapolitano. *arg. l. iuriſperitos. ff. de excuſ. tutor. Bartol. in dicta l. de pupillo.* §. *ſi quis ipſi Prætori. num.* 10. *Carauit. in dicto Ritu.* 295. *num.* 5. *Cumia in dicta practi. ſyndicatus. cap.* 17. *num.* 11. 12. Quodque magiſtratus crea- 15 ti ad beneplacitum dicantur † perpetui, ample dixi de Magiſtratuum edictis *lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 69. 70. 77. Quo loci lectores remitto.

16 Sacerdotes,& clerici, dum ſacra faciunt † in ius vocari non poſſe,habetur in eadem *l. 2.ff.de in ius vocand.* Et ſic hi, qui propter loci religionem inde ſe mouere non poſſunt, de quibus meminit nouiſſi me Anaſtaſius Germonius de ſacrorum immunita tibus, *lib.1.cap.13.nu. 6.* de his vltimis poſſet poni 17 exemplum in oblatis, ſiue in cuſtodibus † templorum, vt erant ianitores in cuſtodia templi Hieroſolymitani,de quibus habetur. *lib.2. Paralipom. cap.23.cap.35.* Cuſtodiebant enim templi loca, & portas, de quibus Philo Iudæus, *in lib. de Præmijs Sacerdotum.* Sic inquit. A Editui alij ianitorum offi 18 cio functi ſunt, † alij veſtibulum obſeruarunt,alij nocturnas,diurnaſque cuſtodias,porticus, atriumque verrere,& ſcobes,ac quiſquilias exportare,mũ ditiemq; curare. Quæ verba ex interpretatione Sigiſmundi Gelenij,ita meum Philonem habeo. Hi 19 (inquit) ſunt æditui,pars fungentes, † ianitorum, pars vero atrienſium officio, ne quis profanus volens,nolenſue tranſcendat ſacra limina. Alij circũquaque obſeruãtur noctu,& interdiu, per vices ſortiti diurnas, nocturnas ſtationes, atque cuſtodias. Rurſum alij Porticus,atriumque verrunt,& exportant ſcobes,ac quiſquilias, curantque munditiem.

Nec eum in ius vocari poſſe,*dicit Vlpianus*,qui 20 equo publico in cauſa publica trãſuehitur, † & hũc Præconem dixerunt *Accurſ.Bart.& ceteri in dicta l.2.ff. de in ius vocando.Gulielmus Budæus in annotationibus prioribus ad eandem legem,ex multorum au* 21 *thoritatibus cenſuit,eſſe militum* † recognitionem, (quam Monſtram vulgus appellat) cuius opinionem *Ioan.Coraſ. Miſcellan.lib.1.cap.10.cap.11.cap.* 12.reprobauit dicens,nil aliud Iuriſconſultum dicere voluiſſe, niſi illum, qui equo publico in cauſa 22 publicaã trſuehitur,qui tabellarij ſunt,qui ex † diuerſis ſtationibus pernicibus equis mutatis vicib. tranſuehũtur (Poſtas nominamus, vel procaccios) & Coraſij opinionem probauit. *Marin. Freccia de ſubfeud.Baron.lib.2.titul.quis dicatur Dux. nu.33.* quorum authoritates ampliori ſtylo ego probaui. 23 † *in Neanomologia. cap.2.* ex quorum dictis hi,qui curſum poſtarum,& procacii faciunt, vocari in ius non poſſe,certum fit.

Immunem etiam facit illum, qui vxorem ducit, & illam, quæ nubit,intelligi hoc oportet,quo tem- 24 pore,ac † die matrimonium ineunt, quia alias vanum eſſet aſſerere, coniugatos nunquam in ius vocari poſſe. Ea ex cauſa Iuriſconſultus matrimonii tempore illos conueniri in ius non poſſe,aſſeruit, *in dicta l.2.ff.de in ius vocando.* Primam cauſam eſ- 25 ſe diiudico, quia † apud Romanos Nuptiarum ſolennia diebus religioſis fieri prohibebantur, vt ſcribit Macrobius Saturnaliorum,*lib.1.capitul.17.* Religioſos dies appellabant in fauſtos, & in fames vt poſt Nigidium *in lib. 11. commentariorum*, ſcribit Nonius Marcellus. Hinc Feſtus Pompeius ait, 26 Nonarum, Iduum,& † Calendarum dies, nuptiis alieni habentur, quoniam ii dies decreto Pontificum, Atri iudicati ſunt, quod quotieſcunque Romani Duces belli gerendi gratia,his diebus ſuppli cauerunt, male Rempublicam geſſere. Hoc idem ſcribit Aulus Gellius Noctium Atticarum,*lib.1.c.* 17. Vnde Ouidius de omnib.iſtis *Faſtorũ.lib.1.ait*

Nonarum tutela Deo caret,omnibus iſtis.
(Ne Fallare caue)proximus Ater erit.
Omen ab euentu eſt,illis nam Roma diebus;
Marte ſub aduerſo triſtia damna tulit.

Hinc Varro apud Macrobium in loco ſupra allegato,Mundus cum patet (inquit) Deorum triſtiũ, 27 & interum,quaſi † ianua patet, & tunc vxorem liberorum quærendorũ cauſa ducere religioſum eſt, propterea Iuriſconſultus ille,quem omniſcium cognominare fas eſt, Alexander ab Alexandro dierũ Genialium *lib.2.cap.5.* inquit:Quin etiam animaduerſum eſt,poſtera die a Nonis,Idibus,vel Calen- 28 dis,vxorem,ſponſamue † ducere,Romanis non licere,ſed eos dies,veluti triſti omine infames, & deteſtabiles cenſeri, quoniam hi dies atri decreto Põtificum habentur, quibus legiones educere, acies cum hoſte committere, vel quicquam publicæ rei agere Religio non ſinit. Hæc ille. Non mirum igitur,ſi illo nuptiarum die Iuriſconſultus ſponſos,& 29 coniuges vocari in ius prohibuit, ne omne † malũ nuptiis tribueretur,nouos nuptos ad execrandas lites apud Magiſtratus vocando. De atris Romanorum diebus. *Ioan.Baptiſt.Aſinius. in l.ſi quis ſepulchrum.§.ſumptus.n.200.ff.de relig.& ſumptib.fun.*

Cauſam ſecũdam ego dicerem, quod vocatio in ius ſi fieret contra nouos nuptos, per hunc actum impediretur id, quod eſt de iure naturali, ſcilicet 30 matrimonium † ex dictis Imperatoris,hinc maris, & feminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus. *Inſt.de iure natur.gent.& ciuil.in princ.* & nulla lex ciuilis debet naturalem tollere.

Cauſam tertiam nunc nos, qui chriſtiana fide ſumus imbuti, afferre poſſumus ne impediantur ſa- 31 cra oblatio, † ſacerdotis benedictio,cognatorum,& affinium pompa,ac nuptiale conuiuium, de quibus Tertullianus *lib.2.ad vxorẽ.* Vnde (inquit) ſufficiã ad enarrandam felicitatem eius matrimonij, quod eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſigna- 32 tum Angeli renunciant,pater rato † habet. Hinc D. Matthæus apud Abdiam in Hiſtoria Apoſtolorum *lib.7.* A Deo, *inquit*, benedicuntur coniugia, 33 a Deo ſanctificantur, ac per ſacerdotem † benedictiones a Deo ſpecialiter conſecrantur. De ſacerdotali benedictione Sacrum Cõſilium Tridentinum *ſeſſion.24.cap.1.de reformat.matrimon. Paul. Fuſc. de viſitat.lib.2.cap.3.num.21. Michael Timoth. de viſitat.eccleſ.lib.2.tract.4.cap.11.Borgnin.Caualcã. in deciſ.Fiuizan.58.ſiue.12 num.21.par.2.*

Vlpianus *in dicta l.2.in fin.* & Calliſtratus *in l. 3.ff.eo.tit*,dicit ducentem familiare funus, iuſtave 34 † mortuo facientem, & cadauer proſequentem, in ius vocari non poſſe. Et omiſſa Accurſij declaratione, quod intra nouem dies, hæres conueniri nequeat.*arg.§.hæc autem.in Auth.Vt cum de appellat. cognoſc.Vbi eſt text. in verſ.meminimus.& verſ.Sãcimus aũt.* Qui rõnem non protulit,nouẽ.n. diebus 35 † luctui vacabant, & conducebant mulieres mer-

cede, vt flerent, & facta fortia laudarent, & præficę idcirco appellabantur, *de quibus* M. *Terentius Varro de Vita patrũ. lib.* 4. *& de lingua latin. lib.* 6. *Lu-*
36 *cil. lib.* 22. *& Nonius Marcellus*. Licet eſſe † ſolerẽt ſeptem dies funeris *Herodianus. lib.* 4. *Ammian. Marcellinus. lib.* 19. *Ioſephus Antiquitatum Iudaicar. lib.* 17. *cap.* 11. *Lycurgus Lugendi tempus vndecim diebus ſtatuit, vt eſt Author Plutarchus in Lycurgo*. Quia autem ſepeliendi actus pietatis eſt, *vt dicit Paul. de Caſtro in l. pro hærede. num.* 3. *ff. de acquirend. hæredit. Quem ſequitur Sebaſtian. Medic. de ſepulturis. parte prima. quæſt.* 21. *num.* 2. Ea ex cauſa vocari in ius illos non poſſe dicit, de quibus latius *Deo volente*, dicemus *in titul. de Relig. & ſumptib. fun. Vide Seruium ad Virgilium. lib.* 5. *AEneidos. ibi præterea ſi nona die. Vide Iul. Polluc. lib.* 8. *cap.* 4. *Petrum Pechium de iure ſiſtendi. capitul.* 10. *num.* 10.

37 Parentes, & patronos, a filijs, & libertis † vocari in ius ſine venia non poſſe, idem Vlpianus eſt au thor, *in l. quique. §. parentes. ff. de in ius vocan.* immi
38 net quinquaginta † aureorum pœna. *l. parentes. l. in eum. l. ſi ſine venia. ff. de in ius vocand. l. fi. C. eo. tit. §. pœnales. Inſtit. de action. Bernard. Diaz in Regul.* 295. *Petrus Duen. in Regul.* 351. *Aſcan. Clementin. de patria poteſtat. effectu.* 3. *num.* 1. *Ludouic. Mayn. Action. in artem redactar. lib.* 2. *capitul.* 46. *Nouiſſime Iacob. Lectius de Pœnis ad Modeſtinum. capitul. primo.*

39 Declara eam concluſionem † procedere, non ſolum in filijs, ſed alijs etiam inferioribus, ſcilicet nepotibus, & deinceps. *argumen. l. lis nulla. ff. de iudic. l. Actiones. ff. de action. & obligat. Aſcan. Clementin. in dicto effectu.* 3. *num.* 1. *in fin.*

40 Declara etiam in filio naturali † locum ſibi vendicare, vt ſine venia vocare in ius non valeat patrem naturalem, *vt in dicta l. parentes. ff. de in ius vocan. Petr. Duen. in dicta Regul.* 351. *num.* 1. *ampliation. prima.*

41 Declara tertio, etiam filium adoptiuum, † non poſſe patrem adoptantem ſine venia in ius vocare, tex. in l. adoptiuum. ff. de in ius vocando, qui cauillari non poteſt, tamen ſequuntur *Guliel. Bened. in Rep. c. Raynutius. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. num.* 742. *de teſtament. Ludouic. Gomez. in §. pœnales. num.* 24. *Inſt. de actionib. Andr. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam. in verb. ſuſceperit liberos. nu.* 22. *C. de reuoc. donat.*

42 Declara quarto, procedere † in filijs, qui leuati ſunt de ſacro fonte, vt pater vel mater, qui eos ſuſceperint, vocare non poſſint abſque venia. *vt arg. dicta. l. Adoptiuum. Voluerunt ibi Angel. & Fulgoſ. Inſuper voluerunt Gulielm. de Cun. Bald. Angel. Paul. de Caſtr. Fulgoſ. Alexan. & Iaſon in l. generaliter. ff. eodem titul. Angel. de Aretin. Iaſon. & Gomez. in dicto. §. pœnales. Gulielm. Benedict. in dicto capitul. Raynutius. in verb. Et vxorem nomine Adelaſiam. numero* 765. *de teſtam. Tiraquell. in dicto verb. ſuſceperit liberos. numero* 28. *Aſcan. Clementin. de patria poteſt. effectu tertio. ſub numero, ſeptimo, Duen. in dicta regul.* 351. *ampliat.* 2. *Franciſ. Viui. in deciſ.* 230. *nu.* 18.

43 Declara quinto, procedere † vt filius teneatur, etiam ſi ſit in aliqua dignitate poſitus, puta ſit miles, quia eo non obſtante venia neceſſaria erit. *Accurſ. in l. cogi.* 16. *§. ſi pater in verb. cõtra. ff. ad Trebell. Ang. de Aret. in princ. Inſt. de patr. poteſt. Iacobin. de Sancto Georg. in l. Adoptiuum. numero octauo. ff. de in ius voc. Franciſc. Purpur. in l. fin. num.* 3. *C. eod. titul.*

44 Declara ſexto vt ſiue pater, vel filius † ſint ruſtici, venia ſimiliter requiratur cũ in hoc ruſticitati nõ parcatur. *Salycet. in l.* 2. *C. de in ius vocand. Iaſon. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omn. iud. Purpurat. in dicta. l. fi. num.* 29. *C. de in ius voc. faciũt ſcripta Bal. in l. quicunq. col. pen. C. de ſeruis. fugit. Iacob. Cuiac. obſeruat. lib.* 10. *obſer.* 10.

45 Declara ſeptimo, filium in poteſtate, † etiam, petita venia agere non poſſe contra patrem, nec illum in ius vocare. *l. qui in poteſtate in principio. C. de in ius vocand. vbi Doctores. Franciſc. Balduinus de patria poteſta. num.* 9. *Petr. Duen. in dicta regul.* 351. *limitat.* 1. *Aſcan. Clementin. in dicto effectu.* 3. *ſub num.* 1. *Ioachim. Mynſinger. in dicto. §. pœnales*
46 *ſub. num.* 41. argumento, quod † inter patrem, & filium in poteſtate lis nulla eſſe poteſt. *l. lis nulla. ff. de iudic.* Notandum tamen eſt hoc caſu, dari nonnullos caſus, in quibus inter patrem, & filium in poteſtate, & lites & in ius vocationes eſſe poſſunt, de quibus agunt Doctores, & nos dicemus *DEO volente* in titulo de patria poteſtate. *Adde Iacob. Cuiacium obſeruat. lib.* 10. *obſer.* 10.

47 Declara octauo filium vel filiam † emancipatam & ſub patris poteſtate non exiſtentes, ſine venia cõtra patrem agere, & illum in ius vocare non poſſe. *l. qui in poteſtate. C. de in ius vocan. Doctores omnes in dicto. §. pœnales. Inſt. de actionib.*

48 Subintellige tamen filiam viuentem † iure Romano remanere ſub poteſtate patris. *iuxta l. vxor. vbi gl. C. de conditionib. inſertis. l.* 1. *C. de bonis quæ lib. Accurſ. in §.* 1. *Inſtit. de Senatuſconſult. Tertullian. Alexander in conſil.* 133. *incip. Vere crudelis. col.* 1. *verſ. & ſi forte. vol.* 4. Et tunc filiam volentem
49 cum † patre agere, & illum in ius vocari facere, id non petita venia facere non poſſe. Verum ſi iure Longobardo viueret, vt plerique in Regno, quo ad hũc finem, maiori ex parte viuunt, hoc iure nuptæ
50 mulieres a nexibus poteſtatis patrum † exeunt, & ſub viri poteſtatem ingrediuntur. *vt in l.* 1. *Quando mulier. alien. permitt. in Longobar. & voluit gloſſ. in §.* 1. *inſt. de Senat. Conſult. Tertull. Felin. in c. illud de præſumpt. Alberic. de Roſat. in l. ſi vxorem. C. de condit. inſert Bald. in capitul. primo, vbi Cardinal Alexandrin. An marit. ſucced. vxor. in benef. Idem Bald. in l. ſi inuita. C. de Nupt. Thom. Grammat. in conſil. ciuil.* 87. *Et ideo conuenire, & vocare in ius poterunt parentes petita venia.*

51 Declara nono, veniam peti † debere, & impetrari. *l. venia. C. de in ius voc. § fin. Inſt. de pœna temer. litig. ibi, vt non aliter liceat liberis, libertiſque*

eos

eos in ius vocare, quam si id ab ipso Prætore postulauerint, & impetrauerint.

52 Subintellige veniam etiam tacite, † & non expresse dari posse, *vt voluit Ioan. Faber in dicto.§. pœnales. Vbi Ludouic. Gomez. nu.7. Duen. in Regula.* 351. *Ampliation.7 in fin. & facit text. in l. libertus aduersus. ff. de in ius voc.* Nec istud ambigendum est, quia Iurisconsultus *in dicta. l. Qui litigandi. §. Prætor ait. ff. de in ius vocando,* dicit, sine permissu
53 meo, ne quis vocet. Permittere vero dicitur † siue expresse, siue tacite id fiat, & concedatur. *l. Quidam Tuberonis. § sunt quidam. ff. de Pecul.* Vbi concedi dicitur, quod nō adimitur. Vbi Bartol. inquit, verba permissu Domini, non requirunt expressam
54 permissionem, sed tacitam † directo, vel per consequentiam, vel per quandam patientiam. Vnde Antonius de Alexandro I. C. per celebris, & olim in Sacro Neapolitano consilio præsidens. *in l. Qui in potestate. C. de in ius vocan.* dicit, quod si libertus in libello oblato iudici exprimit, quod intendit citare patronum, eo ipso, quod iudex permittit citationem, veniam concessisse videtur, & potest sustiui-
55 neri, † quod valeat processus petita venia, quam sequitur *Francisc. Curt. ad Alex. in dicta l. qui in potestate.* dum dicit, quod si filius vadit coram iudice,
56 & proponit suam † intentionem coram eo contra patrem, & iudex concedat citationem censetur cō cessisse veniam, & si non expresserit, & cēsetur per iudicem cōcessam. Hoc idem tenuit solennissimus, & subtilissimus I. C. *Franciscus de Aretio. in consil.* 117. dum dixit, sufficere, quod coram iudice filius
57 proponat sua † iura contra patrem, & iudex mandet patrem citari, quia veniam censetur dedisse filio, processum valere, & pœnam non deberi, dicēs ita tenere Thomam Doccium Senensem, cuius cō silium requisitus confirmat. Et non dubium est,
58 quin veritatem dicat, † quia longo tempore post ipsorum mortem tēpore nostro fuerunt typis data consilia Thomæ Docci, *qui in consil.* 119. *incip. Dubiū. nu.*4. tenuit istam opinionem, quod multis comprobat *Ant. Capic. in decis. Neapol.* 56. *nu.* 6.7. *Philip. Deci. in dicta l. Qui in potestate. nu.* 2. *in fin. Dethar. Hortius in Synopsi Thes. li.*2. *ti.*4. *Thes.*9.

59 Declara decimo, non posse Scholarem † Præceptorem suum in ius vocare sine venia. *Bart. & Doctor. in l. Generaliter. ff. de in ius voc. Petrus Gerard. & Petra Sancta in singul.* 62. *incip. Scholares. qui allegat Petr. de Anchar. in cons.* 308. *incip. Ad hoc.* Testor conscientiam meam, me omnia Ancharani cō silia euoluisse, nec reperi consilium aliquod, quod sic inciperet, sed mirum est, quod ad hanc conclusionem illos allegauerit Ascanius Clementinus, & non bene inspexerit. Veruntamen Accursius *in l. liberto. ff. de obseq. liber.* cum dixisset textus, liber-
60 to, & filio, † Patroni, & Parentis persona sancta videri debet, *in verb debet,* dicit & Magistri, qua innixus Nicolaus de Neapoli *in §. pœnales. Instit. de Actionib.* dicit, præceptorem vocari in ius a Discipulo nō posse sine venia. Et Accursius dum vidisset textum dicentem sanctam videri personam pa-
61 tris, & patroni, † adiecit Magistri, cui voluit tribuere idem epithetum, ex illo Iuuenalis, qui de Magistro ait,

Sancti voluere parentis,
Esse loco.

Eosdem allegat etiam Bernardinus Scodobius. *in Repet. Authen. Habita. in verb.* tum ipsi, quā eorū nutrici *x.7. nu* 14.15. *C. Ne fil. pro patre.* in quā sententiam inclinauit nude tamen, & aliud agens, *Menoch. de Arbitrar. l.b.*2. *casu.*500.

62 Contrarium tamen est verius vocari † posse in ius Magistrū a Discipulo nulla qua sita venia, quod tenuit *Accurs. in dicta l generaliter.* Vbi facta illatione, dicit, ergo nec clericum, nec Magistrum subsequitur, quod est falsum? Hoc idem tenuit Specul. in titul. de Actore. §. 1. num. 21. vers. Sed num quid edictum. Est notandum, quod habeo sex corpora Digestor, & Codicis, & in omnib. glossis meis
63 *in dicta. l. generaliter.* † dicit (Magistratum) non Magistrum. allegant Bartolum pro contraria opinione *in dicta. l. generaliter.* quam legem Bartolus non commentauit. Sed in *l. si libertus ff. de in ius*
64 *vocando.* dicit, & secundum hoc non potest † vocari clericus, Doctor, & similes. Quinimmo Bartolus ibi loquitur de Magistratu, & habebat glossam, vt in libris meis. Hanc vltimam opinionem tenuit *Ioan. de Platea. in dicto. §. pœnales. Alexan. in dicta. l. generaliter. num.* 11. *vbi Ias. num.*8 *post Alberic. & Guliel. de Cuneo.* Sed nec ex hoc velim discipulos
65 in suos præceptores † accēdere, quos si mores illis fuerint modestia digni, suos Magistros vti secūdos patres debent obseruare. Sic ego feci, facio, & faciam, dum me DEVS in hac vita seruabit. Scripta mea testimoniū præbent vocantem præceptorē
66 etiā cum † venia in vrbanè facere, optima dicit Ludouicus Maynus Actionū in artē redactarū *lib.*2 *c.* 46. Non tamen tenet, nisi hanc vltimā opinionē.

67 Declara vndecimo, veniam necessariam † esse, dum gener socerum, soceramvē in ius vocauerit, priuignus vitricum, & nouercam, patre viuente, quo ad nouercam, vt post alios *Ioachim. Mynsinger. in §. pœnales. nu.*43. *de Action. & late Octauian. Cacher. in decis. Pedem.*30. *per totam. Nicol. Boer. in deci. Burdegal.* 271. *nu.*2. *Guliel de Lud. in sing.*57.

68 Declara duodecimo, dum Monachus † in ius vocat suum Abbatem, veniam non requiri *Abbas Panor. in consil.*88. *in princip. vol.*1. *quem sequitur Nicola. Boer. in decision. Burdegal.*271. *num.*3.

69 Declara decimo tertio, ciuem † vniuscuiusque vniuersitatis, ac ciuitatis volentem in ius vocare ciuitatem, aut vniuersitatem suam patriam debere veniam petere, vt ex dictis *Angel. in dicta. l. generaliter. ff. de in ius vocand. & ex Angelo de Aret. in §. pœnales. sub num.*7. *Instit. de action. Thomas Grammatic. in consil. ciuil.*40. *Francisc. Viui. opin.* 119. *lib.*2. *voluit Ascan. Clementin. de Patria potest. effectu.*3.
70 *num.*13. Sed Angel. Aretin. nihil dicit † ibi de vniuersitate, sed tantum de defensoribus citatis in quibus longe diuersa ratio est. Francisc. Viui. in decis. 230. nu. 30. Non negauerim tamē vnumquemq;

patriæ, in qua natus est multa deberi, quod pluribus probarum, non est locus hic rei huic commodus. Sed contra hanc opinionem quod contra pro-

71 priam patriam † quis agere potest sine venia *post Bald. tenuit Iacobin. de Sanct. Georg. in inuestitur. feudal. in verb. dictique vasalli promiserunt non committere feloniam. sub nu.* 48.

Declara decimo quarto, vasallum, seu feudatarium, nō posse dominum feudi in ius vocare, venia,

72 † non petita, & impetrata. *Innocent. in cap. ceterum. in princ. & ibi Panor. Felin. & Decius. extra. de iudic. Bald. in c. Imperialem. §. fin. col. 3. de Prohib. feud. alien. per Feder. & ibi Iacob. Aluarot. & voluit Matt. de Afflict. in decis.* 265. *num.* 36. *vers. decima quarta fallentia. Ante eos Specul. in ttiul. de feud. §. quoniam num.* 33. *vers. decimo septimo quæro, ibi, item vasallus non debet. Iason. in l. si non sortem. §. libertus. col.* 8. *ff. de condit. ind. b. Vdalrich. Zas. in tract. feudor. parte* 7. *vers. hoc tamen & parte* 11. *vers. Quid ergo. Idem Iason. in dicta l. generaliter. nu.* 4.

Contrarium tamē, quod feudatarius & vasallus

73 possit † dominum conuenire, & litem ei mouere, & in ius vocare sine venia tenuit Accursius *in c.* 1. *§. si vero vasallus. in verb. Salua reuerentia. de Milite vasallo, qui contum. est.* Quod & tenuit ibi *And. de Iser.*

74 *num.* 7. *in fin. ibi, Nam, quod possit in ius* † *vocare Dominum Vasallus sine venia. vt in gloss.* Refero hæc formalia verba, quia libri quidam corrupti, habent (Non quod possint in ius) quia esset negatiua & non allegaret & referret se ad glossam ibi, quæ continet affirmatiuam. Hoc idem voluerunt ibidem *Iacob. de Belaiso. Nicol. de Neapol. Aluarot. num.* 8. Qui

75 dicit, quod in feudalibus non vtimur dictis † superfluitatibus, & subiungit quod illa verba *salua reuerentia* non sunt dicta vt requiratur venia, sed vt in actione intentanda vtatur verbis honestis, & modestis. *Idem dicit Præpos. Alexand. ibi. col.* 5. *vers. In glossa, ecce quod liberto. Martin. Laudens. num.* 9. *Alexand. in dicta l. generaliter. nu.* 7. *ff. de in ius vocan. Iacob. de Sanct. Georg. in inuestit. feudal. §. Dictique vasalli promiserunt non committere feloniam. num.* 48. *post Io. de Platea. in l.* 1. *C. de Colon. Thoracens. lib.* 11. *Iulius Clarus in §. feudum. q.* 25. *Gaspar Caballin. Millelo.* 31. *Marc. Anton. Natta in cons.* 445. *nu.* 8. *vol.* 2. *Bartol. de Chassan. in Consuetud. Burgundiæ rub.* 3. *§.* 4. *in gloss. Le vasall. est tenu. nu.* 6. *Nicol. Intrigliol. de feudis q.* 58. *num.* 20. *Centur.* 1. *vol.* 1. *Nicol. Boer. in decision. Bardegal.* 271. *sub nu.* 3. *Ioachim. Mynsinger. obseruat.* 92. *Centur.* 4. *dicens ita in Camera Imperiali fuisse prouisum. & in dicto §. penales. nu.* 47. *Allegat Io. Borcholten. in tract. feudor. c.* 10. *nu.* 38. *Renat. Chopp. in consuetud. Andegav. lib.* 2. *tit.* 3. *articul.* 4. *in fin. parte* 2.

Declara decimo quinto, filiusfamilias tutor alicuius pupilli si velit tanquam tutor vocare patrem

76 † in iudicio id facere potest absque venia, *ex Sylue stro Aldobrandin. in §. dari autem. nu.* 6. *inst. Qui testam. dari tut. possunt. voluit Petr. Duen. regul.* 351. *limit.* 2. *Emanuel. Zuarez in Thesaur. Receptar. Sententiarum. §. filius. nu.* 205. *Ascanius Clementin. de patria potestat. effectu.* 4. *num.* 9. *Vincent. Mancin. de tutor. & Curator. q.* 2. *secundę quæstion. principal. num.* 5. *Nouissime Paul. Montan. de iure tutel. cap.* 9. *num.* 4.

77 Declara decimo sexto, quod si processus † reperitur totus cōpilatus citatione contra patrem, vel patronū emissa, nec appareat venia, processus non valet, si fuit contra cōtumacem, & inuitum, si tamen aliquādo cōparuerit, & iudicium prosequutus fuit processus valebit. *Guielmus de Cuneo, quem sequitur Bartol. in l. quamuis. nu.* 2. *ff. de in ius voc. Guido Papæ in consil.* 24. *nu.* 5. *& in decis. Gratianop.* 221. *nu.* 4.

78 Declara decimo septimo pœnam † quinquaginta aureorum, quæ imminet non petenti veniam, deberi patri, patrono, & similibus. *l.* 2. *in fin. & ibi glos. in verb. concedi. C. de in ius vocand.* Et illam pars remittere potest non Fiscus. *Bald. in dicta l.* 2. *Petr. de Anchar. in cons.* 366. *& in consil.* 367. *Felin. in c. cauſam quæ. nu.* 46. *extra de rescript. Tho. Gram. in voto.* 35. *nu.* 7. 8. *Iacob. Cuiac. obseru. lib.* 10. *obseruat.* 10.

79 Declara decimo octauo, exceptionem † veniæ non petitæ, proponi debere in primo actu, & prima replicatione, quam pater, vel patronus reus facit, alias in posterum non auditur. *Bartol. in l. Quāuis. ff. de in ius uocand. post* Angel. *Alex. Dec. Curtios senior. & iunior. Purpur. & Gomez. voluit Octauian. Cacheran. in decision. Pedemont.* 30. *nu.* 21. *Deci. in cons.* 317. *nu.* 6. *Guid. Pap. in dicto cons.* 24. *num.* 5. *& in decis.* 221. *sub nu.* 4. *Dixi in cons.* 16. *nu.* 26. 27. *Centur.* 2.

80 Declara decimo nono, † pœnam quinquaginta aureorum statutam non petenti veniam, nunquam deberi, nisi a vocante in ius sine venia patrem, & patronum, aliosque in edicto nominatos, sed vocantem socerum, vitricum, ac similes, illa non teneri, sed cum inurbane agant, iniuriarum actione teneri. *argum. l. iniuriarum. §.* 2. *de iniur. l. si vero. §.* 1. *ff.*

81 *qui satisd. cogant.* vel extra ordinem † puniendum, & ita intelligi oportere *dictam l. generaliter. vbi gl. ff. de in ius vocando.* cum pœnas extēdere nostrum non sit. *l. interpretatione. ff. de pœnis.* Hęc ad verbum *Ludouic. Mayn. Actionum in artem deductarum.*

82 *lib.* 2. *cap.* 46. Quæ cum mihi satis † arrideant, referre volui, lectorum sit iudicium, si hoc sequi velint, aliam reddit rationem *Iacob. Lectius de pœnis ad Modestinum. cap.* 1.

83 Vigesimo † præsentatus in iure patronatus ecclesiastico patronum præsentantem non vocabit sine venia, *Francisc. Viui. in decis.* 230. *nu.* 31.

84 Graui modestia, & insigni exemplo † Parisiensis Senatus Arrestum protulit, Titius pater, tres filios Sempronium, Mæuiū, & Seium habens, Mæuiam nuptui tradidit, sexcentos aureos pro dote illi tribuens; Sempronio vxorem ducenti sexcentos alios, matrimonij fauore propter nuptias donat. Seius cum nihil sibi datum videret, & a patre fere negligi, & pluries cum illum interpellaret, vt a quale liberalitatis beneficio fratribus redderet, nihil profeciſſet, & vxorem duxisset. Patrem in ius vocauit,

sexcen-

ſexcentos æqua luce ſibi dari petens, & donationis titulo conferre cum aliqua ingratitudinis macula minime notaretur. Pater inuitum ſe cogi poſſe filio donare, & irreuerenter petenti, nouum eſſe, & inauditum contendit. Perorata vtrinque ſolenniter cauſa. Senatus Patrem ab iniuſta Seij filij petitione abſoluit, & ſolenni iudicio, Scium temerariæ litis veniam, & importunæ flagitationis a patre deprecari iuſſit iudicium hoc pulchre agitatum retulit *Annæus Robertus Rerum Iudicatarum lib. 3. cap. 6. pulcherrime, & eleganter ab eo etiam enarratum.*

ARGVMENTVM.

Iudicis authoritas vileſceret, & indicia rederentur eluſoria, nec non omne robur illorum prorſus eneruaretur, ſi inobedientes ad comparendum, & cauſam dicendam pœnis a iure introductis non conſtringerentur, & illorum contumacia debita ſeueritate plecteretur. Perdit igitur contumax, cum ſit in dolo præſumpto, omnia ſibi a iure indulta priuilegia, & priuſquam expenſas reficiat, in cauſa amplius non audiri, nec ad ſententiam, ſi in alijs iudicij actibus contumax fuerit, citari debet, & licet minor ſit, attamen beneficio reſtitutionis in integrum ſe indignum reddit. Contumacia autem alia eſt vera, alia ficta. Vera contumacia dicitur, quando quis iudicem contemnens dicit nolo venire, vel data opera procurat, ne citatio ad ipſius notitiam perueniat. Ficta, vel præſumpta colligitur ex circumſtantijs, & quibus quis ſubterfugiendo iudicium ludificat. Ab hac ruſticus propter ſuam ſimplicitatem excuſatur, & mulier propter partum & quilibet qui legitimũ impedimẽtum allegare, & debito modo probare poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Adamum mandati DEI trangreſſio reum fecit. numero. 3.*
2 *Benedictio diuina Abrahæ facta propter mãdatorum obedientiam.*
4 *Pœnarum contumaciæ catalogum facit author.*
5 *Citatus coram ordinario, vel inquiſito re ad reſpondẽdum de fide, non comparendo, & per annum perſeuerando, condemnatur, vt hæreticus. Declara. num. 6.*
7 *Contumax non declinat forum, immo perdit priuilegium illud declinandi forum. Declara. num. 8. 9. 10. 171.*
11 *Contumaci annotantur bona pro portione Fiſco tangenti. Declara. nu. 12. 13. 14.*
15 *Contumax non dat cautionem de ſtando iuri in loco domicilij, ſed in loco iudicij.*
16 *Contumaci ob diffamationem, quod prætendat aliquod ius imponitur perpetuum ſilentium. Declara nu. 17. 18.*
19 *Vaſallus per tres citationes requiſitus a domino, vt præſtet ſeruitium, contumax, feudo priuatur. numero. 20.*
21 *Petens compromiſſum, ſi eſt contumax perdit hoc beneficium.*
22 *Contumax in Regno Neapolitano in cauſa criminali per annum in illa perſeuerans, punitur confiſcatione bonorum.*
23 *Contumax verus non appellat, nec ſupplicat. nu. 24. 25. 26.*
27 *Contumax litis pendentiam non allegat.*
28 *Non reſpondens ſuper poſitionibus, & articulis, contumax pro confeſſo declaratur. Declara. num. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35.*
20 *Regni Neapolitani obſeruatio nõ reſpondenti poſitionibus, & articulis. nu. 30.*
36 *Contumax ſuper delicto bannitur. nu. 37.*
38 *Dum proceditur ad bannum, debet inſeri in eo contumacia.*
39 *Contumax tractatur, vt præſens, & pro præſente tractatur.*
40 *Contumacia præſcriptionem interrumpit.*
41 *Contumax eſt in dolo præſumpto. nu. 42.*
43 *Ruina, & deuaſtatio domus fieri poteſt ex contumacia.*
44 *Contumacia eſt delictum. Declara nu. 45. 46.*
47 *Creſcente contumacia, creſcit pœna.*
48 *Rei contumacia operatur, quod actor mittitur in poſſeſſionem ex primo decreto. Declara. nu. 49. 50. 51. 52. 53. 160.*
54 *Non auditur contumax, niſi refectis expenſis. Declara. nu. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62.*
63 *Contumax ſemper præſumitur malam cauſam habere. Declara. nu. 64.*
66 *Bannitus captus contumax fideiuſſoribus non relaxatur. nu. 67. 68. 69. 70.*
71 *Præuentionis exceptionem contumax non opponit.*
72 *Pro eodem delicto in duobus locis contumax, in vtroque loco tenetur ad pœnam contumaciæ.*
73 *Non obſtante præuentione contumaciæ in loco delicti poteſt puniri in loco originis.*
74 *Contumax, & Bannitus in vno loco, eſt bannitus in toto Regno. Declara nu. 75.*
76 *Mandato alicui facto, vt intra terminum præfixum, aliquid reſtituat, ſi non adimpleuerit, nõ auditur.*
77 *Citatus in omnibus aliis actibus, non debet citari ad ſententiam.*

78 Con-

78 *Contumax pro crimine potest cõdemnari pro debito, etiam post tempus a statuto præfixum.*

79 *Contumax in contestatione litis, comparendo testibus receptis, audiri non debet. Declara. num.* 80.

81 *Citatus, contumax effectus, mittens procuratorem cum potestate non sufficienti, non admittitur, nec amplius citatur.*

82 *Contumax notorius absque aliqua citatione potest excommunicari.*

83 *Arbiter etiam mulctare potest contumacem. nu.* 84.

84 *Arbitri necessarij ex forma statuti possunt mulctam indicere, quia dicuntur arbitri iuris.*

85 *Contumax ad sententiam arbitri incidit in pœnam, ac si prolato laudo non pareat. Declara. nu.* 86.

87 *Citatis Prælatis ad Concilium per Summum Pontificem, si non accedunt ad locum in eorum contumacium concilium repræsentabit ecclesiam vniuersalem.*

88 *Dominus temporalis si triennio sinat in suo Dominio hereticos habitare, res sui Dominij quilibet acquirere potest. num.* 89.

89 *Ioannes Allebretus monitus noluit Regnum suum hæreticis purgare, fuit per Pontificem Regno priuatus, remissiue*

90 *Excommunicatus pro contumacia, non absoluitur, nisi solutis expensis, & satisfacta parte emenda.*

91 *Citatus in vno actu primo, & contumax effectus, nõ citatur in alio actu. Declara num.* 92. 93.

93 *Contumax etiam per incompetentem iudicem puniri potest.*

94 *Contumaci volenti declinare forum incumbit onus probandi.*

95 *Verus contumax, etiam si sit minor integrum non restituitur. Declara. num.* 96.

97 *Quando iudex in mandato comminatus est, non obtemperanti velle mulctare, tunc contra ipsum contumacem fit mulctæ impositio. num.* 98. 99.

100 *Audientia denegatur contumaci. Declara num.* 101. 102.

103 *Contumax in non soluendo filio legitimam relictã, fit duplicata solutio.*

104 *Si per annum emphyteota steterit contumaciter perseverans non petendo renouationem emphyteosis amplius non auditur.*

105 *Vxor a viro diuertere, & dotem petere poterit si vir per annum in excommunicatione perseuerauerit, illius absolutionem non petendo.*

106 *Debitor citatus super tenore instrumenti, & contumax factus carceratur. num.* 107.

108 *Sequestratio de iure prohibita, tamen permittitur in contumacem. num.* 109.

110 *Vasallus requisitus ad associandum Imperatorẽ Romæ ad suscipiendam Imperij coronam, feudo priuatur. Declara. num.* 111.

112 *Emphyteota requisitus, vt soluat canonem, & non soluat, contumax effectus, vel non soluat integrũ, priuatur emphyteosi.*

113 *Princeps, qui intuitu cuiusuis consuetudinis, legatos a Summis Pontificibus, & eorum Sancta Apostolica Sede missos, impediunt, excõmunicationem incurrunt eorumque Regna, & Dominia, tamdiu ecclesiastico interdicto subiacebunt, quam diu per seuerabunt in contumacia.*

114 *Contumax in appellatione introducenda pro desertore appellationis habetur.*

115 *Delegatus Papæ, vel Principis cõtumaces mulctare possunt.*

116 *Contumax pro ciuili debito potest per iudicem personaliter capi. nu.* 117.

117 *In Regno Neapolis debitor contumax vigore instrumenti, patitur exequutionem in bonis, & persona.*

118 *Excommunicatus contumax pro causa criminali, vel ciuili per annũ perseverãs, priuatur beneficiis.*

119 *Contra contumacem acta facta in vno iudicio in alio fidem facient.*

120 *Cõtumax, & bannitus pro aliquo delicto, torquetur.*

121 *Iudex seueritatem seruare debet contra contumacem. Declara. num.* 122. 123. 124.

125 *Contumax bannitus sine alio processu, si confiteatur esse illum bannitum, punitur.*

126 *Mandato in casu arduo contra aliquem præfixo, si non obtemperet, sed negligat, an puniatur capite, si fuerit a Rege factum.*

127 *Procurator in causa criminali pro contumace non auditur.*

128 *Vna protestatio sufficit cõtra vocatum ob delictum vel contumacem, licet alias regulariter plures requirantur. Declara. num.* 129.

130 *Appellans ab interlocutoria, non est amplius citandus, quia statim est contumax.*

131 *Expensæ taxantur in contumaciam non citata parte. num.* 132.

133 *Pro omni contumacia quis potest excommunicari.*

134 *Compromittere non potest contumax.*

135 *In duello vocatus non veniens amittit suarum rerum dominium, & parti applicatur.*

136 *Facta protestatione, quod vicinus adimat ramos arborũ pendentes in solo alterius, & contumax ille non adimat, vicinus propria authoritate poterit incidere. num.* 137.

138 *Iudex contra subditum bellum imminentem contumacem, ipso debet ac potest illi bellum indicere.*

139 *Vna contumacia aliam aggrauat.*

140 *Contumax legitime bannitus ad se defendendum non auditur. Declara. num.* 141.

142 *Infidelis reputatur contumax.*

143 *Pœna confiscationis bonorum imponitur cõtumaci. num.* 144.

144 *In Regno Neapolitano contumaciæ criminalis pœna est tertia pars bonorum mobilium.*

145 *Rusticus, si in termino sibi dato non declarat bona, quæ tenet a domino in feudũ cũ cõfinib. priuabitur.*

146 *Contumax, qui ad contumaciam, & subterfugia, litem contestare non potuit, in delictis priuatis inducitur cõtumacia ob quã habeatur lis pro cõtestata.*

147 *Vocatus non veniens priuatur voce, qua se facit indignum.*

148 *Creatus, vt officiũ exerceat, & cõtumax sit in acceptando duplicato tempore exercere debet, & dũ nõ exercet eligitur alius, qui interim bona sua possidet.*

149 *Hæres*

149 *Hæres non ſatisfaciens contumax, defuncto nocet, quia in purgatorio diutius continetur.*

150 *Citatus ad curiæ negotia, vel ad parlamentum, ſeu conſilium, nec in termino comparens, in illius contumaciam proceditur ad ea negotia.*

151 *Dominus, vel Baro monitus ſiue requiſitus a Rege, vt ſubdito iuſtitiam faciat, ſi contumaciter facere neglexerit patitur repreſalias.*

152 *Contumacia operatur, vt ſit locus remiſſioni in contractibus.*

153 *Contra contumacem pro delicto, in quo confeſſo habeatur iudex plantat furcas ante illius domum, & ibi cum fune ad collum ſuſpendit eius imaginem.*

154 *Prælato per annum perſeuerante, nec re eccleſiæ infeudante ſit de menſa.*

155 *Contumax, & bannitus æquiparatur excommunicato.*

156 *Nimia contumacia priuat quem iure ſuo.*

157 *Contumax poſt annum habetur pro confeſſo, & conuicto.*

158 *In odium contumacis peruenitur ad ſecundum decretum.*

159 *Literæ præciſæ, & exequutoriales expediuntur contra contumacem, & non auditur, niſi expenſas reficiat.*

160 *Reo contumace, ante litem conteſtatam mittitur actor in poſſeſſionem ex primo decreto.*

161 *Citatus perſonaliter ſi non comparet, proceditur cõtra ipſum per audientiam contradictarum.*

162 *Omnes exceptiones dilatorias amittit contumax.*

163 *Iudex in ciuilibus pro contumacia poteſt capi facere contumacem.*

164 *Contumacia procuratoris, quomodo noceat domino?*

165 *Nullitatem citationis contumax non opponit.*

166 *Qui venit, & illicentiatus receſſit, contumax dicitur.*

167 *Epiſcopi contumacia operatur, quod poteſt interdici tota terra ad eius iuriſdictionem pertinens.*

168 *Vniuerſitas contumax ſuis priuilegijs priuatur.*

169 *Delegatus papæ, vel principis ad vnam vel certas cauſas poteſt mulctare contumacem.*

170 *Contumax non dicitur, ſi contumacia non acccuſatur.*

171 *Citatus contumax, opponit declinatorias exceptiones.*

172 *Contumax notitia ſententiæ habita, appellat.*

173 *Rusticus contumax a contumacia excuſatur.*

174 *Non committitur contumacia, niſi citatio contineat omnia neceſſaria.*

175 *Verus contumax dicitur, qui citatur de perſona.*

176 *Vniuerſitas, & collegium, non dicuntur contumaces, niſi in conſilio, & cõgregatione citẽtur, vel ſe congregare renuant.*

177 *Clericum contumacem ſæcularis iudex non mulctabit.*

178 *Qui citatus non fuit, in mora, & contumacia non dicitur.*

179 *Verus contumax dicitur, qui data opera facit, quod citatio ad ipſius notitiam non perueniat.*

180 *Citatus, vt compareat pro delicto, alias habeatur pro confeſſo, vna ad hoc contumacia non ſufficiat.*

181 *Pro ficta contumacia ad domum, non poteſt mulcta imponi.*

182 *Mulier citata, quo die ob partum impeditur, & excuſatur.*

183 *Citatus ad locum non tutum, non dicitur contumax.*

184 *Citatur Gallus, quo tempore dominabantur Galli, interim inimici Gallorum bellum inferunt, & iſte efficitur contumax, debet hoc non obſtante audiri.*

185 *Pro contumacia non imponitur vera delicti pœna. Declara. 186.*

187 *Accuſata contumacia præceptum remanet firmũ.*

188 *Verus contumax dicitur, qui iudicem contemnens dixit, nolo venire.*

TITVLVS XLVI.

De contumacia.

A Dę Parentis noſtri primi peccatum inobedientia fuit, & ideo recte Theologi dicunt, quod Adæ non ligni fructus mortem attulit, ſed mandati DEI trãſ
1 greſſio, illum † reum fecit. Quid enim peius excogitari poteſt, quam ſubditos ſuis maioribus, ac ſuperioribus non parere? Vnde DEVS optimus Maximus oſtendit ſemper obedientiam ſibi placuiſſe, & ideo *Genes. c. 22.* dixit Abrahæ, quia feciſti
2 hanc rẽ, & non peperciſti filio tuo † vnigenito propter me, benedicã tibi, & multiplicabo ſemẽ tuum, ſicut ſtellas cæli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris, poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti voci meæ. Et de inobedien
3 tia Adę Apoſtolus † *ad Roman. cap. 5.* ait, ſicut per inobedientiam unius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi, & per vnius obeditionem iuſti conſtituentur multi. Non mirum igitur ſi, & Canones, & ciuilia iura tantopere contumaces perſequu
4 ti ſunt, breuiter itaque faſciculum faciam, non † contemnendum, multarum pœnarum, quæ contumacibus ſtatutę fuere, vt promptuarium habeant non longe quærendum.

Prima Contumacis pœna eſt, quia citatus reſpõſurus de fide, vt coram ordinario, vel inquiſito
5 re † reſpondeat, efficitur contumax, & propterea excommunicatur, & per annum in excommunicatione perſiſtit, ex tunc vt hæreticus damnandus eſt. *c. cum contumacia. de hæretic. lib. 6. c. excommunicamus. il 1. §. 1. extra de Hæretic. Archidiac. in c. accuſatus. in verb. vehemens. in verb. Orta. de hæretic. in 6. Authen. Gazaros. & Auth. Credentes. C. de Hæretit. Vgolin. Zanchin. de hæretic. cap. 9. nu. 3. Paul. Grilland. de Hæreticis. q. 8. nu. 2. 4. Panor. in c. veritatis. nu. 21. extra de dolo, & contumac. Bernard. Ce-*

mens.

mens. in Lucerna inquiſit. in verb. contumax. nu. 4. 5. *Iacob. Simancas in pract. Hæreſeos. titul.* 46. *num.* 1. *Iacob. Menoch. de arbitrar. iud. quæſt. lib.* 2. *Cent.* 5. *caſu.* 416. *nu.* 62. *Ioan. Vincent. de* Anna *in alleg.* 25. *num.* 3 4. *Gundiſal. Villadieg. de Hæret. cap.* 11. *num.* 3. *Franciſc. Burſat. in conſil.* 7. *num.* 21. 22. 23. *vol.* 1.

6 Declara non ſolum in hæretico † perſeuerante per annum in excommunicatione, ſed in omni excommunicato, per annum perſeuerante in excommunicatione eſt ſuſpectus de hæreſi, & efficitur infamis. *cap. fin. extra de Pœnis. Guliel. Benedict. in rep. cap. Raynutius. in verb. Mortuo itaque teſtatore. il* 1. *num.* 290. *de teſtam. Ioan. Vincent. de* Anna *in allegat.* 25. *num.* 4. 5. *& notatur. in dicta* Authent. *Credentes. C. de hæretic.*

7 Secunda contumacis pœna, quia † per contumaciam perdit priuilegium declinandi forum, nec fori declinatoriam poterit opponere. *Innoc. in c. præterea. extra de dilat. Bartol. in l. vbi cœptum. ff. de iud. in l. quamuis. ff. de damn. infect. in l. ſepulchri. ff. de ſepulchr. violat. Bald. in l. ſi quis ex conſenſu. C. de epiſcop. aud. Angel. in l. eum qui. la* 1. *ff. de priuileg. cred. Alex. in l. ſi quis ex aliena ff. de iudic. & in l.* 2. *col.* 3. *ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. Hyppolit. de Marſil. in ſingul.* 239. *incip. contumax. Matth. de Afflict. in deciſion. Neapolitan.* 133. *num.* 2. 5. *Petr. Foller. in pract. Crimin. in verb. Banniantur. num.* 51. *Idem Afflict. in conſt. Regni. Hac lege. num.* 12. *Cæſar Vrſill. in deciſion.* 133. *in princ.*

8 Declara primo, quod etiam ſi eſſemus † in cauſa ſummaria, velletque contumax expenſas reficere, & forum declinare, non auditur. *Idem Innocent. in dicto. cap. præterea. col.* 3. *verſic. ſi autem in cauſa. Bald. & Angel. in l. fin. in fin. C. de except.*

9 Declara ſecundo, procedere concluſionem, † ni ſi contummacia incuſata eſſet coram iudice incompetente, & hoc niſi iudex pronunciaſſet ſe iudicem competentem. *Idem Innocent. in dicta. c. præterea. col.* 2. *de Dilat. Bartol. in l.* 2. *col.* 3. *ad finem. verſ. ſed quæro quid ſi proceſſum. vbi Alex. nu.* 4. *ff. ſi quis in ius vocat non ier. & Philipp. Franc. in c. ſi duob. col.* 15. *de appell.*

10 Declara tertio, tunc amitti priuilegium † declinandi forum, quando illi renunciare potuiſſet. *Matth. de Afflict. in deciſion. Neapolitan.* 133. *num.* 5. *Ioan. Neuizan. in conſil.* 18. *num.* 14. *Lancellott. Gallia in conſil.* 116. *num.* 58. *vol.* 1.

11 Tertia contumacis pœna, eſt bonorum † annotatio, & in hoc Regno, eſt pœna contumacis, quia quæritur Fiſco tertia pars bonorum mobilium, de annotatione bonorum habetur *in l. fin. ff. de requir. reis. & in l.* 1. *C. eo tit.* vbi bona annotata ſi reus intra annum veniens ſe purgauerit, recuperat, poſt annum non auditur, niſi ex indulgentia principis,

12 & licet † ſe purget bona non recuperat. l. quicunque. C. eo titul. Salyc. in l. eum qui. C. de ſicar. *Guido Papæ in deciſion. Gratianop.* 429. *num.* 1. 2. *quem refert Franciſc. Marc. in deciſion. Delphinal.* 164. *num.* 6. *vol.* 1. *Luc. de Penna. in l. defenſionis facultas col.* 4. *verſ. ſed an bona. C. de iure fiſci. lib.* 10. Quo vero ad ius huius Regni, quod debetur fiſco in bo-

13 nis mobilibus † contumacis *eſt conſt. Regni. incip. Grandis vtilitas. & conſt. pœnam nouem vnciarum. vbi Matth. de Afflict. Notab.* 4. *Petr. Foller. in pract. crim. in verb. Banniantur. num.* 1. *& Proſper Carautta in Ritu.* 206. *num.* 1. *Iul. Clar. in pract. crimin. q.* 44. *Franciſc. Viui. in deciſion.* 252. *num.* 1. *& antea in deciſ.* 138. *num.* 44.

14 Declara tu Regnicola, quod hæc pœna † tertiæ partis bonorum mobilium, habet locum in reo, quia actor, qui non accuſat vltimam contumaciã puniebatur ſexta parte bonorũ mobilium per Regni conſt. incip. Accuſatorum, quod hodie minime ſeruatur, *vt per Carauit. in ritu.* 206. *num.* 1.

15 Quarto contumacis pœna eſt in eo, qui † debet cautionem de ſtando iuri, in cuius præſtatione petendo remitti ad præſtationem cautionis in loco domicilij, quia ſi eſt contumax, non remittitur ad præſtandam cautionem, ſed debet illam præſtare in loco iudicij. *Alexand. in l. de die. §. tutor. num.* 1. *ff. qui ſatiſd. cogant. Quẽ refert, & ſequitur Matth. de Afflict. in deciſion. Neapolitan.* 137. *ſub nume.* 2.

Quinta pœna contumacis erit, quia in diffaman

16 te † ſe habere ius aliquod in aliqua re, & citato, vt veniat intra terminum, ac dilationem ſibi datam ad proponenda ſua iura, quia effecto contumaci imponitur perpetuum ſilentium. *l. Diffamari. C. de Ingen. Manumiſſ. Oldrad. in conſil.* 3. *num.* 3. *Matth. de Afflict. in deciſion. Neapoli.* 264. *num.* 1. 4. *Ludo. Roman. in conſil.* 23. *in fin. & in conſil.* 53 *num.* 1. *Rota in antiq. in deciſio.* 305. *incip. Nota qualiter. Marſil. in ſingul.* 283. *incip. Lapſus termini. Didac. Couar. Variar. reſolut. lib.* 1. *c.* 18. *nu.* 1. *Iacob. Philipp. Port. Commun. opin. lib.* 1. *concluſi.* 19. *num.* 1. *Hierony. Cagnol. in rep. dictæ. l. diffamari. in princ. Vbi etiam Cæſar. Contard. in oppoſit. in princ. nu.* 51. *vbi allegat Bald. in quibuſdam locis, in quibus non inueniuntur. Vincent. Maxilla in conſuetudin. Bari tit. de dilationib. num.* 44.

17 Declara tamẽ exigi duas † citationes ſiue monitiones, vt poſſit dici contumax, & perpetuum ſilentium imponi. *Accurſ. in §. ſi quis autem. in verb. Admonitus. vbi Angel. in Authen. de Hæred & Falcid. Angel. de* Aret. *in tract. Malefici. in verb. Nec non ad querelam Titij. col.* 11. *Matth. de Afflict. in dicta deciſion. Neapolitan.* 264. *num.* 4. *Cagnol in dicta. l. diffamari. nu.* 7. *Ioan. Anton. de Nigris. in c. Regni, Et ſi frequenter. num.* 20. *& ſecundum opinionem Angeli fuiſſe deciſum in Sacro Conſilio refert. Anton. Capic. in deciſion. Neapolitan* 205. *per totam. & non pro opinione Ludouici Romani. in l. quãdiu. §.* 1. *ff. de Acquir. hæred.* Qui dicit ſufficere vnam, & bi-

18 nam † requiri, decreuit etiam Burdegalenſe Conſilium, vt per *Nicol. Boer. in deciſion.* 255. *per totam. Quos ſequitur Contardus in dicta. l. diffamari. in limitationibus. num.* 30. *limitation.* 3. *Bartholom. Cepoll. in cautela.* 110. *incip. quando. Hyppolit. de Marſil. in ſingul.* 616. *incip. ſolent ſæpe iudices. Et ego plene olim dixi in comment. de compromiſ. §.* 2. *glo.* 2.

gloſſ.2.num.22.23.Didac.Couar.variar.reſol.lib.1. in dicto cap.18.num.2.

19 Sexta contumacis pœna eſt,quia † ſi vaſallus habens feudum a Domino, & requiſitus tribus vicibus a Domino,per tres citationes, vt præſtet ſeruitium pro feudo,ſi contumax fuerit priuatur feudo. *c.1.de milit.vaſall.qui cõtum.eſt.*Et in Regno adeſt Rogerij Regis conſtitutio *incip.ſi vaſallus. Vbi Andr.de Iſern.& voluit Matth. de Afflict.in deciſi. 265.num.93.* in quo textu apparet, quod ſi infra annum compareat,feudum recuperabitur. Et voluit Afflictus *in dicta deciſion.265. num.93. &*

20 *præfata † procedunt in ſeruitijs militaribus.Paris de Puteo de redintegrat.feud.cap.11.incip. An ſi quis tenet.num.12. & hæc materia tractatur in cap.1.§. ſed nec alia iuſtior.quib.mod.feud.amittatur.& dixi plene ſupra in titulo de feudis.*

21 Septima pœna cõtumacis eſt,præſertim † in Regno Neapolitano, in quo cum cauſæ compromitti debeant inter conſanguineos,ſi petens compromiſſum ſit contumax, excluditur a compromittendo. *Matth.de Afflict.in deciſion.Neapol.185.nu.1. Vide Anton.Capic.in deciſion.Neapolitan.48.nu.4. & quæ Ego dixi de compromiſſ.§.2.gloſſ.2.num.31.*

Octaua pœna contumacis, maxime in Regno, quod contumax, cuius bona ſunt annotata, infra

22 annum † non poteſt illa alienare, cum lapſo anno, ſi non compareret,confiſcantur. *Ita volucrũt Andr. de Iſer.quem ſequitur ibi Matt. de Afflict. in Conſt. Regni Grandis vtilitas.quos ſequitur Petr. Foller.in pract.crim.in verb.annotentur bona contumacis.nu.* 5.Sed non vidi id obſeruari,niſi in quibuſdam cauſis grauiſſimis.

23 Nona pœna eſt,quia verus † contumax non appellat.*l.ex conſenſu.§.eum qui.vbi optime Accurſ.ff. de appell.& relat.Petr. Iacob. de Aureliaco in pract. tit.de action.de conſtit.pecunia.num.23. Anton. Capic.in deciſ.Neapol.139.per totam.* Ante eos Goffred.de Trano in Summa titul. de appellat.verſ.forma vero. Alexand.in l.dies cautioni.§ prætor.num.9. *ff.de damn.infect.Rota in Nouis.in deciſ.364.incip. cum tura.Innoc.in c.præterea.col.2.de dilat. Bald. in Margarita.in verb.iudex 31. Iafred Lanfran. Balbus in deciſ.333.incip.ſi perſonaliter.Virginius* Boccacius *in Conſt.Picentin gloſſ.8.ſub.nu.127. Rolan. a Vall.in conſil.38.num.15.vol.2.* Verus, & fictus

24 contumax, quis ſit † dicam infra hoc titulo, *verſ. verus contumax.num.175.176. Cæſar Vrſill. in deciſion.133.nu.5.Franciſ.Viui.in deciſ.138.nu.35.*

25 Declara fictum contumacem † appellare poſſe a diffinitiua intra decem dies a die ſcientiæ computandos.*Clem.cauſam. de elect. clem.ſi ante.de dolo, & contum.*

26 Declara etiam, contumacem nec poſſe † ſupplicare. *Rol.in conſ.38.nu.15.vol.2.*Vbi alios allegat.

27 Decima contumacis† pœna eſt,quia litis pendentiæ exceptionem allegare non poteſt. *Bartol.in l. vbi cęptum.ff. de iudic.& in l.ſepulchri.ff. de ſepul. chr.violat.Angel.de Aretio in tract.Malefic.in verb. Hæc eſt quædam inquiſitio.col.fin. Alexand.in l.de die.§.tutor.ff.qui ſatiſd.cog. Hyppolit.de Marſil.in ſingul.239.incip. contumax. Andr.Tiraquell.de retract.conſanguin.§.8.glo.2.nu.8.in fin. Iacob. Philipp.Portius commun.opin.lib.3.concluſion.25.limit.* 5. *Vbi in finitos allegat.Matth.de Afflict.in conſtit. Hac lege.nu.12.Cæſar Vrſill.in deciſ.133.num.4.in fin.Io.Maria Monticell in pract.cri.regul.1.nu.17.*

28 Vndecima pœna cõtumacis eſt,quia ſuper † poſitionibus, & articulis factus contumax in non reſpondẽdo, habetur pro confitente in eo, quod ſibi deterius erit.*l.de ætate. §.qui tacuit ff. de interrog. actioni.l.quamdiu.68.in fin.ff. de acquir.hæred.Lud. Roman.in conſil.174 nu.5.Bald.Paul.de Caſtro.& Alex.in l.2.§.in fideiuſſorem.ff.qui ſatiſd.cog.Gloſſ. Bartol.in Authent.Qui ſemel.C.quomod. & quand. iud.videndus eſt Luc. de Penna. in l. locorum.C. de omni agro deſert.lib.10.Petr.Foller.in pract.crim.in verb.Banniantur.ſub nu.55.D.Gaſpar Anton.Theſſaur. quæſt. Forens.lib.1.q.6.num.1.Nicolaus Reuſner.in deciſion.Ienenſi.15.num.27.lib.3.Dominicus Arumæus in deciſ.Ienenſ.12.num.6.*

Declara primo,quod non ſufficit vna citatio,ſed

29 requiruntur † plures *vt in cap.ſi poſt præſtitum. de confeſſ.in 6.l ſenatus.§.quod ſi tribus.ff.de iur.Fiſci. voluit Iafredus Lanfranc.Balbus.in deciſ.370.incipien.citatus,vt compareat.* Et ſic etiam obſeruatur

30 in hoc Regno,quia cogitur † principalis deponere,& teſtificari ſuper articulis,ſiue poſitionib. partis,& expediuntur tres citationes, quod ſub pœna confeſſi veniat ad deponendum,& in tertia,& vltima citatione,vt notitiam habeat, inſeritur totus tenor articulorum,ſeu poſitionum,& notificatur perſonaliter,& accuſatur contumacia, & in contumaciam declaratur pro confeſſo,vt dictant *Ritus Magnæ Curiæ. 79. & Ritus. 120. & vtrobique Proſper Carauita,& eſt etiam Prag. Quinta die.titul.de ordin.iudic.* Et ſic eſt communis,& vulgata practica in Regno.Hoc idem ante voluit *Robert. Marant.in Spec. Aur.par.6.in verb.contumac.nu.17.& in verb. appellat.nu.277.Ex Bald.in l.receptitia.C.de conſt. pecun.Cataldin.de viſo in tract.Syndicat.num.553. Matth.de Afflict. in Cõſt.pœnam eorum.nu.37.Petr. Foller.in pract.cri.in verb.& ſi confitebũtur.el 2.nu. 16.Rol.a Vall..n conſ.68.nu.32.vol.2.And.Gail practic.obſer.lib.1.obſer.80.in fin.Franc. Monald.in cõſ. 4.num.6.vol.1.plura eruditiſſimus D. Gaſpar Antonius Theſſaurus quæſt.Forens.lib.1.q.6.M. Mantua dialog.Denarrat.claſs.4.cap.25.& claſſe. 11.c. 29.*

31 Declara ſecundo,quod contumax† habetur pro confeſſo non habet locum in crimin alibus. *vt voluit Matth.de Afflict.in Cõſt.pœnam eorum.nu.36. 37.Ant.Cap.in deciſ.Neap.60.nu.2.*

32 Declara tertio contumaciam † excepto libello,in omnibus prę paratorijs iudiciorum,& probatorijs, habere vim tacitæ cõfeſſionis.*Bald.in c.1.ſi de feud. fuer.controuerſ. Alex.in l.eius qui.ff. de iure fiſci.*

33 Declara quarto,quod contumacia † defuncti in non reſpondendo poſitionibus,nocet hæredi,quãdo prolata eſt ſententia,qua declaratus eſt pro confeſſo defunctus ante illius mortem, *vt placuit*

Bartol. in l. 2. §. quod ſi actor. in fin. C. de iuram. calumn.

34 Declara quinto, quod minor † licet ſit contumax, tamen non habebitur pro confeſſo, cum non ſit in dolo vero, ſed præſumpto. *Bald. Angel. & Alex. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. non ier. Philip. Frãc. in c. Nicolao. col. fin. de Appell. Matth. de Afflict. in conſt. Minorum iura. Not ab. 5. Petr. Foller. in pract. crim. in verb. & ſi confitebuntur. nu. 7. quos, & alios refert, & ſequitur Rolan. a Vall. in conſil. 68. nu. 31. vol. 2.*

35 Declara ſexto, vt contumax habeatur † pro confeſſo, requiri iudicis pronũciam. *l. 2. §. quod ſi actor. C. de iur. calum. Nell. in tract. Bannito. 3. parte ſecundi temporis. q. 10. Afflict. in conſt. pœnam eorum. numero 36. Natta in conſ. 364. num. 9. vol. 2.*

36 Duodecima pœna eſt, quia contumax † ſuper delicto, bannitur, & contra eum ad bannum procedi tur. *Iacob. de Arena. in tract. de Bannitis. num. 26. & per totum. Nellus in tractatu eiuſdem titul. 3. parte primi temporis. q. 1. 2. 3. plene Petr. Foller. in prac. crim. in verb. Banniantur. per totum.* Modo præfato

37 etiam † eſt de iure Saxonico. *Landrecht. lib. 1. Articul. 70. verſ. vuer umb. vngericht. & verſ.* Mag der *Kleger. vti refert. Matth. Coler. in deciſ. German. 107. nu. 14.*

38 Declara tamen, quod dum proceditur † ad bannum in eo inſeri debet contumacia. *Bal. in l. ſi quis in teſtamento. nu. 4. C. de fideicomiſſar. libertat.* vt appareat, an ſit vera contumacia. *Roland. a Valle in conſil. 47. nu. 18. vol. 2.*

Decima tertia pœna eſt, quod contumax habe-

39 tur pro præſente, † & vt præſens tractetur. *Specul. in titul. de Arbitr. §. nono. verſ. Quid ergo. & in tit. de teſte. §. octauo. circa princip. & in titul. de Appell. §. vndecimo verſ. ſed cum ſupra. Bald. in Authent. Qua in prouincia. in fin. C. vbi de crimin. agi oport. in l. cum fratrem. col. fin. C. de his quib. vt indign. Rota in Antiquis. in deciſ. 86. incip. Nota, quod vbi quã refert, & ſequitur Paul. AEmil. Verall. in deciſ. 48. nu. 2. lib. 3. Ioan. Baptiſta Coſta de Retrotract. cap. 2. nu. 12.*

Decima quarta pœna contumacis, quia interrũ-

40 pit † præſcriptionem. *Bart. in l. 1. in princ. col. fin. verſ. vlterius quæro. ff. de priuat. delict. Bal. & Paul. in l. ſi eum iudicio. §. qui iniuriarũ. ff. ſi quis caut. & habetur in l. 2. vbi idẽ Bal. col. pen. C. vbi in rẽ actio.*

41 Decima quinta pœna contumacis, quia eſt † in dolo præſumpto. *Bart. in l. minor. la prima. ff. de minor.* Veram, & præſumptam declarat, veram ſi citatus dixit, nolo venire. *c. conſtitutus. vbi Bald. in fin. de eo, qui mitt. in poſſeſſ. cauſ. rei ſeruand.* Præſum-

42 ptã, ſi tres † præceſſerint denunciationes. *l. tres denunciationes. gloſſ. in l. conſentaneum. C. quomodo. & quando iud. ita Marc. Mantua Dialog. denar. Claſſ. 4. cap. 25.*

43 Decima ſexta contumacis pœna eſt, ex quo † vigore contumaciæ poteſt fieri deuaſtatio, & ruina domus, ac illius demolitio, etiam ſi cum alio ſit cõmunis, *l. ſi is, cum quo. vbi optime Florian. de Sancto Petro. ff. commun. diuid. Paris de Putco in tract. de Syndicat. §. contumacia. in cap. An iudex. per totum. Petr. Foller. in Practic. criminal. §. Banniantur. nu. 4. Iafred. Lanfranc. Balbus in deciſ. 250. incip. Propter contumaciam. Anton. Capic. in deciſion. Neapol. 130. num. 72. 73.*

44 Decima ſeptima pœna contumaciæ eſt, † quia eſt delictum, & delinquere dicitur contumax. *l. omne delictum. §. contumacia. vbi Alex. ff. de re milit. gloſſ. in c. ex literis. de conſtit. Philipp. Franc. in c. cordi. §. quod ſi appellator. vltim. not ab. de appellat. in 6. Thomas Doccius in conſil. 88. nu. 5. Roland. a Vall. in conſil. 47. num. 2. vol. 2. Iul. Clarus in pract. crim. q. 36. Hyppol. Bonacoſſa. commun. opin. crim. in verb. contumax. parte prima. Andr. Gail. de Pace publica. lib. 2. cap. 5. num. 8.*

45 Declara dici delictum contumacia, ſi habet † annexum iudicis contemptum, vt tunc puniatur. *Gloſs. magna. in l. vnica. ff. ſi quis ius dicent. non obtemp. Iul. Clar. in §. 1. num. 13. Hyppolit. Bonacoſſ. in commun. opin. crim. in verb. contumacia. part. 1.*

46 Declara ſecundo, dici interpretatiue † delictum, non proprie, cum ſit in omittendo. *Bald. in dicta l. vnica. ff. ſi quis ius dicent. non obtemper. poſt Bartol. in l. omne delictum. ff. de re milit. Bald. & Imol. in l. ſi mora. ff. ſolut. matr. quos refert, & ſequitur Iafred. Lanfranc. Balbus in deciſ. 154. incip. contumacia.*

47 Decima octaua pœna contumacis erit, † quia illa creſcente, creſcit pœna *gloſs. in c. Honoratus. in verb tot ſcriptis. 74. diſtinct. quam ſequitur Specul. in tit. de contumac. §. quarto. & in tit. de ſent. §. ſexto. verſicul. verum. Matth. de Afflict. in Conſt. Clementiæ. num. 29. & in Conſtit. Aſperitatem. nu. 8. Quintilian. Mandoſ. in tract. commiſſ. Formul. 2. in verb. aggrauandi. Ioan. Berberÿ in viator. iuris. part. 3. tit. de iudice. num. 57. Andr. Gail. de Pace public. lib. 2. cap. 2. num. 29.*

48 Decima nona pœna contumacis eſt, quia † actor mittitur in poſſeſſionem bonorum contumacis ex primo decreto, *vt per Specul. in tit. de primo, & ſecũcundo decreto. §. 1. Bart. in l. cum proponas. num. 2. C. de bonis auth. iudic. poſſid. & in l. ſi finita. §. Iulianus. num. 17. & ibi Alex. plene. num. 32. ff. de damn. infec. Idem Alex. in l. 1. §. fin. ff. ſi quis ius dic. non obtem. Franciſ. Turzan. in communi opin. 131. num. 4. Lud. Roman. in conſil. 454. nu. 3. arg. l. ſatisque. ff. de in ius voc. l. is cui. in princ. ff. vt in poſſ. leg. Panor. in c. fin. §. in aliis. nu. 31. 32. extra. vt lit non conteſt. in c. prout. num. 8. 22. de dol. & contumac. & in cap. cum veniſſent. num. 6. 12. de eo, qui mittit. in poſſ. Bart. Brunat. in Agone. tit. de contumac. rei. num. 1. & plurib. ſeq. Petr. Termin. in proceſſu iuris ſcripti. cap. 17. Iodocus Damhoud. in praxi ciuil. cap. 78. num. 8.*

49 Declara primo procedere † etiam in ficto contumace. *Alex. in l. plerique. nu. 9. ff. de in ius vocand.*

50 Subdeclara contumaciam fictam † præiudicare quo ad refectionem expẽſarum, quę debent refici, antequam aliud fiat. *Specul. de except. §. 3. §. 4. verſ. porro. Alex. in l. 1. §. fin. ſi quis ius dicen. non obtemp. Foller. in ver. antiq. nu. 43.*

51 De

51 Declara ſecundo, miſſionem † ex primo decreto in poſſeſſionem fieri poſſe etiam die feriato. *Gloſſ. in l.2.vbi Bartol.ff.de Feriis. Innominabilis author. ad Deci.in l.vinum.ſub numero 8.ff.ſi certum petatur.*

52 Declara tertio, miſſum in † poſſeſſionem ex primo decreto facere fructus ſuos. *Late Marinus Freccia (ſi is eſt) in tract.at. de præſentation.inſtrumentor.parte 6.q.5.per totam.*

53 Declara quarto hoc caſu, quod iudex † decernat contumaciam, vel ſaltem appareat ex actis. *gloſſ.in verb.contumacia per illum text.in l.ſancimus. C.ad Trebell.Bartol.in l.ſi finita.§.Iulianus.num.17.vbi Alexand.nu.32.ff.de damn.infect.*

54 Vigeſima pœna contumacis, quia † non auditur niſi actori expenſas reficiat. *l. Sancimus. vbi Bald. & alii.C.de iudiciis.Auth.Qui ſemel. vbi Bart.nota. 3.C.quom.& quãd.iud.Specul.in tit.de expẽſ.§.3. §. 4.Bald.in l.2.col.2.C.de eden.Petr. Foller.in pract. crim.in verb.Banniantur.num.43.Petr. Terminæus in Proceſſu iuris ſcripti.cap.17.verſ ſed poſt dictam. Alexandr.in l.ſi finita.§.Iulianus.num.80.81.ff. de damn.infect.Robert.Marant.in Specul.Aur.parte 6. in verb.contumacia. num.13. Fridericus Schench.in tract.de in ius vocando.nu.39.Ioan.de Graſſis in tract.at.de ſubſtãtialibus procuratorii.§. ad exigendum. numero.2.*

55 Declara primo etiam fictum contumacem † debere expẽſas reficere. *Alex.in l.1.§.fin. ff.ſi quis ius dicent.non obtemp.Octauian.Cacher.in deciſ.Pedem. 9.nu.2.*

56 Declara ſecundo expenſarum oblationem † contumacem offerre verbo non ſufficit, ſed illas re & effectu exhibere, *ſcribit Bald.in Auth. Qui ſemel.col. 5.verſ. Quæro numquid expenſæ. C.quomodo, & quand.iudex.*

57 Subdeclara, quod ſi contumax † refectis expenſis in cauſa obtineat, quod non recuperabit illas, licet victus victori ad expenſas condemnaretur. *Bartol.in l.ſi pignore.in princ.ff. de Pignorib.Bald. in l.non ignorat.C.de fructib.& lit.expenſ.Salycet.in l. properandum.§.ſin autem alterutra. C.de iudic.Abb. Panor.in cap.finem litibus.col.9.verſ.inſuper. extra de dolo,& contumac.Nicol.Boeri.in conſil.27.numero 12.*

58 Declara tertio, clericum cõtumacem † coram iudice ſeculari non condemnari, nec teneri ad expenſas. *Specul.in tit.de citation.§.1.verſi.ſed pone quod iudex.& alios referens Iafred. Lanfranc. Balbus.in deciſ.153.incip.clericum.contra gloſſ.in c.conuenior. 23.q.8.& in l.Nullum.C.de teſtib.*

59 Declara quarto contra contumacem † fieri condemnationem expenſarum etiam parte non citata. *Cyn.in l.ſancimus.q.13.& ibi Bald.q.10.C.de iudic.plures referens Iacob. Philipp.Portius commun. opin.lib.1.concluſ.43.limitat.* 50. Vbi etiam allegat tenentes contrarium.

60 Declara quinto, quod ſi contumax † non habet in ære, nec poſſet ſatisfacere parti, quod eo caſu punitur arbitrio iudicis, quia ſi eſt pro expenſis, & damnis partis, eam ſuo arbitrio iudex poſſet in corporalem mutare, & ſic facere, quod luat in corpore, *vt per Abbat.Panormit.in c.finem litibus. nu.5. de dolo,& contumac.Didac. Couar. Variar.reſolut. lib.primo.c.8.cum multis quos allegat Nicolaus Boer.in deciſ.Burdegal.349.nu.8.verſ.ſecundo ſi is cui mulcta.Iul.Clar.in practic.crimin.q.95.num.6.hos & alios allegans Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæſtionib.lib.2.Centur.5.caſu.447.nu.4.* 16. Hinc Aurelius Caſſidorus *lib.variar.10.cap.* 28. de eo, qui pecuniariam pœnam ſoluere non poteſt, inquit,

61 quod ſi ad hoc damnum idoneus non † potuerit inueniri, corporali ſupplicio pœnam luat, qui non potuerit in prædicta perculſione ſufficere.

Amplia idem procedere ſi deberentur fiſco,

62 † quia iudex poſſet illam commutare ſuo arbitrio. *arg.l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.omn.iud.Iul.Clarus in dicta.95.nu.6.Menoch.in dicta Cent.5.caſu 447. nu.5.vbi declarat.*

Vigeſima prima pœna, quia ſemper contumax

63 præſumitur habere malã † cauſam. *c. nullus. extra de Præſumptionib. Bald.in l.ſancimus.num.3.C.de Iudic. Alexand. in l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.de inofficioſ teſtam.*

64 Declaratur duobus modis, primo † niſi appareat contrarium ex actis quod ex probationibus fuerit proceſſum; ſecũdo ꝙ cõtumax ex iuſta, & probabi-

65 li cauſa † abfuerit. *arg.gloſ.in l.2.C.de contrar.Iud. Tut.Bald.in l.2.num.11.C.Quibus res iudiciar.non noce.*

Vigeſima ſecunda pœna eſt, quia (& ſi in poſſe & arbitrio iudicis ſit, an delinquẽs ſit carcerandus

66 † vel fideiuſſoribus relaxandus. *l.1.ff. de cuſtod. reorum.*) Talis ſi fuerit contumax, & bannitus, &

67 poſtmodum † captus, non debet fideiuſſoribus relaxari, quia tam diu per fugam, contumaciam, & bannum latitauit. *ex gl.in verb.ex vinculis.in l.lege Cornelia.& ibi Bald. in fine principii.ff.ad Syllanũ.*

68 vbi dicit, non eſſe verum, † quod dicit dicta gloſſa, quod qui non aufugit relaxatur ſub fideiuſſoribus ſed quod debet detineri in carcere, donec de crimine diſputatur, maxime in delictis grauiſſimis. Faciunt notata *per Hyppolit.de Marſil.de Fideiuſs.nu. 174.quod & voluit Andr.Tiraquell.in tract.de Pœnis.cauſa.31.nu.14.Angel.de Aretio in tract.at. malefic.in verb. Fama public.num.15.Petr. Foller.in prac.crimin.in ver. Notatos capiat de perſona.nu.2.*

Vbi dicit, quod poſt contumaciam iudex tenetur

69 capere, & tenere † delinquentem ad præfatam cõcluſionem, & pœnã. *Adde Iacob.Menoch.de Arbitr. iud.quæſt.lib.2.centur.4.caſu.303.num.9.*

70 Declara, quod ſi nõ eſſet captus, ſed † reuertere tur & ſe præſẽtaret ſpõte data delicti qualitate poſ ſet fideiuſſoribus relaxari. *l.in eos.ff.de cuſtod.reorũ Paul.Grilland.de Fuga in carcerati nu.24.*

71 Vigeſima tertia pœna, quia contumax nõ † poteſt opponere exceptionem præuẽtionis. *l.ſancimus.C. de iudic.Bart.in l.ſepulchri.nu.2.ff.de ſepulchro violat.Marin.Freccia (ſi is eſt) de præſentat.inſtr.par. 6.q.1.num.120ctauian.Vulpell.in conſil.46.nu.7.*

72 Vigeſima quarta pœna, ex fonte † præcedentis ortum habens, eſt, quod contumax in duobus locis pro eodem delicto, in vtroque loco tenetur ad pœnam contumaciæ. *Bartol. in dicta l. ſepulchri. nu. 7. ff. de ſepulchr. violat.*

Vigeſima quarta pœna eſt, quia contumax in loco delicti, poteſt de eodem delicto inquiri in loco
37 originis, † non obſtante præuentione illius. *Bart. in dicta l. ſepulchri. ff. de ſepulchr. viol. & in l. & ſi amicis. §. 1. ff. de adulter. Bal. in l. 1. q. 3. C. vbi de crimin. ag. oport. Angel. in tract. malefic. in verb. Florentiæ. in fin. Quos ſequitur Foller. in pract. crim. in ver. Banniantur. num. 44. Dicam de hoc latius (authore Domino) in tit. vbi de crimin. agi oporteat. Vide Octauian. Vulpell. in conſil. 46. nu. 1. 2. 3.*

Vigeſima ſexta pœna eſt, quia contumax, & ban-
74 nitus in terra Baronis, vel in vno loco, † dicitur Bannitus, & contumax in toto Regno, vt fuit dictũ *Alberic. de Roſat. in authent. Qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi oport. quem ſequitur Hyppolit. de Marſil. in pract. crimin. §. oppertune. num. 7. & in conſil. 121. num. 12. Roland. a Valle in conſil. 60. num. 2. 5. vol. 2.*

75 Declara procedere, dum † tamen vterque iudex, & locus ſint ſub eodẽ Dominio, & Rege, vt in hoc Regno Neapolitano dicit. *Marin. Freccia de ſubfeud. Baron. lib. 2. Author. 45. num. 3. & faciunt quæ ſcribit Hyppolit. de Marſil. in l. 1. nu. 128. C. de Raptu uirg. & in conſil. 121. num. 12. Roland. in dicto conſil. 60. num. 5. 23. vol. 2.*

76 Vigeſima ſeptima contumacis pœna eſt, † quia ſi fuerit a iudice ordinatum, ac mãdatum, vt aliquid reſtituat, ſi in termino ſibi dato non adimpleuerit, non debet in cauſa audiri, vel admitti. *Gloſſ. in. & ibi Angel. in l ſed & ſi per Prætorem. §. ſed & ſi dum decreto. ff. ex quibus cauſ. maior.*

77 Vigeſima octaua pœna cõtumacis erit, quia † ſi eſt citatus in omnibus aliis actibus, non debet citari ad ſententiam. *Specul. in titul. de poſitionib. §. octauo. in fin. poſt Matth. de Afflict. Iacob. Philipp. Portius commun. opin. lib. 1. concluſ. 43. limit. 119. de hac pœna ego dubito, per ea, quæ dixi in titul. de citatione ſupra.*

78 Vigeſima nona cõtumacis pœna eſt, † quia ſi quis contumax eſt pro crimine etiam poſt tempus a ſtatuto præfixum condemnari poterit, quando conſtat de delicto, *Bartol. in conſil. incip. a Domino Cyno de Bononia.*

79 Trigeſima pœna contumaciæ eſt, quia † contumax in conteſtatione litis, comparendo teſtibus receptis, audiri non debet. *Innocent. in c. dudum. el 2. col. 3. de elect.*

80 Declara non audiri, etiam † in aliqua alia cauſa, coram eodem iudice vertente inter alios. *Bartol. & Bald. in l. conſentaneum, C. quomod. & quand. iud. Lanfr. de Orian. in rep. clem. ſæpe in verb. litis conteſtatione. de verb. ſignific.*

Trigeſima prima pœna, citatus qui fuit effectus contumax, & mittit mandatum procuratorium,
81 † cum non ſufficienti poteſtate, non admittitur, nec debet amplius citari, cum habeatur pro vero contumace. *Bart. poſt gloſſ. in l. 1. §. vſus. ff. de procurat. & in l. 1. §. quod ſi nemo. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. Bald. in Authent. ei, qui. num. 3. C. de temp. appell. Marc. Anton. Natta in conſil. 5. nu. 9. vol. 1.*

82 Trigeſima ſecunda pœna, quia † contumax notorius poteſt abſque alia citatione excommunicari. *Lapus in Alleg. 73. incip. Prælatus. ſub numero 2. quem ſequitur Felin. in c. 1. numero 18. de iudic. adde Quintilian. Mand. de form. commiſſ. form. 2. in verb. non paritionis. Guid. Papæ in deciſi. Gratianop. 429. num. 3.*

83 Trigeſima tertia pœna, quia † etiã per arbitrũ mulctatur contumax *vt in l. non ex omnibus. §. ſed & contumaciam. ff. de arbitr.* Maxime, vt Accurſius ibi dicit, ſi ita inter partes actum fuerit, & in Regno
84 cum ſint arbitri neceſſarij ex legibus Regni, † qui ſunt loco iudicum, & dicuntur, arbitri iuris ſine dubio mulctam indicere poſſunt, *vt dixi de compromiſſ. §. 3. gloſſ. 2. num. 10. & §. 6. gloſſ. 3. nu. 14. cum pluribus ſequentibus.* Et dicam, *Deo volente*, in titulo de arbitris, & compromiſſis.

85 Trigeſima quarta pœna, quia † cõtumax ad ſententiam arbitri, incidit in pœnam, ac ſi laudo prolato non pareret. *l. diẽ proferre. §. ſi quis litigatorũ. ff. de arbitr. vbi Bartol. de quo text. loquitur Corn. in conſil. 28. in fin. vol. 3.*

Declara non procedere, ſi compromittentes
86 † dixerint in compromiſſo, quod partibus abſentibus, & præſentibus laudum proferri poſſet. *Raph. Comens. in conſil. 7. viſis. Hyppolit. de Marſil. in ſingul. 173. incip. fiunt cotidie compromiſſa. Ioan. de Arnon. in epitom. 3. incip. per Regẽ. Dixi plene de compromiſſ. §. 3. gloſſ. 4. num. 63. Voluit Bart. in dicto. §. ſi quis litigatorum. & Innoc. in c. ex parte. col. 1. de Arbitr.*

87 Trigeſima quinta pœna, quia † indicto per Summum Pontificem Concilio, & citatis, ac monitis Prælatis, vt ad locum & deſtinatum accedant, ſi non accederent, in eorum contumaciam nihilominus Concilium vniuerſalem eccleſiam repræſentabit, vt deducit Franciſcus Burſatus *in conſil. 109. num. 29. vol primo.*

88 Trigeſima ſexta pœna contumacis erit, † quia ſi Dominus temporalis a ſuo Dominio infra tres annos non procurauerit expellere hæreticos, & dominium ſuũ hęreticis purgare, quilibet poteſt terras ſui dominij recuperare, & ſibi acquirere, *ita Alberic. de Roſat. in Authent. Si vero dominus. C. de Hæretic. facit. c. ad abolendam. §. penult. & cap. excommunicamus. §. moneantur. de Hæretic. voluit. Martin. Laudenſis in tract. de principib. §. 100. Iacob. Simãc. in praxi hæreſeos. titu. de principibus, & rerum dominis. 21. num. 21. & multa ad propoſitum ſcribit Camillus Campegius ad Zãchin. in tract. de Hæreticis. cap. 31. verſ. ceſſat. Eymericus in Director. inquiſitorum. parte 3. q. 32. q. 33. q. 35.* Ea ex cauſa, inter
89 alias Ioannes † Allebretus fuit per Iulium Secundum Pontificem Maximum priuatus Regno Nauarrę, cum non ſolum nunquam, toties monitus,

volue-

voluerit Hęreticos e ſuo Regno expellere, ſed ipſos tuebatur, vt plene dixi de Regis Catholici prę-ſtantia, *cap.47.num.69.*

90 Trigeſima ſeptima pœna eſt, quia † excommunicatus per contumaciam, non abſoluitur, niſi ſatisfaciat expenſas, & emendam parti. *Plene Hoſtienſ. in Summa.titu.de ſent.excommunication.§.& qualiter. in verb.ſecundo requiritur.verſ.& nota bene.* Aut ſaltem pręſtet cautionem de parendo mandatis, *iuxta tex.in c.ex parte il primo.de verb.ſignific. Ioan.Paul.Lancellott.Inſtit.Canonic.lib.4.titu. de ſenten.excommunicat.§.Manifeſtum autem. Daniel.Venatorius in Analyſi iuris Pontificy.lib.5.tit.* 39.§. *Quid abſolutio? quæ cauſa efficiens.verſ.ſentẽtia enim ab homine prolata.*

91 Trigeſima octaua pœna eſt, quod † citatus in vno actu, non citatur ad alios, ſi eſt contumax in actu primo. *Innocent. in cap. ad petitionem.col.1.in verb. Ad regimen.de Accuſ. Oldrad. in conſil.65.incip. Hic agitur.in ſecundo dubio.num.3.in fin.*

92 Declara non procedere in ficto † contumace, quia debet citari, ad alios actus. *cap.conſuluit. de offic.deleg.Gloſſ.& Doctor.in cap.2.de dolo, & contumac.in 6.Iacob.de Aren.in l.3.§.Stichum.ff.de ſtatuliberis.l generaliter.vbi gloſſ.& Bald.in §.ſed cum iuramento.ff.de reb.cred.*

93 Declara ſecundo, contumacem † in vno actu, citari non debere in aliquo actu annexo cum illo in quo fuit contumax, *& ita, poſt Hyppolit.de* Marſiliis, *quem refert, dicit Iacob.Philipp. Portius commun.opin.lib.1.concluſ.43.limitation.89.*

93 Trigeſima nona pęna contumacis eſt, † quod puniri poteſt etiam per iudicem incompetentem. *Clem.1.de reſcript. Alexand.in l.ſi quis ex aliena.ff. de iudic.*

Quadrageſima pœna erit, quia ſibi declinanti
94 forum onus † incumbit probandi. *Innoc. in c.præterea.de dilat. Bald.in l.geſta.C.de re iudic. Alexan. in l.3.ff.de iudic.in Apoſtil.ad Bartolum.*

95 Quadrageſima prima pœna, quia cõtumax † verus non reſtituitur in integrum, etiam ſi ſit minor. *Innocen.in cap.cum olim.col.2.in fin.de dol.& contum. Bald.in Margarita in verb. Contumax.* §.8. *Maſuer.in tract.titul.de expenſ.ſub num.13.verſ. Itẽ minores.plene Sfortia Oddus de reſt.in integ.lib. 2.q.82.articul.7.num.64.cum pluribus ſeq.*

96 Declara minorem contumacem † reſtitui, ſi reficiat expenſas. *Maſuer. in dicto titul.de expenſ nu. 13.verſic.Item minores.*

Quadrageſima ſecunda pœna eſt, quia contra
97 contumacem fit mulctæ impoſitio, quando † iudex in citatione comminatus eſt, quod niſi obtemperaret procederet ad mulctæ impoſitionem, & exactionem. Ita concludit *Bart.in l. impuberibus.§.Item ſi quis.num.1.ff.de ſuſpect.tutorib.in l.non ignorat.in fin.C.de furt.& lit.exp.Ioan.de Imol.in l.ſi finita.§. Iulianus.ff.de damn.infect. Sequitur Felin.in c.1. num.19.de iudic.Iacob.Philipp.Portius commun.opi. lib.1.concluſ.43.ampliation.35. Anton.Gabriel.lib. 2.tit.de citationib.concluſ.1.num.164.* Quinimmo
98 ſi vocatus non † venerit ad diem, & locum, mulctari poteſt a iudice. *arg.l.vnicę.ff.ſi quis ius dicent. nõ obtemper. Friderich Schench in tract.de in ius vocand.num.24.* dicens, quod ſi venerit, non debet a a iudicio recedere non conceſſa ſibi a iudice licentia *l.ſcire oportet.§.conſequens.verſ.ſufficit autem.*
99 *ff.de excuſ.tut.* quia paria ſunt non † venire, & veniſſe, & non ſtetiſſe. *c.1.de iudic.*

100 Quadrageſima tertia pœna eſt, ex quo † contumaci audientia denegatur, *vt in c.tuæ.extra.Vt lite non conteſtat.Gloſſ.notabilis in l.Sed,& ſi per Prætorem.§.ſed & ſi dum decreto.ff.ex quib.cauſ maiores.in verb.decreto. Bald.in l. diffamari. per illum textum.col.2.C.de ingen.manum.Florian. de Sancto Petro.in l ſi is,cum quo.col.1.ff. commun.diuidun. Petr.Foller.in pract.crim. in verb. Banniantur.ſub num.55.Paul AEmil.Verall.in deciſ.58.nu.10.lib. 3.Iodoc.Damhouder.in pract.rer.ciuil.cap.78.num. 26.quem ſequitur Nicol.Reuſner.in deciſio. Ienenſi. 15.num.17.lib.3.*

101 Declara primo, contumaci † audientiam non denegari in perpetuum, ſed ad tempus. *Bald.& Alexan.in l.1.§.fin.ff.ſi quis ius dicenti non obtemp. Matth.de Afflict.in proœmio conſtitutionum.Regni. num.40.quem refert.Foller.in practic.crim.in verb. Banniantur ſub num.55.quod tempus declarat Franciſc.Marc.in deciſ.Delphin.15.ſub.num.4.lib.1.& ſtatim dicam.Paul.AEmil.Verall.in deciſ.58.num. 10 lib.3.*

102 Declara ſecundo, denegari audientiam † a iudice contumaci donec reficiat expenſas, quia illis nõ refectis audiri non debet. *l.ſancimus.C.de iudic.* Et hoc eſt illud tempus de quo in præcedenti declaratione dictum eſt, quod capiunt ab Accurſio. *in dicta l.ſed & ſi per prætorem.§. ſed & ſi dum decreto. ff.ex quibus cauſ.maior.gloſſ.in l. contumacia.ff.de re iud.* Alex. *in l.1.§.in operis.ff.de oper.nou.nunc.& ſequitur Franciſc.Marc.in deciſ. Delphinal.15.nu. 4.5.lib.1.*

103 Quadrageſima quarta contumaciæ † pœna eſt, quia contumax in non ſoluendo legitimam filio relictam, tenetur ſoluere duplicatam. *l.ſi quis in ſuo. vbi Bart.nu.1.C.de inoffic.teſtam.*

104 Quadrageſima quinta pœna erit, quia † ſi per annum quis vti hæres primi emphyteotæ contumaciter ſteterit, non petendo renouationem emphyteoſis, non amplius auditur. *c.Titius.ſi de feud. defuncti inter dom.& agnat.Hierony.Cagnol.in l.2.num. 72.C.de pact.inter emptor.& vendit.Ludouic. Rom. in conſil.22.num.6.verſic. illud tamen non omittendo Plures allegans Iacob. Philip. Portius commun. opin.lib.1.concluſ.12.ver.ſecundo limita.*

105 Quadrageſima ſexta pęna contumacis † eſt, quia ſi maritus per annum perſeuerauerit in excommunicatione, & illius contumacia, nec procurauit ab illa abſolutionem petere vxor diuertere a viro poterit, & dotem petere. *vt ex Roffredo noſtro Beneuentano arg.l.1.C.de repud.refert Ioan. Andr. in addit. Specul. in titul. de Donat. int.vir.& vxor.§.fin.in Addit.incip. Quia hic de. Sed quæras rationem ab*

Ale-

Alexand. in conſil. 26. numero 11. volum. ſexto.

Quadrageſima ſeptima eſt pœna contumacis, quia citatus, vt debitor, præſertim ſuper tenore
106 † inſtrumenti, poterit carceribus mancipari. *Lud. Roman. in conſil. 120. num. 4. cum ſeq. in conſil. 224. incip. illa captura. num. 3. & in conſil. 320. Hæ iſtis. num. 1.* Et voluit ſecus eſſe in contumace in inſtru-
107 mento ſecundum † formam Ritus. *Marin. Freccia (ſi is eſt) de præſentat. inſtrumentor. parte. 1. q. 2. num. 1.*

Quadrageſima octaua pœna contumacis eſt,
108 quia licet ſequeſtrum ſit de iure † prohibitum. *l. 1. C. de ſequeſtrat. pecun. late Archidiac. in c. quæres. 11. q. 1. Doctor. in l. ſi fideiuſſor. §. fin. ff. qui ſatiſd. co-*
109 *gant.* Tamen in odium contumacis † permittitur ſequeſtratio. *cap. ex literis. vbi late Bald. extra. de dolo, & contumac. Idem Bald. in dicta l. ſi fideiuſſor. §. fin. & in l. conſentaneũ. notab. 8. C. quomod. & quand. iud. Innocent. in cap. 1. de ſequeſtration. poſſ. & fruct. Cardin. in clem. 1. q. 2. eod. titul. Curt. in tract. de ſequeſtr. col. 4. verſ. Quinto fallit. Panor. in c. 2. nu. 1. de dolo, & contum. Lucas de Penna in l. litibus. col. 8. 9. C. de Agricol. & cenſit. lib. 11.*

Quadrageſima nona pœna erit, nam vaſallus re-
110 quiſitus pro aſſociatione Imperatoris † profiſcentis Romam ad ſuſcipiendam imperij coronam ſi contumax, & inobediens fuit, feudo priuabitur. *c. 1. & ibi glo. fin. titul de Allod. Curt. Iun. in tract. feud. parte 5. concluſion. 2. verſ. hanc primam. Sequitur Iul. Clar. in §. feudum. q. 66. in fin. Reſtaurus Caſtald. in tractat. de Imperat. q. 57. num. 3. 4. Matth. de Afflict. in deciſion. Neapolitan. 265. verſ. vigeſimo ſeptimo. num. 103. Anton. Borrinius de ſeruitys Vaſallor. parte 3. cap. 1. verſ. præſtantur vero ſeruitia, ante eos Andr. de Iſer. in c. 1. §. firmiter. num. 30. de prohibita feud. alien. per Federic. Matt. de Afflict. in c. 1. §. item ſi quis. num. 80. Quib. mod. feud. amitt. quos ſequitur Quintilian. Mandos. in tract. ingratitudinum. cap. 62. cauſa. 38.*

111 Declara nõ procedere ſupradictam pœnam † in feudo antiquo, quod eſſet ex pacto, & prouidentia, *vt dicit gloſs. in dicto. cap. 1. de Allodÿs & idem Iul. Clarus in dicto. §. feudum. q. 66. in fin.*

112 Quinquageſima contumacis pœna eſt, cum † emphyteota requiſitus, vt pro emphyteoſi canonem annuum ſoluat, & contumax effectus, vel illum non ſoluat, vel non integrum, emphyteoſi priuabitur. *Iul. Clarus in §. emphyteoſis. q. 8. verſ. aut vero emphyteota. Sed videndus eſt Speculat. in titul. de locato. §. Nunc aliqua. q. 30. & ego ample dixi ſupra in titul. de iur. emphyteotico.*

Quinquageſima prima, Principes, aliiq; Domini, & quiuis alius, prætextu cuiuſuis cõſuetudinis,
113 impedientes † legatos a Summis Pontificibus, & illorum Sede Apoſtolica miſſos ipſo facto excommunicationis ſententiam incurrunt, & eorum Regna, Dominia, & Status, ac loca quælibet eccleſiaſtico interdicto ſubiecta ſunt, quãdiu in contumacia perſeuerabunt, *vt dicit text. in extrauag. ſuper gentes. titul. de conſuetud. in extrauagantibus. Ioannis Papæ. 22 cuius meminit Bar. Fumeus in Summa Armilla. §. excommunicatio.*

114 Quinquaſima ſecunda, contumax in † appellatione introducenda, habetur pro deſertore appellationis. *Rota in Nouis. in deciſion. 155. incip. Si certus. in fin.*

115 Quinquageſima tertia pœna † contumacis eſt, quia etſi delegatus non poſſit mulctare contumaces, tamen delegatus Papæ, vel Principis. *gloſſ. Ant. de Butr. & Panor. in c. de cauſis. extra. de offic. delegat. Innocen. & Hoſtienſ. in c. 1. eod. tit. Iafred. Lanfranc. Balbus in deciſion. 155. incip. delegat. & dicam latius in titul. de offic. deleg.*

Quinquageſima quarta pœna eſt, quia contu-
116 max † etiam pro ciuili debito poteſt per iudicem capi perſonaliter. *text. cum gloſs. in l. nullum. C. de teſtib. l. ſacrilegÿ. la 2. ff. Ad leg. Iul. peculat. Bartol. in l. 1. in princip ff. ſi quis ius dicent. non obtemp. Angel. in l. Plerique. ff. de in ius vocand. quorum authoritate ita dicit Iafred. Lanfranc. Balbus in deciſ. 157. incip. iudex in ciuilibus. Marinus Fraccia (ſi is eſt) de præſentation. inſtrumentor. parte. 9. q. 9. nu. 5. dicens ad practicam huius Regni,* quod contumax
117 iuxta formam Ritus, non † ſolum exequitur contra ipſum in bonis, ſed etiam in perſona. Ad concluſionem Marcus Antonius Natta *in conſ. 32. num. 1. vol. 1. Petr. Rebuff. ad Conſtit. Galliæ. tomo. 3. tit. de contumac. artic. 13. Gloſ. vnica. num. 8. quem refert, & ſequit. Petr. Pecchius de iure ſiſtend. cap. 4. num. 23.*

118 Quinquageſima quinta † cauſa eſt, quod excommunicatus ſtans per annũ & perſeuerans in excommunicatione ob contumaciam poreſt eccleſiaſticis beneficijs priuari, ſiue excommunicatio fuerit ex cauſa graui, & criminali ſiue ciuili. *vt poſt Philipp. Franc. in c. cum contumacia in fin. de Hæretic. in 6. & Stephan. Aufrer. in Cappella Tholoſan. in deciſion. 365. in fine. & Didacum de Couar. in c. Alma mater. part. 1. §. 7. num. 10. verſic. 4. voluit Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſtionib. lib. 2. Centur. 5. caſu 416. num. 52. cum pluribus ſequentibus. allegat Concilium Trident. ſeſſ 25. de reform. cap. 3. incip. quamuis. in fin. Iſtis adde Hieron. Gigantem de Penſionib. quæſt. 14. num. 4. Ioan. Royas in ſingul. 6. num. 2. 3.*

119 Quinquageſima ſexta pœna, quia licet † acta in vno iudicio facta, regulariter in alio fidem non faciant, tamen ſecus erit contra contumacem, vt voluit. *Felin. in c. cauſam quæ. num. 12. extra de teſtib. & atteſtationibus.*

Quinquageſima ſeptima pœna eſt, quia contu-
120 max, & bannitus pro aliquo delicto † torquetur, *vt ex Baldo in l. 1. col. 5. C. de Hæred. Inſt. voluit Catell. Cotta in memorab. in verb. Bannitus. il 2. Petr. Foller. in pract. crim. in verb. Banniantur. num. 45.* Quod quo modo procedat dicam, *Deo auſpice,* in titulo de quæſtionibus.

121 Quinquageſima octaua pœna eſt, quia † contra contumacem iudex ſeueritatem exhibere debet. *c. quanto. 2. q. 4.*

Decla-

Declara ſeueritatem, cum benignitate, & clemẽ
122 tia † temperandam eſſe. *c. diſciplina. 45. diſtin. c. ſunt. 23. q. 4.* Et ideo non commendatur ſeueritas
123 nimia † *in clem. 1. § quia. de ſtatu monachor.* Quia eo modo compartiri debet vt ſeuerus in puniendo ſed in beneficijs, & gratijs conferendis liberalis
124 † appareat, *vt dicit Leo Hebræus de Amore dialogo. 3.* hinc illud quod in ciuitatibus ſeueritas ſemper eſt ſalutaris, ſæuitia ſemper peſtifera. *Franciſc. Patrit. de republica. lib. 6. cap. 5.*

Quinquageſima non a pœna eſt, quia contumax bannitus ſine alio proceſſu ſi confiteatur ſe eſſe
125 † illum bannitum, punitur, poſt Bartolum in plu ribus locis ſcribit *Roland. a Valle. in conſi. 60. num. 26. 28. vol. 2.*

126 Sexageſima pœna cõtumacis eſt, quia † ſi mandato a Rege ſibi præfixo in caſu arduo in termino obtemperare neglexerit quis, capite plectitur, *Pet. Foller. in pract. crimin. in verb. Banniantur. nu. 47.* quod eſt admodum cogitandum.

Sexageſima prima pœna contumacis erit, vt pro cauſa criminali non admittatur procurator ad cõ-
127 parendum pro † eo, vt in regno præſertim ſcribit *Petr. Foller. in practic. crimin. in verb. Banniantur. num. 55.* Quod mirum non eſt, quia ſi in cauſa criminali, & publici iudicij crimine non admittitur procurator, quanto minus ſi aderit contumacia. *l. Accuſatore. §. ad crimen. ff. de public. iudic. l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de procurat. Albert. Gandin. in tract. Maleſic. in titul. Vtrum procur. in mod. interuen. col. 3. Bonifac. Vitalin. in tract. Maleſic. titul. de Procurator. num. 10. Barth. Cepoll. in conſil. crim. 74. in cautel. 66. & in cautel. 253. Thom. Ferrat. in cautel. 255. Marian. Socin. Senior. in c. veniens. nu. 69. extra de Accuſ. Felin. late in c. meminimus. extra. eod. titul. Guido Pap. in deciſion. Gratianop. 338. nu. 1. & in ſingul. 705. Matth. de Afflict. in deci. Neapol. 64 nu. 2. Latiſſime Io. Ant. Rubeus in rep. dicti. §. ad crimen. nu. 69. & per totum. multos refert Bernard. Alſan. in Collectan. iuris ciuil. 77. & nouiſſimo Marcus Anton. Delrius in Miſcellan. in dicto. §. ad crimen. Iulius Clar. in pract. crim. q. 32. per totam. & dixi ad Bellug. in Specul. princip. rub. 4. in verb. Non interuenit procurator. & quæ dixi cum multis alijs refert Petr. Cenedo collectaneor. iuris canonici. parte 1. collectan. 30. num. 12. & de his dicam latius*, ſi DEO placuerit, *in titulo de procuratoribus.*

Sexageſima ſecunda pœna contumacis eſt, quia vt, quis conſtituatur rectus proteſtator, non ſufficit
128 † vna ſed debent eſſe plures proteſtationes, & requiſitiones. *l. mora. in princ. ff. de vſur. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de oper. nou. nunc.* Tamen ſecus
129 eſt, quando quis proteſtatur, quod † per ipſum non ſtat per vocati aduerſarij delictum, vel contumaciam, tunc vna proteſtatio ſufficiet. *Ita Bart. in dicto. §. ſi quis ipſi prætori. col. 2. oppoſition 3. num. 6. quem ſequitur And Tiraquell. in rep. l. Boues. §. hoc ſermone. limitat. 28. num. 2. ff. de verbor. ſignif. arg. l. Titia Seio. 89. §. vſuras. ff. deleg. 2.*

130 Sexageſima tertia pœna eſt quia † appellans ab interloquutoria amplius citandus non eſt, quia ſtatim eſt contumax. *Bartol. in l. Qui Romæ. §. Seia. ff. de verb. obligat.*

Sexageſima quarta pœna contumaciæ eſt, ex
131 quo quanquam in omni actu † requiratur partis citatio. *l. de vnoquoque. ff. de re iudic. & dixi plene ſupra titul. de citation. num. 10. cum ſeq.* tamen in con
132 tumacis † vindictam ſit expenſarum taxatio, abſque alia citatione. *Bald. in Authent. Poſt iuſiurandũ. vbi Iaſon. in fin. C. de iudic. Iacob. Philip. Portius in tract. commun. opin. lib. 1. concluſ. 43. limitat. 50. & limit. 57.*

133 Sexageſima quinta pœna eſt, quia † pro omni contumacia quis excommunicari poteſt. *Philipp. Franc. in c. cordi. §. Quod ſi appellator. Notabili vltimo de Appell. in 6.*

134 Sexageſima ſexta pœna, quia contumax † non poteſt compromittere, *vt poſt Guidon. de Suzzaria in l. nõ diſtinguemus. §. Iulianus. ff. de arbit. & alias dixi de compromiſſ. §. 2. gl. nu. 406. cum plurib. ſeq.*

135 Sexageſima ſeptima pœna, quia † contumax nõ veniens in duello, amittit rerum ſuarum dominiũ, & applicatur parti, *vt voluit Paris de Puteo in trac. de re militari lib. 3. cap. 3.* Vbi recitat factum Regũ Caroli, & Petri de Aragonia, *de quo And. Alciat. de ſingul. Certamine c. 3. c. 41. Et de hoc duello ego latius alibi plura ſcripſi.*

136 Sexageſima octaua pœna eſt, † quia rami pendẽtes ex arbore in ſolum vicini per quindecim pedes a terra altius Dominus excidere debet *l. 1. l. 2. ff. de Arbor. cedend. l. 1. C. de interdictis.* Et ſi fiat proteſtatio a vicino quod adimantur, & dominus contu-
137 max, & requiſitus nõ adimat, poterit vicinus † authoritate propria incidere, vel incidi facere, *vt voluit Bart in l ſi plures. §. 1. ff. arb. furt. cæſar. Alex. in l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. noui nunc. Nouiſſime Nicol. Valla de reb. Dubijs. tractatu. 8. nu. 8. De quo interdicto decedendis arboribus meminit Iac. b. Cuiacius obſeruatio. lib. 5. cap. 17. poſt princip.*

138 Sexageſima nona pœna erit, quia † iudex habentes merum imperium, ac temporalem iuriſdictionem, contra ſubditum contumacem, inobedientẽ, & rebellem, poteſt bellum indicere. *Paris de Puteo de re militar. lib. 1. cap. 11.*

130 Septuageſima pœna eſt, † quia vna contumacia, aliam aggrauat, vt ex pluribus deducit *Ferdinand. Vaſqui. controuerſ. Illuſtr. lib. 1. cap. 31. numero 36. Matthias Coler. in deciſ. German. 114. num. 2. Ioan. Berberij in Viatorio iuris parte 4. titul. de iudic. numero. 57.*

140 Septuageſima prima pœna eſt, quia † contumax legitime bannitus, ſi ducitur ad iudicem, non auditur ad ſe defendendum, & innocentiam probandam, *ex multis Roland. a Valle in conſ. 60. num. 24. cum ſeq. vol. 2.* Quod procedit in ſæpius citato, & contumace, *vt poſt Gundiſſal. de Villadiego de Hæretic. q. 12. voluit Iacob. Menoch. de Arbitra. iud. quæſt. lib. 2. Centur. 5. caſu 416. num. 42. vide tamen Bald. in l. Cogi. nu. 11. verſ. ſed vlterius quæro. C. de Petit. hæreditatis.* Quod ego intelligo, niſi purgauerit,

contu-

141 † contumaciam, maxime quia defensiones sunt iuris naturalis, & omitti nequeunt per iura vulgaria. Cum pœna tamen stat *Nicol. Reusner. in decis. Ienens. 15. num 16. 17. lib. 3.*

Septuagesima secunda pœna ipsius contumacis

142 † erit, quia contumax infidelis reputatur. *c. nulli. 28. distinct. Hyppol. de Marsil. in pract. Criminal. §. postquam. nu. 64. & in l. de vnoquoque. nu. 186. ff. de re iudicata.*

143 Septuagesima tertia pœna, quia † contumaci imponitur pœna confiscationis bonorum, *vt voluit Azo. in summa. C. ut nemini liceat sine iussu iud. Bal. in c. 2. extra de testib. cogend. Iason. in l. 1. col. penult. vers. Adde tu, alia duo. ff. si quis ius dicent. non obtẽ. per. quos refert, & sequitur Rolan. a Vall. in consi. 47. num. 9. vol. 2.* Et in hoc Regno contumax punitur

144 pœna confiscationes † tertiæ partis bonorum mobilium, *vt in const. Grandis vtilitas. & voluit Matt. de Afflict. in Const. Regni. Pœnam nouẽ vnciarum. not ab. 4. quem sequitur Petr. Foller. in pract. crim. §. Annotentur bona contumacis. sub nu. 1. & ad materiam. Guido Papæ in decis. Gratianopol. 429. Franc. Viui. in decis. 138. nu. 44.*

145 Septuagesima quarta pœna, quia † si rusticus in termino sibi statuto, non declarabit bona, quæ tenet a Domino in feudum cum finibus, & confinibus, & alias dato ei termino ad deliberandum, & in contumaciam priuabitur ipsis bonis, *vt post Andr. de Isern. in cap. vasallus si culpam. si de feud. defuncti milit. uoluit Paris de Puteo de redintegrat. feudor. cap. 212. num. 4. 5. fol. 116. in capit. incip. citatur rusticus.*

146 Septuagesima quinta pœna † erit, quia ob contumaciam, & subterfugia defuncti, si lis contestari nõ potuit, in delictis priuatis inducitur, vt contumacia sit trãsitoria ad defunctum, & habeatur lis pro contestata. *arg. l. vt perfectius. C. de Annal. except. late discutit Francisc. Marcus in decis. Delphinal. 764. nu. 1. vol. 1.*

147 Septuagesima sexta, quia † vocatus non veniens priuatur voce, & electione, quia facit se indignũ. *c. cũ nobis. de elect. Inn. in c. 1. extra de maior. & obed. glos. in clem. Quod circa. de elect. Ioan. Andr. in c. in causis. de elect. quos refert, & sequitur Francis. Marcus in decis. Delphin. 785. nu. 2. 3. vol. 1. antea in decis. 783. in decis. 784. eod. vol. 1.*

148 Septuagesima septima pœna † est, quia si alicui collatum fuit, vt officium exerceat, & contumax sit in acceptando, duplicato tempore exercere debet, & interim dum non exercet, eligitur alius, qui interim bona contumacis possidebit. *l. si ad magistratũ. C. de Decurionib. lib. 10. Martin. Laudens. de officialibus dominorum. §. 108. incip. contra.* Quod est cotidianum, & in dies occurrit.

149 Septuagesima octaua pœna est, † quia hæres nõ satisfaciens, & contumax in non satisfaciendo, nocet defuncto, quia illius anima diutius in purgatorio detinetur, *vt voluit Abb. Panor. in c. in literis. nu. 2. 4. extra de raptor.*

150 Septuagesima nona pœna erit, quia † citatus ad Curiæ negotia, vel ad parlamentum, vel consilium nec comparet in termino, ad negotia illa procedi-

tur in illius contumaciã. *cap. peruenit. c. placuit. 18. distinct. plene Petr. Belluga in Specul. Principum. Rub. 3. sub nu. 1. Vbi ego dixi in Apostill. in verb. Contumacia.*

151 Octogesima pœna est, quia † Dominus, aut Baro superior requisitus a Rege, vel alio principe supremo, vt iustitiam subdito faciat, & is eam contumaciter facere neglexerit, patietur represalias sibi fieri, *tex. in c. Dominus noster. vbi glos. 22. q. 2. Dixi late ad Bellugam in Specu. Princip. rub. 11. §. Iam supra. in verb. represaliis. Et vide Angel. in consil. 196. col. fin. Matth. de Afflict. in const. Pacis cultum. num. 47. 48. 49.*

152 Octogesima prima pœna est, † quia contumacia facit, & operatur, quod est locus remissioni in contractibus, *vt voluit Francisc. Marc. in decision. Delphin. 400. in fin. vol. 1. pulchre Didac. Couar. pract. quæstion. cap. 10. col. 2. vers. Primum hinc & Philipp. Franc. in c. Romana. §. contrahentes. col. pen. de for. comp. in 6. dixi plene ad Bellugam in Specul. Principum, rub. 11. §. visum. Apostilla. 1. in verb. in contractibus.*

153 Octogesima secunda pœna erit, † quia contra contumacem iudex plantat furcas ante illius domum, & ibi eius imaginem suspendit cum fune ad collum, vbi delictum pro cõfessato habetur, *vt post Parid. de Puteo. in trac. Syndicatus. in verb. contumacia. voluit Petrus Foller. in pract. crimin. in verb. Banniantur. num. 48.*

154 Octogesima tertia pœna, quia † perseuerante per annum Prælato, in non infeudanda re ecclesiæ, fit de mensa, post multos, & præsertim Guidonem Papæ *in decis. Gratianop. 154. sub num. 2. voluit Iacob. Menochius de Arbitrar. Iud. quæstion. lib. 2. Centur. 5. Casu. 433. num. 6. 19. 30.*

155 Octogesima quarta pœna † erit, quia contumax & bannitus, & relegato, & excommunicato æquiparantur. *Felin. in c. 1. num. 16. de offic. deleg. Petr. Plaza in epit. delictor. cap. 44. nu. 12. plene Menoch. de Arbitr. iudic. quæst. lib. 2. Centur. 5. casu. 438. nu. 31. 32. 34.*

156 Octogesima quinta pœna, † quia nimia contumacia priuat quem iure suo. *post Bartol. in l. Fulcinius. §. vlt. ff. ex quib. caus. in pos. eat. Iacob. Menoch. de Arbitrar. iudic. quæstion. lib. 2. Centur. 5. casu. 416. num. 34.*

157 Octogesima sexta pœna, quia contumax † post annum habetur pro confesso, & conuicto. *c. quoniam, frequenter. §. in aliis. extra vt lit. non contest. Menoch. de Arbitr. lib. secundo. Centur. 5. casu. 416. numero. 32.*

158 Octogesima septima pœna † inde oritur, quia in contumacis odium ad secundi decreti interpositionem peruenitur. *Idem Menoch. in dicto casu. 416. nu. 33. Ia fred. Lanfranc. Balb. in decis. 338. incip licet contra.*

159 Octogesima octaua pœna, quia † contra contumacem expediuntur literæ præcisæ, scilicet exequu

toria-

toriales, & non auditur, niſi refectis expenſis. *Guido Pap. in deciſion. Gratianop. 99.*

160 Octogeſima nona pœna, ex † quo reo ante litem conteſtatam contumace, actor mittitur in poſſeſſionem ex primo decreto. *arg. l. 1. 2. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. voluit Matthias Coler. in deciſio. German. 104. num. 5. dixi ſupra plene pœna. 19. Vide ſupra hoc eodem titulo. num. 48. 49. 50. 51. 52. 53.*

161 Nonageſima pœna eſt, quia † citatus perſonaliter ſi non comparet proceditur contra ipſum per Audientiam cõtradictarum, *vt per Paulum AEmil. in deciſion. 102. num. 1. 2. lib. 3.*

162 Nonageſima prima pœna † erit, quia contumax amittit omnes exceptiones dilatorias, vt ex pluribus cumulat Matthias Colerus *in deciſio. German. 108. nu. 71. Tango etiam infra in titul. de exceptionibus in genere. verſic. contumax. num. 153. hoc eodẽ Tomo. 1.*

163 Nonageſima ſecunda † pœna erit, quia iudex in ciuilibus poteſt pro contumacia capi facere contumacem. *Iafred. Lanfrancus. Balbus in deciſion. 157. incip. iudex.*

164 Nonageſima tertia pœna eſt, quia † contumacia procuratoris nocet dño, ad finẽ, vt poſſit ſententia contra ip um procuratorem citatum, & contumacẽ prolata, qui non appellauit executioni mãdari contra ipſum dominum ſi lis ſit conteſtata, vel fuiſſet cauſa, in qua lis non conteſtatur. *argu. l. 3. vbi gloſſ. C. quomod. & quan. iudex. Innocent. in cap. 1. verſ. Item ad articulum. extra vt lit. non conteſt. voluit Iafred. Lanfranc. Balbus in deciſion. 179. incip. contumacia. Guid. Pap. in deciſion. Gratianopol. 436. nume. 104.*

165 Nonageſima quarta pœna † eſt, quia contumax non opponit nullitatem citationis. *Felin. in cap. ſi duobus. vbi Deci. num. 10. de appell. Ioan. Neuizan. in conſil. 18. num. 13. quos refert. Franciſc. Burſat. in conſil. 74. num. 34. vol. 1.*

166 Nonageſima quinta pœna erit, † quia cõtumax dicitur, qui venit, & illicentiatus receſſit. *Bald. in l. conſentaneum. in fin. C. quomod. & quand. iudex. Bald. ad Specul. in titul. de citat. verſ. ille, qui comparuit. Felin. in cap. 1. per totum. de iudic. facit Dominicus Arumæus in deciſion. Ienenſ. decima prima. num. 5.*

167 Nonageſima ſexta pœna, quia ex † epiſcopi contumacia, poteſt interdici tota terra ad eius iuriſdictionem pertinens. *Panor. in c. ſane. il 2. nu. 6. extra de offic. delegat.*

168 Nonageſima ſeptima pœna, † quia vniuerſitas cõtumax ſuis priuilegijs priuatur. *Bal. in c. 1. de Milit. vaſal. qui cõtum. eſt. quem ſequitur Rolan. a Vall. in conſil. 66. num. 25. vol. 2.*

169 Nonageſima octaua pœna erit, † quia delegatus Papæ, vel Principis, ad vnam, vel certas cauſas, poteſt mulctare contumacem. *Iafred. Lanfran. Balbus in deciſ. 155. incip. delegatus.*

170 Non dicitur quis contumax, niſi † contumacia accuſetur. *Octauian. Cacheran. in deciſion. 3. num. 2. in deciſion. 71. nu. 48. 49. Petr. Rebuff. ad Conſtit. Galliæ. Tomo tertio. tit. de contumac. articul. primo. gl. vnica. numero vigeſimo tertio. Iacob. Thoming. in deciſion. Lipſens. 24. num. 10. 11. Franciſc. Milanenſ. in deciſion. Siciliæ. 21. num. vigeſimo tertio, libro primo.*

171 Coram iudice incompetente citatus, etiam † ſi fuerit contumax poteſt declinatorias exceptiones allegare. *Petr. Rebuff. ad Conſtit. Galliæ. tomo. 3. tit. de contumacia. artic. 8. gl. 1. num. 9. ſupra hoc eodem tit. num. 7. 8. 9. 10.*

172 Contumax habita notitia † ſententiæ, appellare poteſt. *Peregrin. Fabi. in deciſion. Nouiſſim. Roman. 45. num. 4. lib. 3. vol. 3.*

173 Ruſticus contumax a pœna † contumaciæ excuſatur. *ex Philipp. Franco. in cap. Nicolao. num. 20. de appellat. Steph. Gratianop. in deciſion. Marchiæ. 111. num. 3.*

174 Non committitur contumacia, niſi † contineat omnia, quæ neceſſario continere debet ipſa citatio *vt poſt Petrum de Ancharan. in conſil. 97. in fin. voluit Cæſar Barz. in deciſion. Bonon. 107. numero 21. 22.*

175 Verus contumax dicitur, qui † citatur de perſona. *Matth. de Afflict. in Conſt. Regni ſi quis poſt litem num. 3. Rober. Maran. in Specul. Aur. part. 6. titul. de contumacia. num. 8. Petrus Royzius in deciſion. Lituan. 4. num. 16. 517. quos ſequitur Franciſc. Viui. in deciſion. 138. num. 12. 13. Cæſar Barzi. in deciſion. Bonon. 150. num. 11. 12. Dixi plene in titul. de citation. num. 322. Vide infra. num. 179. 188.*

176 Vniuerſitas ex citatione ſyndici † contumax nõ dicitur, nec collegium, niſi citentur in conſilio, vel niſi renuerent ſe congregare. *poſt alios Iafred. Lanfranc. Balbus in deciſion. 80. incip. communitas. & in deciſion. 156. incip. ex contumacia. Vide Bartol in l fin. column. fin. verſicul. idem puto. ff. de reſt. in integr. in l. 1. C. de iure Reipub. lib. decimo primo.*

177 Clericum coram ſe citatum † contumacem, non poterit mulctare iudex ſæcularis. *Iafred. Lanfranc. Balbus in deciſ. 153. Incip. clericum.*

178 In mora, & contumacia non † dicitur, qui citatus non fuit. *Iacob. Thomingius in deciſion. Lipſenſi. 24. num. 16.*

179 Verus contumax appellatur, qui data † opera facit, quod citatio ad ipſius notitiam non perueniat, *Iafred. Lanfranc. Balbus in deciſion. 254. incip. qui data.*

180 Citatus, vt compareat † pro delicto, alias habebitur pro confeſſo, non poteſt pro vna contumacia pro confeſſo haberi. *Iafredus Balbus in deciſi. 370. incip. citatus.*

181 Pro ficta contumacia, puta † ad domum, non poteſt mulcta imponi. *Idem Balbus in deciſ. 371. incip. Mulcta.*

182 Mulier citata, quo die † comparere debeat, ob partum impedita, excuſatur. *Pet. Rebuff. ad Conſt. Galliæ. Tomo 3. titul. de excuſ. & exoniat. in rub. nume. 41.*

183 Citatus ad locum non tutum, non † dicitur con-

tumax. *Octauian. Cacheran. in decision. Pedemontan. 9. num. 3.*

184 Citatur Gallus, tempore quo † dominabantur & interim Gallorum inimici bellum inferunt, & citatus contumax efficitur, nec misit excusatorem, nõ obstante contumacia ex integro petit audiri, & sine dubio admittitur. *Matth. de Afflict. in decision. 29.*

185 Pro contumacia non imponitur † vera delicti pęna. *Octauian. Cacheran. in decisio. Pedemon. 105. nume. 4.*

186 Declara secus esse, si consuetum † fuerit veras delicti pœnas contumacibus imponi solere, *vt dicit idem Octauian. in dicta decision. Pedemont. 105. sub num. 12.*

187 Accusata contumacia † præceptum remanet firmum, *voluit Matth. de Afflict. in decision. Neapolit. 167. sub num. 4. quem sequitur Robert. Marant. in Specul. Aureo. parte 6. num. 27. Ioan. Baptista Plotus in rep. l. si quando. num. 104. C. vnd. vi.*

188 Verus contumax etiam dicitur qui iudicem † cõtemnens dixit nolo venire. *Bartol. in l. ex consensu. §. fin. in fin. ff. de Appell. Nicol. Boer. in decision. Burdegal. 206. num. 6. Rota in Nouis. in decision. 49. incip. si fertur sententia. Nicol. Vigell. in decision. 21. Centur. 6. Dominicus Arûmæus in decision. Ienensi. 11. num. 37. Dixi supra in titul. de Citati. num. 322. & supra hoc eodem titu. nu. 175. 179.*

termino, & quando disputatur an articuli sint admittendi, omnino non currunt. Quod si cedenti ante cessionem concessæ fuerint, in posterum denegantur cessionario, & post elapsam legalem, vel statutariam dilationem testes examinari nequeunt, quoniam facienda in certo termino numquam illo præterito releuare solent, licet partes tempus a iudice ad solutionem debitori destinatum prorogare possint.

ARGVMENTVM.

Dilationes in iudicijs dantur, vt reus deliberare, & instructus comparere, atque legitimas defensiones, quæ nemini sunt auferendæ, conquirere possit, ne ex nimia festinatione in damnum irreparapile incurrat, quæ actori, quia semper ad agendum paratus esse debet, non dantur, nisi nouum ius emergat, vel vrgens necessitas expostulet, quibus casibus admittitur. Dicuntur esse spacium temporis, quod alicui pro loci distantia, & negotij qualitate vel longius, vel breuius, quandoque ante, quandoque post litem contestatam a lege, vel iudice ad experiundum in iudicio conceditur. Et quædam sunt ordinariæ, quædam extraordinariæ. Hæ non dantur in causis executiuis, neque causa alimentorum recipit illas, cum venter auribus careat. Currunt de momento in momentum, nec dies termini computabitur in

SVMMARIVM.

1 *Dilatio quid est?*
2 *Dilatio quotuplex est? num. 3.*
4 *Dilationes vsuales in Curia Romana ex Octauiano Vestrio. nu. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92.*
14 *Dilationes ordinariæ, & extraordinariæ ex Iodoco Damhouderio. num. 15.*
16 *Dilationes ex Petro Terminæo.*
17 *Actori dilatio nõ datur, quia debet venire instructus. Declara. num. 18. 19.*
20 *Dilatio probatoria est peremptoria, & semel datur. Declara. num. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36.*
37 *Intellectus Const. Regni. Lite legitime contestata.*
38 *Quando dantur plures dilationes. num. 39. 40. 43. 44. 45.*
41 *Prima dilatio, quomodo datur?*
42 *Angelus de Vbaldis melius loquitur in hac materia.*
46 *Prorogatio dilationis facienda, & petenda est antequam labatur dilatio.*
47 *Prorogatio non dicitur noua dilatio.*
48 *Prorogatio requirit causæ cognitionem.*
49 *Prorogatio debet parti notificari.*
50 *Dilationes, & termini omnes partibus sunt communes. num. 51. 140.*
52 *Dilationum materia iudici arbitraria est. Declara. num. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60.*
61 *Dilatio, & tempus instantiæ a iure, vel a statuto præfixum per partes prorogari non poterunt.*
62 *Terminus datus actori ad articulandum, non est rei ad excipiendum.*
63 *In causa alimentorum nulla dilatio datur, quia venter moram non patitur. Declara. num. 64.*
65 *Procuratori cum generali mandato debet dari dilatio ad consulendum Dominum in partibus.*
66 *Terminus non intimatus non nocet, nisi pars notitiã habuerit, quia habetur pro intimato.*
67 *Dilatio, & terminus, an currat de momento ad momentum. Declara. num. 68. 69. 70. 1.*
72 *Dilatio datur ad examinandos testes ad concomitantiam scripturarum. num. 73.*

74 Ter-

74 *Terminus, & dilatio competens datur relegatis, & exilio missis ad accommodandas res suas, & colligendas sarcinulas num.75.76.77.78.*

79 *Dilatio cuius concessio non releuat, non datur.*

81 *Sententia nulla est, si non dantur omnes termini. nume.82.83.84.85.86.87.88.89.90.91.92.*

93 *Dilatio, & terminus a iudice datus in sententia, nō potest ab ipso prorogari.*

94 *Terminus quatuor mensium datorum ad notificanda beneficia vacantia, quando currere incipiat?*

95 *Dilatio siue terminus datus ad reiterandas dilationes est vtilis, non continuus.*

96 *Acta, & instrumenta producta ante litem contestatam, reproduci debent in termino in causa dato.*

97 *Dum disputatur, an articuli debeāt admitti non currit dilatio, siue terminus. Declara.num.98.99.*

100 *Commissio, licet dicat absque terminorum obseruatione, dandi tamen sunt termini substantiales. Declara.101.*

102 *Dilatio alia concedenda est ei, qui bellorum & hostium timore in primo termino examinare non potuit.*

103 *Terminus & dilatio data ad producenda instrumēta, & scripturas, non intelligitur data ad producēdos testes.*

104 *Iudex, ad quem est appellatum, potest concedere dilationem in expectando.*

105 *Præclusa an sit via petitionis depositionem partis, elapso termino, lege, statuto vel a iudice dato?*

106 *Dilationes dantur pro loco distantia, & quæ consideratio dari debet, quando datur terminus per viā restitutionis in integrum.*

107 *Terminus datus ad articulandum currit etiam die citationis, ac notificationis factæ.*

108 *Dilationes ad probandum non esse de iudicij substātia, sed an id verum sit? nu.109.110.111.112.*

113 *Terminus præfixus ad probandam manifestam offensam currit a die exceptionis ipso iure.*

114 *Cedenti ante cessionem si fuit data dilatio, non datur cessionario. nu.115.*

116 *Faciendum quod erat in termino si fiat post terminum non releuat.*

117 *Legalis, vel statutaria dilatio, si labatur testes post illum terminum examinari nequeunt, & si iurassent in termino.*

118 *Contrarium seruatur in Regno Neapolitano.*

119 *Si terminus sit datus ad recipiendos Apostolos in appellatione, sufficit semel instetisse, nec est necesse cotidie insistere.*

120 *Dilatio citra montes est duorum mensium, vltra montes quatuor mensium.*

121 *Dilatio data vsque ad octo dies, non extenditur ad diem sequentem.*

122 *Tempus a iudice debitori datum ad soluendum, potest a partibus prorogari.*

123 *Dilationes in causis exequutiuis non dantur. Declara.nu.124.*

125 *Terminus, & dilatio in causa attentatorum ad re probationem & repulsationē ad partis instantiam conceditur. Declara.nu.126.127.128.*

129 *Dilatio ad repulsam non datur in materia censuali, & exequutionis pro censu.*

130 *Termino, & dilationi reo datæ in criminalibus, renunciare non potest. Declara.nu.131.132.*

133 *Dilationes a lege datæ absque ministerio hominis, an possint breuiari. Declara.num. 134.135. 136. 137.138.139.*

141 *Termino ad probādum dato, si neutra pars aliquid produxerit redintegratio instante actore dari non debet.*

TITVLVS XLVII.

De dilationibus, & terminis, & inducijs.

1 DIlatio tempus est ad aliquid agendum, vel dicendum constitutio †, vel extensio, cōsensu, quorum interest, a lege, vel iudice facta. *Petr. Gregor. Syntag. iuris vniuersi. lib.* 48. *cap.*8. *num.*1. alia diffinitio fere simi lis datur a Dethardo Horsthio in Synopsi Thesiū, *lib.*2. *titul.*12. *num.* 10.

Dilatio loco generis est habēs sub se plures species diuerso noīe in signitas prout est 1. dilatio ex-
2 pectatoria. 2 dilatio† ad opponēdas exceptiones dilatorias, 3. probatoria 4. Aduocati expectatoria. 5. alia ad recipiendum post publicationem processus copiam. 6. Reprobatoria, seu repulsatoria. 7. alia ad producendas scripturas, & instrumenta. 8. alia ad petenda beneficia restitutionis in integrum 9. alia cōtra diffamantes habere iura aliqua contra aliquem; de prima dixi *post Andr. de Iser. Matth. de Afflict. Robert. Marant. & Vincent. Maxill. in tract. de compromiss. §.2. gloss.2. num.6.* De secunda dixi ibidem. *num.7.* De tertia dixi *post Bartol. Alexand. Panor. Felin. Marantam Grammatic. Maxil. & Pandum. in dicto tract. §.2. gloss.2. num.8.9.10.* De quarta. *post Bartol. Gemin. Philipp. Franc. Angel. Roman. Barbat. Bald. Marsil. Raph. Aretin. Felin. & Cagnol. dixi. in loco allegato. num.11.12.13. 14.15.16.* De sexta *dixi nu.17.* De septima *nu.18.19* De octaua, *post* Marant. *& Maxill. dixi. num.20. post Iser. Afflict. & Marantam.* De nona *post Angel. de Vbald. Angel. de Aretio. Roman. Jas. Felin. Prepos. Alexand. Tortum. Deci. Purpurat.* Marsil. *Boerium, Capic. Cagnol. Nigrum, & alios dixi idem. num.* 21.22. 23. 24.

3 Triginta octo species dilationū enumerat † *Specul. in titul. de dilat.* §. 1. quas omitto, contentus illas referre, quæ a nouissimis exercitationis nostræ Magistris describuntur.

Dilationes ad dicendum contra commissionem; Ad libellandum; Ad declarandum; Ad iurandum
4 † de calumnia; Ad Articulandum; Ad dicendum contra articulos; Ad producendum omnia; Ad dicendum contra producta enumerat *Octauian. Vestrius in Praxi Romanæ Curiæ. lib.*5. *cap.*3.

5 Iſtas autem dilationes ad dicendum † in cauſa prophana, ſcilicet, ad dicendum contra cõmiſſionẽ, ad primam; Ad libellandum ad octauam; Ad reſpondendum libello; Ad conteſtandum litem; ad iurandum de Calumnia, & in ſingulis tribus iſtis eſt dilatio ad primam. *Idem Octauian. Veſtr. in dicta Praxi. lib. 5. cap. 4. numero. 1.* De alijs in cauſa
6 † beneficiali. *ibidem nu. 3. 4.* De dilationibus in cau
7 ſis † nullitatum. *Veſtr. in dicto lib. 5. cap. 5.* De dila-
8 tionibus in cauſis † grauaminum. *Veſtr. lib. 5. cap.*
9 *6.* De dilationibus in petitione abſolutionis † ab obſeruatione iudicij. *eod. lib. 5. cap. 7.* De dilatione
10 in articulo compulſoriæ † generalis decernendæ.
11 *eod. lib. 5. cap. 8.* De dilationibus, † in articulo cõpul ſoriæ ſpecialis. *lib. 5. cap. 9.* De dilatione in articulo
12 † decernendæ remiſſorię. *lib. 5. cap. 10.* De dilatio-
13 ne in crimine, vel delicto † notorio. *lib. 5. cap. 11.* Annotationes quo ad obſeruantiam dilationum, ac terminorum. *lib. 5. cap. 12.*

Dilationes ordinarias, & extraordinarias po-
14 ſuit † Iodocus Damhouderius in Praxi Rerum Ciuilium. *cap. 114. num. 4.* Ordinarias ante litis conteſtationem eſſe dilationes citatorias, reuocatorias, deliberatorias, impeditorias, reſtitutorias, exoneratorias, loci inſpectorias. *Idem Damhouder. cap. 115. per totũ.* De dilationib. poſt litem cõteſtatam, enumerat has dilationes, vt agenda, & defendẽda con
15 ſcribantur; Vt ſcripta † exhibeantur; Vt ſcripta referantur; Vt ſupplicatio formetur, & exhibeatur; Vt confutationes, & ſaluationes parentur; vt omnia in iudicio concludantur. *Idem Damhouderius. capitul. 116. per totum.* Et de dilationibus poſt ſententiam ſcribit *idem Damhouderius. cap. 117. de dilationibus extraordinarijs agit. cap. 118.*

Aliter illas breuius in expectatiuas, probatorias ad agendum, ad excipiendum, ad replicandum
16 † ſiue reprobandum enumerauit *Petr. Terminęus in proceſſu iuris ſcripti. cap. 23.* quas docuit etiam ante eum *Lanfranc. de Orian. in rep. c. quoniam contra. in verb. Dilationes. de prob. quem refert, & ſequitur Ant. Scappus de iure non ſcripto. lib. 3. c. 48. nu. 1.*

Sufficit locos monſtraſſe, in quibus de dilationibus ſcriptores verba effuderunt, ſed agamus in hac materia, vt de ijs loquamur, quę quo ad iudicia vſitatiora, & apud ſcriptores rerum iudicatarum deſcripta inueniuntur.

17 Actori dilatio aliqua dari non † debet, quia inſtructus ad cauſam venire tenetur. *Paul. AEmil. Verall. in deciſ. 15. lib. 1. arg. cap. ſpacium. 3. q. 3. cap. præterea. de dilat. Maſuer. in pract. titul. de dilat. num. 1.* Intelligit procedere in dilatione deliberatoria. *Gulielm. Caſſador. in deciſ. 1. num. 2. titul. de dilat. Sed vide Cardinal. Creſcent. in deciſ. 2. num. 1. de dilation.*

18 Declara ſecus eſſe ſi actor commiſit cauſam † ſuper vno iure contra reum, & reus pẽdente lite producit aliquod ius nouum cõtra actorem, quia tunc eidem actori dilatio danda eſt, *vt per Guliel. Caſſador. in deciſ. 1. titul. de Dilat. & Verall. in dicta deciſ. 15. num. 3. & in deciſ. 260. lib. 1.* Ratio illa conſide-
19 randa eſt, † quia reus etiam in exceptionibus, vice actoris fungitur. *l. In exceptionib. ff. de probat. Maſuer. in praxi. titul. de dilat. num. 10. Cardinal. Creſcent. in deciſ. 5. vbi Apoſtill. tit. de dilat.*

Dilatio omnis probatoria eſt peremptoria, &
20 † ideo alia non datur, ſed ſemel illa conceditur, & peremptoria intelligitur, etiam ſi non exprimatur. *Bartol. in l. mancipiorum. num. 6. ff de option. leg. Alexand. in l. fin. not ab. 1. ff. de ferijs. & alij quos refert Robert. Marant. in Specul. Aureo. parte 2. actu. 3. nu. 2. Placentinus in Summa Codicis tit. 11 Petr. Rebuff. ad Conſtit. Galliæ. tom. 3. titul. de dilationib. articul. 10. Gloſ. 11. Anton. Capic. in deciſ. Neapolitan. 81. nu. 1. Proſper Carauit. in ritu. 149. num. 1. And. Gail. practicar. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 91. num. 1. cum pluribus adductis per Ioan. Petr. Surdũ in conſi. 97. nu. 16. 17. vol. 1. Duen. in regul. 200. & regul. 201. Thom. Triuiſan. in deciſ. Venet. 37. num. 1. in deciſ. 59. num. 3. 4. lib. 1. Petr. Gregorius Syntagmat. iuris vniuerſi. lib. 48. cap. 8. num. 10.*

21 Et illa decurſa, atque elapſa, non † conceditur alia dilatio, niſi adſit magna cauſa, ita etiam de iure Regni Neapolitani prorogatio fieri non poteſt, *vt in Prag. incipient. Poſt prædictas. tit. de ordin. iudic.* Et de iure communi. *AEgid. Bellemer. in deciſ. 523. incip. poſt terminum.*

Declara tamen primo, poſſe dari aliam dilationem ſecundam, ſi iuſtum impedimentum affuerit,
22 † quin probationes fieri potuerint in prima dilatione. *l. oratione. ff. de ferijs. Iaſon. in l. fin. nu. 23. 35. 36. ff. eod. tit. Marantain Specul. Aur. parte. 2. Actu. 3. num. 5. Anton. Capic. in deciſion. Neapolitan. 81. nu. 2. Petr. Rebuff. ad Conſtit. Galliæ. Tomo. 3. titul. de dilation. articul. 10. artic. 13. Petr. de Benintend. in deciſion. Bononiens. 45. Andr. Gail. pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 91. Lanfranc. de Orian. in cap. quoniam contra. in verb. dilationes. ſub num. 6. de prob. ante eos. And. de Iſern. in Cõſt. Regni. lite legitime cõteſtata.*

Subintellige tamen debere impedimentum pro
23 bari, † aliter, quam per iuramentum *vt poſt Abb. Panor. in conſil. 64. col. 2. vol. 2. voluit Petr. de Benin ten. in deciſion. Bonon. 45. num. 4. 5. & interuenire debet cauſæ cognitio, vt per Thom. Doccium. in conſil. 154. alleg. 4. nu. 19. Lanfran. in dicto c. quoniam contra. in verb. dilationes. num. 9. 10.* Vbi probari opor-
24 teret † per plures probationes, & ſi de facili haberi non poſſunt, ſolum iuramentum ſufficeret, ſi eſſet perſona honeſta, & fide digna. *Iſern. in dicta Conſt. lite legitime conteſtata.*

Declara ſecundo, ſi litiganti poſt lapſam primã dilationem, ſuperueniſſent nouæ probationes, quia
25 † tunc ad eas producendas, noua poterit dilatio tribui, *vt poſt Bartol. in l. Admonendi. col. 2. ff. de iureiur. & Salycet. in l. 1. C. de dilation. voluit Iaſ. in l. fin. nu. 36. ff. de ferijs. Robert. Marant. in Specul. Aur. parte 2. Actu. 3. num. 2.*

26 Declara tertio, ſi eſſemus † in principis conſiſtorio, in quo plures dilationes dari poterunt. *l. in oferendis. vbi Bartol. C. de appell. Maranta vbi ſupra, num. 6. Iaſ. in dicta l. fin. num. 43. ff. de ferijs.* Andr.

Gail,

Gail.practicar.obseruat.lib.1.obseruat.91.num.11. Iacob.Cuiaci.in Paratitla Codic.lib.3.tit.11.

27 Declara quarto, si data dilatione † impeditus fuerit, qui petit nouam dilationem facto aduersarij, qui opposuerit multas exceptiones, quibus impeditus fuerit probationes facere, quia factum partis impedientis ipsi nocere non debet, quin detur noua dilatio, *vt per Alexand.in consil.72.col.1.uol.3.Marant.in loco alllegato.nu.8.dico infra.vers.Amplia secundo idem procedere.nu.99. Hierony.Treutler.disputat.selectar.parte 1.Disput.5.Thesi.11.*

28 Declara quinto, quando in iudicio † emergeret noua exceptio, nouumue aliud incidens, quia si id consistit in facto, super eodem emergenti, potest noua dilatio peti. *argu.cap.pastoralis. de except.* Quia de nouo emergentia nouo indigent auxilio. *l.de ætate.§.ex causa.ff.de interdict. Rob.* Marant. *vbi supra.nu.10. Andr.Gail.pract.obserua.lib.1.obseruat.91.num.12.* Ante ipsos antiquissimus Doctor Placētinus in summa Codicis. *lib.3.titulo 11.*

29 Declara sexto, quando † fieret noua additio ad libellum, quia tunc debet noua dilatio concedi. *Angel.in l.1.§.si quis stipulanti vbi etiam Zas.ff.de oblig.post. Specul.in titul.de libell.oblat.vers.Sed & si Ias.in dicta l.fin.num.44.ff.de ferijs.* Marant. *in loco allegato.num.9.*

30 Declara septimo, quando † secunda vel vlterior dilatio, daretur vtraque parte præsente, & non contradicente, quia tunc ex præsumpto partium consensu valeret. *Bald.in dicta l.fin.col.3.vbi Ias.notab.4.num.23.46.ff.de Fer.* Marant. *in loco sepiùs allegato.vers.septimo limita.num.11.*

31 Declara octauo, quando dilatio † non esset data integra, puta essent dandi viginti dies (vt in hoc Regno) & tamen essent dati decem quia iudex posset supplere aliam dilationem absque aliqua causa. *Innoc.in cap.vltra tertiam.de testib. Bartol.in l.1. C.de dilat. Iason.in dicta l.fin.num.37.ff.de feriis.*

32 Declara nono, cum factum aduersarij † non est factum deterius. *Bar.in dicta l.fin.ff.de feriis.vbi illum sequitur Alex. similiter Bartol.sequuti sunt Anton.de Butrio, & Ioan.de Imol.in dicto c.vltra tertiā & communiter sequuntur, licet Iason.in dicta l.fin.num.38. illum reprobet. sed Bartol.sequitur Anton. Capic.in decis.Neapol.81.sub num.3.*

33 Declara decimo, quando † noua actio accumulatur, quia tunc noua dilatio dari debet. *Gloss.in c.litera.extra de dilationib. gloss.in l.edita. in verb.edita. C.de edend.vbi Bartol.num.27. & Ias.in dicta l.fin.num.45.ff. de feriis.* Sed hæc declaratio videtur mihi eadem, cum supra scripta sexta declaratione, dū dictum est de additione libelli.

Declara vndecimo, secus esse, si in aliqua prouin-
34 cia vsus esset, vt dētur nouæ dilationes, † vt fieri solet in Calabria, apud quos indistincte absq; difficultate, & aliqua causæ cognitione, etiam post publicatum in causa datur dilatio ad producendum noua iura, vt testatur *Anton.Capic.in decision.Neapolitan.81.num.7.* Ego autem non vidi ibi hunc stylum dum biennio vacaui pro Regio visitatore.

35 Declara duodecimo, in criminalibus, etiam † publicatione in causa facta dilationem dari, vt ad defensam testes recipi possint vt post alios concludit *Anton.Capic.in dicta decis.Neapol.81.num.4.* Et de iure communi in criminalibus accusatori dantur duæ dilationes, accusato vero tres. *vt post gloss.& Angel. voluit Ias in dicta.l.fin.num.32.ff.de feriis. Placentin.in summa Cod.lib 3.titul.11. Petr.Gregor. Syntagm.iuris vniuers.lib.48.cap.8.num.10. Hieronym.Treutler.Disput.select.par.1.disput.5.Thesi.11.* Quod optime declarat *Lanfranc.in dicto.c. quoniā contra in verb.Dilationes.sub nu.8.extra de probat. Anton.Scappus de iure non scripto lib.3.cap.48.nu.3.4.* valet autem defensio, & si facta sit absque termino, & dilatione. *Bartol.in l.vnius.§.cognituram. numer.2.ff.de quæst. & in l.in criminali.ff de adult. Bald.in l.1.C. qui accus.non poss.* Nemini enim re-
36 gulariter, siue † confesso, siue conuicto defensiones sunt denegandæ *vt post alios dicit Prosper Farinc. quæstion.Crimin.lib.2.titul.de iudiciis, & tortur. q.39.ampliat.10.num.32. Hyppolit.Bonacos. in commun.opin.crim. in verb.dilatio.parte 1. Nouissime Petrus Caball. resolut.crimin.casu.41.nu.2.Thom. Grammat. in decision.Neapolitan.36.num.53. Dethard.Horstius in Synops.Thesium li.2.tit.12.nu.13. Andr.Gail.de pace publica.lib.1.cap.9.num.7.*

In hoc Regno Neapolitano per Cōstitutionem Federici Secundi Imperatoris, *incip. lite legitime contestata.* prouisum est, quod tam in causis ciuilibus, quam in criminalibus in primo termino, & di-
37 latione data, † producantur omnia. Idcirco Sacrum Consilium post terminum, nec nouos articulos, nec nouos testes admittit, nec nouam dilationem, sed æquitate attenta, obseruat, vt reus in criminalibus sine aliquo termino, vel dilatione, examinet ad defensam, & pinguius probet, & hoc dicit *Anton. Capic. in decision.Neapolitan.81.num.8. Petr.Foller.in pract.crim.in verb & facta litis contestatione.nu.9.Prosper.Carauit.in ritu.69.nu.12.*

Quando dantur prima, secunda, tertia, quarta,
38 vel vlterior dilatio dicūtur plures dilationes † nō vna, *vt concludit.Francisc.Marc.in decis.Delphin. 36.num.3.vol.1. quem sequitur Anton.Scappus de iure non scripto.lib.3.cap.48.nu.10.11.* Quas dari posse seruata tamen iuris solennitate cōcludit Lapus *in alleg.82.num.7. vsque ad finem. Licet Ludouic.Roman.in consil.225.tenuerit,* quod in causis
39 summarijs quarta dilatio non detur, † quando aliqui testes non fuissent examinati in tertia dilatione, & hoc dicit esse verum, & punctaliter dictum per Lapum *in dicta alleg.82.* Eos tamen concorda-
40 re, & Lapum a corruptione impressorum † in curia vendicare, nititur ad Lapum *Quintil. Mandosius in Apostill.1. & vide Nicol.Boer.in decision.Burdeg.352. & pro dicto Mandosii facit Petr. de Benintend.in decision.Bononiens.45.num.2.Anton.Scappus de iure non scripto.lib.3.cap.48.num.13. Andr. Gail.pract.obseruat.lib.1.obseruat.91.num.16. Alfons.Montalbus in leg.Fori Nouis.lib.2.titu.8.l.15. in quatuor primis glossis.*

41 Pri-

Prima dilatio dari debet cum modica cauſæ co-
41 gnitione, ac leui, vt conſideretur † tempus, habita conſideratione ad ſpacium locorum, ob facilitatem aut difficultatem probationis. *vt in l. Oratione. ff. de feriis. l. 1. C. de dilat. vbi Paul. de Castr. & voluit Alexand in conſil. 41. col. 2. vol. 2. quos refert, & ſequitur Nicol. Boeri. in deciſ. Burdegal. 294. num. 14. Petrus Gregor. Syntagm. iur. ciuil. lib. 48. cap. 8. nu. 9. Lanfranc. in dicto c. quoniam contra. in verb. dilatio-*
42 *nes. nu. 9.* Vbi ex Angelo, *quem dicit in † hoc melius aliis loquutum fuiſſe*, quæ requirantur enarrat. *Andre. Gail. pract. obſer. lib. 5. obſeruat. 91. num. 13. Mat thias Coler. in deciſ. 121. num. 2. Tho. Triuiſ. in deciſ. Venet. 37. nu. 1. lib. 1.*

43 Quo vero ad ſecundam, tertiam, †& quartam dilationem maior cauſę cognitio exigitur, & in quarta non niſi iuris ſolennitate ſeruata. *iuxta Authen. At qui ſemel. C. de probat. Voluit Lanfran. de Orian. in dicto. c. quoniam cõtra in verb. dilationes. num. 14. 16. 17. de prob. ample Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 294. nu. 15. antea voluit Azo in ſumma. C. de dilat. Odoffred. & Salycet. in l. 1. C. eod. titul. Ludouic. Roman. in dicto conſil. 225. & in conſil. 226. & in conſil. 497. Franciſc. Marc. in deciſ. Delph. 36 nu. 3. 4. vol. 1. Petr. de Bevintend. in deciſ. Bononienſ. 45. nu. 3. 4. Thom. Triuiſan. in deciſ. Venet. 37. nu 2. & in deciſ. 59. lib. 1.* Quintam vero, & ſextam, non poſſe per
44 iudicem † aſſignari, *voluit Cappell. Tholoſ. in deciſ. 116.*

Intelligendum ad has dilationes concedendas grauiſſimam, vt dixi, cauſæ cognitionem requiri, ita
45 vt † inter cetera, ſpecifica impedimenti ſpecies in indiuiduo exprimi debeat, & aliter, quam per iuramentum probari, *vt per Alex. in dicta l. fi. num. 15. & Iaſ. nu. 48. ff. de feriis. & eundem Alexan. in conſil. 101. num. 4. vol. 5. voluit Benintend. in dicta deciſion. Bononienſ. 45. num. 5. 6. Franciſc. Marc. in dicta deciſ. Delphin. 36 num. 4. vol. 1. Petr. Gregor. Syntagm. iuris vniuerſi lib. 4. cap. 8. num. 11. 12.*

46 Antequam autem labatur † dilatio, prorogatio illius peti, & fieri poteſt in qua, & ſi cauſę cognitio exigatur, non tamen tanta, quanta in noua concedenda dilatione ſtatueretur, *poſt Specul. in titul. de dilat. §. nunc videamus. verſic. Et hæc ſunt in argumentum. Angel. & Paul. de Castr. in dicta l. fin. ff. de feriis. Alexand. in conſil. 84. col. 2. vol. 5. quos ſequitur Nicol. Boer. in deciſ. 294. ſub nu. 7. 8.* Et talis pro
47 rogatio, non † dicitur noua dilatio, ſed pręcedentis prorogatio, dum tamen antequam labatur prima, concedatur, quia ſi lapſa prima dilatione fieret, diceretur noua. *arg. l. ſed ſi manente. ff. de precar. voluit Lanfranc. in dicto verb. dilationes. nu. 20. Boer. in dicta deciſ. 294. nu. 7. cum pluribus ſequentibus. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 34. ſub nn. 3. vol. 1. Octauianus Veſtr. in praxi cur. Rom. lib. 7. cap. vlt. nu. 16. Io. Vinc. de Anna in alleg. 11. nu. 5. Don Garzias Maſtril. in deciſ. Siciliæ. 35. num. 2. Iafred. Lanfran. Balb. in deciſ. 233. incip. dilatio. Andr. Gail. practic. obſeruat. lib. 1. obſeru. 91. num. 20. & alii antiquiores relati ab Anton. Gabriel. com. opin. titul. de dilat. concluſion. 2. & concluſ. 3. Thom. Triuiſan. in deciſ. Venet. 59. num. 3. 4. lib. 1. Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuerſ. lib. 48. cap. 8. num. 11. Hierony. Treutle. diſput. ſelect ar. parte 1. diſput. 5. Theſi. 11.*

48 Declara primo prorogationem † iſtam requirere cauſę cognitionem, & partis citationem, alia prorogatio nullius momenti eſſet. *Marcell. Cardinal. Creſcentius in deciſ. 3. nu. 2. 3. tit. de offic. deleg. Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuerſi. lib. 48. cap. 8. nu. 10. 11.*

49 Declara ſecundo debere parti † notificari prorogationem, *vt poſt Cardinal. Pariſium in conſ. 43. nu. 8. vol. 1. & Fabium de Anna in conſil. 75. nu. 6. voluit Clariſſimus D. Don Garſias Maſtrill. in deci. Siciliæ. 35. num. 5.*

In Curia Romana illi quatuor, de quibus ſupra in principio huius tituli diximus, ſunt Termini, &
50 dilationes † ſubſtantiales, qui ſi omitterentur, vel ordo ipſorũ interuerteretur, proceſſus non valeret, & ille epilogeticus, ſunt terminus ad articulãdum, ad dicendum contra articulos, ad producendum contra omnia, ad dicendum contra producta reliqui vero termini ſi obſeruantur, cautius erit, ſi omittantur, non ideo proceſſus inualidus erit. *Rota in Antiquis in deciſ. 806. incip. Sciendum eſt, & in Nouis in deciſ. 33. incip. Quando committitur cauſa. Gulielm. Caſſad. in deciſ. 2. titul. de iudic. AEgid. Bellemer in deciſ. 27. incip. Termini Palatij. Sebaſtian. Vanti. de Nullitat. ex defectu proceſſus. nu. 59. Idem Caſſador in deciſ. 8. num. 6. titul. de Reſcript. Nicol. Anton. Grauat. ad Veſtrim. in praxi lib. 5. cap. 3. nu. 2.* dilationes igitur & termini omnes, communes ſunt vtrique parti, actori, & reo ita, vt per alteram partem renunciari nequeat & ſi renunciauerit, alteri parti præiudicium non affert. *l. petendæ. vbi Bald. C. de tempor. in integr. reſtit. And. de Iſern. in Conſt. Regni Obſcuritatem. vbi Matth. de Afflict. num. 14. Iaſon. in l. 1. nu. 54. ff. de adopt. Lanfranc. in verb. dilationes. num. 11. Maſuer. in pract. titul. de dilation. num. 17. Sfortia Oddus in conſil. 35. num. 2. vol. 1. Alfonſus Montaluus. Fori Noui. lib. 2. tit. de las. teſtimonias. l. 15. in verb. A que las aduga. uerſ. Gracia cuius nota. Hippoly. de Marſil. in ſingul. 168. Marc. Mant. in ſingul. 525. Rolan. Cauagliolius in Decreto Montis ferrat. 4. §. 2. nu. 2. 3. 4. Proſper. Carauit. in Ritu. 90. num. 2. Borgn. Caualcan. in deciſ. Fiuizan. 21. nu. 9. par. 1. Petr. Gregor. Syntagm. iur. vniuer. lib. 48. c. 8. nu. 18. Nicol. Anton. Grauatius ad Veſtrium in Prac. lib. 6. cap. vltim. nu. 28. in verb. poterit vtroque. vide infra hoc titul. in uerb. Terminus actoris. nu. 62. cum ſeqq. Cæſar Barz. in deciſ. Bonon. 67. num. 4.*

51 Declara ſecus eſſe re integra, quia † poſſet pars dilationi renũciare, *Riminald. Senior in conſil. 469. nu. 23. uol. 3. Petr. Gregor. Syntagm. iuris uniuerſi. lib. 48. c. 8. nu. 18. infra hoc titul. in fin.*

52 Dilationum materia iudici arbitraria eſt † vt plurimum, *ut poſt Nicol. Anton. Grauat. ad Practicam Veſtrii. lib. 4. cap. 1. nu. 4. dicit Iacob. Menoch. de Arbitrar. iudic. quæſtionib. lib. 2. caſu. 52. num. 2. Quod licet non dixerit Grauatius. dicit tamen Veſtrius in*

dicto cap. 1. in fin. Bartholom. Bertazol. inter consil. Eursat. 74. in subscriptione. nu. 133. vol. 1. Francisc. Viui. in decis. 11. nu. 9. Hierony. Treutler. disput. select. parte 1. disput. 5. Thesi. 10.

Declarandum hoc est, quia si esset iudici arbitrarium simpliciter, possent omnes iudices dilationes
53 omnes † augere, vel minuere eorum arbitrio, & ideo, vt hoc recte firmetur, distinctione resoluitur. Quod si dilatio a lege stabilita est absque hominis ministerio vt exempli causa in dilatione data ad appellandum, & ad appellationem prosequendam, *vt in Auth de Appell. §. 1. & in Auth. de his, qui ingre*
54 *diuntur ad appellandum.* Et eo † casu iudex non potest. *Gloss. secundum Ang. in Auth. offeratur. in verb. viginti dierum. C. de litis contest.* Et in termino statuto ad conficiendum inuentarium. Et istis casibus
55 iudex immutare nō † poterit. *l. Adulteris. C. ad leg.*
56 *Iul. de adult.* Aut vero sex indulget † dilationē cū hominis ministerio, & tunc lex statuit minorē dilationem non dari, & tūc illam iudex abbreuiare poterit. *l. siue pars. C. de dilat.* Aut statuit maiorē non dari, & tunc sine causæ cognitione, minorem non
57 dabit † *vt ex Cyn. in l. 1. in fin. C. de dilationib. Voluit Masuer. in praxi. tit. de dilationib. sub num. 22. Lanfranc. de Oriano. in dicto c. quoniam contra. in verb. dilationes. nu. 13. de probation. & fusius declarat Francisc. Marc. in decis. Delphin. 37. per totam vol. 1. & post Guid. Pap. & alios nouissime celebris Iurisconsultus Garsias Mastrill. in decis. Siciliæ. 178. nu. 10. 11.*
58 *vsque in finem.* Et idcirco ita intelligi † debeat, alias erraret *Anton. Scappus de iure non scripto. lib. 3. cap. 48. num. 14.* Quia arbitrium hoc iudicum, debet intelligi, quod in illius dilationibus quę eis permit
59 tuntur, eo casu arbitrium † illorum est, in considerandis personis nobilium, senum, miserabiliū, vel aliarum personarum, an maior dilatio, vel minor concedi oporteat. *Robert. Marant. in Specul. Aureo. parte. 6. tittul. de dilationnib. num. 15. hoc dicit Menochius in dicto casu. 52. num. 7.* Vt tunc demum dila-
60 tio apud iudicem arbitraria † erit, quando lex dilationem concedit, temporis quantitate minime expressa, alias si tēpus a lege præfixum est, sine maxima, & Vrgentissima causa per iudicem angustari, aut prorogari nequit. *Panor. in cap. 1. num. 8. de dilationib. & ita per Gloss. in c. cupientes. §. ceterum. in verb. probabilis. quā ibi sequitur Dominicus de Sancto. Gemini. de elect. in 6. voluit Thom. Actius in tract. de infirmitate parte 1. q. 49. num. 2. cum seq. Ad de Cæsar. Barzium in decis. Bononiens. 151 nu. 6. Flamin. Chartar. in decis. 100. nu. 2. post Borcholt. in tit. de pact. c. 5. nu. 33. Hierony. Treutler. disput. select. parte 1. disput. 5. Thesi. 10. ante istos Ioan. Berber. in viator. iuris parte. 4. tit. de iudic. nu. 59.*

Tempus, & dilatio instantiæ, a iure, vel statuto
61 † præfixum, prorogari a partibus nequit, *arg. glo. in verb. triēni. in l. properandum. C. de iudic. quam sequitur Iafred. Lanfranc. Balbus in decision. 426. incip. tempus. Francisc. Marc. in decis. 37. num. 1. lib. 1. Flamin. Chartar. in decision. Genuens. 121. num. 3.*

Terminus actoris, qui fuit datus ad articulan-
62 dum, non est rei ad excipiendum, qui potest † aliū petere, & hoc in profanis, secus vero in beneficialibus, in quibus summarie proceditur. *Rota in Antiquis in decision. 170. incip. Nota, quod in causa.*

63 Dilatio nulla datur in † causa alimentorum, quia venter moram non patitur. *vt arg. l. fin. ff. de appell. recipi. Simon de Prætis de interpretat. vltim. voluntat. lib. 4. dubitation. 11. nu. 31. dicit Cæsar Barzius in decis. Bononiens. 80 nu. 15.*

64 Declara, quod si dandæ † sunt, breuiores erunt. *vt post Specul. Bartol. Ferrar. Gigantem, Cur. Iun. Foller. Cephal. Menoch. & Cordubam voluit Ioan. Petr. Surdus de Alimentis tit. 8. Priuilegio. 2. nu. 6.*

65 Procurator cum generali † mandato habere debet dilationem ad consulendum dominum in partibus, secus si talis procurator sit specialiter ad illā causam constitutus. *Bernardus Cardinal. de Bisgneto in decis. 1. titul de dilat. Rota in Nouis. in decision. 395. Fuit dubitatum. Octauian. Vestr. in Praxi Curiæ Roman. lib. 5. capitul. 14. numero 10. vbi Grauat. nu. 34.*

66 Terminus non intimatus non † nocet, & si pars de eo notitiam habuit, habetur, ac si esset notificatus & intimatus. *Paulus AEmilius Verall. in decis. 322. nu. 3. 4. lib. 2.*

67 Dilatio, & terminus currit de † momento ad momentum. *l. 3. §. minorem. ff. de minoribus. vbi hoc voluit Gloss. & ita dicit Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 73. sub nu. 7. Hoc idem scribit Alexan. in consil. 75. vol. 2. Corn. in consil. 279. vol. 4. quos refert, & sequitur Cæsar Vrsil. in decis. Neap. 73. num. 6. Guido*
68 *Pap. in decis. Gratian. 270.* Et inde † computatur in termino dies termini. *Anton. Gomez in l. Tauri. 70. nu. 25. Petr. Duen. in regul. 197. plene. Tiraq. de retract. Consang. §. 1. glos. 11. nu. 23. cum plurib. seq. Petr. Gregor. Syntag. iuris vniuer. lib. 48. capitul. 8. nu. 13.*

69 Declara primo supradictam † conclusionem procedere in die artificali viginti quatuor horarum, *vt voluit Ioan. Andr. in c. super eo. de appell. Cardin. in clem. 1. q. 1. de appell. Angel in consil. 404. incip. Paulus centolini. Idem Corn. in dicto consil. 279. litera. d. vol. 4. & ita scripsi de compromiss. §. 3. glos. 4. num. 10. Anton. Gomez. in dicta l. Tauri. 70. sub numero 25.*

70 Declara secundo, quod quando dies † assignatur a iudice dicente, do terminum decem dierum, tunc dies, quo terminus datur, non computabitur in termino. *Text. in l. 1. vbi hoc dicunt Barto. Bald. Salicet. & Paul. de Castr. ff. si quis caut. facit text. in l. eum qui Calendis. in princ. ff. de verb. oblig. c. pia. de except. in 6. Et ita in foro obseruandum censuit Raphael. Fulgos. in dicta l. 1. voluit Bonifac. Vitalin. in tract. malefic. tit. de forma citationis accusati. num. 27. Guid. Pap. in dicta decis. 270. Renat. Choppin. in Consuetud. Andegauēs. lib. 1. tit. 1. cap. 3. nu. 10. vers. Reticenti iusta Laudemia. vol. 1. & isto casu dicitur dies naturalis, quæ omnia prius retuli in consil. 19. num. 1. 2. Centur. 1.*

71 Declara tertio, quod si diceretur † a tali die, vel

hinc

hinc vsque ad talem diem, isto casu curret de momento ad momentum & numerabitur, *dicto. c. super eo. el 2. de appell. in 6. l. 4. ff. de condit. & demonst. l. 1. §. biduum. ff. quand. appell. sit. c. Ieiunium. el 2. §. non autem. 76. distinct. Bald. in l. 2. §. 1. in fin. C. com mun. de legat. Dixi de compromiss. §. gloss. 4. nu. 8. & in dicto consil. 19. numero. 7. cum pluribus seqq. Centur. 1.*

72 Dilatio datur ad examinandos † testes ad cõcomitantiam scripturarum iuxta textum *in c. series. de testib. vt bis decisum fuisse per Sacrum consilium refert. Io. Vincentius de Anna in Singul. 503. quanquam dicat, alia vice fuisse determinatum contra-*

73 *rium, pro conclusione faciunt † scripta per Matth. de Afflict. in decis. Neap. 235. sub nu. 3. & antea idem Afflict. in decis. 33. nu. 4. & dixi. in consil. 53. nu. 17. Centur. 1.*

Terminum, & dilationem his, qui in exiliũ mittuntur, vel relegantur ad componendas sarcinu-

74 las † a iudicibus dari solere notum est, & quasi hoc iure probari ipsum demonstrare scribit *Ioan. Vincentius de Anna in Singul. 504. allegãdo ad hoc tex. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. de minor. & voluit dicere. in tit. ex quibus causis maior.* Verum

75 ante ipsum longo † tempore aduertit *Masuer. in pract. titul. de dilationib. sub num. 4. vers. Item cum quis adornatur ad resumendũ. qui allegat eandem legem.* Sed ego ni fallor, allego textu in eamdem materia meliorem, & forte ad omnibus non ponderatum *in l. relegatorum. §. his, qui relegantur. ff. de in*

76 *terdictis, & relegatis.* Vbi † dicitur, his, qui relegantur, dies excedendi a prẽsidibus dari, & potest, & solet, nec vis faciẽda est, quod Accursius ibi dicat excedendi id est recedẽdi, quia ex eius dicto, percipitur, quod quando recederet, id est reuerteretur ab

77 exilio, vel relegatione † dies præfigeret preces, qđ non negarem, finito exilij, vel relegationis tempore. Sed quod recederet nondum finito tempore, & condonaret pœnam. Hoc prẽsides facere non poterant, sed supremi principis hoc opus est, & idem textus optime dicit, excedendi, id est discedendi, ad quod facit illud Cæsaris de Bello Gallico. *lib. 4.*

78 Cum omnibus, *inquit*, suis domo † excesserant. Et de sarcinularum compositione alibi dicam.

79 Non conceditur dilatio, cuius † concessio non releuat. *post Gulielm. Cassador. in decis. 2. titul. de Dilat. voluit Paul. AEmil. Verall. in decision. 66. num. 2. lib. 3.*

Terminus, & dilatio ad articulandum si non fue-

80 rit datus, cum sit communis vtrique parti, † sententia postmodum prolata est nulla. *AEgid. Bellemer. in decis. 25. Gulielm. Cassador. in decis. 8. nu. 6. tit. de rescript. quos refert, & sequitur Verall. in decis. 147. nu. 1. lib. 3.*

81 Declara primo tanto magis nullam † esse sententiam, si omittantur omnes termini illi quatuor substantiales, de quibus dixi supra hoc eodem titulo, *versicul. in Curia Romana. nu. 49. vt per eundem Gulielm. Cassador. in decis. 8. de rescript. quem sequitur Verall. in decis. 249. nu. 1. lib. 3. & ante Rota in Novis. in decision. 33. incip. quando committitur causa. Octauian. Vestr. in praxi Curiæ Roman. lib. 5. cap. 2. nu. 2. & lib. 10. cap. 3. Vbi optime alios allegans Nicol. Anton. Grauat. in verb. ad articulandum. numero 2.*

82 Declara secundo supradictas † conclusiones procedere in Curia Romana vt si aliqua ex dictis quatuor terminis substantialibus omitterentur, sententia esset nulla, quia extra Curiam Romanam erit secus, quia extra curiam illi termini ita exacte non seruantur, *vt dicit Idem Paul. AEmil. Verall. in dicta decis. 249. num. 2. lib. 3.* Quia quanquam extra Romanam Curiam procederetur ex delegatione,

83 nihilominus non † seruabitur stylus Curiæ delegantis, sed stylus illius curiæ extra Curiam Romanam, in qua ex delegatione causa ventilatur, *vt post AEgid. Bellemer. in decis. 78. incip. super appellatione. & in decis. 82. incip. si papa ex alijs etiam compluribus. voluit Nicol. Anton. Grauat. ad Vestrium in dicta praxi. lib. 5. cap. 3. nu. 4.*

84 Declara tertio, quod quamuis † pars esset citata ad videndum admitti articulos, quasi per æquipollens, videretur seruatus ille terminus ad articulandum, cum dicta citatio hoc non operetur, quia respiceret tantummodo partem dantem articulos, & hoc non obstante esset nullitas notoria, cum terminus ad articulandum sit vtrique parti communis, & actori, & reo, & articulare, & probare post Vrba-

85 num † Quintum sunt de substantia iudicij. *Rota in Nouis. in decis. 32. incip. quando cõmittitur. Veral. in dicta deci. 149. nu. 5. lib. 3. Nõ obstante Bar. opinione. in l. prolatam. col. 2. vers. modo ad propositum. C. de*

86 *sentent.* Idcirco eadem † citatio non sufficeret, quia sententia nullitati subiaceret, quamuis Bartoli opinionem sequatur Flaminius Chartarius *in decis. Genuens. 22. nu. 2.* Qui intelligi debent ante Innocentij Papæ tempora.

87 Declara quarto, quod in eodem † sacro causarũ Palatio Apostolico, termini, ac dilationes substantiales, male, nulliter, ac perperã obseruati, vnica audientia, & citatione redintegratur, ac repetuntur, vigore Bullę Innocentij octaui, & nullitas submouetur, *vt per Gulielm. Cassador. in decis. 8. sive 9. titul. de rescript. & voluit Octauian. Vestrius in Praxi Romanæ Curiæ. lib. 5. cap. 13. num. 1. voluit Nicol. Anton. Grauat. ibidem in Apostil. & voluit Verall. in decision. 250. num. 2 in decision. 251. num. 2. lib. 3.*

88 Declara quinto, terminos, & dilationes † substantiales in causis attentatorum, & nullitatum de necessitate seruandos non esse, sed huiusmodi causæ ex mero, iudicis officio expediendæ sunt. *Rota in Antiq. in decision. 765. incip. Sciendum est, quod si in aliqua causa. AEgid. Bellemer. in decision. 294. Nicol. Milis in repert. in verb. Attentatum dici non potest. Verall. in decision. 250. num. 3. lib. 3.*

89 Dilatio ad probandum a iudice † danda est, maxime si a parte petatur. *Matthias. Coler. in decision. German. 121. num. primo. Veral. in decision. 258. num. quarto. lib primo. Prosper Carauit. in ritu. 67. nu. 4.*

90 Declara,quod eo caſu, talis † dilatio ad proban dum,etiam ſi ab vna parte petita fuerit, erit tamen alteri parti communis. *Petr. Rebuff. in titul. de dilationib. Articul. vigeſimo ſecundo. gloſſ. vnica. numero* 11. *faciunt, quæ dixi ſupra hoc eodem titulo verſicul. dilationes, & termini omnes. numero* 50.51.

Declara ſecundo,quod quando per partem peti
91 tur dilatio ad probandum,& conducendum teſtes ſi voluerit.& potuerit illos conducere,tanquam ca lumnioſa danda non eſt, cum ſecrete poſſet pars procurare,quod teſtes non conducerentur. *arg.l. iudices.C.de fide inſtr. Felin.in c. de cætero.de re iudic.Gulielm.in deciſion.tertia titul.de dilation. quos ſequitur Verall.in deciſion.*258.*numero primo,& ſecundo,lib.*1.

92 Subintellige ſupradictam † declarationem, quando pars hoc modo peteret dilationem, ſecus autem ſi per iudicem daretur terminus, & dilatio ſi voluerint,& potuerint ex eorum officio. *Idem Verall.in dicta deciſion.* 258. *numero quarto. lib. primo.*

Terminus, & dilatio data a iudice in ſententia
93 † non poteſt per ipſum iudicem prorogari, vel augeri,*vt poſt Paul.de Caſtr.in l.* 2.*ff. de re iudicata.voluit Flamin.Chartar.in deciſi.Genuenſi.* 108. *num.*8.

94 Terminus quatuor menſium † ad notificanda beneficia vacantia, in quibus facto concurſu, nullus fuit per ordinarium prouiſus,quæ per conſtitutionem Pij Quinti ſunt reſeruata,currit a die notitiæ vacationis. *c.quia diuerſitatem. de conceſſ.præbendar.c.licet.vbi Innocen. de ſupplend. neglig.prælat. Rota in Nouis.in deciſion.*263. *incip ſi propter negligentiam.Lud. Roman.in conſil.*228.*per totum. Seraphin. Cardinal. Oluarius in deciſion. Nouiſſim.Roman.*481.*numero primo.parte prima,volum. primo.*

Dilatio, ſiue terminus datus ad reiterandas
95 † dilationes, eſt vtilis & non continuus. Rota *in Nouis in deciſion.* 135.*Incip. ſi mandetur.*

96 Acta,& inſtrumenta producta † ante litem conteſtatam,debent reproduci in termino, & dilatione in cauſa data alias fidem non facerent, *ex Federico de Senis in conſil.*160.*numero ſecundo. Matth.Matheſilan. in ſingul.*170.*incip. Nota, quod ſi actor.Hyppolit.de Marſil.in ſingul.*170.*incip. Animaduertant.Ioachim. Mynſing. in obſeruat. quinquageſima tertia.Centur.ſecunda.Hierony.Magon. in deciſion.Lucens.trigeſima quarta.numero quarto & quinto.*

97 Dilatio & terminus datus † ad probandum,non currit,ſi diſputatur, & controuertitur,an articuli, & poſitiones admitti debeant, *Bald. per illum tex. in l.quamdiu.ff de acquirend.hæred.Gloſſ. & Geminian in capit.cupientes.*§.*quod ſi. in verb. videbitur.de election.in* 6.*Iafred. Lanfranc. Balb.in deciſion.*185.*incip.tempus datum. Franciſc. Viui.in deciſ.*286.*num.*1.

98 Amplia eidem procedere, ſi † diſputaretur ſuper articulorum,& poſitionum impertinentia, vel an debeat reſponderi poſitionibus quia illo diſcrimine durante, terminus, & dilatio non currit. *gloſſ.in clemen.ſæpe.in verb.poſt dilationem. de verborum ſignific.Specul. in titul. de dilation.*§.1.*verſicul.ſed numquid currant. Bald. in l.fin.ff. de feriis. Idem Iafred. in dicta deciſion.* 185. *incip.Tempus datum.Franciſc. Viui. in deciſion.* 286. *num.*1.

99 Amplia ſecundo,idem procedere,† ſi tempus,& dilatio per culpam & partis malitiam, vel per fruſtratorias dilationes, quoquo modo impediretur, quia interim non labitur.*l.petendæ.C. de tempor. in integr.reſtit.Bartol.in l. intra vtile. ff. de minor. cũ quibus ita concludit Iafred. Lanfranc. in dicta deciſion.*185.*incip.Tempus datum.tetigi ſupra.verſicul. declara quarto tradita.num. vigeſimo ſeptimo.Flamin.Chartar. in deciſion. Genuens.* 121.*num.*6.7. 8.14.

100 Commiſſio,quamuis dicat, abſque † terminorum obſeruatione, nihilominus, termini dandi ſunt ſubſtantiales (de quibus ſupra dictum hoc titulo, *Verſicul.in Curia Romana.numero quadrageſimo nono.*) *vt poſt Rotam in Antiquis. in deciſion.trigeſima tertia.incip.quando committitur cauſa.Peregrin. Fabius in deciſion. Nouiſſima. Roman. vigeſima quarta numero primo, libro primo, volum. primo. & in deciſion.*8.*lib.*2.*vol.*1

101 Intellige tamen, quod dicta † commiſsio operabitur, quod iudex poterit dilationes abbreuiare, non autem in toto omittere. *vt notatur per Rotam in Antiquis in dicta deciſion.* 488.*incip.Nota,quod quando cauſa committitur.Gulielm. Caſſador.in deciſion.ſecunda.titul.de iudic. Peregrin. Fabius in dicta deciſion. Nouiſſim. Roman. vigeſima quarta. numero ſecundo. libro primo, volum. primo.*

Impeditus, qui fuit in termino probatorio,
102 † bellorum, ac hoſtium timore, quin examinaret, metu ceſſante petens dari aliam dilationem, ob tranſactum impedimentum concedi debet. *plene Matth. de Afflict. in deciſion. Neapolitan.*50. *num.*7.

103 Terminus datus per iudicem † ad producenda inſtrumenta, & ſcripturas non intelligitur ad teſtes producendos. *Specul. in titul. de dilation.* §.*videndum. verſ. item nota. Bald. in leg.prima.C. de iur.cal m.quos refert,& ſequitur Iafred. Lanfranc. Balbus in deciſion. trigeſima ſeptima,incip. Terminus ſtatutus.* Sed datus ad producenda inſtrumenta comprehendit apodiſſas. *Vincent.Carroci.in deciſion ſiue Caſu.quadrageſimo nono.nu.*5. *vbi vide.*

104 Iudex ad quem appellatur, † poteſt gratiam facere parti, in danda dilatione in expectando, dum tamen duret ſua iuriſdictio. *Rota in Antiquis, in deciſion.vigeſima ſexta,incip. Nota, quod iudex.*

105 Elapso termino dato a lege, statuto, † vel iudice ad probandum, ac præclusa probationis via, non potest pars petere depositionem vel iuramentum partis. *l. tutor. §. qui non compellitur. ff. de iure delib. l. in contractibus. §. illo. C. de non num. pecun. post alios Iafred. Lanfranc. Balbus in decision. septuagesima quarta. incip. Cui est præclusa uia.* Sed hoc non transit sine dubio per notata ab Antonio Capicio *in decision. Neapolitan. decima quinta, per totam. & Nicol. Boer. in decision. Burdegal. nonagesimo, quinto, numero quarto, & per ea, quæ nos scripsimus in consil. quinquagesimo tertio, per totum. Centuria prima, de quo dicam in titul. de articulis, & positionibus,* D E O volente.

106 Dilationes, quæ dantur, dandæ † sunt pro loci distantia, & specialiter in beneficio restitutionis in integrum, quia non datur medietas primi termini, secundum vulgares, sed modo præfato, *vt fuit decisum per Sacrum consilium apud Matth. de Afflict. in decision. Neapol. 124. in fin. Prosper Carauita in Ritu. 67. numero tertio. Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuersi. lib. quadragesimo octauo. capitul octauo, numero 9. 15.*

107 Terminus datus ad articulandum †, currit etiã illa die citationis factæ seu notificatæ. *Ioan. Paulus Tholomæus in decision. Nouissim. Roman. 763. lib. 3. vol. 3.*

108 Dilationes ad probandum non esse † de iudicij substantia, *vt post Bartol. in l. prolatam. in fin. C. de sentent. Bald. in l. petendæ. notab. tertio C. de tempor. in integr. restit. Alexand. in consil. 181. nu. 5. vol. 6 Voluit Flamin. Chartar. in decision. Genuens. 22. num. 2.*

109 Contrarium tamen, quod etiam in † causis, in quibus proceditur sola facti veritate inspecta, dilatio probatoria danda sit, in his tamen coarctari, & abbreuiari solet, vt concludit *Rota in Antiq. in decision. 451. Nota Domini ordinauerunt. & in decision. 488. Nota quando causa.* Et in hoc Re-

110 gno Neapolitano, in quo † causæ sunt summariæ, datur dilatio probatoria viginti dierum *vt in Pragmatica incip. Post prædictas.* Et *voluit Robert. Marant. in Specul. Aur. parte secunda. Actu. tertio. numero 13. 14. Bernardin. Pand. in prag. Dispendia. numero 138. & seq. Prosper Cauarit. in Ritu 67. numero tertio. Borgni. Caualcan. in decis. 46. nu. 330 lib. 1.*

111 Subintelligetamen, quod cum † dilatio ad probandum peremptoria sit, vt supra in hoc titulo dictum fuit, & voluit post alios Prosper Carauita *in Ritu. 149. numero primo.* Regulariter coarctari non debet. *Angel. in l. ad peremptorium. colum. prima. ff. de iudic. capitul. primo vbi Antoni. de Butri. numero, tertio. extra de dilat.* In his tamen iu-

112 ribus habetur, quod ex causa dilationes † coarctari possunt, dum tamen causa in coarctatione exprimatur, *vt voluit Verall. in decision. 137. numero secundo libr. tertio. Hieron. Treutler. Disputat. Selectar. parte prima disput. quinta. Thesi. 10.*

113 Terminus octo dierum præfixus † ad probandam manifestam offensam, incipit currere ipso iure a die exceptionis admissæ. *Rota in Nouis in deci. 208. incip. Terminus.*

114 Cessionario non datur dilatio, † quando fuit data cedenti ante cessionem, secus vero post, quia primo casu cedendo post dilationem, potuit præiudicare cessionario. Secundo vero casu,

115 quando cedens habuit dilationem † post ius cessum cessionario, dilatio debetur, ex quo non potest præiudicare cessionario cedens post cessionem, vt iudicatum refert *Paul. AEmil. Verall. in decis. 259. numero secundo libr. primo.*

Cum quid faciendum est in termino, factum

116 † post terminum non releuat ex multis optime *Flamin. Chartar. in decision. octogesimo quinto. numero quinto.*

117 Legalis, & statutaria dilatio † statuta si labatur, testes post illum terminum examinari nequeunt, nec sufficit testes iurasse in termino, cum requiratur, quod cum effectu in illo termino examinati fuerint, & omnia necessaria adimpleuisse. *Bald. in rubric. C. si ex falsi. instrum. in fin. & in capitul. Innomine Domini. colu. secunda de testibus. Felin. in capitul. licet causam. numero quinquagesimo quarto. de Prob. Hyppolit. Riminal. in consil. 115. num. vigesimo secundo. volum. secundo, quos refert, & sequitur Flamin. Chartar. in decision. Genuens. 102. num. 3. in decis. 108. numero primo, & secundo.*

118 Sed in hoc Regno † obseruatur, quod quando pars fecit suum posse in termino, & testes iurauerint in eo, post modicam moram recipiuntur.

119 Qui habuit terminum ad habendos † Apostolos in appellatione, non est necesse, quod cotidie instet pro illis recipiendis, sed sufficit vno die instetisse pro illis. *Gloss. in clementin. secunda. de Appellat. facit Rota in Nouis. in decision. vigesima quinta. incip. ex quibus & in decision. 155. incip. Sicertus. Iafred. Lanfranc. Balb. in decis. 203. incip. Assignatus.*

120 Dilatio citra montes est duorum † mensium, vltra vero montes est mensium quatuor. *Verall. in decis 261. lib. 1.*

121 Dilatio data vsque ad octo dies, † non extenditur ad diem sequentem. *Gloss. in verb. Feriatas. in lege, secunda. vbi Bald. circa finem. ff. si quis in ius vocat. non ierit. Iasredus Lanfranc. Balbus in decision. 237. incip. dilatio.*

122 Tempus datum debitori a iudice † ad soluendum potest a partibus prorogari, & si fuerit adiecta pœna, non debetur, dum tamen in termino prorogato fiat solutio. *arg. l. Celsus ff. de Arbitr. Bart. in l. 1. §. & post operis. ff. de oper. noui nunc. Iafred. Lanfranc. Balbus in decision. 432. incip. tempus.*

123 Dilationes in causis executiuis † non dantur, quando partes illas habuerunt. *Verall. in decision. 262. nu. 1 lib. 1.*

124 De-

124 Declaratur tamen procedere † non dari, ſcilicet, vt ſit maior, quam fuit terminus ad probandum, *vt ex Felin. in capit. veniens. il ſecundo. numero 19. de teſtib. voluit Flamin. Chartar. in deciſion. Genuens. 84. num. 2.*

125 Terminus, & dilatio in cauſa † attentatorum ad reprobationem, & repulſationem ad petitionem partis dari debet, *vt voluit Matth. de Afflict. in deciſion. Neapolitan. 351. in fin.* Vbi dicit, D. Ciccum de Loffredo, qui fuit Regens, ad petitionem Sacri Conſilij a Curialibus Romanis relationem

126 † aſportaſſe, quod in cauſis attentatorum conceditur dilatio ad repulſandum, & ita concludit *Thomas Grammatic. in deciſion. Neapolitan. 86. in fin. Ioſephus Ludouic. in deciſion. Peruſin. 86. numero tertio, & quarto. Robertus* Marant. *in Specul. Aureo. in vltim. parte in verb. repulſa. numero decimo tertio, & poſt Manfred. in concluſ. 78. concludit Franciſc. Hercul. de attentatis appell. pend. capitul. 17. numero. 4. 5. 6. Nicol. Anton. Grauat. ad Veſtr. in Praxi Curiæ Roman. lib. quintus, capitul. vltim. numero. 34.*

127 Declara tamen ſecus eſſe ſi videretur † petihanc dilationem malitioſe ad protelandam cauſam, & ſubterfugiendum iudicium attentatorum, quia tũc dilationes dari non debent, *vt dicit Matth. de Afflict. in dicta deciſion. Neapolitan. 351. nu. 7. & Herculan. in dicto cap. 17. ſub num. 6. in fin. Et ita intelligi debet Robertus Lancellot. de attentat. appell. pend. parte 3. cap. 26. num. 28. dum dicit,* in iudicio

128 reuocationis † attentatorum, non ſeruari terminos, qui alias dari ſolent, quia intelliguntur, de illis, qui cauſa differendæ expeditionis cauſæ, malitioſe peterent dilationes.

Dilationem ad repulſam non dari in materia

129 † cenſuali, & exequutionis pro cenſu ſcribit *Frãciſc. Milanens. in deciſi. Siciliæ 6. nu. 5. lib. 2.* Sed hoc procedit, vt ipſe dicit, ante ſolutionem, ex eo, quod loquitur ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ Regis Alfonſi de Cenſibus, quæ nullas admittit exceptiones. Sed ego idem crederem, ſi debitor faceret cenſus depoſitum.

130 Termino & dilationi datæ † reo in criminalibus renunciare non poteſt, cum non ſit membrorum ſuorum Dominus. *l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. Io. Baptiſt. Ferrett. in conſil. 300. num. 2.* & poſt alios voluit *Franciſc. Viui. in deciſion. 68. numero. 16.* Vbi dicit hoc procedere, etiam ſi fieret cum iuramento.

131 Declara poſſe ſuis defenſionibus † renunciare, vbicunque reus ſponte eſſet delictum confeſſus, tunc enim renunciatio defenſionum valebit. *Bald. in l. accuſatoribus. col. 1. C. de accuſ. Idem Viui. in dicta deciſion. 68. ſub. num. 16.*

132 Subdeclara, renunciationem fieri non † poſſe, quoties ex delicto venit imponenda pœna ſanguinis, vel corporis afflictiua. *Franciſc. Aretin. in conſil. 146. colum. 3. Viui. in dicta deciſion. 69. in fin.*

133 Dilationes a lege datas abſque hominis † miniſterio breuari poſſe *ex Accurſ. Bartolo, & Vdalrich. Zaſ. voluit Vincent. de Franch. in deciſion. Neapol. 588. num. 10.* Vbi cum dixiſſet, ius congrui habere locum etiam in rebus, quæ venduntur in ſubhaſtationibus. Subiunxit quæſtionem, an ad petitio-

134 nem † partis vendentis, potuerit breuiari tempus vicinis conceſſum ad retrahendum, in quo dicit, per Sacrum Conſilium fuiſſe deciſum, breuiari potuiſſe.

135 Sed tamen dura admodum † videtur hæc deciſio, prout non placuit Andreæ Tiraquell. de retract. Conſanguin. §. 1. gloſſ. 10. num. 59. 60. & videtur etiam de mente *Iacob. Menoch. de Arbitrar. iudic. quæſt. lib. 2. Centur. 1. caſu. 52. ſub num. 5. verſ. verum.* Quo in loco figurat duos caſus, primũ,

136 ſi a lege † expreſſa eſt dilatio, & tunc a iudice nequeat, ſine cauſa prorogari. *Et num. 7.* dicit ſecundum caſum eſſe, quando dicit a lege ſtatutum terminum, & dilationem non tamen eſt expreſſa

137 † dierũ, & termini quantitas, & hoc caſu dicit eſſe iudici arbitrarium. Inſuper dilationes, quæ ponuntur in ſubhaſtationibus, proteſtationibus, & interpellationibus, eſſe peremptorias, *ex Bartol. in l. Titia. §. vſuras. ff. de leg. ſecundo. voluit Franciſc. de Claperiis deciſion. fiſcal. cauſa. 5. quæſtion. prima. in*

138 *fin.* Dilationes autem peremptorias † coarctari non poſſe, & arbitrium iudicis in eis ſine magna cauſa minime dari clarum eſt, quæ exprimenda ſit, vt dixi ſupra hoc eodem titulo, *verſicul. dilationum materias iudici, & verſicul. ſequentib. declarandum hoc eſt. numero, quinquageſimo ſecundo. Et ſic videtur eidem Dom. Vincent. de Franchis in deciſion. 661. numero quarto.* Vnde credo Sacrum conſiliũ

139 motum † fuiſſe, vt ſubueniret pupillis, quia ſi expectabatur terminus vicinorum retrahere volentium, interim bona pupillorum, quæ ob æs alienum ſub haſta vendebantur, ob intereſſe decurſum, & decurrendum a Creditoribus illorum pretium abſorbebatur, de quo, *D E O Duce*, dicam in titulo *de retractu, & iure congrui.* Latius.

140 Dum diximus ſupra hoc eodem titulo, † *verſicul. dilationes, & termini omnes. numero* 50. Dilationes, & terminos omnes actori, & reo communes eſſet, hoc autem in dilatione deliberatoria locum non habet, quæ ſolius rei eſt. *l. 2. C. de dilat. vt bene aduertit. Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuerſi. lib. 48. cap. 8. nu. 18.*

Terminus, & dilatio probatoria ſi data fuerit, &

141 neutra pars aliquid fecit, ſi aliqua peteretur † redintegratio, dari non debet, vt fuiſſe in Sacro Conſilio concluſum, *Scribit Anton. Capic. in deciſ. Neap. 82. nu. 1.*

ARGVMENTVM.

Defenſiones reorum, quæ excludunt intentiones agentium, & a regula, ac ratione, qua nititur actio excipiunt caſum, de quo litigari cœpit, dicuntur exceptiones, quibus ceu clypeo excluditur omne id, quod in intentionem, & condemnationem deductum fuit. Sunt autem aliæ reales, vel perſonales: aliæ temporales vel perpetuæ: quædam dilatoriæ, aut peremptoriæ, aut anomalæ, & hæ mediæ ſiue mixtæ. His aliqui adiungunt nominatas, & innominatas exceptiones, quibus pro negotij neceſſitate obiectis ſi iudex procedit, videtur tacite innuere, quod non ſint admittendæ. Quare ſi exceptio non allegetur, neque probetur, nihil proderit cum iudex officium ſuum priuſquam imploratus fuerit non impartiatur, ſi vero generalis, & obſcura proponatur, pro euitanda ambiguitate declaranda erit. De illis merus executor coram ſe propoſitis non cognoſcit, & ſucceſſor ſingularis habet eaſdem, ad quas principalis vēditor admiſſus fuiſſet. Contumax vero licet prætentionis exceptionem, & ceteras fori declinatorias obijcere non valeat, attamen ipſi fori declinatoriæ non denegantur.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio quid ſit ex Vlpiano.*
Exceptio quid ſit ex Paulo?
2 *Exceptio ex Cicerone?*
3 *Exceptio ex Doctoribus.*
4 *Exceptionum Materiam infraſcripti tractarunt ex Antiquis.*
Pyleus
Vbertus de Bonoacurſo
Roffredus Beneuentanus
5 *Ioannes de Deo*
Bonaguida
Albertus Galeoti
Speculator
6 *Ioannes Monachi*
Angelus de Aretio
Bagarottus
Nepos de monte Albano
Vbertus de Bobio
Tancredus de Cœneto
AEgidius
Guido de Suzaria
Innocentius 4.
Vuendelinus Schellinch
Carolus de Graſſis
Arbor exceptionum ex Authore
7 *Reales exceptiones quibus competunt. Declara. nu. 8.*
9 *Perſonales exceptiones quibus, & quæ ſunt? Declara. nu. 10. 11. 12.*
13 *Temporales exceptiones quæ ſint?*
14 *Perpetuæ exceptiones quæ ſint?*
15 *Dilatoriæ exceptiones quæ ſint?*
16 *Peremptoriæ exceptiones quæ ſint?*
17 *Anomolæ, ſiue Anormolæ exceptiones quæ ſint? num. 18.*
19 *Mediæ, & Mixtę exceptiones quæ ſint?*
20 *Nominatæ, & innominatæ exceptiones ex Vulteio quæ ſint. num. 21.*
22 *Exceptionem opponens an confiteri videatur. Declara. nu. 23. 24.*
25 *Iudex oppoſitis exceptionibus, procedens videtur tacitè pronunciaſſe, & non admiſiſſe.*
26 *Exceptiones, quæ poſſunt opponi contra accuſatorem, opponi poſſunt, & contra iudicem inquirentem.*
27 *Excipiens ſi per viam exceptionis in ſua exceptione pronunciatum ex cauſa fuit, quæ tangit actionem, atque actio, & exceptio tendunt ad eundem finem, eo caſu excipiens non poteſt venire per viam actionis, & iterum in iudicio deducere.*
28 *Exceptio ſi non allegetur, non prodeſt.*
29 *Iudex officium impartiri non debet non petenti.*
30 *Exceptiones ab eo probandæ ſunt, qui illas opponit. Declara. num. 31.*
Reus in exceptionibus eſt actor.
31 *Exceptio etiam ſi ſit negatiua impoſſibilis, ab excipiente probanda eſt.*
32 *Statutum reiiciens omnes exceptiones aduerſus inſtrumentum, non cenſetur reiicere illas, quæ ex eodem fonte, & inſtrumento oriuntur.*
33 *Exceptio, quæ ex facto aduerſarii oritur, non cenſetur reiecta.*
34 *Nullitatis exceptio, ſi a ſtatuto omnes exceptiones reiiciantur, non cenſetur reiecta. Declara. nume. 35.*
35 *Nullitatis exceptio a quolibet intereſſe prætendente opponi poteſt.*
36 *Exceptiones impedientes litis ingreſſum prius cognoſci debent, & de illis ante omnia pronunciari.*
37 *Generalis exceptio non releuat, ſi contra eam opponatur.*
38 *Exceptio, quæ a principio opponi non debebat, ſi contra eam opponatur, ſi fuit admiſſa, & probata, de illa ratio habenda eſt. Declara. num. 39.*
40 *Merus exequutor de exceptione coram ipſo propoſita non cognoſcit. Declara. num. 41.*
42 *Plures exceptiones, etiā contra, ac diuerſis tēporibus opponi poſſe, notum eſt. Declara. nu. 43. 44. 45. 46. 47. 48.*

49 *Exceptiones, quæ in continenti probari offeruntur, si statuto illas reiiciente non obstante, admitti debent. Declara num.* 50.

51 *Prælato ecclesiæ suæ nomine agenti, non potest opponi exceptio, Tu non es Prælatus.*

52 *Exceptio ineligibilitatis contra aliquem oppositæ, quod cum haberet ecclesiam curatam, non fecisset se infra terminum promoueri iuxta dispositionē. c. licet canon. de elect. in 6. nullo modo admittitur.*

53 *Exceptio fori declinatoria, siue iudicis incompetentiæ ante litis contestationem opponi debet. Declara. num.* 54. 55. 56. 57.

58 *Exceptiones contra iudicem, qui tractauit, & de illis scripsit.*

59 *Declinatoriæ exceptiones admitti nequeunt post terminum datum ad dicendum contra commissionem nisi iuretur. Declara num.* 60.

61 *Exceptio ad vnum finem opposita & repulsa, potest ad alium finem in negotio principali iterari.*

62 *Exceptiones dilatoriæ ante litem contestatam opponuntur. & quæ sint. num.* 146.

63 *Peremptoriæ exceptiones, tam ante, quam post litem contestatam, vsque ad conclusionē opponi possunt, Declara. nu.* 64, 65. 144. 145.

65 *Quæ ad agendum sunt temporalia, ad excipiendum sunt perpetua.*

66 *Generalis, & obscura exceptio, debet per excipientem declarari. num.* 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73.

74 *Successori singulari competunt omnes exceptiones, quæ principalibus venditoribus competebant, vel a quibus causam habent. Declara. nu.* 75.

76 *Exceptio tua non interest, & dilatoria.*

77 *Excipere non conceditur illi, cuius non interest.*

78 *Exceptio competens principalis, an competat fideiussori. Declara. num.* 79. 80. 81.

82 *Exceptio seruanda est, & deducenda, relicto quantum egeat.*

83 *Marito excepio & priuilegium, vt non teneatur, nisi in quantum facere possit, deducto, ne egeat, & ne cogatur ignominiose mendicare. Declara. nu.* 84. 85. 86. 87. 88. 89.

90 *Socer, an eadem exceptione vtatur.*

91 *Exceptio, vt non teneatur, nisi in quantum facere potest, an competat Socio, Patri Patrono, liberto, liberi tæque militi, & alijs pluribus.*

92 *Iurisiurandi, & periury exceptio, si opponitur, impediret litis ingressum, & processum ad vlteriora. Declara. nu.* 93. 94.

95 *Confusionis actionis hæreditariæ contra compulsorias literas, an admittatur. num.* 96.

97 *Non adimpleti contractus exceptio impedit processum ad vlteriora, præsertim si simus in contractu vltro citroque obligatoriæ. Declara. num.* 98. 99. 100. 101. 102. 103.

104 *Non traditæ rei exceptio impedimētum præstat, vt etiam executiuis resistat & aduersus exequutionē deseruat. Declara nu.* 105. 106.

107 *Altiorē indaginē exceptio requirēs, an admittatur Decl. nu.* 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127.

128 *Exceptio pacti legis commissoriæ, si non admittitur, actus est nullus.*

129 *Exceptionem obiectus, reus, & possessor beneficij, etiam intrusus opponere, & aduersarium excludere. Declara. num.* 130. 131. 132. 133.

134 *Incapacitatis iudicij exceptio iudicium retro nullū reddit. Declara. num.* 135. 136.

137 *Inuentarii exceptio, puta ego sum intra tempora cōficiendi inuentarium impedit litis contestationem.*

138 *Illiquidi instrumenti, siue contractus exceptio contra instrumentum guarentigiatum, ac illius exequutionem opponi potest.*

139 *Excussionis siue discussionis exceptio est dilatoria, & ideo ante litem contestatam opponenda. numer.* 148.

140 *Solutionis exceptio, quandocunque opponi potest. nume.* 141. 152.

141 *Solutionis exceptio dicitur factum obligationem perimens.*

142 *Litis pendentiæ exceptio, an impediat exequutionem instrumenti? Declara. num.* 143.

146 *Dilatoria exceptio, quando opponi possit; & quid si est nouiter nata. Declara. vt ibidem.*

147 *Citatus coram incompetenti iudice potest declinatorias exptiones allegare.*

149 *Rei iudicatæ exceptio tractanda remissiue.*

150 *Dolo facis exceptio, an admittatur contra agentem interdicto retinendæ.*

151 *Eadem exceptio dolo facis, admittitur contra agentem pro recuperanda possessione.*

153 *Exceptiones dilatorias non opponit contumax.*

154 *Contumax opponit exceptiones fori declinatorias.*

155 *Exceptiones sui natura perpetuæ sunt.*

156 *Præscriptio actiones tollit non exceptiones.*

157 *Super dilatorijs exceptionibus statim prouideri debet.*

158 *Hæredes debitoris, quando teneantur ad realem solutionem.*

159 *Ignorantiæ exceptio, & probabilis, & excusabilis esse debet.*

160 *Compensatio non est exceptio.*
Debitum fatetur, qui opponit compensationem.

161 *Exceptionis compensationis materiam qui tractarunt.*

162 *Hostici exceptio in Regno Neapolitano vsualis, & qualis sit? num.* 163.

164 *Replicatio est exceptio.*

165 *Procurator & excusator non admittuntur in exceptione voluntaria.*

166 *Veniæ non petitæ exceptio in prima replicatione, & primo actu opponenda.*

167 *Præuentionis exceptionem contumax non opponit.*

TITVLVS XLVIII.

De exceptionibus generice sumptis, & Replicationibus.

PRæludij loco semper ea præponi oportet, quibus saltem iuniores instruantur, vnde, exceptionem, non † tam diffiniuit Vlpianus, quam descripsit *in l. 2. in princip. ff. de except.* Quod exceptio sit quædam exclusio. Melius illam diffiniuit Paulus *in l. exceptio. ff. eod. tit.* dum dicit, exceptio est contradictio, quę modo eximit reum a damnatione, modo minuit damnationem. Hanc sequitur Placentinus in summa Codicis *lib. 8. titul. 39. columna prima.* Illam Vlpiani potius esse vocis interpretationem, quam † exceptionis diffinitionem dicit Mynsingerus *Institut. de exceptionib. in Rubrica. numero octauo.* Verum non dubium, quod vtraq; ad eundemnē desinit, nam reus, qui excipit, siue a parte, siue a toto, ne damnetur actorem a sua intentione excludit. Huc concinit illud Ciceronis, *de Inuentione lib. secundo.* Prætoris (inquit) exceptionibus, multæ excluduntur actiones. Eodem modo dictū Pauli in idem coincidit, dicens exceptionem esse contradictionē eximentē, & excludentem † actorem a toto, vel a parte, vtramque amplectuntur. *Mysinger. & Ioan. Ferrarius Montan. in rubric. Inst. de exception. And. Alciatus. in pract. ciuil. tit. de exception. §. Quid sit. Iodoc. Damhou. in praxi rer. ciuil. cap. 137. num. 69. 73. Ioan. Baptista Asin. in pract. Iudiciorum. in princip. cap. 5. nu. 9. Petr. Terminæus in proceff. iuris scripti. cap. 25. de exceptionibus. Vendelin. Schellinch. Actionum, & exception. Forens. c. 176. fol. mihi. 269. Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuersi lib. 21. cap. 17. nu. 2. Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 3. titul. 10. Definit. 1. nu. 8. in alleg. vol. 1. Iacob. Cuiacius in Paratitla Pandectar. lib. 43. titul. 1. & in Codicem. lib. 8. cap. 35. Christoph. Torniola in consil. 50. num. 6. vol. 1.*

Materiam exceptionum nonnulli scripserunt, antiqui, & Nouissimi Iurisconsulti, ex Antiquis ante † Speculatorem, Pyleus, Bagarottus, Vbertus de Bonaccurso, Nepos de Monte Albano, aliqua Rofredus Beneuentanus, Vbertus de Bobio, Ioannes de Deo, sub titulo Cauillationum, Tancredus de Corneto, Bonaguida, AEgidius, Albertus Galeoti, Guido de Suzaria, & Speculator, post hos Innocētius Quartus Pontifex, & Ioannes Monachi Angelus de Aretio sed nostro æuo anno 1582. apud Coloniam Agrippinam impressi sunt commentarij actionū, & exceptionum Forensium Vuēdelini Schellinch I. C. Professoris † in Florētini Gymnasio Heydelbergēsi sub Dominio Supremi Prīcipis Comitis Palatini, & vltimo loco Carolus de Grassis † Panormitanus Siculus, scripsit solennem tractatum de exceptionibus, & alij plures, post quos, quantum potero breuius infrascripto Schemate hanc rem enucleabo.

EXCEPTIONIS GENVS,

SPECIES

Reales	Personales	Temporales	Perpetuæ	Dilatoriæ	Peremptoriæ	Anomolæ	Mediæ	Mixtæ
Rei cohærentes concernẽtes rem, de qua agitur	Quę personis cohærent, & ipsis competunt	Quę non semper, & nisi certo tempore competunt	Quæ semper obiici possũt in qualibet parte iudicij	Quæ non perimunt, sed differunt intentionem agentis	Quæ tollunt, & perimunt omnino intentionem agentis	Quæ aliarum exceptionum normam non sequuntur	Istæ duæ dicuntur mediæ, & mixtæ ex causis, vt infra	

| Competunt Principalibus debitoribus, Fideiussoribus, Mandatoribus, Rei iudicatæ, Doli mali, Iurisiurandi, Pactionis in rẽ. | Competũt Socio Parenti Patrono & similibus | Pacti conuẽti, Ne intra quinquennium petatur | Competunt eo modo sicut in perem ptorijs. | Competunt declinanti forum, differentibus sõlutionem, & similibus | Iurisiũrandi, doli mali, metus, erroris, rei iudicatæ, non numeratæ pecuniæ | Velleiani, de Macedoniano, man. non numeratę pecuniæ | Excommunicationis, non numeratæ pecuniæ, diuisionis debiti, ordinis, & similium. | |

Reales exceptiones competunt principalibus, debitoribus, rei mandatoribus, rei iudicatæ, Doli
7 mali, Iurisiurandi, † metus causa, & pactionibus in rem. De his loquitur Iulianus *in l. exceptiones. 7. §. rei. ff. de except.* & istæ actiue, & passiue transeunt sine cessione in successores. *l. apud Celsum. §. fin. ff. de dolo mal. l. sed Iulianus. §. fin. ff. ad Macedon.* Et omnis exceptio realis, competẽs reo, & cuicunque obligato similiter competet, & fideiussoribus,
8 † mandatorib. & quibuscunque interest, vt promiscue. *§. fin. Inst. de Replicationib. l. omnes. 19. ff. de except. l. defensiones. C. eod. titul. l. expensa. 33. ff. de fideiuss. l. tam mandatori. C. de non numer. pecun. De his Ioan. And. in Addit. Specul. in titul. de except. §. 1. in verbo, seu additione. incip. exceptionum. Angel. de Aretio. in rubr. Inst. de except. Franciscus. Aret. in consil. 33. incip. consultatio præmissa. Hyppolit. de Marsil. in Singul. 125. incip. Tuscis. Thomas Gram. in consil. ciuil. 170. incip. Pridie. Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuersi. lib. 21. cap. 17. num. 7. Vendelin. Schellinch. Actionum, & exception. forens. c. 176. sub verb. Tertia diuisio. versicul. aliæ sunt exceptiones. fol. mihi. 276.*

Personales exceptiones, personæ cohærent, & illorum personas non egrediuntur, maxime quan-
9 do sunt personæ certæ, puta † Pater, Patronus, Socius, & similes, quibus conceduntur, & sic etiam hi quibus concessum est, ne teneantur, nisi in quantum facere possunt, de quibus habetur *in l. exceptiones quæ. 7. ff. de except. Bald. in l. tam mandatori. C. de non numerat. pecun.* Harum exemplum, patet in exceptionibus, quæ ex Principis beneficio conceduntur, vt est beneficium salui conductus, vel dila-
10 tionis † quinquennalis. *de quibus per Bald. in l. quoties. C. de precib. Imperat. offer.* vel ex legis concessione, vel statuti generalis, aut specialis, intuitu, & respectu personarum, concessæ, *vt in l. & si fideiussor. ff. de re iudic. in l. 1. l. 2. C. de fideiuss. minor.* Ad alios itaque non transeunt, vt in exceptione, quod quis non teneatur, nisi in quantum facere potest, vt soli
11 donatori † competit, non autem alteri, qui ab eo prætenderet causam onerosam, ve lucratiuam, nec illa vti potest donatoris hæres, neque fideiussor. *l. Nesennius Apollinaris. 41. vbi Iason. ff. de re iudicat.* & similis exceptio ex parte opponentis, quam ex parte illius, cui opponitur, personalis est. *l. si cum procuratore. 23. l. & si fideiussor. 24. ff. eo. tit.* Et huius modi exceptiones personales successori,
12 † non competũt, nisi emptori, donatori, fideiussori, legatario a principali edantur, & cessionarius

pro-

procurator in rem suam constituatur. *l. ab Anastasio. l. per diuersas. C. mandat. declarat optime Vendelinus Schellinch Actionum, & exceptionum Forensium. cap. 176. sub verb. Diuisio tertia. Petrus Gregorius Syntagmat. iuris uniuersi. lib. 21. cap. 17. sub numero 7.*

Temporales dicuntur exceptiones, quæ nõ semper locum habent, sed quæ euitari possunt, qualis
13 est † pacti conuenti temporalis, vt puta, ne forte intra quinquennium agatur. *vt in l. exceptiones aut. tertia. ff. de except. §. appellantur autem. inst. de except.* Quandoque dilatoriæ dicuntur. *l. secunda. §. sane. ff. eod. titul. Petrus Gregor. Syntagmat. iuris uniuersi. lib. 21. capitul. decimo septimo. numero septimo. Vendelin. Schellinch Actionum, & exception. Forens. capitul. 176. sub verb. secunda diuisio. versic. Peremptoria exceptio. Hermãnus Vulteius iurisprudentiæ Romanor. libr. 2 cap. 24. vers. Temporales sunt. Hieronym. Treutlerus disputat Selectar. lib. 2. disputation. 26. Thesi. 1. Petr. Termin. in processu iuris scripti. cap. 26.*

Perpetuæ exceptiones dicuntur quæ semper locum habent, nec euitari possunt, & peremptoriæ
14 † etiam dicũtur qualis est doli mali, rei iudicatæ, si quid contra legem, vel Senatusconsultum factum fuerit, pacti conuenti perpetui id est, ne pecunia petatur. *l. exceptiones. 3. in princip ff. de except. l. pure 5. ff. de doli mal except. Hermannus Vulteius iuris prudentiæ Romanor. lib. 2. cap. 24. vers. Perpetuæ sunt. Vendelin. Schellinch in dicto cap. 176. Petr. Gregor. Syntagmat. iuris Vniuersi. lib. 21. capitu. 17. num. 8. ante eos Placentin. in Summa Cod. col. 1. versi. omnes exceptiones.*

Dilatoriæ exceptiones dicũtur illæ, quę differũt
15 actiones, processum & iudicium & ad tempus † tã tummodo nocent, & idcirco temporales quodammodo appellari, ac dici possunt. De his loquitur *tex. in l. 2. §. sane. & l. exceptiones aut. 3. ff. de except. plene in §. appellantur. instit. eo. tit.* Quibus in locis, exceptio contra procuratorem, pacti conuenti. ne intra certum tempus agatur, & similibus. *De his Specul. in titul. de exception. §. 1. sub nu. 4. 5. & in §. nunc videndum est per totum. ante eum Placentin. in Summa Codicis. lib. 8. titul. 39. Petrus Gregor. Syntagmat. iuris vniuersi. lib. 21. cap. 17. nu. 12. Hermannus Vulteius iurisprudentiæ Romanor. lib. 2. c. 24. vers. temporales sunt. Ioan. Baptist. Asin. in praxi iudicior. §. 3. cap. 1. nu. 13. 14. Vendelinus Schellinch Actionum, & exceptionum Forensium. capit. 176. in verb. secunda Diuisio. Petrus Terminæus. in processu iuris scripti. cap. 26. Robertus Maranta. in Specul. Aureo. parte 1. membro. 9. num. 1. Ioachim. Mynsinger. obseruat. 73. Centur. 2. Lancellot. Conrad. de offic. Prætor. in causis ciuilibus. titul. de exceptione. nu. 2. Ioseph. Cumi. in Ritib. Siciliæ. cap. 25. nu. 36. Hieronym. Treutler. Disput. Selectar. parte 2. dispu. 26. Thesi. 2. Thesi. 3. Iodocus Damhouderi. in praxi rerum ciuilium. cap. 126. per totum. Prosper Carauita in ritu. 294. nu. 3. Bernardin Pardus in Prag. dispendia. nu. 130. Petr. Rebuff. ad Const. Galliæ. tomo 1. in proœm. gloss. 5. nu. 103. vers. non scribam. Afflict. in decis. Neap. 354. nu. 9. Iafred. Lanfranc. Balbus in decis. 40. incipi. exceptio dilatoria. Matth. Coler. in decisio. German. 108. nu. 71. Iacob. Cuiac. obseruat. lib. 9. cap. 23. Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 3. titul. 9. de fin. 7. nu. 3. in alleg. vol. 1. & titul. 23. defin. u. teumer. nu. 3. vol. 2.*

Peremptorię exceptiones sunt, quę iudicium perimunt, & tollunt, quæ semper locum habent, &
16 euitari † nequeunt, quarum capita multa sunt. & suo loco explicabũtur. *§. appellantur. inst. de except. l. 2. §. sane. l. exceptiones aut. 3. ff. eod. titul & post Vbert. de Bob. Specul. in titul. de excep. §. 1. num. 1. 2. 3. & §. viso. nu. 3. ver. est igitur valde periculosum. de eadem loquitur Rota in decis. 284. incip. si per impetrantem. in Nouis. Iafred. Lanfranc. Balbus in decis. 13. incip. exception. Vendelin. Schellinch. action. de except. forens. cap. 176. sub secunda diuisione. Vulteius in dicto lib. 2. Iurisprud. Roman. lib. 1. cap. 24. versic. Temporales sunt. Petr. Gregor. Syntag. iuris vniuersi. lib. 2. cap. 21. num. 8. Placentin. in dicta Summa Codic. lib. 8. cap. 8. Andr. Alciat. in pract. in titul. de except. §. except. §. exceptionum. §. final. Francisc. Marc. in decis. Delphin. 112. nu. 5. & in decis. 718. num. 1. vol. 1. Petr. Termin. in processu iuris scripti. cap. 27. plene Hierony. Treutler. Disput. selectar. parte 1. disputat. 25. & voluit. Ioan. Ferar. Montan. de Iudiciorum exercitamentis. lib. 3. c. 10. Menoch. de arbitrar. iudic. quæst. lib. 2. Centur. 1. casu. 19. Ioseph. Cumia Ritibus Siciliæ. cap 25. nu. 36.*

17 Anomolæ, siue Anormolæ, † quæ non obseruant eandem normam, siue æqualitatem, & ideo inæquales dicuntur, quia partim ad peremptorias, partim ad dilatorias referri, & accomodari valeant. De his meminit *Specul. in titul. de except. §. 1. num. 5. ante ipsum de illis meminit Accurs. in l. 3. ff de except. Vendelinus Schellinch. Action. & except. forens. cap. 176. sub secunda diuisione vers. Ano-*
18 *malæ.* Vbi dicit esse similes, vti mediæ, siue † mixtę. *Ioan. Ferrar. Montan. de iudicior. prę exercitamẽt. lib. 2. c. 10. col. 9. in paruis. versicul. præterea sunt exceptiones. Andr. Alciat. in Praxi vtriusque fori. tit. de exceptione. in verb. Anomolæ. Ioseph. Cumia. in ritib. Siciliæ. cap. 24. num. 36.*

19 Medię, & Mixtę sunt † quasi similes cum Anomalis, vt de ea loquitur *Specul. in titul. de exception. §. 1. numer. 8. Alciatus in dicta practica. in titul. de exception. vers. Mediæ. siue mixtæ.*

Nonnulli alias diuisiones, alias nominatas, & alias innominatas exceptiones tradiderunt, vt fa-
20 cit † Hermãnus Vulteius iurisprdentię Romanorum *lib. 2. cap. 24.* quę doctrina mihi non displicet. Nominatas exceptiones has nominat, Rei iudicatę, iurisiurandi, Doli mali, Metus, Rei venditę, & traditę, si quid contra leges, & Senatuconsulta factum est, in quantum facere potest, exceptio, quod libertatis onerandę causa, non numeratę pecunię, pacti conuenti, Senatusconsulti Velleiani, Senatusconsulti Macedoniani, compensationis, & confu-
21 sionis. Innominatas † exceptiones idem Vulteius,

appel-

appellauit, a iure minime definitas, ſed in facto incidenti conceptas, quę in factum exceptiones denominentur. De his dicendum (auſpice DEO) in locis ſuis, vt gratia exempli de exceptione rei iudicatę, in titulo de ſententia, & re iudicata. de exceptione iuriſiurandi in titulo de iuramento, compenſationis in titulo de compenſatione, & ſic de ſingulis.

Confiteri non cenſetur aduerſarij agentis in-
22 tentionem, qui ad excludendum ius actoris † exceptionem opponit. *text. eſt in l. non vtique. 9. ff. de except. c. exceptionem. de regul. iur. in 6. c. cum venerabilis. extra de except. Gloſs. in l. ſi quinem in verb. conteſtatione. C. de except.* Quam opinionem magis communem dicit *Alexandr. in l. Decem. num. 24. 25. ff. de except.* Et eſſe communem Canoniſtarum, & legiſtarum, voluit *Bartholom. Socin. in dicta. l. non vtique. Iaſon. in dicta. l. decem. num. 46. Ioan. de Imol. Panor. Felin. Decius. & Card. Paris. in d. c. cum venerabilis. de except. quos refert, & ſequitur Octauian. Cacher. in deciſ. Pedem. 178. nu. 9. Didacus Couar. variar. reſolut. lib. 1. c. 1. num. 2. verſ. eodē iure. ſequitur Franciſ. Milan. in deciſ. Siciliæ. 3. num. 46. lib. 2. Lanfranc. de Orian. in Rep. c. quoniam contra. in verb. exceptiones. nu. 12. de probat. Marc. Ant. Natta in conſ. 18. num. 8. vol. 1. Card. Paris. in conſil. 125. nu. 18. vol. 1. Petr. Gregor. Syntagm. iuris vniuerſi lib. 21. cap. 17. nu. 3. Marc. Ant. Bellon. in deciſ. Genuæ. 38. nu. 8. & in deciſ. 91. num. 1.*

Declara tamen dictam concluſionem, vbi non
23 eſt certa, & limitata actoris intentio, & † exceptio eſt libera, & aperta, quia ſi actoris intentio certa eſſet, ac limitata, & exceptio rei eſſet ambigua, tunc interpretabitur ad fauorem actoris cōtra reum excipientem, vt videatur ad interrogata recte reſpondiſſe. *l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. ff. de interroga tor. act. §. præterea. inſtit. de inutilib. Stipul. ita Bart. in l. ſi quis intentione. in fin. ff. de iudic. quē ibi ſequitur Bal. Idem Bald. in l. 1. col pen. verſ. ſed numquid quod ſeruus. C. de ædilit action. Quos ſequitur* Marc. *Anton. Natta in conſil. 134. nu. 4. vol. 1.*

Declara iterum, quod reus opponens † exceptio
24 nem compenſationis, videtur fateri implicite debitum, originale dictum *Bald. in l. cum Papinianus. col. fin. C. de ſent quem ſequitur Franciſc. Aretin. in dicta. l. decem. col. pen. ff. de verb. obligat. quos retulit idem Natta in dicto conſil. 134. nu. 3. vol. 1. quod tenuit antea Dyn. in c. exceptionem. de regul. iur. in 6. Alberic. de Roſate. in l. non vtique. ff. de except. Ludouic. Roman. in conſil. 77. incip. Pater Reuerende. ſ b nu. 3. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal 43 nu. 14.*

Oppoſitis exceptionibus ab aliquo in cauſa, &
25 iudex procedit ad vlteriora videtur, & † habetur tacite, ac ſi expreſſe pronunciaſſet, & non admiſiſſet. *Rota in Antiquis in deciſ. 595. incip. Dic quod ſi aliqua. voluit Roman. in conſil. 410. incip. vt clarior. nu. 3.* Cum cognitione tamen, vt ibi dicit, quem ſequitur *Nicolaus Boer. in deciſ. Burdegal. 43. num. 3. Fabius Turrett. in conſil. 45. nu. 8. vol. 1. Cardinal. Puteus in deciſ. 488. nu. 2. 3. lib. 3. Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 8. tit. 23. definit. 5. nu. 2. in alleg. vol. 2. Iacob. Menoch. in conſil. 24. nu. 9. vol. 1. Seraphin. Oliuar. in deciſ Nouiſſi. Roman. 444. nu. 5. par. 1. vol. 1.*

26 Exceptiones, quæ poſſunt opponi † contra accuſatorem, poſſunt ſimiliter opponi contra iudicem inquirentem. *Alexand. in conſil. 54. col. 2. verſicul. nec poteſt dici. vol. 1. Hyppolit. de Marſil. in ſingul. 524. incip. in quiſitio, & accuſatio. Angel. de Aretio. in tract. malefic in verb. eius bona publicamus. q. 9. quos refert, & ſequitur Nicol. Boer. in deciſion. 29. nu. 4. 5.*

27 Quando † excipiens per viam exceptionis in ſua exceptione pronunciatum ex cauſa fuit, quæ tangit actionem, & actio, & exceptio ad eūdem finem tendunt, eo caſu excipiens non poteſt venire per viam actionis, & iterum deducere in iudicio, *ex Bartolo in l. duobus. ff. de re iudic. & in. l. ſi autem. §. fin. ff. de nego geſt. Corn. in conſil. 85. nu. 10. cum pluribus ſeq. vol. 4. Felin. in c. ſuborta. nu. 4. ex. de re iudic. refert Franciſc. Milan. in deciſ. Siciliæ. 5. num. 3. lib. 1. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal 43. nu. 2. 5. 7.*

28 Si non allegetur exceptio non prodeſt, † *vt ex pluribus ſcribit Petrus Duen. in regul. 109. nu. 10. quem ſequitur Ioan. Petr. Surdus in deciſ. Mantuæ 24. num. 3.* Ea ratione, quod iudex non debeat im-
29 partiri officium ſuum non † petenti. *l. 3. §. hoc autē iudicium. vbi Ripa. ff. de damn. infect. quod ſequuntur Duen. & Surdus in locis allegatis.* Et in ſpecie eſt proponenda, vt releuet. *Alex. in conſil. 111. nu. 1. vol 3. in conſ. 27. nu. 12. vol. 5. Barth. Socin. in conſ. 264. nu. 1. vol. 4. Aym. Crauett. in conſ. 201. num. 29. Iacob. Mandell. in conſ. 9. in princip. Hieron. Treutler. diſput. ſelectar. parte 2. diſput. 26. Theſi. 7.*

30 Probari etiam debent † exceptiones ab eo, qui illas proponit cum reus in exceptionibus ſit actor. *l. in exceptionibus. ff. de probat. l. 1. l. 2. ff. de exception. Corn. in conſil. 223. vol. 2. Roland. a Vall. in conſ. 13. nu. 65. vol. 3. Ioſeph. Maſcard. de probat. concluſ. 185. nu. 1. Paul de Caſtro in conſ. 261. nu. 5. vol. 1. Barnab. Cornazan. in deciſ. Lucens. 76. nu. 9. quos refert, & ſequitur Nouiſſime Carol. de Graſſis. in tract. exceptionum. in prælud. 5. nu. 171. ex alys Flamin. Chartar. in deciſ. Genuæ. 20. nu. 7.* Marc. *Ant. Bellen. in deciſ. Genuæ. 102. nu. 3. Marc. Mantua Dialogo, Denarrator. Claſſe. 12. cap. 15. nu. 2. Torniola in conſ. 101. nu. 16. vol. 1.*

31 Amplia probare teneri exceptionem † excipientem etiam ſi ſit negatiua impoſſibilis, *vt poſt Franciſc. Herculan. in tract. de negatiua. num. 22. & alios voluit Surdus in deciſ. Mantuan. 104. nu. 4.*

32 Statutum reiiciēs omnes † exceptiones cōtra inſtrumentum, non intelligitur reiicere exceptiones prouenienter ex eodem fonte, & in inſtrumento. *Bald. in l. ſi ex prædys. C. de euict. Lud. Rom. in conſil. 244. ſub nu. 5. in conſil. 472. nu. 2. Alexand. in conſ. 119. nu. 2. vol. 1. Fabius Turret. in conſ. 91. num. 29. vol. 1. Io. Pet. Sur. in conſil. 246. nu. 25. vol. 2 Matth. de Affli. in deci. Neap. 403. nu. 17. Octauia. Cacher. in deciſ. Ped. 50. nu. 19. 20. Franc. Mila. in deciſ. Sicil 9.*

nu. 3. lib. 2. Multos allegans Carol. de Grassis. in trac. exceptionum. exceptione 13. nu. 1. Antonius Lancea de censib. sub num. 43. Deci. in consil. 27. num. 1. Anton. Massa Galles. de obligat. in forma Cameræ. parte 4. q. 1. num. 8. Fabius Turron. in consil. 78. num. 10. vol. 1. Natta in consil. 474. nu. 35. vol. 2. Cardin. Paris. in consil. 81. nu. 31. vol. 3. Ioseph. Cumia in Ritib. Sicil. cap. 16. num. 97. Vincen. de Franchis in decisio. 623. num. 1. D. Alex. Raud. de Analogis, cap. 30. num. 211. Iacob. Menoch. de Arbitr. iudic. quæst. lib. 2. Centur. 6. casu, 526. nu. 10.

33 Exceptio, quæ ex facto † aduersarij oritur, non censetur reiecta, quia ex suo laqueo se iugulat, non ex opponente exceptionem. *Deci. in consil. 27. num. 1. Hyppolit. de* Marsil. *in Singul. 96. Francisc.* Milanens. *in decision. Siciliæ. 8. num. 27. 28. 29. lib. 2.*

34 Nullitatis exceptio, a statuto † omnes exceptiones reiiciente, non censetur excluſa. *Bartholom. Socin. in regul. 14. in fin. Sebastian. Vanti. in tract. Nullitatum. titul. Quid sit nullitas. num. 7. in fin. & in consil. 83. num. 3. in consil. 97. num. 52. vol. 4. Præceptor. Ioan.* Bolognett. *in consil. 30. num. 25. Emanuel Suarez in Thesauro Receptar. Sentent. §. exceptio. num. 166. Borgnin. Caualcan. in decision. Fiuizan. 21. num. 82. parte 1. Francis. Viuius in decision. 220. num. 1. Thob. Non. in consil. 9. per totum. Prosper Paseth. in consil. 128. num. 22. vol. 1. August. Berous in consil. 170. num. 23. vol. 3. Achill. Pedroc. in consil. 36. num. 404. vol. 1. Iafred. Lanfr. Balbus in decisio. 173. incip. Si statutum dicat. & in decision. 326. incip. Exceptio. Augustin. Berous in consil. 170. nu. 23. vol. 3.*

Declara talem nullitatis exceptionem posse op-
35 poni per quemliber interesse prætendentem, † *vt post Gulielm. Cassadorum in decis. 10. titul. de regul. Cancellariæ. voluit Adobrandin. in decis. Nouissi. Roman. 247. nu. 5. parte 1. vol. 1.*

36 Impedientes litis ingressus exceptiones † prius cognosci debent, & de illis ante omnia pronunciari, *vt per Gerardum Maynardum. in decis. Tholosa. 66. lib. 3. Thomas Grammatic. in decis. Neapol. 65. numero. 84.*

37 Generalis exceptio non releuat, si contra † eam opponatur. *Gloss. in c. Pastoralis. de excep. Bart. in l. 1. col. 2. ff. eo. titul. Florian. de Sancto Petro. in l. in exceptionibus. ff. de probat. quos sequitur Iafred. Lanfr. Balbus in decis. 63. incip. exceptio. Christoph. Robustel. rius in decis. Nouissim. Roman. 627. num. 2. parte 1. vol. 1.*

38 Exceptio, quæ a principio † opponi non debeat, sed admissa, & probata fuit de ipsa ratio habenda est, etiam si contra eam opponatur. *Alexand. in consil. 77. col. fin. vol. 2. Anton. Gabriel. commun. conclus. lib. 5. titul. de restit. spoliat. conclusion. 1. nu. 52. quos sequitur Flamin. Chartar. in decis. Genuæ. 115. nu. 2.*

39 Intelligitur tamen † procedere, quando pars tacite, & expresse non contradixisset, secus autem si pars contradiceret. *c. 1. de restit. spoliat. Bart. in l. Naturaliter. §. nihil commune. uersic. secundo quæro. ff. de acquirenda possess. Deci. in consil. 84. nu. 2. vers. tertio, & vltimo sequitur idem Chartar. in dicta decis. Genuæ. 115. nu. 4.*

40 Merus exequutor, non cognoscit † de exceptione coram ipso proposita. *Cappel. Tholo. in decis. 344. incip. Item fuit quæsitum, an merus.*

41 Declara merum † executorem, non posse cognoscere de exceptione concernente merita ipsius causæ, secus vero de concernentibus executionem, vel actum sibi commissum, vel circa res, in quibus est exequenda sententia. *Panor. in c. pastoralis. §. quia vero. num. 3. de offic. deleg. AEgid. Bellemer. in decis. 196. incip. Vtrum auditor. in fin. Francisc. Cătuc. in decision. Nouissim. Roman. 33. num. 1. parte 2. vol. 2.*

42 Plures exceptiones, etiam † contrarias, & diuersis temporibus posse opponi non dubitatur idcirco Iurisconsultus dicit, quod is, qui dicit se iurasse, potest & alijs exceptionibus vti, cum exceptione iurisiurandi, vel alijs solis, pluribus enim defensionibus vti permittitur, quia, nemo prohibetur pluribus exceptionibus vti quamuis diuersæ sint. Hæc ad verbum. *in l. is qui. 5. l. nemo. 8. ff. de except. hoc sequitur Innoc. in c. cum venerabilis. de except. quem sequitur Lanfranc. de Orian. in c. quoniam contra. in verb. exceptiones. nu. 11. de probat.* Vbi hanc dicit veram opinionem. *cap. nullus pluribus. Vbi Dyn de reg. iuris. in 6. l. nemo ex his. vbi Deci. nu. 5. ff. de regulis iuris.* Et illam probat. *Matth. de Afflict. in decis. Neapol 134. nu. 3. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 23. nu. 29. in decis. 43. num. 10. quod ante hos omnes voluit Placentinus. in Summa Codicis. lib. 8. tit. 39. col. fin. vers. Item illud notandum. Specul. in titul. de excep. §. viso. num. 48. uers. in summa notandum est. Francisc. Marc. in decis. Delphin. 495. num. 8. vol. 1. Vendelin. Schellinch. Action. & exception. Forens. c. 176. vers. exceptionum aliæ sunt diuersæ. fol. mihi. 281. Io. Ferrar. Montanus. in tract. de iudicior. præexercitamentis. lib. 2. cap. 10. col. 4. vers. & plures simul. Petrus Faber de regul. iuris antiq. cap. 43. col. 1. vers. Qui semel opposuerit. Hierony. Treutler. disputat. selectar. parte 2. disputat. 26. Thesi. 7. Petrus Gregor. Syntagmat. iuris vniuersi. lib. 1. cap. 17. num. 6. Idem Francisc. Marcus. in decis. Delphinal. 718. nu. 3. vol. 1. Hierony. Gabriel. in cons. 180. nu. 16. vol. 2. August. Berous. in cons. 144. nu. 79. vol. 3. Marc. Anton. Peregrin. in cons. 41. nu. 22. 23. vol. 3.*

43 Dicas primo, non licere reo † ponere plures exceptiones, quando confessus antea esset, intentionem actoris, quia si contrarius sibi ipsi esset nō posset contrarias exceptiones producere, quia ex prima confessione esset actori ius quæsitum. *vt post Ioan. Andr. in dicto cap. nullus. de regul. iur. in 6. voluit Nicol. Boer. in dicta decision. Burdegal. 43. numero 13.*

Dicas secundo, quod plures exceptiones oppo-
44 ni non possunt, quando datus esset terminus, siue dilatio † ad exceptiones opponendas, quia ipso elapso, non ei permitteretur illas producere, *ita scribit Lanfranc. de Orian. in dicto c. quoniam contra. in verb exceptiones. sub num. 11.*

Di-

Dicas tertio, quod ſi exceptiones eſſent in facto
45 contrariæ,& ſibi inuicem contradicentes,non † admittuntur;& eſſent ſimul incompatibiles.*arg.l.vbi repugnantia.ff.de regul.iur.l. Scripturæ.C.de fide inſtrum.& voluerunt Raph.Comenſ.& Barthol.Socin. in l.Nemo.ff.de except.quos ſequitur Nicola. Boer. in dicta deciſ.43.nu.11.Hierony.Treutler.diſputat. Selectar parte 2.diſputat.26.Theſi.7. Vendelin. Schellinch.in dicto capitul. 176.verſic. exceptionum aliæ ſunt.*

46 Dicas quarto,quod concluſio † procedat, cum proponuntur plures exceptiones in diuerſis inſtantijs, vt tunc liceat, non autem in eadem inſtantia. Ita recitat opinionem aliquorum.*gloſſa in cap.nullus pluribus. de regul.iur.in 6. & probat Dyn. ibidem.*

47 Dicas quinto,procedere † concluſionem,quando reus conuentus eſſet ex facto alieno,vt tunc admittantur,ſecus ſi ex facto proprio, quo caſu reiiciantur,cũ eo caſu non admittatur tolerabilis ignorantia.*gloſſ.in dicto c. nullus pluribus. Boer. in dicta deciſ.43.nu.12.*

48 Dicas ſexto,quod concluſio † procedat,quando exceptiones opponerẽtur cõditionaliter,non aſſertiue,quia hoc vltimo non admitterentur.*gloſſ.in dicto c.nullus.quod ſequitur Bald.in l.1.C. de furt.* Dicens, aut reus,excipit contrarie,aſſertiue,vel copulatiue, & non auditur,aut conditionaliter,& narratiue,& tũc auditur. *Sequitur Vendelin.in dicto cap. 176.fol.mihi.182.*

49 Exceptiones, quæ in continenti † probari offeruntur, non obſtante ſtatuto omnes exceptiones reiiciente,admitti debent. *Abb.Panormit. in conſil. 64.ſub nu.5.verſ.Et circumſcripto.vol.1.& poſt Specul.in titul.de litis conteſtat.§.2.verſ.Quid ſi reus. voluit Ioan.Cephal.in conſ.4.nu.18.vol.1.Alexand. 186.col fin.verſ.præterea poſito, quod notatum. vol. 2.Roland.a Vall.in conſil.2.num.36.& in duplicato conſil.98.nu.36.vol.3.cum alijs allegatis per Ioſeph. Ludouic.in deciſ.Lucens.24.num.4. Deci.in conſil. 424.nu.6. Ioſeph. Cumia in Ritib. Siciliæ.cap.169. nu.61.dico infra hoc eodem titul.verſ.declaranda eſt ſeptimo.nu.121.122.*

50 Declarandum eſt tamen † eo caſu, quod dicetur in continenti probari, quando fieret intra tempus inſtantiæ,ſiue exequutionis faciendæ,*vt per Anto. Capic.in deciſion. Neapol. 167. numero tertio quem ſequitur Ioſeph.Ludouic.in deciſion. Lucens. 24.nu. ſeptimo.*

51 Prælato ſuæ eccleſiæ nomine † agenti non poteſt opponi exceptio,quod non ſit prælatus *vt voluit Rota in Antiquis in deciſion. 227.incip. Nota, quod prælatus. & in deciſion. 335.incip. Nota Compoſ.& in deciſion. 542.incip.Mortuo quodam.*

52 Ineligibilitatis exceptionem † alicui opponens, quod cum haberet eccleſiam curatam, non feciſſet ſe infra terminum promoueri iuxta diſpoſitionem. *cap.licet canon.de elect.in 6.nullo modo admittitur. Rota in Antiquis in deciſ.326.incip.Nota,quod non admittitur.*

53 Fori declinatoria,ſiue † iudicis incõpetentis exceptio ante litis conteſtationem opponi debet. *l. fin.C.de except.l.peremptorias.C.ſentent.reſcind.nõ poſſe.l.ſed & ſi ſuſceperit.ff.de iudic.cap.inter monaſterium.vbi gloſſ.& Innoc.de ſent.& re iudic.Guido Pap. in deciſ.Delphin.275.nu.4. Ioachim. Mynſinger.obſeruat.27.Centur.4.ante eos Ioan. Petr. Ferrar.in practic.in forma ſententiæ interlocutor.ſuper incompetentia iudicis. nu.1.Iafred.Lanfr. Balbus in deciſ.67.incip.exceptio iudicis.in deciſ.89. incip.exceptio.Horat.Lucius de priuileg.Scholar.priuile.64. verſ.Quarto limita.Vendelin. Schellinch.action.& except.Forenſ.cap.176.in ſecunda diuiſione exceptionum.fol.272.& cap.177.fol.284. Et dixi ſupra. tit. de foro competenti.nu.78.79.80.Ioan. Ferrar. Montan.de iudicior.præexercitamentis.lib. 1.cap. 10.col. 3.ver.Inter eas tamen.Et in loco ſupra allegato ſcripſi has duas limitationes. Ad concluſionem adde Frãciſc.Marc.in deciſ.Delphinal.718.num.1.vol.1. Anton.Faber.in Codic.Fabri.lib.3.titul.2.Defin.3.nu. 3.in alleg.vol.1.Iacob.Cuiacium.obſeruat. lib. 18.c. 34.Thom.Triuiſan.in deciſ.Venet.49.num.5.lib.1. Franciſc.Marcus in deciſio.Delph.414.nu. 1.vol.2.*

54 Primam limitationem tradidi,quando † iudicis incompetentia, ſiue fori declinatoria, conteſtata lite fuiſſet orta,ex Panormitano.*in c.in ſinuationem col.fin.de offic.delegat.* Marcus Anton. *Delrius Miſcell.in Codicem.in dicta.l.fin. de except. Nunc addo Lanfranc.de Orian.in cap. quoniam contra.in verb. exceptiones.verſ.Præterea eſt notandum, de probat. Robert.Marantam in Specul. Aureo.parte 1.membro 9.nu.8.*

55 Secundam,ſi per eam † redderetur iudicium retro nullum,*vt ex Alberico Bald.& Angel.in l.2.ff.ſi quis iudicat.Iafred.Lanfranc. Balbus in dicta deciſ. 67. Adde Marantam in Specul.* Aur.*parte 1.membro 9.nu.9.*

56 Tertiam nunc † illis addo, procedere, vt etiam poſt litem conteſtatam poſſit opponi,quando promiſſione, & pacto, atque conuentione facta ſit alteratio,& coarctatio declinatoriæ exceptionis.*arg. l.qui futurum.ff.de pact.& l.commiſſoriæ.C.de pact. inter emptor. & vendit.prout in Delphinali Parlamento iudicatum fuiſſe ſcribit Guido Pap. in deciſio. Delphinal.275.nu.4.& in Camera Imperiali ſimiliter. vt ſcribit Ioachimus Mynſinger. obſeruat.27. Centur.4.* Et quæ dicta ſunt ad fori incompetentiã
57 † pertinent, de quo *apud* Bart. *in l.Diuus.ff.de militar.teſtam.Bal. in l.ſi quis filio.ff.de iniuſt.rupto. & irrit.teſta.*

Sed dum loquimur de exceptionibus,quæ reſpi
58 cerent perſonam iudicis,ob quam † poteſt recuſari,& ei exceptiones opponi,& repelli,*tractauit Innocentius in tract. exceptionum. Vbertus de Bonacurſo,titul. quibus modis examen. Specul.in titul. de iudice delegat. Angel.de Aretio in §.præterea.inſt. de excep.Io.Petr.de Ferrariis in tit. de forma declinationis iuridict. alicuius.Vendelin.vbi ſupra.& DEO volente dicam latius. in titulo. de ſuſpicione,& reb. iudic.*

Similiter declinatoriæ exceptiones non possunt
59 admitti post terminum datum ad dicendum † contra commissionem, nisi iuretur. *Rota in Antiquis in decis. 503. incip. Nota exceptionis. & in Nouis in decis. 53. incip. exceptione Declinatoriæ.* Hoc tamen li-
60 mitant, si opponens præstet iuramentum † eruata forma. *cap. pastoralis extra de exceptionib.*

61 Exceptio ad vnum finem † opposita, & repulsa, potest ad alium finem iterari in negotio principali. *Cyn. in l. perẽptorias. C. sent. rescind. nõ poss. Bal. in l. præscriptione. C. si contra ius. vel vtilit publi. Quos sequitur Iasredus Lanfranc. Balbus, in decis. 324. incip. exceptio semel.*

Dilatoriæ exceptiones ante litem contestatam
62 opponuntur suntque gratia exempli, contra † Rescriptum exceptio feriarum, loci non tuti, ætatis minus legitimæ standi in iudicio, spoliationis, solutionis euitandæ, siue differendæ, pacti de non petendo, promissionis in diem, vel sub conditione, enumerantur. *a Ioan. Petro de Ferrarijs in practica. In forma responsionis rei conuenti actione reali. in ver. Saluis alijs exceptionibus. num. 4. Quem sequitur, & retulit Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæst. lib. 2. Centur. 3. casu. 240. Addo Lanfran. de Oriano. in c. quoniam contra. in verb. exceptiones. vers. quædam sunt dilatoriæ. de probat. Hermannum Vulteium de iurisprudentia Romanor. lib. 2. cap. 24. Ioan. Ferrarium Montanum. de iudiciorum præexercita. lib. 1. cap. 10. Plene Vendelinum Schellinch. Action. & excep. Forensi. cap. 176. sub secunda diuisione. Hieronym. Treutlerum. Disputationum Selectarum. lib. 2. disputat 26. Thesi. 1. 2. 3. eundem Ferrarium Montanũ in rub. inst. de except. Iodocum Damhouder. in praxi rerum ciuilium. cap. 126. nu. 1. 2. & cap. 135. num. 9. 10. 11.* has, & alias vide tradentem Robertum Marantam *in Specul. Aureo. parte 1. Membro. 9. nu. 1. vsque ad nu. 7. Franciscum Marcum in decis. Delphinal. 718. num. 1 prius quam hi nascerentur Placentinus in Summa Codic. lib. 8. tit. 39. Iacob. Cuiacius obseruat. lib. 18. cap. 34. Andr. Gail. Practicar. obseruat. lib. 1. obseruat. 71. nu. 8. Ioseph. Cumia in ritibus Siciliæ. cap. 25. num. 37. Bernardin. Alfan. in Collectan 960. vide infra hoc eodem titul. vers. dilatoria autem. nu. 146. Seraphin. Oliuar. in decis. Nouissi. Roman. 440. nu. 4. parte 1. vol. 1.*

Peremptoriæ exceptiones tam ante, quã post li-
63 tem cõtestatã opponi possunt vsque ad causæ † conclusionem. *l. peremptorias. sentent. rescind. non poss.* de quibus ibidem bene loquitur Baldus, & in vsu forensi melius, quam alius, (si me non fallat opinio) loquitur Robertus Maranta *in Specul. Aureo. parte 1. membro. 9. num. 11.* Vbi docuit, quando in vim peremptoriæ, & quando in vim dilatoriæ ap-
64 ponantur. † De his agit Iodocus Damhouderius in praxi rerum ciuilium, *cap. 136. per totum. Vendelin. Schellinch. Action. & Except forens. cap. 176. sub verb. Secunda diuisio. Ioachim. Mynsinger. obseruat. 24. centur. 3. Andr. Gail. pract. obseruation. lib. 1. obseruatio. 74. num. 13. quos sequitur Hierony. Treutler. Disputat. Selectar. parte 2. disputat. 26. Thesi. 8. Herman. Vulteius. iurisprudent. Roman. lib. 2. c. 26. versicul. perpetuæ. Francis. Marc. in decision. Delphin. 718. num. 1. vol. 1. & ante eos Placentin. in Summa Codic. lib. 8. titul. 39. Anton. Faber. in Codic. Fabrian. lib. 7. titul. 15. Definition. 11. num. 3. in allegat. vol. 2. Iacob Cuiacius. obseruationum lib. 18. cap. 34. Afflict. in decision. 63. Thom. Triuisan. in decisio. Veneta. 2. num. 6. lib. 1. Idem Francisc. Marc. in decisio. 54. nu. 2. vol. 2. & dicam infra. vers. Iterum. quo ad num. 144.*

65 Hinc dicimus has peremptorias † intra triginta annos opponi posse, ex regula, quod ea, quæ ad agẽ dũ sunt tẽporalia, ad excipiendum sunt perpetua. *l. pure. §. fin ff. de doli mali except. voluit. Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib. 7. titul. 13. Desinit. 6. nu. 4. vol. 2.*

66 Generalis, & obscura † exceptio debet per excipiẽtem reum declarari. *a g. l. 1. §. Labeo scribit. ff. de fluminib. quod, & tenuit Vincent. de Franchis in decision. Neapolitan. 263.* (quamuis dicat, quandoq; per Sacrum Consilium cõtrarium fuisse decisum) tamen supradictæ opinioni concinunt, quæ scripsere *Ludouic. Roman. in consil. 294. nu. 5. Bartholom. Socin. in consil. 103. col. fin. vers. Sed his tamen non obstantibus. vol. 3.* & hæc videtur opinio, & verior,
67 & sustentabilior, cum † enim reus in exceptionibus vice actoris fungatur. *l. in exceptionibus. ff. de probat.* Sequitur, quod cum actor declarare teneatur libellum obscurum parte petente. *l. fin. C. de Annal. except. Alex. in l. 1. nu. 2. 3. ff. de edend. & in consil. 121. viso processu. col. 4. vers. Nec obstat illud. vol. 1. in consil. 32. col. 3. vol. 4. Deci. in l. edita. num. 5. C. de edend. AEgidius Bemellem. in deci. 76. Octauian. Cacheran in decision. Pedemontan. 51. num. 1. Andr. Gail. pract. obseruat. lib 5. obseruat. 66. num. 6. Marc. Mantua locor. commun. lib. 1. cap. 11.* Sic etiam tenebitur reus factus actor. Sacri tamen Consilij authoritas magna est. Nihilominus in casu, in quo Sacrum Consilium decreuit non obstante, petita declaratione procederetur ad vlteriora in causa,
68 fuit ex quo cum causa esset prope † sententiam, & in fine expeditionis, habuit declarationem petitã calumniose ob retinendum causæ cursum.

Declaranda tamen sunt, quæ dicta sunt procedere in exceptionibus in facto consistentibus, non
69 † autem iure, & quoad reperio quandam Apostillam manu scriptam Domini Bernardini Siriphili meæ matris Patrui ad Antonium de Alexandro *in l. age cum Geminiano. C. de transact.* dum dicit,
70 Nota hoc † dictum Domini mei quod reus tenet declarare exceptionem obscuram ad instantiam actoris, dummodo non sit obscura actio, seu libellus ab ipso actore productus, quia isto casu, dolus cum dolo compensatur. *l. si duo. vbi Bartol. ff. de dolo. l. fin. §. penult. ff. de eo, per quem fact. erit. l. domũ. in fi. ff. de contrahen. emption.* Et requiritur, quod obscuritas consistat in facto non in iure, *vt dicit Bald. in l. quæstionem. col. 1. vers. & sic exceptionem generalem. C. de fideicommiss.* Quia si esset obscuritas, vel incertitudo in puncto iuris non tenebitur

decla-

declarationem facere, quia ab eius ignoratione nemo excusatur, iuribus vulgatis, & sic in contingentia facti in conflictu opinionum in Regia Audientia Hydruntina iudicauimus. Huc vsq; Siriphilus
71 qui fuit † eruditissimus I. C. & regius Auditor in omnib. prouincijs Regni huius, & post assumptus Cõsiliarius Sigismundi Iagelloni, & Bonæ Sfortię Aragoniæ, Sereniſſimorum Regum Poloniæ coniugum. Et hæc opinio tenenda est, quia quando sumus in exceptione facti obscura, & turbida, æquitati conuenit, vt declaretur. Iuxta ea quæ post Cæsarem Crassum, & Hieronymum Gabrielium scribit Ioannes Baptista Costa *de facti scient. & ignorantia. inspection.* 16. *num.* 5.

Declaranda præterea est conclusio admitti generalem exceptionum oppositionem parte non re
72 clamante, *vt post* † *Alexand in consil.* 29. *num.* 3. *vol.* 7. *voluit Christophor. Robuster. in decision. Nouissim. Roman.* 627. *num.* 2. *parte* 1. *vol.* 1.

73 Subdeclara, nec admitti exceptionem † parte non reclamante, si est obscura. *Idem Robuster. in dicta decision.* 627. *sub num.* 2.

74 Successori singulari, competunt † omnes exceptiones, quæ competunt principalibus venditoribus, vel a quibus causam habent. *l. si tertius. ff. si prius quam. vbi Bartol. & aly. ff. de aqua pluuia arcend. l. si a te. in fin. l. si mater.* §. *fin. ff. de except. rei iudic. Nicol. Boer. in decis. Burdegal.* 43. *nu.* 17. *And. Tiraquel. de retract. consanguin.* §. 1. *gl.* 9. *nu.* 128. §. 12. *gl.* 2. *nu.* 19. *Gaspar Caballin in Milleloq.* 482. *Ioan. Petr. Surdus in decis. Mantuan.* 163. *nu.* 7. *Francisc. Vegius in consil.* 56. *nu.* 21. *cum pluribus sequentib. Marcus Anton. Peregrin. in consil.* 102. *sub nu.* 6. *vol.* 3. *Francisc. Milan. in decision Siciliæ.* 1. *num.* 54. *lib.* 2.

75 Amplia tanto facilius in † successorem singularem transire ius excipiendi, quando competerent illi ius retentionis, & detentionis. *arg. l. hoc iudicio. ff. cõmun. diuidun. Marian. Senior in consil.* 121. *num.* 16. *vol.* 1. *Francisc. Vegius in dicto consil.* 56. *nu.* 24. *Anton. Neguzant. in tract. de Pignorib. Membr.* 4. *Quintæ partis. nu.* 23. *Anton. Gomez. de contractibus. cap.* 3. *num.* 9. *limit.* 3. *quos sequitur Surdus in decis. Mantuan.* 264. *num.* 26.

76 Tua non interest exceptio, dilatoria est † vt idcirco illam opponendam fore ante litis contestationem, *voluit Glos. in c. ex parte. A. de testib. vbi hoc voluit Abb. Panor. num.* 6. *vers. Nota bene. Bart. in l. posthumus.* §. *si quis. num.* 2. *ff. de inofficios. testam. Francisc. Marc. in decis.* 905. *vol.* 2. *& voluit Surdus in decision. Mantuæ.* 52. *num.* 2. *& in decis.* 149. *nu.* 24. *Idem Surd. in consil.* 218. *num.* 15. *vol.* 2. *Christoph. Corniol.* 185. *nu.* 5. *vol.* 1. *Surd. de aliment. tit.* 9. *q.* 26. *num.* 66. *q.* 43. *num.* 18. *Faciunt notata per Vendelin. Schellinch. de Action. ea exception. carens. cap.* 275. *incip. impedit litis contest. Rolan. a Vall. in consil.* 3. *nu.* 78. *vol.* 1. *Augustin. Berous in consil.* 73. *num.* 20. *vol.* 1. *in consil.* 30. *num.* 27. *in consil.* 55. *nu.* 19. *vol.* 2. *Ioan. Cephal. in consil.* 165. *num.* 2. *vol.* 2. *Simon de Pretis. in consil.* 136. *num.* 12. *vol.* 1. *Rimi-*

nald. Senior in cons. 559. *num.* 9. *vol.* 3. *Peregrin. in consil.* 102. *num.* 29. *vol.* 3.

77 Cuius tamen non interest, excipere non † cõceditur. *l. ille a quo.* §. *si de testamento. ff. ad Trebell. Alex. & Deci. in l. cũ ex conuentione. nu.* 2. *C. de pact. quos refert, & sequitur Ioan. Ceph. in consil.* 133. *nu.* 39. *vol.* 1.

Principali, quæ competit exceptio, competit &
78 fideiussori † *l.* 2. *ff. quæ res pignor. obli. poss. l. omnes. ff. de except. l. constitutionibus. C. de vsur. Hippolyt. de Marsil. in rubr. de fideius. nu.* 168. *& in singul.* 125. *incip. Tu scis regulam. Marc. Anton. Natta in consil.* 50. *nu.* 23. *vol.* 1. *in consil.* 658. *num.* 6. *vol.* 3. *Francis. Aretin. in consil.* 33. *incip. Consultation. col.* 1. *in fin. Cardinal. Paris. in consil.* 96. *nu.* 39. *vol.* 3. *Ioan. Petr. Surd. in decis. Mantuæ.* 301. *nu.* 12. *Christoph. Robust. decis. Nouissim. Roman.* 95. *num.* 1. *lib.* 1. *volum.* 1. *Ioan. Baptista Costa. de facti scientia, & ignorant. Centur.* 2. *distinct.* 9. *nu.* 12. *Guidus Pancirol. in consil.* 156. *nu.* 14. *vol.* 1. *Francisc. Marc. in decis. Delphinal.* 519. *nu.* 1. *vol.* 1. *Marian. Iun. in consil.* 134. *nu.* 7. *vol.* 3. *Renatus Choppin in Consuetud. Andegauens. lib.* 3. *titul.* 5. *sub num.* 24. *parte* 2. *Barth. Socin. in consil.* 273. *col.* 2. *vers. ex quibus. vol.* 2. *Francisc. Cantuc. in decis. Nouissi. Roman.* 51. *nu.* 9. *parte* 2. *vol.* 2.

79 Intellige tamen non procedere † in exceptione, vel priuilegio personalissimo, quod cohæret personæ, quia illud non prodest fideiussori, *vt post Alexan. in Addit. ad. Bald. in lquoties. C. de precib. Imperator. offerend. & in l. cum filius familias.* §. *si stipulatus. in fin. ff. de verb. oblig. voluit Cæsar Barzius in decis. Bonon.* 78. *num.* 31. *ante ipsum. Francis. Marc. in decis Burdegal.* 519. *num.* 3. *vol.* 1.

80 Subintellige nisi exceptio, vel † priuilegium inutile foret, si fideiussoribus non prodesset. *vt per Bal. in dicta. l. quoties. Ioan. Fabri. in* §. *quodcunque. inst. de iure natur. gent. & ciuil. & in* §. *fin. Inst. de replicat. Matth. Brun. in tract. at. de cession. bonor. q.* 9. *num.* 5. *Barzi. in dicta Deci. Bononien.* 78. *nu.* 32.

81 Declara conclusionem exceptionem † competentem principali competere fideiussori etiam aduersus executionem obligationis Cameralis. *Christoph. Robuster. in decisio. Nouissim. Roman.* 95. *nu.* 1. *parte* 1. *vol.* 1.

Ne exigatur nisi in quantum facere potest, exceptio seruanda, & deducendum nisi relicto quantũ
82 † egeat. *l. etiam.* §. *fin. ff. solut. matri. l. fundi Trebat. ff. de vsufruct. Nicol. Boer. in decision. Burdegal.* 19. *num.* 9. *vol.* 1. *Francisc. Marcus in decision. Delphinal.* 313. *num.* 2. *in primo. Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib.* 7. *titul.* 20 *Defin.* 42. *in princip. vol.* 2. *Roland. a Vall. in consil.* 28. *num.* 7. *vol.* 1.

83 Marito idcirco ista exceptio, & † priuilegium cõpetit, vt non nisi in quantum facere possit, teneatur consideratione habita, ne egeat, ita non teneatur vxori, vel suis hæredibus dotem restituere, & ipse ignominiose mendicare. *l. maritum.* 13. *l. etiam.* 19. §. *fin. ff. solut. matrim. l. vnica.* §. *cum autem. C. de rei vxor. action.* §. *Item si de dote. Inst. de action. Matth. de Afflict. in decision. Neapolitan.* 222. *Amanel.*

nell. de Claris Aquis in singul. 188. *Doctores omnes in dicta l. maritum. Barthol. Socin. in consil.* 121. *nu.* 48. *vol.* 4. *Ioan. Petr. Surdus de Alimentis. titul.* 8. *priuileg.* 84. *num.* 1. *Cornel. Benincas. de priuileg. pauper tat. contractuum special.* 2. *num.* 14. *Riminald. Seni. in consil.* 314. *num.* 63. *vol.* 3. *Ioan. Ferrar. Montan. in dicta l. in condemnatione. in fine principij. Petr. Faber. de regul. iuris antiqui. cap.* 28. *& cap* 68. *nouissime Lodouicus Maynus Actionum. in artem redactarum l. b.* 4. *cap.* 9. *Ioan. Bosch. in tract. de legitim. nuptijs. in verb. supereſt. num.* 20.

84 Primo Ampliatur, vt iſta exceptio † non ſolum poſſit opponi a principali viro, ſed etiam a ſuo procuratore, & defenſore. *l. ſi cũ procuratore.* 23. *vbi Bartol. ff. de re iudicat.*

Secundo ampliatur non ſolum in dote cum
85 † vxore, maritus vtitur hac exceptione, & priuilegio, vt non teneatur, niſi in quantum facere poteſt, & quantum illius facultates patiuntur, ſed etiam dum conuenitur ab uxore ex alijs contractibus, *vt in l. non tantum.* 20. *ff. de re iudicat. Alexand. in l. rei iudicatæ. in princip. ſub num* 9. *verſ. in duobus. ff. ſolu. matri. Lodouicus Maynus. in dicto lib.* 4. *xap.* 9. *verſ. Quid ſi mulier alio ex contractu.*

86 Limita non procedere † vbi mulier laboraret eadem egeſtate, ſicut vir, quia attenderetur potius neceſſitati vxoris, quam aliorum. *vt per Bartol. & Alexand. in dicta l. maritum. Aretin. in dicto §. item de dote. Campeggi. in tract. de dotibus. q.* 291. *& plene deducit Surdus in tract. de aliment. titul* 8. *q.* 84. *nu.* 3. *& optime, ac eleganter Lodouicus Maynus in dicto lib.* 4. *cap.* 11. *in fin.*

87 Limita ſecundo, hanc † exceptionem, & priuilegium competere ipſi viro, & perſonale eſſe, ita, vt non habeat, nec vendicet ſibi locum in fideiuſſore. *l. quia tale.* 14. *in princip. ff. ſolut. matr.* §. *fin. vbi gloſſ. in verb. Federicus in fin. inſt. de replicat. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinali* 313. *num.* 2. *volum.* 1. *& eleganter Petrus Faber de regul. iur. Antiqui. capitul.* 68. *argum. l. exceptiones. la* 2. §. 1. *ff. de except.*

88 Et hanc exceptionem † viro competentẽ cõpetere etiã filio, vt non teneatur, niſi in quantum facere poteſt, dum ſit filius illius matrimonij, *l. eum.* 19. *in princip. ff. ſoluto matri. Accurſ. in dicta. l. maritum. Cornel. Benincas. de priuileg. pauper. dicto ſpecial.* 2. *ſub nu.* 14. *& Lodouic. Mayn. in dicto lib.* 4. *cap.* 9. *in fin.* competit tamen filio, vt filio, non vt hæredi. *l. & ſi fideiuſſor. nu.* 23 *in fin. ff. de re iudic. Maynus ibidem. Pro hoc affertur tex. in l. C. de priuileg. dot.* Vbi
89 priuilegium † actionis dotis ad hæredes non tranſit, quo vtitur Petrus Faber vbi ſupra, affero etiam ſingularem gloſſam *in. l. in omnibus. ff. de regul. iur.*

Socero, etiam vxoris itidem, cum eiſdem condi-
90 tionibus, & requiſitis hæc exceptio competit, † vt non niſi in quantum facere poteſt damnetur. *l. rei iudicatæ.* 16. §. *Socero. ff. ſolu. matri. Petr. Faber. in dicto cap.* 68.

Hæc eadem exceptio, ne conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, competit ſocio, patri, patro
91 noq; † liberto, libertæq; armataeq; militiæ militi, & alijs pluribus. *De quibus in l. ſunt qui.* 16. *l. patronus.* 17. *l. Item miles.* 18. *ff. de re iudic.*

92 Periurij exceptio, ſi fuiſſet oppoſita, † ac iurisiurandi impediret litis ingreſſum & proceſſũ ad vlteriora. *Afflict. in deciſ. Neapolit.* 285. *num.* 1. *Hieronym. Treutler. diſputation. ſelectarum. parte* 1. *diſput.* 26 *Theſi.* 7. *& dixi ample ſupra titul. de periurijs. uerſ. exceptio periurij: num..... cum pluribus ſequentib. Tomo.* 2.

93 Amplia quod dicta † iurisiurandi exceptio impedit taliter proceſſum ad vlteriora, quod nec ad merita reſeruatur. *Matth. de Afflict. in deciſion. Neapolitan.* 63. *ſequitur eum Thomas Triuiſan. in deciſion. Venet. a.* 2. *num.* 6. *lib.* 1.

94 Declara hanc periurij exceptionem, † non impedire, nec ligare ſucceſſorẽ ſed iurantes, *ex Guliel. Caſſadoro. in deciſion* 2. *num.* 8. 9. *titul. de iureiur. Card. Pariſius in conſ.* 75. *nu.* 23 *vol.* 3 *voluit Franc. Cãtuc. in deciſ. Nouiſſ. Rom.* 97. *nu.* 8. 9. *par.* 2. *vol.* 2.

95 Exceptio confuſionis actionis † hæreditariæ admittitur contra cõpulſorias literas, de qua confuſione habetur *in l. Stichum.* 95. §. *adition. ff. de ſolution. l. debitori. C. de pactis. & per Lud. Roman. in conſil.* 28. *in fin. & in conſil* 296. *num.* 2. *Iaſon. in conſil.* 28. *incip. Queritur. col.* 2 *vol.* 3. *Ioã. Dilect. Durant. de Arte teſtand. titul.* 11. *cautel* 13. *num.* 1. *& late per Phanucc. de Phanucc. in tract. de inuentar parte* 6. *& parte* 7. *& dicemus latius (Deo volente) in ti-*
96 *tul. de inuentario.* Tamen eandem exceptionẽ † opponi poſſe ſcribit Guido Papæ *in deciſion. Delphin.* 209. *num.* 2. Compulſoriarum autem literarum formam ponit Idem Guido Papæ *in deciſion.* 105 *nume.* 2.

97 Non adimpleti contractus exceptio † oppoſita impedit proceſſum ad vlteriora maxime quãdo ſumus in contractu vltro, citroq; obligatorio debet ſemper quis adimplere, & adimpleuiſſe ex parte ſua. *Vulg. l. Iulianus.* §. *offerri. ff. de action. empti. Iaſon in conſ.* 4. *in princip. & in conſ.* 41. *vol* 3. *Aym. Crauett. in conſ.* 127 *Deci. in conſ.* 119. *vol.* 1. *Franciſ. Milanenſ. in deciſ. Siciliæ.* 4. *per totam. lib.* 2. *Hierony. Magon. in deciſion. Lucens.* 21. *num.* 16. *in deciſio.* 25. *num.* 77. *in deciſion.* 61. *num.* 1. *in deciſion.* 69. *nu.* 6. *Cæſar Barz. in deciſion. Bononiæ.* 36. *num.* 24. *cum pluribus ſeq. Franciſc. Cantunccius in deciſion. Nouiſſim. Roman.* 97. *num.* 6. *Cephal. in conſil.* 97. *nu.* 37. *vol.* 1. *Ludouic. Roman. in conſil.* 144. *num.* 5. *Riminald Senior. in conſ.* 75. *nu.* 1. 21. *vol.* 1. *Pedrocca in conſil.* 1. *num.* 233. *vol.* 1. *Fabi. Turrecr. in conſil.* 51. *num.* 14. *in conſil.* 98. *num.* 14. *vol.* 1.

98 Amplia primo poſſe opponi dictam † exceptionem, non ſolum ſi non ſunt adimpleta ſubſtantialia, quam etiam accidentalia contractus. *Corn. in cõſil.* 708. *num.* 33. *vol.* 2. *Roland. a Vall. in conſil.* 6. *nu.* 19. *vol.* 1. *in conſil.* 69. *num.* 12. *vol.* 4. *Octauian. Cacher. in deciſion. Pedem.* 50. *num.* 15. *Hieron.* Magon. *in deciſion. Lucens.* 11. *num.* 8.

99 Amplia ſecundo, vt etiam † ex officio iudex ſupplere debet. *Ludo. Roman. in conſil.* 244. *Crauetta in conſil.*

in consil. 151. *Hyppolit. Riminald. in consil.* 52. *nu.* 12. 13. *vol.* 1. *Turrett. in consil.* 60. *num.* 15. *vol.* 1.

100 Amplia tertio dictam † exceptionem implementi non facti opponi posse contra instrumentum & impedire etiam obligationem iuramento firmatã, ac in forma (vt dicunt) Cameræ confectam. *Late Corn. in consil.* 261. *col. fin. & in consil.* 297. *vol.* 3. *Anton. Massa. Galles. in tract. de obligat. in forma Cameræ. parte* 4. *q.* 1. *num.* 7. *Fabius Timæus ad Magon. in decision. Lucensi.* 21. *in verb. exceptio non impleti. Marc. Anton. Eugen. in consil.* 29. *num.* 28. *In materia exceptionis huius aptantur scripta per Ludouic. Roman. in consil.* 244. *num.* 3. *Alexand. in consil.* 49. *incip. Inspectis. nu.* 4. *vol* 2. *in consil.* 12. *incip. in præsenti. num.* 1. *vol.* 3. *Aym. Crauett. in consil.* 151. *num.* 10. *Francis. Becci. in consil.* 45. *num.* 6. *Marc. Anton. de Amatis in decision. Marchiæ.* 94. *nu.* 4. *Cæsar Barzi. in decision. Bonon.* 36. *num.* 23. *cum pluribus seqq. Roland. a Vall. in cons.* 53. *num.* 30. *vol.* 1. *Octauian. Cacheran. in dicta decision. Pedemon.* 50. *num.* 10. *Lud. Gozzad. in consil.* 94. *num.* 45. *Menoch. in consil.* 55 *num.* 9. *vol.* 1. *Fabi. Turrett. in consil.* 74. *num.* 38. *vol.* 1. *D. Costa de facti scient. & ignor. inspect.* 6. *nu.* 3. *Tomo* 1.

101 Amplia quarto supradictam † conclusionem exceptionis implementi non facti, procedere etiam si implementum in vno nummo defecerit, *vt ex Baldo in l. pacta conuenta. quem legit cum l. iuris gentiũ. §. pacta. ff. de pact. & in l. fin. C. commod. Iason consil.* 41. *vol.* 3. *in consil.* 3. *col. pen. vol.* 4. *Cardinal. Puteus in decision.* 357. *num.* 4. *lib.* 3. *Hieronym. Magon. in decision. Lucens.* 21. *num.* 16. 17. *Natta in consil.* 673. *num.* 19. *vol.* 4. *Iacob. Menoch. in consil.* 1. *num.* 168. *vol.* 1. *Francisc. Bursat. in consil.* 144. *num.* 30. *vol.* 2. *Ioan. Ceph. in consil.* 66. *nu.* 28. *vol.* 1. *Tiber. Decian. in consil.* 102. *num.* 6. *vol.* 5. *Surd. in consil.* 52. *num.* 35. *vol.* 1. *plura tradit nouissime Carol. de Graff. in tract. excep. exception.* 13. *nu.* 39. 45.

102 Limita conclusionem, quod dicta † exceptio nõ militat, nisi quando opponeretur ex eodem contractu, quia tunc impediat, si autem ex diuerso contractu ageretur, tunc illa locum sibi non vendicat, *vt post Felin. in cap.* 3. *num.* 5. *extra. de iure iur. voluit Francisc. Cantucci. in decisio. Nouissim. Roman.* 97. *num.* 7. *parte.* 2. *vol.* 2. *Francisc. Bursat. in consil.* 161. *num.* 5. *vol.* 2. *Cardinal. Paris. in cons.* 33. *num.* 64. *vol.* 1. *Barnab. Cornazz. in decis. Lucens.* 70. *nume.* 6.

103 Limita secundo locum non † habere quando antequam opponatur exceptio fieret implementum, secus autem si cœpto iudicio vel opposita exceptione, *vt per Francisc. Beccium. in consil.* 45. *num.* 50. *quem in Casu tamen duriori ad hũc finem refert Frãcisc. Milanens. in dicta decision.* 4. *vbi allegat Ioan. Cephal. in cons.* 586. *vol.* 4.

104 Non traditæ rei exceptio † impedimentum præstat, vt etiã executiuis resistat, & aduersus executionem deseruiat, *vt post Alex. in consil.* 114. *& in cons.* 119. *vol.* 2. *Corn. in consil.* 79. *col. fin. vol.* 1. *Benedict. Barzi. de instrum. guarentig. parte.* 3. *q.* 16. *Ant. Massa Galles. de oblig. in forma Cameræ parte* 4. *q.* 1. *n.* 7. *voluit Flamin. Chartar. in decisin. Genuæ.* 3. *num.* 2. *in decis.* 82. *nu.* 2. *Ioan. Ceph. in cons.* 312. *nu.* 100. *in consil.* 407. *num.* 15. *vol.* 3. *Ioseph. Ludouic. in deci. Perusin.* 50. *num.* 1. *cum pluribus seq. & in decis. Lucens* 2. *num.* 1. *Decius in cons.* 119. *num.* 1. *cum seq. Marc. Anton. Bellon. in decision. Genuæ.* 190. *num.* 5. 6. *Riminald. Senior. in cons.* 137. *nu.* 7. *vol.* 1. *Natta in consil.* 360. *num.* 5. 6. *vol.* 2. *& antea in cons.* 305. *nu.* 1. *eo. vol.* 2. *Sfortia Oddus in cons.* 31. *num.* 38. *vol.* 1. *Surd. in consil.* 100. *nu.* 5. *vol.* 1.

105 Declara primo, conductorem † posse opponere locatori exceptionem rei non traditæ. *Marc. Anto. Natta in cons.* 360. *num.* 5. *vol.* 2. *fuit dictum Bald. in l. ex conducto. in princip. ff. locat. & in cons.* 366. *vol.* 1. *Alex. in cons.* 176. *vol.* 6. *refert, & sequitur Simon de Prætis. in cons.* 23. *nu.* 1. *uol.* 1.

106 Declara tamen † exceptionem rei non traditæ per emptorem opponi non posse quando sciebat rem venditam esse locatam. *vt voluit Augustin. Bero. in cons.* 2. *nu.* 12. 15. 16. 17. *vol.* 1. *quem sequitur Ioan. Petrus Surdus in decisio.* 265. *nu.* 36.

107 Altiorem vero indaginem requirens † exceptio non admittitur sed ad merita reseruatur, nec executionem impedit. *l. fin. C. de ordin. cognition. Bar. in l. iudica* 1. *C. si ex fals. instr. l.* 4. *§. condẽnatum. vbi Ripa num.* 20. *ff. de re iudic. Marian. Iunior. in cons.* 67. *nu.* 2. *vol.* 1. *Ioan. Cephal. in cons.* 191. *num.* 49. *vol.* 5. *Hyppolit. Riminald. in cons.* 48. *nu.* 13. *vol.* 1. *Sequitur Ioan. Botta in cons.* 101. *num.* 31. 32. *vol.* 1. *Iosephus Cumia in Ritibus Siciliæ. cap.* 42. *nu.* 43. *Riminald. Senior. in cons.* 357. *num.* 9. *vol.* 2. *in cons.* 497. *num.* 5. *vol.* 3. *ante eos Oldrad. in cons.* 106. *incip. quod litera. sub. num.* 5. *Surdus. in cons.* 252. *nu.* 9. *uol.* 2. *Ioseph. Ludouic. in decis. Lucensi.* 24. *num.* 1. 2. 3. *Afflict. in decis. Neapol.* 52. *nu.* 2. *Thom. Truisan. in decis. Venet.* 2. *num.* 1 *lib.* 1.

108 Declaranda est præfata † conclusio, quod quando exceptio requirit altiorem indaginem, & habet maiorem difficultatem, & opponeretur in iudicio Summario, puta possessorio, vel simili, tũc reseruanda est vt maturius, & lucidius cognoscatur in ordinario, aut petitorio iudicio, dicit hoc in textu incauillabili Vlpianus *in l.* 3. *§. ibidem. ff. ad exhibẽdum.* Ibi: & si qua tam euidens sit, vt facile repellat agẽ-

109 tem, † debere possessorem absolui? Sin obscurior, vel quæ habeat altiorem quæstionem, differendam in directum iudicium re exhiberi iussa, quẽ textum ad hunc finem annotarunt prius *Cyn. in l. præscriptione mendaciorum. C. si contra ius, vel utilit public. quem sequitur Bald. in l. nam, & postea. ff. de iureiur. Bartol. Angel. Raph. Comens. & Ioan. de Imol. in l.* 4. *§. condemnatum. ff. de re iudicat. Angel. Gambilion. in cons.* 122. *nu.* 1. *vol.* 1. *vbi allegat text. in dicto. §. ibidem. Riminald. Senior in dicto cons.* 357. *num.* 9. *vol.* 2. *& in cons.* 497. *num.* 5. *vol.* 3. *Marc. Anton. Peregrin. in cons.* 41. *num.* 25. *vol.* 3. *Anton. Capici. in decis. Neapolita.* 10. *num.* 18. 19. *Matth. de Afflict. in decis. Neapolitan.* 14. *sub num.* 4. *Bernardin. Alfun. in Collectan. iuris ciuilis.* 345. *Iacob. Menoch.*

de

de arbitr. iud. quæstion. lib. 2. Centur. 2. casu. 167. nu. 22. Ioan. Sainxon. in consuetud. Turonens. tit. de Retraict. artic. 26. vers. Tertia conclusio. Barthol. Socin. in cons. 59 nu. 4. uers. quo uero ad secundum. uol. 3. Io. Baptista Laderch. in cõs. 133. nu. 16. & 17. uol. 1.

110 Declaranda est secundo loco, † quando dicatur exceptio requirens altiorem indaginem, quod illa dicitur, quæ non potest in continenti probari. *Carol. Ruin. in cons. 131. nu. 13. vol. 4. Deci. in cons. 467. num. 5. Marc. Anton. Natta. in cons. 119. nu. 14. Crauett. in cons. 217. nu. 7. Afflict. in decis. Neap. 403. num. 17.*

111 Declaranda est tertio dicta † conclusio, quod tunc dicatur exceptio requirens altiorem indaginem, quando non potest breui liquidari, & hæc videtur eadem, cum declaratione proxime dicta, de qua *Bartol. Alexand. & alii. in dicta l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & Bald. in dicta l. nam & postea. ff. de iureiur. Rob. Marant. in Specul. Aur. par. 6. membro. 9. num. 16. quos sequitur. Surd. in consil. 257. nu. 10. vol. 2. Quibus concinit Matth. de Afflict. in dicta decision. Neapolitan. 52. in fin.* dum dicit, quod quan

112 do † est liquida exceptio, tunc dicitur non habere altiorem indaginem, quem referens sequitur *Triuisan. in decision. Veneta. 2. num. 2. lib. 1. alios allegans.*

Declaranda est quarto, quod dicatur exceptio-

113 nem requirere altiorem indaginem, † quando continet dubiam iuris altercationem quod dubij iuris altercatio, facti errori æquiparetur, *vt ex Ant. Capicio. in dicta decision. Neapolitan. 10. num. 20. voluit Ioan. Petrus Surd. in dicto consil. 252. sub num. 11. vol. 2.* Nam de iure dubietas, & error æquiparantur. *l. fin. C. de condit. indebi.* Marius Anguissol. in

114 *Cons. 69. num. 15. quem refert, & sequitur † perspicacissimi ingenii I.C. D. Ioan. Baptist. Costa de facti scient. & ignorant. inspection. 67. num. 5.* Et *huic declarationi alludit Barth. Socin. in dicto. consil. 59 sub num. 6. vers. Nec etiam in iure. vol. 3.* dũ dicit, quod

115 † dicitur altiorem indaginem requirere, quando in illius cognitione subtilitas verteretur.

Declaranda est quinto, appellari altiorem inda-

116 ginem exceptionem continere, quando † continere posset longam discussionem, in facto consistentem ita allegãdo *Socin. in cons. 59. nu. 2. vol. 2. quem non inueni in meo libro. scribit Surdus in consil. 99.*

117 *num. 10. vol. 1.* Et hoc non continet † ambiguitatem, quia facta non præsumuntur, nisi probentur, *Vulg. l in bello. §. facta. ff. de capti. & postlimi. reuers.* Vnde si esset exceptio facti indigente probatione, palam est, quod causam protelaret. Est tamen *cons. Socin. 59. vol. 3.* quod parum facit ad hoc.

118 Declaranda est sexto, † quod an exceptio altiorem indaginem exigat, id iudicis arbitrio remittatur, *vt post Ludouic. Roman. Crauett. Socin. Senior. Neuiz. & Tiraquell. dicit Iacob. Menoch. de Arbitr. iudic. q. lib. 2. centur. 1. casu. 20. nu. 3.* Sed animaduerto, quod Ludouicus Romanus *in cons. 244. in*

119 *fin. dicit,* quod † ipse remittit causam iudicis arbitrio. *Bartholom. Socin. in consil. 59. num. 3. 4. vol. 3. dicit,* iudicis arbitrio remitti cognitionem, an exceptio requirat altiorem indaginem, & allegat *l. rescripto. ff. vt in possess. legat.* In quo titulo nulla ad est lex huius principij, sed bene dicendum est, probari, *in l. si is a quo. in illo titul. quam allegat. Ludouic. Roman. in cons. 244. in fin. Socin. voluit allegare, prout credo allegasse dictam l. si is a quo. & c. literas. §. rescripto. de restit. spol.* Et iura, quæ allegant supra dicti non probant hoc dictum, sed tantum tractant,

120 † de exceptione, de qua in cõtinenti offertur probatio (de qua statim dicam) & illam dilationem ad finem in continenti probandi dicunt arbitrio iudicis remitti, quod est longe diuersum, vt postmodum dicam.

Declaranda est septimo, non dici exceptionem

121 requirentem altiorem indaginem † quæ offertur statim probari, puta, vt habetur *in dicto c. literas. & in dicta l. si is, a quo* ibi, hodie constat, hc die agamus, & quod similis exceptio, quæ in continenti offerretur probari, non diceretur altioris indaginis,

122 nec † reijceretur. *notatur in dicto c. literas. & voluit Panor. in c. sciscitata. nu. 7. de restit. in integr. & in consil. 64. col. 4. uers. in contrarium facit vol. 1. Deci. in c. an sit. de appell. & dixi supra hoc eodem titul. vers. exceptiones, quæ in continenti. nu. 49. cum seq. Ludo. Roman. in dicto consil. 244. nu. 6.*

123 Subintellige primo vltra ea, quæ dixi, † supra hoc eodem titulo, *versiculo, declarandum est tamen num....* probari in continenti exceptionem, remittique vt supra tactum est, iudicis arbitrio, *vt per Menoch. casu. 17. nu. 8. Francisc. Viui in decis. 107. num. 15. Borgnin. Caualcan. in decis. Fiuizan. 28. nu. 26 parte. 2. Fab. Turrett. in consil. 49. nu. 47 vol. 2. Cæsar Contard. in Rep. l. fin. limit. 12. num. 6. 7. Barnabas Cornaz. in decis. Lucens. 117. num. 22.*

Subintellige secundo secundum alios, dici in cõ

124 tinenti probari exceptionem quæ ex publico † instrumento probatur, *Petr. de Benintend. in decis. Bononiens. 77. num. 16. Menoch. in dicto casu. 17. in fin. Borgnin. Caualcan. in decis. 28. num. 40. par. 2. Francisc. Milanens. in decis. Sicil. 8. num. 21. lib. 2.*

Subintellige tertio, secundum opinionem ali-

125 quorũ, dici probari in continenti, quando † exceptio probaretur infra triduũ. *l. fin. §. vnico vbi Bald. num. 1. C. de iudic. l. fin. C. de error. Aduocat. & idem Bald. in l. petens. num. 14. C. de pact. Ioan de Amic. in in consil. 49. num. 3. Simon de Pretis in consil. 151 nu. 69. vol. 1. Francisc. Viui. in decision. alleg. 107. nu. 1. Thomas Triuisan. in decision. Veneta. 2. num. 4. lib. 1. & multi alij, quos allegat Carol. de Grassis. in tract. exceptionum except. 7 per totam. adde Riminald. Seniorem in consil. 497. sub nun. 5. vol. 3*

Subintellige quarto secũdum aliquos, exceptio-

126 nem probari dici in continenti, † si appareat exactis, & processu, vt ex theorica Ripæ, *in dicta l. 4. §. condemnatum. sub num. 15. Nicol. Anton. Grauat. ad Octauian. Vestr. in pract. lib. 8. cap. 1. num. 28. Ioseph. Lud. in decision. Lucens. 24. num. 2. 3. cum nonnullis alijs, quos allegat, & sequitur Ioan. Bota in cõsil. 102. num. 30. 31. vol. 1.*

127 Sub-

127 Subintellige quinto, † exceptionem tunc dici in continenti probari, quando ſine aliquo termino in promptu probatur, *vt poſt Felin. & Franciſc. Aretin. in c. veniens. el 2. de teſtib. voluit Riminald. Senior in conſ. 497. ſub nu. 5. vol. 3.*

Pacti legis commiſſoriæ exceptio oppoſita, ſi
128 non admittitur actus nullitatis inducitur *Franc. Marcus in deciſion. Delphina. 56. nu. octauo & nono. vol. 1.*

129 Obiectus exceptionem reus, & † beneficij poſſeſſor etiam intruſus poteſt contra actorem opponere, & illud excludere. *Rota in Antiquis in deciſ. 419. incip. Nota an reus in ius. In Nouis in deciſ. 160. incip. Reus & poſſeſſor.*

130 Amplia, quod obiectus, † qui dati non fuerunt in prima inſtantia, poſſunt dari in cauſa appellationis in ſecunda inſtantia *Rota in Antiq. in deciſ. 164. incip. Nota quod in articulis. in deciſ. 420. incip. Nota an ille reus. in deciſ. 421. incip. Nota quid ſi in prima inſtãtia. in deci. 427. incip. Not. quid ſi in prima.*

131 Limita tamen primam † concluſionem, quod ſi alius eſt ſubrogatus in beneficio per ordinarium, il ludque eſt litigioſum in Curia, obiectus de iure ter tij dare non poteſt. *Rota in Antiquis in deciſ. 433. in cip. Nota numquid.*

132 Declara quod obiectiones † in materia, & in ma teria illarum exceptiones debent habere locum, no mẽ, annum, mẽſem, & alia, de quibus *in l. libellorũ.* Dies vero, & hora, neceſſarij non ſunt, niſi eſſet, de
133 ſubſtantia materiæ † in articulis deductæ. *Rota in deciſion. 255. incip. licet in materia.*

134 Incapacitatis iudicij exceptio, † reddit iudicium retro nullum. *Angel. & Alexand. in l. ſeruus. C. de iudic. Franciſc. Marc. in deciſ. Delph. 374. nu. 3. vol. 1.*

135 Incertitudinis libelli exceptio, † ab exordio, & principio litis debet opponi, & impedit litis conteſtationem, *l. final C. de Annal. except. l. ſi in rem. vbi gloſſ. & Bartol. ff. de rei vendic. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin. 166. nu. 4. vol. 1. Sed vide plene quæ dico in titul. de libelli oblatione. verſicul. libellus generalis, & incertus. nu. 65. vſque ad nu. 78. tomo. 2. Idem Marcus in deciſ. 720. nu. 1. vol. 1.*

136 Declara ſupradictam † concluſionem in cauſis ſummarijs non procedere, nec libelli incerti exceptionem opponi poſſe, *vt poſt Bartol. in extrauag. ad reprimendum. in verb. Figura. voluit Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin. 720. nu. 8. vol. 1.*

137 Inuentarij exceptio, puta ego † ſum intra tempo ra conficiendi inuentarium poteſt opponi, & impe dit litis conteſtationem. *l. ſcimus. §. donec. C. de iure delib. Cappella Tholoſ. in deciſ. 257. incip. Item an illa exceptio. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 53. in princip. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 313. in fin. vol. 1.* Sed de hac materia fuſe dicendum, *DEO volente*, in titulo de inuentario, *Idem Boer. in deciſ. 10. num. 3. Petr. Duennas in regul. 267. nu. 1. Surdus de Aliment. tit. 8. priuileg. 11. nu. 2.*

Illiquidi inſtrumenti, ſiue contractus exceptio
138 contra inſtrumentum guarẽtigiatum, ſiue † illius executionem opponi poteſt. *Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 395. nu. 2. vol. 1. ante eum Bald. in l. ſi cauſam. col. fin. C. de exeq. rei iudic. Hyppolit. de Marſil. in Singul. 168. Marian. Senior. in conſil. 51. nu. 5. vol. 1. Anton. de Canar. in tract. de exequut. inſtru. q. 14. num. 33. Cumia in ritibus Siciliæ cap. 24. num. 18. ante eos Alexan. in conſ. 25. incip. viſo inſtrumento. col. 3. verſ. iſtis ergo. & in conſ. 188. viſo proceſſu agitato. col. 1. verſic. venio vol. 2. Robert. Maranta in Specul. Aur. actu. 8. numero ſecundo. Carauita. in ritu. 165. dixi de Compromiſſ. §. 2. gloſſ. 1. numero. 156. & 152.*

139 Excuſſionis, ſiue diſcuſſionis exceptio † eſt dilatoria, & ideo ante litem conteſtatam eſt opponenda. *l. exceptiones. C. de probat. Alex. in conſil. 31. num. 34. vol. 4. in conſil. 29. vol. 7. Riminald. Senior in conſil. 155. nu. 3. vol. 1. in conſil. 600. num. 19. vol. 3. Anton. Neguſ. in pract. de pignorib. & hypoth. parte 8. Membr. 1. nu. 36. 37. Aym. Crauett. in conſil. 67. nu. 17. Roland. a Vall. in conſil. 79. num. 4. vol. 1. Hieronym. Gabriel. in conſ. 115. nu. 4. vol 1. Anton. Gabriel. com. opinio. titul. de fideiuſſ. concluſ. 1. num. 56. Cardinal. Paris. in conſil. 103. numero 7. volum. 3. Carol. Ruin. in conſil. 19. num. 17. volum. 4. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 221. nu. 16. Franciſc. Milanens. in deciſ. Siciliæ. 5. num. 59. l b. 1. Cappell. Tholoſ. in deciſ. 81. incip. Item ſi prius. & in deciſion. 130. Item fuit quæſitum quidam. Surd. in deci. Mantuan. 44. nu. 20. Marc. Anton. Bellon. in deciſ. Genuæ. 78. nu. 3. 4. Hierony. Mag. in deciſ. Florentin. 38. num. 6. Duplicata in deciſ. 45. nu. 6. Cæſar. Barzius in deciſ. Bononienſ. 20. num. 23. 24.* Recipit iſta concluſio aliquas declarationes, de quibus dicetur, *Deo auſpice*, in titulo de excuſſione vel in titulo de fideiuſſoribus.

140 Solutionis exceptionem † quandocunque opponi poſſe ſcribit *Paul. de Caſtr. in conſil. 257. vol. 2.* Vbi dicit, temerarios eſſe iudices, qui aduerſus imminentem exequutionem exceptionem ſolutionis non admittunt. *Auguſtin. Berous in conſ. 189. nu. 12. vol. 3. quos refert, & ſequitur Hierony. Magon. in deciſ. Florentin. 94. num. 9. 10. Franciſc. Milanenſ. in deciſ. Sicil. 14. nu. 12. 13. lib. 2.* Vbi dicit, quod ſolu-
141 tionis † exceptio non dicitur exceptio, ſed factum perimens obligationem. Multa ad hanc exceptionem ſcribit Carolus de Graſſis, *de excptionibus, exe cept. 25. per totam.* Et dicendum eſt, *ſi DEVS voluerit*, in titulo de ſolutionibus. Quanquam *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 52. dixerit*, in Sacro Regio Conſilio fuiſſe reſeruatam ad merita cauſæ.

142 Litis pendentiæ † exceptio nõ impedit executio nem inſtrumenti publici habentis exequutionem paratam, ex dictis per Auguſtinum Beroum *in cõſ. 75. nu. 2. vol. 3.* dum dicit, non poſſe impediri execu
143 tionem inſtrumenti habentis † exequutionem paratam, intuitu, quod coram epiſcopo pendeat lis ſuper eodem inſtrumento, vt declaretur vſurariũ, *tenuit Bened. Barzi. de inſtr. Guarentig. parte 3. q. 7. Thom. Falſtol. in deciſ. Dubitat. 39. Plene Robert. Lancellott. in tract. de attent. parte 2. cap. 20. in præfat. q. 5. numero. 79. quos Nouiſſime ſequitur Flamin. Chartar. in deciſ. Genuæ. 2. numero. 9. & faciunt aliæ*

quæ narrat idem Chartar. in deciſ.44. per totam. de qua materia dicendum eſt ſi DEO placuerit, *in tit. Vt lite pendente.*

144 Iterum quo ad exceptionem † peremptoriam, dicendum eſt, poſſe etiam poſt ſententiam opponi, dummodo agatur prima actione, nec etiam actione in factum ex ipſa ſententia, ſed dicta exceptio habet corporatam cognitionem a ſententia, ſiue ab eo, quod fuit iudicatum, *vt ex gloſſ. Magna. in l. duobus. ff. de except. rei iud. & ex Bald. in l. 1. C. de iuris, & facti ignorant. voluit Iafred. Lanfranc. Balbus in deciſ. 13. incip. Exceptio peremptoria.*

145 Alius caſus eſt in muliere † allegante beneficiũ Velleiani, quia poſt ſententiam, & exequutionem ſententiæ poteſt allegari. *arg. text. & gloſſæ notabilis. in l. tamen ſi. ff. ad Maced. voluit cum alijs ſubtiliſs. I.C. D. Garſias Maſtrill. in deciſion. Siciliæ. 51. num. 1.*

146 Dilatoria autem exceptio, † quando nouiter eſt nota, opponi poterit poſt litem conteſtatam, niſi appareat de negligentia ex qua illam non propoſuit ante litem conteſtatam. *Doctor. in c. Paſtoralis. de except. Angel. in l. qui procuratorem dat. in l. Pomponius. §. rati. ff. de procur. & ex aliis voluit idem Iafred. Lanfranc. Balbus in deciſ. 40. incip. exceptio dilatoria.*

147 Citatus coram iudice † incompetenti, etiam ſi contumax eſſet, poſſet declinatorias exceptiones allegare. *Petr. Rebuffi ad Conſt. Galliæ Tomo 3. titul. de contumacia. artic. 8. gl. 1. nu. 9.*

148 Excuſſionis exceptio, quanquam ſit de † apicibus iuris, tamen coram arbitris poteſt tractari, & opponi, *multos allegans Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedem. 2. num. 7. 11.*

149 Rei iudicatæ exceptio † erit fuſius tractanda in titul. de ſentent. & re iudicata, interim cui placuerit aliqua videre, adeat pro materia *Cardinal. Pariſium in conſil. 30. num. 34. vol. 4. Aymon. Crauettam in conſil. 79. nu. 1. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin. 429. num. 16. in deciſ. 519. num. 1. in deciſ. 1160. vol. 1. Hermann. Vulteium Iuriſprudentiæ Romanor. lib. 2. cap. 24. in princ. Cardinal. Palcottum in deciſ. Nouiſſim. Roman. 370. nu. 1. 2. lib. 3. vol. 3. Hierony. Magonium in deciſ. Florentin. 78. nu. 1. Marcum Anton. Bellonum in deciſ. Genuenſi. 13. nu. 4.*

150 Dolo facis exceptio non admittitur † contra agẽtem interdicto retinendæ nec exceptio dominij, contra dicentem ſe turbatum. *Gloſſ. in l. ſi de eo. §. fin. ff. de acquir. poſſ. Dyn. in c. dolo. & in cap. Qui ad agendum. de regul. iur. in 6. Bartol. & alij in l. Naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acquir. poſſ. vide Iafred. Lanfranc. Balb. in deciſ. 75. incip. Exceptio.* Sed de exceptione Dominij dicendum erit, *DEO iuuante*, in titulo de cauſa poſſeſſionis & proprietatis, ſiue de petitorio, & poſſeſſorio.

151 Eadem exceptio dolo facis † admitti poteſt contra agentem pro recuperanda poſſeſſione ex remedio. *l. fin. C. de acquir. poſſ. vt voluit Lauren. Calcan. in conſil. 29. num. 10.* Sed contrarium tenet. *Iacob. Menoch. in tract. de recuper. poſſeſſion. remed. 14. nu. 16.* De quo conuenientius dicendum eſt in dicto titulo de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.

152 Solutionis exceptio etiam † in actu exequutionis opponi poteſt. *Paul. de Caſtro in conſil. 257. volum. 2. Auguſtin. Berous in conſil. 189. numero 12. volum. tertio. Hierony. Magon. in deciſ. Florentin. 94. numero 8. Stephan. Gratian. in deciſion. Marchiæ. 18. numero. 7. De cuius concluſionis intellectu dicendum eſt in titul. de ſolutionibus, DEO duce.*

153 Contumax opponere non † poteſt exceptiones dilatorias, vt ex pluribus dicit Matthias Colerus *in deciſion. German. 108. numero. 71. & dixi ſupra in titul. de contumacia numero. 162. hoc eodem volum. primo.*

154 Secus autem † in exceptione de dilatoria, poteſt enim illam contumax opponere, & allegare, *vt ſcribit Petrus Rebuff. ad Conſt. Galliæ, tomo tertio. titul. de contumacia. articul. octauo. gloſſ prima, numero nono.*

155 Perpetuæ ſui natura regulariter † ſunt exceptiones. *l. pure. §. fin. ff. de doli except. Andr. Tiraquell. de retractu conuentional. §. 1. gloſ. 2. nume. 29. quem ſequitur & refert Ioan. Pet. Surdus in deciſion. Mantuan. 277. numero. vigeſimo ſeptimo. Herman. Vulteius iuriſprudent. Roman. lib. 2. c. 24. verſ. Perpetuæ ſunt.*

156 Hinc inferunt quod † præſcriptio nõ tollit exceptiones, ſed tantum actiones, *vt poſt Riminald. Senior. in conſil. 463. num. 80. vol. 4. Iacob. Menochium in conſil. 60. numero quinquageſimo ſecundo. volum. primo. & Tiber. Decian. in conſil. decimo tertio. numero quadrageſimo octauo. volum. ſecundo. voluit Idem Surdus in dicta deciſion. Mantuæ. 277. numero decimo octauo.*

157 Super exceptionibus † dilatoriis debet ſtatim prouideri, *Petr. Rebuff. in Conſt. Galliæ Tomo primo, titul. de liter. obligator. in Proœm. gloſ. 5. num. 103. verſ. Non ſcribam. Niſi requireret probationem facti vt ibidem.*

158 Hæredes debitoris, qui tenentur † ad realem ſolutionem debiti, in ſuis exceptionibus oppoſitis nõ audiuntur, niſi facto prius pecuniarum debitarum depoſito. *Ant. Gamma in deciſ. Luſitaniæ. 369. per totam.*

159 Ignorantiæ exceptio, vt opponi † poſſit, probabilis, & excuſabilis eſſe debet, *vt ex Bald. in l. 1. C. ad Macedon. voluit, & ex eo ſcribit Notabiliter Aldobrand. in deciſ. Nouiſſi. Rom. 218. nu. 1. par. 1. vol. 1.*

160 Compenſatio non eſt exceptio, quia † qui opponit compenſationem, fatetur debitum. *Bartol. & Bald. in l. Iulianus. ff. de condit. & demonſtr. Bald. in l. cum Papinianus. numero. 8. C. de ſent. Franciſc. Aretin. in l. decem. colum. pen. verſic. Et ad materiam. ff. de verb. oblig. Marc. Anton. Natta in conſil. 134. num. ſexto. volum. 1. Quos ſequitur Ioan. Petrus Surdus in deciſion. Mantuæ. vigeſima quarta. nu. 6. 7.*

161 Tamen de exceptione † compenſationis, ſcribit *Matth. de Afflict. in deciſion. Neapolitan. 381. num. 1. Franciſc. Milanens. in deciſ. Siciliæ. 14. nu. 18. lib. 2.*

Fla-

Flamin. Chartar. in deciſion. Genuæ. 62. per totam. Peregrin. Fabius in deciſion. Nouiſſim. Roman. 253. numero tertio, & quarto. lib. ſecundo, volum. tertio. Cardinal. Paleott. in deciſion. Nouiſſim. Roman. 708. numero, tertio. eodem volum. tertio. Chriſtophor. Robuſter. in deciſion. Nouiſſim. Roman. 627. numero, tertio. volum. primo. & latius, D E O volente, *dicendum erit in titul. de compenſat.*

162 Hoſticam exceptionem † vſualem habemus in Regno, quando aliquis eſt ſubmonitus ex parte Regis, vt accedat ad pugnandum contra hoſtes ex parte Regis, nam ſi contingat, quod interim ab aliquo conueniatur in cauſa ciuili, vel criminali, quindecim dierum ſpacium datur ad eundum ad exercitum, & quindecim alios habet poſtquam reuerſus fuerit, & eſt immunis pro toto illo tempore quo manet in bello. Sed ſi fuerit miles voluntarius, qui

163 ſua ſponte ad bellum † acceſſerit, non gaudet niſi toto illlo tempore, quo in expeditione vacauerit. Hæc omnia habentur. *in Conſtitut. Regni. Hoſtici. vbi Andr. de Iſern. & Matth. de Afflict. & voluit Robert. Maranta in Specul. Aureo. parte prima. Membro. 9. numero decimo octauo. Ioan. Vincent. de Anna in Allegation. 75. per totam.*

164 Replicatio nil aliud eſt niſi exceptio, † *l. ſecunda. §. replicationes. ff. de exceptionib* Quinimmo exceptionis exceptio, diciturque duplicatio, Triplicatio, quadruplicatio, & deinceps. *l. in exceptionibus. C. de except. Hermannus Vulteius iuriſprudentiæ Romanor. libr. ſecundo. capitul. vigeſimo quarto. in fin. verſicul. exceptioni ab actore. Franciſc. Cantuccius in deciſion. Nouiſſim. Roman. 131. numero vigeſimo tertio. in deciſion. 132. numero vigeſimo quinto, parte ſecunda volum. ſecundo. plene Angel. in §. primo. Inſtit. de replicationib. & Iodocus Damhouder. in Praxi rerum ciuil. cap. 142. per totum.*

165 Nec excuſator, nec procurator † admittitur in exceptione voluntaria, *vt poſt Bartol. in l. penult. §. ob crimen. ff. de public. iudic. Voluit Marcell. Cardinal. Creſcentius in deciſion. ſecunda. numero ſeptimo. titul de dolo, & contumac. quæ fuit Deciſio contra Henricum Octauum Regem Angliæ.*

Veniæ non petitæ exceptio, in prima replicatione, & primo actu eſt opponenda, alias iudicium

166 † currit, & opponi amplius non poteſt. *Bartol. in l. quamuis. ff. de in ius vocand. & allegando Angel. Alex. Dectum. Curt. Iuniorem Purpuratum & Goueanum. voluit Octauian. Cacheran. in deciſion. Pedemon. 30. numero 21. Deci. in conſil. 317. nu. 6. Guid. Papæ in deciſ. Delphinal. 221. ſub num. 4. & in conſil. 24. nu. 5. Ego dixi in conſil. 16. numero. 26. 27. Centur. 2.*

167 Præuentionis exceptionem contumax † non poteſt opponere. *Dixi ſupra in tit. de contumacia. nu. 71. hoc eodem tomo. I.*

ARGVMENTVM.

Quando reus ad iudicium vocatus ſui copiam fecerit, proximum eſt, vt in illo actor deſiderium petitionis ſuæ ſine perplexis ambigibus, & ambiguitatibus proponat, ne iudex libello incerto, generali, obſcuro, & alternatiuo dubius reddatur, neque vacillet, & quo reus, vtrum cedendum, vel litigandum ſibi vtilius ſit, primo ſtatim intuitu colligere poſſit. In omnibus igitur cauſis, de quibus iudicij fundamentum conſtituitur, ſiue inter aliquos lis oritur, tam ciuilibus, quam criminalibus, tam eccleſiaſticis, quam ſæcularibus, tam petitorijs, quam poſſeſſorijs, requiritur libellus, non tamẽ ſem per in cauſis ſummariis, & executionibus producitur, cum in illis qualiſcunq, petitio etiam ſine ſcriptura ſufficiat, quemadmodum etiam cum per modum inquiſitionis proceditur. Quinque autem ſubſtantialia requiſita continere debet, vt nomina Actoris, Rei, & Iudicis, ſiue ordinarius, ſiue delegatus fuerit, & rem, quæ petitur, cum ſuis circumſtantijs deſcriptam, tandemque concluſionem eius, quod petitur, in qua præcipua libelli forma & ſolennitas elucet. Offertur coram iudice quouis tempore, etiam die feriato in honorem D E I, & ſi ineptus fuerit iudex illum non admittere, ſed dentibus potius lacerare debet, quæ ineptitudo licet ex varijs defectuũ generibus gigni, & proceſſum ſuſpendere, atque nullitates inducere ſoleat, in cauſis tamen ſummarijs, vbi libellus non exigeretur quandoque parte non opponente toleratur, & ſi cum aptitudine concurrit, ex illa ſuſtinetur, & illius verba in fauorem libellantis latiſſime interpretantur. Eo igitur oblato viginti dierum inducię reo ad reſpondendum, & exceptiones ſibi competentes obijciendas de iure communi indulgẽtur. Quod ſi forte placuerit actori aliquid in libello addere, vel diminuere, vel immutare,

id fieri debeat ante litis contestationem & si cõtingat circa substantialia, nouum produci libellum dicitur, nec vltra petita iudici aliquem condemnare licitum erit.

SVMMARIVM.

1 *Libelli diffinitio.*
2 *Libellus quinque substantialia continere debet, quæ sint.*
3 *Narratio, & conclusio in libello requiruntur.*
4 *Libellus criminalis, an conclusionem continere debeat num.5.6.*
5 *Causæ criminales per accusationem, iudicis officio expediuntur.*
7 *Libellus criminalis, an locum, diem, mẽsem, annum. & inscriptionem continere debeant. num.8.9. 20. 21.*
9 *Locus in libello criminali accusatorio, an requiratur nu.10.11 12.13.14.15.*
10 *Fiscus locum delicti, an designare debeat, & an per confines. nu.11.12.13.14.18.*
15 *Locus in libello hæresis, an requiratur. nu.16 17.*
19 *Tempus, siue dies delicti, an necessarius sit. nu.20. 21.22.23.24.25.26.27.*
20 *Annus, & mensis in libello delicti, an requirantur. num.21.22.23.24.*
28 *Consulis nomen in libello, an exigatur. Pontificis nomen in ecclesiastico statu in libello ponendum.*
29 *Nomen Imperatoris loco consulis ponitur.*
30 *Solẽnitas l. libellorum. ff. de accus. an seruetur in Regno Neapolitano, præsertim ex dispositione. cap. Reginæ Isabellæ incip. Isabella. num.31.32.*
33 *Libellus in ciuilibus an sit inscriptis offerendus? quid in causis minimis, & modicæ quantitatis. num.34.35.36.37.*
38 *Libelli loco, vbi sunt causæ summariæ est supplicatio Principi oblata.*
39 *Citatio cum inserta causa delegationis, est libelli loco.*
40 *Articuli sunt loco libelli in causis summarijs, a quibus potest causa incipere.*
41 *Libellus ineptus pluribus modis dicitur, si continet defectum apparentem.*
42 *Cum petitur debitum conditionale.*
43 *Si causa est ordinaria & pars petit summarie.*
44 *Quando non apte. sed male concludit.*
45 *Qui continet malam, & ineptam causam.*
46 *Libellus inæptus non valet.*
47 *Libellum ineptum iudex admittere non debet, sed lacerare. num.48.*
49 *Iudex reiecto libello inepto, potest producenti iniungere vt clarum, & concludentem producat.*
50 *Ex libello inepto omnia acta subsequentia corruunt & nulla sunt.*
51 *Ex processu nullo, ob libelli ineptitudinem princeps iudicare potest.*
52 *In principis consistorio, & consilio si de veritate constat, libelli ineptitudo non attenditur, sic in Camera Imperiali, sic in Senatu Burdegalensi.*
53 *Libellus ineptus in causis summarijs, in quibus libellus non exigeretur, iudicium non vitiat.*
54 *An in Regno Neapolitano, in quo causæ ciuiles sunt summariæ, ineptus libellus iudicium annullet. num.55.*
56 *Ex libello inepto iudex absoluere potest a iudicii obseruatione, & ad expensas condemnat.*
57 *Sententia absolutoria ab obseruatione iudicii, dicitur interloquutoria.*
58 *Libellus ineptus cum producitur, statim iudex non potest vlterius procedere.*
59 *Libellus admittitur, quando sit aptus, vel ineptus.*
60 *Libelli ineptitudo potest etiam post sententiam allegari.*
61 *Libelli ineptitudo an debeat opponi ante litem contestatam.*
62 *Iudex si constet de iure actoris, libello inepto non obstante, iudicare poterit.*
63 *Libellus ineptus admittitur, parte non opponente. Declara num.64.*
65 *Libellus debet esse clarus, non generalis, & incertus.*
66 *Libellus generalis, & incertus declaratur per libellantem, non per hæredes.*
67 *Libellus generalis, & incertus in causis ciuilibus, parte non opponẽte, admittitur. Quid in causis summariis. num.68.*
69 *Libellus incertus ex causa rei admittitur.*
70 *Libellus incertus admittitur in causis summarijs, quando deductum est omne ius competens.*
71 *Libellus generalis, & incertus, ex clausula ius, & iustitiam ministrari, admittitur.*
72 *Libellus generalis in causa petitionis hæreditatis admittitur. Declara nu.73.74.*
75 *Libellus generalis, & incertus admittitur in petitione fructuum, vsurarum, damnorum, & expensarum & interesse.*
76 *Libellus incertus ob probabile dubium admittitur.*
77 *Libellus incertus dicitur, dum petitur certa quantitas, sed dicitur, vel circa.*
78 *Libellus alternatiuus, an admittatur? & quando, & quibus casibus? num.79.80.81.82.83.84.85. 86.90.*
87 *Libellus in citatione l.2. C. de rescind. vend. an fiat alternatiuus. nu.88.89.*
89 *Quo ad libellum alternatiuum, quomodo, Imperialis Camera obseruat.*
90 *Libellus obscurus, quinque modis dicitur.*
91 *Libellus obscurus, quando possit declarari.*
92 *Ex declaratione libelli obscuri, nihil noui inducitur.*
93 *Mutans libellum, an dicatur nouum libellum facere.*
94 *Libello, quando liceat ante, vel post litem contestatam*

tam addere, vel minuere. numer. 96. 97. 98. 99. 100.

95 Libelli emendatio an fiat ante, vel post litem contestatam. num. 96. 97. 98. 99. 100.

99 Actionem mutare an liceat.

101 Libelli cumulatio, quando fiat. num. 102.

103 Libellus in delictis post litem contestatam declarari potest.

105 Libellū copia cum inducijs ad deliberandi sumptibus actoris, reo edi debet.

106 Alimentorum in causa an requiratur libellus. nu. 107. 108. 109.

110 Libellus non requiritur, quando procedit via exequutiua.

111 Nec requiritur in causa exequutiua vigore rei iudicatæ. nu. 112.

113 Nec requiritur in causa depositi.

114 Nec in causa reuocationis attentatorum.

115 Nec dum intentatur actio in factum.

116 Octoginta casus, in quibus libellus non exigitur, remissiue.

117 Libellus certus, & clarus requiritur in actione ciuiliter intentata.

118 Libellus ciuilis infamiam continens, tempus continere debet.

119 Libellus, siue qualis qualis petitio exigitur in possessoriis, & interdictis omnibus. num. 120. Declara. num. 121. 122.

122 Contradictor legitimus, quis dicatur in possessorijs.

123 In causa criminali etiam ciuiliter intentata, citatus personaliter, comparendo, respondere cogitur.

124 Libelli vim obtinet instrumenti liquidi præsentatio.

125 Libellus requiritur in petenda in integrum restitutione. Declara. nu. 126.

127 Libello conformis esse debet sententia, quia fatuus est iudex, qui condemnat vltra petita. num 130.

128 Iudex, quando vltra petita condemnare possit. nu. 129.

131 Libellum, & citationem iudex ecclesiasticus in citatione inserere debet.

132 Libellus obiectiuus, an continere debeat specificationem nominis, loci, mensis, anni & solennitates. l. libellorum. ff. de accus.

133 Libellus contra plures in solidum obligatos concludere debet, quod vno soluente alii sint liberati. Declara. num. 134.

135 In libello vnde vi, an teneatur libellans specificare vel quid requiratur? num. 136. 137.

137 Interdictum vnde vi, etiam pro rebus mobilibus ablatis conceditur.

138 Libellus in materia. l. si quis in tantam. C. vnde vi. quomodo formetur.

139 L. si quis in tantam. C. vnd. vi. in Regno Neapolitano sublata per alia iura. num. 140. 141.

140 Const. violentias. const. circa. violentiarum. Federici 2. Imperatoris. & cap. subditorum. cap. de violentiis. Caroli Primi Regis. loquuntur de vi illata in rebus immobilibus, & aliqua ipsorum iurium, in rebus mobilibus num. 141.

141 In causis violentiarum, qualis libellus in Regno requiratur.

142 Libellus in quo dicitur, rem ad me pertinuisse sustinetur.

143 Libellum omitti posse, saltem tacita partium voluntate, vide, & declara num. 144.

145 Libellus coram iudice produci potest die feriato in honorem D E I. Declara num. 146. 147. 148. 149.

150 Libelli verba latissime in fauorem libellantis interpretantur.

151 Libellum cum remedijs contrarijs deducens omne ius sibi competens, vti potest illo remedio, quod sibi placuerit.

152 Libellus formatus ex pluribus capitibus, potest sustineri ex vno capite valido.

153 Sufficit in libello narrasse factum ex cuius narratione dolus arguatur, licet dolus non specificetur.

254 Ad respondendum libello dantur iure communi reo viginti dierum inducię.

155 Formatus bene dicitur libellus, quando & continet, quæ si probata forent, libellans obtineret.

156 Libellus, quo petitur plures in solidum obligatos condemnari, & si non dicatur fore vnica solutione contentum, tamen sustinetur. Sed declara. num. 157.

158 Accusanti libellum mutare non licet, alias incideret in pœnam Turpillani.

159 Libelli oblationi licet sit renunciatum, non tamen intelligitur renunciatum petitioni.

160 Oblato libello in petitorio, tenetur actor debiti titulum, siue causam probare, declara, quid in possessorio? num. 161.

162 Libellus, an formari possit eadem die, qua est proferenda sententia.

163 Causæ commissio, loco petitionis, & libelli deseruit.

164 Libellum producens, in eo contenta confiteri dicitur Declara. num. 165.

166 In libello ciuiliter intentato infamante, locus, & tempus requiruntur.

167 Libellus, in quo petens dicit rem sibi restitui, vti ad se pertinentem iure dominij, vel quasi, admittitur.

168 Libellus dubius articulis declarari potest, secus si certus.

169 Libellū, in quo petitur, quem cogi, & non dicit condemnari, validum esse declara. num. 170.

171 Libellus, in quo dicitur, accuso, & denuncio, an valeat.

172 Petens decem, cum debeat consequi viginti, an libellus bonus sit, & alia decem petere possit.

173 Libellus validus est, dum quis petit castrum cum omnibus feudis ad illud spectantibus, licet videatur generalis.

174 Libellum an dare possit coram Paribus Baro, vel dominus feudi contra vasallum ob feloniam, petendo feudo priuari, & infamen declarari ob iniuriam sibi illatam. nu. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181.

175 Pœna infamiæ dicitur corporalis, & criminalis.

176 *Pœna priuationis feudi est ciuilis.*
177 *Actio ciuilis, & criminalis, an simul in eodem libello cumulentur.*
178 *Dominus feudi si agit contra vasallum ad priuationem feudi, & tractatur de iniuria verbali, quomodo decisum sit in Camera Imperiali? quomodo in Regno. num.* 181.
179 *In verbali iniuria, quid seruetur in Regno Neapolitano.*
180 *Const. Regni. incip. Varietates pœnarum.*
182 *Inscriptio, siue Talionis pœna, an in libello poni debeat? num.* 183. 184. 185. 186.
183 *Talionis pœna ex Exodo, Leuitico, & Deuteronomio. num.* 184. 185.
185 *Talionis pœna ex duodecim tabulis. num.* 188.
187 *Authoris commentary de Magistratuum edictis remissiue.*
189 *Turcarum principis Iudicium Notabile.*
190 *Vt saluetur libellus tractari debet.*
191 *Index quo pacto in diuersis causis libelli concipiendi sunt.*
192 *Libellus in materia l. diffamari. C. de ingen. & manu. quomodo formetur?*
193 *In interdicto, ne quid in loco publico?*
194 *In interdicto, quod vi aut clam?*
195 *In actione hypothecaria?*
196 *In actione negatoria & confessoria?*
197 *In actione Publiciana pro re mobili, & immobili.*
198 *In actione iniuriarum ex lege Cornelia, Prætoria, & Regni Neapolitani?*
199 *In Actione de constituta pecunia?*
200 *In actione depositi?*
201 *In actione mandati?*
202 *In actione de peculio?*
203 *In actione pro Socio?*
204 *In actione Seruiana, vel quasi Seruiana.*
205 *In actione Caluisiana?*
206 *In actione in factum Pauliana?*
207 *In actione rescissoria in rem, & in personam.*
208 *In restitutione in integrum?*
209 *In petitione hæreditatis?*
210 *In actione ex empto, & vendito.*
211 *In actione finium regundorum?*
212 *In actione ex locato, & conducto?*
213 *In actione commodati?*
214 *In actione in rem?*
215 *In rei vendicatione.*
216 *In actione pignoratitia directa, & contraria.*
217 *In actione furti manifesti, & non manifesti.*
218 *In condictione furtiua.*
219 *In actione vi bonorum raptorum?*
220 *In actione vtili, quæ datur superficiario.*
221 *In actione, quod metus causa.*
222 *In materia actionis de dolo?*
223 *In actione rei emphyteoticæ.*
224 *In l. fin. C. de edict. Diui Adria. Toll.*
225 *In volentem agere contra patrem, vel superiorem?*
226 *In actione pro re feudali?*
227 *In actione pro feudo aperto?*
228 *In actione Negotiorum gestorum?*
229 *In actione mutui ex stipulatu, & ex certi condictione generali, vel speciali?*
230 *In actione Domini pro iniura seruo facta?*
231 *In actione recali?*
232 *In conditione triticaria?*
233 *In actione familiæ herciscundæ.*
234 *In actione communi diuidundo.*
235 *In actione in rem contra desinentem dolo possidere?*
236 *In actione contra plus debito petentem?*
237 *In actione redhibitoria?*
238 *In actione quanto minoris Prætoria.*
239 *In actione competenti venditori læso vltra dimidiã iusti prætij?*
240 *In actione nunciationis noui operis?*
241 *In actione damni infecti?*
242 *In actione in factum calumniatoris?*
243 *In actionibus præiudicialibus?*
244 *In actione pro donatione rei non traditæ?*
245 *In actione in rem de partu agnoscendo?*
246 *In actione permutationis?*
247 *In actione institoria?*
248 *In actione rerum amotarum.*
249 *In actione contra corrumpetem Album Prætoris.*
250 *In actione pro turbata possessione?*
251 *In actione legis Aquiliæ.*
252 *In actione edicti ex eo, per quem factum erit.*
253 *In actione in factum ex edicto, ne quis eum qui in ius vocatus, vi eximat?*
254 *In actione de damno infecto ex stipulatu.*
255 *In actione noxali?*
256 *In actione ad exhibendum?*
257 *In actione de in rem verso?*
258 *In actione condictionis causa data, causa non secuta.*
259 *In actione condictionis ob turpem causam.*
260 *In actione condictionis sine causa?*
261 *In actione condictionis indebitæ?*
262 *In actione condictionis incerti?*
263 *In actione exercitoria?*
164 *In actione tributoria?*
265 *In condictione ex lege?*
267 *In actione hæreditariæ bonorum possessionis?*
268 *In fideicommissaria hæreditatis petitione?*
269 *In actione rei cessæ?*
270 *In actione pro condictione ex lege, quæ oritur ex literarum obligatione?*
271 *In actione quod iussu?*
272 *In actione in factum ædilitia?*
273 *In actione ex empto quanto minoris ciuili?*
274 *In interdicto quorum bonorum?*
275 *In interdicto quorum legatorum?*
276 *In actione in factum pro aqua quotidiana, & æstiua?*
297 *In actione aquæ pluuiæ arcendæ?*
278 *In actione in factum, ne quid in via, & itinere publico?*
279 *In actione in factum & interdicto, quod immissũ, & factum in via publica tollatur.*
280 *In actione in factum de itinere, actuque priuato?*
281 *In actione in factũ, ne quid in flumine publico fiat.*

282 *In actione in factum, vt liceat ripam fluminis reficere?*
283 *In actione in factum de aqua ex castello ducenda.*
284 *In actione in factum de iectis, & effusis?*
285 *In factum de purgandis cloacis?*
286 *In factum de arboribus cedendis?*
287 *In actione in factum, ne quid in loco sacro?*
288 *In actione super interdicto de sepulchro ædificando?*
289 *In actione in factum in interdicto de mortuo inferendo?*
290 *In actione in factum ex edicto de eo qui intulit mortuum in locum alienum purum?*
291 *In actione in factum ex edicto de sepulchro violato?*
292 *In actione funeraria?*
293 *In actione de seruo corrupto?*
294 *In interdicto, vti possidetis.*
295 *In actione in factum subsidiaria contra Magistratum non exigentem idoneam cautionem rem pupilli saluam fore.*
296 *In actione ingrati?*
297 *In actione tutelæ directa, & contraria?*
298 *In actione in factum reuocatoria?*
299 *In actione ex testamento?*
300 *In actione arborum furtim cæsarum.*
301 *In actione de tigno iniuncto?*
302 *In actione de pauperie?*
303 *In actione de pastu pecoris?*
304 *In actione de iudicis imperitia?*
305 *In actione præscriptis verbis æstimatoria?*
306 *In actione præscriptis verbis ex permutatione?*
307 *In actione in factum præscriptis verbis ex multis causis?*
308 *In actione in factum ex re iudicata?*
309 *In actione ex stipulatu, quæ datur marito pro dote petenda?*
310 *In interdicto Saluiano?*
311 *In actione in factum descendente ex iuramento informiter lato?*
312 *In actione reali, quæ oritur ex iuramento?*
313 *In actione ex iuramento, in litem affectionis?*
314 *In actione, quæ oritur ex iuramento in litem veritatis.*
315 *In actione in factum de appensis, & positis supra viam?*
316 *In actione in factum in simplum, vel in duplum aduersus nautas, caupones, & stabularios? in actione furti. num. 357.*
317 *In interdicto, ne uis fiat ei, qui in possessionem, missus est.*
318 *In interdicto, vnde vi?*
319 *In condictione ex l. si quis in tantum, C. vnde vi?*
320 *In interdicto, vtrobi?*
321 *In interdicto, de migrando?*
322 *In interdicto, de Tabulis exhibendis.*
323 *In interdicto, de liberis exhibendis.*
324 *In interdicto, de liberis deducendis.*
325 *In interdicto, de libero homine exhibendo.*
326 *In actione in factum ex interdicto, de superficiebus.*
327 *In actione in factum, de glandæ legenda.*
328 *In actione in factum, de opere demoliendo.*
329 *In actione in factum de Riuis purgandis.*
330 *In actione in factum de precario.*
331 *In interdicto fraudatorio.*
332 *In actione in factum ex edicto, si quis ius dicenti non obtemperauerit.*
333 *In actione in factum ex edicto, si quis in ius vocatus non ierit.*
334 *In actione in factum contra recusantem accipere fideiussorem coniunctum de iudicio sisti.*
335 *In actione in factum, de edendo.*
336 *In actione, quæ datur ob alienationem iudicij mutandi causa factam.*
337 *In factum ex edicto contra Agrimensorem, qui falso modo dixit.*
338 *In actionibus in factum, quæ dãtur contra mulierẽ, quæ per calumniam ventris nomine missa est in possessionem, & quod eandem in alterum transtulerit.*
339 *In actione in factum, quæ datur aduersus tutorem, & curatorem, qui falso contraxit, & negotiatus est.*
340 *In actione in factum, contra eum, qui omissa causa testamenti hæreditatem possideat.*
341 *In actione in factum contra publicanos.*
342 *In actione, quæ datur pro eo, qui missus fuit in possessionem causa rei seruandæ.*
343 *In actione in factum, contra eum qui missus in possessionem causa rei seruandæ, consumpsit fructus ac rem fecit deteriorem.*
344 *In actione ex edicto, si quis testamento liber esse iussus fuerit.*
345 *In actione in factum, de incendio, ruina, & naufragio.*
346 *Incerti condictione generali, siue speciali.*
347 *In actione, quæ datur pupillo contra tutorem, de rationibus distrahendis.*
348 *In actione contra confitentem informiter in iudicio.*
349 *In actione quanto pluris esset venditurus. num. 350. 351. 352. 353.*
350 *Roffredus defenditur ab impugnatione Baptistæ de Sancto Blasio, & Ioannis Crispi. num. 351.*
351 *Actiones iuris ciuilis, & prætoriæ quanto tempore submoueantur. num. 352. 353.*
354 *In actione ex stipulatu, rem ratam haberi.*
355 *In actione rem pupilli, vel adulti saluam fori.*
356 *In actione in factum, licere ei ædificare, cui facta sit noui operis nunciatio.*
358 *In actione in factum de dolo aduersus committentem dolum malum, vel damnum in Turba.*
359 *In condictione. l. omnimodo. C. de inoff. testa.*
360 *In actione contra hæredem differentem legata pia soluere.*
361 *In actione petendi hæreditatem ab intestato.*
362 *In causa appellationis.*
363 *Sarcinula formationis libellorum.*
364 *Ioannes Bosianus, Roffredus Beneuentanus, Gulielmus Durandi, Baptista de Sancto Blasio Patauinus*

uinus Iacobus Aurelianenſis, Angelus Gambilionus Aretinus, Iaſon Maynus *Mediolanenſis, Ioãnes Criſpus de Montibus Aquilanus, Lodoycus* Maynus Gallus, *Vuendelinus Schellinch Germanus, Ioannes Ferrarius Montanus de libellis ſcriptis.num.365.366.367.*

TITVLVS XLIX.

De libello, & illius oblatione.

LIbellum diffiniuit And. Alciatus in prac. ciuil. hoc modo, libellus eſt breuis ſcri-
1 ptura intentionem actoris † continens, contra aduerſarium neceſſario inferens & concludens. *vt ibi fol.17.* Aliã diffinitionem ponit *Ioan. Monach. in defenſorio iuris. titul.8. num.4.* & alij alias, vt *Petr. Terminęus. in proceſſu iuris ſcripti. cap.20. Hermannus Vulteius iuriſprudentiæ Roman lib.2. cap.29. Hierony. Treutler. diſputation. Selectar. parte 1. diſputat.4. Theſi.10.*

Quinque ſubſtantialia, libellum continere debere ſcripſit *Specul. in titul. de libelli concept.§.4.*
2 Primo, nomen † actoris, ſecundo, nomen rei, tertio rem, quæ petitur recte cum confinibus deſignatã? Quarto, Iudicem ordinarium, vel delegatum coram quo producitur; quinto, & vltimo, concluſionem eius quod petitur *Dyn. in tract. exception. tit. 12. num.2. Ioan. Monach. in defenſor. iuris. titul 8. num.14. Iodocus Damhouder. in praxi rer. ciuilium. c.130. num.7. cum pluribus ſeqq. Robert. Marant. in Specul. Aur. parte 6. membro.3. num.4. pulchre Petr. Terminæus. in proceſſu iuris ſcripti. cap.21. Ioſephus Cumia in Rittibus Siciliæ. cap.39. num.23. Nouiſſime Nicol. Reuſnerus in deciſion. Ienenſi.18. num.2. lib. 3. & vide infra. hoc eodem tit. verſ. libellus in ciuilibus. num.33.*

Sola narratio in libello non ſufficit, niſi debita
3 † concluſio in illo ſit, *ex Rota in Nouis in deciſ.325. incip. Si in libello. Corn. in conſil.8. num.10. vol.1. in conſil.91. num.13. vol.4. Cardinal. Pariſi. in conſil. 125. num.3. vol.1. Franciſc. Marc. in deciſion. Delphinal.195. vol.1.* Ex facti enim narratione in libel lo, quid, & quo iure petatur; cognoſcitur. Ex *Bartolo in l. certi condictio. in princip. ff. ſi cert. petat. & in l. Aurelius. §. Sticho. ff. de lib. legat. voluit D. Alexand. Raudens. in deciſion. Piſan. 17. num. 22. poſt Carol. Ruin. in conſ. 127. vol. 5. voluit Marcus Ant. Bellon. in deciſ. Genuens. 7. nu. 12. in deciſ. 91. nu. 18. Marc. Ant. Blanc. in pract. crimin. §. verum. num. 34. Raph. Comens. in conſil. 42. incip. viſo proceſſu. Hierony. Gabriel. in conſil. 45. num. 2. vol. 1. Ioan. Thom. Minad. in deciſ. Neap. 1. num. 5. 6. Thomas Triuiſan. in deciſ. Veneta. 32. num. 3. lib. 2. Petr. Termin. in proceſſu iuris ſcripti. capit. 21. Nicol. Reuſner. in deciſ. Ienens. 18. nu. 4. 25. lib. 3. Ludolph. Schrader. de Feudis, Nona parte. 2. partis princip. ſectione. 8. num. 5. volum. 1.*

4 Declara in cauſa criminali admitti libellum † ſi ne concluſione. *Bart. in l. libellorum. num. 19. ff. de accuſat. Bald. in l. edita. num. 39. C. de eden. quos refert, & ſequitur Thom. Triuiſan. in deciſ. Venet. 32. num. 15. lib. 2 Rationem ponit Alexand. ad Bartol. ibi quia in criminalibus cauſæ expediuntur per accuſa-*
5 *tionem † iudicis officio. Quibus adde Blancum in practic. crimin. §. verum. num. 34. & in §. poſtquã num. 74. Nicol. Reuſnerum in deciſion. Ienenſ. 18. num. 29. lib. 3.*

6 Subintellige, quod ſufficiat in cauſa † criminali libellum præſumptiue concludere, *vt dicit Ludouic. Roman. in conſil. 105. num. 1. in fin. quem ſequitur Ioan. Baptiſta Baiard. in pract. crim. cap. 85. nu. 19. Hyppol. Bonacoſſ. in commun. opin. Crim. in verb. libellus. par. 1.*

In libello criminali plura requiruntur, ſcilicet, locus commiſſi criminis, Annus, Menſis, dies, &
7 conſul, de iure † communi *dicta l. libellorum. ff. de accuſ. Petr. Foller. in pract. crimi. §. Audiantur exceptiones proponendæ per eos. num. 9. & ſeq. Iul. Clarus in pract. crimin. q. 12 nu. 7. cum pluribus ſequentib. Robert. Marant. in Specul. Aur. par. 6. membr. 3. num. 5. ante eos enumerauit Accurſ. in verb. Et inſtituendis. in princip. Inſtit. de public. iudic. Paris de Puteo in tract. Syndicatus. in verb. ſententia. cap. an per dictum capitulum. num. 2. Nicol. Reuſner. in deciſ. Ienenſ. 18. num. 4. cum pluribus ſeq. lib. 3.*

Quo vero ad inſcriptionem pœnæ Talionis, di-
8 cam † infra hoc eodem titulo, *verſic. Pœna Talionis nu. 182. cum pluribus ſeq.*

Quo vero ad locum in libello criminali accuſato
9 rio † fore neceſſarium, *voluit Bar. in l. prætor edixit. in prin. ff. de iniur. in l. item exigit. Et ex Rota in deciſ. 43. quam non inueni. voluit Ludouic. Roman. in conſil. 161. num. 1. 2. Alexand. in l. edita. num. 13. C. de eden. & in conſil. 6. col. 1. verſ. quo ad primum. vol. 3. Albert. Cardin. in tract. maleficior. titul. qualiter fiat accuſatio. col. 1. verſ. in libello autem omnia. Angel. in tract. malefic. in verb. In platea communis. in princip. Petr. Foller. in pract. crimin. in §. Audiantur exceptiones ab eo proponendæ. num. 10. Cyrillus Fulgeon. in Summula Crimin. parte 1. titul. de accuſ. §. 5. num. 1. 2. Hyppoli. Bonacoſſa in commun. opin. Crim. parte. 1. §. libellus. AEgid. Boſſ. in pract. crim. titul. de inquiſ. num. 90. Marc. Anton. Natta. in conſil. 298. num. 11. vol. 1. Ioachim. Mynſinger. obſeruat. 32. Centur. 2.* Quinimmo cogi fiſcum dicere locum delicti,
10 quia poſſet reus in ſuis † defenſionibus, probare eo die alibi fuiſſe, vt ſcribit *Ioan. Baptiſt. Plotus in conſil. 94. num. 4. vol. 1. Lancellot. Conrad. de offi. prætor. in cauſis ciuilib. titul. de libello. num..... Iafred. Lanfranc. Balb. in deciſ. 20. incip. vbi in aliqua. Roland. a Vall. in conſil. 51. nu. 22. vol. 1. Herman. Vulteius de iurisprudentia Roman. lib. 2. cap. 29. Nicol. Reuſner. in deciſ. Ienens. 18. num. 6. 7. lib. 3. Ludouic. Sacca in conſil. 30. num. 1. vol. 1.*

Declara locum publicum, ac notorium non eſſe deſignandum per confines, puta cum delictum
11 † foret commiſſum in Palatio Magnæ Curiæ Vicariæ in Vrbe Neapolis, vel in Caſtro talis ciuitatis, vel oppidi, *Angel. in l. hac conſultiſſima. num. 2. C.*

de

de test. Tancred. de Cornet. in compendio sa. tit. de q. libell. ciuil. & crim. q. 6. vers. Nunc trãseamus. nu. 3. Paris. de Puteo. de Syndicatu. in verb. Sententia. c. An per dictum capitulum. nu. 2. 4. Idcirco sufficit isto casu poni locum tantummodo tanquam celebre, & nominatum. *quod post Ferdin. Vasq. de succes. creatione. §. 4. nu. 33. voluit Iul. Clar. in pract. crim. q. 12. nu. 13. quem sequitur Bonacossa. commun. opin. crim. par. 1. §. locus. Ant. Scappus de iure non scripto. lib. 2. cap. 17. num. 6.*

Declara secundo locum loci ponendũ esse, quan-
12 do necessarium fuerit pro delicti certificatione, † vt in causa Susannæ obseruauit, & iudicauit Daniel, in quærendo subtiliter loco, vt habetur Danielis. *cap. 13.* quam decisionem comprobat *Specul. in tit. de accus. & inquisit. §. 1. in prin. August. Ariminens. ad Angel. in tract. malef. in dicto verb. in Platea communis. Apost. ill. 2. Ludou. Sacca in d. cons. 30. num. 3. vol. 1.*

13 Declara tertio, locum † apponendum non esse in crimine falsi, *voluit Accurs. in princ. Inst. de public. iud. in dicto verb. & in instituendis. Bal. in c. 1. col. 5. quib. mod. feud. amitt.* Vbi dicit illam glossam singularẽ, & alibi non reperiri, quos sequitur *Matt. de Afflict. in Cõst. qui literas Regias. nu. 7. Marsil. in Rubr. de falsis. nu. 16. Ant. Capic. in decis. Neap. 79. nu. 2. Cæsar. Vrsil. in decis. Neap. 250. nu. 5. Francisc. Marc. in decis. Delphin. 720. num. 4. vol. 1. Barth. Bertazzol. in consil. crim. 517. num. 2. vol. 2.*

14 Contrarium † tenet *Bal. in cons. 490. vol. 3. quem sequitur Claud. Bertazzol. ad cons. crim. patris. 157. in prima apostilla. vol. 1.*

15 Declara quarto, vt in libello † criminis hæresis locus non sit necessarius, cum crimen hoc, vt plurimum occultum sit, & clam committatur ex Bald. *in l. 1. col. 5. C. qui accus. non poss. voluit Angel. in tract. malef. in verb. in Platea communis. col. 1.* De libello
16 criminali hæresis † agit *Didac. Simanc. in pract. Hæreseos. tit. 23. nu. 4. & iterum. tit. 37. nu. 8. 9. vbi post Conradum Brun. de Hæretic. lib. 4. c. 9. & Arnald. Albertin. de Agnoscend. Assertion. Cathol. uel hæreti. q. 34.* dicit, posse quidem diuersificari locum in testib.
17 † in causa hæresis, dum aliqui dicerent catholicam assertionem audiuisse vnus in vno loco, & alius in alio, dummodo concordent in assertione.

Declara quinto, quod si locus sit indeterminatus
18 & possit declarari † libellus sustinebitur. *Marian. Socin. Senior. in consil. 146. col. 7. vol. 1.*

19 Quo ad diem, siue tempus † delicti, similiter in libello necessarium est, vt in dicta *l. libellorum. ff. de accus. Bart. in dicta l. prætor edixit. in princ. nu. 1. ff. de iniur. Lud. Rom. in dicto cons. 191. nu. 1. 2. Alex. in dicta l. edita. num. 13. ante eos bene Accurs. Inst. de publ. iud. in princ. in verb. in instituendis. Iul. Clar. in dicta pract. quæst. 12. num. 14. Alexand. in cons. 6. col. 1. vers. quo ad primum. vol. 3. Angel. in consil. 297. incip. Visis actis. quod etiam dixit Alberic. in l. libellorum. supra allegata. num. 2. Marc. Ant. Blanc. num. 13. Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 250. num. 2. Iasred. Lanfranc. Balbus in decis. 20. incip. Vbi in aliqua. Mynsing. in obseru. 32. Centur. 2. Paris de Puteo in tract. Syndicat. in verb. sententia. c. an per dictum capitulum. num. 2. Herman. Vulteius iurispruden. Roman. lib. 2. cap. 29. Nicol. Reusner. in decis. Ienens. 18. nu. 6. 9. lib. 3. Seraphinus Oliuarius in decis. Noviss. Roman. 451. nu. 1. lib. 1. vol. 1. Lancellot. Conrad. de offic. prætor. in causis ciuilib. titul. de libello. num. 6. 7.*

Quo ad annum, & mensem dicere possumus,
20 † quod dictum est proxime supra dum diximus de tempore, certificato enim mense, licet in dicta *l. libellorũ.* non dicatur de anno, tamẽ dicit textus, quo consulis tempore, & sic certificabatur annus, cum essent annales, prout dixi de Magistratuum edictis
21 *lib. 1. cap. 12. nu. 19. 21.* Et accusatorium † libellum, annum, diem, & consulem continere debere scripsi in eodem tractatu. *lib. 2. cap. 14. nu. 11. Glos. Inst. de publ. iudic. in dicto verb. & in instituendis. Corn. in cons. 100. lib. 9. vol. 2. & in consil. 134. in fin. vol. 4. Iasred. Balb. in decis. 20. incip. Vbi in aliqua. AEgid. Bellem. in decis. 414. Tancred. de Corneto in Compendiosa. tit. de quæstionib. libell. ciuil. & crim. q. 6. vers. Nunc transeamus. num. 3.*

22 Declara quo ad mensem, & diem non † habere locum in delictis continuatis, vt dicit *Bartol. in dicta l. libellorum. in princ. num. 16.* Vbi dicit eandem *l. libellorum.* quatenus requirat annum, mensem, & diem procedere in delictis momentaneis, secus
23 vero † in delictis cõtinuatis, & habentibus tractum successiuum, in quibus sufficit scire annum, exemplificat, in eo qui tenuit pluribus annis, ac mensibus occupatum Castrum, quem sequitur *Ioã. Baptista Ferret. in consil. 168. nu. 21.* Vbi loquitur de concubinatu. *Angel. de Aretio in tractat. malefic. in verb. Hæc est quædam inquisitio. nu. 65. Nicol. Reusner. in decis. Ienens. 18. num. 11. lib. 3.*

24 Contrarium, quod commissi † criminis dies in libello si omittatur, libellus sustineatur, voluit *Bartol. in dicta l. libellorum. Iason. in l. 1. in princ. ff. de edẽd. Nicol. Reusner. in decis. Ienens. 18. num. 8. lib. 3.*

25 Tamen diem † patrati criminis sibi edi voluit *idem Bartol. in l. is, qui reus. ff. de public. iudic.* Dum dicit, reo id petente, cogi sibi diem, declarari, quem sequitur. *Ias. in l. 2. § quis ephesi. ff. de eo quod cert. loco. Ioan. Baptista Plptus in consil. 94. num. 4. Paris de Puteo in tract. Syndicatus. in verb. sententia. cap. An per dictum capitulum. sub num. 2. Cyrill. Fulgeon. in Summula crimin. parte 1. titul. de accus. §. 5. nu. 7*

26 Sed contrarium, † quod non sit dandus dies tenuit *Ioan. de Imol. in dicta l. is, qui reus. col. 23. quem sequitur ibi Alexand. ad Bartol. & Rober. Marant. in Specul. aur. parte sexta. Membr. tertio sub numero quinto. Idem Marant. in decima sexta. distinction. numero 32.* Et hanc opinionem sequutam fuisse per Dominos Cameræ Imperialis, & scripsit *Ioachim. Mynsinger. obseruation. quadragesima. in fin. centur. 2. Idem tenuit. Octauian. Vestr. in praxi Cur. Roman. lib. 5. cap. vltim. sub num. 3.* Vbi dicit teneri
27 † declarare annum, & mensem, non autem diem, nisi esset de substantia. *ibi Nicol. Anton. Grauat. nu.*

19. *Franc. Viui. opin. 24. num. 3. vol. 1.*

28 Quo ad consulē † quod exigeretur in libello expressus est *tex. in dicta l. libellorum. ff. de accusat. & deduxi in dicto tract. de Magistrat. edictis. lib. 2. cap. 14. num. 19. 21.* Loco quorum vsus inualuit, quod ponatur nomen Imperatoris, Regis, Principis, cum desierint cōsules. Sic in Dominio ecclesię poneretur nomē, & annus Sūmi Pontificis, de quibus *Bartol. Bertaz. de Clausul. instr clausus. 1. Glo. 6. per to-*

29 *tam.* De nomine † Imperatoris in libello criminali meminit *Tancred. de Coneto in compendiosa, tit. de quæstionib. libell. ciuil. & crim. q. 6. vers. nunc transeamus. num. 3. Andr. Alciat. in praxi ciuil. titu. quid continere debeat libell. versicul. octauo. Lancel. Conrad. de offic. prætor. in cauſ. ciuil. titul. de libello. num. 6.*

In hoc tamen Regno Neapolitano per capitu-

30 lum Reginæ Isabellæ. *incip. Isabella.* dicit † esse sublatas solennitates. *l. libellorum. & quod sufficit constare de veritate, vt in specie dicit Petr. Foller. in practic. crimin. in verb. Audiantur exceptiones proponendæ per eos. num. 12.*

31 Verum quo ad solennitatem † libellorum in causis criminalibus, non obstante dicto Ritu Reginæ Isabellæ, obseruatur in Regno quo ad causas criminales dispositio *dictæ. l. libellorum.* quia in eis ponuntur omnes solennitates. Et quod prouisio Reginæ Isabellæ sit localis facta per solam Magnam Curiam, quinimmo nec in Magna Curia seruari, vt dicit *Ioan. Anton. de Nigris in c. Regni. Frequens. sub num. 62. in fin.* quia proceditur in dictis causis cum solennitatibus ordinarijs. *Paris de Puteo in tract. Syndicatus. in verb. sententia. cap. incip. An per dictū Capitulum. probat Matt. de afflict. in decision. Neap. 250. & iterum in Regno Const. Lite legitime contestata. num. 10. notab. 6. Quem refert, & sequitur Prosper Carauita. in ritu. 289. Cæsar Vrsillus in decis. Neap. 250.* Et ideo in causis criminalibus commu-

32 niter † in libellis apponuntur verba, quod tale delictum fuit cōmissum de Anno, &c. de Mense, &c. Regnante Philippo 3. Rege Catholico. &c. Dominante tali, si sumus in terris Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, vel Baronum, & hoc iure vtimur. Et si libellus in causis criminalibus non sit conceptus seruata forma dictæ *l. libellorum.* est ineptus, & reddit iudicium nullum, vt e nostris dicit *Robert. Mara. in Specul. Aur. 16. dist. nu. 30. 31. Lud. Rom. in cons. 167. num. 1. Andr. Gail. Practicar. obseruat. lib. 1. obseru. 66. num. 1.*

Libellus in ciuilibus, ex his, quæ diximus supra hoc eodem titulo, *versicul. quinque substātialia. nu.*

33 *2.* apparet † libellum in scriptis offerendum esse, quod voluit *Bart. in Auth. offeratur. nu. 1. C. de litis contest. & ibidē Bald. nu. 20. Masuer. in pract. titu. de dilationib. sub nu. 6. Lanf. de Ori. in c. quoniam contra. in ver. petitiones. nu. 15. de probat. & post Hiero. Grat. in cons. 75. nu. 22. vol. 1. voluit Io. Baptist. Asin. in prac. ciuil. §. 4. c. 10. nu. 1. Matth. Coler. in decis. Ger. 111. nu. 5. Herm. Vul. de iurisprud. Rom. lib. 2. c. 29. Portius Imol. in cons. 182. num. 3.*

Declara non procedere in causis breuioribus, &

34 † modicæ quantitatis, in quibus non datur libellus in scriptis, *per tex. in Auth. Nisi breuiores. C. de sent. ex breuicul. recit. dixit Bar. in dicta Auth. offeratur. nu. 1.* Breuiores autem causa, paruæ, modicę, vel magnæ, quæ sint, iudicis arbitrio relinquuntur, *vt cumulat Iacob. Menoc. de arbitrar. iudic. q. lib. 2. cēt. 1. casu. 72. per totum. Herman. Vulteius iurisprudentiæ Rom. lib. 2. cap. 29.*

35 Declara secundo, quod hæ causæ breuiores † intelliguntur etiam causæ summariæ in quibus (vt sunt in hoc Regno) dicunt sufficere talem, qualem petitionem ex qua reus valeat deliberare an velit in iudicio cedere, vel contendere intentionem suā apud acta explicare, & in actis redigi facere. *arg. cle. sæpe. de verb. sign. & l. 1. ff. de eden. Bart. in extrauag. Ad reprimēdum. in verb. figura. nu. 2. Lanf. de Ori. in dicta cle. sæpe. in ver. libellus. & plenius Paris de Put. de Syndicat. in verb. sententia. c. incip. An dictū cap. detestantes. per totum. Rober. Mara. in Spec. Aureo. dist. q. nu. 7. cum plurib. seq. Octau. Vestr. in Praxi Romanæ Curiæ. li. 4. c. 2. incip. sed quales. sub nu. 2. Luc. de Pen. in l. de submersis. C. de Naufrag. li. 10. in l. multis. C. de principib. agēt. in reb. lib. 11. Bal. in cōs. 159. incip. eleganter. vol. 2. Raph. Fulgos. in cōs. 230. incip. in quæstione. in fin. Raph. Comens. in cons. 85. incip. de iure. Marian. Sen. in c. 1. col. 6. extr. de libell. oblat. Ioā. Francis. de Ferrar. in pract. in forma libell. actionis realis. in verb. summariæ. Alex. in cons. 50. vol. 2. & Corne. in cons. 62. vol. 1. Iacob. Philip. Portius in cons. 64. num. 1.* Ex quibus ego arbitror, quod, & si in ciuilibus in libello, non requiratur omnis solennitas, tamē negari non potest, quin cum dicta petitio de-

36 beat † redigi in actis per Notariū, ista in actis reductio, & talis qualis petitio, similiter scripta erit, quia si scripta nō esset, perperam pars deliberare posset, an velit cedere, vel contendere, nec iudex posset ex illa sententiam formare. *vt post Guid. de Suzar. & alios voluit Io. de Amicis in cons. 1. nu 3. Sebast. Sapia. in l. fin. col. 3. C. de edict. Diui Adr. tollen. Purpurat. in l. edicta. col. 7. C. de edēd. Adde Menoc. de arbit. iud. q. lib. 1. q. 18. nu. 8. Octau. Cacher. in decis. Pede. 1. nu. 3. Herm. Vulteius turisprudent. Rom. lib. 2. c. 29.*

Subdeclara tamē, quod quamuis essemus in cau-

37 sis summarijs, nihilominus † si pars instaret, vt libellus afferatur in scriptis, quia tunc esset dandus, *vt per Anton. de Tremolis, ad Hubert. de Bonaccurs. in pract. tit. de except. impedit. execution.* Vbi dicit hanc esse opinionem cōmuniter receptam. Quem sequitur *vt Ant. Graua. ad Octau. Vestr. vbi sup. nu. 10.*

38 Declara tertio, quod † in his causis breuioribus, & summarijs libelli loco est supplicatio principi oblatū. *Marian. Soc. in c. 2. col. 49. de libell. oblat. Cor. in cons. 62. in cons. 208. vol. 1. in cons. 99. vol. 2. in cōs. 174. col. 2. vol. 3. Steph. Aufr. ad Cappell. Thol. in decis. 287. Octauian. Cacher. in decis. Pedemon. 1. nu. 4.*

39 Declara quarto, † citationem cum inserto tenore delegationis, esse pro libello. *Iaſ. in l. 2. col. 2. ff. si quis ius dicent. nō obtemp.* Et solam citationem esse loco libelli, *voluit Paris de Puteo in trac. Syndicatus. in dicto verb. sentētia. in c. an dictum capitulū.*

Declara quinto, quod in dictis cauſis, articuli
40 ſunt loco † libelli, a quibus cauſa poteſt incipere. *Oldrad. in conſ. 244. in princ. Rota in Nouis in deciſ. 33. incip. Quando committitur. Lud. Roman. in conſ. 20 num. 8. & apertius in conſ. 19. nu. 4. 5. Corn. in conſ. 181. col. 4. vol. 3. Georg. Natta in Clem. ſæpe. in verb. dilationes. col. 76. de verb. ſignific. Hyppolit. de Marſil. in Singul. 102. incip. Clauſula. Ioan. de Amicis. in conſ. 153. num. 3. Quintilian. Mandoſ. in tract. de Monitorys. q. 38. nu 3. vſque ad finem. & ego dixi de Magiſtratuum edictis. lib. 2. cap. 5. Marc. Anton. Natta in conſil. 317. nu. 8. vol. 3.*

41 Ineptus dicitur libellus pluribus modis, † Primo quando continet defectum apparentem, *vt dicit Innocent. in c. 1. extra de offic. Vicar. Bald. in l. ſi defunctus. nu. 10. in fine referens. Inno. C. de ſuis, & legit. hæred.*

42 Secundo dicitur libellus ineptus, quando † petitur debitum conditionale, *Accurſ. in l. 2. C. de formul. Alexand. ad Bart. in l. Non poteſt videri. in Apoſtil. incip. l. ſi rem. §. fin. ff. de iudic. Herman. Vulteius iuriſprudent. Roman. lib 2. cap. 29.*

43 Tertio dicitur ineptus, quando † cauſa eſt ordinaria, & pars petit procedi ſummarie. *Bartol. in l. præſcriptione nu. 42. C. ſi contra ius, vel vtil. pub. vbi bene Andr. Barbat. in Apoſtill.*

44 Quarto dicitur libellus † ineptus, qui non apte, ſed male concludit, cum concluſio attendatur. *Gloſ. in c. cum dilecti. de empt. & vend. gloſſ. in §. 1. inſt. de action. & in l. 2. §. circa. ff. de dol. except. Bald. in dicta. l. præſcriptione. num. 42. C. ſi contra ius, vel vtil. pub. & in l. fin. C. de in integr. reſtit. minor. Paul. de Caſtro. in conſil. 75. col. 3. verſ. Nunc ergo, & in conſ. 113. col. 2. verſ. poſſet etiam. vol. 1. Corne. in conſ. 121. vol. 1. in conſ. 91. col. 2. in conſ. 127. col. 2. vol. 4. quos refert, & ſequitur Aym. Crauett. in conſ. 7. nu. 1. Aſſin. in pract. ciuil. 4. cap. 3. caſu. 6. nu. 2. Hyppolit. Aldobrand. in deciſ. Nouiſſim. Rom. 251. ſub num. 4. lib. 1. vol. 1.*

45 Quinto dicitur libellus ineptus, † qui continet malam, & ineptam cauſam; non qui continet malam actionem intentatam, *vt poſt Innoc. in c. examinata. de iudic voluerunt Bartol. in l. 1. num. 19. quem ſequuntur, Bald. Fulgo. & Paul. de Caſtro. & Alex. num. 35. ff. de edend. Idem. Bald. in l. per diuerſas. nu. 25. C. Mandat. Optime Ludouic. Roman. in conſ. 21. incip. ita de iure. num. 1. & in conſ. 245. incip. Ad primum. num. 8. Raphael Comens. in conſ. 42. incip. Viſo proceſſu. Ludouic. poſt medium. Iaſon. in l. edita. nu. 3. cum pluribus ſeqq. C. de edend. Andr. Gail. pract. obſeruat. lib. 1. obſerua. 61. num. 15. Annibal Troiſius in Ritu Magnæ Curiæ. 189. num. 1. Marc. Anton. Bellon. in deciſ. Genuens. 43. num. 7. Herman. Vultei. iuriſprudent. Roman. lib. 2. cap. 29.*

46 Sequitur ex his libellum ineptum † non valere. *l. 1. §. Labeo. vbi DD. ff. de Flumin. clem. fin. de appel. Angel. in l. Titiæ textores. ff. de legat. primo. Sebaſtiã. Vant. de nullitat. ex defect. proceſſ. num. 12. 13. Vulteius iuriſprudent. Roman. lib. 2. cap. 29.*

47 Libellum ineptum iudex nõ debet † admittere. *Specul. in titul. de libell. concept. §. ſequitur. verſ. iudex autem ſi viderit. & in titul. de Aſſeſſ. §. officium. in prin. & in titul. de action. & petitionib. §. ſequitur. verſ. ante penult. Bal. in conſil. 54. col. 2. vol. 1. Bart. poſt gl. in l. 1. ff. de offic. aſſeſſ. Panor. in c. cum inter. extra de conſuetud. in c. ſi clericus laicum. de for. compet. in c. examinata. col. pen. de iud. in c. fin. de libell. oblat. Alex. in dicta l. 1. ff. de offic. aſſeſſ. Cardinal. in clem. 1. q. 3. de offic. ordinar. Idem Panor. in conſ. 88. col. 2. vol. 1. Marian. Senior. in conſ. 146. col. 1. vol. 1. Crauett. in conſil. 155. num. 3. Hierony. Gabriel. in conſil. 37. nu. 1. vol. 1. Io. Franciſc. de Ferrar. in pract. in form. reſponſ. rei con. in verb. dentibus. Lancellott. Conrad. de offic. præt. in cauſis ciuil. tit. de libell. nu.*

8. Qui omnes concludunt debere libellum ineptũ
48 per iudicem † conſcindi, & lacerari. Confirmat hoc *Andr. Gail pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 66. nu. 4. Ant. Gamma in deciſ. Luſitan. 206. nu. 7. 8. Franc. Marc. in deciſ. 870. num. 2. vol. 1. Iafred. Lanfranc. in deciſ. 207. incip. libellus.*

49 Declara iudicem reiecto † libello inepto, poſſe actori iniũgere, vt alium libellum clarum, & concludentem exhibeat. *Andr. Gail. pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 67. num. 5. Aluar. Vallaſc. in deciſ. ſiue conſult. 97. num. 3. in fin.*

50 Ex libello inepto omnia † ſubſequentia acta corrunt, & nulla ſunt. *c. examinata. de iudic. l. edita. C. de eden. Authent. Offeratur. C. de litis conteſtat. Paul. de Caſt. in conſil. 65. col. pen. in conſil. 105. in conſil. 272. col. 2. vol. 1. in conſil. 250. col. 1. volum. 2. Aym. Crauett. in conſil. 150. num. 2. Gail. pract. obſeruat. lib. 1. obſeru. 67. num. 3.*

51 Limita primo nõ procedere † in ſummo Principe, quia ex proceſſu nullo iudicare poteſt, ratione ineptitudinis libelli & exploſis ambagibus, ſequi veritatem, & facere, vt æquitas non ſcripta rigori præferatur, vt expluribus dicit, & cõprobat. *Matth. de Afflict. in c. 1. nu. 41. Quæ ſint Regalia. Deci. in cõſil. 631. nu. 1. Cardin. Paris. in conſ. 1. num. 29. vol. 1. Gail. lib. 1. obſeruat. 66. nu. 16.*

52 Ampliatur hæc limitatio † procedere in cõſiſtorio, & conſilio Principis, vt voluit *Matth. de Afflict. in dicto cap. 1. num. 41. cum pluribus ſequentib.* Et vt de Camera Imperiali nullitates proceſſus nõ curare ſi alias de meritis cauſæ liquido, ac ſufficienter conſtet ex illius ordinationibus, *titul. 34. §. 1. parte 3. ſcribit Andr. Gail. lib. 1. obſeruation. 42. nu. 1. 3.* Sic etiam de ſupremis Galliæ Curiis ſcripſit *Nicol. Boer. in deciſio. Burdegal. quadrageſima ſecunda. num. 19.*

53 Limita ſecundo non † procedere in cauſis ſummariis, libellum non requirentibus, qui ſi exhibeatur, illius ineptitudo proceſſum non vitiat, neque iudicium reddit nullum; Quia quoties neceſſario non requiritur, ſi interuenit, etiam inepte, aptum non vitiat. *l. 1. in princ. C. de rei vxor. action. Ludouic. Roman. in l. vinum. vbi Iaſ. num. 33. ff. ſi cert. petat. Quos ſequitur Gail. practic. obſeruat. lib. primo. obſeruation. 66. num. decimo quinto. & ex Bartol. in extrauag. Ad reprimendum. in verb. Figura*

Bald. in l. consentaneum. col. 4. C. quomod. & quando iud. & Bald. Angel. & alijs in dicta. l. vinum. ante eum voluit Sebastian. Vant. de nullitat. ex defect. proces. num. 24. Hinc † in hoc Regno Neapolitano cum causæ ciuiles sint summariæ, ex iuribus Regni pluribus alijs comprobat authoritatibus *Robertus Marant. in Specul. Aureo. parte 4. distinct. 9. num. 979.* Sequitur sufficere, quod etiam si libellus sit ineptus, dummodo ex eo possit elici, quid actor petierit, & reus deliberare, ineptitudine non obstante, † acta non corruant. *Idem Marant. in l. is potest. num. 154. ff. de acquir. hæred. quem sequitur Ioan. Baptista Asin. in pract. ciuil. §. 4. cap. 4. num. 2. Francisc. Marc. in decis. Delph. 720. num. 9. volum. primo.*

Ex libello tamen inepto iudex poterit † reum absoluere ab obseruatione iudicij & actorem condemnare ad expensas, reseruando tamen eidē actori, ius agendi ex alia causa apta. *arg. dicti c. examinata. de iudic. vbi Ant. de Butr. num. 25. Marc. Anton. Natta in cons. 200. num. 4. vol. 1. Andr. Gail practic. obseruat. lib. 1. obseruat. 67. num. 1. cum plurib. seq.* Vbi dicit, ita in Camera frequenter obseruari. Et voluit etiam *Marc. Ant. Bellon. in decis. Genuens. 43. nu. 4. 5. Vantius tit. quot, & quib. mod. nu. 109. Matth. de Afflict. in decis. Neap. 60. in fin. Cagnol. in l. lecta. num. 178. ff. si cert. pet. Achill. Personal. de Petition. hæreditat. num. 551. Polydor. Ripa singul. obseru. 161. num. 4.*

Et similis sententia absolutoria † ab obseruatione iudicij dicitur interloquutoria, *Iafredus Lanfranc. Balbus in decis. 262. incip. sententia.*

Cum producitur libellus ineptus, statim † non proceditur vlterius. *l. libellorum. §. quod si libelli. ff. de accus. voluit Asinius in Praxi ciuili. §. 31. cap. 63. num. 2.*

Quando autem dubium fuerit, an libellus sit † ineptus, vel aptus, debet admitti, *ex Baldo in l. fin. col. 4. C. de edict. Diui Adrian. tollen. Iafred. Lanfranc. Balbus in decis. 145. incip. vbi dubitatur.* Quia in dubio præsumitur aptus, & non ineptus. *Innocen. in c. examinata. extra. de iudic. Bald. in l. edita. col. 4. C. de eden.*

De libelli ineptitudine dici potest † semper, etiā post sententiam, quamuis in rem iudicatam transierit, *vt inquit Felyn. in c. ex parte. num. 12. vbi etiam Deci. extra de offic. iudicis delegat. Asinius in pract. ciuil. §. 31. cap. 41. num. 3.*

Sed ante litis contestationem libelli † ineptitudinem proponi debere dixi de magistratuum, edictis. *lib. 2. cap. 5. num. 35.*

Non obstāte libelli ineptitudine, si constet † de iure actoris, poterit pro ipso iudex sententiam proferre, vt post Gulielmum Benedictum, quem allegat, voluit *Nicol. Boer. in decision. Burdegal. 42. num. 19.*

Parte non opponente, libellus ineptus † admittitur. *Guido Papæ in decis. Gratianop. 221. sub. nu. 4. Iafred. Lanfranc. Balbus in decision. 294. incip. libellus.*

Non tamen admittitur declaratio † quando libellus est ineptus *ex Castrens in l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. Voluit Petr. Anton. Anguissol. in consil. 19. num. 1. lib. 1.*

Libellus generalis & incertus non ualet, † nec procedit, cum debeat esse clarus, vt supra pluries dictum fuit, donec declaretur, *vt dicit Bartol. in l. fin. C. de Annal. except. Ioan. Berber. Monach. in defensor. iuris, titul. 8. num. 8. Iason. in §. curare. limit. 7. instit. de Action. Andr. Gail. practic. obserua. lib. 1. obseruat. 62. nu. 2. arg. l. si in rem. ff. de rei vend. Hyppolit. de Marsil. in singul. 348. incip. libellus. Herman. Vult. iurisp. Roman. lib. 2. cap. 29. Hieronym. Treutler. disput. Selectar. parte 1. disput. 4. Thesi. 11. Tetigi in titul. de exceptio. vers. incertitudinis. nu... Tomo. 1.*

Notandum est primo, declarationem faciendā fore per eundem libellantem, nō tamen † per eius hæredes. *Bartol. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 13. ff. de acquir. possess. D. Præceptor. Ioan. Bolognett. in l. edita. nu. 80. C. de eden. quem sequitur Nicol. Anton. Grauat. ad Vestr. in Praxi. lib. 5. cap. vlti. num. 20. Petr. Anton. Anguissol. in consil. 19. num. 1. lib. 1. Aluar. Vallasc. in decis. siue consult. 97. nu. 3. in fin.*

Notandum secundo † quod libellus generalis, incertus, & obscurus admittitur, & procedit in ciuilibus parte non opponente. *Gloss. & Doctor. in l. 1. ff. de edend. Hyppolit. de Marsil. in singul. 348. incip. libellus. Lanfranc. de Orian. in cap. quoniam contra. in verb. Petitiones. num. 9. de probat. Marc. Mantua in singul. 273. num. 1. Hieronym. Treutlerus disputatio. selectar. part. 1. disput. 4. Thes. 11. Vanti. de nullit. ex defectu proces. num. 26. Achilles Personal. de petit. hæred. num. 552. Corn. in consil. 55. num. 27. vol. 3. M. Ant. de Amat. in decision. March. 98. num. 21. Andr. Gail. pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 62. num. 11. Iafred. Lanfranc. Balb. in decision. 294. incip. libellus incertus. Herman. Vul. iurispr. Romanor. lib. 2. cap. 29. Ruin. in consil. 119. num. 15. vol. 5.*

Declara quod etiam parte opponente † libellus incertus, & generalis admittitur in summarijs, *Aldobrand. in decision. Nouissim. Roman. 254. num. 6. lib. 1. vol. 1. Cardinal. Puteus. in decision. 21. num. 7. lib. 1.*

Notandum tertio, quod quando libelli incertitudo causatur ex parte rei, debet admitti. † *Gloss. & Bartol. in l. 1. §. quia autem. ff. Quor. legator. Francis. Marc. in decision. Delphinal. 558. num. 6. & in decis. 720. num. 4. vol. 1. Iafred. Lanfranc. Balbus in decis. 294. incip. libellus. Petrus Rauen. in singul. 4. Peregrin. Fabi. in decision. Nouissim. Roman. 232. num. 3. lib. 2. Nicol. Reusner. in decision. Ienens. 18. num. 33. lib. 3.*

Notandum quarto, † quod libellus incertus admittitur in causis summarijs, quando deductum est omne ius competens, *ex Bald. in l. fin. num. 14. C. de edict. Diui Adrian. toll. AEgid. Bellemer. in decis. 662. Aldobrandin. in decision. Nouissim. Roman. 251. num. 3. & in decision. 254. num. 6. in decis. 256. nu. 5.*

in

in deciſion.257.num.2.lib.1.vol.1. Hieronym.Gratus in conſil.79.num.16.vol.2. Aſin.in pract.ciuil.§. 4.cap.2.num.2. Cardinal. Pute.in deciſion. 21.nu.7. lib.1.

71 Notandum quinto, quod † libellus generalis, & ineptus, per clauſulam ius,& iuſtitiam miniſtrari,admittitur. *Guido Papæ in deciſion. Gratianopol. 263.Cæſar Barzi.in deciſ.Bonon.70 num.40.cũ duobus ſeq.Aug. Berous in conſil.163.num.4.vol.1.Franciſc.Viui.in deciſion.395.num.3.*

72 Notandum ſexto † in petitione hæreditatis admitti libellum ganeralem. *l. ſi hæreditatem l. illud quoque.ff.de petit.hered. Ioan. Frãciſcus de Ferrar. in pract.in forma.libell.in action. real. gloſſ.1. num. 13. Iaſon.in l.1.num.29.ff. de eden.Hugo Donell.in l.3.num.7.C.cod. Andr. Gail. practicar.obſeru. lib.1. obſer.68.num.1. Iaſon. in §. omnium. num. 140. inſtit.de actionib.vbi latiſſime, Hierony.Treutler.diſputation.Selectar.parte 1.diſputation.4.Theſi.11.Octauian. Cacheran.in deciſ. Pedem.74 nu.15.18.Iafredus Lanf.Balbus in deciſ.186.incip.in iudicijs.Ioan. Thomas Minado.in deciſ.Neapol.31.num.3.6.Achilles Perſonal.in tract. de petition. hæredit. num. 555. Ioan.Berberii.in Viator.iuris.parte 4.titul. de iudiciis.num.157. Petr. Anton. Anguſſol. 64. num.2.3. lib.2.*

Declara ſupradictam concluſionem procedere,

73 dum tamen res generaliter, & vniuerſaliter † in libello deductæ, in executionis tempore expriman tur,& liquidentur.*l.4.ff.de Petit.hæredit. Bartol.in l.edita.in princ. verſ. contra hoc oppono. vbi Alexan. num.5. Iaſon ſub nu.12. Deci.ſub nu.25.C.de edend. Felin.in c.in præſentia.nu.3.vbi Deci.num.3.de probat. Idem Deci.in conſ.322.nu.3.verſ.tertio, quos refert,& ſequitur Perſonal.in dicto tract.de petitiõ.hæred.ſub nu.555. Iafred.Balbus in deciſ.186. incip.in iudicijs. Ioan. Dilect. Durant.in tract.de Arte teſtand.titul.11.cautel.20.nu.5.*

Subdeclara tamen præfatam declarationem pro

74 cedere in iudiciis vniuerſalibus, vt tempore † executionis fieri poſſit bonorum liquidatio. Sed in generalibus tenebitur actor in proceſſu & ante ſentẽtiam ſpecificare,& probare,& in probatis obtinere *vt tenet Roſſred. Beneuentanus in tract. de libellis. rub.de Generali,& vniuerſali. Innocent. in c. conquerente.extra de offic.ordin. Panor.in c.cum inter.in 5. notab.de re iudic. in c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpol.* Et quanquam *Angel.& Alex.in l.1.ff.de eden.* tenuerint, etiam in executione fieri poſſe liquidationem: Securior eſt tamen præfata diſtinctio, quam proba uit etiam *Petr.Anton.Anguſſol.in conſil.64.nu.2.3. lib.2.*

75 Notandum ſeptimo, quod libellus † in certus procedit in petitione fructuum, vſurarum, damnorum, expenſarum,& intereſſe. *Innoc.in c. cum ad ſedem.de reſtit.ſpolia. Petr.& Cyn.in l.cum propria. C. ſi quis alter.vel ſibi Bart.in l.1.ff.de eden. Quos refert,& ſequitur Iafred.Lanfra.in deciſ.24.incip.libellus.de quibus Matthæ.Vueſembec in conſil.99. & Ioan.Copus de fructib.lib.4.titul.3.cap.1.*

76 Notandum octauo, quod quando eſt † probabile iuris dubium libellus incertus admittitur, ex Mariano Socino Seniore, *in c.2.col.17.extra de libell.oblation.uoluit Anton.Capici.in deciſ. Neapol.10.numero 21.*

77 Sed tamen incertus dicitur libellus, † continens quantitatem, quæ petitur, ſed dicit, vel circa. *Guido Papæ in deciſ.290.num.1.*

78 Alternatiuus † libellus regulariter non valet, nec admittitur. *l.prætor.edixit.§.quod autem.ff.de iniur.l.vbi autem.§. Qui illud, aut illud.ff.de verbor. obligat. Andr.Gail.practicar.obſeruat.lib.1.obſeruat. 62.nu.1. Ioach.Mynſing.obſeruat. 11. Centur.4. Vldalrich. Zaſ.in dicto.§. Qui illud.ſub nu.6.* Rationes ipſi adducunt. *Petr. Anton. Anguſs.in conſil.7.nu.6. lib.3.Franciſc.Marc.in deciſ. Delphinal. 870. num. 4.vol.1.*

79 Primo tamen admittitur † libellus alternatiuus quando procedit ex facto alterius, puta ipſius rei, quãdo petit quis rem iure Dominii, vel quaſi,& ſic intentat rei vendicationem, & Publicianam, & procedit, *arg.c. Abbate ſane. vbi gloſs. vbi Dominic. de Sancto Gemin.& Philipp.Franc.de ſent.& re iudicat.in 6. Ant.de Butrio.in c.2.extra de libell. oblat.bene Alex.in conſ.96.num.5.6.vol.4. optime Zaſ.in dicto.§. Qui illud.ſub num.7. Gail.practic. obſerua.lib. 1.obſeruat.62.num.4.5.* Maxime quando electio eſt

80 † debitoris, vt voluit Franciſcus Viui. *in deciſ.41. num.1.Franciſc.Marc. in deciſ.720.nu.4.vol.1. Peregrin.Fabi.in deciſ.Nouiſſi.Roman.275. num.4.5. lib.3.vol.3.*

81 Secundo legatarius † poteſt facere libellum, petendo legatum a reo, ſiue pro poſſeſſore poſſideat, ſiue pro hærede. *l.1.§. hoc interdictum. verſicul. Quia autem.ff. Quor.legat. Vdalrich.Zaſ.in dicta.l. vbi autem.§. Qui illud.ſub numero 6.ff.de verb. obligat.*

82 Tertio, minor poteſt † libellum alternatiuũ facere, vt dicere contractum nullum, aut ſi validus ſit, illum reſcindi, ſeque in integrum reſtitui. *c. conſtitutus.vbi Doctores de reſtit.in integr.* Et ſimiliter poteſt ſententiam nullam dicere, & ſi qua eſt renocare, & ipſum reſtitui in integrum. *Guido Papæ in dect. 143.nu.1.& in Singul.220.Cappell.Tholoſ. in deciſ. 469.incip. Item fuit quæſitum, aliquis. & ibi Stepha. Aufrer.in Apoſtill.*

Quarto in actione hypothecaria, procedit libel-

83 lus alternatiuus, peto Titium condemnari † ad traditionem rei hypothecatæ, vel ad ſoluendum debitum. *l.ſi fundus.§.in venditione.ff.de pignorib.& hypothec.l.fin.C.ſi vnus ex plurib.hæred. Panor.in c. ex literis.de pignorib.in c.pen.num.2.extra. de empt.& vendit. Bartol.in l.ſi rem alienam.nu.12.ff. de pignorat.actiõ. Iaſon. in §. Item Seruiana.nu.127.inſt.de actionib. Vdalrich. Zaſ.in d. §. Qui illud. ſub nu.7. And.Gail pract.obſer.lib.1.obſer.62.nu.8.9. Vendelin.Schellinch.in tract. Actionũ, & except.forenſium. tit.de ordine actionum.verſ. Iam inter actiones. fol. mihi.10. Ludouic.Mayn.in tract. actionum in Artem redactar.lib.2.cap. 12. Thomas Doccius in conſ. 86.*

nu.1.

nu. 1. Personalis etiam & hypothecaria simul intentari possunt. *Guido Papæ in decis. Gratianop.* 108.

84 Quinto libellus alternatiuus producitur, † dum tractatur rescissio contractus in materia *l. 2. C. de rescindend. vend. vt ibi* Bartol. *concludit. c. cum dilecti. extra. de empt. & vend.* Opinionem Bartoli probarunt *in d. l. 2. Hierony. Cagnol num. 216. Iacob. Gourreus. Arius Pinellus in dicta. l. 2. part. 3. cap. 3. per totum. AEmil. Ferret. in dicta. l. vbi autem. §. qui illud. num. 4. vbi etiam Zas. sub num. 6. ff. de verbor. oblig. Pantaleon. Cremens. in dicta. l. 2. num. 199. Abb. Panor. in dicto. c. cum dilectus in fin. & ibidem Augustin. Bero. & Anton. Burgos. num. 11. de empt. & vend. Idē Burgos. in c. cum causa. num. 4. in fin eod. titul. Aymo Crauetta in consil. 151. Andr. Gail. pract. obseruat. lib. 1. obseruatio. 62. num. 9. 10.* Qui maiori ex parte † dixerunt esse de substantia, vt libellus in hac materia alternatiue concipiatur. *Stephan. Aufrer. ad Cappel. Tholos. in decis. 469. Alexand. in cons. 182. col. 1. vol. 2. Anton. Gomez de contractib. cap. 11. num. 40.*

86 Sexto libellus, in quo proponitur † nullitas, & iniquitas insimul, & exprimuntur nullitates admittitu. *Rota in Antiq. in decision. 146. incip. Nota quod contra illum.*

Aduertendum tamen est, non esse verum, quod
87 pro forma tradiderit Bartolus, † libellum in intentando remedio *dictæ. l. 2.* vt fiat alternatiue, sed fuisse consilium, non præceptum, quod & Baldus, *ibi num.* 14. videtur sentire, dum dicit reum non esse
88 obligatum ad solutionem pretij, quia esset cogere illum ad faciendum † nouum contractum, & ideo *num.* 19. dicit posse fieri libellum non alternatiuū. Sequitur *Salyc. q.* 19 quam opinionem optime comprobauit *Pinell. in dicta. l. 2. parte 3. cap. 3. nu. 9. 10.* Dicens, & alternatiue, & non alternatiue agi posse, *ex Ludouic. Gozadin. in consil. 14. num. 11. Ripa in l. edicta. num. 17. C. de eden. Anton. Gomez de contract. cap. 2. & Gulielm. Cassador in decis. 1. in fin. titul. de empt. & vend. Mynsing. obseru. 42. Cent. 2. & obseru. 11. Centur. 4.*

Ex his optime Camera Imperialis obseruat, vt
89 fiat libellus, quo tantum restitutio rei petatur † & nihilominus per sententiam pronunciatur alternatiue, *vt ex Bartoli, & Sequacium opinione obseruatū asseruit Ioachim. Mynsinger. obseruat. 42. Centur. 2. Hoc idem fatetur Andr. Gail. lib. 1. obseruat. 62. sub num. 10. & ex Matth. de Afflict. in decision. Neap. 32. probauit Pinell. in dicto cap. 3. sub num. 12.* Et denique sexto in actionibus contrarijs libellus alternatiue permittitur, non autem copulatiue. *Iafred. Lanfranc. Balbus in decis. 497. incip. libellus duplex. Maranta de remedijs possessor. nu. 129.*

90 Obscurus libellus quinque modis dicitur. † Primo, ratione æquiuocationis. Secundo generalitatis. Tertio alternationis. Quarto ratione locutionis non coarctatæ. Quinto, ratione infinitatis, vt vnicuique ipsorum exempla tradidit. *Marc. Mantua in singul 273. & in singul. 531. Quem refert & sequitur Andr. Gail. Practicar. obseruat. lib. 1. obseruatio. 62 num. 4. 5.*

91 Libellum † obscurum declarari vsque ad sententiam tam de iure Ciuili, quam de iure Saxonico scribit *Modestin. Pistor. quæstion. Illustr. q. 155. vbi Iacobus Schultes & idem ad Matthiam Coler. in decis. German. 109. num. 32. Riminald. Senior in consil. 172. num. 20. vol. 1. & in consil. 445. num. 5. vol. 3.*

92 Ex declaratione obscuri † libelli, nihil noui inducitur. *Paul. AEmil. Verall. in decis. 27. nu. 6. lib. 3. post Felin. in c. 2. col. 9. vers. Item illam fallentiam. extra de libell. oblat.*

93 Mutans libellum † quo ad substantialia, aliquid addendo, vel detrahendo, dicitur nouum libellum facere. *Bartol. Bald. Angel. Alex. in l. edita. vbi Deci. num. 52. C. de edend. Anton. de Alexand. ibi col. 8. vers. Tu aduerte circa hoc. Francisc. de Claperijs in decis. fiscal. caus. 11. q. 1. num. 6. Sfortia Oddus in consil. 88. num. 8. 18. 53. vol. 1.*

Idcirco sequeretur, quod hoc liceret ante litem
94 contestatam, quia post illam non licet adde re, nec † detrahere. *arg. l. 1. §. si quis simpliciter. vbi Iaf. nu. 5. ff. de verbor. obligat. Francisc. de Claperiis. in decis. fiscal. causa. 11. q. 1. num. 6. And. Gail. practicar. obseru. lib. 1. obser. 51. num. 9.*

95 Idem procedit in † emendatione libelli, quia ante litem contestatam permittitur, post autem negatur. *l. non potest. 23. ff. de iudic. l. Acteius. §. fin. l. seq. ff de Aqu plu. arcend. Bartol. in l. edita. num. 7. C. de edend.* Quia sententia, quæ proferretur super mu
96 tatione † additione, vel emendatione, esset super re, in qua non esset lis contestata, & esset nulla. *arg. l prolatam. C. de sent. & voluit Anton. de Alexand. in dicta. l. edita. col. 4. vers. Secundo conclude. Panormitan. in c. 2. num. 29. de libell. oblat. Barthol. Brunat. in Agone. cap. 8. num. 1. Matthias Coler. in decision. Germaniæ. 109. nu. 1. & in decis. 122. num. 5. Petrus Termineus in processu iuris scripti. cap. 22. Francisc. Milanens. in decis. Siciliæ 8. num. 43. lib. 2. Riminald. Senior. in consil 445. num. 1. vol. 3.*

97 Aduertendum est primo, † quod quæ dicunt Doctores in materia emendationis libelli, eadem intelliguntur in mutatione, *vt voluit Claudius de Seyssello. in l. edita. col. 7. C. de eden. quem refert, & sequitur Bernardin. Pandus in Pragmat. Dispendia. num. 123.*

98 Aduertendum † secundo, quod etiam si partes consentirent in emendatione, & mutatione libelli post litem contestatam, non procederet, *vt ex Bal. in Authent. Hoc sacramentum. in. fin. C. de iuram. calum.* Quia litis cōtestatio, & alii iudiciales actus, consensu partium omitti nequeunt. *Glos. in c. de causis. de offic. deleg. Bart. in Authent. offeratur. C. de litis contest. Anton. de Alexand. in l. edicta. col. 4. ver. hanc conclusionem.*

99 Aduertendum tertio, quod † volens mutare actionem, & causam, puta, quia egit actione ex empto, nūc vult mutare, & agere ex donatione, potest etiam post litem contestatam, quia reus ex hoc nullum damnū patitur, ex quo si absolueretur ab vna, ageret ex altera, & similiter cōdemnaretur, *vt dicit*

Paul.

Paul. de Castro. quem sequitur ibi in dicta. l. edita. column. 9. versic. in ea ibi subiicit Anton. de Alexan. Qui ponit ibi plures declarationes, quo ad emenda
100 tionem, † mutationem, & cumulationem libelli, ad quem lectores remitto.

101 Aduertendum quarto, quo ad libelli † cumulationem illam non admitti, quando esset circa res diuersas. *arg. l. si idem cum eodem. in princip. vbi Alex. ff. de iurisd. omn. iudic. voluit Paul. AEmil. Verall. in decis. 132. nu. 2. lib. 3.*

Vnde dicitur subsistere libellum, in quo per viã,
102 † cumulationis intentatur remedium retinendę, & recuperandæ possessionis ex Paulo de Castro *in consil. 234. incip. In causa appellationis. num. 1. vol. 2. Menoch. de retinend. possess. remed. 3. num 507. Barnabas Cornazan. in decis. 137. num. 14.*

103 Aduertendum est quinto, quia † in delictis etiã post litem contestatam libellus potest declarari. *l. in delictis. §. si detracta. ff. de Noxalib. act. l. hęres. §. 1. ff. de testam. Francisc. Marc. in decis. Delphinal. 720. nu. 10. vol. 1. Quod optime annotauerat Accurs. in dicto §. si detracta. in gloss. magna. in fin. vide infr. hoc titulo. vers. accusanti. nu. 158.*

104 Aduertendum sexto, cumulationem † plurium actionum in vno libello, valere, *ex pluribus Andr. Gail. pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 63. nu. 1.*

105 Copia libelli edenda est reo, † sumptibus agentis, cum induciis ad deliberandum. *gloss. in clem. 2. in verb. oblatos. de appell. Robert. Marant in Specul. Aur. parte 6. membro. 3. num. 2. Petr. Terminæus. in Processu iuris scripti cap. 20. Andr. Gail. pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 51. num. 2. Francisc. Viui. in decis. 11. nu. 12.* Et in hoc Regno Neapolitano prouisum est *per Prag. incip. Comparente Reo.* Adde ad conclusionem *Iafredũ Lanfranc. Balb. in decis. 189. incip. Copia. eundem Francisc. Viui. in decis. 358. nu. 1.*

106 Non requiritur libellus aliquis in causa † alimẽtorum. *Bartol. in l. si quis a liberis. in princip. ff. de lib. Agnoscend. Asinius in pract. ciuil. §. 3. cap. 31. nu. 6. & §. 4. cap. 3. casu. 48. Francisc. Milanens. in decis. Siciliæ. 5. nu. 29. 30. lib. 1. Surdus de Alimentis. titul. 8. priuilegio. 2. nu. 3.*

107 Declara primo procedere † quando alimenta petuntur officio iudicis, non autem si iure actionis ex contractu, sub dubio idem Asinius *in dicto §. 4. cap. 3. casu. 48. arg. l. 1. §. sed excipiuntur. vbi Gulielm. de Cuneo. ff. de feriis. Surdus de Alimentis. in dicto titul. 8. priuileg. 2. nu. 15.*

108 Declara secundo procedere † in alimentis præsentibus, & futuris, in quibus est necessaria celeritas ob necessitatem victus, secus autem in alimentis præteritis, in quibus non militat illa ratio. *Alberic. de Rosate. in l. cum hi. in princ. ff. de transact. Bald. in l. 1. nu. 6. C. de fideicommiss. Petr. de Anchar. in clem. 1. de iure patron. Iason. in l. de alimentis. nu. 5. C. de transact. Francisc. Aretin. in cons. 97. num. 2. vers. Ad tertium dico. Anton. Corduba. in l. si quis a liberis. §. si vel parens. nu. 12. ff. de liber. agnoscend. Asin. in dicto §. 3. cap. 31. nu. 1. Surd. in dicto priuilegio. 2. nu. 14. Francisc. Milanens. in dicta decision. 5. numero 33. lib. 1.*

109 Declara tertio procedere, si alimenta † debẽtur pauperi, & inopi, non autem diuiti. *Bartol. in l. alio. ff. de aliment. leg. Francisc. Areti. in dicto consil. 97. col. 2. Surdus in dicto priuileg. 2. Cornel. Benincas. de Priuileg. paupertatis. special. 2. in iudicys. num. 18. 19.*

110 Non requiritur † secundo libẽllus, si proceditur via exequutiua vigore instrumenti liquidi, quod habet vim libelli, *vt voluit Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 191. nu. 5. in fin. quem sequutus est Vincent. Carrocius in decis. sine casu. 44. num. 10. & post Benedict. Barzium in tract. de instrum. Guarentig. parte 2. q. 3. in fin. voluit Cęsar Barzius in decis. Bononiens. 49. nu. 5. Lancellot. Gallia in cons. 24. nu. 4. vol. 1.*

111 Non requiritur tertio, † libellus aliquis in causa executiua vigore rei iudicatæ, *Sebastian. Sapia in l. fin. nu. 64. C. de edict. Diui Adrin. toll. Asin. in pract. ciuil. §. 4. cap. 3. nu. 1. Surdus. in tract. de aliment. tit. 3. q. 9. nu. 6. Octauian. Cacheran. in decis. Pedemont. 1. nu. 3. 4. Surdus in consil. 204. nu. 5. vol. 2. Marian. Socin. Iun. in cons. 75. nu. 1. vol. 2.*

112 Declarant tñ † quod tunc demum in supradicto casu libellus non exigitur, quando iudicis officio sententiæ executio petitur. *Angel. in l. 1. num. 27. C. de iudic. Panor. & Felt. in c. 1. extra de libell. oblat. & bene Ioan. Nentzan. in cons. 4. nu. 2. Iafred. Lanfran. Balbus in decis. 362. incip. libellus. sequitur Robert. Lancellot. de Attent. at. parte 3. cap. 26. num. 10. 13. Marian. Iun. in cons. 75. nu. 1. vol. 2. Sebast. Vant. de nullit. ex defect. proces. nu. 51. Achill. Person. de adipisc. poss. nu. 58. Faciunt notata per Ludolph. Schrader. de feud. parte 10. sect. 6. nu. 105. 106. vol. 2.*

113 Nõ requiritur libellus † quarto in causa depositi. *Angel. in l. si quis. C. depositi. Panor. in cap. quia propter. de elect. Francisc. Viui. in decis. 191. nu. 6. faciunt notata per Nicol. Boer. in decis. Burdeg. 295. nu.... & remissiue Bernardin. Alfan. in collect. an. 472.*

114 Non requiritur quinto † libellus in causa reuocationis attentatorum. *Glos. in clem. 2. vt lit. pendent. Ioan Andr. & Petr. de Anchar in c. 1. in fin. extra de lite pend. Bernard. Cardin. Bisgnet. in decis. 2. titul. de appell. AEgid. Bellemer. in decis. 101. Matth. de Afflict. in decis. Neap. 351. nu. 1. Ioan. Baptist. Asin. in praxi. ciuil. §. 4 cap. 3. versic. decimo sexto. quos refert, & sequitur Robert. Lancellot. de attentatis. parte 3. cap. 26. nu. 10. quod dicit procedere in attentatis notoriis Andr. Gail. practic. obseruat. lib. 1. obseruat. 146. nu. 4.*

115 Non requiritur sexto libellus, † quando intentatur actio in factum. *Inno. in c. 1. de libell. oblat. Alex. & Ias. in l. intra dies. ff. de iudic. Sequitur Ioan. Petr. Surd. in cons. 204. num. 6. vol 2.* Vbi quamuis dicit Bartolus *in dicta l. intra dies.* tenere opinionem cõtrariam, nihilominus dicit hanc esse communem, & sufficere qualem petitionem.

116 Octoginta casus in quibus † non exigitur libellus annotauit *Ioan. Baptista Asin. in practic. ciuili. §. 4. c. 3. per totum.* quos non sine causa omitto.

117 In

117 In actione iniuriarum ciuiliter †intentata debet esse ita clarus, & ita specificatus libellus, vt reus certificari valeat. *Rota in Nouis. in decision. 36. incip. Fuit dubitatum an in actione. & in decis. 39. incip. In actione.*

118 Ciuilis etiam libellus continens † infamiam debet tempus continere. *Matth. de Afflict. in dec. Neapol. 250 num. 2. & Vrsill. in dicta decis. 250.*

119 In possessorijs, & interdictis †omnibus, libellus, siue qualis qualis petitio exigitur. *Marian. Sen. in c. 1. Fall. 63. de libell. oblat. Iacob. Menoch. de Adipisce. possess. Remed. 4. nu. 468. quem refert, & sequitur Cæsar Barzius in decis. Bononiens. 49 num. 1. 2. 3.* Sunt

120 tamē non nulla possessoria iudicia, in quibus †libellus exigitur, quæ tangit idem, *Menoch num. 470. & seq.*

Declara tamen tunc in his iudicijs possessorijs,

121 non requiri libellum, siue qualem qualem † petitionem siue libellum, quando nullus adest contradictor, quia existente contradictore libellum exigi, & illam qualem qualem petitionem tunc sufficere, *vt ex Corne. in l. fin. nu. 28. Iacobin. nu. 23. Vbertino Zuccardo. 291. de edict. Diui Adran. toll. scribit idē Menoch. in dicto tract. de Adipiscend. poss. remed. 4. nu. 469. Ioan. Francisc. de Ferrar. in pract. forma libell. quo petit. hæred. ex testam. in verb. quare. num. 1. Achill. Personal. de Adipiscend. possess. nu. 61. Marc. Anton. Peregrin. de fideicommiss. articul. 48. nu. 57.*

Subdeclara contradictorem illum legitimum es

122 se oportere, nec enim sufficeret illum esse † solum modo simplicem possessorem, quia si in contrarium hæres produceret testamentum non abolitum, non cancellatum, nec aliqua sui parte suspectum, tunc, si ne alio libello non posset impediri in possessionem bonorum immitti. *Bartol. in dicta l. fin. num. 14. 15. & ibi Zuccard. nu. 324. C. de edict. Diui Adrian. toll. Ioan. Baptista Plotus. in l. si quando. nu. 84. C. vnde vi, quos refert, & sequitur Achill. Personal. de Adipiscend. possess. nu. 36.*

Porrecto libello in causa criminali, etiam ciuili-

123 ter † intentata, si fuerit citatus personaliter, comparendo, respondere cogitur. *Rota in Nouis in decis. 27. incip. licet contra.*

124 Instrumenti liquidi præsentatio † libelli vim obtinet. *Matth. de Afflict. in decis. 191. nu. 5. in fin.*

125 In petenda in integrum † restitutione libellus requiritur, *ex Specul. in titul. de offic. omn. iudic. §. incidenter. numero tertio. Aegid. Belleme. in capitul. constitutus. numero 11. de restit. in integr.* Marc. *Mantua in l. Nec quicquam. §. vbi decretum. numero 36. ff. de offic. proconsul. voluit Sforzia Oddus de restit. in integr. quæst. 35. artic. primo. numero primo. Ioachim. Mynsing. obseruat. 18. Centur. 4. quem sequitur Hieronym.* Magon. *in decision. Lucens. 40. nu. 11. 12.*

126 Declara procedere, quo ad † positionem restitutionis in integrum aduersus rescissionem contractus, vel aduersus sententiam diffiniuam, secus autem quo ad interloquutoriam, in qua libellus non exigitur. *Bartol. in l. Diuus. in fin. ff. de restit. in integ. in l. minor. 37. in princ. ff. de Minorib. Stephan. Aufr. ad Cappell. Tholos. in decis. 55. incip. Item fuit quæsitum, an procurator. Sforzia Oddus in dicta q. 35. articul. 1. num. 4. vbi tradidit quatuor limitationes de quibus,* DEO auspice, dicemus latius in titulo de restitutione in integrum.

27 Sententia libello † conformis esse debet, cum iu

1 dicetur fatuus iudex, qui condemnat vltra petita, vel in ciuilibus non petenti officium suum imparti tur. *c. licet Heli. extra. de simon. l. vt fundus. ff. commun. diuidund. Bartol. in l. AEmilius. ff. de Minorib. Anton. de Butr. in dicto. c. licet Heli. Sebastian. Vantius de nullitat. ex defect. process. nu. 97. Ioan. Baptista Asin. in pract. ciuil. in princip. cap. 3. nu. 30. Iaco. Philipp. Porti. in consil. 191. num. 10. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 42. nu. 17. 18. Lancellott. Gallia in consil. 107. num. 14. vol. 1. Angel. de Gambilionib. in consil. 7. nu. 10. vol. 1. Cæsar Barzius in decis. Bonon. 33. nu. 9. Iafred. Lanfranc. Balbus in decis. 298. incip. procedit. Hieron. Gabriel. in consil. 47. nume. 19. vol. 1.*

Declara primo posse iudicem vltra petita per libellum in sententia deducere, & condemnare,

128 † de his, quæ tacite, & virtualiter in sunt, puta pōt ad fructus condemnare, dum condemnat ad restitutionem rei, quia virtualiter comprehenduntur. *Alex. in cons. 8. col. 2. vol. 5. in cons. 48. col. 2. vol. 7. Anton. de Butr. & Panormit. in c. grauis. de restit. spolia. Doctor. in l. ex diuerso. in princ. ff. de rei vendicat. Guid. Pap. in decis. Gratianop. 405. per totam. refert, & sequitur Vantius de Nullit. ex defect. proces. nu.*

129 97. *in fin.* Qui etiam † si petiti non fuerint possunt a iudice suppleri vt Imperialis Camerę iudicio pro uisum fuisse scribit. *Ioachim. Mynsing. obseruat. 55. Centur. 4. Guido Pap. in dicta decis. 405. Nicolaus Boer. in decis. Burdegal. 18. per totam. Cappell. Tholosa. in decis. 194. incip. Item fuit quæsitum, an iudex. & plene Ioan. Copus de fructibus. lib. 4. titul. 2. cap. vnico. Anton. Capic. in decis. Neap. 10. num. 24. Hieron. Magon. in decis. Lucens. 53. nu. 18.*

130 Declara secundo, præsertim in hoc Regno † vbi omnes causę ciuiles sunt summariæ, in quo causa potest a libello difformis esse, *ex Bartol. in extraua. Ad reprimendum. in verb. videbitur. Francisc. Aretin. in consil. 83. Robert. Maranta in Specul. Aureo. parte quarta. distinct. 9. numero tertio. Thomas Gramatic. in decision. Neapolitan. decima quinta. numero tertio. in decis. 19. num. 3. Prosp. Caravit. in ritu. 188. num. 10. Bernardin. Pandus in Pragm. Dispendia. nu. 162.*

131 Petitionem, & libellum iudex † ecclesiasticus in citatione inserere debet. *Petr. Rebuff. ad constitutiones Galliæ. tomo. 3. titul. de citationib. articul. 3. glos vnica. num. 7.*

132 Obiectiuus libellus requirit specificationē †nominis, loci, annuū, mēsis, & aliarum circumstantiarum. l. libellorum. Dies vero, & hora necessarii non sunt, nisi essent de substantia materiæ in articulis deductæ. *Rota in Nouis. in decis. 255. incip. licet in materia.*

133 Con-

133 Contra plures in ſolidum obligatos † libellum concludere debere, quod vno ſoluente, alij ſint liberati, alias libellus reijciatur. *Bartol. in l. 1. C. de fideiuſ. tutor. voluit Guido Pap. in deciſion. Gratianop. 570. num. quarto.* Vbi dicit, ita practicaſſe, *ex Bartol. in l. ſi pluribus. ff. de leg. 2. Idem voluit Robert. Marant. in Specul. Aureo parte 4. diſtinctione prima. num. 14. dum dicit*, libellantem ſic dicere debere, quod vnica erit ſolutione contentus. Quanquam Salycetus *in Authent. Hoc ita C. de duob. reis.* dicat,

134 procedere libellum, petentis condemnari † in ſolidum licet non adſint illa alia verba, *quem ſequitur Iafred. Lanfranc. Balbus. in deciſion. 119. incip. libellus, in quo petitur.* Dicens, contrariam ſupra dictam opinionem procedere, quando peteretur cogi. Tamen ſupra notata prima opinio eſt ſecurior.

135 In libello vnde vi non tenetur libellans † res ablatas ſpecificare, ſed ſufficit aſſerere fuiſſe commiſſam violentiam. *Rota in Nouis in deciſion. 157. incip. libellans.* Et quanquam pro poſſeſſione rei mo-

136 bilis antiquitus interdictum vnde vi † conceſſum non fuerit, *vt habetur in l. 1. §. illud itaque. ff. de vi, & vi armat.* Tamen poſtmodum per Valentinianum, Theodoſium, & Arcadium, *per l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.* etiam pro rebus mobilibus abla-

137 tis conceditur, † vt probauit Iuſtinianus Imperator *in §. ſed ne dum talia. Inſtitut. de vi bonor. raptor.* Et idcirco hodie hoc eſſe expeditum tale interdictum pro mobilibus bonis locum habere cenſuit Salycetus *in dicta l. ſi quis in tantam. colum 4. verſ. circa quas. Ripa. in c. ſæpe. num. 98. de reſtit. ſpoliat.* quos refert, *& ſequitur Iacob. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 9. num. 265.* Libellum autem formari

138 *in dicta l. ſi quis in tantam.* † *docuit Bartol. ibidem. numero 30.* Et ſi ſpoliator ageret ſuper proprietate, & dominio, ſpoliatus excipiet ex occupatione ius ſuum amiſiſſe, vt ex dictis Gloſſæ, & Panormitani *in c. Paſtoralis. extra. de cauſ. poſſeſſ. & proprietatis. ſcribit Iafredus Lanfranc. Balbus. in deciſ. 34. incip. lex ſi quis.*

139 In Regno hoc Neapolitano quo ad † vim illatam in rebus immobilibus, receſſum fuit a diſpoſitione *dictæ l. ſi quis in tantam. C. Vnde vi. & l. extat. ff. de eo quod met. cauſa per Conſt. Federici Secundi Imperatoris. incip. Violentias. & alia Conſt. Circa violentiarum. & per c. Regni. ſubditorum. Caroli Primi. & per c. de violentijs.* Quo vero ad vim in

140 bonis mobilibus ſeruantur iura † loquentia de vi bonorum raptorum, *vt in dicta Conſt. Violentias. §. raptorem autem. & dictum c. ſubditorum. in princ.* Et notandum quod in præfatis violentiarum cau-

141 ſis in hoc Regno ſtatutum eſt, † ſummarie procedi, nec libellum requiri, *vt per dictum c. ſubditorum. §. & ſic de negotio. vt annotauit Neapodan. Sebaſtianus. colum. ſecunda.* Verum neceſſariam eſſe qualem qualem petitionem cenſuit ibidem *Ioan. Anton. de Nigris. num. 137.* Quo vero ad violentias, & illarum materiam dicemus, *ſi DEVS voluerit*, in titulo de vi, & vi armata, & violentijs.

142 Suſtinetur libellus, in quo dicitur † rem ad me pertinuiſſe, *vt dicit Rota in Nouis in deciſion. 325. incip. ſi libellus. A Egidius Bellemer. in deciſion. 773.*

143 Omitti poſſe libellum de partium † voluntate, ſaltem tacite, *ſentit Accurſ. in Authent. offeratur. in gloſ. fin. C. de litis conteſt. Matth. de Afflict. in deciſion. Neapolitan. 191. ſub num. 7.* Quod omitti poſſit per voluntatem expreſſam conſenſu partium, *notatur in l. fin. §. quotiens. ibi. conſentientibus partibus. C. de priuileg. Scholarum. libro decimo primo. Idem accurſ. in Authent. de exhiben. reis. §. ſancimus. in verb. libellum. verſ. Item fallit quando partes. Marian. Iunior. in conſ. ſeptuageſimo quinto. nu. 5. vol. 2.*

144 Contrariam opinionem, quod partium † conſenſu, nec expreſſe, nec tacite omitti poſſit, *voluit Bartol. in Authent. offeratur. numero decimo tertio. & ibidem Bald. numero ſexto. C. de litis conteſt. Lanfranc. de Orian. in capit. quoniam contra. in verb. petitiones. numero decimo ſexto. de probat. Angel. de Aretio in §. Tripli. numero octauo, Inſtit. de Action. plene Bartholom. Ferrenſis. in conſil. crimin. 60. plenius. Panormitan. in capitul. primo, numero 10. 11. de libell. oblat.* hanc eandem opinionem tenuit Antiquus Doctor Tancredus de Corneto in compendioſa, *titul. de quæſtion. circa viam ordin. libellor. quæſtion. ſexta. incip. ſexto. quæro, numquid valeat iudicium. numero ſecundo. Sebaſtian. Vantius de nullit. ex defectu proceſſ. numero decimo octauo, in fin. Facit Rota in Nouis. in deciſion. octuageſima octaua. incip. In cauſa. Roffredus Beneuentan. in tract. de libellis. titul. in quibus cauſ. libell. offerat. quem ſequitur Marian. Senior. in conſil. 96. incip. Viſo proceſſu agitato. colum. prima, volum. primo. Stephan. Aufrer. ad Cappell. Tholoſan. in deciſion. 287. Vide infra hoc titul. verſicul. licet renunciatum. numero 159.*

145 Die feriato in honorem † Dei coram iudice libellum produci poſſe, habetur *in l. miles. §. ſexaginta. ff. ad leg. Iul. de adulter. l. ſine. C. de dilat. l. 1. C. de Feriis. Accurſ. in dicto §. ſexaginta. Lanfran de Orian. in clem. ſæpe. in verb. de plano. de verb. ſignific. Guido Pap. in deciſ. Delphin. 215. ſub num. 2.*

146 Declara primo nonnullos tenere † non procedere, niſi in ferijs inductis in fauorem hominum, *vt voluit Alexander in l. 1. ff. de ferijs, Robertus Marant. in Specul. Aur. membro tertio. numero decimo octauo.*

147 Declara ſecundo libellum † appellationis poſſe indiſtincte præſentari die feriata, *ex deductis per Robert. Marant. in Specul. Aur. in dicto membro 3. num. 18.*

Subintellige tamen ſupradictam declaratio-

148 nem ſecundam intelligi debere in libello † appellationis, qui producitur coram iudice a quo fuit prolata ſententia, & fuit appellatum, ſecus vero in libello, qui producitur coram iudice ad quem, quia

esset procedere in causa & tunc fieri non potest die aliquo feriato neque in fauorem hominum vt optime considerauit *Thomas Doccius in consil.* 188. *num.* 9.

149 Declara tertio, posse † præsentari libellum die feriata, quando actio esset tempore peritura. *argu. cap. licet. de feriis. voluit idem Thomas Doccius in dicto consil.* 188. *num.* 7. *qui inducit septem limitationes ad supra dictam Regulam.*

150 Semper verba libelli in fauorem † libellantis latissime interpretanda sunt, & conformia mentis ipsius. *AEgid. Bellemer. in decision.* 733. *Cappella Tholosan. in decis.* 32.

151 Qui facit libellum cum † remedijs contrarijs tamen in illo deducit omne ius sibi competens, potest vti illo remedio, quod ibi placuerit, & competit actionis libellanti electio. *Angel. & Paul. de Castro. in l. si vterque num.* 4. *C. de Codicill. voluit Aldobrandin. in decision. Nouissi. Roman.* 251. *num.* 2. 3. *parte* 1. *vol.* 1. *Cardinal. Puteus in decis.* 21. *nu.* 1. 2. *lib.* 1.

152 Sustineri potest † libellus ex pluribus capitibus formatis in vno capite valido, maxime si in libello fuerit clausula omni modo meliori. *Iaf. in* §. *omnium. num.* 151. *Inst. de action. & in l. scire debemus. num.* 5. *in fin. ff. de verb. oblig. Achilles de Grassis in decision.* 1. *titul. de clausul. Rubeus in decision. Nouissim. Roman.* 40. *num.* 3. *parte* 1. *lib.* 1. Intelligitur enim petere, quod sibi de iure debetur. *Cappell. Tholos. in decis.* 232. *incip. Item fuit quæsitum si fuit. faciunt scripta Iafredi Lanfr. in decision.* 293. *incip. procedit libellus. Ludolph. Schrader. de feudis.* 9. *parte* 2. *partis principalis. section* 8. *num.* 3. *vol.* 1.

153 Dolum fuisse † commissum specificari non debet, sufficit enim narrasse factum, ex cuius narratione dolus arguitur. *Iafred. Lanfran. Balbus in decis.* 61. *incip. dolus.*

154 Reo ad respondendum † libello dantur inducię deliberatoriæ viginti dierum de iure communi. *Authent. offeratur. C. de litis contestatione. Matthias Coler. in decision.* 110. *num.* 1. *& in decis.* 111. *num.* 2. 3.

155 Dicitur bene formatus † libellus, quando continet, quæ si forent probata libellans obtineret. *Doctor. in l.* 2. *ff. de in ius voc. Francisc. Viuius in decision.* 374. *num.* 1.

156 Petens per suum libellum † plures reos debendi condemnari in solidum, & si non dicat vnica solutione fore contentum libellus sustinebitur, *vt dicit Iafred. Lanfranc. Balbus in decis.* 119. *incip. libellus in quo petitur.*

157 Declara tamen † quod si libellus esset contra principalem, & fideiussorē, debet esse ordinatus, vt petatur condemnari principalem, & in quo defecerit fideiussorem, *vt concludit Ludolph. Schrader. de feudis* 9. *parte* 2. *partis, princ. section.* 6. *num.* 54. 55. *vol.* 2.

158 Accusanti non licet † mutare libellum, alias incidit in pœnam Senatusconsulti Turpilliani, etiam ante litem contestatam. *l.* 1. §. 1. *ff. ad Turpillian. & post Bartol. in l. edita. C. de eden. voluit Iafred. Lanfranc. in decision.* 286. *incip. In criminali causa. vide quæ dixi supra hoc titul. versicul. Aduertendum est quinto. num.* 103.

159 Licet renunciatum fuisset † oblationi libelli, non tamen intelligitur renunciatum petitioni. *clemen. sepe. vbi gloss. in verb. necessario. vbi Ioan. And. & Ioan. de Imol. de verb. signific. Cappell. Tholosan. in decision.* 287. *incip. Item fuit quæsitum si facit. Vide supra hoc titul. versic. contrariam opinionem. num.* 144.

160 Oblato libello in petitorio, † tenetur actor probare causam debiti petiti, siue titulum, *Iafredus Lanfranc. Balbus in decision.* 295. *incip. licet in libello.*

161 Declara secus esse † in possessorio, quia sufficit probare spoliationem, & turbationem, licet non probetur, vel rem ad illum agentē spectare, *vt voluit Rota in Nouis. decision.* 276. *incip. Sed ex præmissa. quam corrupte allegauit, & sequitur Iafredus Balbus in dicta decision.* 295. *incip. licet in libello.*

162 Eadem die, qua est proferenda † sententia, formatur libellus, siue petitio secundum deducta, & probata, & super tali petitione sententia profertur, *post Cardin. Parisium in consil.* 76. *num.* 11. *vol.* 1. *voluit Paul. AEmil. Verall. in decision.* 262. *numero* 3. *lib.* 2.

163 Commissio causæ, deseruit † loco petitionis, & libelli. *Gulielm. Cassador. in decision.* 6. *titul. de script. quem sequitur Peregrin. Fabius in decision. Nouissim. Roman.* 188. *numero quarto, & quinto. lib.* 3. *vol.* 3.

164 Confiteri videtur omnia in libello † contenta, qui illum producit. *l. cum precum. vbi Bald. & al. C. de liberal. cauf. Ludouic. Roman. consil.* 23. *num.* 1. *Alexand. in consil.* 78. *num.* 1. *vol.* 7. *Bartol. Soman. in consil.* 244. *num.* 11. *vol.* 2. *Cardinal. Paris. in consil.* 115. *vol.* 1. *in consil.* 24. *vol.* 3. *Aym. Crauett. in consil.* 201. *numero quinto Andr. Alciat. parodox. lib.* 5. *capitul.* 5. *Iacob. Philippus Portius commun. opin. lib.* 1. *concluf.* 13. *alios plures allegans Berard. Alfan. in collectan.* 295. *Nouissime Anton. Augustin. in decision. Nouissim. Roman.* 1160. *numero* 8. *lib.* 3. *vol.* 3. *dicam, Deo duce, in titul. de confes. addo Octauian. Cacheran. in decision. Pedemontan.* 138. *num.* 3. 13.

195 Declara posse reuocari, & mutari ante † litis contestationem. *l. qui familiæ. vbi gloss. ff. fa. herciscund. vbi optime Florian. de Sancto Petro & voluit Iafred. Lanfran. Balb. in decision.* 78. *incip. confessio tacita.*

166 In libello ciuiliter intentato infamante † locus, & tempus apponi debent etiam si sit ciuilis. *Bartol. in l. prætor. in princip. ff. de iniur. voluit Iafred. Lanfranc. Balbus in decision.* 285. *incip. in libello ciuili.*

Libellus, in quo petens dicit, rem sibi restitui,

167 † vti ad ſe pertinentem iure dominij, vel quaſi, de iure admittitur. *Domini de Rota in Nouis in deciſo. 325. incip. Si in libello narrem. ex multis alijs Iafredus Ealbus in deciſ. 296. incip libellus in quo.*

Dubius libellus poteſt declarari articulis, non
168 † autem ſi libellus eſt certus, vt ex aliis docuit. *Hieronym. Gabriel. in conſ 47. nu. 20. vol. 1.*

169 Valere libellum, in quo petitur † quem cogi, licet non dicat condemnari, *arg. cap. olim cauſam. vbi Panor. de cenſib. Rapha. Fulgoſ. Ioan. de Imol. & Comenſ. in l. in ſumma. ff. de re iud.*

170 Contrarium tenuerunt Bartolus & † Baldus *in l. 1. C. de except. rei iudicat. Angel. de Aretio in §. 1. in fin. de action. cum quo videtur reſidere. Iafred. Lanfranc. Balb. in deciſ. 298. incip. Procedit libellus.* Vbi hanc cõcluſionem probat, niſi ad ſit in libello clauſula, peto ius, & iuſtitiam miniſtrari, de quo dicam in titulo de clauſulis.

171 Accuſo, & denuncio, ſi dicat libellus, † ſuſtinebitur. *Iafred. Lanfranc. Balbus in deciſion. 299. incip. accuſo.*

172 Petens decem, cum deberet † conſequi viginti, & decem conſequutus eſſet, non prohibetur petere alia decem, niſi primos decem ex reſta petiiſſet, vel petiiſſet decem tantum. *Iafredus. in deciſ. 413. incip. Qui petijt.*

173 Caſtrum † petens cum omnibus feudis ad illud ſpectantibus, licet videatur generalis libellus, tamen valet, & ſententia ſic proferri poteſt, *poſt Feli. in cap. 2. num. 12. de libell. oblat. & Iaſ. in §. curare. num. 19. Inſt. de actionib. voluit Ludolphus Schraderus de feudis parte ſecunda capitul. 4. numero 70. volum. 1.*

174 Dominus non poteſt porrigere libellum † contra vaſallum ob feloniam (priuari illum petendo) feudo, & infamem declarari vel ob iniuriam ſibi illatam alia pœna criminaliter puniri, quia libellus ineptus eſt, cum pares iudices feudi non poſſint pœnam criminalem imponere, ſed ad alios criminum iudices hoc pertinet, *vt ex Innocẽtio, Hoſtienſe, Bellemera, & Deci in c. ceterum. de iudic. Bald. in conſ. 327. nu. 8. vol. 1. & in c. 1. §. inter pares. num. 2. de lege Corrad. in c. 1. nu. 4. Apud quem vel quos. Panor. in cap verum. nu. 17. de for. compet. Iacob. Aluar. in c. 1. num. 10. Præpoſ. num. 6. Matth. de Afflict. nu. 137. de Milite Vaſal. qui contu. eſt. & aliis, quos ſequitur voluit Ludolph. Schrader. de feud. 9. parte 2. partis princip. ſection. 6. num. 46. vol. 1.* Quia pœna infamiæ
175 † dicitur corporalis, & criminalis. *Bald. in l. tutor. §. fin. ff. de excuſ. tutor. Auguſtin. Bero. in rub. extra de iudic. nu. 67. & in cap. at ſi clerici. num. 151. extra eod. titul. Marc. Mantua in l. ſi quis maior. num. 130.*

176 *C. de tranſact.* † pœna priuationis feudi eſt ciuilis. Priuatio feudi cum ciuilis ſit, verum actio ciuilis, & criminalis cumulari in eodem libello nequeunt,
177 maxime quando actiones illæ † ex eadem cauſa, & eodem fonte deſcendunt. *Gloſſ. & Doctor. in l. 1. C. Quando ciuil. act. crimin. præiudic. Bart. in l. edita. num. 19. C. de eden.*

178 Declaranda tñ ſunt, quod ſi † dominus agit ad priuationem feudi, & tractatur de iniuria verbali, eo caſu actio inde naſcens cum ſit ciuilis, cum quis ad iniuriam reuocat, vt plene, & optime in imperiali Camera diſcuſſione ſolenni concluſum fuiſſe annotauit. *Ioachim. Mynſinger. obſeruat. 98. Centur. 2. Andr. Gail practic. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 65. nu. 5. & Aymo Crauett. in conſil. 53. num. 1. quos refert, & ſequitur Ludolphus Schraderus de feudis. nono. parte ſecunda. partis principal. ſectione ſexta. numero quinquageſimo primo. volum. primo. quæ optnio procedit ex conſtitutionibus Cameræ Imperialis.*

179 Sed aduertendum eſt in Regno, quia † pro iniuria verbali porrigatur libellus, in quo paſſus iniuriam, illam æſtimat in pecuniæ quantitate, quam iudex poſtea ſtatuit, & mitigat, ſi videbitur, & duæ partes applicentur fiſco, & tertia pars iniuriato agẽti, *per Conſt. Regni a Federico Secundo editam. incip. Varietates pœnarum.* Eo caſu is, qui ad iniuriam reuocauit, & libellum produxit, criminalis cauſa
180 † appellabitur, *vt in dicta conſt. Varietates. annotauit Matth de Afflict. num. 9.* Vbi non poteſt negari quod iudicium non ſit mixtum. Quod plene cõcludit Robertus Maranta *in Specul. Aureo. diſtinct. 1. nu. 63. & Proſper Caraui. in Ritu. 311. numero. 18. 19.*

181 Quantum vero concludit † Ludolphus Schraderus in loco ſupra allegato, non poſſe Curiæ pares vnico libello cognoſcere de cauſa priuationis feudi, & reuocationis ad iniuriam, ſiue palinodiam, ſecus eſt in hoc Regno Neapolitano, in quo Tribunal Regis Magna Regia Camera, & conſilium ſupremum, cognoſcunt in ſimul, & cauſam priuationis feudi, & cauſam eiuſdẽ vaſalli criminalem vnico, & eodem tempore, & libello, quia Rex noſter eſt Rex Hieruſalem, & in Regno ſuo non eſt alius iudex niſi Rex, & ſui officiales, vt in ſpecie ſcribit Petrus de Bellapertica *in tract. de feudis. tit. 15. numero 16.*

182 Pœna Talionis, ſiue in ſcriptio † in libello, an ſit requiſita, non dubium eſt, quin iure ciuili exigeretur, vt ſimilitudinem ſupplicij ſe ſubiturum accuſator promitteret, ſi non probaret delictum, de quo alium accuſabat, quam ille ſi probaſſet paſſurus eſſet, vt docuit Iuriſconſultus Paulus *in l. libellorum. §. Item & Vlpianus. in l. ſicut. ff. de accuſat. l. tertia. C. qui accuſ. non poſſ. l. fin. C. de accuſ. & vbique* Accurſ. Scio nonnullos annotaſſe hoc probari in ſcripturra Sacra. *Exodi capitul. vigeſimo primo. Leuitici. capitul. decimo quarto. Deutoronom. capitu. de*
183 *cimo nono.* In quibus † animam pro anima, dentem pro dente, oculum pro oculo, manum pro manu, pedem pro pede, vulnus pro vulnere, fracturã pro fractura, & liuorem pro liuore, ſtatuta fuiſſe. Sed aduertendum ego duco, quod has inſcriptiones, & ſubſcriptienes non tenebantur accuſatores facere, ſed tantum iudicibus ordinatum vt illas delinquentibus, † irrogarent, Eodem
184 modo apud decem Tabulas. Si membrum † rupit meum a pacto Talio eſto, cuius legis me-

minit Aulus Gellius Noctium Atticar. *li.20.cap.1.* scriptores omnes ad leges XII. Tabul. primus illorum *Aymar. Rivall. Historiæ iuris ciuilis lib.2. Ludouic. Charondas sub lege 78. Pardulphus Prateius in iuris prudentia veteri ad XII. Tabulas. l.75. Franciſc. Balduinus, & Franciſc. Hotomanus.* Arbitror tamen vix illam fuiſſe vnquam vſu deductam & proinde Doctores omnes antiqui, & nouiſſimi dicunt, & pœnam, & inſcriptionem, & ſubſcriptionem ab
186 hominum † vſu receſſiſſe. *Albertus Gandin. in trac. malefici. rub. Qui accuſ. poſſ. num.38. rub. Qualiter fiat accuſatio. ſub num 6. Bald. & Angel. in l. qui crimine. num.4. C. qui accuſ. non poſſ. Specul. in titul. de accuſa. §.1. num.4. Angel. in tract. malefic. in verb. Nec non ad querelam. num.5. & ibi Auguſtin. Arimin. Didac. Couar. Variar. reſolut. lib.2. cap.9. num.1. Petr. Duen. in regul.27. Petr. Foller. in pract. crimin. in verb. audiantur exceptiones proponendæ. per eos. num.4. Iul. Clar. in pract. crimin. q.12. num.9. & q.81. num.1.2. Marc. Anton. Blanch. in pract. crim. §. verum quia. nu.13. Emanuel. Suarez. in Theſaur. recept. ſent. nt. §. Talionis num.1. Hippolyt. Bonacoſſ. commun. opin. crim. § Talio. Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuerſ. lib.31. cap.10. num.3. Ant. Scappus de iure non ſcripto. lib.4. cap.20. num.1.* Et cum
187 de hac plene ſcripſerim † in commentar. de magiſtratuum edictis. *lib.2. cap.8. num.345. vſque ad num.358.* hic ſilentium faciam, ibi lectores remitto.

Veruntamen nõ taceam, quod illa lex apud Decemuiros in XII. Tabulis relata ad cohibendam
188 † accuſatorum promptitudinem facta fuit, & a magiſtratibus Romanis, (vt verba legis demonſtrant) proponebatur prius vt accuſator cum accuſato paciſceretur, quod ſi non facerent iudex eſtimationem pecuniariam inducebat, vt Aulus Gellius Auctor eſt *Noctium Atticarum lib. 20. cap. 1.* A ſimilibus enim etiam Barbaræ gentis abſtinuere
189 Decretum † auditu nobile afferunt coram Turcarum principe agitatũ, Turca Chriſtiano homini ad vſuram pecuniam dederat, certo tempore ſoluendam, quod ſi non feciſſet, ei pro pœna carnis vnciam e ſuo corpore poſſet incidere, debitor ſtatuta die non ſoluit, accerſitus apud Turcarum Principem pœnam ſibi cõcedi petit inferre debitori velle, quem cum moroſe videret in debitorem ad inſligendam pœnam inclinatum, Nouaculam dari creditori iuſsit, vt vnica tantum ſectione ſibi liceret, ſed tamen, nec plus, nec minus vncia ſecari, imminente ſibi capitis pœna. Quod videns creditor a propoſito deſtitit. Si verum iudicium hoc fuit, Salomonis iudicio æquandum, eius meminit Petrus A Erodius Decretorum *lib.2. cap.3.*
190 Vt ſaluetur libellus ſemper † tractari debet, etiã ſi verba improprientur. *Matth. de Afflict. in deciſio. Neap.77. num.8. Ioachim. Mynſing. in obſeruat.5. Centur.4.*

Antequam finiam hanc Rubricam, congruum
191 † mihi videtur, vt faciam veluti quẽdam indicem, ex quo vnuſquiſque in qualibet materia poſsit videre quo pacto libellus concipi debeat, & inſerm hanc notam.

192 Primo, dum quis intendit † formare libellum in materia *l. diffamari. C. de ingen. & manum. ponit Ioſ. in nouis in deciſ.2. tit. de dilat. Nicol. Boer. in deci. Burdegal.355. num.9.* 10. *Cæſar Contardus in d. l. diffamari. in quæſtionib. num.29.*

143 Secundo, libellus in interdicto, Ne quid † in loco publico, quomodo formetur, annotauit *Bartol. in l.1. §. hoc interdictum. ff. ne quid in loco public. Vẽdelin. Schellinch. actionum, & exception. forens. tit. de action. in factum ne quid in loco publ. fiat. c.138. Ioan. Criſpus de Mõtibus de Terminis action. nu.47. Baptiſta de Sancto Blaſ. in action.59.*

194 Tertio, in interdicto, quod vi aut clam † formatur libellus, vt dicit *Bart. in l. competit. §. in ſumma. ff. quod vi, aut clam. Ioan. Criſpus. num.65. Baptiſt. de Sancto Blaſio. in action.77.*

195 Quinto, qualiter fiat libellus † in actione hypothecaria, ponit formã Petrus Iacobus *in pract. in titul. de hypothecar. action. Ias. in §. Item Seruiana. in fin. Inſt. de actionib. Franciſ. Marc. in deciſ. Delphin. 433. vol.2. Ioan. Franciſc. de Ferran. in pract. in Forma libell. in actio. hypoth. Ludouic. Mayn. Actionum iuris in artem redactar. lib.2. cap.12. Angel. de Aretio. in §. Item Seruiana. nu.14. ſupra allegat. Vendelin. Schellinch. action. & excep. Forens. cap.55.*

196 Quinto, in actione negatoria, & † confeſſoria formam libelli tradidit. *Petr. Iacob. in tit. de confeſſoria in rem actione. & in titul. de Negatoria in rem actione. Iaſon in §. æque. in fin. inſtit. de action. Ioan. Franciſc. de Ferrar. in pract. titul. de forma libell. in action. confeſſoria. Ioan. Criſpus de Montibus de Terminis actionum. nu.128.129. Vendelin. Schellinch. Action. Forens. cap.3. cap.71. Angel. de Aretio. in dicto §. æque. nu.9. Baptiſta de Sancto Blaſio in action.* 137.138.

197 Sexto, libellum in † actione Publiciana tam pro mobili, quam pro immobili, formauit *Petrus Iacob. in pract. in titul. de Publiciana actione pro re mobili. & in titul. de Publician. action. pro re immobili. Iaſon. in §. ſed iſtæ. num.67. inſt. de Act. Vendelin. Schellinch. Action. Forẽs. c.51. Ioan. Berber. in Viator. iuris. parte.4. titul. de iudiciis. num.160.162. Angel. de Aret. in dicto. §. ſed iſtæ. num.15. verſ. ex quo Baptiſta de Sancto Blaſio. action.1.*

198 Septimo libellus in † actione iniuriarum, ex lege Cornelia, actione iniuriarum Prætoria, ex lege Regni Neapolitani. *Petr. Iacob. in tit de actione. iniur. ex leg. Cornel. & in tit. de actione iniur. Prætor. Vendelin. Schellinch. Actiõ. & except. Forenſ. cap.35. Io. Criſp. de tetmin. action. num.172. Iaſ. in §. ſupereſt. nu.50. inſt. de action. Robert. Marant. in Specul. Aur. parte 4. diſtinct.1. nu.19.22.25. Matth. de Afflict. in Conſt. Regni. variantes. pœnar. num.7. Iul. Clar. in §. iniuria. nu.6. Hyppolit. Bonacoſſ. in commun. opin. Crimin. lib.1. §. iniuria. Ioan. Berberij. in Viatorio iuris. parte 4. titul de iudic. num.101. & ſeq. Angel. de Aretio inſt. de action in princ. num.3. Thom. Gram. in deciſion. Neapolitan.37. num.11. Proſper Caraui*

ta in

ta in Ritu. 311. *num.* 17. 18. 19. *Baptiſt. de Sanct. Blaſio in action.* 51. 184.

199 Octauo libellus † ſuper actione de conſtituta pecunia, formatur *a Iaſ. in* §. *in perſonã. in fin. inſt. de action. de conſtitut. pecun. Ioan. Criſp. num.* 24. *Vendelin. Schellinch. de action. & except. forens. cap.* 69. *Angel. de* Aretio *in dicto* §. *in perſonam. num.* 7. *Baptiſt. de Sancto Blaſio in actio.* 29.

200 Nono, ſuper actione † depoſiti fit libellus tam ſuper directa, quam contraria actione, *vt per Petr. Iacob. in pract. tit. de actione depoſiti directa & titul. de actione depoſiti contraria. Iaſon in* §. *ſequens. num.* 27. *inſtit. de actionib. Vendelin. action. & exception. forens. cap.* 13. *cap.* 74. *Angel. de* Aretio *in dicto.* §. *ſequens. num.* 7. *Baptiſt. de Sancto Blaſio. in action.* 40. 41. 164. *Ioan. Criſpus. nu.* 30.

201 Decimo, libellus † in actione mandati firmatur pro actione directa, & contraria *per Petr. Iacob. in ſua praxi. in titul. de action. mandati directa & in titul. de actione mandati contraria. Iaſon. in dicto.* §. *ſequens. num.* 32. *inſt. de act. ante eum Angel. ibidem num.* 10. *Baptiſta de Sancto* Blaſio. *in actione.* 163. *Ioan. Criſpus. num.* 151.

202 Vndecimo, quo ad libellum † in actione de peculio, loquitur *Gloſſ. in l.* 1. §. *is qui. ff. de petitio. hæredit. Tangit Pet. Iacob. in titul. de action. ex vendit. de pecul. Ioan. Criſp. de Montibus de terminis action. num.* 23. *Vendelin. Schellinch. Action. & except. forẽs. cap.* 68. *Angel. de Aretio. in* §. *actiones. num.* 8. *Inſt. de actionib. & ibi Iaſon. num.* 64. *Baptiſta de Sancto Blaſio. in action.* 28.

203 Duodecimo, libellus † in actione pro ſocio deſcribitur per Iaſonem *in dicto.* §. *ſequens. num.* 40. *inſt. de actionib. Ioannem Berberÿ in Viatorio iuris parte.* 4. *titul. de iudicÿs. nu.* 175. *Petr. Iacob. in titul. de action. pro ſocio. Ioan. Criſpus in dicto tractat. nu.* 150. *Vendelin. Schellinc. Action. & except. Forenſ. c.* 22. *Practicus Papienſ. de forma libelli in cauſa Societatis. Baptiſta de* Sancto *Blaſio. in actione.* 162.

204 Decimo tertio, libellus † in actione Seruiana, vel quaſi Seruiana, *de quibus Io. Criſpus de Montibus de Terminis actionum. num.* 3. 4. *Ioan. Berberÿ in viatorio iuris parte* 4. *titul. de iudiciis. nu.* 168. *Baptiſta de Sancto Blaſio. action.* 5. 6. 7. *Iaſon. in* §. *item ſeruiana. nu.* 125. 126. *inſt. de action.*

205 Decimo quarto, quo modo † fiat libellus in actione Caluiſiana. *de hac in* §. *Itẽ ſi quis in fraudẽ. vbi Accurſius in verb. petere. inſt. de action. Criſpus de Terminis action. num.* 13. *Baptiſta de Sancto* Blaſio *actione.* 18.

206 Decimo quinto, libellus † in actione in factũ Pauliana, *de quo Petr. Iacob. in peculiari titul. de action. in fact. Paulian. & Ioannes Criſpus de Montibus in tract. allegato. num.* 11. *Baptiſta de Sancto Blaſio. actione.* 16.

207 Decimo ſexto, libellus † in actione reſciſſoria in rem, & in perſonam. *Ioãnes Criſpus. de Terminis actionum. num.* 2. *Petrus Iacob. in titul. de reſciſſoria actione in rem, & in tit. de reſciſſoria perſonali actione. Vendelin. in loco allegato. cap.* 3. *Baptiſta de Sancto Blaſio action.* 2. 3. 4. *Iaſon. in* §. *rurſus. nu.* 84. 87. *inſt. de action. iterum Vendelin. cap.* 52. *Ioannes Berberÿ in viator. iuris parte* 4. *titul. de iudic. numero.* 167.

208 Decimo ſeptimo libellus de † reſtitutione in integrum, vt poſſit agi reſciſſoria actione & perſonali. *Petr. Iacob. in titul. de reſtitut. in integr. vt poſſit agi reſciſſoria actione & iterum in titul. de reſtitut. vt poſſit agi reſciſſoria de perſonali actione. Angel. de Aretio in* §. *ſi quis agens. nu.* 10. *inſt. de action.*

209 Decimo octauo, quomodo † formetur libellus ſuper petitione hæreditatis, de quo *Petr. Iacob. in titul. de petition. hæreditatis. Vendelin. in dicto tract. action. & except. Forenſ. cap.* 5. *Angel. de Aret. in* §. *item ſi quis in fraudem. nu.* 3. *verſ. ex quibus. inſt. de action. Baptiſta de Sancto Blaſ. in action.* 141. *Ioan. Berberÿ in viatorio iuris. parte* 4. *titul. de iudic. nu.* 181. *Ioan. Criſpus. nu.* 131.

210 Decimo nono, in actione † ex empto, & vendito formatur libellus *per Ioan. Berberÿ in viator. iuris. parte* 4. *titul. de iudic. nu.* 172. 173. *& in tribus locis tradidit Petr. Iacob. in pract. tit de action. ex empto. in titul. de actione ex empto melior. & æquior. in titu. de action. ex vendito. Angel. de Aretio in* §. *actionum autem num.* 26. *Baptiſta de Sancto Blaſio in action.* 157. 158. *Ioan. Criſpus. nu.* 145. 146.

211 Vigeſimo, in actione finium † regundorum concipitur libellus, de quo *Ioan. Fabri. in* §. *quædam. inſtit. de actionib. Vendelin. Schellinc. action. & except. Forenſ. cap.* 6. *Ioannes Criſpus. num.* 132. *Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal.* 167 *nu.* 2. *vol.* 1. *Angel de* Aretio *in dicto.* §. *quædam actiones. nu.* 14. *& in* §. *hæres quoque. nu.* 7. *inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contractu. Petr. Iacob. in titul. de actione fin. regund. plene Hierony. de* Monte *in tract. finium. regundor. capit.* 143. *Baptiſt. de Sancto Blaſio. in action.* 142. 143.

212 Vigeſimo primo † ex locato, & conducto, ponitur. *a Petro Iacob. in titul. de action. ex locat. & in titul. de action. ex conducto. Ioan. Berberÿ in viator. iuris parte* 4. *Rubric.* 1. *nu.* 174. *Vendelin. Schellinc. action. & except. forens. cap.* 20. *cap.* 21. *Vincent. Carrocius de Locato, & conducto. parte* 3. *titul. de conducto re* Recuſante *num.* 5. *Angel. de* Aretio *in* §. *ſequens. num.* 15. *Inſt. de action. Baptiſta de Sancto Blaſio in action.* 159. 160. *Ioan. Criſpus. nu.* 147. 148.

213 Vigeſimo ſecundo, † in actione commodati qualiter formetur libellus, plures formas ſcribit *Petr. In practic. in tribus locis. in titul. de action. commodati alter libelllus & in titul. de actione commodati breuis, & ſufficiens libellus, & quarto tradidit alias formas in tit. de action. commodat. contraria. Angel. in* §. *ſequens alia. nu.* 7. *inſt. de action. Baptiſta de Sancto Blaſ. in action.* 166.

214 Vigeſimo tertio, in † actione in rem tradidit libellum. *Petr. Iacob. in titul. de action. in rem breuis libellus.*

215 Vigeſimo quarto, in rei † vendicatione, tã ratione directi quam vtilis Dominii. *Petr. Iacob. in titul. de rei vendicat. quæ competit ratione directi Dominii. & in titul. de rei uendicat. quæ competit ration.*

vtil.

*vtil.dom.& in titul.de rei vendicatione libellus consuetud approbat. Ioan Crispus de Montibus de Terminis actionum. num.*127. *Vendelinus Schellinch. Actionum, & exception. Forens.cap.*2. *Iason.in* §. *omnium.num.*114. *Inst. de action. Baptist.de Sancto Blas. in actione.* 135. 136. *Vendelin. iterum. cap.*56.

216 Vigesimo quinto, libellus † in actione pignoratoria directa,& contraria, describitur ab *Angel. de Aretio in* §.*actionum.nu.*54.55. *Inst.de action. Pet. Iacob in tit. de pignoratit. action.directa.in titul. de Gargeria.in titul.de pignoratitia actio contrar. Baptista de Sancto Blasio.in action.*167.

217 Vigesimo sexto, in actione furti † manifesti,& non manifesti, descriptus est libellus per *Petr. Iacob.in titu.de action.furti manifesti.in tit.de action. furti nec manifesti.& in tit.super accusatione furti libellus Ioan.Berberii in Viatorio iuris.parte* 4.*rub.* 1.*num.*95.97. *Angel. de Aretio in* §. *ex maleficiis. num.*6. *Inst.de actionib optime loquitur Ioan. Bonifacius in tract.de furtis.in* §. *contrectatio nu.*89.90. 91.*& per totum.Vendelin.action.& except. forens.c.* 27.*Baptista.de Sanct.Blas. in action.*45. 177. *Ioan. Crispus.num.*34.165.

218 Vigesimo septimo † libellus pro condictione furtiua,formatur ab Angelo de Aretio *in* §.*si itaq; nu.* 13.*Inst. de actionib. Petr.Iacob.in titul. de condicti. furtiua.Vendelinus Schellinch. Action.& exception. Forens.cap.*27.*Ioannes Crispus de terminis actionũ. num.*142.*Baptista de Sanct.Blas.in Action.*154.

219 Vigesimo octauo,in † actione vi bonorum raptorum posuit libellũ *Petr.Iacob.in pract.tit. de action. vi bonor.raptor.optime Vẽdelinus in dicto tract. cap.* 85.*plene Ioan.Bonifacius in tract.de furtis.*§.*furtũ. num.*32.*cum pluribus seq. Angel. de Aretio in* §.*ex maleficijs num.*11.*Ioan.Crispus.nu.* 37. *Baptista de Sancto Blas.in action.*50.

220 Vigesimo nono,in actione † vtili, quæ datur superficiario formauit libellum *Ioan. Berber. in viatorio iuris.par.*4.*tit.*1. *num.* 169. *Baptista de Sancto Blasio.actione.*8.*Vide infra vers.centesimo trigesimo quarto.num.*326.

221 Trigesimo libellus † formãdus in actione, quod metus causa gestum est,ponitur per Petrum Iacobi in sua Praxi,*in titul. de actione, quod metus causa. num.*1.*Vendelin.Schellinch.actionum,& exception. forens.cap.*57. *Angel.de Aretio in* §. *quadrupli.num.* 12.*Inst de action.Baptista de Sancto Blasio actione.* 9.10.11.43. *Ioan.Crispus de Montibus.de Terminis actionum.num.*6.32.

222 Trigesimo primo, in materia † actionis de dolo formauit libellum Angel de Aretio *in* §.*præterea, num.*27.*Instit.de actionib.Petr. Iacobi in pract. tit. de action. de dolo. Vendelin. Schellinch. action.& excep.Forens.cap.*79.*Baptista de Sancto Blasio in actione.*44.109.110.*Ioannes Crispus.num.*33.115.

223 Trigesimo secundo, pro † actione rei emphyteoticæ,quæ incidit in commissum libellus est positus per *Petr. Iacob in praxi.titul. de actione in rem, seu re emphyteoticaria,quæ cecidit in commissum.*

224 Trigesimo tertio libellus † in materia *l.fin.C. de edict.Diui.Adria. toll.est constitutus a Petro Iacobo in titul. super leg. fin. C. de edicto Diui Adriani tollend. libellus. & in titul.incip. alter libellus. Angel.de Gambilionib.in* §. *Quadrupli.vers.quæro ergo. num.*42.*Inst.de action.*Marc. Antonius Peregrin.*de fideicommiss.articul.*48.*num.*57.58.

225 Trigesimo quarto,in † volentem agere,& vocare superiorem in ius sine uenia *Angel. de Aretio in* §. *pœnales.nu.*16.*Instit.de actionib.Petr.Iacob. in Praxi de action.in factũ si filius vocat patrem in ius sine Venia.Iason.in dicto.*§.*pœnales.num.*9[illegible].*Baptista de Sancto Blasio.in action.* 102 *Ioan.Crispus.num.*92.

226 Trigesimo quinto,pro † re feudali, quæ cecidit in commissum, libellus traditur a Petro Iacobo *in titul.de actione in rem pro re feudali,quæ ipso iure cecidit in commissum.*

227 Trigesimo sexto, libellus † pro feudo aperto. *Petrus Iacob.in titul.de action.in rem pro feudo apertogeneralis libellus Ioan. Berberii.in Viatorio iuris parte.*4.*titul.de iudiciis.num.* 180.

228 Trigesimo septimo,in † actione Negotiorũ gestorum,directa, & contraria, quomodo libelli concipiantur.*posuit Petr.Iacobi in Praxi. titul. de actione negotiorum gestorum directa.& in tit. de action. negotiorum gestorum contraria Angel. de Aretio in* §.*actionum.num.*49. *Inst.de action. Vendelin.Schellin.action.& exception.forensi cap.*71.*Iason.in dicto* §.*actionum.num.* 176. *Baptista de Sancto Blasio. in action.*34.35.36.37.*Ioan.Crispus.num.*27.

429 Trigesimo octauo, libellus † in actione mutui, tam ex stipulatu quam ex certi condictione generali,vel speciali, quo pacto formetur in vnoquoque capite.*Angel.de Aretio in* §.*sequens.num.*6.*in* §.*omnes autem.num.*8.*Institut.de action. & Petr. Iacobus in Praxi titul. de certi condictione generali, & in titul.de condictione speciali ex mutuo. & in titul. de certi condic.special. ex stipulatu.Vendelin.Schellinch.in dicto tract.cap.*11.*cap.*15.*cap.*16.

230 Trigesimo nono libellus, quo † Dominus agit pro iniuria facta seruo, formatur ab Angelo Aretino.*in.*§.*seruus autem.num.*2.*Inst.de iniuriis.*

231 Quadragesimo,in † actione reali libellus formiter conscribitur,*per.Ioan.Petr.de Ferrar.in practic. forma libelli pro actione reali.de quibus vti digniori-bus scribit Vẽdelinus Schellinch. Action. & exceptionum forensium.cap.*2.

232 Quadragesimo primo,in † conditione triticaria quæ quandam similitudinem habet, cum interdicto vnde vi,*vt post modum dicam*, libellum format *Petr.Iacob.in titu.de conditione Triticar. Vendelin. Schellinch.cap.*41.*Ioan.Crispus de Montibus de terminis actionum.num.*137.*Baptist.de Sancto. Blasio in actione.*149.

233 Quadragesimo secundo, † in actione familiæ herciscundæ,formarunt libellos *Petrus Iacobus. in Praxi.in titul. de action.familiæ herciscundæ, Ioannes Crispus. in dicto tract. num.*133.*Angel.de Aretio.in* §. *Item si inter alios. num.*4. *Inst.de oblig.quæ ex quasi contractu.& in* §.*quædam actiones. num.*6.

7.*Inst.*

7. *Inſt. de action.* Baptiſta de Sancto. *Blaſ. in action.* 144. 145.

234 Quadrageſimo tertio, in † actione communi diuidundo fecerunt libellum *Petr. Iacob. de actione communi diuidundo. Vendelinus Schellinch actionũ, & except. forens. cap.* 8. *Ioan. Criſpus de Terminis actionum. num.* 134. *Ioan. Berberius in Viator. iuris. part.* 4. *titul. de iudiciis num.* 176. *Baptiſta de Sancto Blaſio in actione.* 146.

235 Quadrageſimo quarto, in † actione in rem cõtra deſinentem dolo poſſidere libellum fecit *Petrus Iacob. in pract. titul. de action. in rem contra illum qui dol. des. poſſid.*

236 Quadrageſimo quinto, in † actione contra eum, qui plus debito petit, libellum formauit *Angel. de Aretio in* §. *Tripli. num.* 16. *Inſt. de action.*

237 Quadrageſimo ſexto, † pro actione redhibitoria reperitur libellus apud *Ioan. Berber. parte* 4. *titu. de iudic. num.* 170. *Ioan. Criſpus de Montibus de Terminis actionum. num.* 15. *Petr. Iacob. in tit. de actione ex empt. redhibitoria. Angel. de Aretio in* §. *in duplũ. num.* 12. *Inſt. de acti. Gaſpar Caballin. de AEdilitiis actionib. cap.* 2. *num.* 56. *Vendelin. Schellinch. cap.* 62. *Baptiſta de Sancto Blaſio in actione.* 20. 201.

238 Quadrageſimo ſeptimo, in † actione quanto minoris prætoria quomodo formetur libellus. *ſcripſit Pet. Iacob. in pract. in tit. de actione ex empto minor. prætoria. Vendelinus in dicto tractatu. cap.* 62. *verſ. quanto minoris. Ioan. Criſpus. nu.* 16. *Ioan. Berberÿ. in Viatorio iuris parte* 4. *titul. de iudicÿs. nu.* 171. *Baptiſta de Sancto Blaſio. actione.* 21.

239 Quadrageſimo octauo, in † actione, quæ datur vẽditori læſo vltra dimidiam iuſti pretij, quomodo formetur libellus, tractarunt. *Bartol. Bald. Hierony. Cagnol. Iacob. Gourreus, Pantaleo Cremens. & Arius Pinell. in l.* 2. *C. de reſcind. vendit. & dixi ſupra hoc eodem titulo verſic. quinto libellus alternatiuus. nu.* 84. *Quibus nunc addo Petr. Iacob. in practica in tit. de actione ex vendito quand. vendit. eſt decept. vltra dimid. iuſti pretÿ Angel. de Aretio in* §. *ſi quis agens. num.* 13. *Inſt. de actionib.*

240 Quadrageſimo nono, quo ad † nunciationẽ noui operis, tã ſi fuit remiſſa præſtita cautione, quam de eo, qui ædificat ſpreta noui operis nunciatione. *Angel. de Aretio facit libellos in* §. *præterea. num.* 19. 20. *Inſt. de actionib. Vendelin. de actionib. & except. forenſib. cap.* 111. *cap.* 112. *Ioan. Petr. de Ferrar. in pract forma libell. in action. noui oper. nunciat. Baptiſt. de Sanct. Blaſ. in action.* 98. 99.

241 Quinquageſimo, in † actione damni infecti libellum habes ex Angelo de Aretio. *in* §. *præterea. nu.* 13. *Inſt. de actionib. Vendelin. Schellinch. Actionum & exceptio. Forenſium. cap.* 84. *verſ. actio in factum ex edicto de damno infecto. & cap.* 162.

242 Quinquageſimo primo, in † actione in factum de calumniatoribus facit libellum. *Petr. Iacob. in prac. in titul. de action. in fact. de calumniatoribus. Io. Criſpus de Terminis actionum. nu.* 98. *Vendelinus Schellinch. actionum, & exceptionum forenſium. cap.* 170. *Angel. de Aretio. in* §. *Quadrupli. num.* 13. *Inſtit. de action. Baptiſta de Sancto Blaſ. in action.* 108.

243 Quinquageſimo ſecũdo ſunt † plures præiudiciales actiones in rem, vna per quam quæritur, an aliquis ſit ſeruus ſecunda contraria de volente probare ſe liberum, Tertia per quam petitur quem eſſe liberum, & non ingenuum. Quarta contraria pro liberto. In quibus omnibus Petrus Iacobus, fecit quatuor libellorum formulas, de quibus habetur in eius Praxi, *in titul. de præiudiciali actione in rem, per quam quæritur an aliq. ſit ſeru. Item in titul. contra de præiudiciali in rem action. in titul. de præiudiciali in rem, per quã quæritur, an aliquis ſit libertus in tit. Econtra de præiudiciali in rem actione pro liberto. de quibus optime etiam Vendelin. cap.* 1. *Diuiſione vltima. cap.* 50. *verſ. actio in rem. Baptiſta de Sancto Blaſio. action.* 15. 139. 140. *poſt eum Io. Criſpus. nu.* 9.

244 Quinquageſimo tertio, in † actione competente pro donatione rei non traditæ, ſed donatæ mediante inſtrumento, tradidit libellum Ioan. Franciſc. de Ferarrijs in practi. in forma libelli, quo agitur pro donatione. *Ioannes Berberÿ in viatorio iuris. parte* 4. *titul. de iudicÿs. num.* 178. *Petr. Iacob. in titul. de condict. ex lege, quæ pro re donata competit.*

245 Quinquageſimo quarto, in † præiudiciali actione in rem de partu agnoſcendo, & de præiudiciali in rem actione pro ſe partum negante, libellos deſcripſit Petrus Iacobus in Praxi, *in titul. de præiudiciali actione in rem de partu agnoſcendo. & in titul. Econtra de præiudiciali in rem actione pro ſe partum negante. Vendelinus Schellinc. actionum, & exceptionum forenſium. c.* 50. *Baptiſta de Sancto Blaſio. actio.* 14. *poſt ipſum Ioan. Criſpus. nu.* 10.

246 Quinquageſimo quinto, libellus in † actione permutationis habetur apud *Ioan. Berberÿ in Viatorio iuris parte* 4. *titul. de iudiciis. nu.* 177.

247 Quinquageſimo ſexto, in † inſtitoria actione libellus formatus eſt ab Angelo de Aretio, *in* §. *Actiones. nu.* 12. *Inſt. de actionib. Ioan. Criſpus de Montibus, de Terminis actionum. nu.* 19. *Baptiſta de Sãcto Blaſio. actione.* 24. *Iaſon in dicto* §. *actiones. numero* 54.

248 Quinquageſimo ſeptimo in † actione rerum amotarum formatur libellus per eundem Angelum de Aretio *in* §. *ſic itaque diſcretis. nu.* 14. *Inſt. de action. Ioan. Criſp. num.* 168. *Vendelin. Schellinc. action. & except. forens. cap.* 29. *Petr. Iacobus in practic. in titul. de action. rerum amotar. Baptiſta de Sancto Blaſ. in action.* 180.

249 Quinquageſimo octauo, libellus † contra corrũpẽtem album prætoris ponitur ab Angelo de Aretio. *in* §. *Pœnales. num.* 5. *verſ. libellus autem contra eum. Inſt. de actionib. quem refert, & ſequitur Vendelin. Schellinch. action. & except. forenſ. capit.* 150. *de quo Io. Berber. in viator. iuris parte prima. rub.* 35. *numero* 1. *Dixi vltra alios in Commentariis de Magiſtratuum edictis. lib.* 3 *cap.* 18. *nu.* 6. *cum pluribus ſeq. Io. Criſpus de Terminis actionum. nu.* 90. *Iaſon. in dicto* §. *actiones. nu.* 42. *Baptiſta de Sanct. Blaſ. in action.* 100.

250 Quin-

250 Quinquagesimo nono, † forma libelli pro turbata possessione tradita est a Ioanne Petro de Ferrarijs *in pract. in forma libell. pro turbat. poss. Angel. de Aretio in §. quadrupli. nu.* 48. *Inst. de action.*

251 Sexagesimo, quo ad actionē † legis Aquiliæ, formatur libellum *Petr. Iacob. in pract. titul. de actione legis Aquil. Angel. de Aretio Inst. de leg. Aquil. in princip. num.* 3. *in §. ceterum nu.* 2. *Inst. eod. titul. & in §. ex maleficijs. num.* 18. *Vendelin. Schellinc. cap.* 32. *Io. Crispus de Terminis actionum. nu.* 170. *Baptista de Sancto Blas. in action.* 52. 182.

252 Sexagesimo primo, in actione † pro edicto ex eo per quem factum erit, quo minus quis in iudicio sistat, fit libellus per Petrum Iacobi *in titul. de actione in factum, quo minus quis in iudicio sistat. Petr. Iacob. in Praxi. titul. de action. in factum ex edicto de eo per quem factum erit, quo min. quis in iudic. sistat. Vendelinus Schellinc.* Actionum, *& exception. forens. cap.* 153. *Ioan. Crispus. vbi supra. nu.* 96. *Iason. in §. penales. num.* 138. *Inst. de act. Baptist. de Sancto Blas. in action.* 106.

253 Sexagesimo secundo, libellus, † in actione in factum ex edicto, ne quis eum, qui in ius vocatus est vi eximat, *apud Petr. Iacob. in Praxi in action. in factum ex edicto. ne quis eum qui in ius vocatus est, vi eximat. Vendelin. Schellinch. in dicto tract. cap.* 152. *Ioan. Crispus de Montibus de Terminis actionum. numerro* 65. *Angel. de Aretio in. §. penales. num.* 23. *Inst. de action. ibi etiam Iason. nu.* 136. *Baptist. de Sancto Blas. in action.* 105.

254 Sexagesimo tertio, libellus de damno † infecto ex stipulatu, habetur penes *Ioan. Crispum. in dicto tract. num.* 182. *Baptista de Sancto Blasio in actione.* 194.

255 Sexagesimo quarto, in actione † Noxali libellus notatur ab Angelo de Aretio *in §. ex maleficiis. in fin. Inst. de actionib.*

256 Sexagesimo quinto, in actione † ad exhibēdum formatur libellus secūdum formam traditam a Petro Iacobo in Praxi *titul. de actione ad exhibendum. Angelo Aretin. in § præterea. num.* 8. *Inst. de action. Ioan Crispo de Terminis action. num.* 144. *Vendelino Schellinch. vbi supra. cap.* 43. *Baptista de Sancto Blas. in action.* 156.

257 Sexagesimo sexto, in actione de in † rem verso habes libellum, quem format *Angel. de Aret. in §. actiones. nu.* 10. *vers. In eadem glossa ibi. ff. quod iuss. Inst. de action. plene Vendelin. cap.* 67. *Iason. in §. actiones. nu.* 41. *Inst. de action. Baptist. de Sanct. Blas. in action.* 27.

258 Sexagesimo septimo, libellus in actione † conditionis causa data, causa non secuta, agit *Petr. Iacobus in pract. de condition. caus. dat. causa. non secuta Vendelin. Schellinch. cap.* 37. *Ioan. Crispus de Terminis actionum. nu.* 138. *Baptista de Sancto Blasio. in actione.* 147.

259 Sexagesimo octauo, † libellum in actione conditionis ob turpem causam ponit idem Petrus Iacobi, *in tit. de condiction. ob turpem causam. Vendelin. Schellinc. cap.* 38. *Ioan. Crispus nu.* 139. *ante eum Baptist. de Sancto Blasio. in actio.* 151.

260 Sexagesimo nono, in actione conditionis sine causa libellus scribitur per Petrum Iacobi *in pract. in titul. de condictione sine causa. Vendelin. cap.* 39. *Ioan. Crispus de Terminis actionum. nu.* 140. *Baptista de Sancto Blas. in action.* 152.

261 Septuagesimo, quo ad † cōditionem indebiti, habemus libellum, quem scribit *Petr. Iacobi in Praxi. in tit. de condict. indebit. Ioan. Crispus de Montibus de Terminis actionum. nu.* 141. *Vendelinus Schellinch. action. & except. forens. cap.* 42. *Angel. de Aretio. in §. actiones autem. nu.* 10. *Inst. de action. Baptista de Sancto Blas. in action.* 153.

262 Septuagesimo primo † in actione conditionis incerti, formatus est libellus a Petro Iacobo *in titul. de condiction. incerti.*

263 Septuagesimo secundo, de actione † exercitoria formari potest libellus ex *l.* 1. *§. non autem. vt ibi dicit Alexand. ad* Bartol. *ff. de exercitor. Angel. de Aretio. in §. si igitur. sub num.* 4. *Instit. Quod cum eo, qui in alien. potest. Iason. in §. actiones. num.* 45. *Inst. de actionib. Io. Crispus de* Montibus. *de Termin. action. num.* 18. *Vendelinus Schellinc. action. & except. forens. cap.* 63 *Bartol. in l fin. ff. de exercit. Baptista de Sancto Blas. in action.* 23.

264 Septuagesimo tertio, quo ad actionē † Tributoriam, formandus est libellus ex dictis *Angel. de Aretio. in §. si igitur. sub num.* 4. *Instit. Quod cum eo, qui in alien. potest. Vendelini Schellinc. in tractat. supra allegat. cap.* 65. *Ioan. Crispi in tract. de termin. action. num.* 20. *Iason. in §. actiones. nu.* 55. 56. *Inst. de actionib. Baptista de Sancto Blas. in action.* 25.

265 Septuagesimo quarto, † libellus in cōdictione ex lege describi potest ex dictis. *Ioan. Crispi de Montibus de Terminis actionum. nu.* 143. *Vendelini Schellinc. in allegato Tractatu. cap.* 40. *Baptista de Sancto Blasio in action.* 134. 155.

267 Septuagesimo quinto, † in hæreditate bonorum possessionis petitione libellus est formatus a Petro Iacobo. *in Praxi, in titu. de Bonorum possessoria hæreditatis petitione. Ioan. Crispo nu.* 7. *Vendelino Schellinch. cap.* 59.

268 Septuagesimo sexto † in fideicommissaria hæreditatis petitione formauit libellum idem Petrus Iacobus *in titul. de fideicommissaria hæreditatis petitione. Ioan. Berbery in viator. iuris. part.* 4. *titul. de iud. num.* 182. *multos referens. Francisc. Marzar. in epitom. fideicommiss. par.* 3. *cap.* 1. *Ioan. Petrus de Ferrariis in pract. in forma libell. quo agitur ex substit. cum aliis relatis per Marc. Anton. Peregrin. de fideicommiss. Articul.* 45. *num.* 31. *cum pluribus seq. Vendelin. action. & except. forens. cap.* 60. *Ioan. Crispus. num.* 8.

269 Septuagesimo septimo, in † actione rei cessæ, quā cessionarius intendit vendicare, formauit libellum *Petr. Iacobi. in pract. in tit. de rei vendicat vtili quæ competit ex cessione.*

270 Septuagesimo octauo, in actione, pro condictione ex lege, quæ oritur ex literarum obligatione cōflauit libellum *idem Petr. Iacob. in tit. de condictione*

ex

271 Septuagesimo nono, in † actione, quod iussu, formatlibellum *Angel. in §. actiones autem. num. 10. versicul. in eadem gloss. ibi. ff. Inst. de actionib. Vendelin. Schellinch. action & exception. forens. cap. 66. Bapt. de Sanct. Blas. in action. 26. Io. Crispus. nu. 21.*

272 Octogesimo in † actione in factum ædilitia scripsit libellum *Petr Iacob. in praxi. in titul. de actione in factum ædilitia. Ioan. Crispus. num. 17. Baptist. de Sancto Blas. in actione. 22.*

273 Octogesimo primo, † quo ad actionem ex empto quanto minoris ciuili libellum proposuit *Petr. Iacob. in titul. de actione ex empto quanto minoris ciuili. Vendelinus Schellinch. in tract. action. & except. forens. sub redhibitoria. cap. 62. Baptista de Sancto Blas. in action. 189.*

274 Octogesimo secundo, in † interdicto quorum bonorum, reperitur libellus traditus *per Specul. in titul. de testamen. §. nunc dicendum. Angel. de Aretio in §. quadrupli. num. 41. Alexand. in consil. 70. num. 11. vol. 6. Marc. Anton. Peregrin, de fideicõmiss. articul. 46. num. 36. Vendellinus Schellinch vbi supra cap. 120. Matthæ de Afflict. in decision. Neapolitan. 118. num. 2. Menoch. de adipiscend. poss. remed. 1. nu. 94. Baptista de Sancto Blas. in action. 70. post ipsum Ioan. Crispus. num. 58.*

275 Octogesimo tertio, libellus in † interdicto quorum legatorum ponitur a Iacobo Menochio *de adipiscend. possess. remedio. 2. num. 103. de quo Vendelinus Schellinch. action. & exception. Forens. cap. 121. Aliam super eodem interdicto libelli formulam tradidit* M. *Anton. Peregrin. de fideicommiss. articul. 47. num. 81. Ioan. Crispus. num. 59. Baptista de Sancto Blas. in action. 71.*

276 Octogesimo quarto, † libellus in actione in factum pro aqua cotidiana, & pro aqua æstiua, duos facit Roffredus Beneuentanus *de libellis. parte 2. de interdicto de aqua cotid. & in titul. de interdicto de aqua æstiua. quem refert, & sequitur Barthol. Cepoll. de seruitutib. rusticor. præd. cap. 4. nu. 100. 106. quẽ sequitur Iacob. Menoch. in trac. de retinenda possess. remed. 6. num. 158. Io. Crisp. nu. 71. 72. Vendelin. c. 127. c. 128. Baptist. de Sancto Blasio in action. 83. 84.*

277 Octogesimo quinto † de actione aquæ pluuiæ arcendæ libellum fecit *Roffred. de libellis. part. 4. titul. de aqua pluuia arcenda. num. 10. Ioan. Crispus. num. 161. Vendelin. cap. 46. Baptista de Sancto Blasion in action. 173.*

278 Octogesimo sexto, † in actione in factum, ne quid in via, & itinere publico fiat, ponit libellum *Barth. Veronensis. in tract. de seruitutib. rusticor. prædior. cap. 3. Vendelin. action. & exceptiõ. Forensium. cap. 139. Ioan. Crispus. num. 45. Baptista de Sancto Blas. in action. 56.*

279 Octogesimo septimo, in † actione in factum ex interdicto, quod immissum, & factum in via publica tollatur habes apud Ioannem Crispum de Montibus de Terminis actionum, *num. 44. Vendelinum Schellinch. actionum & exception. Forensium. cap. 140. Baptista de Sancto Blasio in action. 57.*

280 Octogesimo octauo, in † actione in factum de itinere, actuque priuato reficiendo, fecit libellum Roffredus *parte 2. titul. de via public. & itinere publ. resic. num. 4. Cepoll. in dicto titul. de seruitut. rusticor. præd. cap. 3. Vendelin. Schellinch. capit. 126. cap. 142. Ioan. Crispus. num. 51. 69. 70. Baptist. de Sanct. Blas. in action. 42. 81. 82.*

281 Octogesimo nono, in † actione in factũ, ne quid in flumine publico fiat, ripaue eius, quo aqua aliter fluat, quam priore ęstate fluxerit, libellum tradidit, & sic si impediatur solita nauigatio, promiscue *Roffredus part. 2. titul. de interdicto, ne quid in flumine publico, ripaue eius ponatur. num. 7. & in tribus. capitibus distinguit Vendelinus Schellinch. cap. 143. cap. 144. cap. 145. cap. 146. similiter. Io. Crispus. nu. 53. 54. 56. Bapt. de Sãct. Blas. in actio. 60. 61. 65. 66.*

282 Nonagesimo in actione † in factum, vt liceat Ripam fluminis reficere agit de ea Ioannes Crispus *de Terminis actionum. nu. 55. Baptist. de Sanct. Blas. in actio. 60. Idem. Bapt. de Sanct. Blas. in actio. 67. 68.*

283 Nonagesimo primo, in actione † in factum de aqua ex castello ducenda, de riuis ducendis de fonte, puteo, lacu, vel piscina formari potest libellus ex dictis per Vendelinum Schellinch *actionum, & exceptionum forensium. cap. 128. Ioan. Crispus. nu. 73. 75. 76 Baptist. de Sanct. Blas. in action. 85. 87. 88.*

284 Nonagesimo secundo † in actione in factum de eiectis, tam contra singularem personam, quam cõtra plures socios habitantes in eodem loco in quo eiectio, vel effusio facta fuerit, libellos formauit *Roffred. part. 3. in titul. de actione in factum de his, qui deiecerint, vel effuderint. & in titul. de vtili actione pro socio, quæ competit, cum plures soc. in eod. cœnacul habit. & vnus forte deiecer. vel effud. Vendelinus. Schellinch. in allegato tractatu. cap. 80. Ioã. Crispus. num. 103. 114. Baptist. de Sancto Blas. in actione 112. 113.*

285 Nonagesimo tertio, † in actione in factum de purgandis cloacis, vel de impediente vti cloaca, vbi aliquid fuerit immissum. *Roffred. par. 2. in tit. de interdicto de cloacis. nu. 4. 5. Vendel. c. 129. Io Crisp. nu. 77. 78. 79. Bapt. de Sanct. Blas. in actio. 89. 90. 91.*

286 Nonagesimo quarto † de actione in factũ de arboribus cędendis impendentibus in prædium vrbanum, vel in agro, libertus factus est tripliciter *per Roffred. par. 2. tit. de interdicto, de arboribus cædendis. nu. 5. 6. 7. Io. Crisp. num. 81. Vend cap. 129. Baptist. de Sanct. Blas. in action. 93.*

35 agatur interdicto retinendæ, seu recuperandæ, siue adipiscendæ. Nam in interdicto retinendę, §. *hodie. Inst. de interd. l. 1. §. annum. ff. de itiner. actuq; priuat.* In recuperandæ, pro vt est in spolio. *Gloss. in l. si de fundo. ff. de vi, & vi armat. in. l. fin. C. si per vim, vel alio mod.* In interdicto adipiscendæ. text. *in l. fin. in fin. vbi gloss. ff. quor legat. Bartol. concludit in l. naturaliter. §. nihil commune. quæst 3. ff. de acquir. poss. vbi Præceptor. Ioan. Bolognett. nūm. 104. Alexand. in consil. 2. num. 9. vol. 3. Albert. Brun. in consil. 20. nu. 17. & alij quam plures relati a Roland. a Valle in consil. 94. num. 4. uol. 2. in consil. 8. num. 4. vol. 4. Cappella Tholosan. in decis. 226. Achill. Personal. de adipiscend. possessione. num. 257. in fin. 258. Ioan. de amic. in consil. 6. num. 40. Ioan. Baptista Ferrett. in consil. 95. num. 1. Sebastian. Vant. de nullitat. ex defect. process. sub nu. 28. Iacobus Menoch. de recuper. possess. Remed. 15. num. 254. allegat hoc tenentem Petr. Rebuff. ad constitut. Gall. tomo. 3. titul. de mater. possessor. articul. 4. gloss. 2. in fin. Ioseph. Cumia in ritib. Siciliæ. cap. 39. num. 7.*

36 Intellige non procedere in possessorio † causæ beneficialis, vt per Rotam in Antiquis, *in decis. 155. incip. Nota quod vbi agitur possessorio.* Vbi di-
37 cit, non requiri eo casu † litis contestationem. *Cappella Tholos. in decis. 226. AEgidius Bellem. in decis. 616. incip. si agit. num. 1.*

38 Intellige secundo, non procedere † in possessorio summario, in quo omittitur litis contestatio. *ex Paul. de castr in consil. 5. col. 2. Ioan. Neuizan. in consil. 80. nu. 7. Carol. Ruin. in consil. vigesimo octauo, colum. secunda volum. primo voluit Roland. a Valle in consil. nonagesimo quarto. num. trigesimo primo. vol. 2.*

Intellige tertio, non procedere, quando agere-
39 tur via spolij propter pensionem, quia † tunc litis contestatione opus non est, *ex Marian. Socino in capitul. quoniam frequenter. colum. decima tertia, vers. secundo limita. extra vt lit. non contestata. Hieron. Gigas in tract. de pensionibus. q. 47. & q. 71. voluit Ioseph. Cumia in ritibus Siciliæ. cap. 3. nume. 8.*

40 Intellige quarto, quod quando † intentatur officium iudicis, a perſona aſſerente ſe eſſe in poſſeſſione, & timere ne in ea perturbetur, & donec ordinarium poſſeſſorium terminetur, petat officio iudicis ipſum in ea poſſeſſione, vel quaſi conſeruari, donec ordinaria lis diffiniatur, iſto enim caſu litis conteſtatio aliqua non exigitur. *poſt Rotam in Nouis in deciſ.* 437. *Hierony. Cagnol. in l. in pari. num.* 6. *ff. de regul. iuris Curtius Senior. in conſil.* 61. *col. fin. quem allegat Petrus de Benintendis. in deciſ. Bononien.* 79. *num.* 2. *Ioan. Neuizan. in conſil.* 65. *num.* 20. *& in conſil.* 80. *numero* 7. *quos retulit, & ſequitur Iacob. Menoch. de retinend. poſſ. remed. vltimo. numero* 32.

Intellige quinto, quod in interdicto quorum
1 † bonorum, & interdicto vti poſſidetis litis conteſtatio exigitur. De primo *Roland. a Vall. in conſil.* 75. *num.* 32. *vol.* 2. *de ſecundo idem Roland. in conſil.* 8. *num.* 2. 31. 32. *vol.* 4. *Præceptor Ioan. Bolognett. in conſil.* 7. *num.* 64.

2 Intellige ſexto in poſſeſſorio † vigore iuris. *l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollend. non requiri litis conteſtationem, poſt Bald. ibi. num.* 44. *voluit Angel. de Aretio in.* §. *quadrupli. nu.* 16. *Inſt. de action. & alios allegans Iacob. Menoch. de adipiſcend poſſeſſ. remed.* 4. *num.* 551.

3 Subintellige tamen, in poſſeſſorio † *dictæ. l. fin.* requiri conteſtationem litis, ſi adeſt legitimus contradictor, *vt dicit Menoch. in dicto remedio.* 4. *nume.* 552.

4 Sed non dicitur legitimus † contraditor ſupradicto caſu, qui poſſeſſionem ſuam ſimplicem allegaret non habitam a defuncto, vel eius hęrede, quia ſimilis allegatio hæredem immitti in poſſeſſionem non impediret. *Plotus in. l. ſi quando. num.* 84. *in fin. C. vnde vi. Hubertin. Zuccard in dicta. l. fin. nu.* 324. 339. *C. de edict. Diui Adrian. tollend. plene Achilles Perſonal. in tractat. adipiſcendæ poſſeſſ. numero* 395.

5 Declara duodecimo, in cauſa † matrimoniali, litis conteſtationem non requiri. *arg. clem. diſpendio. ſam. de iudic. Rota in Nouis. in deciſ.* 402. *incip. ſi actor præſens. circa medium. Couar. in epit. de ſponſal. parte.* 3. *cap.* 8. §. 1. *num.* 5. *Marc. Anton. Cucch. Inſt. Canonicar. maior. lib.* 5. *titul. de ſacrament. matrim. num.* 176. *cum pluribus ſeqq. tex. in c.* 1. *c. quoniam frequenter.* §. *porro. extra. vt lite non conſt. Martin. Meſnartius in epitom. Legum Pontifical. libr.* 2. *titul.* 6.

6 Declara decimo tertio, in caſibus in quibus † pœna ipſo iure infligitur, non eſt neceſſaria litis conteſtatio, *voluit Bartol. in l. ex iudiciorum. num.* 2. *ff. de accuſat. Matth. de Afflict. in cap.* 1. §. *porro. num.* 3. *ex quib. cauſ. feud. amitt. quos refert, & ſequitur. Iacob. Menoch. in conſil.* 99. *num.* 161. *vol.* 1. *Cappel. Tholoſ. in deciſion.* 341. *incip. Item fuit quæſtum, agebatur.*

47 Declara decimo quarto, quod in caſibus † in quibus, mouens quæſtionem prohibetur a ſtatuto, vel aliqua pœna imponitur, tunc non dicitur mouiſſe quæſtionem, niſi fuerit lis prius conteſtata, tunc enim quæſtio appellatur, quando lis eſt conteſtata & ſic non appellabitur quęſtio ante illius conteſtationem. *l.* 3. *C. fin. regund. Panor. in c. quia indicante. num.* 8. *extra. de præſcription. Dixi plene in tractatu de compromiſſ.* §. 2. *gloſs.* 1. *nu.* 14. *cum pluribus ſeq. quod meum dictũ & alios refert Borgnin. in deciſ. Fiuizan.* 11. *num.* 6.

Declara decimo quinto, litis conteſtationem
48 † non requiri, quando petitur aliquem declarari incidiſſe in canonem excommunicationis latæ ſententiæ ob violentam manuum iniectionem in clericum, *iuxta text. in c. ſi quis ſuadente.* 17. *q.* 4. *vt placuit Rotæ in Nouis in deciſion.* 54. *incip. ſi petatur. AEgid. Bellemer. in deciſion.* 361. *incip. in declaratione.*

49 Declara decimo ſexto, in cauſa † vbi proponitur nullitas, conſtans ex actis, litis conteſtatio non requiritur, *vt optime concludit Rota in Nouis. in deciſ.* 340. *incip. fuit dubitatum. Panormitanus in cap. per tuas. vbi Deci. num.* 5. *extra. de appell. Philipp. Francus in c. dilecto. q.* 12. *de appell. Sylueſt. Aldobrand. in conſil.* 69. *num.* 7. *vol.* 1.

50 Declara decimo ſeptimo, non † requiri litis conteſtationem in cauſis in quibus verſatur publicum commodum, vt in cauſis functionum publicarum, *vt concludit Riminald. Senior in conſil.* 31. *nu.* 18. 22. 23. 25. *vol.* 1.

Declara decimo octauo, in liquidatione publici
51 inſtrumenti facienda litis conteſtatio non † requiritur, cum ordo iudiciarius non exigatur. *Anton. de Canar. de exequut. inſtr. q.* 14. *num.* 32. *Corn. in conſil.* 156. *vol.* 1. *Bernardin. Paud. de liquid. inſtrum. parte* 3. *declarat.* 21. *nu.* 76. *Nouiſs. Carolus de Graſſis in tractat. exceptionum. exception. 36. numero* 11.

52 Declara decimo nono, in cauſa hæreſis † litis conteſtationem non exigi. *arg. c. fin. de Hæretic. in.* 6. *Lodouic. Carrer. in tract. de Hæreticis. num.* 111. *Iacob. Simanc. inſtitut. Catholicar. titul.* 64. *num.* 23. *& in Praxi hæreſeos. titul.* 35. *num.* 8. *Ioan. Roias. in ſingul* 125. *Bernard. Comens. in Lucerna inquiſitor.* §. *litis conteſtatio. Nicol. Eymericus in director. inquiſitor. parte* 2. *cap.* 8. *vbi Franciſc. Pegna commentar.* 19. *Idem Pegna ad Lucernam. in loco allegato. Zanchin. Vgolin. de Hæreticis. cap.* 8. *vbi late Camill. Campegius.* Non tamen negatur quin in-
53 quiſiti de Hæretica prauitate, ſi † comparuerint interrogandi ſint ſuper vnoquoque inquiſitionis capite, vt dicit Carrerius in loco allegato. *nu.* 111. Et Simancas *in titul.* 27. *in dicta praxi hæreſeos.* In his tamen enormibus criminibus litis conteſtatio non exigitur. *Archidiacon. in capitul.* 1. *de homicid. in* 6. *Hippolyt. de Marſil. in pract. criminal.* §. *diligenter. num.* 158. *Pegna in locis allegatis.*

54 Declara vigeſimo, non † requiri litis conteſtationem in cauſa depoſiti. *Abb. Panormitan. in capitul. quia propter. de elect. Franciſc. Vivius. in deciſ.* 191. *num.* 6.

55 Declara vigesimo primo † in causa executionis sententiæ litem non contestati. *Bart. in l. in tra. ff. de re iudic. & voluit pluries Matth. de Afflict. in decis. Neapolitan.* 346. *nu.* 2.5. *& per totum. & post* Alex. *in dicta l. intra. voluit Cæsar Vrsill. in deci.* 346. *sub. num.* 2.

56 Impeditur autem litis contestatio, quin † ad eam procedatur per exceptionem nullitatis. *Rota in Antiquis. in decision.* 115. *incipi. Nota, quod causa nullitatis.* Quia nunquam censetur a statuto excluſa, *Ludouic. Roman. in consil.* 42. *num.* 3. *Præceptor Io. Bolognett. in consil.* 30. *num.* 25. *Emanuel Suarez in Thesaur. recept. sententiar.* §. *exceptio. num.* 116. *Borgnin. Caualcan. in decision. Fiuizan.* 21. *num.* 82. *parte* 1. *Cæsar Vrsil. in decision. Neapolit.* 283. *num.* 3. *Francisc. Viui. in decis.* 220. *num.* 1.

57 Intelligerem tamen procedere in nullitate † notoria, & euidente. *Francisc. Viui. in dicta decision.* 220. *num.* 2. *Francisc. Milan. in decision. Siciliæ. in decision.* 2. *num.* 136. 137. 147. *lib.* 2. *Fab. Turret. in consil.* 78. *num.* 8. *vol.* 1.

Impeditur secundo litis contestatio, quando opponitur exceptio concludens actorem ius non ha-
58 bere in eo, quod petit, † vt gratia exempli cum donatarius petit bona donata, & opponitur exceptio, quod donans donationis tempore, mente captus erat, & furiosus. *argum. eorum. quæ scribit Host iens. in c. Veniens. de renunciat. & voluit Cappell. Tholosan. in decision.* 29. *incip. Item fuit dubitatum. argu. cap. fin. extra de ordin. cognit. & voluit Steph. Aufrer. in dicta decision.* 29. *& in decision.* 67. *Bart. in l. cum quærebatur, in princ. num.* 3. *ff iudic. solui. Stephan. Aufrer. ad Cappell. Tholosan. in decis.* 67. *vers. quarta regula.*

59 Impeditur tertio litis contestatio cum eo, † qui excommunicationis metu, respondet libello per actorem producto. *Rota in Nouis in decis.* 35. *incip. si quis in causa.*

60 Impeditur quarto, litis † contestatio per oppositionem exceptionis cessionis bonorum. *arg. l.* 3. *ff. de cession. bonor. l. ex contractu. C. de Bonis authoritat. iudicis possid. Cappella Tholos. in decisio.* 136. *incip. Item fuit quæsitum, an exceptio. plene Vendelin. Schellinch. action. & exception. Forens. cap.* 270.

61 Impeditur Quinto, litis contestatio per † exceptionem opponentis, quod est intra tempus conficiendi inuentarium. *l. scimus.* §. *donec. C. de iure delib. voluit Guido Papæ in decision. Gratianop.* 571. *nu.* 7. *facit quod voluit Cepoll. in cautel.* 222. *incip. Institutus hæres. Phanuc. de Phanucys de* Inuentar. *parte* 8. *per totam. vbi facit ad materiam. Cappell. Tholos. in decision.* 257. *Ioan. Petr. Surdus de alimenti. titul.* 8. 9. 11. *num.* 2. *Vendelin. Schellinch. action. & excep. Forens. cap.* 261. *in fin.*

62 Impeditur sexto litis cõtestatio † p oppositionẽ exceptionis præscriptionis, *vt post Cyn. in l. emptor. C. de præscripi.* 30. *annor. & Ioan. Andr. in c. exceptionis. de litis contest. in* 6. *Cappell. Tholos. in decis.* 67. *incip. Item fuit quæsitum, si exceptio. Ioan. Petr. de Ferrar. in pract. in form. Resp. rei conuent. in verb. præscriptionis. num.* 1. *plene Ioan. Francisc. Balbus in tract. Præscription. parte* 1. *q.* 9. *per totam. Sequitur Gemin. in l.* 1. *num.* 12. *de litis contest. in* 6. *ad quæ se refert ibidem Ioan. de Vanquel. conclus.* 1.

63 Impeditur septimo litis contestatio, † per exceptionem solutionis, vt voluit *Cappel. Tholos. in decis.* 335. *incip. Item fuit quæsitum, an exceptio. ex Specul. in tit. de excep.* §. *dicto. vers. & vt plenius. hoc idem tenuit Bart. in l. cum quærebatur. in princ. nu.* 3. *ff. iudic. solui.* Quod etiam videtur de mente Rotæ in Antiquis *in decis.* 154. *Incip.* Nota quod exceptio. in qua licet in principio, videatur dicere contrarium. ex doctrina *Innoc. in c. exceptionis. de litis contest. in* 6. *Vendelinus Schellinch actionum, & exceptionum forensium. cap.* 240. Et quanquam Rota *in dicta decis.* 154. alleget pro contraria opinione In-
64 nocentium in supra allegato loco. Tamen † opinio Bartol. Cappellæ, & Sequaciũ est rationabilis, quia hæc exceptio est de illis, quæ concludunt agenti actionem non spectare, & ideo impedit litis ingressum, & nemo sine actione experiatur. *l. si pupilli.* §. *videamus. ff. de negot. gest.* & ista exceptio non cõ-
65 petit tibi actio, impedit † litis contestationem. *l. elegãter.* §. *si quis. ff. de condic. indeb. vbi Bart. & idem Bart. in l. nam, & postea. in princ. col.* 1. *nu.* 7. *de iure iurand. & in dicta. l. cum quærebatur. & voluit Stephan. Aufrer. in Cappell. Tholos. in decis.* 67. *versic. quarta regula.*

66 Declarari tamen debet, vt in continenti † offerat̃ probari, & probetur. *Bartol. in dicta. l. cum quærebatur. nu.* 3. *ff. iudic. solui. & in l. fin. C. de edict. Diui Adrian. Tollen. Cappel. Tholos. vbi Stephan. Aufr. in decis.* 67. *Vendelinus Schellinch. actio. & exceptio. forens. c.* 240.

Impeditur octauo litis cõtestatio per exceptionẽ
67 † non numeratæ pecuniæ, si opponeretur infra biẽniũ, *vt post Ioan. de Deo in tract. Cauillationũ. li.* 3. *tit. Quando opponatur dilatoria. in prin. voluit Specul. in titul. de exceptionib.* §. *dicto. nu.* 18. *vers. Quid de exceptione non numeratæ pecuniæ. nu.* 18. Quinim
68 mo eam † exceptionem esse peremptoriam dicit Speculator in loco allegato, & ideo in quacunque litis parte opponi possunt præterquam post sentẽtiam. *Tancredus de Corneto in Margarita. titul. de processu per viam exceptionis. num.* 7. Ad conclusionem adde quod cum ea in fine residet. *Cappell. Tholos. in decision.* 186. *incip. Item fuit quæsitum an exceptio. Angel. de Aretio in* §. *Idem iuris est nu.* 64. *Inst. de excep.*

69 Peremptoriæ autem exceptiones, † quando ante litem contestatam, & quando post opponi possint, dicam DEO duce *in titul. de except.*

70 Regulariter † tamen per exceptionem peremptoriam concernentem principale negotium, non impeditur litis contestatio. *Rota in Nouis. in decisio.* 284. *incip. Si per impetrantem.*

71 Facta litis contestatione in causa † restitutionis in integrum principaliter intentatæ, est præcluſa via cognitionis præambulæ de læsione, vel de iniustitia sententiarum, aduersus quas petita fuit resti-

tutio;

tutio; rationem reddit Rota *in deciſ.* 191. *incip. Per litis conteſtationem.*

72 Cautio de iudicio ſiſti per procuratorem † præſtita operatur, ac ſi eſſet lis conteſtata, quo ad effectum, vt res non dicatur integra, vt ex Salyceto. *in l. inter eos. col. 3. ff. mandat. & in l. mandatum. col. 5. in 10. oppoſit. C. eod. titul. voluit Paul. AEmil. Verall. in deciſ.* 188. *nu. 2. lib. 2.*

73 Si per Abbatem, & conuentum † lis fuit conteſtata, poterit ſimul, & diuiſim in cauſa procedi, & etiam contra alterum ſentẽtia proferri. *Rota. in Nouis. in deciſ.* 206. *incip. Licet actum ſit.*

74 Non dicitur lis conteſtata ab eo, qui metu † iniuſtæ excommunicationis proteſtatur. *Rota in Antiquis in deciſ.* 490 *incip. Nota ſi aliquis.*

75 Oppoſita aliqua exceptione ante litem † conteſtatam, ſuper illa non eſt facienda litis conteſtatio, quia ſuper exceptionibus lis conteſtatur. *Collect. Ioan. de Lignan. Bald. & Panor. in c. Prudentiam. §. ſexta. extra de offic. & poteſt iudic. delegat. Cappella Tholoſ. in deciſ.* 110. *incip. Item fuit quæſitum, an ſuper. vbi Aufrer.*

76 Iuramentum vim habet † litis conteſtationis. *Lud. Gozadin. in l. 2. num.* 82. *C. de pact. int. empt. & vend. Roland. a Vall. in conſil.* 25. *ſub num.* 19. 26. *volum. 2. Ceſar. Barzius in deciſ. Bononienſ.* 43. *num.* 9. *Aym. Crauett. in conſil.* 71. *num.* 2. *Gaſpar Caballin. de euiction. §. 3. numero* 57. *& alij relati a Seraphin. de Seraphin. de priuileg. iura. priuileg.* 50. *numero ſecundo. Vincent. Mancin. de iuramẽt. parte 4. effectu.* 21. *nu.* 1.

77 Sed notandum, quod non intelligitur † in iuramento extraiudiciali, ſed de iuramento iudiciali, & deciſiuo, *vt poſt Caballin. in loco allegato. num.* 69. *& Plotum. in l. quod te nu.* 24. *ff. ſi cert. pet. ſcribit Mancin. in dicto effectu.* 21 *num.* 2. 3. Quo in loco dicit periculoſam rationem Caputaquenſis *in deci.* 417. *lib.* 1. quam non reperi in libro meo *dicentis,* iura-
78 tum debitum † non præſcribi, ex quo iuramentum habet vim litis conteſtationis, & litis conteſtatio perpetuat actionem. Sed forte Verallus loquebatur de iuramento iudiciali. Sed de hoc alibi. *Adde Marſican. in deciſion. Nouiſſim. Roman.* 8, *nu.* 1. *lib.* 1. *vol.* 3.

79 Litis conteſtatio interrumpit † præſcriptionem. *l. nec bona fides. C. de præſcrip. long. temp. Marſican. in deciſion. Nouiſſim. Roman.* 8. *num.* 2. *lib.* 1. *vol.* 3. *optime Ioan. Philipp. in conſil.* 36. *num.* 18. 19. 20.

80 Declara tamen talem † in errunptionem non prodeſſe alteri, quam interrumpenti. *Gloſſ. in c. placuit. il ſecundo.* 16. *q.* 3. *& ex Accurſ. Cyno Angel. & Fabro. Idem Ioan. Philipp. in dicto conſi.* 36. *num.* 19.

81 Litis contectatio non inducitur ex eo, † quod pars ſimpliciter confiteatur ſuper libello actoris, non dicendo animo litem conteſtandi, niſi habeat annexam aliquam cõtradictionem. *Bernardus Cardinal. Biſgnetus in deciſion. 1. tit. de litis conteſtat.*

82 Non dicitur facta litis conteſtatio, † quando quis petit centum, & aduerſarius fatetur ſub conditione. *Cappella Tholoſ. in deciſion.* 286. *incipi. Item petita ſunt. Vide ſupra hoc eod. titul. verſ. declara primo. num.* 16.

83 Pars rea non comparens † ad reſpondendum libello, non poteſt excommunicari ob non reſpondẽdum, vbi in cauſa illa lis non conteſtatur. *Cardinal. Biſgnetus in deciſion. 2. titul. de litis conteſtat.*

84 Litis conteſtatio nulla eſt, vbi porrecta † per actorem petitione, ac libello, & facta interrogatione, an ſit hæres ille reſpondeat petitioni, & libello, non autem declarationi petitæ, *Cappell. Tholoſan. in deciſion.* 19. *incip. Item fuit quæſitum dato.*

85 Litis conteſtatio, quæ ob calũnias, † & impedimenta partis facta non fuit, ac ſi facta fuiſſet, habetur. *l. ſi eum. §. quæ iniuriarum. vbi Bald. Angel. Ludouic. Roman. Alexand. & Iaſon. ff. ſi quis cautio. & alij, quos retulit, & ſequitur Iacob. Thomingius in deciſion. Lipſenſi.* 24. *num.* 4.

86 Ex ſola litis conteſtatione probatur † moleſtia in poſſeſſione, *ex Alexand. in conſil.* 73. *in princip. vol.* 3. *Decio in conſil.* 694. *col.* 2. *in fin. & Cardinal. Pariſio in conſil.* 54. *col.* 3. *vol.* 3. *Paul. AEmil. Verall. in deciſ.* 369. *num.* 2. *lib.* 2.

87 Per confeſſionem debiti a debitore factam † in iudicio, litis conteſtatio inducitur, *poſt Bald. & Paul de Caſtro. in l.* 1. *C. de litis con. voluit. Matth. de Afflictis in deciſion. Neapolitan.* 191. *num.* 6.

Negatio per quam fit litis conteſtatio ſufficit &
88 † differt ab illa negatione quæ fit ſuper poſitionibus, *ex Bartol. in l. litigator. num.* 5. *C. de fructib. & lit. expenſ. Bald. in l.* 1. *num.* 10. *C. de litis conteſt. voluit Aldobrandin. in deciſ. Nouiſſim. Roman.* 258. *num.* 3. *lib.* 1. *vol.* 1.

89 Quinque regulas memorabiles, † in quibus cognoſcitur, quæ exceptio litis conteſtationem impediat, poſuit Angelus de Aretio *in §. appellantur. ſub num.* 36. *Inſt. de except.* Quas magnificauit, & optime declarauit *Stephan. Aufrer. apud Cappell. Tholoſ. in deciſ.* 67. *incip. Item fuit quæſitum ſi exceptio.*

90 Prima eſt regula, quod omnis † peremptoria exceptio, de quibus habetur *in l. peremptoriam. C. ſententiam reſcindi non poſſe. & in §. appellantur. Inſt. de except.* Et iſtæ impediunt litis conteſtationem, poſtquam opponi poſſunt ante, & poſt litis conteſtationem. *Idem Angel in dicto §. appellantur. num.* 36. *Aufrer. in dicta Cappell. Tholoſan. deciſ.* 67. *& Vendelinus Schellinch action. & exception. forens. cap.* 176. *vbi plene.* Et ideo ſolent perpetuę appel-
91 lari, quia † ſemper agentibus obſtant, & rem, de qua agimus, perimunt. *Caius in l. exceptiones. ff. de exceptionib. & optime Cyrillus Fulgeonius in Summula Criminum. part.* 1. *tit.* 15. *num.* 2. *& per totum.*

92 Vbi ponit exemplum † in exceptione rei iudicatæ, trasſactionis, iuriſiurandi, & præſcriptionis.

93 Secunda regula traditur, † in exceptionibus reſpicientibus perſonas, quæ requiruntur in iudicio, vt in perſonis iudicum, actoris, rei, & procuratorũ & aliorum in iudicio interuenientium, & iſtæ exceptiones ſunt dilatoriæ, & opponuntur in ipſo iudicio, & ante litem conteſtatam deducuntur, & iudi-

cium

cium decidunt. *l. fin. C. si a non competent. iudic l. 1. C. qui legitim. person. l. licet. C. de procur. voluit Angel. de Aret. in dicto. §. appellantur. sub nu. 36. vers. prima est. vbi Ioach. Mynsinger. nu. 6. 7. Vendelinus in dicto. cap. 176. Remissiue Nicola, Anto. Grauatius ad Octauian. Vestr. in praxi Roman. Curiæ. lib. 5. cap. vltim. nu. 17. Ioan. Baptista Asinius in pract. ciuil. §. 12. cap. 2. nu. 2. & alibi pluries.*

94 Tertia regula, quia si a lege, † vel statuto in aliquo casu non datur petitio, neque actio, eo casu datur exceptio impediens litis contestationem, & illius ingressum, ponitur exemplum in Senatusconsulto Macedoniano, & Velleiano, in quibus, & si non tollatur actio ipso iure tamen paratur exceptio, quæ litis contestationē impedit, *vt ex Gul. de Cun. in l. eleganter. §. si quis postea. ff. de condict. indebit. Dicit Bartol. in l. 2. in princip. num. 2. in fin. ff. Ad Senatusconsult. Velleian. & in l. 1. in princip. nu. 2. ff. Ad Maced. voluit Stephan. Aufrer. ad Cappell. Tholos. in decis. 67. vers. secunda regula est.*

95 Quarta regula, respicit causas † criminales, in quibus omnis exceptio, per quam factum impunibile redditur, potest opponi antequam nomen inquisiti inter reos numeretur, vel ante litem contestatam. *l. si seruus. vbi gloss. & Doctor. C. de his, qui ad eccles. confug. l. si maritus. §. præscriptiones. ff. ad leg. Iul. de adulter. Aufrer. in Cappella Tholos. in dec. cis. 67. vers. regul. 3. Vendelin. Schellinc. action. & except. forens. c. 176. sub quarta diuisione. vers. exceptiones odiosæ.*

96 Quinta regula est, vbi quoties † concluditur eidem actori actionem aliquam non competere, similis exceptio impedit litis contestationem fieri, & semper impedit litis ingressum, cum nemo sine actione experiatur. *l. si pupilli. §. videamus. ff. de negot. gest.* quæ exceptio litis cōtestationem impedit, *vt in dicta l. eleganter. vbi Guliel. de Cun. ff. de cond. indebit. Angel de Aretio vbi supra. vers. tertia regul. Aufrer. in Cappell. Tholos. decis. 67. vers. quarta regula. Bartol. in l. cum quærebatur. ff. iudicat. solui. Vendelin. c. 266.*

97 Sexta regula erit, dum agenti opponi † posset, illius non interesse actionem intentare, quæ in primis opposita impedit litem cōtestari. *ex c. Veniens. il secundo. de testib. in 6. multi, quos allegat idem Aufrerius in dicta decis 67. vers. quinta regula est.*

Effectus litis contestationis plures sunt, primus,
98 † post eam est præclusa via opponendi exceptiones
99 dilatorias. Secundus, † non admittitur iudicis re-
100 cusatio. Tertius actio † perpetuatur ita vt per quadraginta annos ad hæredes transeat. Quartus, quia
101 constituit, quo ad fructus † aduersarium in mala
102 fide. Quintus, † quia constituit etiam illum in mora, in his præsertim, quæ iudicis officio debentur.
103 Sextus, quia † sine illa de iure communi ad sententiam diffinitiuam procedi non posset, & post eā
104 proceditur. Septimus, † quia interrumpitur præscriptio per eam. Hos, & alios effectus per iura ab eo allegata ponit. *Specul. in titulo. de litis contestat. §. effectus. per totum. Robert. Maranta in Specul. Aur. parte 1. Membro. 10. nu. 8. Petr. Foller. in pract. crim. in verb. Fiat litis contestatio. nu. 10. 11. 13. 14. 23. 24. Cyrill. Fulgeon. in pract. crim. parte 1. titul.*
105 17. §. *vnico. nu* 7. Octo † effectus enumerat. *Iodoc. Damhouder. in Praxi rer. ciuil. cap. 120. nu. 17. Hierony. Treutler. Disputat. Selectar. parte 1. disputat. 12. Thesi. 2. Barth. Brunatius in Agone c. 26. num. 3. vsque ad finem. Pet. Terminæus in processu. iuris scripti. cap. 32.*

Litis contestationis loco habetur ille primus a-
106 ctus, qui in causis ordinarijs primo loco fit, † in causis summarijs, & in quibus proceditur leuato velo, & sola facti veritate inspecta, vt sunt in hoc Regno Causæ ciuiles, & mixtæ. *Cardin. in clem. constitutionem. §. fin. in fin. de elect. Panor. in c. insinuāte. in fin. de offic. deleg. Lud. Roman. in consil. 174. num. 5. Paris de Put. in tract. Syndicatus. in verb. sentent. Rota in Nouis in decis. 33. incip. Quando committitur. Rober. Marant. in Specul. Aur. distinct. 9. nu. 15. & iterum in membro. 10. sub nu. 1. faciunt quæ scribit Thom. Gram. in decis. Neapol. 19. num. 8. in decis. 62. nu. 30. in decis. 103. nu. 141. Mynsinger. in obser. 1. Cent. 1. in obseruat. 44. Centur. 2. Lancelloti. Conradus de offic. Prætor. in causis ciuilib. tit. de litis contestatione. sub nu. 2. Ioan. Baptista Asinius in practica ciuili. §.... cap. 8. nu. 2.*

107 Libelli in eptitudo, & obscuritas † ante litis contestationem proponi debet. *Dixi de Magistratuum edictis. lib. 2. c. 5. nu. 35.*

ARGVMENTVM.

Vt iudex eo melius in cognitionem veritatis deuenire possit, iuramentum calumniæ a summis Pontificibus, & Imperatoribus inuentum fuit, & illud est primum, quod alterutra parte petente in iudicijs & quidem in principio litis a principalibus, vel eorum procuratoribus ad id speciale mandatum habentibus præstetur, & sit credulitatis potius quam veritatis. Eo igitur, si debita iuris solennitate petitum fuit, omisso, vel a iudice remisso, processus nullus redditur, quę nullitas cessat si a neutra parte exactum fuerit. Præstatur ab Episcopis, Prelatis, Clericis, Oeconomis, Tutoribus, Syndicis, Aduocatis, Procuratoribus, & quibusuis litigantibus, in causis beneficialibus, spiritualibus, summarijs, & criminalibus fiscalibus, appellationum, & quando petuntur iura exhiberi. Ab huius prestatione

ne exempti ſunt Rex, Princeps, Parens, Patronus & Curator datus ad litē pupillo, nec illud in certis quibuſdam caſibus a iureexceptis obſeruatur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ primum eſt, quod in iudicijs præſtatur altera parte petente.*
2 *Iuramentum calumniæ pro publica utilitate, ne veritas occultetur interdictum fuit.*
3 *Baldus in legali & canonica diſciplina omnia ſciuit & nihil ignorauit.*
4 *Noſtri temporis litigatores de calumnia committenda, non vitanda, iurant.*
5 *Summi Pontifices, & Imperatores optime calumniæ iuramentum inuenerunt.*
6 *Iuramentum calumniæ an ſit de iure naturali, & diuino.*
7 *Iuramentum calumniæ, quinque continere debet.*
8 *Iuramentum calumniæ credulitatis eſt, non autem veritatis.*
9 *Nullus eſt proceſſus, ſi ab aliqua parte petitum ſit iuramentum calumniæ, & non præſtitum.*
10 *Iudex an iuramentum calumniæ remittere poterit.*
11 *Remiſſum an cenſeatur iuramentum calumniæ, ſi a neutra parte petitum ſit.*
12 *Statutum, vel conſuetudo iuramentum calumniæ remittere non poſſunt.*
13 *Laudenſe ſtatutum nullum eſt, quia prohibet iuramentum calumniæ.*
14 *Iuramentum calumniæ, an ante litis conteſtationē ſit præſtandum.*
15 *Iuramentum calumniæ a requiſitis antea principalibus præſtandum erit, alias a iudice coguntur.*
16 *Abſente principali an a procuratore ſpeciale mandatum habente præſtetur.*
17 *In Scabinatu Lipſenſi, & in Senatu Saxonico principales iuramentum calumniæ præſtare coguntur. Sed vide nu.18.*
19 *Procurator, an cogatur ex perſona ſua iurare de calūnia. nu.21.*
20 *Procuratorum probra.*
21 *Procuratoris in Romana Curia non ſolum in animā Domini, ſed eorum etiam iurant de calumnia, & ſi dominus iuraſſet. nu.22.*
23 *Aduocati an iurent de calumnia.*
24 *Num de calumnia iurent epiſcopi, Prælati, Clerici, Oeconomi, Tutores, Curatores, & Syndici.*
25 *Litigantes omnes cuiuſcunque ſint dignitatis iurare de calumnia debent.*
26 *In Camera Imperiali Iuramenti de calumnia obſeruatio qualis. nu.46.*
27 *In Gallia iuramenti de calumnia obſeruatio ex conſtitutione Regis Franciſci primi, qualis.*
28 *Iuramentum calumniæ actor, an reus, prius præſtabit.*
29 *Pœnæ recuſantis præſtare iuramentum calumniæ.*
30 *An pars a quo præſtari petitur iuramentum calumniæ, ſi petat proceſſus copiam, teneatur interim iurare. nu.37.*
31 *Iuramentum calumniæ, an præſtetur in cauſis beneficialibus.*
32 *An in cauſis ſpiritualibus.*
33 *An in cauſis ſummarijs. nu.48.*
34 *An in cauſis criminalibus. nu 35.*
36 *An in cauſa appellationum.*
37 *Iuramentum calumniæ parte petente præſtare cogitur, ſibi iura exhiberi petens.*
38 *Aduocatus, & procurator fiſci, an in cauſis fiſcalibus iurent de calumnia. nu.39.40.41.42.*
In cauſis feudalibus, an iuretur de calumnia.
42 *Procurator differt a Principe in iurando.*
43 *Principes ſupremi, & ſui iuris, non præſumuntur vti calumnia.*
44 *Lucæ de Penna verba contra Barones, & præſides.*
45 *Reges, ac Principes iurare de calumnia minime debent.*
46 *In Senatu Montis Ferrati, & in Senatibus Mechliniæ, & alijs in Flandria, quomodo fiat quo ad iuramentum calumniæ.*
47 *Si actor peteret a reo præſtari iuramētum calumniæ, & abſque illius præſtatione procederetur, vſque ad concluſionem, an acta, & proceſſus valeant. num. 48.49.*
49 *Sententia iudicis delegati, ſiue bona, ſiue mala prolata, iudex illius functus eſt officio ſuo, & amplius non ſe ingerit in ea, Declara. nu.50.*
51 *Parens, & patronus iurare de calumnia non tenentur.*
52 *Petenti, quod deferatur alicui iuramentum, tunc deferri illi debet calumniæ iuramentum.*
53 *Iurans de calumnia excuſatur ab expenſarum condēnatione, ſed contraria aſſeritur communis opinio. nu.54.*
55 *Iuramentum calumniæ a temeritate non excuſat.*
56 *Qui non eſt proteſtatus contra perſonas teſtium ante publicationem repellitur, dum illa facta, petit illorum reprobationem, ob malitioſam præſumptionem, quod falſo obiiciantur, quæ præſumptio ceſſat, ſi fuit parti delatum calumniæ iuramentum. num. 57.*
58 *Quatuor caſus enumerantur in quibus non exigitur iuramentum calumniæ.*
59 *Ad iuramentum calumniæ præſtandum, non viſo proceſſu, non poteſt quis cogi.*
60 *Curator datus ad litem pupillo ad iuramentum de calumnia præſtandum non tenetur.*

TITVLVS LI.

De iuramento calumniæ.

PRimum iuramentũ quod in iudicijs,& cauſis introduci ſolet, eſt calumnię iuſ-
1 iurandum, quod † petente parte, ab altera præſtatur. *vt in l.1.auth. Hoc ſacramentum.l.cum,& iudices.auth.in iſto.auth.principales.C.de iureiurand.propter calum.c.dudum.el 2.extra.de elect.c.fin.de iur.calum.Specul. in titul. de iuram.calum.*§.1.*in princip. Rota in* Antiquis *in deci.* 660. *incip. Dic quod ſi aliqua.* Barthol. *Brunat.in Agone.cap.*27. *Robert. Marant.in Specul. Aur.parte* 2. *actu.*1. *num.*1. *Petr.Terminæus in Proceſſu iuris ſcripti.cap.*33. *Lancellott. Conrad.in tract.de offic. prætor.in cauſ.ciuilib.titul.de iuramento calum. nu.* 2. *Iodoc. Damhouder.in Praxi rerum ciuilium.cap.* 151.*num.*3. *Andr.Gail.practic.obſeruat.lib.*1. *obſeruat.*84.*per totam.* Matthias Coler.*in deciſio.Germaniæ.*117.*nu.*4.*Petr.Gregorius Syntagmat. iuris vniuerſi.lib.*48.*cap.*7.*nu.*4.

Introductũ fuit hoc calumniæ iuramentumętũ,
2 ob publicam vtilitatem,ne veritas occultetur vt † dicit Imperator *in l.*2. §.*ſed quia veremur.ubi Bartol. nu.*4.*C.de iureiur.propt. cal.Marant. in dicto actu* 1. *ſub num.*6.Matthias Colerus *in deciſ.German.* 117. *nu.*4.*Sed tamen* Baldus,qui quo ad legalem,& Ca-
3 nonicam † diſciplinam omnia ſciuit, & nihil ignorauit,*in l.ſi poſt præfatam. num.*1.*C.de euict. inquit,* quod iſtud iuramentum calumnię hodie contemni curetur,& non æſtimetur vnum obolum, & facti ſumus contemptores DEI,& religionis eius. Hinc ſubſequitur Robertus Maranta vbi ſupra, dicens, vnde ego puto, quod litigatores noſtri temporis,
4 potius iurant de calumnia † committenda, quam vitanda, & ideo melius eſſet,quod iſtud iuramentum ex toto tolleretur a iudicio, cauſa vitandi tot periuria. Hoc idem poſt Marantam, & Gabrielem Saraynam ad Matheſilanum *Singul.*64. *num.* 10. *Andr.Gail.practicar.obſeruat.lib.*1.*obſeruat.*85.*nu.* 4.*Rolan.Cauagnol.ad decreta* Montis *Ferrat.in Decret.Montis Ferrat.Decreto.*12.§.*penu.*45. Ego vero non poſſum, niſi & Iuſtiniani Imperatoris, ac
5 Summorum † Pontificum mentes laudare,cum fuerint leges pro communi omnium vtilitate populorum ab ipſis poſitæ, ad euitandos litium cumulos, vt pœnę gehennalis metu non niſi iuſtæ lites introducerentur. Sufficit enim quod Principes iuſtas leges faciant,cum videamus humanum genus (inſtigante humanæ naturæ hoſte) præcepta DEI Omnipotentis contemnere, quanto magis Principũ. Tanto plus illud ſeruandum eſſe concludi poteſt, quanto *Fran.Curt.in tractat.de iurament. calum.*§. *ſed.nu.*9. *& Io. Bapt. Patauin. in tract. de arbitris. lib.*10.*c.*10.*nu.*12. dicunt,hoc iuſiurandum calum
6 niæ de iure naturali, & diuino † eſſe, *ex Exodo.cap.* 22. Quos refert & ſequitur *Nicol. Ant.Graua. ad Octau.Veſt.in Praxi Curiæ Romanæ li.*5.*c.*2.*nu.*11. 12.*li.*6.*c.*2.*nu.*39. Sed quod ſit iuris naturalis, nec ratione probatur. Nec illud exodi hæc iuramẽti ſpecies eſt,vt alibi dicam. Licet hoc idem tenuerit *Cardinal.Puteus in deciſ.*398.*nu.*3.*in fin. lib.*2. Vbi ſimiliter dicit, hoc iuramentum eſſe iuris diuini. Sic & Daniel Venatorius in Analyſi iuris Pontificij, *lib.*2.*tit.*7.*verſ.Quæ cauſa efficiens.*

7 Quinque autem continere debet † iuramentum iſtud. Primum, quod credat in agendo aut in reſpondendo,ſe bonam, & optimam cauſam ſuſtinere. Secũdũ, quod interrogatus, non negabit,quod verum eſſe credit. Tertium, quod nullis falſis vtetur probationibus. Quartũ,quod nullam dilationẽ in fraudem ſit petiturus. Quintum, quod pro ſuæ cauſæ fauore,neminem muneribus corrumpet,hoc eſt,quod nõ dedit,nec dabit,nec promiſit,nec promittet, directe, vel indirecte aliquid pro ſua cauſa, niſi perſonis illis, quibus leges dare permittunt. Hæc omnia *ex dicta.l.*2.*& authent.principales. C. eod.titul.& habetur in*§. 1.*in* Authent. *vt litigant. iurent.in princ.* Hoc optime declarat ante omnes Placentinus in Summa Codicis *lib.* 2. *titul.*58. Et ſequitur Ioannes Berberij in Viatorio iuris, *parte* 4.*titul.*2.*num.*150. Qui retulit hos verſus quatuor ex dictis continentes.

Illud iuretur,quod lis ſibi iuſta videtur,
Et ſi quæratur,verum non inficietur.
Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.
Nil promittetur,vt falſa probatur detur.

Hos etiam nouiſſime ad hunc effectum retulit Petrus Terminęus in proceſſu iuris ſcripti,*cap.* 33. Idem tenuit Damhouderius in dicta Praxi rerum ciuilium.*cap.*151.*num.*2.*Franciſ. Marcus. in deciſ.* 581.*numero ſecundo.volum.primo.* Ant. *Scappus. de iure non ſcripto.lib.tertio.capitul.*49. *numero primo. Daniel Venator.in Analy.uris Pontificij. lib.ſecundo.titul.ſeptimo. verſic. Quid eſt.* Notandum tamen eſt, hos conqueri non poſſe,quod iurare compellantur, & ideo cogerentur deierare,neque enim iurant ita fore,ſed ita ſe æſtimare; eſtque hoc iuſiurandum,non de ſcientia,ſed de credulitate,vt notatur in dicta Authent. Principales. & voluit elegan-
8 ter † Plancentinus in titul.58.ad principalem concluſionem adde Petrum Gregorium Syntagmate iuris vniuerſi,*lib.*48.*capitul.*7.*nu.* 8.*Ioan. Ferrar. Montan.de Iudicior.præexercitam.lib.*2.*c.*2.*verſic. & quamuis. Iacobus Thomingius in* deciſ. Lipſenſ. 46.nu.16.dicitque eſſe, & dici iuramentum credulitatis,non ſcientiæ.

Adeo autem neceſſarium eſt hoc iuramentum, vt ſi petitũ ab aliqua parte fuerit,& omittatur pro
9 ceſſus nullus † erit niſi tacite remittatur. *Bartol. Bal.Salyc.Curt.& aly.in dicta.l.*2.*C. de iureiuran. propt.calum.Corn.in conſil.*316.*num.* 10.*volum.*3. *Ioan.Berber.in dicto titul.*2.*num.* 149. *cum ſeq.parte* 4. Idem Barto. *in l.de pupillo.*§.*qui opus.ff.de oper. nou.nunciatson. Rota in Antiquis. in deciſio.*660.*incip.* Dic quod ſi aliqua.*& in deciſ.*664 *incip. Nota*

quod

quod ſi in aliqua. Guido Papæ. in conſil. 8. numero 1. Marian. Socin. Nepoſ. in conſil. 59. num. 1. vol. 2. Roland. a Vall. in conſil. 71. num. 7. 8. 12. vol. 1. Lancellott. Conradus, de offic. Prætoris in cauſ. ciuilibus. tit. de iuramento calumn. num. 1. Cappell. Tholoſ. in deciſion. 114. incip. Item fuit quæſitum ſi ſententia. Cæſar Vrſill. in deciſion. Neap. 265. num. 32. Ioan. Petr. Surdus in conſil. 124. num. 1. 2. volum. 1. Andr. Gail. pract. obſeruat. lib. 1. obſeruation. 84 num. 1. 2. Carol. de Graſſis in tract. exceptionum. except. 32. num. 114. Ioſephus Cumia in Ritibus Siciliæ. c. 38. nu. 7. Sebaſtian. Vantius de nullit. ex defect. proceſſ. numero 29. Daniel Venatorius in Analyſi iuris Pontificij, lib. 2. titul. 7. §. quæ cauſa efficiens.

10 A iudice cum petitum fuit remitti hoc † iuramẽtum non poteſt, *vt ſcribit Cardinal. Puteus in deciſ. 398. num. 1. 2. lib. 2. Daniel Venatorius in Analyſi iuris Põtificy, lib. 2. titul. 7. verſic. quæ cauſa efficiens. Iacob. Concernatius quæſtionum iuris, lib. 1. cap 1. num. 11. in fin.*

11 Remiſſum autem cenſetur hoc iuramentum † ſi a neutra parte petatur, & tunc nullitati proceſſus locus non erit, expreſſe autem a partibus remitti non poteſt, *vt in dicta l. 2. §. ſed quia veremur. Rota in Antiquis in dicta deciſ. 660. incip. Dic quod ſi aliqua. Nicol. Anton. Grauat. ad Veſtrium in dicta Praxi lib. 5. titul. 2. num. 11. 12. Franciſc. Viuius in commun. opin. 258. num. 5. Ioan. Ferrar. Montan. de iudicior. præexercitam. lib. 2. c. 2. verſ. ante litẽ tamen. Franc. Viuius in deciſ. 109. num. 1. Roland. Cauagnol. in Decretis Montisferrati. Decreto. 14. §. 9. num. 7. §. 10. num. 69. Iacob. Menoch. de Arbitrar. iudic. quæſtion. lib. 1. quæſt. 20. num. 5. Matthias Colerus in deciſion. 117. nu. 4. 5. Andr. Gail pract. obſeru. lib. 1 obſer. 85. ſub nu. 1. Ioſephus Cumia in Ritib. Siciliæ in prælud. num. 14. Vantius de nullit. ex defect. proceſſ. numero 29. Venatorius in Analyſi iuris Pontificy. lib. 2. tit. 7. verſ. quæ cauſa efficiens.*

12 Nec a ſtatuto, vel conſuetudine † iſtud iuramentum remitti poteſt, vt voluit per illum textum *Petr. de Anch in c. ceterum. nu. 5. de iuram. cal. Catellian. Cotta in memor. in ver. iuramentum calumniæ. Rol. a Vall. in conſil. 71. num. 10. vol. 1. Menoch. in dicta q. 20. num. 4. Ioan. Berberij in Viator. iuris parte 4. tit. 2. num. 149. & poſt alios voluit Matthias Colerus in Deciſ. German. 117. numero 6. 7. Gail. Practic. obſeruat. libro primo, obſeruat. 85. numero 3 Franciſc. Viuius in deciſ. 109. numero 4.* Et ideo ſtatutum Laudenſe, quo dicit eſſe ſublatum iuramentum ca-
13 lumniæ, † *Lancellott. Conrad. de offic. prætor. in cauſ. ciuilib. titul. de iuramento calum. nume. 9. nullum eſſe dicit.*

Præſtandum erit autem hoc iuramẽtum in principio litis, ante litis conteſtationem, ſufficit autem
14 fieri † in continenti parum poſt illam, *vt in l. 1. §. final. C. de iureiurand. propt. calum. Marian. ſenior. in c. primo numero decimo ſeptimo. extra de iuramen. calum.* Dicitur enim fieri in tempore quod fit paruum poſt tempus. *l. lecta. ff. ſi certum petatur. Andr. Tiraquell. de Retract. conuent. §. 1. gloſ. 5. num. 2. Matthias Colerus in Deciſ. German. 117. nume. 1.*

15 Hoc calumniæ iuſiurandum † debet præſtari a principalibus requiſitis, qui ſi præſtare illud recuſarent, a iudice cogi poterunt etiam partes inuitæ ex officio, cum ſit introductum ob bonum publicum, *vt in dicta l. 2. §. ſed quia veremur. poſt alios Lancellott. Conradus de offic. Prætor. in cauſis ciuil. titul. de iurament. calumn. numero ſecundo. Daniel Venatorius in Analyſi iuris Pontificii. libro ſecundo, titul. 7. §. quæ cauſa efficiens. Ioann. Ferrarius* Montan. *de Iudicio præexercitament. libro ſecundo, capit. ſecundo, verſicul. quod ſacramentum.*

Si autem Dominus ſit abſens, poterit a procura-
16 tore ſpeciale † mandatum habente præſtari. *Bartol. Bald. Alexandr. & ceteri in l. qui bona. §. ſi alieno. ff. de damno infect. argum. c. qui ad agendum. de procurat. in ſexto. Rota in Nouis in deciſione trigeſima ſeptima. quidam procurator. & in deciſ. quadrageſima, incipien. procurator Cappell. Tholoſan. in deciſione 132. incipien. Item fuit quæſitum procurator. & in deciſione 224. incipien. Item fuit quæſitum, quidam.* Et de iure communi verum eſſe ſcribit Matthias Colerus *in Deciſion. German. 115. numero primo, & ſecundo. Seraphin. de Seraphin. de priuileg. iurament. priuilegio 111. numero quarto. Ioann. Berberij in Viator. iuris, parte quarta, titul. 2. nu. 153. Andr. Gail. Practicar. obſer. lib. 1. obſeruatione octuageſima tertia. num. primo, quem refert, & ſequitur Daniel Vanatorius in Analyſi iuris Pontificii. libro ſecundo, tit. 7. §. quæ cauſa efficiens verſicul. tamen a parte. Ioann. Ferrar. Montan. de iudicio. præexercitament. libro ſecundo, capitulo ſecundo.*

17 Contrarium tamen ſeruatur in Scabinatu † Lipſenſi, *vt in Lipſenſi deciſ. 160. & in deciſ. 785. vol. 2.* Et ſimpliciter in Senatu Saxonico, in quo propria manu iurat principalis, vt de vtroq; ſcribit *Matth. Colerus in deciſ. German. 115. 3. 7. & ibi Schulthes. numero vigeſimo quinto.* dicit tamen *numero decimo ſeptimo, decimo octauo decimo nono.* Eoſdem Scabinos Lipſenſes, & eoſdem Saxonicos contrarium obſeruaſſe per procuratorem cum ſpeciali manda-
18 to præſtari † iuramentum decreuiſſe. *Vide infra titul. de Procurat. verſicul. octauo requiritur. numero...*

Amplia primo nõ ſolum cogi procuratorem ad
19 iurandum nomine Domini, ſed etiam † ſuo nomine, quia poſſet ipſe partem calumniis vexare, ſicut Dominus, vt cenſuit Rota in Nouis, *in dicta deciſ. 37. incip. Quidam procurator. & in dicta deciſ. 40. incip. Procurator.* Ea ex cauſa quod procuratores
20 ſint Linguoſi, litigioſi, † iniurioſi, & pauperum dilaniatores. *ex Ioann. de Platea. in §. final. inſt. de ſatisdat.* Non curantes iuramenta magis, quam antiqua, & ruinoſa domus fumum. ex Henrico Gædden *in conſilio 10. numero 28. Matth. Coler. in dicta deciſione 115. numero nono, decimo. Robert. Maran. in Specul. Aur. parte ſecunda, actu 1.*

21 Amplia secundo hac de causa ita obseruare † curiam Romanam, vt cogantur procuratores non solum iurare in animam domini constituētis, sed etiā in animam propriam. *Rota in Nouis. in dicta decis. 37. incip. quidā procurator. & in decis. 40. incip. Procurator & eadem Rota in Antiquis in decis. 492. incip. Nota, quod procurator.* Vbi dicit, procedere
22 † etiam si dominus iurasset. *Petr. Gregor. Syntagma. iuris vniuers. lib. 48. cap. 2.*

23 Amplia tertio iurare de calumnia teneri † Aduocatos etiam. *l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudic. Paul. de Castr. in l. cum & iudices. sub num. 4. C. de iureiurand. propt. cal.* Vbi dicit de consuetudine non obseruari. *Lipsenses in decis. 268. decision. 316. & decis. 468. Iacob. Sculthes ad Matth. Coler. in decis. Germ. 115. decis. 117.*

Amplia quarto etiam iurare oportere episcopos Prelatos, Clericos, Oeconomos, Tutores, Curato-
24 res † Syndicos. *tex. in c. fin. vbi late Marian. Socin. nu. 10. 12. 13. 15. 43. 46. & per totū. de iuram. calum. Barthol. Socin. in regul. 209. Iodoc. Damhouder. in Praxi rer. ciuilium. cap. 151. num. 22. 23. 24. 25. 26. Scappus de iur. non scripto. lib. 1. cap. 15. num. 1. Daniel Venatorius in Analysi iuris Pontificij. lib. 2. titu. 7. §. quæ causa efficiens. Petr. Gregor. Syntagm. lib. 48. cap. 7. num. 4. Ioan. Ferrarius Montan. de iudic. præexercitament. lib. 2. cap. 2. vers. proinde ab omnibus.*

Amplia quinto omnes, & quoscunque litigan-
25 tes istud iuramentum subire † teneri cuiuscunq; sint dignitatis voluit Ant. Scappus de iure non scripto. *lib. 1. cap. 15. num. 5.* & apparet ex dicta. *l. 2. §. sed quia veremur. & dicta Authent. principales. C. de iureiur. propt. calum. Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuers. lib. 48. capitul. 7. nu. 4. Daniel. Venator. in Analysi iuris Pontificij. lib. 1. tit. 7. §. quæ causa efficiens. vers. iurare autem.*

In Camera Imperiali iuramentum de calumnia petitum, & exactum, & non præstitum, non om itti-
26 tur, sed obseruatur, † *vt testatur Andr. Gail. practicar. obserua. lib. 1. obseruat. 84. num. 6. 7.* Et similiter obseruatur in Gallia, per Constitutionem Regis Francisci primi factam *in anno. 1539. Articul. 38.*
27 dicentis. † Et seront tenues les parties affermer par serment des faits contenus en leurs escriptures, & additions. Et par icelles ensemble per les responses aux dits interrogatoires confesser ceux qui seront de leur science, & cognoissance, sans les desnier ou passer par non scauance. quam constitutionem retulit *Petrus Gregorius Syntagmat. iuris vniuers. lib. 48. cap. 7. sub num. 4.*

28 Actor autem prius, & postmodum reus † iuramentum calumniæ præstabunt, *vt scribit Ioan. Ferrar. Montanus in tract. de iudiciorum præexercitamentis, lib. 2. cap. 2. vers. qua propter oculati.*

Recusanti iurare de calumnia imminent pœnæ, Scilicet actori, quia cadit a causa & ab actione, &
29 reus absoluitur, † reo vero, cum habeatur pro confesso, condemnatur per sententiam ad illud, quod petitum fuerit. *l. 2. §. quod si actor. §. quod si reus. C. de iureiur. propt. calum. §. 1. Authent. vt litigā iur. c. final. de iuram. calum. Lancellot. Conrad. de offic. prætor. in caus. ciuilib. titul. de iurament. in lit. num. 5. Daniel Venatorius in Analysi Iuris Pontificij lib. 2. titu. 7 in princip. & §. quis effectus in fin. Iodoc. Damhouder. in praxi rer. ciuil. cap. 151. num. 28. Robert. Marant. in Specul. Aur. parte. 2. Actu. 1. sub num. 2. Andr. Gail. practicar. obseruat. lib. 1. obseruation. 86. Ioan. Ferrar. Montan. de iudicior. præexercitament. lib. 2. cap. 2. vers. Et quamuis inducias. ante eos Placentin. in summa Codicis lib. 2. titul. 58.*

30 Si tamen pars, quæ † compelleretur ad iurādum de calumnia, peteret processus copiam, illa non concessa, compelli non posset, vt æquitati consonū esse dicit, *Thom. Falstoli causa. 26. Dubitation. 50. quem sequitur Sebastian. Vantius de Nullitat. ex defectu processus. num. 29. in fin.* Et hoc esset bonum, vt is, quis peteret copiam, id faceret, vt posset deliberare, an sit bonum iurare ad euitandum periurium.

31 Primo istud iuramentum calumniæ etiam † in causis beneficialibus præstari debet, (licet contrarium primo dispositum fuisset *per text. in cap. 2. extra de iuram. calum.*) vt habetur *in cap. 1. §. fin. eod. titul. in 6. arg. eorum quæ scribit Sebastian. Vant. de nullitat. ex defect. proces. num. 29. Ioan. Mohedanus in decision. 212. incip. episcopus solis. Francis. Aretin. in cap. dilecti. num. 18. extra de iudic. voluit Iacob. Menoch. de arbitrar. iud. quæst. lib. 1. quæst. 20. nume. 3.*

32 Secundo etiam in causis spiritualibus † hoc iuramentum calumniæ exigi. Iodocus Damhouder. in Praxi rerum ciuilium, *cap. 151. num. 11. 12.* (vbi dicit appellari iuramentum veritatis, quod præstatur in causis spiritualibus) *Ioan. Mohedanus in dicta decision. 212. incip. episcopus solis. Lancellottus Conradus de offic. Prætor. in causis ciuilib. tit. de iuramento calum. num. 2. Daniel Venatorius in Analysi Iuris Pontificij. lib. 2. titul. 7. §. Quotuplex est iuramentum. Vers. alterum est. Petrus Gregorius Syntagm. iuris vniuers. lib 48. cap. 7. num. 3.*

33 Tertio in causis † summarijs, *vt sunt omnes causæ ciuiles in Regno* exigitur etiam iuramentum calumniæ, in quibus leuato velo, & quodammodo manu Regia proceditur. *Francisc. Bursat. in consil. 2. numer. 5. vol. 1. Cardinal. Puteus in decision. 398. num. 1. lib. 2. argum. clem. sepe. de verb. signific. Roland. a Valle in consil. 71. num. 9. vol. 1. Daniel. Venatorius in Analysi Iuris Ponrificij. lib. 2. titul. 7. §. quæ affinia. in fin. Lancellot. Conrad. de offic. Prætor. in caus. ciuilibus titul. de iuramento calumn. nu. 2. Anton. Augustin. in decision. Nouiss. Roman. 1531. lib. 3. vol. 3.*

34 Quarto iuramētum † calumniæ est necessarium in causis criminalibus vt dicit Albericus *in l. libellorum. num. 1. ff. de accusat. Bartol. in l. is, qui reus. ff. de public. iudic. Præposit. in cap. Accusatione. 6. q. 8. Lancellott. Conrad. de offic. prætor. in caus. ciuilib. titul. de iuramento calumniæ. numero secundo. Cyrill. Fulgeon. in Summul. crimin. parte 1. titul. 17.*

num.

nume. 6. Petr. Foller. in pract. criminal. canonic. in verb. accusatione correcta. num. 51. & multi alij quos refert. Iul. Clarus. in pract. criminal. q. 18. nume. 4. Bonifac. Vitalin. in tract. Maleficior. titul. quot mod. super malefic. proced. num. 9. Iodoc. Damhouder. in pract. Ciuili. cap. 151. num. 12. Daniel Venatorius in Analysi Iuris Pontificij. lib. 2. titul. 7. §. Quotuplex est iuramentum. Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuers. lib. 48. cap. 7. num. 2. 3. Qui maiori ex parte dicunt non obseruari in criminali-
35 bus. † Verumtamen cum maiora pericula in his causis immineant, semper, vt a calumnijs mali homines compescantur tanto magis in illis seruandũ dicerem.

36 Quinto in causis appellationum † iuramentum calumniæ exigi, quamuis in prima instantia fuisset prestitum. *c. 2. in princ. de iuram. calum. in 6. Lancellot. Conradus in tract. de offic. prætor. in causis ciuilibus. titul. de iurament. calumn. numero secundo Damhouderi. in praxi ciuili. cap. 151. num. decimo quarto.*

37 Sexto iuramentum calumniæ parte † petente præstare cogitur sibi iura exhiberi petens. *Octauia. Cacheran. in decision. Pedemontan. 56. nu. 6. Aluar. Vallasc. in tract. de iure emphyteotic. question. 8. nume. 13.*

38 In fiscalibus causis, Aduocatum, † & procuratorem fisci iurare debere, & veriorem opinionẽ, & æquiorem quodammodo contendit esse *Andr. Gail. Practicar. obseruat. lib. 1. obseruation 90.* Et eisdem argumentis post eum non tamen ipsum allegando in prima parte disputat *Ioan. Petrus Surdus in decision. Mantuæ decima octaua. numero primo. vsque ad 10.* Et hoc voluit *Andr. de Isern. in capitul. primo §. in quibus. de consuetud. recti feud. Luc. de Pen. in l. prima. quæstion. tertia. C. de conduct. & procur. lib. decimo primo. quem sequitur Marc. Anton. Peregrin. de iure fisci. lib. 7. titul. 2 num septimo, in fin.*

39 Contrarium tamen, quod in causis † fiscalibus aduocatus fisci iuramentum calumniæ præstare nõ teneatur, tenuerunt *Francisc. Lucan. de Parma, de priuileg. fisci. priuileg. 99. argu. c. 1. §. sacramentum. de consuetud. rect. feud. quem sequuta est Camera Imperialis apud Ioachim. Mynsinger. in obseruat. 74. Centur. 1. & Andr. Gail. Pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 90. ante eos Andr. de Iser. in c. 1. in princ. sub nu. 4. in fin. de controuers. Inuestitur. & Surdus in decision. Mantuæ decima octaua. num. decimo primo. vsque ad finem.* Vbi dicit ita obtinuisse, dum ipse esset Aduocatus fisci in Marchionatu Montisferrati.

40 Tamen inficiari nequit, quin prima † opinio verior sit, & sustentabilior in puncto iuris, & reipublicæ conducibilior, *text. in dicto §. sacramentum, & in §. in quibus. de rectitudin. recti feudi.* Loquitur de Domino, & vasallo, vt vtrinque ad inuicem calumniæ iuramentum ex dispositione Imperatoris Federici dare minime debeant. *Anton. Borrinius de Seruitiis Vasal. parte 2. capitul. tertio. §. quarto. Vnde. Andr. de Isernia in dicto capitul. primo in princip. sub numero quarto, de controuers. inuestit. dicit,* more introductum in Regno
41 Siciliæ, † quod in causis fiscalibus procurator fisci agens, vel conueniens, non iuret de calumnia, nec Rex quod dicit, loqui tantummodo in causis feudalibus. *Idem Andr. de Isernia in dicto. capitul. primo §. in quibus. numero secundo. de consuetud. rect. feud.* dicens etiam concludiue procedere, dum Princeps per se litigaret, sed quando per procuratorem non,
42 † cum distet multum princeps a procuratore, quia & hæres a defuncto, vt in Authentic. de iureiurando a morient. præst. Sed esto, quod procede-
43 ret † in supremis Principibus sui iuris, qui præsumuntur non vti calumnia, secus autem *exceptis causis feudalibus*, in Dominis inferioribus, & Baronibus, in quibus non possum referre, nisi dicta Lucæ de Penna *in dicta l. prima. C. de conduct.*
44 Cuius hæc sunt verba. Hoc die vero † succumbente scripta iustitia, ne dum fiscus, sed etiam Barones & Comites, præter omnium ius, ordinem in vasallos eorum, cuncta pro ipsorum libito agunt, & Præsides Regni, vbi de pecuniario commodo in eorum caulatur examine, cum omni calumnia, & sine iuramento calumniæ spoliant. Hæc Lucas. Absurdum autem esset Reges, ac Principes Regali fungentes authoritate ad iuran-
45 dum de † calmunia petere, cum illud præstare non teneantur. *vt ex Andr. Barbat. in consil. primo. numero octuagesimo secundo. volum tertio. & Marc. Anton. Natta in consil. 487. num. quadragesimo septimo. volum. tertio. voluit Ludolph. Schrader. de feudis. parte decima. section. 3. numero 77. volum. secundo.*

46 Et non solum in Camera † Imperiali, in Regno Neapolitano, & Marchionatu Montisferrati, non obseruari diximus supra ex Ioachimo Mynsingero, Gailio Isernia, & Surdo Calumniæ iuramentum, sed etiam non seruari in Consilio Flandriæ, & Mechliniæ scribit Iodocus Damhouderius *in Praxi causarum ciuil. cap. 151. num. 30. & 31.* Suas consuetudines, vsusque suos habet omnis regio.

47 Si † actor peteret præstari calumnię iuramẽtum a reo, & causa processerit absque illius præstatione vsque ad renunciationem, & conclusionem, præstari non poterit ad partis instantiam, sed officio iudicis tantum alias eodem iuramento exacto, & non præstito, sententia quæ sequeretur nulla esset. *l. prolatam. C. de sentent. Ioan. Andre. ad Specul. in titul. de iuramen. calumn. §. secundo. versicul. Quid si non exacto. Cappella. Tholosan. in decision. centesima octaua, incip. Item fuit quæsitum si fuit. Iacobus Concenatius quæstion. iuris singul. lib. primo, capitul. 1. numero quinquagesimo primo. Roland. a Valle in consil. 71. num. 34. vol. 1.*

Limitat hanc conclusionẽ procedere solum in
48 † causis ordinarijs, non autem in summarijs, in quibus etiam ad instantiam partis post con-

cluſum in cauſa poſſet exigi, *ex gloſſ. in clem. ſæpe. de verb. ſigni. voluit Stephan. Aufrer. ad dictam deciſ. Cappell. Tholoſan.* 108. *& Dominico de Sancto Geminian. in c.* 1. *de iuram. calum. in 6. quos refert, & ſequitur Roland. a Valle in conſil.* 71. *num.* 34. *vol.* 1. *Adde Rolandum Cauagnolium in Decretis Montisferrati. decreto.* 14. §. 9. *num.* 10. 11.

49 Si ex omiſſione petiti iuramẽti de calũnia † acta ſunt nulla, idem iudex eadem acta iterum recognoſcet, ſi vero eſt nulla ſententia idem iudex ex eiſdem actis poterit iterum recognoſcere, *vt ex gloſ. in l. cum proponebatur. ff. de iudic. Innoc. in c. in literis. de officio delegati. & per dicta in gloſs. in l. ſi expreſſim. vbi Bart. ff. de appell. voluit Cappell. Tholoſan. in deciſ.* 114. *incipien. Item fuit quæſtum ſi ſententia.*

50 Declara ſupradictam deciſionem procedere † in iudice ordinario, non autem in iudice delegato, quia ſententia iudicis delegati, qñ eſt prolata, ſiue bona ſiue mala fuerit, non põt amplius ſe ingerere, quia functus eſt officio ſuo. *l. ſi ut proponis.* §. 1. *C. quo mod. & quando iudex. vt notatur in dicta Cappell. Tholoſ.* 114. *vbi hoc limitauit Stephan. Aufrer.*

51 Paren s, & Patronus de calumnia † iuramentum præſtare non tenentur. *l. iusiurandum.* 34. §. *qui iusiurandum. ff. de iureiurand. Barthol. Socin. in regul.* 309. *num.* 4.

52 Petens ante litem conteſtatam † deferri iuramentum alicui, tunc ſpecialiter deferri oportet eidem petenti iuramentum calumniæ. *l. iusiurandum* 34. §. *qui iusiurandum. ff. de iureiur. l. ad queſtionem C. de Fideicom. gl. in ver. famoſa. in c. fin. de iureiur. per quæ ita concludit Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 243. *num.* 1. *quæ ad verbum eſt Duplicata in deciſ.* 339. *num.* 1.

53 Calumniæ iuramentum excuſare † iurantem ab expenſarum condemnatione ex alijs cenſuit. *And. Tiraquell. in tract. at. de pœnis minuend. cauſa.* 51. *nume.* 112.

54 Cuius aduerſum, quod iuramentum † calumnię non excuſet ab expenſis iurantem, *voluit Alexand. in l. properandum.* §. *ſin autem alterutra. nu.* 21. *vbi Ias. num.* 11. *C. de iudic. & communem opinionem aſſeruit Paul. Granut. in Theoremate.* 10. *num.* 12. *Iacob. Menoch. de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 25. *num.* 4.

55 A temeritate autem † non excuſat iuramentum calumniæ. *Petrus de Ancharan. in cap. finem litibus. num.* 18. *de dolo, & contumac. Panormit. in conſil.* 64. *num.* 3. *vol.* 2. *Raph. Fulgos. in conſil.* 158. *col.* 2. *Andre. Tiraquell. in dicta cauſa.* 51. *num.* 112. *Seraphin. de Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg.* 34. *num.* 6.

56 Operatio notabilis iuramenti de calumnia † erit, quia quando pars non fuit proteſtata contra teſtes eorum perſonas, dicta, & dicenda per eos quando citatur ad videndum teſtium iuramenta, quo caſu non audiretur, ſi vellet teſtes reprobare, & illorum repulſationem facere, ob ſuſpicionem, quia facta publicatione, ac viſis teſtium depoſitionibus, præſumptio inſurgeret, quod indebite, & minus iuſte procuraretur eorundem impugnatio, quo caſu repellerctur, *vt dicit Anton. de Butrio in c. veniens. nu.* 5. *de teſtib.* 57 Sed tamen † ſi fuerit præſtitum iuramentum calumniæ ceſſat illa præſumptio calũniandi, & poterunt contra teſtes obiectus fieri, & probari. *vt voluit Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol.* 351. *nu.* 8. *Nicolaus Boer. in deciſ. Burdegal.* 245. *num.* 5. *Lanfranc. de Orian. in rep. c. quoniam contra. in verb. teſtium productiones, ſub num.* 46. *de probat. Franciſ. Viui. in commun opin.* 926. *Seraphin. de priuileg. iuramenti. priuileg.* 12. *num.* 3.

Quatuor caſus enumerantur, in quibus de neceſ
58 ſitate † non exigitur iuramentum calumniæ, primus vbi proceditur in modum voluntariæ iuriſdictionis ſecundus, quando eſt quæſtio iuris, quæ non exigit probationes; tertius, quando ſumus in notorijs; quarto in petente priuilegium, vel diſpenſationem. *vt ex Specul. in titul. de iuramen. calu.* §. *ſequitur. verſ. quid vbi. voluit Iafred. Lanfranc. Balbus. in deciſ.* 38. *incip. iuramentum calumnia.*

59 Non autem viſo proceſſu, poterit quis cogi † ad præſtandum calumniæ iuramentum. *Thomas Falſtoli. in deciſ. ſiue dubit.* 50.

60 Curatorem datum ad litem pupillo, non † teneri ad præſtandum iuramentum calumniæ *tenuit Rota in Antiquis. in deciſ.* 467. *incip. Nota quod procurator. & uult dicere, Nota quod curator. & eſt error impreſſorum. allegat Specul. in titul. de actore ab vniuerſitat. ſeu a tutore. ſub. nu.* 8. *verſ. puberes autem.* Qui ſi ponderetur hoc non dicit.

ARGVMENTVM.

Iusiurandum in litem ex delatione iudicis, vel arbitri, arbitratoriſue, tum demum præſtatur, cum ab aduerſario contumaciter, & dolo malo res vel non exhibetur, vel non reſtituitur, ſiue ipſius dolo factum eſt, quo minus exhiberi, vel reſtitui poſſit. Datur pupillo, facto adulto, contra tutorem, & lite conteſtata eius hæredem, ſi in dolo, aut veriſimiliter informatus fuerit, fideicommiſſario contra grauatum, ſpoliato contra violentum ſpoliatorem, non tamen eius hæredem, iniuria affecto, contra iniurantem, proprietario contra vſufructuarium, ſi non confecit inuentarium, & denique agentibus contra ſocium, depoſitariummutuatarium, moroſum, & doloſum ſolutorem, caupones, nautas, ſtabularios, venditorem non tradentem rem venditam, poſſeſſorem hæreditatis, procura-

curatorem doloſum, Notarium dolum committentem, iudicem doloſe in iuſtitia adminiſtranda verſantem, Prelatum de facto ſui anteceſſoris informatum, & adminiſtratorem non reddentem rationem. Denegatur filio contra patrem, nec tutor ad iurandum nomine pupilli admittitur. In nullis autem criminalibus cauſis, niſi ciuiliter fuerint intentatæ, præſtatur per principalem, vel procuratorem, ad id ſpeciale mandatum habentē. Priusquā fiat, iudicis præcedere debet taxa, quæ vſque ad duplum communis æſtimationis aſcendere poteſt, quod in iuramento affectionis non procedit, vbi prius iuratur, & poſtea iudex ſuam taxā interponere ſolet, licet probatio in contrarium nunquam excludatur. Cum illo cognationem habet, quod per ſtatuta, volentia ſtari iuramento damni paſſi, diſponitur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti in litem materiam obſcuram, & tenebroſam, difficilemq; reputarunt* Bartolus, Ioannes Faber, Raphael Fulgoſius, Paulus de Caſtro, & Iaſon. *num.* 2.3.4.5.

6 *Iuramentum in litem a iudice, non a parte defertur. num.* 13.14.

7 *Iuramentum in litem an præſtetur coram Arbitris, & Arbitratoribus. num.* 8.9.10.

11 *Coram Notario, an poſſit præſtari iuramentum in litem. nu.* 12.

15 *In iuramento in litem affectionis, quæ requirantur. num.* 16.17.18.19.

20 *Iuramentum in litem, an detur ob latam, vel leuem culpam.*

21 *Iuramentum in litem, an deferatur contra tutorem non facientem inuentarium, & omittentē facere neceſſaria pro pupillo. num.* 22. *Declara. numero* 23.24.

24 *An iuramentum in litem deferatur contra hæredes. num.* 25.

26 *Iuramentum in litem defertur contra omnem adminiſtratorem non conficientem librum, vel factum non exhibentem tanquam contra doloſum.*

27 *Iuramentum in litem affectionis deferri in quatuor decim caſibus remiſſiue.*

28 *Actio pro ſocio bonæ fidei eſt, & an in ipſa contra non exhibentem ſcripturas detur iuramentum in litem. num.* 29.

30 *Contra depoſitarium an detur iuramētum in litem. nu.* 31.32.33.34.

35 *Iuramentum in litem an deferatur contra mutuatarium.*

36 *Contra moroſum in ſoluendo, an detur iuramentum in litem. num.* 37.

38 *Contra Cauponem, Nautam, & Stabularium an deferatur iuramentum in litem.*

39 *Contra venditorem habentem commoditatem tradendæ rei venditæ, & non tradentem, an iuretur in litem.*

40 *Cum agitur petitione hæreditatis contra poſſeſſorem an præſtetur iuramentum in litem. num.* 41.

42 *In cauſis actionum bonæ fidei, & actionum in rem, & in arbitrarijs, an detur iuramentū in litem, remiſſiue ex Ploto, & Phanicio.*

43 *In criminalibus cauſis, an præſtetur iuramentum in litem. num.* 44.45.46.

47 *In caſu ſtatuti, quo ſtatur iuramento damnum paſſi an iuramentum in litem deferatur nu.* 48.49.50. 51.52.

53 *Spoliato, an deferatur iuramentum contra ſpoliatorem. num.* 54.55.

56 *Iniuria affecto contra iniuriantem, an deferatur iuramentum in litem. nu.* 57.

57 *Conſt. Regni Neapolitani, incip. varietates pœnarum.*

58 *Contra illum, qui ſe fecit procuratorem, cum non eſſet, an deferatur iuramentum in litem.*

59 *Contra Notariū, qui commiſit dolum in conſcribendo inſtrumento, an detur in litem iuramentum.*

60 *Aduerſus iudicem, in adminiſtranda iuſtitia, dolo verſatum, an detur iuramentum in litem. nume.* 61.

61 *Iuramentum quod datur in litem contra iudicem non eſt affectionis, ſed veritatis.*

62 *Adulto defertur iuramentum, non autem pupillo.*

63 *Prælato, an deferatur iuramentum, præſertim de facto ſui prædeceſſoris.*

64 *Filio contra patrem, an deferatur iuramentum. num.* 65.

65 *Pater nec inuentarium facere, nec rationem reddere tenetur filio.*

66 *Hæredi quando iuramentum in litem deferatur.*

67 *Proprietario contra vſufructuarium an deferatur in litem iuramentum.*

68 *Tutor, an iurare cogatur nomine adulti, vel pupilli.*

69 *An antequam deferatur iuramentum in litem, requiratur iudicis taxatio. num.* 70.

71 *Vſque ad quam quantitatem poteſt quis in litem iurare num.* 72.73.74.

75 *Iuramenti in litem præſtatio per principalem, non autem per procuratorem fit.*

76 *Citatio partis, an requiratur, quando defertur iuramentum in litem. num.* 77.78.

79 *Quando fit quantitatis taxatio an pars citari debeat.*

80 *Aduerſus iuramentum in litem, an admittatur probatio.*

81 *Probato furto an detur iuramentum in litem.*
82 *Forma iuramenti in litem. num.* 83.
84 *Iuramentum in litem affectionis prius defertur, & postea sequitur iudicis taxatio.*
85 *Iuramento in litem, quando locus non erit.*

TITVLVS LII.

De iuramento in litem, siue veritatis, affectionis, & singularitatis.

1 MAteriam huius tituli tenebrosam † dixit *Paul. de Cast. in l. in actionibus. nu.* 1. *ff. de in lit. iur. & refert Ias. in hac Rubrica Raphaelem Fulgosium dicentem,* quod dum
2 fuit scholaris nunquam † illam intellexit. Hinc Bartolus *in dicta l. in actionibus.* dixit, nunquam illam
3 intellexisse, nisi cum legit illam † legem, *sed Castren. ibi dicit,* quod Bartolus mirabiliter † infrasca
4 uit. Vnde Ioannes Faber *in. § praterea. num.* 6. *Inst. de action.* dicit, in hac materia ipsum † velle potius
5 discere, quam docere. Nos idcirco pro hac materia ea dicemus, quę a scriptoribus rerum iudicatarum, & alijs adducta sunt.

6 Iuramentum istud in litem a iudice non a parte † deferri debet. *arg. l. qui restituere. in fin. ff. de rei ven dic. & post Alexand. in dicta l. in actionibus. num... & in l. videamus. §. deferre. num.* 1. *ff. de in lit. iur. voluit* Matth. *de Afflict. in decis. Neap.* 169. *num.* 6. *Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæst. lib.* 2. *centur.* 3. *casu.* 207. *nu.* 1. *Aym. Crauett. in consil.* 196. *Marian. Senior. in consil.* 120. *col.* 3. *uers. quinto fortius. vol.* 1. *& alios referens. Ioan. Baptist. Plotus in rep. l. si quando. nu.* 826. *C. unde vi. Phanuc. de Phanuc. in tract. de iura. in lit. part.* 2. *Memb.* 1. *num.* 1. *Bart. ante eos. in dicto. §. deferre. in fi. Cæsar Barz. in decis. Bonon.* 50. *num.* 21.

Declarant non procedere coram arbitro, nec
7 † coram arbitratore, coram quibus istud iuramentum in litem non præstatur. Quam opinionem plu ribus argumentis probauit *Hieron. Grat. in cons.* 10. *col.* 3. *vol.* 2.

Contrarium vero, quod coram arbitris, & arbi-
8 tratoribus † deferatur iuramentum in litem, per transiuit *Petr. de Anchar. in consil.* 316. *incip. in causa, quæ uertitur inter Iacobum Cardinal. Paris. in cons.* 76. *nu.* 14. 15. *vol* 1. *Baptist. de Sanct. Blas. de arbitr. & arb. q.* 49. *lo. Bapt. Plot. in dicta l. si quando. num.* 682. 810. *quem simpliciter allegat in tract. de compromiss. §.* 3. *gloss.* 2. *nu.* 11. Coram arbitro, non
9 coram † arbitratore deferri posse dixit Phanucc. in loco supra allegato. *nu.* 6. *vt scribit Seraphin. de priuileg. iura priuileg.* 31. *num.* 75.

Subdeclaranda est hæc difficultas, vt coram arbitratore electo ex forma statuti ex necessitate pos-
10 sit, † deferri hoc iuramentum in litem *Iason. in l. admonendi. sub num.* 226. *ff. de iureiur. Plotus in dicta l. si quando. num.* 682.

11 Declara secundo minus posse coram † Notario hoc iuramentum præstari, *vt post Bart. Alexand. & Cost al. in dict. l. videamus. §. deferre. voluit Phanuc. in dicta secunda parte.* 1. *membro. num.* 7.

12 Subdeclara posse deferre a Notario † iudice man dante, & præsente. *arg. l. falsus. §. sed si is. ff. de furt. l. si procuratori. vbi Zas. nu.* 4. *ff.* 4. *de verb. oblig. & vo luit Bartol. in dicto. §. deferre. in fin.*

Requiritur in deferendo iuramento in litem,
13 † primo, quod deferatur per iudicem, vt dixi supra *vers. iuramentum istud. num.* 6. *Et dixit. Matth. de Afflict. in dicta decis. Neap.* 169. *num.* 6. qui potest decernere deferri, vel non deferri iuramentum in
14 litē, † *vt dicit Cæsar Barz. in decis. Bonon.* 50. *nu.* 21.

Verum sub iuramento in litem affectionis *Bartol. in dicta l. in actionibus. num.* 3. *vsque ad num.* 18.
15 *enumerat quatuor.* Primo natura † rei petitæ, quod in ea cadat affectio, alias iuramentum non deferatur. *arg. l. nummis. ff. de in litem iurando Angel. in dicta l. in actionibus. §. plane. num.* 3. *Menoch. de Arbitrar. lib.* 2. *casu.* 207. *num.* 3.

Secundo, quod natura actionis intentatæ hoc patiatur, vt in actionib. bonę fidei, in actionibus in
16 rem, & in actionibus † arbitrarijs, vt de omnibus his tribus actionibus allegat iura *Bart. in dicta l. in actionibus. num. quarto, cum pluribus sequentibus.*

17 Tertio, vt dolus aduersarij intercedat. † *arg. l.* 2. *& l. videamus. in fin. ff. de in litem iuran. Bartol. in dicta l. in actionibus. num.* 12. Vt in iuramento affectionis dicit *Plot. in l. si quando. num.* 594. *C. und. vi. Natta in consil.* 545. *numero* 3. *volum.* 3. *Rimin. Senior. in consil.* 14. *num.* 1. *volum.* 1. *Menoch. de arbit. lib.* 2. *Centur.* 3. *casu.* 213. *num.* 1. *Lud. Peguier. in Deci. Catal.* 23. *nu.* 6. *Bertazzol. in consil crimin.* 17. *nu.* 1. 2. 3. *vol.* 1.

Quarto requiritur, vt concurrat habilitas personæ iurantis, quod sit Dominus, vel quasi dominus
18 litis, & quod † sit pubes *argum. dictæ l. videamus. in princ. & l. vulgo. ff. de in lit. iuran. Bartol. in dicta l. in actionibus. num.* 17. *Aflict. in dicta decis. Neap.* 169. *nu.* 4.

Quinto in iuramento in litem veritatis difficul-
19 tas probationis requiritur † *vt in dicta l. in actionibus. vers. plane. ff. de in lit. iur. vbi hoc Bart. Paul. de Cast. Alex. Iason. & ceteri. & voluit Io. Pet. de Ferrar. in pract. forma libell. in action. real. §. & in florenis. num.* 24. 28. *quem cum alijs refert Plotus, in dicta l. si quando. nu.* 138. *Hieron. Cagnol. in l. unica. nu.* 130. *C. de sent. quæ pro eo quod inter. Deci. in dicta l. in actionibus. nu.* 31. *Hippolyt. Riminald. in cons sil.* 43. *nu.* 29. *vol.* 1.

Ob latam culpam etiam datur, & defertur iura-
20 mentum in litem, & etiam per leuem, vt † voluit *Bartol. in dicta l. in actionibus. nu.* 2. 13. *& voluit Matth. de Afflict. in decis. Neap.* 360. *nu.* 4. *Ioan. Baptista Plot. in dicta l. si quando. nu.* 194. *C. und. vi. Paul. AEmil. Verall. in decis.* 119. *nu.* 8. *lib.* 2. Licet *Bartholom. Bertazzol. in cons. crimin.* 16. *nu.* 14. *& in cons.* 18. *nu.* 6. *vol.* 1. dixerit, non deferri iuramentum ob culpam.

21 Am-

Vnde contra tutorem, non facientem, nec pro-
21 ducentem inuentarium, & omittentem facere, †ne
ceſsaria per pupillum iuratur in litem. *arg. l. tutor
qui repertorium. vbi Bartol. ff. de adminiſtr. tutor. l.
§. officio. vbi* Accurſ. *&* Bart. *ff. de tutel. & rationib.
diſtrahend. Bald. in conſil. 152. incip. Ad euidentiam.
vol. 3. Cardin. Paris. in conſil. 89. num. 19. vol. 1. Bar-
thol. Socin. in conſil. 92. colum. 2. vol. 4. Auguſtin. Be-
rous in conſil. 191. num. 18. vol. 1. Thobi. Noni. in con
ſil. 63. num. 15. 16. & dixi. in conſil. 23. nu. 3. in conſil.
31. num. 27. Centu. 1. Ad quæ lectores remitto. Nunc
addo. Deci. in conſil. 192. Raphael. Fulgoſ. in conſil.
196. in princ. Corn. in conſil. 16. col. fin. vol. 3. Matth.
de Afflict. in deciſ. Neapol. 360. num. 4. plene. Plot. in
dicta l. ſi quando. num. 194. Anton Solam. in Decret.
Sabaudiæ titul. de minor. & rationib. diſtrah. in decre
to Quitationem. glo. 3. ſub num. 40. cum duobus ſeqq.*
Vbi ampliat procedere in matre tutrice, in patruo,
22 † vel fatre tutoribus, ex Ancharano *in conſ. 319. De
cio. in conſil. allegato. 192. Mariano Socino Seniore in
conſil. 73. num. 5. vol. 1. Ad concluſionem adde Carol.
Ruin. in conſil. 69. num 4. volum. 2. Crauett. in conſil.
286. nu. 2 vol. 2. quos refert, & ſequitur Borgnin. Ca-
ualcan. de tutor. & curat. num. 90. Anton. Prag. de tu
tor. & curator. 19. num. 16. Vincen. Mancin. de tute-
la, & cura. q. 3. princip. num. 5. Nouiſſime plenius
Paul. Montan. de iure tutel. regul. 9. num. 1. Barna-
bas Cornazzan. in deciſ. Lucen. 6. num. 3. 5. Marcell.
Cardin. Creſcent. deciſ. 5. titul. de iureiur. Paul. AE-
mil. Verall. in deciſ. 116. num. 1. 4. 5. lib. 2. Octauian.
Cacher. in deciſ. Pedem. 58. num. 20. Franciſc. Marc.
in deciſ. Delphin. 628. num. 2 vol. 1. eruditiſſimus D.
Alexand. Raudens. in deciſ. Piſan. 19. num. 69. 76. Ca
pra. in conſil. 191. nu. 1. Fabius Turret. in conſil. 59.
num. 1. vol. 1.*

Declara primo non dari iuramentum in litem
23 contra hæredes tutoris, niſi ante mortem † cum tu
tore fuerit lis conteſtata. *l. 2. l. fi. C. de in litem iurād.
Didac. Couar. Varia. reſol. lib. 2. cap. 14. num. 5. Mar-
cell. Cardin. Creſcent. in deciſ. 5. num. 2. titul. de iu-
reiu. Ioan. Baptiſt. Plot. in dicta l. ſi quando. nu. 772.
Anton. Capic. in deciſion. Neap. 91. num. 2. Franciſc.
Burſat. in conſil. 105. num. 8. vol. 1. Ioan. Vincen. de
Anna in alleg. 9. num. 3. 4. & in ſingul. 287. Marc.
Anton. Natta in conſil. 202. num. 13. volum. 1. Rimi-
nald. Senior in conſil. 442. num. 22. volum. 3. Hiero-
nym. de Laurentijs. in deciſion. action. 85. num. 1. 2.
Anton. Sola in Decret. Sabaudiæ. in Decreto Qui-
tationem. gloſ. 3. in fin. titul. de minorib. & ration.
diſtrah. Ioachim. Mynſing. in obſeru. 12. Centur. 4. &
dicam infra hoc titul. verſic. declara tamen non pro-
cedere. num. 55. D. Raudens. in deciſ. Piſan. 19. nu. 89.
Claud. Bertaz. ad patris conſil. crimin. 18. in litera.
volum. 1.*

Subintellige dari, & deferri iuramentum in li-
24 tem contra hæredes, ſi ipſi fuerint in dolo † vt poſt
Plotum quē allegat, voluit nouiſſime *Flami. Chart.
in deciſion. Genuens. 50. num. 14. & Hieronym. de
Laurentiis. in dicta deciſion. Auenion. 85. ſub num. 1.*
Et contra hæredes ex mora non exhibentes ſcriptu
ras loquitur *Franciſc. Marc. in deciſ. Delph. 628.
lib. 1. D. Alexand. Raud. in deciſ. Piſan. 19. num. 91.*
25 Declara ſecundo iuramentum competere † hæ-
redi fideicommiſſario contra grauatum, *vt poſt
Plotum in d. l. ſi quando. num. 545. voluit Franciſc.
Marzar. in epitome. fideicomm. q. 54. quem ſequitur
Alexand. Raud. in deciſ. Piſan. 19. nu. 84.* Licet con-
trariū tenuerit Peregrinus *de fideicommiſ. Articu.
35. nu. 27.* Eſt tamen cogitandum. *Dican. in titul.
de fideic. Marc. Anton. Peregrin. in conſil. 51. num. 8.
vol. 1.*

Contra omnem adminiſtratorem non redden-
tem rationem, & recuſantem exhibere librum, vel
illum qui non fecit tanquam cōtra doloſum, defer-
26 tur † iuramentum in litem. *Deci. in conſ. 110. Angel.
in conſil. 176. in conſil. 277. num. 5. Alexand. in conſ.
74. nu. 2 vol. 7 Paul. AEmil. Veral. in deciſ. 120. nu.
1. & in deciſ. 157. nu. 5. 6. lib. 2. Pet. de Vbald. de So-
cietat. par. 12. col. 1. Fabius Turrett. in conſ. 59. nu. 1.
vol. 1. Barth Bertazzol. in conſ. crim. 441. num. 1. vbi
Claudi. vol. 2.*

Quo ad iuramentum in litem affectionis ex Io-
anne Coraſio, Ioanne Baptiſta Ploto, & Franciſco
Duareno *in dicta l. in actionibus* dari, & deferri iu
27 ramentum in quatuordecim † caſus enumerat *Ia-
cob. Menoch. de Arbitrar. iudic. quæſt. li. 2. Cent. 3. ca
ſu. 207. nu. 15. vſque ad fin.*

28 In actione pro ſocio, †cum & ipſa ſit bonæ fidei,
vt in §. actionum. Inſt. de Action. & in ipſa contra
contumacem non exhibentem ſcripturas datur iu-
ramentum in litem *vt poſt Iacob. de Aren. in l. 1. §.
officio. ff. de tutel. & rationib. diſtrah. voluit Petrus
de Vbald. in tract. de Societat. parte 12. col. 2. quem
refert, & ſequitur Franciſc. Marcus. in deciſio. Del-
phin. 628. nu. 2. vol. 1.* Vnde in Socio aperiente ca-
pſam communem, & accipiente pecunias, iurare
29 poteſt ſocius quantitatem † pecuniarum ſubtra-
ctam. *arg. l. ſi quando. C. vnde vi. vt in ſpecie conſul-
uit Petr. de Anchar. in conſil. 286. incip. ex prædicta
facti narratione. quem retulit, & ſequutus eſt Cardi-
nal. Pariſius in conſil. 75. numero primo. 27. volum.
primo.*

Contra depoſitarium deferri iuramentum in li-
30 tē in † actione depoſiti habetur *in l. 1. §. in depoſiti
quoq; ff. depoſit. Phanuc. de Phanuc. in tract. de in li-
tem iurando. parte. 2. Membro. 3. num. 28.* deficienti-
bus probationibus ſi conſignata fuerit capſa, vel a-
lia ſimilis res clauſa, vel ſigillata, & poſtmodum re-
31 peritur † aperta, & diſſigillata, vt poſt alios anti-
quiores adducit *text. in dicta l. 1. §. ſi ciſta. Iacob.
Menoc. de arbitra iudic. quæſt. lib. 2. caſu. 208. num.
26. & ſeqq.* Declarant ciſtam quid ſit, quod ego la-
tius ſcripſi in Neanomologia. capitul.., vbi viden-
dum eſt.

32 Sed aduertendum quod in actione depoſiti †
contraria, non defertur iuramentum in litem. *l. ei,
apud quem. ff. depoſiti.*

Nec eſt miranda concluſio, quod in eadem
cauſa depoſiti, primo ſit dictum iurari in litem,
& modo in contrario iudicio depoſiti dicatur

contra-

contrarium non habere locum iuramentum prædictum, quia non eſt aliqua contradictio, quod tamen non præſtetur iuramentum in litem in actione de-
33 poſiti contraria, ſed † ſolum in directa explicat *Alexand. in conſ. 214. per totũ. vol. 7.* in quo conſilio apparent motiua, quæ fiebant per iudicem, & reſolutiones Alexandri. Verum optime rationes adducit poſt Alexandrum Nicolaus Bellonus ſupputationum *lib. 2. cap. 14.* dicens, quod in actione depoſiti directa ideo defertur iuramentum in litem, quia de
34 poſitarius negando † depoſitum, & illud inficiando, frangit fidem, & eſt in perfidia; quam fidem depoſitans non frangit, ſi in actione depoſiti contraria, negaret ſoluere, vel reſarcire expenſas erogatas in re depoſita, nec eſt in dolo aliquo. Alias rationes, quas tradit, omitto. Hæc, & alia ad Accurſij intentionem, qui author fuit huius diſtinctionis, refert Præceptor meus Ioannes Bolognetus *in dicta l. in actionibus. ſub num. 46. quem retulit Phanuc. in dicto tract. de in litem iurando. parte 2. Membro 3. ſub num. 34. Adde Ioan. Coras. Miſcellan. libr. 6. cap. 7. & hoc nouiſſime ſequitur Dethard. Horſthius. in Synopſi Theſium. lib. 16. titul. 3. num. 31. dicens*, in hoc iudicio depoſiti contrario idcirco in litem non iuratur, quia non de fide rupta, ſed de indemnitate puta de impenſis. *l. actione depoſiti. 23. ff. depoſiti.* agitur.

Contra mutuatarium autem, quando actor dicit mutuaſſe certam quantitatem, puta mille, non ta-
35 men † illam probat, ſed teſtes deponunt vidiſſe numerare reo pecuniam, neſcire tamen illos quantitatem, hoc caſu actori iuramentum in litem defertur. *Bartol. in rep. l. admonendi. num. 40. & Iaſon. ibidem. nu. 202. Franciſc. Purpurat. nu. 263. ff. de iure iur. Dec. in l. & quæ a Diuo Pio. nu. 24. C. de eden. in l. 1. num. 13. ff. de in lit. iura. & in conſil. 536. num. 12.* Vbi dicit fuiſſe dictum Raynerij de Forliuio, *in dicta l.* 1. quod ante eum dixit *Barthol. Cepoll. in cautela. 208. inci. Aliquis mutuauit. Hypp. de Marſil. in ſing. 382. & in ſing. 689. Alex. in cõſ. 103. ſub nu. 4. vol. 1. Marc. Anton. Natta in conſil. 102. num. 2. vol. 1. Hieron. Grat. in conſil. 66. num. 8. vol. 1. Aym. Crauett. in conſil. 198. num. 9. Nicol. Boer. in deciſ. 339. num. 4. Octauian. Cacher. in deciſ. Pedemont. 96. nu. 3. Ioan. Cephal. in conſil. 589. num. 2. vol. 4. Seraphin. de Seraphin. de iuram. priuileg. 36. Ioſeph. Lud. in deciſ. Peruſ. 100. num. 2. 3. Marc. Anton. Bellon. in deciſ. Genuenſ. 119. num. 4. in deciſ. 41. nu. 3. & in deciſ. 208. num. 2. & dicam infra. in titul. de iuramento ſuppletorio. nu. 59. ver. qui probauit. Matth. de Afflic. in deciſ. Neapol. 337. nu. 1. Sequitur Peregrin. in conſil. 71. num. 11. vol. 1.*

Contra eũ, qui fuit in mora ſoluendi, & doloſum
36 probatur intereſſe, & damnum † per iuramentum in litem veritatis. Multos inducit Andreas Tiraquellus *in tract. de Pœnis minuend. ac temper. cauſa. 44. num. 28. argum. l. nummis. & dicta l. in actionibus. verſic. Plane. ff. de in lit. iurand. Deci. in l. vnica. num. 92. vbi Hieron. Cagnol. num. 105. Camil. Plautius. in verb. etiam ex lucro. numero 45. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt. Plotus in dicta. l. ſi quando. num. 423. 610. 612.*

Declara tũ, vt huic creditori deferri poſſit iuramẽ
37 tum † in litem contra moroſum, duo requiri probari induſtriam ipſius creditoris, quo ad negotia, & certitudo intereſſe, *vt poſt Ioan. de Imol. in l. Paulus. ff. de ſolut. ex Alexand. Iaſon. Deci. Alciat. Cagnol. & Plautio uoluit Ioan. Baptiſt. Lupus de uſur. comment. 1. §. 6. num. 130.*

Contra Cauponem, Nautam, & Stabularium ſimiliter, cui fuerunt conſignata bona, capſæ, aut
38 † valiſiæ, reſignatæ, & ſigillatæ, & tamen ab eo, cui conſignata fuere, aut non redduntur, aut disligata, aut diſsigillata, poteſt iurari in litem. *Cardinal. Pariſius, in conſil. 74. per totum. vol. 1. Hieron. Cagnol. in l vnica. num. 131. C. de ſent. quæ pro eo, quod inter. profer multos alios allegans Ioan. Baptiſt. Plotus. in l. ſi quando. nu. 397. C. vnd. ui. plene Iacob. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centur. 3. caſu 208. nu. 26. cum pluribus ſeqq. Hyppolit. de Marſil. in rub. de prob. numero 134. Iul. Clar. in §. Furtum. num. 27. Seraphin. de Seraphin. de priuileg. iuram. in priuileg. 31. nume. 107. Cardinal. Paris. in conſil. 74. nu. 6. 7. volum. 1. & noniſſime multos cumulans Ioannes Bonifacius in tract. de Furtis. §. octauo. numero 25. cum pluribus ſequentibus Nattain conſil. 79. num. 14. vol. 1. Barthol. Bertazol. in conſil. crim. 165. nu. 13.*

Contra venditorem non tradentem rẽm vendi-
39 ditam, habentem commoditatem rei venditæ † tradendæ. *Bartol. Paul. de Caſtr. Alex. Deci. & Iaſon. in dicta l. in actionibus. ff. de in lit. iurand. Andr. Tiraquell. de iure conſtit. poſſeſſ. parte 3. limitation. 1. nu. 20. Plotus. in dicta l. ſi quando. nume. 275.* qui tradiderunt hanc eſse communem opinionem, licet contrarium videantur attentaſse *Franciſc. Duaren. & D. Meus Ioan. Bolognetus in dicta l. in actionibus.* tamen communem hanc concluſionem ſequutus eſt, & probauit *Phanuc. in tract. de in litem iurand. parte 2. Membro 3. ſub num. 36.*

40 Contra poſſeſſorem hæreditatis, cum agitur † hæreditatis petitione, illaq; ſit bonę fidei. *§. actionum. inſt. de action. l. fin. vbi Bald. & Salycet. C. de pe-*
41 *tit. hæred.* defertur † iuramentum in litem. *l. ſi poſſeſſor. 23. §. fin. l. ſed ſi lege. 28. §. hæc verba. ff. de petit. hæred. Phanuc. de iuramento in litem par. 2. Membro 3. num. 31. Plotus in dicta l. ſi quando. nume. 492. 493. 507. C. vnd. vi. Achilles Perſonalis. in trac. de Petit. hæreditat. numero 632, 637. verſ. Immo pro poſſeſſore.*

Ceteros caſus tam in actionibus bonæ fidei, quam actionibus in rem, quam etiam in arbitrarijs,
42 in quibus † iuramento in litem locus ſit, non eſt neceſse referre, vt cum non omnia tangant deciſionum ſcriptores, vt in illis enarrandis laborem, quia hi caſus optime deſcripti ſunt a Ioanne Baptiſta Ploto, *in dicta l. ſi quando. & a Phanucio de Phanucijs, in dicto tract. de iuramento in litem.* Ad quos lectores remitto.

In criminalibus autem cauſis, regulariter iura-
43 mentum in litem præſtari non debere cenſuit † an-

te omnes *Accurs. in l. 3. in uerb. agatur. ff. de iureiur. quem sequitur Deci. in consil. 458. num. 4. & in consil. 615. num. 4. Matthias Colerus in decis. German. 141. num. 12. Andr. Gail. pract. obser. lib. 1. obseruat. 108. num. 17.*

Contrarium videtur tenere *Bartol. in dicta l. 3. num. 1. & in l. maritus num. 4. in fin. post Iacob. Butrigar. ff. de quæstion. Plotus. in dicta l. si quando. nu. 686. 687. 688. sequitur. Hyppolit. Bonaco ff. commun. opin. crimin. lib. 1. §. iuramentum in litem. Ludouicus. de Peguiera. in decis. Catalon. 23. per totam. faciunt quæ scribit Matth. de Afflict. in decision. Neap. 330. num. 4.*

Declara primo hanc materiam, quod iuramentum in litem defertur in causis criminalibus ciuili-
44 ter intentatis, † vt est de mente Bartoli *in dicta l. maritus. num. 4. ff. de quæst. Matth. de Afflict. in decis. Neap. 13. sub num. 9. 10. quem sequitur Plotus in dicta l. si quando num. 686. Bonaco ff. in dicta com. op. crim. in ver. iuramentum in litem. & ex Alexandr. in consil. 66. vol. 1. scribit nouissime Ioan. Bonifacius in tract. de furtis. §. 8. num. 32. & Polydor. Rip. de Noctur. tempor. cap. 31. num. 8. Matthias Colerus in decis. Germaniæ. 141. num. 13.*

Declara secundo, quod in casu criminali puta
45 † furto, vel re subtracta, quo ad æstimationem rerum furto subtractarum faciendam, admittendum esse iuramentum in litem, & æstimandas expensas, damna, & interesse, puta damni dupli, tripli, vel similibus, quæ debentur parti, non autem fisco. *Plot. in dicta l. si quando. num. 686.* cum aliis allegatis *per Ioan. Bonifac. de furtis. §. 8. num. 31. 32. Ludouic. de Peguiera in decis. Catalon. 23 num. 3.*

Declara tertio ex his, iuramentum in litem non
46 admitti, quando agitur ad pœnam criminalem, † *Bartol. in l. fin. num. 4. ff. de in lit. iur. Panormit. in c. 1. num. 7. de restit. spol. Iaf. in l. cum furti. num. 8. ff. de in lit. iur. & ex Ioseph. Mascard. de probat. conclusion. 471. num. 42. Bonifacius de Furtis. in dicto §. 8. num. 32.*

Hinc inoleuit practica, vt vbique vigeant statuta volentia, de damno dato stari iuramento ipsius dā-
47 num passi, quo † casu iuramentum in litem defertur. *Plotus in dicta l. si quando. num. 755. cum pluribus seqq. Augustin. Berous. in consil. 214. nu. 7. vol. 3. Seraphin. de priuileg. iura. priuilegio. 17. num. 13. Mynsinger. obseruat. 12. centur. 4.*

Limitant tamen non procedere si damnum esset reficiendum per villam, quia tunc iuramentum
48 in litem minime † dabitur, vt ex multis dicit Plotus *in dicta l. si quando nu. 841. ver. quadragesimo limita.* Quo casu per alias probationes debet consta-
49 re, quam † per iuramentum. *Bar. in l. ne quid ff. de incend. ruin. & naufrag. & multos adducens. Hyppolit. de Marsil. in singul. 338. incip. extant statuta. Pet. Benintend. in decis. Bononiens. 16. nu. 5. Ioachim. Mynsing. obser. 12. centur. 4.*

Limitant secundo, tanto minus procedere, si
50 esset noctis tempore datum damnum, † & tractaretur contra villam, & vniuersitatem, quo casu iuramento in litem locus non erit, vt concludit idem Plotus. *in dicta l. si quando nu. 841. & ex multis Nouissime comprobat Polydor. Ripa. de tempore Nocturno. cap. 31. per totum. Andr. Barbatia in consil. 17. nu. 9. vol. 2.*

51 Quo vero ad hanc materiam damni dati † quando in ea locum sibi vendicet iuramentum, & quæ requirantur, videnda sunt nouissime, quæ scribit *Vincent. Mancin. de iuramento. parte 4. effectu 108. & effectu 204. per totum. & latius dicam in tit. de Damno Dato, DEO volente.*

52 Limitatur tertio, quod vt credatur † damnum passo, is debet esse omni exceptione maior. *Hyppol. de Marsil. in Singul. 338. incip. extant statuta. Quem cum aliis sequitur D. Alexand. Raudens. in decis. Pisan. 6 nu. 71.*

53 Contra violentum spoliatorem † spoliato defertur iuramentum in litem, vnum circa quantitatē, alterū vero, quo ad æstimationē, & valorem. *arg. cap. fin. de his, quæ vi, metusue causa. & Iason in l. si quando. num. 46. C. vnde vi. voluit Paul. Aemil. Verall. in decis. 121. num. 1. 2. 3. lib. 2. Ludo. Peguier. in decis. Cathalon. 23. num. 3. Ioachim. Mynsinger. obser. 12. Centur. 4. Lipsens. in decis. 400. vol. 2. Matth. Coler. in decis. German. 126. num. 1. in decision. 155. nu. 8. in decis. 170. nu. 1. in decis. 181. in fin. in decis. 189. vbi Iacob. Schulthes. Andr. Gail. lib. 2. obser. 64. nu. 8. Natta in consil. 18. num. 6. vol. 1. voluit ante eos Rota in Nouis, in decision. 157. incipient. libellans.*

54 Aduersum tamen, quod in spolio † non detur, nec deferatur iuramentum in litem, tenuere Domini eiusdem Rotæ, vt testatur Cardinalis Paleottus *in decision. Nouissim. Roman. 597. libr. tertio volum. tertio. quem Nouissime simpliciter sequitur Vincent. Mancin. de iuramento parte secunda. Articul. octauo. numero trigesimo quarto.* Verum ob frequentiam spoliorum in materijs beneficialibus, vt dicit idem Paleottus, & ne fieret res mali exempli, & tractabatur de magna fructuum quātitate, idcirco hoc conclusit Rota mota æquitate ex arbitrio potius, quam iure, & ideo prima opinio sequenda videtur.

55 Declara tamen non procedere contra † hæredem spoliatoris, contra quem cum non adsit dolus, deficeret vnū de requisitis, & etiam quia sic videtur per ea, quæ dixi supra hoc eodem titulo, *versic. Declara primo non dari. numero vigesimo tertio.* & voluit in specie, quo ad spolium *Ioachim. Mynsinger. in obseruat. decima secunda. Centur. 4.* Quo in loco *ex Hostiens. in dicto. cap. fin. de his quæ fiunt vi, metusque caus.* attentauit dicere, quo ad valorē, & æstimationem, cum non tantum tendat in odium violenti spoliatoris, quam in gratiam spoliati damnum passi, posse iuramentum in litem deferri, sed tamen Domini assessores hoc non obstante a prioris declarationis sententia non discessisse, sed probationem necessariam, etiam imperfectam per locios, familiares, & domesticos, & per famā, & per coniecturas, iudicū arbitrio reliquisse. Ad quæ faciūt scripta *Hieron. de Laurentiis. in decis. Auenion.*

85. *nu.* 3. *& per totam hanc eandem declarationem probat Marc. Anton. Natta in consil.* 18. *numero* 6. *volumin.* 1. *And. Gail. practic. obseru. lib.* 2. *obser.* 64. *nu.* 9. 10.

Contra iniuriantem iniuria affecto datur, & defertur iuramentum in litem, quo taxatur iniuria,
56 † noluisse talem iniuriam pati, ac dedecus pro tot ducatis, quos voluisset perdere de suo, *iuxta gloss. l. iniuriarum. ff. de iniurijs. Specul. in titul. de intur. num.* 6. *Rota in Nouis. in decis.* 486. *incip. Ad æstimationem. Alexand. in consil.* 212. *Visis. col.* 2. *vers. & agẽdo actione iniuriarũ. vol.* 2. quos sequitur Phanucius de Phanucio *in tract. de iuram. in litẽ. p.* 2. *mem*
57 *bro* 2. *num.* 73. Et † hæc faciunt ad constitutionem huius Regni Neapolitani, *incip. Varietates pœnarũ. de qua dixi. in obseruat.* 7. *&* 72. *ad iura Regni Neapol. lib.* 1. *& dicam Deo Duce latius in titul. de iniurijs. Anton. Sola in Decretis Sabaudiæ. titul. de minorib. & rationib. distradẽdis. in decreto. Quietationem gloss.* 3. *num.* 43. *Consummatissimus I. C. D. Alexan. Raudens. in decis. Pisan.* 1. 9. *nu.* 94. *ex antiquis Tho. Falstoli. in Dubitat.* 14.

Contra illum, qui dolose fecit se procuratorem, cum non esset, *de quo Marc. Anton. Natta in consil.* 588. *num.* 10. potest deferri iuramentum in litem,
58 † *vt dicit Plotus in dicta l. si quando. numero* 527. Et tenebitur ad duplum, seu ad interesse, *vt post Barthol. Bertaz. in consil. ciuil.* 106. *numero* 33. *volum.* 1. *& Ioan. Petrum Bimium. in consil.* 185. *vol.* 2. *Nouissime concludit D. Garsias Mastrill. in decis. Siciliæ.* 179. *numero* 2. 3. 4. *vbi hos, & alios allegat.*

59 Contra Notarium, qui commisit dolum † in conscribendo instrumento defertur iuramentum in litem. *Bald. Alex. & Riminal. in l. qui accusare. C. de eden. Iason in l. si prius. num.* 49. *ff. de oper. noui nunciat.*

60 Contra iudicem in administranda iustitia † si dolo versatus sit, iuratur in litem, maxime si probetur contra eum conclusio, & pecuniarum extorsio, vel quod aliquem dolo bannierit, vel in alicuius partis præiudicium contra ius administrauerit. *Castrens. in l. dies. §. in eum. ff. de damn. infect. Ioan. de Anan. in consil.* 55. *Paris de Put. in tract. Syndicat. in cap. incip. contra magistratum. num.* 2. *& in cap. officiales. qui eliguntur. num.* 8. *& in cap. officialis finito officio 2. num.* 2. *Iafredus Lanfranc. Balbus in decis.* 284. *incipien. contra iudicem.* Et istud iuramentum non
61 est † affectionis, sed veritatis, *vt D. Meus Ioan. Bolognett. in dicta l. in actionibus. nu.* 69.

Adulto deferri potest hoc iuramentum in litem
62 non † autem pupillo, *vt ex Augustino Beroo in consil.* 128. *nnm.* 18. *vol.* 3. *voluit Anton. Sola in Decretis Sabaudiæ. titul. de minorib. & rationib. distrahend. in decreto. Quietationem. gloss.* 3. *sub num.* 43. *Matthias Coler. in decision. German.* 210. *numero septimo.*

Prælato deferri iuramentum de facto sui prædeces-
63 soris, maxime † informato ex libris negotiorũ gestorum prædecessoris, per similitudinem tutorũ, de quibus *Bart. Socin. in consil.* 213. *col.* 1. *vers. simile. vol.* 2. *Matth. de Afflict. in decis. Neap.* 169. *vbi Cæsar Vrsillus. nu.* 1. 2.

64 Non defertur autem iuramentum † in litem filio contra patrem, quia filius contra patrem dolum allegare non potest. *l. Non debet. vbi Bal. ff. de Dolo. Aym. Crauett. in consil.* 218. *nu.* 3. *Francisc. Aret. in cõs.* 72. *nu.* 6. 7. *Phanuc. de Phan. in tract. de iuramẽto in litẽ.* quia nec inuentarium facere, nec rationem
65 reddere † tenetur. *Alberic. in l.* 1. *num.* 2. *C. de Bonis mat. Bald. & Corn. in l. cum oportet. §. non autem. C. de Bonis quæ lib. Nicol. Boer. in decis. Burdegal.* 61. *num.* 5. *Ioachim. Mynsinger. Centur.* 2. *obseruat.* 93. *Anton. Sola in Decret. Sabaud. titul. de* Minorib. *& rationib. distrahen. in Decreto. Quietationem. gloss.* 3. *nu.* 43. *Paul. Montan. de iure Tutelar. regul.* 5. *nu.* 88. 89.

Non defertur tamen iuramentum hæredi, nisi
66 † verosimiliter in formato. *Barthol. Socin. in consil.* 194. *num.* 1. *vol.* 2. *Ioan. Petr. Surdus in consil.* 24. *sub nu.* 15. *vol.* 1. *& alios allegans D. Alexander Raudens. in decis. Pisan.* 19. *nu.* 91. 92. *& Hierony. de Laurent. in decis. Auen.* 108. *nu.* 2. *Mynsinger. Centur.* 1. *obseruation.* 13. *Anton. Cioffius in consil.* 56. *volum.* 2. *Martin. Monter. in decis. Arag.* 11. *Solennis Iurisc. Dominus Baptista Costa de facti scient. & ignor. distinct.* 99. *num.* 6. *Centur.* 1. *Matth. Coler. in decision. German.* 116. *num.* 3. *& in decis.* 210. *nu.* 1. *Menoch. de Arbitrar. iudic. quæst. casu.* 190. *num.* 9. *Natta. in consil.* 202. *num.* 14 *vol.* 1. *Aldobrand. in decis. Nouissi. Roman.* 678. *num.* 1. *vol.* 1. *Fabius Turrett. in cõsil.* 47. *nume.* 78. *vol.* 1. *Gaspar Caballin. in Milleloq.* 74.

Sed controuersia est, an deferatur iuramentum in litem proprietario contra vsufructuarium, super
67 † quo quamuis sint opiniones diuersæ, tamen communis opinio est, quod si non confecit inuẽtarium vsufructuarius, contra eum possit deferri proprietario iuramentum in litem, præsertim si pro inuentario fuisset instatum. *Stephan. Bertrand in cons.* 243. *nu.* 5. *vol.* 1. *Vdalrich. Zas. in cons.* 18. *nn.* 22. *vol.* 2. *Aym. Crauett. in consil.* 300. *& videtur de mente D. Alexand. Raudens. in decision.* 19. *numero* 76. 77. 78. 82.

68 Nõ cogitur iurare tutor nomine adulti, vel † pupilli. *l. videamus. §. curatores. ff. de in lit. iurand.* Vbi hoc voluerunt. *Alberic. de Rosat. & Zas.* dicentes secus esse, si ipsi voluerint iurare. Sequitur *Phanuc. in tract. de iuramen. in litem. parte* 2. *Memb.* 2. *num.* 15. *Matth. de Afflict. in decis. Neap.* 169. *nu.* 5.

69 Taxa autem iudicis præstari † debet antequam deferatur iuramentum in litem, quia redarguerentur periurium, si fieret post, *ex Bald. in dicta l. videamus. §. iurare. ff. de in lit. iur. voluit Matth. de Afflict. in decis. Neapol.* 360. *nu.* 9. *post Butr. Saly. & Imolam Iason. in dicta l. si quando. nu.* 20. *C. vnd. vi, voluit Iacob. Menoch. de Arbitrar. iudic. quæst. lib.* 2. *Centur.* 3. *casu.* 208. *nu.* 3. 4. *Nicol. Boer. in decision. Burdegal. quinquagesima quinta. nume. tertio. D. Io. Baptista Costa de remed. subsidiar. remed.* 98. *num.* 6.

70 De-

70 Declara tamen ſupradictam concluſionem † procedere in iuramento veritatis,vt in illo requiratur, quod præcedat iudicis taxatio, non autem in iuramento affectionis, in quo iudicis taxatio minime exigitur,*vt poſt Angel. in l.qui reſtituere.ff. de rei vendic.& Iaſonem in l.ſi quando.notab.* 8.*nu.* 20. *C. vnde vi.voluit.Hieronym.Cagnol.in rep.l.vnicæ.nume.*129.*C.de ſent.quæ pro eo,quod inter. Ioan.Baptiſta Coſta.de remed.Subſidiar.remed.* 98.*ſub num.*5.

71 Quo vero ad quantitatem taxandam † per iuramentum in litem, obſeruatione dignum eſt, poſſe eſſe vſque ad duplum, & vltra illud procedere nequit,communis æſtimationis, *vt voluit Ioan. Fab. in l.vnica.nu.6.verſic.ſed hæc affectio. C.de ſentent. quæ pro eo,quod intereſt. & ibi in repetitione.Petrus Rebuffi.in gloſſ.1 num.*95.*& ibidem Hierony.Cagnol. in rep.nu.* 29. (Et in hoc duplo cõtinetur res principalis,& principale pretium,quod habetur pro ſim-

72 plo, vt ſi forte principale † pretium communis æſtimationis ſit viginti, tantundem erit multiplicatio, vt ſint alia viginti cum principali pretio, ita quod ſint quadraginta,*arg.l.actione.§. hæc actio.ff. de Tutel.& rationib. diſtrahen. l.ſi non ſortem.§.ſupra duplum.ff.de condict.indebit. & ita ſubtiliter dixit Ioan.Fab.in dicta.l.vnica.num.6.in fin.* Et hoc eſt ſumme notandum)& quod duplum taxatio nõ

73 poſſit excedere tenuerunt † *Bartol.in dicta l.vnica. nu.*20.*Deci.in ſecũda lectura nu.*69.*Deci.in dicta.l. in actionibus.nu.*8.*ibidem Duarenus.nu.*28.*Io.Bolognett.*Præceptor,*num.*35. Nulla habita ratione eorum,quæ dicit Phanucius *in dicto tract.de iuram.in litem.parte 3.membr.*1.*num.* 8. Vbi tenuit poſſe excedere duplũ vſque in infinitũ,*Iac.Gourreus in rep. l.2.col.* 19.*verſ. Accedit,quod cum. C. de reſci.vend.*

Subintellige tũ in ſpolio liquidationẽ fructuum

74 † faciendã per teſtes,nõ per iuramẽtũ.*Cardin.Paleot.in deciſ.Nouiſſi.Rom.*597.*nu.*2.*lib.*3.*vol.*3.

Præſtatio iſtius iuramenti fieri debet per principalem, non autem per procuratorem, niſi habeat

75 ſpeciale † mandatum. *Alexand.& Iaſ.in l. vulgo. ff.de in lit.iur.Ioan.Baptiſta Caccialup.in l. admonendi.nu.*293.*ff.de iureiur.Plot.in dicta l.ſi quando. nu.*811.*Mynſinger.Cent.*1.*obſeruation.*13.*Matthias Coler.in deciſ.German.*115.*nu.*2.*Franciſc. Marc.in deciſ.Delphin.*685.*nu.*10.11.*vol.*2.*& in deciſ.*810. *nu.*2.*eo.vol.*2.

Citationem partis requiri in delatione iuramen

76 ti † in litem voluit *Angel. in l. certum.§.ſi quis abſente.ff.de confeſſ.Bald.in capitul.primo. colum. tertia.de controuerſ.inueſtit. quos ſequitur Barthol. Socin.regul.*104.*Fallen.*38.*Quos ſequitur Plotus in dicta.l.ſi quando.nu.*830.

Contrarium,quod non requiratur citatio partis

77 † in delatione iuramenti *voluit Rota in Nouis,in deciſion.*299.*incip. licet quo ad taxationem. Alexand. in conſil.*130.*volumine primo.Hyppolit.de Marſil.in l.de vnoquoque. numero* 104.*ff. de re iudicat. & alij quos refert Phanuc.in dicto tract. de iuramen. in lit. parte tertia. membro primo. numero decimo.* 11.

78 Ego amplecterer primam opinionem,ex quo † iuramentum in litem reſultat in vim probationum & teſtium, in quorum receptione partem citari oportet *l.ſi quando.C.de teſtib.*Quam rationem induxit Plotus *in dicta l.ſi quando.num.*830.*C.vnd.vi. & Rota in dicta deciſion.* 299.*in nouis.dicit melius eſſe.Quam ſequitur Phanuc.in loco.allegato.numero* 11.

Quo vero ad taxationem quantitatis, dicunt ſi-

79 militer † partis citationem exigi eadem Rota in Nouis *in dicta deciſ.*299.*incip.licet. Caro.Ruin.in conſil.*19.*vol.*2.Quia a taxatione poſſet pars appellare, vel a iudice decernente, vel non decernente iuramentum, vt ex multis dicit Ioannes Baptiſta Plotus *in dicta.l.ſi quando num.* 754. Diligentiſſimus Perſcrutator iuris ciuilis & canonum D. Ioannes Baptiſta Coſta de remedijs ſubſidiarijs, *Reme.* 98.*ſub nu.*6.*Alexand.in l.videamus.§.deferre.num.* 3.*ff.de in lit.iur.Iaſ.in §.præterea.num.* 8.*Inſt.de action.D.Meus Ioan.Bologhett.in l.in actionibus.nu.* 37.*ff.de in lit.iur.Cachera.in deciſion.Pedemontan.* 60.*ſub num* 8.

Aduerſus tamen iuramentum in litem,admitti-

80 tur probatio in contrarium, *vt* † *cenſuit Iaſon. in conſil.* 111.*volum.primo. Roland.a Valle.in conſil. octuageſimo ſeptimo.numero decimo tertio. volum. quarto.Iacob.Menoch.de arbitrar.iudic.quæſt.lib.*2. *Centur. tertia.caſu.* 208. *numero vigeſimo primo. Octauian.Cacher.in deciſion.Pedem.*60.*numero octauo.Seraphin.de Seraphin.de Priuileg.iuram.priuile.* 12.*numero* 16.*alios allegans D.Coſta de remed.Subſidiar.remed.*98.*in fin.& ita in Senatu Sabaudo Deciſum refert Anton.Faber.in Codice Fabrian.lib.* 4. *titul.*14.*defin.*59.*in fin.parte* 1.

81 Furto probato, defertur parti iuramentum † in litem quo ad ſcripturas,& illarum tenorem, *vt dicit Paul de Caſtro in l.ſicut iniquum. C. de fide inſtrum.Matth.de Afflict.in deciſion. Neapolitan.*13. *nu.* 10. *Quos ſequutus eſt Aymo Cravett. in conſil.* 157.*nu.*17. Quamuis hanc opinionem non eſſe admodum tutam dicat *Cæſar Vrſill. in dicta deciſion.* 13 *num.* 12. pluribus tamen concluſio comprobatur per ea,quæ nouiſſime allegat.*Ioan. Bonifaci.in tract.de Furtis.§.contrectatio num.*100.*cum pluribus ſeqq Rota in Nouis.in deciſ.*359. *fuit.Franciſc. Marc.in deciſ.Delphin.*9.*nu.*2.3.*vol.*2.

82 Formam iuramenti in litem † tradidit *Bartol.in l.ſi quando.nu.*2.*C.vnde vi.*quod dicere debet,& iurare in veritate rem tantæ eſſe æſtimationis. Hoc autem eſt de iuramento in litem veritatis, de quo ipſe loquitur. Nec dicere debet,quod pro tanto no

83 luiſſet perdidiſſe illas res,† quod ante eũ dixit *Alberic. de Roſat.in dicta l.vnica.col.*4. *C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. quos ſequitur Ioan. Petrus in l.quatenus.numero vigeſimo ſecundo. ff. de regul. iur.* Hoc idem ſequitur *Petr. Rebuff.in rep. dictæ.l. vnicæ.in Gloſſ. prima. numero* 99. Vbi refert duas formas.

84 In iuramento in litem affectionis, † prius ille iurat,& poſtmodum iudex taxat, & moderatur, vt ex gloſſa *in l. Videamus. ff. de in litem iurand.*

apparet,& post alios voluit *Coras. in dicta. l. in actionibus.num.* 10.*ff.eo. tit.Sequitur Iacob.Menoch. in casu.*207.*nu.*30.

In hoc eodem affectionis iuramento, post iudicis iussum, si reus rem petitam non habeat, nec illam exhibere possit,nec dolo desiisset possidere,hoc
85 casu iuramento in litem affectionis † locus non erit,vt voluit Salycetus *in dicta.l.in actionibus.num.* 4.*Vbi Iason.num.*9.*Ioan. Baptista Plotus. in dicta.l. si quando.num.*565. *C. vnd.vi. Adde nouissime Vincent.Mancin.in tract. de iuramento. parte* 2. *articul.* 9.*num.*12. Quo in loco plura tractat in materia iuramenti in litem affectionis,satis optime.

ARGVMENTVM.

Cum frequenter homines de delictis atque criminibus infamentur, ideo necesse est,vt deficientibus manifestis probatio nibus se iureiurando purgent. Cuius purgationis duæ sunt species, alia vulgaris, quam vulgus secundum suę regionis mores, alia Canonica, quam Canon introduxit.Fieri solet coram Compurgatoribus, quæ legitime facta a criminis accusatione vel suspicione diffamatus liberatur, & pœnam euitat. Defertur ex officio iudicis reo potius, quam actori & vasallo propter commissam feloniam, si dominus semiplenam habuerit probationem, quam vnicus testis facere nequit, sed in plenis probationibus cessat, neque in contrarium illę admittuntur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum purgationis ad quid inuentum? & quando.num.*2
3 *Iuramentum pugationis ex* Moysis *apud Exodum. cap.*22.*num.*14.
4 *Purgationum species duæ,vulgaris vna canonica altera.*
4 *Purgatio olim per ferrum candens,per ignem, aquam frigidam,& feruentem.per Crucem,& fuit,sublata.num.*5.6.
7 *Purgatio canonica quæ.*
8 *Leonis episcopi purgatio per iuramentum ante corpus Beati Petri.*
9 *Maximi Episcopi Salonitani purgatio.*
10 *Episcopi Tridentini purgatio.*
11 *Berengarius Andegauensis Ecclesiæ Diaconus de Hæresi impetitus se purgauit.*
12 *Suspecti de criminibus Simoniæ, Adulterij, Furti, Periurii, & aliorum criminum occultorum, quomodo se purgarent.*
13 *Purgatio fit coram compurgatoribus.*
15 *Compurgatores a quibus eligantur.*
16 *Deficiens in purgatione,quomodo puniretur.*
17 *Iuramentum purgationis actori,an reo potius detur. num.*18.
19 *Purgationis iuramentum, quoties dolus interuenisset,necessarium erit.*
20 *Probationes in contrarium, an in hoc iuramento purgationis interuenire debeant.*
21 *Iudicis officio datur hoc purgationis iuramentum.*
22 *In Feloniæ,vel feudi causa,an hoc iuramentum purgationis detur.nu.*23.24.
25 *In leuibus,& imperfectis probationibus, non autem vbi sunt perfectæ præsumptiones, aut probationes, huic iuramento locus erit.*
26 *An in causa fractæ pacis hoc purgationis iuramentum locum habeat.*

TITVLVS LIII.

De iuramento purgationis, & purgatione Canonica.

PVrgationis iusiurandum, non alio tēdit, nisi is,cui aliquod scelus, flagitium, vel
1 delictum † imputatur, in quo præsumptiones aliquæ surgunt, nec adsunt probationes luce meridiana clariores, quæ in similibus requiruntur.*l. sciant. C.de probat.* Omissa alia tormentorum specie,iureiurando se ipsum purgat, quo immunis a pęna reddebatur nec id nouum fuit
2 sed longo temporum † curriculo adinuentum, omnes Doctores infra allegandi, & Martinus Nauarrus *in consil.*5.*nu.*3.*titul.de Hæreticis.lib.*5.dicunt.

Moy ses enim *Exodi.c.*22.sic statuit. Si quis ami
3 co commendauerit pecuniam, aut vas † in custodiam, & ab eo qui susceperit furto ablata fuerint,si inuenitur fur duplicare debet.Si latet fur dominus domus applicabitur ad Deos,& iurabit,quod non extenderit manum in rem proximi sui ad perpetrandam fraudem. Et paulo inferius dicit. Si quis commendauerit proximo suo asinum,bouem,& ouem,& omne iumētum ad custodiam, & mortuum fuerit,aut debilitatum,vel captum ab hostibus,nul lusque hoc viderit,iusiurādum erit in medio,quod non extenderit manum ad rem proximi sui, suscipietque Dominus iuramentū, & ille reddere non cogetur.

Hinc purgationum species duæ adiuuentæ, vna dicebatur purgatio vulgaris a vulgo adinuenta,
4 † Canonica altera. Vulgaris autem multiplex, erat & secundum cuiusque vulgi mores reperta, & demum prohibita. Fiebat autem per ferrum candens,per ignem, per aquam frigidam & feruētem,

per

5 per crucem,† de quibus nonnulla exempla protulit. *Franc. Hotoman. in disputat. Feudistica. cap.* 44. *& alia Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuersi, lib.* 48. *c.* 15. Et nos diximus in Neanomologia. cap.... Quæ omnia per canones fuere sublata, *vt in c. fin. extra de purgation. vulgari.* Vbi dicitur, quod erat
6 tentare DEVM. † *Ioan. Paul. Lancellott. Inst. Canonicar. lib.* 4. *titul. de duplici purgatione. Daniel. Venatorius in Analysi Iuris Pontificij. lib* 5. *titu.* 35. *Late, & bene Petr. Gregor. Syntag. iuris vniuersi. lib.* 48. *cap.* 15. *Anton. Scapp. de iure non scripto. lib.* 3. *c.* 50. *nu.* 2.

Purgatio autem Canonica ex Iure Pontificio pluries in vsum redacta est, & primo ex Gregorio
7 Magino † Summo Pontifice, qui *in c. presbyter.* 2. *q.* 4. declarat, Presbyterum a populo accusatum, contra quem testes non aderant, iuramento se purgare decreuit.

Secundo idem Gregorius ordinauit, vt Leo Episcopus de his, quæ sibi imputata fuerunt iuramẽto
8 †ad corpus Beati Petri Apostolorum Principis præstito, expurgatus munus episcopale exerceret ita scribens ad Iustinum Imperatorem ex Regiſtro *c.* 7. de quo habetur *in cap. habet hoc.* 2. 44. Tertio eodem modo in eodem Regiſtro *cap.* 232. ad Brunechildim Francorum Reginam, scripsit iure iurando de expositis purgatum. *in c. Mennam.* 2. *q.* 4. Sic
9 fecit de Maximo † Episcopo Salonitano *in c. quanto. & in cap. quæ de causa.* 2. *q.* 4. Item ex Imaro Remensi episcopo ordinatum fuit, vt quidam Præsbyter Sacramẽto se expurgaret *c. si mala. q.* 4. Eodem modo Innocentius scripsit Patriarchæ Aquileiensi & episcopo Mantuano quod episcopo Tridentino
10 insimulato quod Paulo presbytero † dedisset ecclesiam Sancti Petri pro quatuor modijs frumẽti, cum quibusdam solennitatibus darent iusiurandum, vt illo se purgaret, si innocens esset. *in c. quoties.* 2. *q.* 4. & iterum de causa eiusdem episcopi Tridentini habetur. *in c. quoties extra. de purg. cano.* similiter habetur *in c. omnibus nobis. eadem causa, & quæstione.*

Berengarius quidam Andegauensis ecclesiæ diaconus, sic de hæresi, qua affectus fuerat, se iurando
11 † purgauit, *vt in c. ego Berengarius. de consecrat. distinct.* Quanquam illa potius fuerit hæresis abiuratio, quam purgatio.

Hanc purgationis speciem, ea de causa inuenta esse, vt suspectus alicuius criminis, puta simoniæ,
12 † adulterij, furti, periurij aliorumque criminum occultorum, de quo quis apud populum infamia conspersus iurisiurandi religione se innocentem affirmat, vt in toto titulo de purgatione Canonica. *late Martin. Mesnart. in epitom. legum Pontifical lib.* 5. *titu.* 35. *Lancellot. Instit. canonc. tit. de duplici purgat. lib.* 4. *Sebastian. Medices. in Summa concord. decreti. q.* 5. *articul.* 1. 2 3. *Petrus Gregor. in dicto. cap.* 15. *lib.* 48. *Hierony. Gabriel. in consil.* 160. *num.* 1. *vol.* 1.

13 Hæc tamen purgatio fit coram † compurgatoribus, *vt in c. cum P. Manconella.* 8. *c. inter solicitudines. c. cum dilectus. de purgat. Gano. c. presbyter.* 2. *q.* 4. De quibus purgatoribus ego adduco illud de quo supra dixi, *apud Exod. cap.* 22. ibi Dominus domus applicabitur Deos. Sunt autem illi sub nomine Deorum appellati, coram quibus infamia crimi
14 nis conspersus iuramentum purgationis præstabat. Quia Dij quodammodo † appellãtur, qui supra homines sunt, vt scribit. *D. Hieronymus in Ezechiel. cap.* 2. Huc facit illud Dauidis *Psalm.* 81. Ego dixi vos Dij estis. Quod declarans IESVS Christus. *apud Ioan. cap.* 10. dicens, Deos appellari illos quos sermo DEI factus est.

Compurgatores autem isti, ab ecclesia, vel supe-
15 riore † eligi debent, sintq; illius honestatis, & opinionis, quod verisimile sit, eos non amore vel odio, seu obtentu pecuniæ, peierare cum ipsi iurare debeant illum suspectum verum iurasse, & quem purgare debent agnoscant, & illius vitam, & conuersationem, etiam cognitam habeant, *d. c. cum dilectus. c. cum. P. Manconella. extra eod. titul. cap. presbyter. & c. si a plebe.* 2. *quæst.* 4. De quibus omnibus scripsere *Ioan. Bernardus Diaz. in practica crimin. canonica cap.* 140. *Petr. Foller. in pract. crim. canonic. cap.* 34. *Ioan. Paul. Lancellott. instit. canonicar. lib.* 5. *tit. de duplici purgatione. Petrus Gregor. Syntagm. lib.* 48. *cap.* 15. *num.* 15. 17. *Daniel Venatorius in Analysi Iuris Pontificij. lib.* 5. *titu.* 35. *Martin. Mesnartius in epitom. legum Pontifical lib.* 5. *tit.* 35. *optime, & substantialiter. Hieronym. Gabriel. in consil.* 160. *per totum. vol.* 1.

Facta autem debita, & legitima purgatione de crimine, de quo erat accusatus, vel in suspicionem deductus, immunis efficitur, ita vt eadem causa
16 in accusationem † contra ipsum amplius deduci nequeat, si autem in purgatione defecerit, perinde puniendus est, ac si de crimine, de quo est diffamatus, & suspectus esset confessus aut legitime conuictus. *arg. dicti. c. cum. P. Manconella. c. inter. extra. eo. tit. Specul. in titul. de abolit. & purgat. Ioan. Paul. Lancellott. in dicto titul. de duplici purgatione. Diaz. in dicta pract. cap.* 140. *Foller. in eadem praxi. cap.* 35. *part.* 3. *Mesnart in dicto tit.* 35. *& Venatorius similiter in dicto allegato. titul.* 35. *de his omnibus Bernard. Comens. in Lucern. Inquisitorum. in verb. purgatio. M. Ant. Blanch. in l. fin. ff. de quæst. nu.* 283. 284. *Gundissal. Villadiego. de Hæretic. q.* 15 *num.* 11. *Camill. Campeg. ad Zanchin. cap.* 11. *cum pluribus relatis per Frãcis. Tegna ad Eymeric. in director. inquisitor. parte* 2. *commentar.* 14. *Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæst. lib.* 2. *centur.* 3. *casu.* 274. *tam in prima editione, quã in Apostillis postmodum factis. Iul. Clar. in pract. crimin. q.* 63. *num.* 5. *Hierony. Gabriel. in consil.* 160. *vbi plene. vol.* 1. *AEgid. Bosse. in titul. de sentent. num.* 75. *Victorius Mansus episcopus Arianens. amicus noster, de modo procedendi in causis regularium. cap.* 29. *Robertus Maranta in Specul. Aur. parte.* 6. *cap. de iuramento. num.* 9. *Lancellot. Gallia in consil.* 18. *num.* 126. *vol.* 1. *Petrus Caball. Resolut. crimin. lib.* 1. *casu.* 84. *num.* 2. *Luisius Passerus apud Triuisan. in decis. Veneta.* 39. *num.* 6. 7. *lib.* 2. *cum*

alijs,

alÿs, quos nouiſſime allegat. D. Ioan. Baptiſta Coſta de remediis ſubſidiariis. remedio. 15. per totum.

Reo potius quam actori purgationis iuramen-
17 tum † deferendum eſſe in dubio *poſt Cardi. Florentin. in cap. mulieri. de iureiur. voluit Franciſc. Marc. in deciſion. Delphinal. 753. num. 5. vol. 2. Nicol. Reuſnerus in deciſion. Ienenſ. 20. num. 24. 25. lib. 3.*

Declara ſupradictam concluſionem, eſſe in iudi-
18 cis arbitrio, † cui ſit deferendum actori, an reo, *ex Hoſtienſe, & Archidiacon. voluit idem Franciſc. Marc. in dicta deciſ. 753. nu. 6 vol. 2.*

Iuramentum hoc purgationis neceſſarium eſt,
19 quoties † dolus interuenire potuit, licet interueniſſe minime præſumatur, purgans enim eo modo ſe iurando purgabit. *arg. l. quoties. §. prætor ait. §. quod ſi reus. ff. de Noxal. action. ita Anton. Faber in Codice Fabriano. lib. 4. tit. 1. definitio. 5. nu. 3. & tit. 14. defin. 57. parte 1.*

Probationes in contrarium iſtud iuramentum
20 † admittit, vt Sabaudus Senatus decreuit. *Anton. Faber. in Codic. Fabr. titul. 1. defin. 5. in princip. lib. 4. parte. 1.*

21 Iſtud purgationis iuramentum datur ſolum † iudicis officio parte minime petente. *Idem Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib. 4. titul. 1. Definition. 8. parte 1. Nicol. Reuſner. in deciſion. Ienenſ. 20. num. 24. lib. 3.*

In cauſa autem feudali, & in felonia, ſi dominus habet ſemiplenam probationem, vel præſumptio-
22 nem, defertur † vaſallo iuramentum purgationis, vt ex Iacobino de Sancto Georgio in inueſtit. feudali, *in verb. & dicti vaſalli. nu. 29. voluit Ludolph. Schrader. de feudis. parte 9. ſecundæ partis principalis. ſection. 13. num. 168. lib. 1.*

23 Declara tamen hoc caſu, vnicum teſtem † non facere ſemiplenam probationem, *vt poſt Iaſon. Carrer. & Iacobinum de Sancto Georgio voluit idem Ludolphus Schraderus in loco allegato. num. 168.* quia ſi tractamus de puniendo vaſallo criminaliter de
24 Felonia, requirũtur quinque teſtes integræ † opinionis, & famæ, *vt in c. 1. Quot teſtes ſunt neceſſ.* Quo vero ad probationem ſemiplenæ probationis ad priuationem feudi tres teſtes requirũtur, vt dicit idem Schraderus *eadem parte. 9. ſecundæ partis. ſection. 13. concluſione. 3. num. 58. & concluſione. 30. num. 168. lib. 1.*

Vbi autem perfectæ præſumptiones, ſiue probanes exiſtunt, huic iuramento purgationis locus nõ
25 erit, † niſi quando adſunt, quædam leues & imperfectæ probationes, quia primo caſu, omiſſo purgationis iuramento ad iudicij diffinitionem deueniri debet. *Panor. in c. fin. §. ſane. de iureiur. Seraphin. Seraphinis de priuileg. iuramenti. priuilegio. 6. nu. 5. quos refert, & ſequitur Lancellott. Gallia in conſi. 18. num. 127. vol. 1. Hierony. Gabriel. in conſil. 160. num. 1. vol. 1.*

In cauſa fractæ pacis deferri iudicis arbitrio
26 † purgationis iuramentum reo in Camera Imperiali ordinatum fuit, *vt per Ioachim. Mynſinger. obſeruat. 87. Centur. 2. quem refert, & ſequitur Daniel Venatorius in Analyſi Iuris Pontificii. lib. 2. titul. 24. §. Quæ forma. in fin. facit ſcripta And. Gail. de Pace publica. lib. 1. c. 7. num. 11. 12.*

ARGVMENTVM.

Ad iuramenti neceſſarij, quod alias ſuppletorium vocatur, delationem requiritur petitio partis, ſemiplena probatio, ſcientia facti per coporeum ſenſum, habilitas ad teſtificandum, vt quis omni exceptione ſit maior, & ſui dicti cauſam reddat, etiam non interrogatus Non vero defertur in cauſa vniuerſitatis, vbi adſunt plures teſtes, in cauſis criminalibus, quando teſtes ſunt ſingulares, in probatione famæ, ſi quis habeat teſtem adulterum, vel probet per baſtardum, teſte a Notario abſque commiſſione iudicis examinato, in cauſis arduis, feudalibus, matrimonialibus, beneficialibus, quando dolus obijcitur, & ſemiplena probatio iuris præſumptione eliditur, neque poſt concluſionem in cauſa ad illud regreſſus datur. Ab illo remouentur excommunicatus, vſurarius, periurus, vel de periurio ſuſpectus, ſpurius, infamis, atque hæres, niſi ſit veriſimiliter de facto defuncti inſtructus. Precedente cauſę cognitione, & partis citatione in dubio reo potius, quam actori iniungendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum neceſſarium appellatur iuramentum ſuppletorium.*
2 *Nicolaus Capograſſus I. C. celebris Salernitanus.*
3 *Vt iuramentum ſuppletorium deferri poſſit, plura requiruntur.*
4 *An vt poſſit deferri iuramentum ſuppletiuum, vtraq; pars conſentire debeat, vel fiat vna petente, & altera inuita. num. 5. 6. 7. 8. 9. 56.*
6 *Clauſula omni modo meliori in libello, quid operetur num. 9.*
10 *An requiratur ſemiplena probatio, vt hoc iuramentum deferri poſſit. num. 11.*
12 *Excommunicato iuramentum ſuppletorium non defertur.*
13 *An deferatur vſurario.*
14 *An deferatur periuro. num. 15.*
16 *An deferatur Spurio.*

17 *An infami.*
18 *An cui deferendum eſt iuramentũ ſuppletorium debeat eſſe veroſimiliter informatus.*
19 *Hæredi iuramentum ſuppletorium an deferatur? numero 20.*
21 *An is, cui deferendum erit hoc ſuppletorium iuramentum debeat eſſe poſſe teſtem, & in teſtem admitti.*
22 *Teſtis ob cuius probationem deferendum eſt iuramentum, debet eſſe omni exceptione maior. nu. 62. 63.*
23 *Teſtis ſimilis debet ſui dicti cauſam reddere, etiam non interrogatus.*
24 *In cauſa vniuerſitatis, vbi in teſtem fuit ciuis examinatus, an poſſit iuramentum ſuppletiuum deferri?*
25 *An deferatur illi, qui examinari fecit ſtantem teſtẽ, & cohabitatorem cum eo?*
26 *Modicus teſtis defectus impedit delationem iuramẽti ſuppletorij.*
27 *Periculoſa res eſt, iuramenti in ſupplementum delatio.*
28 *Vbi ſunt plures teſtes a parte producti, non eſt delationi iuramenti locus.*
29 *An in cauſa criminali iuramentum ſuppletorium deferatur? Declara num. 30. 31.*
32 *Non defertur iuramentum ſuppletorium, vbi teſtes ſunt ſingulares.*
33 *Non habenti teſtem adulterum.*
34 *Non defertur iuramentum ſuppletorium vbi tractatur de probanda fama.*
35 *Non defertur habenti teſtem vnum baſtardum.*
36 *Non habenti teſtem a Notario examinatum abſque iudicis commiſſione.*
37 *Non defertur in cauſis, in quibus dolus obiicitur.*
38 *Non defertur in cauſis arduis, ſed tantum in paruis. num. 40. 41. 44.*
39 *Magna cauſa, & ſumma, quæ dicatur? num. 41.*
42 *In probanda fructuum quantitate, an deferatur iuramentum ſuppletorium? num. 65.*
43 *Non defertur iuramentum ſuppletorium, in probãdis minis.*
44 *In cauſa feudali, an deferatur inramentum in ſupplementum.*
45 *In cauſa matrimoniali iuramentum ſuppletorium non defertur.*
46 *Non eſt locus delationi iuramenti in cauſa beneficiali. Declara num. 48.*
47 *Nec in cauſa monachationis.*
49 *Probatio ſemiplena, vbi elideretur aliqua præſumptione iuris, an ſit locus delationi iuramenti ſuppletorij.*
50 *Si actor, & Reus petant iuramentum ſuppletorium, cui ipſorum deferendum. num. 51. 52.*
53 *Iuramentum ſuppletorium, an poſt concluſionem deferri poſſit? Declara nume. 54. 55. 56.*
56 *Iuramentum ſuppletorium parte non petente, an vbi æquitas ſuaſerit, etiam poſt concluſionem iudex deferat?*
Clauſula, Petorius, & iuſtitiam miniſtrari in libello, quid ſignificet?
57 *An in cauſa appellationis iuramentum ſuppletoriũ deferatur?*
58 *Cauſæ cognitio, & partis citatio an requiratur in deferendo iuramento ſuppletorio?*
59 *Mutuum qui probauit in genere, an admittatur ad iuramentum ſuppletorium ad probandam quantitatem?*
60 *In remediis poſſeſſoriis an deferri poſſit iuramẽtum in ſupplementum probationum.*
61 *Obtinens ex iuramento ſuppletorio & ex ſemiplena probatione, non obtinebit expenſarum condemnationem. nu. 62. 63.*
64 *An habens extraiudicialem confeſſionem, etiam non geminatam, ſi aliud nõ obſtet, an gaudeat iuramẽto ſuppletorio.*
65 *Fructus per probationes in ſpolio ſunt liquidandi.*

TITVLVS LIIII.

De iuramento ſuppletorio, neceſſario.

1 NEceſſarium hoc iuramentum, quod ſuppletiuum, ſiue ſuppletorium etiam per omnes † Doctores appellatur *in l. admonendi. ff. de iureiur.* Ita etiam *Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib. 2. Centur. 2. caſu 190. in princip.* Ita etiam illud appellat *And. Gail. pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 108. Petr. Anton. Anguſſ. in conſil. 20. num. 2. lib. 2. Franciſcus Marcus in deciſion. 454. num. 1. vol 2. Robert. Marant. in Specul. Aur. parte 6. actu. 9. nu. 1. Nicol. Capegraſſ. l. c.*
2 *celebris † Salernitanus in rep. rubr. de iure iur. col. 4. verſ. Item quoddã eſt. Daniel Venatorius in Analyſi iuris Pontificii. lib. 2. titul. 24. verſ. Quid neceſſarium.*

Plura requiruntur ad hõc, vt iſtud iuramentum ſuppletiuum, ſiue ſuppletorium deferri poſſit, quo
3 rum † ſex enumerat *Robert. Marant. in Specul. Aur. parte 6. actu. 9. num. 1. cum ſeq.* & ex illis quinque eo ordine enumerat (ipſo tamen Maranta non relato) *Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. lib. 2. Centur. 2. caſu. 190.* Et vt plena hic ſimilis iuramẽti notitia habeatur, eorundem ordinem ſequar, ſed pleniori manu, & ordine, neceſſaria proſequar. Adde *D. Io. Baptiſt. Coſtam de remed ſubſidiar. remed. 97. num. 3.*

Primo neceſſarium eſt, vt pars illud petat, &
4 † inuita parte altera deferatur, *l. in bonæ fidei. C. de red. credit. quod arg. l. 4. §. hoc autẽ iudicium. tenuit Bartol. in l. admonendi. num. 59. 60. & ibi Iaſ. in rep. num. 316. ff. de iureiur. Seraphin. de Seraphin. de priuil. iur. priuileg. 33. nu. 190. Ant. Capic. in deciſ. Neapolitan. 35. num. 1. Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. lib. 2. centur. 5. caſu. 464. num. 29. Anton. Faber. in Codic. Fabrian. lib. 4. titu. 1. definit. 8. nu. 2. parte 1. Barthol. Bertaz. in conſil. crimin. 291. nu. 21. 22. vol. 2.*
5 Contrarium vero, quod etiam nõ petente † parte iu-

te iudex teneatur iuramentum in supplementum probationis deferre, tenent Canonistæ, vt dicit ibidem Bartolus, & voluit *Abb. Panor. in c. fin. §. sane. extra de iureiur.* Et hanc nouissime tenet *Andr. Fachin. controuers. iuris. lib. 1. cap.* 15. modificando tamen hanc opinionem, si iudici æquum videbitur. *arg. l. vbicunque. ff. de interrog. act. Ioan Vincent. de Anna in singul.* 282. dum tamen libellus contineat
6 † clausulam, omni modo meliori. *Steph. Gratian. in decision. Marchiæ.* 36. *num.* 12. 13. *Cæsar Barz. in decision. Bonon.* 50. *num.* 22. *Reusner. in decisio. Ienens.* 20. *num.* 10. *lib.* 3.

Sed prima opinio videtur verior, & securior, *ar-*
7 *gum. dicti §. Hoc autem iudicium.* Nec obstat † *l. vbicunque.* quia, & si interrogatio partium suadente æquitate ad fundandam partis intentionem fieri possit, non tamen id permittitur iudici, in dando interrogatorio, vt suppleat probationes deficientes parti, quia assumeret potius partis, & procuratoris officium, quam iudicis. Vnde cum hoc iuramentum (vt inferius dicam) fiat ad probationem facien-
8 dam non potest † illam sua voluntate iudex, nisi petente parte, supplere. Et supradictam primam conclusionem videtur tenere *Francisc. Marc. in decisio. Delphin.* 454. *vol.* 2. *cum sequatur* Bart. *& Ias. in dicta l. admonendi.* Propterea *Ias. in dicta l. admonendi.* reprobando opinionem Abbatis Panormitani dicit opinionem Bartoli verã esse, quã tenuit *Hipp. de Marsil. in l. maritus. num.* 19. 20. 21. *ff. de quæst. & Anton. Capic. in decision. Neapolitan.* 35. *num.* 1. *sequitur Andr. Gail. in obseruation.* 108. *num.* 3. *lib.* 1. *Et hanc opinionem tenuit Curt. in dicta l. admonendi. num.* 164. *& Ioan. Baptist. Caccialup. num.* 171. *Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg.* 33. *num.* 192. *Anton. Scappus de iure non scripto lib.* 3. *cap.* 53. *nume.* 1.

9 Declaratur in causis, in quibus proceditur † sola facti veritate inspecta, & vbi libellus contineret clausulam omni meliori modo, & ius, & iustitiam ministrari, defert etiam parte non petente. *Capic. in decision. Neapolitan.* 10. *num.* 23. *Stephan. Gratian. in decis. March.* 36. *nu.* 12. 13. *Cæsar Barz. in decis.* 50. *num.* 23.

Secundo necessarium erit, vt hoc iuramentum suppletorium petens probauerit semiplene, quod
10 in iudicio † deductum fuit, *dicta l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. Bartol. in dicta l admonendi. nu.* 57. *vbi Ias. in lectur. num.* 75. 118. *in repet. num.* 259. *Ludo. Roman. in consil.* 255. *num.* 5. *Alexand. in consil.* 18. *col.* 2. *in consil.* 32. *col.* 1. *vol.* 1. *Robert. Marant. in dicto actu.* 9. *num.* 3. *Iacob. Menoch. in dicto casu* 190. *num.* 2. *Ioachim. Mynsinger. obseruat.* 68. *Centur.* 1. *Rolan. a Valle. in consil.* 26. *num.* 13. 15. *vol.* 1. *in consil.* 50. *num.* 24. *vol.* 2. *Marc. Mantua Dialog. Denar.* 19. *num.* 8. *class.* 10. *M. Anton. Natt. in consil.* 53. *nu.* 8. *vol.* 1. *Achill. Pedrocc. in consil.* 3. *num.* 38. *vol.* 1. *Ioan. Petr. Surd. in consil.* 73. *num.* 2. *vol.* 1. *& omnes scriptores Decisionum. Matth. de Afflict. in decision. Neapolitan.* 36. *in princip. Borgnin. Caualcan. in decision. Fiuizana.* 11. *nu.* 3. *Ioseph. Ludouic. in decisio. Perusin.* 9. *num.* 25. *in decision.* 100. *num.* 2. *Marc. Anton. Bellon. in decision. Genuens.* 5. *num.* 3. *Octauian Cacheran. in decision. Pedemont.* 96. *num.* 3. *Aegid. Bellemer. in decision.* 682. *num.* 2. *Iafred. Lanfranc. Balbus in decision.* 334. *incip. Actor. Francisc. Viui. in decision.* 381. *num.* 1. *Peregr. Fabius in decis. Nouissim. Roman.* 157. *nu.* 3. *lib.* 3. *vol.* 3. *Anton. Augustin. in decision. Nouissim. Roman.* 1635. *eod. lib.* 3. *vol.* 3. *Stephan. Gratianus. in decisio. Marchiæ.* 36. *nu.* 5. *Nicol. Capograss. in rubr. de iuretur. col.* 5. *vers. secũdo requiritur quod persona. Barnabas Cornazzan. in decis. Lucens.* 68. *num.* 11. *Anton. Faber. in Codic. Fabrian. lib.* 4. *titul.* 15. *definition.* 11. *num.* 2 *parte* 1. *& antea lib.* 4. *titul.* 1. *definition.* 4. *num.* 1. 2. 3. *& definition.* 44. *num.* 1. *ead parte* 1. *Nicolaus Reusnerus in decis. Ienens.* 20. *num.* 10. 23. 25. *lib.* 3. *Raudens. in decis. Pisan.* 19. *num.* 81. *Ioan. Botta in consil.* 32. *num.* 3. *vol.* 1. *Fabi. Turrett. in consil.* 17. *nu.* 22. *vol.* 1. *Barthol. Bertaz. in consil. crimin.* 292. *num.* 20. *vol.* 2. *Daniel. Venatori. in Analysi Iuris Põtif. li.* 2. *c.* 24.

Declara primo supradictam conclusionem procedere, vt tunc demum iuramentum deferri possit
11 † in supplementum, quando ille cui defertur sit persona omni exceptione maior, bonæ famæ, & vitæ, *Bartol. in dicta l. admonendi. nu.* 58. *Robert. Maranta in Specul. Aureo, par.* 6. *actu* 9. *num.* 3. *Ioachim. Mynsinger. obseruation.* 68. *Centur.* 1. *Menoch. in dicto casu.* 190. *num.* 12. *Marc. Anton. Natta in cõsil.* 32. *nume.* 21. *vol.* 1. *& in consil.* 53. *nume.* 11. *eod. vol.* 1. *plene Francisc. Viuius in decision.* 381. *num.* 1. *Menoch. de arbitrar. iudic. quæst. lib.* 2. *Centur.* 5. *casu.* 464. *num* 12. *Francisc* Marc. *in decis. Delphinal.* 753. *num.* 11. *vol.* 2. *D. Ioan. Baptist. Costa de remed. subsidiar. remed.* 97 *nu.* 3. *Daniel Venatorius in Analysi iuris Pontificii. lib.* 2. *titul.* 24. *§. quæ forma.*

Primo. Subintellige excommunicato minime
12 deferendum esse iuramentum suppletiuum. † *Barthol. Socin. in Regul.* 204. *num.* 47. *Menoch. de Arbitr. lib secundo, centur. secunda. casu* 190. *numero decimo quarto.*

13 Subintellige secundo, non † deferri istud iuramentum vsurario, *vt voluit Barthol. Socin. in dicta Regul.* 204. *num.* 44. *ex Cyn. in l. in bonæ fidei. q.* 7. *C. de Reb. creditis. voluit Iacob. Menoch. in dicto casu* 190. *num.* 14. *& lib.* 2. *centur.* 5. *casu* 464. *numero* 13. 14.

14 Subintellige tertio, nec † periuro, neque suspecto de periurio, aut ei, qui facilis est ad iurandum. *c. non potest. 2. q.* 7. *Socin. in dicta Regul.* 204. *numero* 46. 48. *Marian. Senior in consil.* 136. *nume.* 9. *vol.* 1. *Ias. in l. admonendi. in rep. num.* 296. *Iacob. Menoch. de Arbitr. Iudic. quæstion. lib.* 2. *centur.* 2. *casu* 192. *nume.* 2. *Octauian. Cacheran. in decis. Pedemont.* 66. *nume.* 5.

15 Declaratur tamen secus esse, si esset † absolutus de periurio, quia defertur iuramentum suppletorium, vt fuisse decisum, refert *Afflict. in decis. Neap.* 36. *quem sequitur* Menoch. *in casu* 464. *num.* 19. 20. *de qua decisione valde dubito.*

Subintellige quarto, simile iuramentum supple-

torium

16 torium Spurio minime deferendum † eſſe. *Thomas Grammatic. in conſil. ciuil.* 18. *num.* 5. *Petrus Duennas in regul.* 358. *Roland. a Vall. in conſil.* 87. *num.* 4. *vol.* 3. *in conſ.* 79. *nu.* 48. *vol.* 4. *Menoch. caſu.* 464. *num.* 16. 17.

17 Subintellige quinto, nec alicui infami † iuramentum ſuppletiuũ deferri debere. *Socin. in dicta regul.* 204. *num.* 43. 45. *Iaſon in l.* 1. *num.* 45. *C. de ſumma Trinit. & fid. Cathol. AEgid. Boſſ. in titul. de conuictis. num.* 20. *Menoch. in dicto caſu.* 464. *num.* 17.

18 Tertio neceſſarium eſt, quod is, cui † deferendum eſt iuramentum in ſupplementum probationis veroſimiliter ſciat factum, per ſenſum corporis, cũ æquiparetur teſti, *vt habetur in d. l. admonendi. & in dicta. l. in bonæ fidei. & vtrobique* Bartol. *& voluit Robert. Maranta in Specul. Aure. par.* 6. *actu.* 9. *num.* 2. *Ioachim. Mynſinger. obſeruat.* 68. *Centur.* 1. *M. Anton. Natta in conſil.* 35. *nu.* 1. *vol.* 1. *Roland. a Vall. in conſil.* 52. *num.* 8. *vol.* 1. *Hartman. lib.* 1. *c.* 14. *titul. de iuram. calum. Coſta de remed. ſubſidiar. remed.* 97. *num.* 4. *Iacob. Thoming. in deciſion. Lipſens.* 45.

19 Declaratio inde ſequitur, quod deferri † non poteſt hæredi, cum illud factũ ignorare præſumatur. *Argum. l. qui in alterius. ff. de regul. iur. Alexand. in conſil.* 39. *num.* 9. *vol.* 5. *Roland. a Vall. in conſil.* 52. *vol.* 1. *& in conſil.* 82. *num.* 24. *vol.* 2. *Iacob. Menoch. de arbitrar. iud. quæſtion. lib.* 2. *Centur.* 2. *caſu.* 190. *num.* 6. *Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal.* 105. *num.* 5. *Seraphin. de priuileg. iuram. Priuileg.* 33. *nu.* 217. *Robert. Marant. in loco allegato. num.* 2. *Mynſing. in dicta obſeruation.* 68. *centur.* 1. *Natta in conſil.* 279. *num.* 2. *vol.* 2. *Petr. Anton. Anguſſol. in conſil.* 20. *nu.* 2. *lib.* 3. *Surd. in conſil.* 74. *num.* 15. *in conſil* 73. *num.* 41. *in conſil.* 109. *num.* 18. *vol.* 1. *Fabius Turrett. in conſil.* 59. *num.* 78. *vol.* 1. *Daniel Venatorius in Analyſi Iuris Pontificij. lib* 2. *titul.* 2. §. *quæ forma Thoming. in dicta deciſ. Lipſens.* 45.

Subdeclara tamen, niſi hæres eſſet veroſimiliter † informatus de negotij veritate, vt ſi eſſet filius hæres patris, qui præſumitur in vita patris fuiſſe informatus, *vt concludit Barthol. Socin. in conſil.* 264. *vol.* 2. *& in conſil.* 89. *vol.* 3. *Roland. a Vall. in conſil.* 82. *num.* 24. *vol.* 2. *in conſil.* 66. *num.* 21. *vol.* 4. *Iacob. Menoch. in dicto caſu.* 190. *num.* 9. *& idem Roland. antea in conſil.* 52. *num.* 11. 12. *vol.* 1. *Hyppolit. Aldobrandin. in deciſion. Nouiſſim. Roman.* 678. *nu.* 1. *lib.* 1. *vol.* 1. *Franciſc. Becci. in conſil.* 47. *nu.* 19. *vol.* 1. *Fab. Turrett. in conſil.* 17. *num.* 23. *vol.* 1. *Iacob. Thoming. in dicta deciſ. Lipſens.* 45.

Quarto, is cui deferendum eſt iuramentum in † probationis ſupplementum debet eſſe talis, qui poſſet eſſe teſtis, & qui in teſtem admitteretur, cum in hoc caſu inſpiciatur conditio perſonæ, *vt poſt Cyn. in l. in bonæ fidei. q.* 7. *C. de reb. cred. & alios ſcripſit Iafred.* Lanfranc. *Balbus in deciſion.* 383. *incip. iuramentum ſuppletiuum. Bartholom. Bertazzol. in conſil. crimin.* 291. *num.* 21. *vol.* 2. *in conſ.* 358. *nu.* 53. *eod. vol.* 2.

Quinto eſt neceſſarium, quod teſtis, qui ſemiplenam probationem fecit, ob quam deferendum † eſt iuramentum in ſupplementum, ſit omni exceptione maior, *vt ex multis dicit Ioſephus Maſcardus de probationibus concluſ.* 957. *numero nono. Barthol. Socin. in regul.* 204. *numero* 54. *Marianus Nepos in conſil.* 12. *numero* 8. *volum.* 2. *Seraphi. de Priui leg. iuramenti. Priuileg.* 33. *numero* 6. *Daniel. Venatorius in Analyſi iuris Pontificij. lib.* 2. *cap.* 24. §. *quæ forma. Barnabas Cornazzan. in deciſ. Lucenſi.* 68. *numero* 12. 13. *Petr. Benintend. in deciſ. Bonon.* 61. *& in deciſ.* 67. *Hieronym. de Laurentijs in deciſ. Auenion.* 105. *num.* 3. *Coſta de remed. ſubſidiar. remedio.* 97. *num.* 6. *Rolan. a Vall. in conſil.* 84. *num.* 11. *vol.* 3. *Fabi. Turrett. in conſil.* 3. *num.* 9. *vol.* 1. *& in conſil.* 74. *num.* 71. *eod. vol.* 1. *Federic. Scotus in conſil.* 40. *num.* 2. *lib.* 3. *Tomo.* 2.

Sexto, eſt neceſſarium, vt poſſit deferri iuramentum in probationis ſupplementum, vt ille teſtis, vt faciat ſemiplenam probationem, afferentem ius † deferendi iuramenti, quod ſui dicti cauſam reddat, etiam non interrogatus, *vt dicit Bald. in c.* 1. §. *ſacramentum. colum ſecunda de conſuetud. recti feudi. Alexan. in conſil. trigeſimo ſecundo. volum. primo. Rober. Marant. in Specul. Aur. parte ſecunda actu* 6. *numero decimo. Barth. Socin. in dicta regul.* 204. *num.* 54. *Deci. in conſil.* 322. *numero* 6. *Gulielm. Caſſador. in deciſion.* 3. *numero* 7. *titul. de prob.* Marc. *Ant. Natta in conſ. quinquageſimo tertio. nu.* 10. *vol.* 1.

Hinc non admittuntur hi teſtes, qui licet alias admitterentur, tamen non ſufficeret ad hunc finem deferendi iuramentum ſuppletorium, ſic non defertur iuramentum præfatum in cauſa vniuerſitatis, ob ciuem ad beneficium ſuum † receptum, & examinatum. *Alexand. in conſil.* 68. *numero quarto volum.* 2. *faciunt notata per Octauian. Cacheran. in deciſion. Pedemontan.* 99. *num.* 39. *quem cum alijs ſequitur* Marc. *Anton. Peregrin. in conſil.* 92. *numero* 6. *volum.* 1. *Franciſc. Marc. in deciſi.* 489. *nu.* 3. *vol.* 1. *in deci.* 93. *vol.* 3. *Nicol. Loſæus de iure Vniuerſitat. par.* 2. *c.* 1. *nu.* 79. *Matth. de Afflict. in deciſ.* 400. *nu.* 5.

25 Nec quando ſit teſtis familiaris, † vel mercede conductus, & cohabitet cum eo, qui petit ſibi deferri iuramentum, quia repelleretur, vt poſt multos, quos allegat, *voluit Card. Pute. in deci.* 4. *incip. dubitaui. nu.* 7. 8. *lib.* 1. *& alii qui defectus patiuntur, de quib.* (D E O auſpice) *in tit. de teſtib. tractandũ erit.*

26 Modicus teſtium defectus † impedit delationem iuramenti ſuppletorij. *M. Ant. Natta in conſil.* 196. *nu.* 9. *vol.* 1. *Hipp. Riminald. in conſ.* 39. *num.* 42. *vol.* 1. *Hierony. Magon. in deciſ. Lucen.* 9. *num.* 22.

Huic iuramento neceſſario, & in ſupplementum † probationis non tam frequenter vſui eſſe, cum refrigeſcat charitas, & religio, & non tam tute quis cauſam ſuam ancipitem eius iuramento committat, cum quo litigat, *ſcribit Iacobus Gourreus in Britannia Armorica olim Senator Regius in l.* 2. *fol.* 47. *verſic. quo fit. C. de reſcind. vend.*

Vbi pars produxit, vel habet plures teſtes tunc iuramentum in ſupplementum † non defertur 28 *Alexander. in conſil. centeſimo nono. incip. viſo*

processu cause. colum. fin. vers. nunc venio ad secundum. volum. quarto. Curti. Senior. in rep. l. admonendi. numero 153. 159. *ff. de iureiur. Seraphin. in dicto priuileg.* 33. *numero* 29. *Roland. a Vall. in consil.* 50. *num.* 24. *volum.* 2. *Hyppolit. de Marsil. in Singul.* 461. *Ioan. Baptista Costa de remediis subsidiar. remed.* 97. *nu.* 1. *Hyppol. Riminald. in consil.* 39. *nu.* 39. *volum.* 1. *Fabius Turretti. in consil.* 3. *numero* 11. *volum.* 1.

Non deferri iuramentum suppletorium in cau-
29 sis † criminalibus, *ex Baldo in l. maritus. num.* 9. *ff. de quæst. voluit Marc. Anton. Blanc. in l. fin. nu.* 120. *ff. eod. titul. quos sequitur Anton. Scappus de iure non scripto. lib.* 3. *cap.* 52. *num.* 5. *hanc opinionem tenuerunt Bartol. Paul. de Castro, & Ias. in l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. Nicol. Boer. in decis. Burdeg.* 86. *Ioan. Papon. Arrestor. Curi. lib.* 9. *titul.* 6. *Arrest.* 9. *M. Anton. Bellon. in decis. Genuen.* 5. *num.* 3. *Andr. Gail. lib.* 2. *obser.* 94. *Matthi. Coler. in decis. Germ.* 141. *nu.* 8. 9. *Feder Scot. in consil.* 7. *lib.* 3. *tom.* 2. *Venator. in Analys. Iuris Pontifi. lib.* 2. *cap.* 24. *Ioachim. Mynsing. obser.* 87. *Cent.* 2. *Hierony. Cœuallos practic. opin. commun. contra com.* 449. *num.* 3. *Marsil. in pract. crimi. §. postquam. num.* 1. *in §. expedita. num.* 74. *Ludolph. Schrader. de feud. parte. sect.* 13. *nu.* 17. *parte* 1. Contrarium tenuit Accursius *in dicta l. in bonæ fidei. C. de reb. cred.* Vbi dicit, in verb. causis, iuramentum deferri in delictis, & quasi delictis.

30 Verum quatuor casus criminales † diuersos distinguit. *Ioan. Menoch. de arbitrar. iudic. quæst. lib.* 2. *Centur.* 5. *casu.* 464. *quos post ipsum retulit Andr. Facchin. Controuers. iuris. lib.* 1. *cap.* 15. Quo in loco refert duos alios in vltimo residens ex Angelo *in dicta l. in bonæ fidei.* dicente, quod si pro causa cri-
31 minali agatur criminaliter instituta † actione ad vindictam publicam, tunc locum non esse delationi iuramenti in supplementum, secus si ciuiliter agatur, actione instituta ad vtilitatem priuatam, & hoc antea dixerat *ex Rayner. de Forliuio. in dicta l. in bonæ fidei. & Alexandro in consil.* 66. *col.* 2. *vol.* 1. *Menoch. in dicto casu.* 464. *num.* 11. *Mynsinger. obserua.* 87. *Centur.* 2. Quod, & si videatur rationi congruere, nunquam tamen hoc vidi obseruatum in Regno Neapolitano, nisi in causis mere ciuilibus. Sed hanc distinctionem tenuit ex pluribus *Nicol. Boer. in decis. Burdegal.* 86. *nu.* 4. 5. *quem sequitur Hieron. Cœuallos practicar opin. commun. contra cõmu.* q. 300. *Vide Claud. Rattandier. in pract. crimin. regal.* 61. *num.* 1. *Hyppolit. de Marsil. in l. maritus. nu.* 13. *ff. de quæst. & in §. postquam. num.* 1. *in practic. crimin. & in §. expedita. num.* 74. *Andr. Gail practic. obseruat. lib.* 2. *obser.* 94. *num.* 3. *Matthias Coler. in decis. German.* 141. *num.* 13. *Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib.* 4. *titul.* 1. *defin.* 43. *num.* 1. 2. *parte* 1. *Nicol. Reusner. in decis. Ienens.* 20. *num.* 23. *lib.* 3. *Costa de remed. Subsidiar. remed.* 97. *nu.* 3. *Daniel Venatorius in Analysi Iuris Pontifi. lib.* 2. *cap.* 24.

Vbi testes omnino essent singulares iuramentũ,
32 suppletorium minime defertur, † *vt dicit Bald. in rubr. de controuers. inuestitur. quem refert, & sequitur Francisc. Marc. in decision. Delphinal.* 387. *num.* 5. *vol.* 1. *&* M. *Anton. Natta in consil.* 196 *numero decimo primo. volum. primo. Bartol. Bertazzol. in consil. crimin.* 358. *nu.* 3. *vol.* 2.

33 Non defertur iuramẽtum habenti testem † adulterum, *vt post Hyppolit. de Marsil. in Singul.* 272. *voluit Roland. a Valle. in consil. septuagesimo quarto. nu.* 35. 36. *vol.* 1.

Non defertur iuramentum suppletorium, quo-
34 ties tractaretur de probanda fama, † *vt post Francisc. Curt. Senior. in l. admonendi. numero* 159. 193. *voluit Ripa ibidem, numero* 183. *ff. de iureiur.*

35 Probanti per vnum testem † bastardum, non defertur iuramentum suppletiuum. *vt post Ludouic. Roman. in dicta l. admonendi. numero* 84. *voluit Roland. a Vall. in consil.* 79. *numero* 48 *vol.* 2. *Marc. Mantua in Dialog. Denarrat. Classe.* 2. *capitul.* 35. *num.* 5.

Si testis sit examinatus a Notario absque iudicis commissione, iuramentum in supplementum pro-
36 bationis deferri non † potest, *vt ex eodem Curtio Seniore in dicta l. admonendi. num.* 259. *Voluit Roland. a Vall. in consil.* 94. *numero trigesimo sexto. volum.* 2.

In causis, in quibus dolus obijcitur, nũquam de-
37 fertur iuramentum suppletorium, † *vt post Bald. in l.* 1. *C. qui, & aduers. quos voluit Marc. Anton. Natta in consil.* 196. *numero decimo primo. volum. primo.*

In arduis vero, & magnis causis iuramentum suppletorium non defertur, sed tantum in paruis,
38 † *vt voluerunt omnes. Doctores in dicta l. admonendi. & in c. fin. de iureiur. Alexand. in consil.* 109. *col. fin. vers. Nunc venio ad secundum. vol.* 4. *& in consil.* 39. *in fin. vol.* 5. *in consil.* 180. *num.* 7. *vol.* 6. *Carol. Ruin. in consil.* 79. *num.* 5. *vol.* 4. *M. Anton. Natta in consil.* 199. *num.* 14. *in fin. vol.* 1. *Ludouic. Gozadin. in consil.* 11. *num.* 3. *Roland. a Valle in consil.* 82. *nu.* 22. *vol.* 2. *Andr. Gail. pract. obser. lib.* 2. *obser.* 94. *nu.* 8. *Ioan. Papon. Arrestor. Curiæ. lib.* 9. *titul.* 6. *Arrest.* 9. *Matth. de Afflict. in decision. Neapolitan.* 375. *nu.* 10. *Marsil. in sing.* 27. *incip. iuramentum. Cæsar Vrsill. in decision.* 375. *num.* 6. *Barnabas Cornazzan. in decision. Lucens.* 68. *num.* 14. 15. *Iacob. Gourreus in l.* 7. *fol.* 47. *vers. quo fit. C. de resc. vend. Anton. Aug. in decision. Nouissim. Roman.* 1605. *lib.* 3. *parte* 3. *Ludolph. Schrader. de feud.* 9. *parte* 2. *partis section.* 13. *num.* 48. *parte* 1. *Surd. in consil.* 12. *num.* 12. *vol.* 1. *Fabius Turrett. in consil.* 3. *num.* 7. *vol.* 1. *Barth. Bertaz. in consil. Crim.* 358. *num.* 52. *vol.* 1. *Anton. Augustin. in decisio. Nouissim. Roman.* 1605. *nu.* 1. *lib.* 3. *vol.* 3.

Magnam vero causam dici vbi agitur de summa aureorum ducentorum scribit *Roland. a Valle in consil.* 26. *numero decimo primo. volum. primo.* verum quia inspicienda est personarum qualitas, an sit quis diues, vel pauper nobilis, vel rusticus, Magnus aliquis Dominus, aut persona priuata, cum vnius intuitu summa dici possit magna, quæ re-

39 reſpectu † alterius diceretur parua, *vt poſt Iaſon. in conſil.* 129. *colum.* 2. *volum. primo, voluit Iacobus Menoch. de arbitrar. iudic. quæſtionib. lib.* 2. *Centur.* 1. *caſu.* 72. *num.* 10. *vide Ioan. Bottã in conſil.* 35. *nu.* 3. *Paul. Granuc. in Theoremat.* 15. *num.* 6. *Fab. Turrett. in conſil.* 3. *nu.* 8. *vol.* 1.

Supradictam primam concluſionem proxime traditam limitant nonnulli etiam in cauſis arduis,
40 & magnis † deferri poſſe iuramentum ſuppletoriũ vbicunque eſſet facta probatio pluſquam ſemiplena, *vt voluit Alexand. in conſil.* 185. *num.* 1. *vol.* 7. *Nicola. Boer. in deciſ. Burdegal.* 85. *num.* 4. *Ludouic. Gozadin. in dicto conſil.* 11. *nu.* 18. *Ioan. Cephal. in conſil.* 141. *num.* 20. *vol.* 1. *Roland. a Vall. in conſil.* 26. *in fin. vol.* 1. *Thom Grammat. in deciſion. Neapol.* 42. *nu.* 12. *Petr. de Benintend. in deciſion. Bonon.* 67. *nu.* 2. *Stephan. Aufrer. ad Cappell. Tholoſan. in deci.* 171. *Ioſeph. Lud. in deciſ. Perus.* 100. *num.* 7. *Idem Roland. a Valle in conſil.* 50. *num.* 15. *vol.* 4. *Natta in conſil.* 305. *num.* 5. *vol.* 2. *in conſil.* 609. *num.* 26. *vol.* 3. *And. Gail. pract. obſer. lib.* 1. *obſerua.* 108. *num.* 11. *Hippoly. de Marſil. in ſing.* 27. *Aym. Crauett. in conſil.* 108. *nu.* 10. *Cardin. Puteus. in deciſ.* 431. *num.* 3. *lib.* 2. *Anto. Auguſtin. in deciſ. Nouiſſim. Roman.* 605. *lib.* 3. *vol.* 3. *Bertaz. in conſ. crimin.* 542. *num.* 24. *vol.* 2. Limita ſecundo ſecus ſi eſſemus ſuper incidenti non tãgente cauſam principalem quia defertur. *Schrader. de feud. parte.* 9. *ſect.* 13. *num.* 48. *vol.* 1.

Sequitur, quod vbi agitur de minutis ſalarijs, & expenſis creditur & ſtatur delationi iuramenti,
41 † de quibus plene *Aym. Crauett. in conſil.* 182. *nu.* 15. *Petr. de Beuintend. in deciſ. Bonon.* 43. *num.* 10. *Ioſeph. Ludo. in deciſ. Lucens.* 42 *num.* 3. *& ſeq. & no uiſſime Vincent. Carroc. in deciſ. ſiue caſu.* 104. *nu.* 9. *vbi alios plures allegat. Daniel. Venatorius in Analyſi Iuris Pontificij. lib.* 2. *titul.* 24. §. *quæ forma.*

Fructus etiam per iuramentum ſuppletorium
42 † probantur, vbi adeſt vnus teſtis de ſcientia, & alij de fama. *Paul. AEmil. Verall. in deciſ.* 31. *lib.* 2. *Iaſon. bene in rep. l. Admonendi. nu.* 311. *ff. de iureiurand. infra hoc titul. num.* 65.

Inſuper in probandis minis non defertur iura-
43 mentum † in ſuppelementum probationis, *vt ſcribit Federic. Scotus in conſil.* 40. *num.* 16. *lib.* 3. *Tomo.* 2.

Ex præallegatis illud iuſurgit, quod cum regulariter in arduis cauſis iuramentum in ſupplemen-
44 tum † probationis minime concedatur, quod, cum cauſa feudalis ſit magnæ importantiæ, & ardua illud in hac ceſſet. *Ludouic. Gozad. in conſil.* 11. *num.* 3. *Iaſon. in l. admonendi. in repet. num.* 231. *ff. de iureiur. Roland. a Valle. in conſil.* 82. *num.* 23. *vol.* 2. *Petr. Rebuff. in l. vnica. num.* 511. *C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt. cũ alijs relatis per Ludolphũ Schraderum de feudis. parte* 9. *ſection.* 13. *num.* 167. *part.* 2. *Ioſephus Cumia in ritibus Siciliæ. cap.* 76. §. *in cauſis. num.* 12. *Surdus in conſil.* 135. *num.* 73. *vol.* 1.

45 Nec etiam in cauſa † matrimoniali iuramentum in ſupplementum conceditur. *Hyppolit. de Marſil. in l. maritus. ſub num.* 14. *ff. de quæſtionib. Iaſon. in rep. dict. l. admonendi. num.* 227. *ff. de iur. Barthol. Socin. regul.* 204. *num.* 78. *Hierony. Grat. in conſ.* 38. *num.* 31. *vol.* 2. *Ioan. Baptiſta Ferrett. in conſil* 363. *num.* 1. *Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg.* 33. *nu.* 113. *Proſpe. Paſeth. in conſil.* 6. *num.* 3. *vol.* 1. *Anton. Scapp. de iure non ſcripto. lib.* 3. *cap.* 52. *num.* 5. *adde fore videndum Franciſc. Marc. in deciſion. Delphin.* 753. *per totam. vol.* 2. *Andr. Gail. Practicar. obſeruat. lib.* 2. *obſeruation.* 94. *num.* 4. 12. *M. Anton. Cucch. Inſtit. Canonic. maior. lib.* 5. *tit.* 5. *nu.* 173. *Nicol. Reuſn. in deciſ. Ienens.* 20. *num.* 23. *lib.* 3. *Surdus in conſ.* 109. *num.* 19. *vol.* 1.

46 Minime etiam illud defertur † in cauſa beneficiali. *Bald. in dicta l. in bonæ fidei. col.* 1. *quem ſequitur Iaſon. in dicta rep. l. admonendi. num.* 30. *Socin. in dicta regul.* 204. *num.* 24. *Seraphin. in dicto priuileg.*
47 33. *num.* 129. Idem dicunt ibidem de cauſa † monachationis, & de cauſa beneficiali *Marſil. in dicta l. maritus. ſub num.* 14. *ff. de quæſt. Anton. Scappus de iure non ſcripto. lib.* 3. *cap.* 52. *nu.* 5.

Declara procedere dictam concluſionem, ſi immediate eſſet quæſtio beneficialis, quia ſi eſſet ſu-
48 per † incidenti cauſæ beneficialis, tunc locus eſſet huic iuramento ſuppletorio, *vt arg. c. ex inſinuatione. extra de proc. voluit idem Iaſon. in rep. dictæ l. admonendi. ſub num.* 30. *in fin.*

49 Quando ſemiplena probatio aliqua † iuris præſumptione elideretur tunc iuramento in ſuppleme tum probationis locus non erit. *Accurſius. in l.* 1. *in verb. non ſic. vbi Bald. num.* 6. *C. qui, & aduerſ. quos quam gloſſam ſequitur, & notabilem dicit Ludouic. Roman. in conſil.* 481. *num.* 11. *Ludouic. Gozadin. in conſil.* 11. *num.* 19. *Octauian. Cacheran. in deci. ſion. Pedemont.* 71. *num.* 3. *Marc. Anton. Natta in conſil.* 279. *num.* 5. *vol.* 2. *& ante idem Natta in conſil.* 199. *num.* 14. *vol.* 1. *Nicola. Boer. in deciſion. Burdegal.* 95. *num.* 7. *Hyppol. de Marſil. in ſingul.* 451. *Barthol. Bertazzol. in conſil. criminal.* 185. *num.* 18. *vol.* 1. *Daniel. Venator. in Analyſ. iuris Pontifi. lib.* 2. *titul.* 24. §. *quæ forma.*

50 Ambobus actore, & reo † petentibus ſibi iuramentum ſuppletorium, paribus exiſtentibus probationibus deferri, reo potius, quam actori cenſuit ex pluribus *Franciſc. Duaren. Anniuerſar. diſputat. lib.* 2. *cap.* 33. & conſuetudine ita ſeruati retulit *Anton. Scappus de iure non ſcripto. lib.* 3. *cap.* 53. *num.* 3.

Andreas Facchineus *controuerſ. iuris lib. primo capitul. decimo octauo.* contra Duarenum ſentit, ſi actor ſemiplene probauerit, reus autem nihil
51 probauerit ad excludendam † actoris intentionem, iſtoque caſu dicit actori potius iuramentum deferendum eſſe. Et hoc primum dictum non deſeruit, cum hoc apud nullum dubitetur. Quando autem pares ſunt probationes, & tam actor, quam reus ſemiplene probauerit, tunc Fachineus dicit, reo potius, quam actori iuramentum deferendum eſſe. *argum. dictæ l. admonendi. & capitul. fin.* §. 1. *de iureiurand.* Et hoc capite verum dicit, & tunc militat

l. fauorabiliores. ff. de regul. iur. Quo in loco Ioannes Ferrarius Montanus inquit, in omnibus itaq; rebus, vbi partium iura sunt in ambiguo, atque
52 etiam † in æquilibrio, reo potius, quam actori fauemus. Qui reus eo casu absoluitur. *Ioan. Petr. Surd. in consil. 135. num. 95. vol. 1. & sic videntur eodem modo intelligenda esse Duareni verba.*

Delationem iuramenti suppletorij etiam post
53 conclusionem † in causa posse peti & concedi, rationibus non leuibus, censuit Salycetus *in l. in bonæ fidei C. de reb. credit. Iacob. Mandell. in consil. 35. num. 8. 9.*

Contrarium tamen, quod post conclusionem
54 concedi, ac deferri non debeat, † *voluit Bartol. in l. admonendi. num. 60. Ludo. Roman. in consil. 255. nu. 5. Robert. Marant. in Specul. Aureo. parte 6. actu. 15. nu. 4. Anton. Capic. in decisio. Neapol. 35. num. 2. Prosp. Carauit. in Ritu. 239. num. 5.* Et hæc communis sententia, *Andr. Gail. Pract. obser. lib. 1. obseruat. 108. num. 2. 3.* Et hanc esse communem obseruantiam tenuit, *Francisc. Marc. in decision. Delph. 454. nume. 2. volum. 2. Ioan. Vincent. de Anna in Singul. 283.*

Declara tamen hanc vltimam opinionem, secus
55 esse, si fuisset petita delatio iuramenti ante † conclusionem. *Maranta in dicto actu. 15. num. 4. Prosper Carauit. in dicto Ritu. 239. num. 5. Iosephus Cumia in Ritibus Siciliæ cap. 39. num. 69. Iacob. Mandell. in consil. 35. num. 8. 9. Anton. Capic. in decis. Neap. 35. nu. 2. D. Ioan. Baptista Costa de facti scient. & ignorant. distinct. 31. num. 4. Centur. 2. Bartol. Bertazol. in consil. crim. 291. num. 26. vol. 2. in consil. 358. nu. 50. eo. vol. 2. Venatorius in Analysi Iuris Pontific. lib. 2. titul. 24. §. quæ forma.*

56 Declara secundo etiam parte non † petente, posse iudicem iuramẽtũ hoc in defectum probationis etiam post conclusionem in causa deferre, vbi æquitas suaserit, maxime si in libello fuerit adiecta clausula salutaris peto ius, & iustitiam ministrari, & ita fuisse in Camera Imperiali prouisum scribit *Andr. Gail practicar. obseruat. lib. 1. obseruat. 108. num. 6. cum seq. & voluit Mascard. de probat. conclus. 954. nu. 47. quem cum alijs sequitur Steph. Gratian. in decis. Marchiæ. 36 nu. 12. 13.*

57 In causa appellationis † posse peti, & concedi hoc iuramentum in supplementum *post Bald. in c. 1. §. item si vasallus. num. 8. de controuers. inuestit. concludit Anton. Capic. in decision. Neapoli. 35. num. 4. quẽ sequitur Andr. Gail. practicar. obseru. lib. 1. obser. 108. nu. 9. adde Vincent. Maxill. in consuetud. Bari. titul. de testib. §. licet viuæ vocis. num. 18. Seraphin. de p. iuileg. iuram. priuileg. 33. num. 104. Ioseph. Mascard. de Probation. conclus. 954. nu. 54. sequitur Stephan. Gratian in decis. Marchiæ. 36. num. 8. Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib. 4. titul. 1. defini. 27. nu. 17. parte 1. Costa de Remedijs Subsidiar. Remed. 97. nu. 10.*

Causæ autem cognitionem, & partis citationem
58 requiri in delatione iuramenti suppletorij † censuit *Bald. in dicto §. Item si vasallus, de contro. inuestitur. arg. text. in l. in bonæ fidei. ibi, causa cognita. C. de reb. cred. Alexand. in consil. 122. nu. 13. vol. 2. Anton. Capic. in dicta decis. Neap. 35. num. 3. Menoch. de arbitrar. iudic. quæst. lib. 2. Centur. 5. casu. 464. nume. 26. 27. Andr. Gail in dicto lib. 1. obseruat. 108. nu. 8. 12. Marian. Senior. in consil. 136. numero octauo. vol. 1.*

Qui probauit in genere mutuum, postea ad probandam quantitatem petere potest vt sibi defera-
59 tur † iuramentum suppletorium. *Alexand. in cons. 103. sub num. 4. vol. 1. Hippolyt. de Marsil. in Singul. 322. Singul. 689. Aymo Crauett. in consil. 189. nu. 9. Cepoll. in Cautel. 208. incip. Aliquis mutuauit. fuit opinio originalis Rayner. de Forliuio in l. 1. ff. de in lit. iur. vt illum refert ibi Deci. nu. 13. & in l. & quæ a Diuo Pio. num. 24. C. de edend. Bartol. in l. admonendi. num. 40. vbi Iason. nu. 202. & Francisc. Purpurat. nu. 263. ff. de iureiur. Deci. in consil. 536. nu. 12. Alex. in consil. 103. sub nu. 4. vol. 1. Hierony. Gratus in consil. 66. nu. 8. vol. 1. Crauett. in consil. 198. nu. 9. Marc. Anton. Natta in consil. 102. num. 2. vol. 1. Ioan. Cephal. in cons. 589. nu. 2. vol. 4. Nicol. Boer. in decis. 339. nu. 4. in fin. Octauian. Cacheran. in decis. Pedemon. 96. num. 3. Seraphin. de Seraphin. Priuilig. 36. Iosephus Ludouic. in decis. Perusin. 100. num. 2. 3. Marc. Anton. Bellon. in decis. Genuens. 119. nu. 4. in decis. 141. nu. 3. & in decis. 208. nu. 2. & dixi supra in titul. de iurament. in litem. nu. 35. vers. contra mutuatarium. de hoc etiam Nouissime Francisc. Viuius in decis. 108. nu. 1. 2.*

60 In remediis possessorijs † defertur etiam iuramentum suppletorium vt scripsit *Bartol. in l. admonendi. num. 55. 56. ff. de iureiurando. Alexand. in consil. 91. num. 2. vol. 5. Deci. in consil. 136. in fin. in consil. 252. col. 2. vers. restat duntaxat. quos retulit, & sequitur Octauian. Cacheran. in decision. Pedemontan. 99. num. 30. Gerard. Mazzoll. in consil. 109. nu. 19. vol. 1.*

Expensarum condemnatio non fit, dum quis
61 ex probatione semiplena, & ob declarationem † iuramenti obtinuerit, *vt post Bald. in Auth. Generaliter. col. 5. C. de episcop. & cleric. quem retulit, & sequitur Iafred. Lanfra. Balbus in decis. 171. incip. Quando actor. & in decis. 334 incip. actor. Lanfranc. de Oriano in cap. Quoniam contra. in verb. expensæ. num. 5. de probat. Marsil. in Singul. 485. Borguin. in decis. Fiuiz. in decis. 15. nu. 32. lib. 1.*

Declara procedere dummodo ille testis, qui productus fuerit, sit omni exceptione maior, alias suc-
62 cumberet, † *vt ex Ioan. Andr. Petro de Anchar. Anton. de Butrio. in c. finem litibus. de dol. & contumac. voluit idem Balbus. in dicta decis. 334.*

Declara secundo, quod si ille, cui delatum est iu
63 ramentum † plusquam semiplene probasset, & aduersarius nihil produxisset tunc posset fieri condemnatio expensarum. *Antonin. Thesaur. in decis. Pedem. 236. quem refert, & sequitur D. Ioan. Baptista Costa. de remed. subsidiar. remed. 97. numero decimo secundo.*

Extraiudicialem confessionem, etiam non gemi-

natam habens, ſi aliud non obſtet, iuramentum in
64 ſupplementum † probationis, ſibi deferri, petere poterit, vt poſt *Bartol. Ripam, Iaſon. & ceteros. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. in bonæ fidei. C. de reb. credit. voluit Anton. Faber. in Codice Fabrian. libr. 4. titul. 14. definit. 25. in fin. & numero 4. parte prima.*

Diximus ſupra hoc eodem titulo, *verſ. fructus etiam. num. 42.* quod fructus probantur iuramen-
65 to. Nunc † intelligenda eſt concluſio, vt non procedat in ſpolio, in quo per probationes teſtium, liquidandos eſſe decreuiſſe Rotam, *refert Cardin. Paleott. in deciſ. Nouiſſima Roman. 597. num. 2. lib. 3. vol. 3.*

ARGVMENTVM.

Iuramentum iudiciale iudice mandante, & parte non recuſante deferri decernitur, quo lis, ſi nullæ aliæ ad ſint probationes, quibus actor fundamentum intentionis ſuæ probare valeret, deciditur, cuius ius atque auctoritas rem iudicatam exuperat. Sed ſi reus conſcientiæ religionem teſtibus, & idoneis probationibus ſupplere poſſit, & velit, audiendus erit, & demum iudicis ſententia ſubſequi debet.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum iudiciale, ſiue Deciſiuum an mandante iudice deferatur?*
2 *Nolle iurare nec iuramentum referre eſt iudicium manifeſtæ confeſſionis.*
3 *Iuramentum Deciſiuum, ſiue iudiciale, ad expediendas lites inuentum.*
4 *Iuramentum deciſiuum, an deferatur vna parte recuſante?*
5 *Forma iuramenti deciſiui, ſiue iudicialis.*
6 *An poſſit hoc iuramẽtum deciſiuum deferri, vbi actor nihil probauit. Declara. num. 7.*
8 *Probare dicitur, qui iurandi conditionem offert.*
9 *Intellectus l. manifeſtæ. ff. de iureiurando.*
10 *Intellectus l. qui accuſare. C. de edend.*
11 *Reus nolens iurare, nec iuramentum referre, quia intendit ſuam intentionem teſtibus probare, audiendus eſt.*
12 *Iuramento deciſiuo, ſiue iudiciali delato, ſubſequi debet iudicis ſententia.*

TITVLVS LV.

De iuramento deciſiuo, ſiue iudiciali.

HOc iuramentum iudiciale dicitur, ac deciſiuum, quod mandãte iudice deferri
1 † decernitur, deficientibus probationibus, quo lis deciditur, de quo agit iuriſconſultus *in l. manifeſtæ. ff. de iureiur.* dicens eſſe
2 turpitudinis, ac confeſſionis manifeſtæ, nolle † iurare, nec iuramentum referre. Et maiorem habere iuramentum authoritatem, quam rem iudicatam. *l. 2. in fin. ff. eo titul.* Maximum enim remedium ad
3 expediendas lites inuentum † iuramentum fuiſſe notatur *in l. 1. ff. eod. tit.*

Non defertur hoc iuramentum parte recuſante, ſed ipſa volente, & iudice mandante, & his duo
4 bus † comitibus illius delationi locus erit, *vt voluit Accurſ. in dicta l. 2. in verb. maiorem. ff. de iureiur.* Vnde in vſu forenſi, pars ſuam intentionem probare non valens, parti dicit, ego iuramento tuo ſtabo,
5 aut mihi iuramentum † referas, alias pro confeſſo habearis. *de quo Andr. de Iſern. in c. 1. §. ſacramentum. in verb. & cum datur. num. 2. de conſuetud. recti feudi. quem refert, & ſequitur Robert. Maranta in Specul. Aureo. actu. 9. num. 4.*

6 Verum vbi actor nihil probaret, non poſſe † iuramentum reo deferri *voluit Specul. in titul. de iuramenti dilation. §. 1. num. 4. verſ. ſi autem actor nihil probet.* ex ea regula, quod cum actor nihil probet, reus ab ſoluendus ſit. *l. Qui accuſare. C. de edend.* Et ideo licite poterit recuſare quem, (licet ipſum non alleget) ſequi videtur *Lud. Roman. in conſil. 108. num. 1.* ibi, ad inſtar iudicis, cui quando nihil conſtat, nihil mandare poteſt, *ex Innocet. in c. ſolet. de ſent. excom. & Speculatorem ſequitur Hyppolit. de Ma ſil. in Singul. 83. incip. in ore vulgi. Bartol. Socin. in regul. 205. num. 2. vbi alios enumerat. M. Anton. Natta in conſil. 35. nu. 1. 2. vol. 1. Socin. Senior. in conſil. 184. vol. 2.*

Contrarium, quod etiam ſi actor nihil probauerit, poſſit † iuramentum deferri facere reo, adducun
7 tur pro hac opinione *tex. in l. tutor. in princip. ff. de iureiur.* Vbi omnibus alijs probationibus deficientibus tutor defert iuſiurandum. Secundo *ex l. fin. 2. reſponſo. C. de fideicommiſſ.* vbi nullus teſtis, nullaque probatio adeſt ex parte actoris, & tamen defertur iuramentum iudiciale, & illud reus ſubire tenetur. Tertio eſt *tex. in l. generaliter. in princ. C. de reb. credit.* Et hanc opinionem fuiſſe originalem Guidonis de Suzaria voluit Albericus de Roſate *in l. admonendi. ff. de iureiur.* & illam comprobat. *Alexand. in dicta l. manifeſtæ. num. 5. Franciſc. Aretin. in cap. 2. de probat. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 95. nu. 5. c. quam dicit, vidiſſe in practica obſeruari Alberic. in dicta l. admonendi. Idem Alexand. in conſ.*

128. *incipient. Ponderatis narratis. col. 2. verſ. Et dato quod dictus Nicolaus. vol. 2.* & optime hanc opinionem tutatur *Stephan. Forcatulus in Neciomātia Dialogo. 54. num. 4. dicens, non obſtare. l. qui accuſare.* Quia probare dicitur, qui iurandi conditionem
8 † offert, vel iurare paratus eſt. *l. eum qui. ff. de iureiur. l. cum de indebito. §. in omnibus. ff. de probat. l. fin. C. de fideicom. Hinc text. in dicta l. qui accuſare.* non
9 habere locum † aduerſus dictam *l. manifeſtæ. voluit Aym. Crauett. in conſil. 207. num. 4.* dicens actore nihil probante locum eſſe dicto iuramento. Et vltra allegata per Forcatulum ad probandum quod iura
10 mentum ſit probatio † *eſt text. in l. ſed, & ſi poſſeſſori. ff. de iureiuran.* ibi, perinde haberi, quod iuratum eſt, ac ſi probatum eſſet. *& text. in l. fin. §. licentia. C. de iure deliber.* ibi per ſacramentum illius, ſi aliæ probationes deficiant. Hanc opinionem communem dicit Ripa *in l. admonendi. num. 65. & Gulielmus Benedi in rep. c. Raynutius. in verb. ſi abſque liberis. ll 2. in materia ſubſtitutionis fideicommiſſariæ. num. 161. de teſtam. Suarez in l. 4. Fori. titul. de las. iuras. num. 5. verſ. hanc concluſionem. lib. 2. Hierony. Cæuallos practicar. opin. communium contra communem. q. 305. ſub num. 3. verſi. ſed contrariam.* Et iſta opinio eſt communior, & ſequenda, ex quo ſi bene conſiderentur, quæ afferuntur pro contraria opinione, loquuntur de iuramento neceſſario, ſiue ſuppletorio, & ſecundum hanc opinionem fuit etiam determinatum per Senatum Pedemontanū, *vt per Octauia. Cacheran. in deciſ. Pedemontan. 97. num. 9. & ſeq. quam opinionem vti probabiliorem, & communiorem eſſe ſequendam ſcribit Iaſ. in dicta. l. admonendi. num 71.* dicens, omnia in contrarium allegata procedere in iuramento ſuppletorio, vel in iuramēto purgationis, neceſsario, & ita reſideo, Quam tenuit *Robert. Maranta in dicto Specul. Aureo. parte 2. actu. 9. nu. 4.*

Declaranda tamen eſt ſupradicta cōcluſio, quod quando reus nec iurare vellet, nec iuramentum referre, quia per teſtes forte ſuam intentionem pro-
11 bare offerret, quia tunc † abſque dubio audiendus foret, poſt Bartol. quem refert, *voluit Iaſ. in dicta l. manifeſtæ. num. 3. verſ. tertio quæro. Nicol. Boer. in deciſ. 95. nu. 1. ſupra allegata. Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedemontan. 11. nu. 1. 2.*

12 Declaranda ſecundo eſt, quod delato † iuramēto, debet ſubſequi iudicis ſententia. *arg. l. eius, qui delatorem. in princip. ff. de iur. Fiſci. & aliorum iuriū voluit Alex. in dicto conſ. 128. col. vltima. verſ. præterea ille qui ſine. vol. 2.*

ARGVMENTVM.

Vſus iuramenti perhorreſcentiæ propter aduerſarij potentiam fuit introductus, non vt annulletur, ſed potius corroboretur iudicium, & maxime in Regno Neapolitano frequentatur. Conceditur pupillis, & viduis, ſiue ſint diuites, ſiue pauperes, vel honeſtæ, vel inhoneſtæ, inopibus vnde viuant non habentibus, infirmis, leproſis, ſenibus, peregrinis, cæcis, mutilatis membris, agricolis, Iudæis, captiuis, Scholaribus, ciuitatibus, mercatoribus, eccleſiæ, conſortibus litis miſerabilium perſonarum, mulieri virum remigem, vel alias inutilem habenti, virgini, ceſſionario, aut ceſſionariæ tam ex cauſa lucratiua, quam oneroſa, modo ceſſio non ſit facta in fraudem, & toti vniuerſitati. Præſtatur per tutorem, ſi pupillus ad iurandum eſt inhabilis, & procuratorem ſpeciale vel cum libera mandatum habentem, in quacunque iudicij parte, & etiam in cauſis criminalibus. Si iudiciū cum pupillo, vel vidua cœptum fuerit, & hæc poſtmodum nupſerit, vel ille adoleverit, nihilominus ad finem vſque durat, nec probatio in contrarium alicui denegatur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum perhorreſcentiæ ex Innocentiana quomodo deferatur.*
2 *Iuramenti perhorreſcentiæ non fit mentio in l. vnica. C. quand. Imp. inter pupill. & viduas.*
3 *Iuramenti perhorreſcentiæ fit mentio in Conſt. Regni Neapolitani. incip. Statuimus, vt magnæ. Federici Secundi Imperatoris.*
4 *Iuramenti perhorreſcentiæ meminerunt Iura Canonica.*
5 *Priuilegium eligendi forum, ex iure Codicis, & Conſtitutionis Regni Neapolitani competit miſerabilibus perſonis.*
6 *Intellectus Conſt. Regni. Statuimus, vt magnæ.*
7 *Pupilli, an dicantur perſonæ miſerabiles. num. 9. 10. 11. 30.*
8 *Viduæ an dicantur perſonæ miſerabiles. num. 9. 10. 11. 30.*
9 *Diuitibus pupillis, & viduis, priuilegium electionis fori an competat.*
12 *Viduæ meretrices, vel in honeſtam vitam ducentes, an hoc priuilegio electionis fori gaudeant? numero 13.*
13 *Meretrices, quæ dicantur? & an dicantur perſonæ miſerabiles? num. 14. 15.*
19 *Pupillus quis dicatur? quę vidua.*
17 *Pauper non habens vnde viuat? an fori eligendi priuilegio tueatur. num. 18. 19. 21.*
20 *Pauperi infirmo an ſalarium debeatur.*

22 *Infirmi, & leproſi, an priuilegium eligendi forum habeant? num.* 23.
24 *Senes, an vt miſerabiles electionis fori priuilegium habeant? num.* 25. 26.
25 *Senes qua ætate dicantur.*
26 *Senectus, & infirmitas fraternizant.*
27 *Peregrini, cæci, membris mutilati, agricolæ, Iudæi, captiui, Scholares, ciuitates, & mercatores, an eligendi forum priuilegio gaudeant.*
28 *Eccleſia num electionis fori priuilegio tueatur? numero* 29.
30 *Pupillus cepto in ætate minori, & vidua cepto in viduitate iudicio, factus adultus, & nupta, priuilegium an habeant.*
31 *Conſortes pupillorum, viduarum, vel aliarum perſonarum miſerabilium, an eodem priuilegio eligendi forum gaudeant? num.* 32. *Declara. numero* 33. 34.
34 *Cauſæ diuiſibiles quæ ſint.*
35 *Mulier habens virum, ſed remigem, an fori electionem habeat.*
36 *Perſonæ miſerabiles gaudent fori electione, & ſi iudicium cœptum ſit coram ordinario iudice.*
37 *Perſonæ miſerabiles, gaudent electione fori, quamquam Barones, & domini habeant iuriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum derogantem omnibus priuilegijs.*
38 *Miſerabiles perſonæ etiam in criminalibus cauſis habent fori electionem.*
39 *Ceſſionarius, vel ceſſionaria ex cauſa lucratiua, vel oneroſa, an habeant fori electionem? num.* 40.
41 *Miſerabilis perſona contra alias miſerabilem, an vtatur priuilegio electionis fori? num.* 42.
43 *Priuilegium electionis fori miſerabilibus perſonis datur ad ſuperiores ordinarios.*
44 *Contra iurantem perhorreſcentiam, an admittatur probatio in contrarium. num.* 45.
46 *Per Innocentianam perhorreſcentia allegari poteſt in quacunque iudicij parte.*
47 *Virgini an hoc priuilegium eligendi forum per perhorreſcentiam competat.*
48 *Iuramentum perhorreſcentiæ non præſtatur per pupillum, non valentem iurare, ſed per tutorem, vel procuratorem cum libera, aut habentem ſpeciale mandatum.*
49 *Miſerabilibus perſonis ſufficit recuſare iudicem, & competens forum eligere, quia ſi proſequitur omnia acta ſunt nulla.*
50 *Quod non poſſit proſequi, vel conſequi iuſtitiam in partibus, iuramento perhorreſcentiæ probatur. Declara. num.* 51. 52.
53 *Barones habentes in uaſallos priuilegium derogans l. unicæ. C. quando Imper. non poſſunt in illorum uaſallorum præiudicium priuilegio renunciare, vt illi extra patriam ſumptibus uexentur. num.* 54.

TITVLVS LVI.

De iuramento perhorreſcentiæ, quando Imperator inter pupillos, & viduas, vel miſerabiles perſonas cognoſcat.

HVius iuramenti perhorreſcentiæ vſus ex Innocentiana introductus fuit, & deferri illud non ad actus annullationem, ſed
1 †ad roborandum iudicium tradidit *Cardinal. Puteus in deciſion.* 34 *numero primo, libr. tertio.*

2 Verum de hoc iuramento nulla fit mentio † *in l. vnica. C. Quando Imper. inter pupil. & viduas.* ſed tantum in Conſtitutionibus huius Regni Neapo-
3 litani, de illo meminit Imperator † Federicus *in Conſtit. Statuimus vt magnæ. & ibi Matthæ. de Afflict. num.* 26. Et habetur de iure Canonico *in c. ſtatutum. §. cum vero. de Reſcript. in* 6. & vtroque in lo-
4 co perhorreſcentia † allegatur ob aduerſarij potentiam, ac vtroque modo allegatur iure iurando inter cedente. *Vincen. de Franch. in deciſ. Neapol.* 257. *per totam.*

Priuilegium hoc declinandi forum, tam vigore dictæ *l. vnicæ.* Tum etiam in hoc Regno, vigore di-
5 ctæ † *Conſt. Statuimus.* competit miſerabilibus perſonis. Sed conſiderandum eſt, quod in eadem *l. vnica.* enumerantur aliquæ perſonæ, & ipſis relatis, dicit de alijs miſerabilibus. Federicus Imperator nullam enumerat perſonam, ſed dicit tantum concede-
6 re hoc priuilegium † perſonis miſerabilibus. Ideo prius perſonas remiſſiue declarabimus, & poſtmodum ad materiam ſubiiciemus Doctorum Deciſionantium occaſione tributa.

7 Pupillorum perſonæ expreſſæ † ſunt, *& in Rubr. & in dicta l. vnica. C. Quando Imperat. inter pupill. & Gloſs. Andr. de Iſern.* Matth. *de Afflict. Lallus de Tuſcia in dicta Conſt. Statuimus. Vbi etiam Petr. Foller. num.* 17. *Matth de Afflict. in deciſ. Neap.* 257. *num.* 1. *Proſper Caraui. in Ritu.* 233. *nu.* 5. *Vincent. de Franch. in deciſ. Neapol.* 100. *nu.* 1. 16. *& alij quos allegauit in commentar. de Regis Catholici præſtantia cap.* 62. *num.* 56. 57. *Nunc addo Antonin. Theſaur. in deciſ. Pedemon.* 177. *nu.* 1. *Cornelium Benincas. de Priuileg. paupertatis. q.* 4. *num.* 12. *Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. libr.* 2. *Centur.* 1. *caſu.* 66. *in addit. noua. num.* 5. *Thom. Grammat. in deciſ. Neap.* 20. *per totam.*

8 Viduam habere idem priuilegium † adeũdi Principis forum etiam Rubrica, & textus *in dicta l. vnica.* declarat, & ibidem Doctores *Iſernia. Afflic. Lallus, & Foller. in dicta Conſt. Statuimus, vt magnæ. Guido Papæ in deciſ. Delphin.* 566. *& in Senatu Parienſ. ita deciſum refert Steph. Aufrer. in Stylo Parlamenti. titul. de Minorib. §. fin. parte* 1. *quem refert, & ſequitur Petr. Rebuff. ad Conſtitut. Galliæ. titul. de*

ſer-

ſentent. præiudicialib. ſiue prouiſionalib. articul. 3. gloſ. vltim. verſ. Item aliæ perſonæ. & verſ. ſecundo quia cauſa iſtarum. Tomo. 1. Thomas Grammat. in deciſ. Neap. 20. per totam. D. Alexander Raudenſ. in deciſ. Piſan 46 nu. 2. D. Garſias Maſtrill. in deciſ. Siciliæ. 127. nu. 1.

9 Declarant aliqui ſupradictum † priuilegium nõ competere pupillis, & viduis diuitibus, ſed ſi pauperes ſint, & honeſte viuant, vt in ſpecie de viduis, *poſt Felin. in c. ſignificantibus. de offic. delegat. voluit Petr. Rebuff. in dicta Gloſſ. vltima. col. 1. verſ. Prouidere etiam. vſque ad verſ. Secundo. Orphani. Dixerat antea Specul. in titul. de inſtr. edit. §. nunc vero. verſ. quod inter relicta. Andre. de Iſern. in Conſt. Lege præſenti. colum. 2. vbi etiam Afflict ſub numero 3. Cornel. Benincaſ. de Priuileg. Paupertatis. quæſt. 4. numero 12.*

Contrarium tamen, quod & ſi pupilli, ac viduæ,
10 ſint diuites, debeant priuilegio gaudere, † tenuerunt *Didac. pract. quæſtion. cap. 7. & alij, quos refert & ſequitur Vincent. de Franch. in dicta deciſ. Neap. 100. nu. 18. 19. ante eum plene Carauita in Ritu 19. per totum.* Et in hoc non credo poſſe difficultatem allegari, quia textus *in dicta l. vnica.* nullam facit mentionem de pupillis, & viduis diuitibus, ſed
11 † tantum ſufficit, quod ſint pupilli, & viduæ, & poſt Nattam *in conſ. 590. vol. 3. voluit Menoch. in loco allegato. num. 9. 17. quod antea dixerunt Ioſeph. Cumia in ritib. Siciliæ. cap. 82. num. 12. Andr. Gail. practic. obſeruat. lib. 1. obſer. 1. num. 40. Antonin. Theſſaur. in deciſ. Pedem. 177. num. 3. Matth. de Afflict. in deciſ. 257. num. 2. Gaſpar Anton. Theſsaur. ad dictam deciſ. 177. patris.*

Quo vero ad illud quod Doctores dubitant, an
12 vidua, meretrix, vel quę inhoneſtam † vitam ducit, eodem modo gaudeat priuilegio *in dicta l. unica. & in dicta. Conſt. ſtatuimus.* quo ad inhoneſtatem, nulla fit mentio, arbitror, illis etiam competere priuilegium, cum perſonæ nullæ miſerabiliores iudicandæ ſint, quam illæ, quæ meretrices ſunt, vendũt
13 enim ſui corporis † quæſtum, quo nihil dici poteſt, & miſerius, & miſerabilius, & ideo meretrices miſerabiles appellauit *Matth. de Afflict. in Conſt. omnes.* noſtri regiminis. Et idcirco magnifaciendum non eſt, quod aliqui dicunt, quod & ſi vidua inhoneſta non gaudeat hoc priuilegio, viduis conceſſo, tamen gaudeat tanquam miſerabilis perſona, quia hoc argumentum contra eos in forma locum ſibi obtine-
14 ret. Perſona miſerabilis habet priuilegium: † ſed meretrix dicitur perſona miſerabilis. ergo meretrix gaudet priuilegio. Maior patet, & probatur tam *in dicta l. vnica.* & in Regno per dictam *Conſt. Statuimus, ut magnæ.* Minor probatur per eos, cum illas
15 dicunt † miſerabiles. Ergo ſequitur concluſio. Quinimo, & dicunt, illos cõfundit, quia non ex quo ſit vidua, dicũtur priuilegiũ amittere cũ illud, ob inhoneſtam vitam amiſerit, ſed quia miſerabilis, verum hanc miſerabilitatem cauſat illi turpis vitæ conſuetudo, ergo vita inhoneſta, & turpis tanto magis illi auget priuilegium. Et hoc tenuit *Annib. Troyſius in prag. cum dilationum. num. 32. titul. de ordin. iudic. Proſper Carauita. in Ritu. 9. num. 8. Vincent. de Franch. in deciſ. Neap. 233. in fin.*

16 Quis autem dicatur pupillus, quæue † vidua, non eſt hic congruus locus, cum hoc tractent *Couar. practic. quæſt. cap. 6. nu. 2. Rebuff. in loco allegato. & Iacob. Menoch. in dicto caſu. 66.* & dixi obſeruationum ad iura Regni Neapolitani, *lib. 1. obſeruat. 39.*

De paupere, & inope non habente vnde viuat, quod ei priuilegium eligendi hunc forum, cum ſint
17 miſerabiles, † tenuere. *Anton. de Eutr. in dicto c. ſignificantibus. num. 22. Petr. Bellugain loco allegato. ſub num. 10. Didac. in dicto cap. 6. num. 5. uerſ. ſecundus. Marc. Anton. Natta in dicto conſil. 590. num. 7. uolum. 3. Annib. Troyſius in Ritu. 290. num. 8. Caranita in Ritu. 233. num. 3. Theſsaur. in decis. Pedem. 177. num. 1. Cornel. Benincaſ. de priuilegijs pauperta tis. q. 5. nu. 41. & 51.* vbi dicit, pauperum cauſas, dici
18 miſerabilium perſonarum, & eis † competere priui legia miſerabilium, ac piarum cauſarum.

19 Quod declarant aliqui non habere locum † in pauperibus, qui ſua culpa ad inopiam ſunt redacti, exiſtimant enim pauperũ priuilegijs hos non gaudere, *vt ex Florian. de Sancto Petro. in l. arboribus. §. de illo. ff. de vſufruct. dicit Paris de Puteo in tract. Syndicat. in verb. rex conceſſit. num. 3.* dum dicit offi
20 ciali infirmo ſalarium deberi, ſi in morbum † ſua culpa non incidit.

Contrarium tamen quod etiam lapſis in pau-
21 pertatem, propria culpa ſubuenitur, *ex Ioan.* † *And. & Io. de Imol. in c. quæ in eccleſiarũ. de Conſt. voluit Franciſc. Viui. in deciſ. 268. num. 8. quem ſequitur Thomas Actius in tract. de infirmitate. parte 1. cap. 36. nu. 5. 6. Faciunt ſcripta per Marc. Anton. de Amatis. in deciſ. Marchiæ. 62. num. 7. & per totam.*

Eodem modo reſponderi de infirmis, & leproſis
22 † poteſt, vt ipſi miſerabiles dicantur, & priuilegio electionis fori principis potiri poſſint. *Azo in ſumma. C. quãdo Imperat. inter pupill. & vidu. nu. 7. quẽ ſequitur Andr. de Iſern. in dicta Conſt. ſtatuimus, vt magnæ. col. 3. verſ. Item qui ſunt miſerabiles. Franciſc. Viuius in deciſ. 65. numero 4. & ſcribit nouiſſime Thom. Actius. de infirmitat. & eius priuilegijs. cap. 13. per totum. parte 1.*

23 Declara tamen leuem infirmitatem, nec diu † duraturam priuilegium minime ſuffragari. *l. 1. §. proin de. ff. de ædil. edict. l. quæſitum. ff. de iudic. Bonifaci. de Vitalinis. in tract. maleficiorum. titul. de nuncij relatione. num. 48.*

24 Senes eodem vti electionis fori priuilegio † volunt nonnulli, cum, & ipſi miſerabilium perſonarum appellatione cõtineantur, *vt ex Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 25. num. 1. & Petro Rebuffo ad Conſtitut. Regias. titul. de ſententi. prouiſionalib. articulo. 3. Gloſs. fin. verſ. dicitur ſenes. voluit Iacob. Menoch. in dicto caſu. 66. num. 26.*

Senes autem dicuntur ab anno ſexageſimo, vt
25 ſcribit *Abb. Panor. in c. quoniam* † *frequenter. num. 28. verſic. ego. extra. vt lite non conteſtat.* faciunt notata per Franciſcum Herculanum, *in tract. de cautionibus.*

tion. de non offend. cap. 47. num. 32. Et dubium non eſt, ſenectutem eſſe debilitatem, & ſenes debiles eſſe. *Felin. in dicto c. quoniam frequenter. col. penult. Ludouic Gomez. in Regul. Cancellar. de infirmis. q. 7. in fin.* Nec mirum, quia ſenectus, & infirmitas fra-
26 ternizant, † idcirco morbo æquiparari ſenectam ſcribit *Io. Neuizan. in Sylua Nuptiali. lib. 2. ſub nu.* 4. Et quanquam, qui proprie dicantur ſenes, vt hoc priuilegio gaudeant, arbitrio iudicis remittendum fore contendat *Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. lib. 2. Centur. 1. caſu. 59. & Centur. 4. caſu. 315. Idem Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 46. num. 12. 26. quæ alias ſcripſi lib. 1. obſeruat. ad iur. Regni Neapol. obſeruation.* 47. vbi dixi opinionem meam, qualiter ſit declaranda, & limitanda hæc opinio.

27 Ponunt ſcriptores hoc priuilegio † gaudere Peregrinos, Cæcos, membris mutilatos, Agricolas, Iudæos, Captiuos, Scholares, Ciuitates, Mercatores, *ex Anto. Butr. in dicto. c. ſignificãtibus. Belluga. in dicta rub. 23. Rebuffo in dicta gloſſ. vltim. Afflict. in dicta Conſtit. Statuimus. num. 16. 19. 25. Carauit. in Ritu. 233. Viuio. in deciſion. 65. num. 5. Antonino Theſſauro. in dicta deciſion. Pedemont.* 177. Qui ſi omnes gaudebunt hoc priuilegio, pauci remanerent, qui hodie iſto priuilegio non gauderent. De quo ample *Menoch. in dicto caſu. 66. per totũ.* Quod nunc diſcutere omitto.

28 Eccleſiam hoc priuilegio frui dictæ *l. vnicæ.* † voluerunt *Andr. de Iſer. in dicta Conſt. ſtatuimus, vt magnæ. num. 3. Afflict. num. 16. idem Afflict. in deciſion. Neapolitan. 257. num. 2. 3. Anton. Capic. in deciſion. Neapolitan. 160. Antonin. Theſſaur. in deciſion. Pedemont. 117. num. 1. Carauit. in Ritu. 117. nu. 1. in fin.*

29 Contrarium tenuit *Didac.* † *Couar. pract. quæſt. cap. 6. num. 5. verſic. Verum de eccleſia.* cuius eccleſiæ ſunt ampliora priuilegia, non tamen, vt Couarruuias, & alij dicunt, comprehendi in perſonis enumeratis *in dicta l. vnica.*

Priuilegium iſtud eligendi forum principis, ſpe
30 ctare † ad pupillum cœpto in minori ætate iudicio & ſi interim adultus fieret, ſic etiam ſi cœpta lite a vidua, ſi poſtea nubat, apud eundem principis iudicem cauſam tractari debere, *ita dicit Antoninus Theſſaurus in deciſion. Pedemontan.* 177. *numero.* 4. *vbi allegat Proſperum Carauitam in Ritu. 233. quæſt. quarta,* quia & ſi in libro loco allegato dicat id ſcribere *in Ritu.* 219. nihilominus fuit impreſſorum errore, cum dicat Theſſaur. veritatem, dum allegat Carauitam *in dicta quæſt. quarta,* quem non opus erat pungi a Menochio, qui, & ipſe allegat huius opinionis eſſe *Vincent. de Franch. in dicta deciſion.* 257. *in fin.* vbi tandem nihil concludit. Sicuti contrarium in loco allegato tenuit Carauita. Nihilominus ſecundum opinionem patris in facti contingentia fuiſſe deciſum in Senatu Sabaudiæ retulit Gaſpar Antonius Theſſaurus, *ad deciſion. patris allegatam.* 177. *in ſecunda poſtilla.*

Notandum eſt hoc priuilegio electionis fori
31 † gaudere etiam conſortes litis qui cauſam in ſimul cum pupillo, vidua, aliaue miſerabili perſona haberent, ne cauſæ continentia diuidatur, pluresue, & diuerſæ ſententiæ naſcantur. *argum. l. præcipimus. verſ. eodem obſeruand. C. de appellat. voluit Alexand. in conſil.* 127. *col. quarta. verſ. & iudicio meo. volum. quarto,* dum dicit, quod cum in ſocietate Strazarolorum ſint pupilli, minores,
32 pauperes, infirmi, & multæ † miſerabiles perſonæ, illarum reſpectu tota vniuerſitas gaudere debet beneficio dictis perſonis miſerabilibus cõ ceſſo. *Hieronym. Cagnol. in l. 1. num. vigeſimo quarto ff. de iuriſd. omn. iudic. Marc. Anton. Natta in conſil.* 590. *num. decimo ſexto. volum. tertio. Ioſephus Cumia in Ritibus Siciliæ. capitul.* 82. *num.* 15. *Antonin. Theſſaur. in deciſion. Pedemontan.* 177. *num. quinto. Menoch. in dicto caſu* 66. *num. decimo ſeptimo.*

Declara tamen ſupradictam concluſionem, &
33 deciſionem procedere, quando ſumus † in cauſa indiuidua, ſecus autem ſi eſſet diuidua, *vt dicit Accur. in l. vnica. C. ſi in vna eademq; cauſa. in verb. patrocinari. & voluit Ioſephus Cumia in dicto cap.*
34 82. *num.* 15. *in fin.* quæ cauſæ † diuiſibiles, quæue indiuiſibiles ſint, plene *poſt Cardinal. Paris. in conſil.* 12. *num.* 73. 74. *vol.* 2. *Oddum de reſtit. in integr. quæſt. quadrageſima ſexta, articul. quinto, par.* 1. *Franciſ. & Caldas de Pereyra in l. ſi curatorem habens. in verb. vel aduerſarii dolo. numero trigeſimo primo, cum pluribus ſeqq. C. de in integr. reſtit. voluit eruditiſſimus Ioan. Baptiſta Coſta in tract. de portione ratæ. quæſt.* 122. *numero decimo primo.*

35 Gaudet etiam mulier, quæ virum quidem † habet, verum remigem, damnatum ad remigandum, & ſibi inutilem, nam ſicuti gaudet priuilegio aſſecurationis dotis, quinimmo, etiam repetitionis, eodem modo, & fori. *Didac. practicar. quæſtion. capitul ſeptimo faciunt, quæ dicit Ludo. Roman. in conſil.* 187. *in fin.* Hanc concluſionem formant ex gloſſa. *in l. ſi. in verb. Orbitates. C. Ad legem Flau. de plag. ex Ioan. de Platea. in §. eſt inter. colum. prima. Inſt. de pub. iudic. &* Andr. Barbat. *in dicto. capitul. Significantibus. in princ. quos ſequitur Ioan. Lopez de Palatios Rubios in rep. capitul. per veſtras §. primo. Notabil. ſecundo. numero* 12. 13. *de donat. int. vir. & vx.* Faciunt quæ ſcribit. *Andr. Tiraquell. de legib. connub. l. 6. numero* 12. *Petr. Rebuff. ad Conſtit. Galliæ. titul. de ſentent. prouiſion. Articul. tertio gloſſ. fin. colum prima. verſic. Item vidua vocatur. Proſp. Carauit. in Ritu.* 19. *numero* 22. *Vincent. de Franch. in deciſ. Neap.* 100. *nu.* 18.

36 Hanc fori electionem habent † dictæ perſonæ miſerabiles, etiam ſi corã ordinario iudice cęptum iudicium foret, quia illo omiſſo ad Principis forum conuolare poterunt, & in his ceſſat diſpoſitio *l. vbi cœptum. ff. de iudic. Barthol. Socin. in conſil. nonageſimo quarto. numero tertio. volum. 3. Ioan. Neuizan. in Sylua Nuptial. lib. 6. numero* 38. *Afflict.*

in Constit. statuimus.num. 25. *Natta in consil.* 590. *num.* 15. *vol.* 3 *& Vincent. de Frāch. in decision. Neapolitan.* 100. *in fin. Theſſaur. in dicta decision. Pedemontan.* 177. *num.* 6. *Carauit. in Ritu.* 233. *num.* 9. Et in Regno iſto Neapolitano hoc ordinario iure vtimur. Et ita ſeruatum, ac deciſum fuiſſe ſeruata opinione Afflicti, & Neuizani in anno 1590. in Senatu Sabaudo refert Gaſpar Antonius Theſſaurus ad Deciſionem patris 177. *ad num.* 6.

37 Procedit inſuper hoc † eligendi fori priuilegium non obſtante, quod Barones, vel Domini aliqui habeant amplum priuilegium iuriſdictionis, & cognitionis primarum, & ſecundarum cauſarum, cum clauſula derogatoria quorumcumque priuilegiorum, quia per eas derogatum non dicitur priuilegio miſerabilium perſonarum niſi de eo fiat ſpecialis derogatio, *vt poſt Cyn. & Bald. in dicta l. vnica. C. quand. Imperat. voluit Ludouic. Roman. in conſil.* 436. *num.* 20. 21. *Deci. in conſil.* 165. *num.* 5. *Thom. Grammat. in deciſion. Neapolitan.* 20. *num.* 45. *Theſſaur. in dicta deciſion.* 177. *num.* 9. *vbi Gaſpar. Anto. Theſſaur. filius. dicit*, ita in illo Senatu iudicatum in anno 1591. in cauſa Salutiarum. Aliam ſimilem deciſionem factam in Sacro Conſilio Neapolitano retulit Fabius de Anna ad allegationem Ioannis Vincentij de Anna patris 148. quorum cum alijs memini in commentarijs de Regis Catholici præſtantia, *cap.* 62. *num.* 59. quæ ibi videri poterunt, *Vincentius de Franchis in deciſ. Neapolit.* 192 *nu.* 2. *Adde D. Garſiam Maſtrill. in deciſion.* 127. *num.* 14. 15. *& plures allegans Petr. Foller. in dicta Conſt. Statuimus. num.* 20.

38 Et in cauſis etiam criminalibus priuilegio † electionis fori poſſe pupillos, viduas, miſerabileſque perſonas vti, dixit Afflictus *in Conſt. Statuimus, vt magnæ. num.* 17. & poſt eundem Afflictum, Alfanum, Capicium, Troyſium, & Ioannem Antonium Nigrum dixi ad Bellugam in Speculo Principum, *rub.* 38 *in verb. in cauſis.* præſertim ex Regni Neapolitani iuribus. *Plene Foller. in dicta Conſt. Statuimus, num.* 69. *vſque ad num.* 74.

Ceſſionarius etiam, vel ceſſionaria, tam ex cauſa
39 † lucratiua, quam ex cauſa oneroſa, vtitur priuilegio electionis fori, *vt poſt Afflict. in Conſt. Statuimus. num.* 18. *& Carauitam in Ritu.* 228. *nu.* 7. *cum pluribus ſeqq. Ioſeph. Cumia in Ritu Siciliæ. cap.* 82. *ſub num.* 16. *Menoch. in dicto caſu.* 66. *num.* 43.

40 Declara procedere, dum tamen † ea ceſſio non ſit facta in perſonam miſerabilem in fraudem, vel ſimulate, de quibus ſimulationibus idem Carauita *in dicto Ritu.* 228. *num.* 7. *cum ſeqq. & Cumia in dicto cap.* 82. *num.* 17. *cum pluribus ſeqq.* & debere fieri in eleemoſynam ob piam cauſam, amore DEI, vt concludit Foller. in dicta Conſt. ſtatuimus. nume. 78.

Non vtuntur priuilegio declinandi, perſonæ
41 † miſerabiles contra aliam miſerabilem, puta pupillus contra viduam, vel e contra quia tunc cauſa tractabitur coram iudice ordinario. *Matth. de Afflict. in dicta Conſtit. Statuimus, vt magnæ. num.* 14. *Couar. in dicto. cap.* 7. *num.* 4. *verſ. Quintus deducitur. Vincent. de Franch. in deciſion. Neapolitan.* 188.

42 Supradicta concluſio recipit nonnullas † limitationes, & declarationes, de quibus, (ſi DEO placet) dicam in titulo de priuilegijs. Interim videri poteſt plene *Sforzia Oddus de reſtitution. in integrum. q.* 18. *articul.* 4. *num.* 31. *cum pluribus ſeqq. Anton. Faber. in Codic. Fabrian. lib.* 3. *tit.* 13. *defin.* 1. *nu.* 3 *in alleg. parte.* 1.

Nec etiam priuilegio eligendi forum vti poſsūt
43 hæ perſonæ, ſi elige rent alios † ſupremos iudices, quam Regios ordinarios, & competentes, puta exempli cauſa, pro feudali cauſa, vellent adire iudices principis ſupremos, non autem illos, quibus ſpectat cognitio feudi, *vt voluit Bald. in c. imperialē. §. præterea. il tertio. de prohibit. feud. alien. per Federic. & dixi in Commentarijs. de Regis Catholici præſtantia. cap.* 62. *num.* 58. *Cæſar Vrſil. in deciſion.* 257. *in fin. Allegaui vbi ſupra. Paridem de Puteo de redintegrat. feudor. cap.* 198. *incip. an citatus. num.* 44.

44 Probationem in contrarium admitti † petentis, ac iurantis perhorreſcentiam, vt poſt Collectarium, & Ioannem Andream voluit Cappella Tholoſana *in deciſion.* 236. *incip. Item quidam Bononienſis. & ibidem Stephan. Aufrer. in Apoſtill.*

45 Contrarium tamen quod non † admittatur probatio in contrarium, *tenuit Rota in Antiquis. in deciſion.* 79. *incip. Nota quod vbi.* Vbi dicit, quod creditur iuramento, probatione in contrarium non admiſſa. *arg. dicti cap. ſtatutum. de reſcript. in* 6. *eadem Rota in Nouis in deciſion.* 42. *incip.* Et huic opinioni adhæret. *Petr. Foller. in dicta Conſt. Statuimus. num.* 119. Vbi dicit, nunquam vidiſſe talem probationem in contrarium afferri, prout nec ego unquam vidi, vel audiui, quia cum perhorreſcentia, & timor ſit in animo, nil valeret probatio aduerſus ea, quæ in animo conſiſtunt, cū ſolus DEVS ſit ſcrutator cordium, bene admitteretur probatio in contrarium, puta quem non eſſe pupillum, non eſſe viduam, vel quid ſimile. Quod & tenuit *Vincent. de Franchis in deciſion. Neapolit.* 257. *ſub nu.* 6.

46 In quacunque autem iudicij parte † perhorreſcentiæ iuramentum præſtari poſſe per Innocentiam, licet antea in initio præſtari debuiſſe ſcribit. *Gulielm. Caſſador. in deci. Vnica. nu.* 3. *tit. de iureiur. Ioan. Paul. Tholomæus in deciſio. Nouiſſ. Rom.* 1044. *lib.* 2. *vol.* 3.

Priuilegium hoc variandi, & eligendi forum præ
47 ſertim in † hoc Regno Neapolitano, & Siculo vltetiori. Virgini competere *voluit Andr. de Iſern in dicta Conſt. Statuimus. & ibi Afflict. Franciſc. Viui. in deciſ.* 65. *num.* 5. *Vincent. de Franch. in deciſ. Neapolitan.* 100. *poſt hos, & Cumiam in Ritibus Siciliæ. capitul.* 38. *num.* 460. *voluit. D. Garſias Maſtrill. in deciſion. Siciliæ.* 127. *numero octauo. de Virginibus. Plura Ioan. Papon. in præcepto. Non mœchaberis. lib. primo. ſub verſ. vigeſimo. & plene Marquard. de Suſannis. de Calibatu ſacerdotum*

tum non abrogando. parte prima. capitul. nono. per totum.

Iuramentum perhorreſcentiæ non præſtatur
48 † per pupillum non valentem iurare, ſed per eius tutorem, & per procuratorem habentem vel ſpecia le mandatum, vel cum libera habentem poteſtatē. *Matth. de Afflict. in dicta Conſtit. Statuimus vt magnæ. nu. 37. Vincent. de Franchis in deciſ. Neap. 257. ſub num. 6. Gulielm. Caſſador. in deciſ. 1. num. 1. tit. de iure iurand. D. Maſtrill. in deciſ. Siciliæ. 127. numero 12.*

49 Sufficit autem pupillo, viduæ, alijſque † miſerabilibus perſonis recuſare iudicem, & forum competens eligere, quia is iudex vlterius procedere nequit, & quæ facit ſunt nulla, *vt dicit Vincent. de Franc. in deciſion. Neapolitan. 294. quem plura alia optime diſcurrens comprobat. D. Garſias Maſtrill. in deciſion. Sicliæ. 127. numero ſecundo. & per totam. vbi dicit, ita pluries iudicatum, & ita ipſum iudicaſſe in Curia Straticoti Vrbis Meſſanæ.*

50 Quod non poſſit proſequi, aut conſequi, † iuſtitiam in partibus iuramento perhorreſcentis probatur, *vt voluit Rota in deciſ. 494. incip. Nota quod ſi impetretur. in Antiquis. Eadem Rota in Nouis in deciſion. 42. incip. Si impetretur. quæ eſt per eadem verba. Feder. de Senis in conſil. 114. numero ſecundo. Franciſ. Viui. in commun. opin. 866. numero ſeptimo. Ioſeph. Maſcard. de probat. concluſ. 954. & latius in concluſ. 961.*

51 Declara quod ſupra dicto caſu † admittitur probatio in contrarium, *vt dicit Cappella Tholoſana in deciſion. 236. incip. Item quidam Bononienſis. & ibi Aufrer. in additione.*

52 Declara ſecundo, quod eo † caſu iuramentum non præſtabitur per procuratorem, ſed per principalem. *Late Marius Anguiſol. in conſil. 245. per totum. vol. 1.*

53 Sunt plures Domini, & Barones † in † hoc Regno Neapolitano, qui habent priuilegia in ſuos vaſallos in cognoſcendo omnes cauſas ciuiles, criminales, & mixtas, etiam derogando in ſpecie diſpoſitioni *l. vnicæ. C. Quando Imp. int. pupill. & vid.* Quibus ſtantibus, aliqua ex perſonis priuilegiatis elegit forum Magnæ Curiæ, & Dominus habens priuilegium, conſentit, & renunciat illi cauſæ, ille contra quem fuit facta variatio, petit remitti cauſam ad tribunal domini, quamuis ille reluctet, & renunciet, fuit ampliſſimi ordinis decreto prouiſum, quod cauſa remitteretur, pro vt in
54 ſpecie fuit prouiſum in cauſa † cum parte, & Duce Eboli, *vt ex Vincent. de Franchis. in deciſion. Neapolitan. 541. per totam.* Intereſt enim ne ſubditi extra patriam litibus conſumantur, præſumitur enim colluſio domini in renunciando, quod ſibi conceſſum eſt, vt ille ſumptibus deſtruatur.

ARGVMENTVM.

Fidelitatis iuramentum in ſeruitutis teſtimonium præſtat vaſallus feudum, licet ſit conditionatum, vel improprium, a Domino habens, in quo promittitur incolume, tutum, honeſtum, vtile, facile, & poſſibile. Ad illud tenetur habitator loci, ſucceſſor vaſalli defuncti, femina feudi capax, ciuitas, vel vniuerſitas per ſuum Syndicum, & omnes ſuccedentes vaſallo mortuo, quando pro indiuiſo feudum apud illos eſt. Summo Pontifici fidelitatem iurat Imperator, & Imperatori, Regi, vel Principi omnes ſubditi, feuda ab ipſis tenentes, quam ſi violauerint, omnia perduntur, & caduca fiunt. Ex illius præſtatione quis ad perſonalia ſeruitia obſtrictus intelligitur, & poſſeſſio rei feudalis probatur. Pro vaſallo pupillo tutor ſine aliquo mandato, procurator autem cum ſpeciali mandato ad iurandum admittitur. Remitti licet poſſit ex pacto inito cum domino, quod non ſit præſtandum, & in feudo modico, ipſa tamen fidelitas nunquam remiſſa cenſebitur, cum ſit de ſubſtantia ipſius feudi. Quod ſi duobus Dominis vaſallus iurauerit fidelitatem, neutrum ſi inuicem bellum mouerint, iuuare tenebitur, nec propter ſuccurſum denegatum feudum in commiſſum cadet.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti fidelitatis materiam alibi tractauit Author.*
2 *Iuramentum fidelitatis præſtatur a vaſallo tenente feudum a Domino.*
3 *Formulæ huius iuramenti plures.*
4 *Formula iuramenti fidelitatis ex Petro de Bella Pertica.*
5 *Formula ex Rolandino Bononienſi.*
6 *Formula ex Gulielmo Hannetonio.*
7 *Formula ex Franciſco Sonsbecio.*
8 *Formula ex Petro Gregorio Siculo.*
9 *Formula iuramenti fidelitatis Ducum præſtiti Carolo Magno. num. 10.*
11 *Formula iuramenti, quod præſtatur a vaſallis Regi Galliæ ex Froſſarto Hiſtorico.*

12 *Præstatio iuramenti fidelitatis, est seruitutis species.*

13 *Quæ sint, quæ vasallus promittit Domino in hoc iuramento fidelitatis.*

14 *Habitator loci, num præstet Domino iuramentum fidelitatis.*

15 *Successor vasalli defuncti, an Domino præstet fidelitatis iuramentum?*

16 *Vasallus habens feudum conditionatum, & improprium, an teneatur præstare iuramentum fidelitatis domino?*

17 *Femina in casibus, in quibus est feudi capax, an teneatur præstare iuramentum fidelitatis? nu.* 18. 19. 20.

19 *Feminæ quædam in Regem Ferdinandum aliquando coniurarunt.*

21 *Ciuitas, vel vniuersitas tenens feudum, tenetur domino fidelitatis iuramentum præstare.*

22 *Ciuitas, vel vniuersitas præstabit iuramentum fidelitatis per syndicum.*

23 *Ciuitas, per vim capta, non tenetur capienti domino iuramentum fidelitatis præstare.*

24 *Filius primogenitus, qui succedit in feudo iuris Francorum, iurare tenetur, non tamen alij fratres.*

25 *Iuramentum fidelitatis præstatur vni Domino feudi, non aliis filiis.*

26 *Vasallus si iurauit fidelitatem Domino, & successoribus, Domino mortuo successore illius fidelitatem non iurabit.*

27 *Iuramentum fidelitatis vasallus præstare non cogitur, si ita in passo inuesturæ conuentum fuerit.*

28 *Vasallus, pupillus, iuramentum fidelitatis præstare non cogitur, sed si ipse sua sponte voluerit, faciet.*

29 *Tutor iurare poterit pupilli nomine, nec requiritur mandatum.*

30 *Pro feudo modico, an iuramentum fidelitatis præstare vasallus cogatur. num.* 31.

32 *Scripturam exigit fidelitatis iuramentum.*

33 *Iuramentum fidelitatis, an debeat personaliter præstari, & an explicetur per procuratorem. nu.* 34. 35. 36. 37. 38. 39.

40 *Inuestitura feudalis, an præcedat iuramentum fidelitatis? num.* 41. 42. 43.

44 *Iumentum fidelitatis præstitum duobus dominis, quomodo obseruetur, & operetur? num.* 45.

46 *Iuramentum fidelitatis, quo pacto præstetur duobus dominis pro vno feudo? num.* 47.

48 *Vasallus possidens diuersa feuda a diuersis dominis, quibus omnibus præstitit iuramentum fidelitatis, cui magis cogitur seruitia exhibere. num.* 49. 50.

51 *In Regno Neapolitano Barones sine licentia Regia non possunt a vasallis hoc iuramentum fidelitatis exigere.*

Intellectus Const. Regni incip. Comite, vel Barone.

52 *Iuramentum fidelitatis non exigitur vbi pro feudo præstatur census aliquis in pecunia frumento, vel alia re. num.* 53. 54. *Declara. num.* 55. 56.

53 *Feudum illud dicitur, pro quo præstatur seruitium personale.*

54 *Feudum pro quo præstatur frumentum, spalla porci, vel par caponum.*

57 *Iuramentum fidelitatis, an a Domino remitti possit? num.* 58. 59. 60.

59 *Fidelitas a Domino remitti non potest. num.* 61.

60 *Feudum a fidelitate dicitur.*

62 *Materia dari non debet, vt vasallus non sit fidelis, sed proditor.*

63 *Feudi caducitatem non euitat feudatarius, qui, & si annuum censum soluat, non tamen præstet fidelitatis iuramentum, nec suscipiat inuesturam.*

64 *Et si non sint expressa seruitia a vasallo, Domino præstanda, seruitia tamen promissa censentur, præstito iuramento fidelitatis. num.* 65.

66 *Bona esse feudalia non semper esse concluditur per iuramentum fidelitatis.*

67 *Per iuramentum fidelitatis probatur rei feudalis possessio.*

68 *Imperator Papæ iuramentum fidelitatis præstare tenetur.*

69 *Imperatori subditi iuramentum fidelitatis præstare tenentur.*

70 *Fidelitatis iuramentum a vasallo violatum perdit feudum, & alias patitur pœnas.*

71 *Iuramentum fidelitatis, an præsumatur præstitum? Quid in iuramento voluntario. num.* 72.

TITVLVS LVII.

De iuramento fidelitatis.

DE hac fidelitatis iuramenti specie longe, lateque loquuti fuimus in commentarijs de Regis Catholici præstantia, *cap.* 64.† Ne autem lectores, ad quos iste liber peruenerit, si librum in promptu, aut sero habentes illum, frustrentur, aliqua ex primis dictis referam, & aliqua etiam, postmodum visa, noui ponderis loco addam. 1

Fidelitatis iuramentum præstandum † a vasallo habente Feudum a Domino, pluribus iuribus cauetur. *c.* 1. *qualit. vasall. iurar. deb. domin. c.* 1. *de forma fidelitat. c.* 1. *de noua forma fidelit. And. de Isern. Bal. Aluarot. Præposit. & ceteri in dicto c.* 1. *qualit. vasall. iur. deb. dom. Martin. Laudens. in dicto c.* 1. *de noua forma fidel. Iacob. Ardizon. in summa feudor. parte* 2. *cap.* 142. *incip. supra dictum est. Ioan. Berbery in Vtator. iuris. titul. de feudis. num.* 39. *Petr. de Bella Pertic. in tract. Feudorum. titul.* 2. *num.* 2. *cum pluribus seqq. Matth. de Afflict. in c. Imperialem. §. adhuc. num.* 27. *de prohibit. feud. alien. per Federic. Masuer. in præctic. titul. de Feudis. sub num.* 4. *in fin. Iacobin. de Sancto Georg. in inuestit. Feudal. in verb. qui quidem inuestit. num.* 1. *Anton. Capic. in inuestitur. Feudali. §. Feudorum iuramento. col.* 2. *vers. iurare debent fidelitatem. Curt Iun. in tract. Feudor. parte* 2. *q.* 2. *Vdalrich. Zas. in tract. feudor. parte* 7. *Francisc. Duaren. in consuetudin. feudor. cap.* 13. *num.* 1. *Gulielm. Hanneton. Iuris feudor. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 1. *Ioan. Ferrar. Montanus in vsus feudor. lib.* 3. *cap.* 7. *Francisc. Sonsbech.* 2

sbech.iuris feudor. Parte 11. *num.* 3. 4. *Anton. Sola in decretis Sabaudiæ. in decreto rempublicam. parte* 1. *gloss.* 3. *num.* 13. 14. *& voluerunt Consulentes. Corne. in consil.* 16. *in princip. vol.* 1. *Francisc. Aretin. in consil.* 14. *Deci. in consil.* 11. *col.* 3. *Cardin. Paris. in consil.* 23. *num.* 19. *vol.* 1. *ante eos Alexand. in consil.* 30. *col.* 9. *vol.* 1. *sequitur Ioan. Cephal. in consil.* 151. *num.* 24. *vol.* 2. *Roland. a Valle. in consil.* 53. *vol.* 2. *in consil.* 90. *nu.* 29. *volum.* 4. *Nunc super adde Aug. Bero. in consil.* 65. *num.* 81. *in consil.* 76. *num.* 101. *in consil.* 115. *num.* 8. *vol.* 1. *Riminald. Senior. in consil.* 21. *nu.* 8. 27. *vol.* 1. *Ioan. Baptist. Ferrett. in consil.* 271. *nu.* 3. *Lud. Gozadin. in consil.* 8. *nu.* 22. *Francisc. Bursat. in consil.* 4. *num.* 12. 13. *vol.* 1. *Iacob. Menoch. in consil.* 65. *nu.* 39. 51. *vol.* 1. *Marc. Anton. Peregrin. in consil.* 22. *num.* 17. *vol.* 1. *Ioan. Petr. Surd. in consil.* 172. *num.* 1. *vol.* 2. *Ludouic. Sacca. in consil.* 17. *num.* 2. *volum.* 1. *Decisionantes Guid. Pap. in decis.* 307. *Matthi. Coler. in decis. German.* 76. *nu.* 1. *D. Garsias Mastrill. in decis. Sicilie.* 50. *nu.* 6.

3 Formulæ iuramenti † fidelitatis plures traduntur. *vt in c. de forma.* 22. *q.* 5 *quæ est inserta. in c.* 1. *de noua forma fidel.* De qua ego scripsi de Præstantia Regis Catholici. *cap.* 64. *num.* 81. Secundam ex
4 † Petro de Bellapertica *in tract. Feudor. titul.* 2. *nu.*
5 3. *Dixi. nu.* 82. Tertiam tradidi † *nu.* 83. ex Rolandi no Bononiense Artis Notariatus *lib.* 1. *titul. de emption. & vend. cap.* 1. Quartam † descripsi. *nu.* 84. ex
6 Gulielmo Hannetonio iuris Feudorum *lib.* 1. *cap.*
7 11. Quintam † *num.* 85. ex Francisco Sonsbecio in Commentarijs Feudorum *parte* 11. *nu.* 2. Sextam
8 ponit † Petrus Gregorius Siculus de concessione Feudi, *parte* 8. *q.* 16. *num.* 4. ex Iacobino de Sancto Georgio, in Tractatu de Homagio, *colum.* 1. *vers. Et*
9 *licet.* Septimam † ita præstiterunt Imperatori Carolo Magno Duce, Promitto me Domino meo Carolo, & filijs eius fidelem futurum in tota vita, sine fraude, doloque malo. Itẽ iuro per hæc Sancta DEI Euangelia, me in posterum ei fidelem futurum, vt vasallum Domino, nec id, quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit, enunciaturum in eius detrimentum sciẽtem. Ciuitatibus etiam hæc verba adiecit. Et vitam, membrum, mentem, & rectum eius ho
norem seruaturum, quæ referuntur a Carolo Sigonio de Regno Italiæ, *lib.* 4. Quo vero ad verba addita, illa non ingrediuntur hoc iuramentum fidelita-
10 tis, † sed iuramentum assecurationis. de quo dicam in titulo de iuramento assecurationis. De formula
11 iuramenti, quam vasalli præstant † Regni Galliæ ex Frosarto Historico Gallo, *cap.* 37. *vol.* 4. meminit Renatus Choppinus *in Consuetud. Andegauens. lib.* 3. *cap.* 6. *sub articul.* 5.

12 Seruitutis species est iuramenti fidelitatis † præstatio. *arg. l. si filius. ff. de probat. gl. in l. si cuius.* §. 1. *ff. de vsufruct. voluit Specul. in titul. de teste.* §. 1. *vers. sed nũquid vasallus. Lucas de Penna in l. Deuotum. C. de Metat. lib.* 11. *Matth. de Afflict. in decis. Neapol.* 304. *num.* 2. *Ioan. Ceph. in consil.* 177. *num.* 28. *vol.* 2. *Marian. Socin. Iunior. in consil.* 102. *nu.* 37. *vol.* 2.

In hac iuramenti fidelitatis specie promittit Domino vasallus illa sex vulgata, *tam in dicto c. de forma. quam in cap.* 1. *de noua forma fidelit.* Scilicet
13 † incolume, tutum honestum, vtile, facile, & possibile, quę non declaro, cum optime declarentur ab Andrea de Isernia Baldo, Laudense, Aluarotto, Preposito, & Afflicto, *in dicto c. primo. de noua forma fidel. Iacob. de Ardizon. in Summa feudor. cap.* 142. *incip. Supra. col.* 12. *vers. Iurant autem. Andr. de Isern. in Const. Comites, & Barones. in fin. Anton. Capic. in inuestitura feudi.* §. *feudorum iuramenta. col.* 3. *vers. in rans fidelitatem. Nicol. Boer. in consuetu. Bituricens. titul. Des Fiez.* §. 3. *col.* 1. *Ioan. Ferrar. Montanus in vsus feudor. lib.* 1. *cap.* 7. *col.* 4. *vers. capita autem. Iacobin. de Sancto Georg. in inuestitur. feudal. in verb. qui quidem inuestiti. num.* 17. *Ioan. Thom. de Marin. de Generib. & qualit. feud. lib.* 1. *titul.* 15 *num.* 16. *& Francisc. de Amicis. de feudis.* §. *natura etiam. num.* 6. *fol.* 117. *& ista declarat etiam Matth. de Afflict. in decis. Neapol.* 265. *num.* 40. *cum pluribus seq. Ludolphus Schrader. de feudis. parte* 6. *cap.* 6. *nu.* 1. 98. 99. 100. 101. *vsque ad finem. Nicol. Intrigliol. de feudis. q.* 56. *num.* 179. *cum pluribus seq. volum.* 1. *Chassan. in Consuetud. Burgund. rub.* 3. §. 2. *in gloss. Faire homage. nu.* 1. *vers. quæ autem.*

14 Tenetur etiam habitator loci hoc † iuramentum fidelitatis Domino præstare, vt voluit Guido Papæ *in decis. Delphinal.* 307.

15 Secundo tenetur superiori suo † successor vasalli defuncti, fidelitatem iurare, quamq; ille iurasset pro se, & successoribus suis. *c. veritati. vbi Bal. & Panor. de iureiurando. Iacob. Aluarot. & Matth. de Afflict. in c.* 1. *in princip. quę fuit prima causa. Iacobin. de Sancto Georg. in inuestitur. feud. in verb. qui quidem inuestiti. num.* 36. *quos refert & sequitur Schrader. de Feudis. parte* 6. *cap.* 4. *num.* 6. *parte* 1.

16 Tertio, vasallus, qui habet feudum † conditionatum, siue improprium tenetur domino capitula fidelitatis, & ipsam fidelitatem iurare, *Andr. de Iser. & Aluar. in c.* 1. §. *fin. de Capit. qui cur. vend. Alex. in cons.* 79. *n.* 6. *vol.* 1. *Barth. Socin. in cõs.* 9. *nu.* 6. *vol.* 2.

17 Quarto, & femina in casibus, in quibus † est feudi capax, & ipsa tenetur domino fidelitatis iuramẽtum prę stare. *Specul. in titul. de Feud.* §. *quoniam. nu.* 41. *quem sequitur Ludolphus Schrader. de Feudis. parte* 6. *cap.* 4. *num.* 8. *parte* 1. Vbi dicit contrarium perperam tenuisse Cardinalem Parisium *in consil.* 16. *num.* 6. *vol.* 1. Sed tamen pareant mihi manes viri grauissimi Schraderi, cum Cardinalis Parisius *in dicto consil.* 16. teneat opinionem, quod femina præstabit fidelitatis iuramentum. Allegat Bartholomæum Socinum *in consil.* 257. *col.* 3. 4. *vers. ic. præterea aduertendum est.* dicentem, quod admissa femi-
18 na ad feudum, censetur remissum † iuramentum, quasi quod videatur turpe Domino ab ipsa femina iuramentum fidelitatis habere, quasi ab ea non timeat, quod ei vellet rebellem esse. Verum videmus etiam feminas aliquando in Regem Ferdinandum
19 Aragoneum † coniurasse. *Adde Alexand. in consil.* 10. *incip. viso instrumento inuestiturę. colum. secunda. versicul. sed pro amissis non obstantibus. volum.* 5.

vbi

vbi dicit, quod eo caſu tanquam vaſalla iurat fidelitatem, & poteſt per alium præſtare ſeruitium. Et ſi femina habet maritum ipſe iurabit fidelitatem, &
20 † præſtabit Domino obſequia, & ſeruitia pro vxore, *vt poſt Fridericum Schench in c. 1. ſub nu. 3. de inueſtit. quam rite accepit. Voluit D. Garſias Maſtrill. in deciſion. Siciliæ. 50. num. 6.*

21 Quinto etiã ſi ciuitas, vel † vniuerſitas, quæ poſſideret feudum tenetur fidelitatem domino iurare. *Bald. in l. 1. num. 54. ff. de rerum diuiſ. Iacobin. de Sancto Georg. in dicto verb. qui quidem inueſtiti. num. 11. Schrader. de Feudis parte 6. cap. 4. num. 10. volum. 1.* quanquam raro hoc accidat, ne veniamus ad diſcuſſionẽ Ammortizationis, de qua ſatis ſcripſi in conſil. 1. per totum. centur. 1. ad q̃ lectores remitto. Hoc caſu primæ concluſionis iuramentum fidelita-
22 tis præſtabitur per Syndicum † *Iacobin. in dicto verb. qui quidem inueſtiti. num. 25. Thom. Grãmatic. in deciſ. Neap. 105. ſub num. 27. Duaren. in conſuetud. feud. cap. 13. num. 3.*

Secus tamen ſi Princeps occuparet aliquam ciuitatem, & cogeret ciues ad præſtandum iuramentum
23 fidelitatis, † quia nullum eſſet. *Andr. Gail. practicar. obſer. lib. 2. obſer. 54.*

Notandum tamen eſt, quod moriente vaſallo, ſi-
24 ue † Barone, & feudatario, ſi vni tantum peruenit feudum, vt eſt in omnibus, qui viuunt iure Francorum, quo primogenitus admittitur, eo caſu alij filij iurare non cogentur, ſed ſolus feudi dominus, ſi vero pro indiuiſo apud omnes feudum eſſet omnes iurare deberent. *c. 1. §. omnes. vbi And. Aluar. & Præpoſit. Si de feudo defunct. contẽt. Iacobin. in dicto verb. qui quidem inueſtiti. num. 28. Zaſ. in tract. Feudorum. parte 7. num. 11. Chaſſan. in conſuetud. Burgundiæ rub. 3. §. 7. num. 1. 2. uerſ. aduerte quia. & uerſ. aut uero. Intrigliol. de Feudis q. 56. nu. 254. cum ſeq. Marin. Frecci. de ſubfeud. Baron. lib. 2. auth. 2. num. 13. 22. Iafred. Lanfranc. Balbus in deciſ. 26. incip. Vaſallus.*

Amplia, eodem modo procedere, ſi moriatur
25 † Dominus, & vnus ex filiis ſit feudatariorum Princeps, illi ſoli iuramentum fidelitatis præſtandum erit *Aluarot. et Prepoſitus, & Iacobin. in locis allegatis* Et ſi ſint plures ſufficit præſtari vni & vocati plures, vt in ſimul in vnum conſentiant. *Ardizon. in ſumma c. 137. incip. Diximus. q. 26. Zaſ. in tract. Feudo. parte 7. num. 12. Gulielm. Hanneton. iuris Feudorum lib. 3. cap. 2. Duaren. in conſuetud. feud. cap. 13. num. 4. ſed uideas Matthiam Coler. in deciſ. German. 76. numero 1.*

Notandum ſecundo, quod ſi vaſallus iurauerit fidelitatem Domino, & ſucceſſoribus, Domino
26 † mortuo, ſucceſſori illius fidelitatem non iurabit. *c. veritatis. vbi Bald. & Panor. de iureiur. Iacobin. in dicto verb. qui quidem inueſtiti. num. 35. Barthol. de Chaſſan. in conſuetud. Burgund. Rubr. 3. §. 1. verſ. octaua cauſa. num. 30. Ante eos Iacob. Ardizon. in Summa Feudo. cap. 142. incip. Supra dictum eſt. verſ. Item minor. & ante. cap. 137. incip. diximus ſupra. q. 26.*

27 Notandum tertio, quod quando † feudum eo pacto quæſitum fuit, ne vaſallus iuramentum fidelitatis præſtare teneatur, tunc ex pacto cum Domino inito, illud præſtare non cogitur, illa autem, quę in iuramento fidelitatis in ſunt, obſeruare obſtringitur. *Alexand. in conſil. 39. num. 19. & in conſil. 79. num. 6. vol. 1. Deci. in conſil. 193. colum. 3. verſic. nõ obſtat. Cardinal. Paris. in conſil. 23. num. 20. vol. 1. Ante eos Iacob. de Ardizon. in Summa Feudor. c. 142. incip. Supra dictum eſt. verſ. fidelitatem non iurant. Iacobin. de Sancto Georg. in inueſt. feudal. in verb. in feudum. nu. 29.*

28 Notandum quarto, vaſallum † pupillum cogi non poſſe ad iurandam fidelitatem, poteſt tamen non coacte, ſed ſi ſua ſponte voluerit illud prẽſtare. *cap. 1. §. ſi minori. §. ſi quis deceſſerit. vbi Aluarot. & Præpoſ. ſi de feud. defunct. content. Iacob. de Ardizon. in Summa feud. cap. 142. incip. ſupra dictum eſt. Itẽ minor.* Poterit tamen præſtari per illius tutorem. *vt voluit Chaſſan. in Conſuetud. Burgund. rubr. 3. §. 2. in gloſſ. Sans eſtre tenu faire hommage. nu. 1. Iacobin. de Sancto Georg. in inueſtit. feudal. in verb. Qui quidem inueſtiti. num. 10.* In quo tutor non indiget
29 † aliquo mandato, vt dicit ex præfatis *Schrader. de feudis. parte 6. cap. 4. num. 34. volum. 1.* Quando tutor, & quando pupillus iurent, tum iure communi feudorum, tum apud Gallos, & Saxonicos. *Renat. Choppin. in conſuetud. Andegau. lib. 2. c. 1. tomo. 1. articul. 1.*

30 Notandum quinto, quod pro feudo † modico, iuramentum fidelitatis vaſallus præſtare non cogitur. *Bald. in c. 1. §. eſt & alia. Quæ ſit prima cauſ. benefic. amitt.* quem refert, & ſequitur *Ludouic. Roman. in conſil. 367. ſub num. 12. verſic. Fallit tertio. Matth. de Afflict. in Prælud. feudor. num. 78. & in c. Imperialem. in princip. Notab. 12. num. 79. de prohib. feud. alien. per Feder. Marin. Freccia de Subfeud. Baron. lib. 2. Authoritat. 4. num. 6. Petr. Nicol. Mozzius in tract. feudor. titul. de ſubſtantialib. & requiſit. num. 12. Ioan. Thom. de Marinis. de Generib. & qualitat. feudor. titul. de feud. femin. ſiue materno. nu. 21. verſ. ſeptimo fallit. Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſtion. lib. 2. Centur. 3. caſu. 214. num. 2. Iacob. de Ardizon. in ſumma feud. cap 142. incip. ſupra dictum eſt. uerſ. fidelitatem non iurant.*

31 Declarant tamen, niſi † pro pauco, ſiue modico etiam feudo, conſuetum iuramentum fidelitatis dari ſoluerit. *Matth. de Affli. in cap. 1. num. 304. ex quib. cauſ. feud. amitt. Ioan. Neuizan. in conſil. 11. nu. 15. Riminal. iunior. in conſil. 389. numero 32. volum. 2.*

Scripturam requirit hoc fidelitatis iuramentũ.
32 † *Lucas de Penna in l. 1. in fin. C. qui militar. poſſ. lib. 12. qui allegat alios. Marinus Freccia de ſubfeudis Baro. lib. 2. Auth. 4. nu. 11. & Petrus Nicolaus Mozzius. de feudis. titul. de ſubſtantialib. feudi nu. 17.*

33 Perſonaliter præſtandum eſſe iuramentum † fidelitatis, nec ad illius præſtationem procuratorem admitti, *voluit Bald. in l. 1. ff. de rerum diuiſione. & in c. 2. in fin. extra de ordin. cognition. c. 1. §. verum.*

vbi

vbi hoc voluit Petr. de Anchar. de Statu. regul. in 6. Lud. Roman. in Singul. 798. incip. Habuistis. & ita in Senatu Aquensi iudicatum refert. Francisc. de Claperiis. in decis. Fiscal. causa 9. q. 1.

Contrarium, quod per procuratorem iuramentum † fidelitatis præstari possit, si tamē Dominus, vel vasallus sint absentes, *Archidiacon. in c. tibi Domino. 63. Distinct. Idem Bald in cap. 1. §. fin. num. 2. Per quos fiet inuestitur. & in c. 1. §. nisi iusta. num. 6. quo tempor. mil.* Quo loci loquitur impedito vasallo, procuratorem admitti. *Idem Bald. in l. 1. §. ne autem. num. 20. C. de Caduc. Toll. Iacob. Aluarot. in c. 1. §. omnes. col. 4. Si de feud. fuer. conter. inter. dom. & agnat. & ibi Matth. de Afflict. nu. 40. Idem Aluarot. in dicto §. nisi iusta. num. 13. Martin. Laudens. in c. 1. §. nulla. nu. 12. Per quos fiet inuestitura. Alexand. in l. qui bona. §. si alieno. sub num. 25. ff. de damn. infect. Iason in l. Gallus. §. forsitan. num. 11. ff. de liber. & posthum. Præposit. Alexandrin. in dicto. §. omnes. num. 3. Alex. in cons. 10. colum. 2. vol. 5. Iulius Clarus in §. feudum. q. 49. vbi dicit esse magis communem opinionem. Idem asseruit Petrus Nicol. Mozzi. de feudis. titul. de substantialib. & requis. feud. num. 16. Francisc. Marc. in decis. 1215. num. 3. vol. 1. Andr. Gail. practicar. observat. lib. 1. observat. 83. num. 5. alios allegans Surdus in decis. Mantuan. 159. num. 17. Petr. de Gregor. Sicul. de conces. feud. par. 8. q. 16. tit. de iuram. fidelit. num. 9. Francisc. de Claper. in dicta decis. Fiscal. causa. 9. q. 1. nu. 10.*

35 Declaranda tamen est proxima communis † conclusio, eo casu requiri, quod procurator habeat speciale mandatum, *vt scribit Martin. Laudens. in dicto. §. nulla. nu. 12. Matth. de Afflict. in c. 1. de form. fidelit. quem refert, & sequitur Flamin. de Rubeis. in consil. 20. num. 37. vol. 1. Anton. Capic. in inuestit. feudal. in §. feudorum iuramenta. col. fin. vers. Iuramentum fidelitatis. Ioan. Iacob. de Leonardis. inter consilia Alberti Bruni in consil. 116. num. 13. Petrus Rebuff. in Concord. Franciæ. titul. de election. derog. vers. decimus sextus. Arnulphus Ruzæus de iure Regaliorum. Priuilegio. 43. num. 2. quos alias retuli in Commentariis de Regis Catholici Præstantia. capitul. 64. numero 89. 90. 91. nunc alios adduco Bal. in dicto c. 1. §. nulla. Præposit. & Matth. de Afflic. in c. 1. §. sed vtrum. per quos fiat inuestitur. Iacobin. de Sanct. Georg. in inuestit. Feudal. in verb. qui quidē inuestiti. num. 10. 11. Iul. Clar. in dicto. §. feudum. q. 49. Mozzius in loco allegato. nu. 16. Nicol. Intrigliol. de feudis. q. 9. num. 199. & q. 56. nu. 229. 230. Ludolph. Schrader. de feudis. parte 6. cap. 4. num. 31. vol. 1. Barthol. de Chassan. in Consuetud. Burgund. Rubr. 3. §. 2. glos. 4. num. 3. Francisc. Marc. in decis. Delphin. 1215. sub nu. 3. vol. 1. & in decis. 692. & in decis. 693. vol. 2. Octauian. Cacheran. in decis. Pedem. 113. num. 6.* Quinimo Schraderus in loco allegato

36 dicit, mandatum † continere debere ad præstandum fidelitatis iuramentum tali Domino certo. *Adde Petr. de Gregor. de conces. feudor. part. 8. q. 16. titul. de iuram. fidel. num. 9. Francisc. de Claperÿs. in decis. Fiscali, causa. 9. q. Vnica. num. 6.*

Aduertendum tamen, quod si per procuratorem

37 † speciale mandatū non habente, fidelitatis iuramentum præstitum fuerit, licet dominus constituēs ratificauerit, nec actus procuratoris, nec ratificatio principalis validæ erunt, *vt dicit Ludolph. Schrader. de Feudis. parte 6. cap. 4. num. 33. vol. 1.*

38 Ad supradicta notandum est, posse † Dominum, & procuratorem, & cum generali mandato ad recipiendum a vasallis iuramentum fidelitatis, & absque mandato receptum domini nomine, posse ab eodem Domino ratum haberi, cum iuramentum fidelitatis, non personę recipientis tantum, quantum ipsius dantis cohæret. *Bald. in c. ueritatis. extra de iureiur. & in dicta l. vnica §. ne autem. num. 4. C. de Caduc. tollen. voluit expresse Schraderus in dicto c. 4. nu. 37. 38. Francis. de Claperÿs. in decis. Fiscal. causa. 9. q. vnica. nu. 8. dicens post Isern. Afflict. & Iaco-*

39 *binum* hoc iuramentum † præstari posse per procuratorem domino volente, ac etiam procuratori Domino, & semper cum speciali mandato. *Tango infra, titul. de procurat. vers. decimo nono num. 197. hoc eodem. vol. 1.*

40 Inuestituram præcedere debere feudalem, † & postmodum subsequi fidelitatis iuramentum determinatū est *in c. 1. quid præcedere debeat an inuestitura, vel fidelit.* esset enim quoddam absurdum, & iuramentum vanum esset, & ludibrium. Iuraret

41 enim fidelitatem † tali Domino pro tali feudo cōcedendo, & inuestiendo. Inuestitura enim frustrari posset, & Domini voluntas mutari, aut aliquo impedimento non fieri. Quo casu vasallus derisui esset expositus, cū iurasset pro feudo habendo, & inventum resoluto. Vnde conclusio hæc probatur in c. 1. de Noua forma fidelitat. in quo dicitur, inuesti-

42 tura vero facta, & fidelitate † subsequuta, omnimodo cogatur Dominus inuestitum in vacuā possessionem mittere. Et quatenus *Andr. de Iser. Aluarottus, Præposit. & Afflict. in dicto c. 1. quid præcedere deb. dicunt.* abusiuam inuestituram præcedere debere iuramentum, secundo loco, & tertio subsequi in-

43 uestituturam realem. Id ego † ex iuribus, Baldo, Angelo, Panormit. Isernia, Aluarotto, Iacobino, Ardizono, Paride de Puteo, Mariano iuniore, Cephalo Claro, Hannetonio, Tiraquello, Ioanne Ferrario Montano, Hotomano, Grato, Annio, Portio, Afflicto Laudense, Capicio, Petro Gregorio, Francisco de Amicis, & alijs late declaraui in Commentarijs de Regis Catholici Præstantia, *cap. 64. num. 134.* per totum, *nu. 152.* ad quem locum lectores remitto. Nunc illis addite *Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 103. num. 11.*

44 Vasallus, siue feudatarius, a duobus † Dominis feuda possidens, antiquiori, & priori domino, cui iurauit prius fidelitatem, seruiens non offendit alterum, cui postmodum iuramentum præstitisset, quia in vltima iurata fidelitate, intelligitur excepta fidelitas priori Domino præstita. *ex. c. 1. §. fi. Hic finitur lex. vbi hoc tenet Aluarot. voluit Anton. Capic. in decision. Neapolitan. 162. nu. 19.* Sed Iacobus de Ardizonę *in summa. cap. 63. incip. Si dominus.* dicit,

quod

quod ſi poteſt vaſallus, & feudatarius gratificare
45 † omnibus, ſin autem non poteſt facere, ſeruire debet antiquiori. *arg. c. imperialem. §. illud quoaue de prohibit. feud. alien. per Federic. adde Thom. Grammat. in vol. 10. num. 19. Ioan. Blanch. in ſumma feud. lib. 2. cap. 1. nu. 21. Gulielm. Hannetton. in vſus feudor. lib. 1. cap. 9. Franc. Duaren. ad conſuetud. feudal. cap. 13. num. 6. Ioan. Anton. Lanar. in conſil. 20. num. 10. vol. 1.*

Conſiderandum tamen eſt, quod ſi pro vno, eodemque feudo, duobus Dominis fidelitatis iuramẽ
46 tum † vaſallus præſtiterit, ſi dicti Domini in ſimul bellum gererent, nemini vtique ipſorum ſeruitia exhibere tenebitur, *vt arg. l. quoties. in princip. ff. de vſufruct. l. Hæ operæ. §. ſi patroni. ff. de oper. libertor. Voluerunt Bald. Aluarot. & Præpoſit. in c. 1. §. omnes filii. ſi de feudo defunct. content. Iacobin. de San. Georgio in inueſtitur. feudal. in verb. Qui quidem inueſtiti. num. 30. Nouiſſime Antonius Borrinius de ſeruitiis vaſallor. parte 1. cap. 14. verſ. ſed an quod. Franciſc. Duaren. ad conſuetud. feudal. cap. 13. num. 6.*

47 Intellige niſi inueſtituræ tenor, vel † loci conſuetudo aliud ſuadeat. *c. 1. vbi Bald. de duob. fratrib. de benefic. inueſtit. c. 1. in princ. & ibi Matth. de Afflict. num. 226. in quib. cauſ. feud. amittatur, quos refert, & ſequitur Ludolph. Schraderus de feudis. par. 6. cap. 6. num. 22. vol. 1.*

48 Si vero teneret diuerſa feuda a diuerſis † Domi nis, tunc omnibus ſeruire cogitur, & vni ſeruiendo, ab obligatione alterius non liberatur. *c. ea te. extra de iureiurand.* Niſi magna inopia, aut neceſſitas illum cogeret non poſſe omnibus ſeruitia exhibere,
49 tunc † antiquiori Domino ſeruire cogitur. *Bald. in l. operis. ff. locati. Alexand. in conſil. 118. nu. 15. vol. 5. Matth. de Afflict. in cap. 1. in princ. num. 56. Quib. mod. feud. amitt. Iacobin. de Sancto Georgi. in inueſtitur. feudal. in verb. & promiſerunt. num. 11. & plene Schrader. de feud. parte 6. cap. 6. num. 19. vol. 1.*

Verum hoc caſu, ſi primo fuerit interpellatus
50 † ab vno ipſorum, illum ſeruire poteſt excluſis alijs. *l. ſi pluribus. vbi Bart. Alexand. & Iaſ. ff. deleg. 1.* ſi vero ab omnibus vnico, & eodem tempore, tunc vaſallus potuit ei, cui ſibi placebit, ſeruire. *Afflict. & Iacobin. in locis allegatis. & Schrader. vbi ſupra. num. 20. ante eum Ioan. Blanch. in ſumma feud. lib. 2. cap. 1. num. 21. Iacob. Ardizzon. in ſumma, c. 62. incip. ſi dominus. & cap. 137. incip. Diximus ſupra. verſus finem. verſ. ſed quæritur an teneatur cuilibet. Ioan. Raynandi. in comprehenſorio feudali. in c. Imperialem. §. firmiter. nu. 22. Gulielm. Hannetton. iuris feudorum. lib. 1. cap. 9. Plene nouiſſime Anton. Borrinius de ſeruitijs vaſallorum. parte 1. cap. 14. per totum.*

51 Sed animaduerſione dignum eſt in hoc † Regno Neapolitano, quod Domini a vaſallis iuramentum fidelitatis recipere nequeunt, niſi a Rege licentiam obtinuerint, alias feudum perdunt, Baroniam, & omnia bona mobilia, & ſtabilia. *vt in Conſt. Regni. Comite, vel Barone. Vbi Andr. de Iſern. & alii idem Andr. in c. 1. §. ſi minori. Si de feudo fuerit cõtrouerſ. inter domin. & agnat. & voluit Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 265. num. 92.*

52 Si pro feudo fit ſolutio alicuius annui † cẽſus in pecunia, frumento, vel alio ſimili, non præſtatur fidelitatis iuramentum, quia accedit potius ad naturam emphyteoſis, quam feudi. *Ita Bald. de pace Conſtantiæ. in verb. libellariæ. in fin. & Bald. in l. liberti, libertęque. nu. 36. C. de oper. liber. ex Cyn. in Authent. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ.* qui dicit, quod illud dici-
53 tur feudum, pro quos habet præſtare † ſeruitium perſonale, non autem reale. Quos ſequitur *Alex. in conſil. 136. col. 3. verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus. vol. 1.* ponens exemplum relatum a Baldo in dictis
54 locis, quando permittitur † aliqua quantitas frumenti, vel ſpalla porci, vel vnum par Caponum quolibet anno, quo ſequitur Cardinalis Pariſius *in conſil. 4. num. 13. 14. 15. vol. 1. Deci. in conſil. 269. ſub num. 6. Iacobus Menoch. in conſil. 65. nu. 51. vol. 1. Roland. a Valle in conſil. 23. num. 11. 12. vol. 1. Anton. Sola in decretis Sabaudiæ. titul. de iure emphyt. in decreto. Rem publicam Gloſs. 3. primæ partis. num. 2. Cæſar Vrſill. in deciſ. Neapol. 265. num. 40. 41. & Matth. de Afflict. in deciſ. Neap. 129. num. 2. quem ſequitur* Marin. Freccia *de ſubfeud. Baron. lib. 2. Author. 4. num. 5.*

55 Declara primo hanc concluſionem † ſecus eſſe ſi eodem tempore conceſſionis ſub annuo canone, eſſet præſtitum fidelitatis iuramentum, tunc enim cenſeretur contractus feudalis, & conſequenter recipi deberet iuramentum fidelitatis, *ex Cyn. in dicta Authent. ingreſſi. colum. ante pen. Hyppolit. Riminald. in conſil. 38. num. 2. vol. 1. quem refert & ſequitur in loco allegato. Anton. Sola. num. 3.*

56 Declara ſecundo, ſecus eſſe, † ſi conſuetum fuiſſet in illa conceſſione ſub annuo cenſu iuramentum fidelitatis præſtari, quia ſic obſeruabitur. *Marin. Freccia in dicta Auth. 4. num. 5. Anton. Sola vbi ſupra num. 5.* Vbi tradidit aliam quandam ſecundam limitationem, quæ non reſpicit iuramentum fidelitatis, ſed tantum ad diſcernendum an ſit contractus emphyteoticus, vel locatio.

57 Remitti autem poſſe iuramentum fidelitatis † a Domino dum concedit inueſtituram, certum eſt, maxime cum ſint feuda complura, quæ fidelitatis iuramentum non exigunt. *vt in cap. 1. §. nulla. Per quos fiat inueſtitura. c. 1. §. eſt & alia ingratitudo. quæ ſit prim. cauſ. benefi. amitt. & in vtroq; loco And. de Iſern. & voluit Abb. Panor. in conſil. 82. nu. 7. vol. 1. Anton Capic. in inueſtitur. feudal. §. feudorum iuramenta. col. 4. Paris de Puteo. de reintegr. feudor. c. 9. incip. Pone. num. 22. Franciſc. Sonsbech. in vſus feudor. parte 2. num. 33. Franciſc. Duaren. in conſuetud. feudor. cap. 13. num. 1. in fin. Franciſc. de Amicis. de feudis in §. natura. num. 8. fol. 117. quos allega ui de Regis Catho. præſtantia. cap. 64. num. 153. 154. Nunc allego* Marin. Frec. *de ſubfeud. in dicta Autho. 4. nu. 8. Thom. Gram. in deciſ. Neap. 77. num. 7. 8. Anton. Capic. in deciſ. Neap. 103. nu. 2. 3. Burſat. in conſil 122. num. 11. vol. 1.*

58 Quod in rege limitant non procedere † quod

non

non poſſit hoc fidelitatis iuramentum remittere ſine maioris partis Principum, & Regni Procerum, *vt ex Archidiacon. in c. authoritatem. 15. q. 3. Innocentio. in cap. quanto. extra de iureiurand. & Cardin. Floren. in conſil. 127. voluit Marin. Freccia. in dicta authoritat. 4. num. 6.*

59 Et licet remitti poſſit a Domino fidelitatis † iuramentum, non tamen id locum habet in fidelitate quia illa fidelitas remitti nequit cum ſit de ſubſtan-
60 tia ipſius feudi, fidelitatem † autem de ſubſtantia feudi eſſe, cum feudum a fidelitate dicatur, *text. in terminis in c. 1. §. nulla. per quos fiat inueſtit. Iacob. de Ardizon. in ſumma feudor. cap. 4. incip. Dicitur autem. Ioan. Blanch in ſumma. rub. 1. verſ. item feudum Iacob. de Beluis. in prælud. feudor. col. 2. Bald. colum. 4. verſ. ſecundo quæritur. Aluarot. col. 4. verſ. quarto quæritur. Hoſtienſ. in ſumma. tit. de feudis. §. Vnde dicatur. Martin. Laudenſ. in c. 1. in princip. num. 23. verſ. quæro vnde dicatur. de his, qui feud. dar. poſſ. Andr. de Iſer. in dicto. §. nulla. num. 2. & in c. 1. §. porro. num. 18. verſ. ſed ſi feudetur ſimpliciter. ex quib. cauſ. feud. amitt. in cap. 1. §. ſi minori. num. 5. ſi de feud. defunct. mil. Ioan. Raynandi. in dicto c. Imperialem. §. illud. num. 7. 12. de prohibit. feud. alien. per Feder. Abb. Panor. in conſil. 82. num. 2. vol. 1. Claud. de Seyſell. in Specul. feudor. titul. de Diffinition. & inuent. feud. col. mihi. 76. verſ. & per conſequens ſequitur. & colum. 80. verſ. dicitur autem feudum. Auguſtin. Bero. in conſil. 115. num. 8. vol. 1. Nicol. Boer. in conſuetud. Bituricens. titul. Des Coſtumes des Fiefz. §. 3. col. fin. Ioan. Cephal. in conſil. 369. num. 10. volum. 3. in conſil. 549. num. 36. vol. 4. Ioan. Neuizan. in conſil. 11. Deci. in conſil. 413. num. 2. Marian. Socin. Iun. in conſil. 102. num. 1. vol. 2. Franciſc. Hotoman. in dicto. §. nulla. Franciſc. Sonsbec. in vſus feudor. parte 2. num. 33. Barthol. Camer. in c. imperialem. colum. 3. vbi dicit,* Baſim, fundamentum, atq; ipſius feudi ſubſtantiam & eſſentiam eſſe fidelitatem. Quod ſubſequitur illius diſcipulus Franciſcus de Amicis, *de feudis. in §. habet. num. 6. fol.* 103. Vbi pulchre dicit, quod fidelitas ineſt feudo, vt calor igni, a quo ſeparari nequit. *Menoch. in conſil. 1. num. 32. in conſil. 2. numero 265. volum. 1. in conſil. 156. numero 13. volum. 2. Matth. de Afflict. in deciſion. Neapol. 129. num. 2. Petr. de Gregor. Sicul. de conceſſ. feud. parte 1. quæſt. 9. nu. 7. 8. & ibidem D. Garſias Maſtrillus Idem Maſtrill. ad eundem Petr. de Gregor. de conceſſ. feudor. parte 8. q. 16. titul. de iure deuolutionis. in verb. & non ad agnatos. Guido Pap. in deciſion. Delphinal. 518. numero ſecundo.*

61 Ex quibus conſtat fidelitatem a † Domino remitti non poſſe, cum ſit requiſita per dicta iura, & authoritates allegatas, & habetur *in c. 1. §. omnes filij. per quos fiet inueſtit. Iacob. de Beluiſo. & Iacob. Aluarot. in prælud. feudor. col. 2. & Diuis. 11. Iacob. de Ardizon. in Summa, cap. 4. incip. Dicitur autem. Pernus Sicul. in conſil. 5. in princ. Menoch. in dicto conſil. primo. numero vigeſimo nono. in conſil. ſexageſimo quinto. numero quadrageſimo tertio. volum. primo. Franciſc. Sonsbec. in vſus feudor. parte ſecunda, num. trigeſimo tertio. Ioan. Ceph. in conſil. 549. numero 35. volum. 4. Afflict. in dicta deciſion. 129. numero 2. cum aliis allegatis per Marc. Anton. Peregrin. in conſil. 4. ſub num. 39. volum. 1.* Rationem ego putaui eſ-
62 ſe ne det materiam Dominus † vaſallo, vt ſit infidelis, & proditor, vt dixi de Regis Catholici præſtantia. *cap. 64. ſub num. 155.*

63 Notandum eſt, quod quamuis † feudatarius cenſum annuum ſoluat, ſi tamen fidelitatem non iurat, nec inueſtituram ſuſcipiat, non euitabit feudi caducitatē. *ex Bald. in l. 1. quæſt. 5. ff. de rer. diuiſ. & Ioan. Thom. de Marin. de Generib. & qualitat. feud. lib. 1. titul. 2. numero 47. voluit Surdus in deciſ. Mantuan. 221. num. 22.*

64 Si in inueſtitura non ſunt expreſſa ſeruitia † præſtanda Domino per vaſallum, ſiue feudatarium, ſi tamen præſtitiſſet iuramentum fidelitatis, perſonalia ſeruitia promiſſa cenſentur. *Alexand. in conſil. 30. numero 21. volum. 1.* Quem refert, & ſequitur Octauianus Cacheranus *in deciſion. Pedem. 26. numero 11.* Tum maxime ſi dum tempore inueſtituræ
65 fidelitatis iuramentum præſtitiſſet † ſeruata forma antiquæ, & nouæ fidelitatis, per quam promiſſionem, non ſolum reale, ſed militare, & perſonale ſeruitium promiſſum eſſe cenſetur, *vt dicit idem Octauian. Cacheran. in deciſion. Pedemont. 27. nu. 9.*

66 Bona eſſe feudalia non ſemper concluditur † per iuramentum fidelitatis. *vt ſcribit Aymo. Craett. in conſil. 293. vol. 2.*

67 Poſſeſſionem autem rei feudalis probari † per iuramentum fidelitatis, voluit *Ioan. Andr. in c. ſi diligenti. de præſcript.* quem refert, & ſequitur *Abb. Panor. in conſil. 62. num. 1. vol. 2.*

68 Imperator Papæ fidelitatis † iuramentum præſtare tenetur. *arg. clem. vnicæ. §. ceterum. de iureiurand.* Vbi hoc voluit Cardinalis *Notab. 29. Martin. Laudens. in tract. de princip. §. 180. plene Reſtaurus Caſtaldus de Imperatore. q. 36. & q. 74. nu. 1. Dixiplenius de Magiſtratuum edictis. lib. 1. cap. 14. num 77.*

69 Imperatori ſubditi tenentur † iuramentum fidelitatis præſtare, vt ſunt Principes, Duces, & alij Domini, qui eius iuriſdictioni ſubditi ſunt, vel ab eo feudum tenent, ſic etiam Regi, & alij eorum Principi. *arg. gloſſ. in l. non videtur. §. qui iuſſu. ff. de Regul. iur. Martin. Laudenſ. in tract. de Principibus. §. 19. & alij Relati per Reſtaur. Caſtald. de Imperatore. q. 74. per totam.*

70 Si violatum fuerit fidelitatis † iuramentum a vaſallo, perdet feudum, & alias patietur pœnas de quibus *Gloſſ. in cap. 1. de forma fidel. & in capitul. primo de noua forma fidelitat.* Quia non ſemper pœnæ ſibi locum vendicant, de quo Aymon Crauetta *in conſil. 224. Franciſc. Vtius in deciſion. 120. numero 26. & latius dicemus infra*, auſpice Domino, *in titul. de Periurio, & illius pœnis.*

An ſi non conſtat, tale iuramentum fidelitatis in præteritum præſtitum fuiſſe, an præſumatur præſtitum fuiſſe, ita quod nunc etiam præſtandum ſit? dicendum eſt, quod cum non ſimus in iuramento
71 voluntario, in quo etiam ſi probaretur † ſolitum

præstari, adhuc probandum esset fuisse specialiter præstitum, *vt notant Doctor. in capitul. pen. de iureiur. Barthol. Socin. in l. Gallus. §. Idem credendum. ff. deliber. & posthum. Iason. in l. admonendi. in 2. lectura. num. 199. ff. de iureiur.* Marian.

72 *Sen. in cons. 65. nu. 5. vol. 1.* Tamen secus † est in hoc iuramento fidelitatis, quod de iure præstari debet, vt diximus supra *hoc eodem titul. num. 2.* Quia præsumitur præstitum. *Ita Bald. in l. libertas. ff. de statu hom. quem sequitur Marin. Freccia de subfeud. Baronum. lib. 2. authorit. 4. nu. 11. facit Marcell. Cardinal. Crescen. in decis. 2. incip. Iuramentum quod. tit. de iureiur.*

ARGVMENTVM.

Iuramẽtum assecurationis quo ad effectum coincidit cum iuramento fidelitatis, quod aliquem non vasallum, sed fidelem facit, vt dominus securus reddatur. Præstatur ratione familiaritatis, domesticitatis, habitationis, vel longæ conuersationis, a familiaribus vel domesticis domini & habitatoribus, quamuis non possideant feuda, modo habeant bona burgensatica, vel allodialia tantum. Continet autem quatuor potissimum, videlicet quod iurans iuxta suum posse saluabit vitam, membrum, mentem, & honorem sui domini. Quod vltimum extenditur etiam ad vxorem, & filias domini, ne in earum præsentia quid turpe aut fœdum dictu, tactu, visu, audituue committatur.

SVMMARIVM.

1 *Assecurationis iuramentum esse inuentum Doctorum.*

2 *Assecurationis iuramẽtum ex necessitate inuentum in Regno Neapolitano.*

3 *Intellectus Const. Regni Neapolitani incip. Domini a vasallis.*

4 *Iuramentum Assecurationis præstatur a Familiarib⁹, & habitatoribus, nu. 7.*

5 *Iuramentum assecurationis esse perperam dictum, sed dici debere fidelitatis, & assecurationem esse sequelam, & effectum illius. nu. 6.*

8 *Iuramentum istud assecurationis præstari ratione familiaritatis, domesticitatis, habitationis, & longæ conuersationis.*

9 *In iuramento assecurationis, quæ includantur. num. 12. 13.*

10 *Secunda iuramenti fidelitatis species cum exemplis ex Iacobino de Sancto Georgio. Declara ex author. nu. 11.*

11 *Iuramenti secunda species fidelitatis ob familiaritatem, in qua includitur custodia vitæ, membri, & mentis, ab Authore ex communi omnium scriptorum Iurisconsultorum, Theologorum, Philosophorum, Historicorũ, aliorum scriptorum serie remissiue optime declaratur.*

12 *Tria illa, quæ includuntur in iuramento familiaritatis alibi declarata ab authore. nu. 13.*

14 *Quartum requisitum in eo iuramento a familiaribus præstando, scilicet custodire rectum honorem nouissime declaratur.*

15 *Cum vxore Domini ludere turpe est.*

16 *Ludere similiter vasallum cum filia Domini, Virgine in Capillo, aut nupta, sponsa, nuru, & concubina turpe est.*

17 *Dominus a vasallo reuereri debet. Honor, virtutis præmium.*

18 *Qui honoratur bonæ existimationis reputari secundum Aristotelem.*

19 *Honor, inter externa bona, optimum bonum habetur.*

20 *Honorem diuinum bonum appellauit Plato.*

21 *Habens a Rege bona feudalia, vel Burgensatica in territorio Baronis, non tenetur pro illis iurare Baroni.*

TITVLVS LVIII.

De Iuramento Assecurationis.

1 ASsecurationis hoc iuramentum esse † Doctorum nostrorum inuentum, & idem esse, quo ad effectum cum iuramento fidelitatis, dico, & alias dixi in commentarijs de Regis Catholici Præstantia, *cap. sexagesimo quarto. num. 29. 31.* Ex quo vtriusque idem effectus resultat, vt ex eisdem securus reddatur dominus. Verum quia scriptores nostri de eo passim loquuntur sic, & nos de illo cum alijs verba faciemus necessitate inducti.

Necessitas illa est, quæ de assecurationes iuramento in hoc Regno Siculo, siue Neapolitano loquitur † in specie. 2 *text. in Const. Regni. Dominia vasallis.* Et Doctores Regni, de illo meminerunt *Anton. Capic. in decision. Neapolitan. 9. num. 6.* Et ideo Marinus de Caramanico glossator in dicta 3 Constitutione dicit, hoc † iuramentum alias dici iuramentum fidelitatis. *Paris de Puteo de reintegrat. Feudorum. capitul. 245. incip. Nunc videndum. numero septimo, & octauo. fol. 135. Idem Capic. in inuestitura feudal. in verb. feudorum assecurationes. in verb. feudorum iuramenta. Vincent. de Franch. in decision. Neap. 131. sub num. 4. Thom.*

4.*Thom.Grammat. in deciſion. Neap.*105.*num.*26. 27.& etiam alii Doctores exteri. *Iacobin. de Sanct. Georg.in inueſtitura feudal.in verb. qui quidem inueſtiti.nu.*9.

4 Præſtant iuramentum iſtud familiares,† & domini,*vt in c.*1.*qualit. iurar. deb. vaſ.fid.*Ergo cum ſit poſita forma iuramenti huius ſub eodem titulo, in quo appellatur fidelitatis,nec vllum verbum de aſſecuratione in dicto textu, ſequitur perperam aſſecurationis iuramentum appellari, & fidelitatis di ci debere, & ſequelam huius iuramenti eſſe aſſecu-
5 rationem † ſed tantum formam pro effectu eſſe ipſius iuramenti, vt dixi de Præſtantia Regis Catholici,*cap.*64.*num.*29. cum tribus ſequentibus. Præ-
6 ſtant † Domino iſtud habitatores,& non habentes ab eo feudum,& ſi habeant tantum bona burgenſatica,ſiue allodialia, non feudalia, & ita intelligitur *tex.in dicto cap.*1.*qualiter iurar. deb.vaſal. Andr.de Iſern.Iacob.Aluarot.& alij.Sequitur Iacobin.de Sancto Georg.in inueſtitur.in verb.qui quidem inueſtiti. num.*9.10.*Anton.Capic. in dicto verb.feudorum aſſecurationes. Paris de Puteo de redintegrat.feudor. cap.*88.*num.*15.*fol.*56.*& in cap.*54.*incip. & circa prædicta.num.*10.*fol.*36. Vbi dicit, quod hoc iura-
7 mentum non præſtatur a vaſallo,† ſed ab habitatore,& quod inſpecto feudo non ſunt vaſalli, cum nihil teneant.Idem replicat ipſeParis *in dicto capitu.*
8 245.*num.*6.dicens, hoc † iuramentum præſtari ratione familiaritatis, domeſticitatis, habitationis, vel longæ conuerſationis in ſua terra, & hoc iuramentum non facit illum vaſallum,ſed tantum fidelem.Idem dicit Iacobinus in dicta inueſtitura feudali,*in verb.qui quidem inueſtiti.nu.*3. Et hoc idem antea tenuit Iacobus de Ardizzone *in ſumma feud. capitu.*142.*incip.ſupradictum eſt.Roland.a Valle in conſil.*52.*num.*1.*cum pluribus ſeq.volum.*3.*Ioan.Cephal.in conſil.*177.*num.*20.34.36.*vol.*2.*& in conſil.* 205.*num.*10.11.12.*vol.*2.*Nicol.Intrigliol.de feudis. q.*56.*nume.*190.*vol.*1.*Guido Pap. in deciſ. Delphin.* 307.M.*Anton. Natta in conſil.* 598.*num.*11.12.*& conſil.*628.*num.*1.*vol.*3.*Franciſc.Duaren.in conſuetudines feudor.cap.*13.*num.*1.*Petr. Gregor.Syntag. iuris vniuerſ.lib.*6.*cap.*2.*ſub num.*24.*Ioan.Petr.Surd. in conſil.*172.*num.*4.*vol.*2.

9 In hoc dicto aſſecurationis iuramento † illa tria includuntur, quæ ſunt in fine *dicti capit.*1. *qualit. iurar. deb.vaſal.* cuſtodire vitam, membrum, mentem, & eius rectum honorem de quibus breuiter Iacobinus de Sancto Georgio,*in dicto verb.qui quidem inueſtiti.num.*3.ſic inquit,ſecunda ſpecie iuramenti fidelitatis eſt, quam quis præſtat
10 ratione familiaritatis, ſeu † domeſticitatis, quamuis non teneat aliquod feudum ab illo Domino. Exemplum accipite, quando quis eſt Camerarius, vel Conſiliarius, vel Magiſter hoſpitii, vel Pincerna,vel Dapifer alicuius Domini,nam iſte talis quāuis nullum feudum recognoſcat ab illo domino, tamen tenetur præſtare ipſius Domino iuramentum fidelitatis,ratione domeſticitatis, ſeu familiaritatis puta quia habet, aliquid ex dictis officiis in curia Domini, vel aliquod aliud officium, & habitat in domo Domini, & iſte talis debet ſolum iurare tria, ſcilicet, quod iuxta poſſe ſaluabit, vitam, membrum, & rectum honorem Domini, & eius
11 mentem. Hæc Iacobinus. Ego † non ſecundum declarationes Andreę,de Iſernia, Iacobi Aluaroti,& aliorum declaraui, quid intelligatur per dicta verba de vita, membro, & mente,non ſolum authoritate iuris, & iuriſconſultorum, puta eiusdem Iſerniæ,Petri de Bella Pertica, Paridis de Putei, Marini Frecciæ,Petri de Gregorio Siculi, Garſiæ Maſtrilli,ſed ex Theologis Philone Iudæo Lactantio Firmiano,ac Diuo Hieronymo, Philoſophis, Hiſtoricis,Medicis,& Poetis, Ariſtotele, Marſilio Ficino, Leone Hebræo, Galeno, Vito Ambebarchio, Ioanne Ludouico Viues, Hermolao Barbaro,Stephano Theupolo, Ambroſio Pareo, Plinio, Suetonio Tranquillo, Diodoro Siculo, Plutarcho, Paulo AEmilio, Carolo Sigonio, Arriano Nicomedenſi,Simplicio, Roderico Toletano, Ioanne Magno,Virgilio, Iuuenale, & aliis, vt plene ſcripſi in commentariis de Regis Catholici præſtantia *cap.*64.*numero* 101.*vſque ad numerū* 134.Ad quem locum lectores remitto

Aduertendum eſt, quo ad iſtud iuramentum
12 † quod præſtatur a familiaribus, Domeſticis, habitatoribus, & manentibus ſub iuriſdictione alicuius Domini,quod Doctores dixerunt *in dicto c.* 1.*in fin.Qualit.iurar.deb.vaſall.* tria ſupradicta iurare, cuſtodire, vitam, membrum,mentem, & ta-
13 men eſt aliud ibidem, vt teneatur cuſtodire † rectum honorem, & ſic ſunt quatuor & tamen in dictis commentarijs Regis Catholici præſtantia,*cap.* 64.*num.*101.*& infra*, non declaraui niſi illa tria, omiſſo hoc vltimo,& quarto. De quo etiam meminit Marc. *Anton. Natta in conſil.*598.*num.*10.11. *vol.*3.

14 Quantum ſpectat ad rectum honorem † non ſolum concernit reuerentiam, quam erga vxorem Domini,ne cum ea cubet,aut flagitium,vel adulterium committat,cum nulla iniuria ſocietatem matrimonij magis dirimat, quam non modo adulterij deprehenſio,ſed etiam ſuſpicio,vt dicit Franciſcus Patritius de inſtitut. Reipublicæ, *lib.*4.*cap.*4.
15 Idcirco ludere cum vxore,Domini turpe eſt † *arg.* §.*cauſas.in Authent.vt cum de appellat.cognoſ.* ita, vt nec manum, digitum, brachium, cubitum, vel mamillas,aut quid ſimile turpe agere. Ludus enim ſimiles noxij ſunt,& indigni. Inducit ad probandum hoc plura *Iacob. Ardizzon. in ſumma feudal. cap.*86.*incip. Item amittit ſiturpiter.* Idem in fi-
16 lia virgine† in capillo,aut nupta,idem in ſponſa,& nuru & in concubina vt dicit idem Ardizzon.*in c.* 87.*incip. Item idem cap.*88.*incip.Et quod dico.in c.* 89.*incip. Sed quæri poteſt.in cap.*90.*incip. Et quod dictum eſt.& habetur in cap.* 1.§.1.*vbi Doctor.omnes.quib mod.feud.amit. Curt.in tract.feudor.parte.*4.*nu.*20.*Iacobin.de Sancto Georg.in verb. dictiq; vaſalli. num. vigeſimo nono.* Matth. *de Afflict. in deciſion.* 265. *ſub numer.*42. *verſicul. item*

quod ſeruet. Vdalrich. Zas. in tract. feudor. parte 10. *num.* 24. 27. *& plures inducens Ludolph. Schrad. de feud. parte* 9. *cap.* 2. *num.* 1. *cum pluribus ſeqq. Anton. Capici. in inueſtitur. feudal. in* §. *feudorum amiſſiones. col.* 6. *verſ. ſecundo ſi vaſallus. cum pluribus ſeqq. Franciſc. Sonsbec. in vſus feudor. parte* 12. *nu.* 16. *cum pluribus ſeqq. Nicol. Intrigliol. de feudis q.* 80. *nu.* 36. *cum pluribus ſeqq. Hannetton. iuris feudor. lib.* 3. *cap.* 11. *Franciſc. Duaren. in vſus feudo. cap.* 13. *num.* 11. *Renat. Choppin. in conſuetud. Andegau. lib.* 2. *cap.* 2.

17 *titul.* 1. *articul.* 6. & extra iam dicta, † debet reuereri dominus per exhibitionem obſequij, vt apud omnes Dominus virtute ornatus habeatur, cum honorem virtutis præmium eſſe dicat Albertus Magnus,

18 *lib.* 2. *Cæli. tract. at.* 2. *cap.* 3. & qui honoratur † bonæ exiſtimationis reputari dicit Ariſtoteles *lib.* 1. *Rhe-*

19 *toric.* & inter bona externa † honorem optimum dixit Diuus Thomas de Aquino, *Ethicor. lib.* 4. *lectiõ.* 6. Vnde honor ſuperat laudem, vt dicit Daniel Barbarus, *lib.* 3. *Rhetoric. cap.* 24. Et honorem diuinum

20 † bonum appellauit Plato de legibus Dialog. 5. quem adeo magni facit Virgilius in Buccolicis. Ecloga. 5.

Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit,
Dum Thymo paſcentur apes, dum rore cicadæ,
Semper honos, nomenq; tuum, laudeſq; manebunt.

Et repetens vltimum verſum idem Virgilius lib. 1. AEneidos, inquit.

Infreta dum fluuij current, dum montibus vmbræ
Luſtrabunt conuexa polus, dum ſydera paſcet,
Semper honos nomenq; tuum, laudesq; manebunt.

21 Quando quis in terra Baronis † habet bona burgenſatica, vel vel feudalia a rege in territorio ipſius Baronis, pro illis non tenetur iurare Baroni, vt dicit Paris de Puteo, de redintegratione feudorum, *cap.* 248. *incip. An poſſidens.* Vbi dicit, ita fuiſſe deciſum inter Ducem Sueſſę, & Comitem Venafri.

ARGVMENTVM.

Iuſiurandum homagij, & ligij ſapit quandam ſubiectionem ſeruilem, quæ ab homine libero exulare debet, ac illud ſoli Domino flexis genibus, & manibus inuicem complicatis ab homine ligio præſtatur, quo ille ad protectionem, hic vero ad obſequium, fidelitatem, & cetera iura, ex formula beneficij danda, faciendaue, obligatur. Vt autem ligium dicatur feudum, id in inueſtitura ſpecifice exprimendũ eſt, in quo non Pares Curiæ, vt in reliquis feudis, ſed ipſe Dominus eſt ordinarius iudex. Balius & tutor pupilli nomine, & procurator cum ſpeciali mandato conſtitutus, illud præſtant, nec dominus priuatur ſuo dominio, etiamſi homagium ſibi abnegetur, & alteri promittatur. Femina in feudo ligio ſuccedit niſi propter contrariam conſuetudinem impediatur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti Homagij, & ligij materiam alibi tractauit Author.*

2 *Iuramenti Homagij, & ligij præſtatio, ſeruilem dici ſubiectionem in homine præſertim libero.*

3 *Formula iuramenti Homagij, & ligij ex Speculatore.*

4 *Alia formula eiuſdem iuramenti ex Andrea de Iſernia.*

5 *Formula huius iuramenti, quam Ferdinando Regi in Regno Neapolitano præſtitit Vrſus Vrſinus Nolæ, & Atripaldæ Comes.*

6 *Ex præſtatione iuramenti Homagij & ligij, an fiat libertati præiudicium? num.* 7.

8 *Ligius homo quis dicatur?*

9 *Homagij iuramentum præſtans nulli alteri fidelitatem ſeruare tenebitur.*

Feudum ligium, quid ſit. num. 15.

10 *Vaſallus duorum Dominorum quis eſſe an poſſit.*

11 *Homagij ligii iuramentum præſtatur Coram Principe, flexis genibus, complicatis manibus, cum manibus Domini.*

12 *Ligium vnde dicatur?*

13 *Homagium quid ſignificet, ample declaratur. & numero* 14.

15 *Ligium feudum nunquam dicendum niſi in inueſtitura exprimatur.*

16 *Homagii iuramentum an per procuratorem præſtari poſſit.*

17 *Feudi ligii, & Homagii effectus plures ſunt. num.* 18. 19. 20. 21. 22. 24.

19 *Omnia bona ſiue feudalia, ſiue allodialia illius, qui Homagii iuramentum præſtitit, ſub illius Domini cui iuratum fuit iuriſdictione ſunt.*

20 *In feudo ligio ſiue Homagio pœnitentiæ locus non eſt, nec Domino, nec vaſallo. num.* 23.

21 *Iuramentum Homagii, & ligii, qui præſtitit, ab illius obedientia ſe eximere non poteſt.*

22 *Refutationis feudi materia.*

24 *Femina ſuccedit in feudo ligio. num.* 25.

26 *Vaſallus abnegans facere homagium domino, quid patiatur.*

27 *Vaſallus, ſeu feudatarius, qui non eſt ligius cõmittẽs crimen læſæ Maieſtatis, an ea lege puniatur.*

28 *Tutor pupilli nomine præſtat iuramentum Homagii.*

TI-

TITVLVS LIX.

De iuramento Homagij, & ligij.

QVius libri materia, ac tractatio expostulat, vt ea quandoque tangam, quæ alijs in locis tradiderim, vt lectores in hunc locum illa videant ne cogantur illos libros reperire, qui † forsitan ad eorum manus non peruenerint. Referam itaque ex his, quæ de hac iuramenti serie scripserim in Cõmentarijs de Catholici Regis Præstantia, *cap. 64. num. 34. cum pluribus seq.* quantum mihi sufficere videbitur.

1

Quandam seruilem subiectionem, & præter naturã, præsertim in homine libero, hoc Homagij siue † ligij iuramentum fieri scripsit Baldus *in c. quæ in ecclesiarum. de constit.* Ita vt veritatem dicere videatur, attenta illius formula, quam sic tradidit *Specul. in titul. de feudis. §. 2. nu. 6.* Ego N. ex causa Homiciæ, siue † Homagij, promitto tibi P. esse perpetuus homo, & stare cum meis hæredibus ad tuam maiorem signoriam, & præstare tibi annuatim tale, ac tale seruitium constituens, & confitens me tuum esse hominem, & deinceps me in tui possessione, tanquam Domini esse, & stare in tali loco, vel alibi, vbicunque me volueris. Aliam formulam tradit *And. de Isern. in c. 1. §. inuestitura. num. 9.* de noua forma fidelitatis, quæ talis est. Ego. N. Iuro † Homagium tibi Domino P. vt a modo sim homoligius vester. Aliam formam in Regno Neapolitano agitatam scripsit Pandolphus Collenucius *Histor. Neapolitan. lib. 7.* quæ ita se habet. Ego Vrsus Vrsinus Nolæ, & Atripaldæ Comes, Dominus Asculi, Lauri, Foreni, & eorum territoriorum, Tibi Ferdinando † Regi, tuisque filijs, & succcessoribus in Regno Neapoli, promitto pro me, filijsque meis, ac succesororibus in eisdem ciuitatibus, terris, ac finibus meis, esse fidelem, & dictos meos hæredes, & succesores, futuros fideles tuis mandatis, tuorumque hæredum, & succesorum, omni loco, ac tempore obsequentes, & cum meis Ciuitatibus, castris, populis, & confinibus, me futurum erga te in fide, & amore constantem. Et si quando intellexero aliquem contra, & aduersus te, & tuos hæredes, insidias, vel proditiones moliri, tibi, tuisque manifestaturũ. Et vltimo loco, omnia erga te, tuosque officia facturum, & operaturum, domi, foriſque, pace, & bello erga tuos inimicos, & hostes, & pro tui Regni beneficio, ea me acturum, quibus naturæ legibus, & Homagij rationibus, bonus, ac fidelis vasallus obstringitur. Ita me DEVS adiuuet, & hæc Sancta Euangelia, per quæ scienter, ac mea sponte, nec astrictus, Iuro. Rex interim erat sedẽs in Regali Solio eleuatus, inter magnos Principes, & Barones positus, omnesque Magistratus cuncti Ordinis erant circum stabiliti, purpura veste, & chlamidibus ornati, dextra manus genuflexus erat Regis Secretarius, læua Ciuitatis Prælatus maior, in sinu Regis Sanctorũ Euangeliorum librum sustinens, in medio illorum genuflexus vasallus vtramque manum expansam supra librum tenens, quas intra manus suas Rex complicabat. Iterumque vasallus repetebat. Ego cum meis filiis & succcessoribus Ferdinando, meo Regi, ac Domimino, suisque hæredibus, & succesoribus, me constituo ac dono, quibus verbis ter repetitis, Regis manus osculabatur, Rex illi Osculum in facie præbebat. Subiungit ibi Collenucius. Hic est mos iurandi fidelitatem Regibus Neapolis ab his, qui sunt illorum ligij, quia dum colligantur digiti iurãtis a digitis Regis, intelligitur illum suæ fidei, ac obedientiæ colligasse.

2 3 4 5

Ex his formulis nullum libertati † præiudicium fieri *post Specul. in titul. de feudis. §. 2. nu. 6. cum seq.* qui dicit, obligari Regem, ac Dominum ad illius protectionem, & ad alia. Quem sequitur *Ioan. Ferrarius Montanus in vsus feudorum. lib. 6. cap. 1. vers. Homagium itaque.* Et idcirco censui iurantis libertati nullum præiudicium fieri cum illa promissio reciproca sit, vt Principis † concedentis obedientiæ, & protectioni se submittat, vt dixi de Magistratuũ edictis. *lib. 3. cap. 4. per totum.* Et de Regis Catholici præstantia. *cap. 64. num. 36. 45.*

6 7

Ligius homo dicitur vasallus, supremi † tantum Principis, Puta Summi Pontificis, Imperatoris, Regis Hispaniæ, Galliæ, aliorumq; Principum supremorum, superiorem non recognoscentium, vel iura Principum habentium, & verbum istud ligium iuri feudorum est incognitum, & de eo solum iure Pontificio fit mentio, *in Clem. Pastor. §. rursus. de re iudicat.* Quiq; hoc Homagij iuramẽtũ præstãt nulli alteri fidelitatem seruare tenentur † nisi illi Principi, cui hoc iuramentũ præstiterunt, duorum enim Principum in solidum vasallus ligius esse non potest. *arg. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commodat. Glos. in dicta Clemen. Pastoralis. in verb. Homoque ligius. Specul. in tit. de feud. §. quoniam. nu. 23. And. de Iser. in dicto c. 1. §. inuestitura. sub num 2. vers. hoc non fit. de noua form. fidelit. Bal. in Authen. Hoc amplius. sub num. 8. C. de fideicommis. Lud. Roman. in consil. 47. num. 6. Alex in consil. 118. num. 5. vol. 5. Sigismund. Loffred. in Paraphrasi feud. in dicto c. 1. colum. 1. vers. Hic igitur titulus. de noua forma fidelit. Iacobin de Sancto Georg. in inuestitur. feudal. in verb. in feudum. Diuision. 7. Anton. Capic. in inuestitura feudali in verb. feudorum Homagia. in vers. Ligium, seu homagium. Masuer. in practic. titul. de feud. in fin. Ioan. Berber. in viatorio iuris. parte 2. titul. de feudis. nu. 22. Barthol. de Chassan. in consuetud. Burgundiæ Rub. Des fiefz. §. 3. in verb & homage. Guid. Pap. in decis. Delphinal. 309. num. 1. Anton. Capic. in decis. Neapol. 162. num. 11. 12. Matth. de Afflict. in decis. Neap. 307. nu. 3. Francisc. Marc. in decis. Delphin. 455. num. 20. vol. 1. Petrus Rebuff. in Declarationibus feudor. num. 22. Roland. a Vall. in consil. 44. per totum. vol. 2. Iacob. Menoch. in consil. 32. num. 2.*

8 9

vol.

vol.1.Octauian. Cacheran.in deciſ. Pedemont. 163. num. 5.Dixi quid ſit feudum Ligium in commentarijs de Magiſtratuum edictis.lib.1. capitul.2.numero 107.

10 Declara tamen poſſe quem † eſſe vaſallum duorum Dominorum ex diuerſis feudis, ſed ſemper intelligitur excepta fidelitas principis ſuperioris, & ſi eſſet vaſallus non ligius, duos dominos habere poſſet,ſi eſſet ligius,eſſe intelligitur ligius vnius.& vaſallus alterius,*vt ex Ioan.Andr.in Cle.Paſtoralis. §.rurſus.de ſent.& re iudicat. & aliis dicit Matth. de Afflict.in deciſ.Neapol.*307.*num.*3.*Guid.* Papæ *in deciſ.Gratianop.*310.*& in deciſ.*311.*Anton. Capic. in deciſ.Neap.*162.*nu.*19.*Petrus Gregor.Syntagmat. iuris vniuerſi, lib.6.cap.*2.*nu.*32.

Hoc iuramẽtum Homagij,ac ligij,(vt per exemplum ſupra traditum Comitis Nolæ ex Collenu-
11 cio patet)flexis genibus,† complicatis coram Prin pe manibus,cum eiuſdem Domini manibus præſtatur.*Andr.de Iſern.in dicto.§.inueſtitura.Anton.Capicius in inueſtitura feudal.in §.verborum homagia verſ.ligium, ſeu homagium.Nicol.Boer.in cõſuetud. Bituric.titul.Des conſtumes de Fiefz.§.*1.*col.fin.& ſic ipſum vidiſſe ſcribit Marin.de Caramanico Gloſſator.in Conſt.Regni.Domini a vaſallis.in verb. Domini.circa finem.*

12 Ligium,ſiue † a ligando,ſiue a legalitate,ſiue a liga,ſiue a liliis, late *ex Specul. Franciſco Hotoman. Alberto Crantio,Carolo Sigonio*, Aimoino, *Antonino Florentino,Sigeberto, Forcatulo, & aliis ſcripſi de Præſtantia Regis Catholici.cap.*64.*num.*47.*vſque ad num.* 55. Nunc addo Petrum Gregorium Syntagmate iuris vniuerſi.*lib.6.cap.*4.*nu.*23.*vſque ad finem. Iacobum Cuiacium de feudis. lib.*4.*titul.*93. *Polydorum Ripam in Singulari obſeruat.* 18.*num.*2. *Renatum* Choppin.*in conſuetud.* Andegauenſ.*lib.*2. *parte* 3.*cap.*2.*titul.*1.*Articul.*4.*Ioan.*Bodin.*de Republic.lib.*1.*cap.*9.

Homagium tamen (Hominium alias dictum &
13 ſic illud † appellat nouiſſime Iacobus Cuiacius *in l.ſenatorum.*4.*C.de dignitatib.lib.*12.Et dixi de Regis Cathol.præſtantia *cap.*64.*num.*47.48.) Hommage appellant omnes Galli vt ibi dicit Cuiacius, & venuſtius Hominium appellari dixit idem Cuiacius,*obſeruat.lib.*8.*cap.*14.*Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuerſi.lib.*6.*cap.*15.*num.*6.*Ioan.Bodin.de Republica. lib.* 1.*cap.* 9. inquit, Homagium appello,
14 † fidelitatem,obſequium,obedientiam, & ea iura, quæ fiduciarius Domino, & formula beneficij dare,facere tenetur.*Franciſc.Marc.in deciſ.* 345.*vol.* 1.*& noſtrates Paris de Puteo de Redintegrat. feudor.cap.*245.*incip.Hunc videndum eſt.nu.*5.*fol.*135. *Thom.Grammat.in deciſ.Neapol.*105.*nu.*33.*Marc. Anton.Natta in conſil.*544.*vol.*3.

15 Ligium autem feudum nunquam † dici debet, niſi in inueſtitura ita fuerit appellatum *vt poſt Bal. in c.inter dilectos.col.*6.*de fide inſtrument.*dixit Iaſon in Præludijs feudorum.*nu.*108.*Petrus de Greg. Sicul.de conceſſ.feud.parte* 5.*q.*8.*nu.* 1. Hinc quoddam mali animi propoſitum oſtendere volens erga Carolum Quintum Cæſarem, figurat Ioannes Bodinus *de Republic.lib.* 1.*cap.*9. Franciſcum primum Galliæ Regem, ad electores Imperij, (quos creatores ipſe vocat, de quo alibi dicam ſi DEO placebit)quod cauerent ab electione Caroli, quia ſub vaſallus illius eſſet pro Comitatu Flandriæ, & Arteſiæ,quinimmo Ligius,quibus ipſe adiunxit,& addidit, quod vaſallus ligius pro Regno vtriuſque Siciliæ Summi Pontificis eſset. Tamen his omnibus me recte ſatisfeciſse crediderim, & reſponſum dediſse in Commentarijs de Regis Catholici Præſtantia,*cap.*46.*nu.*255.*cum pluribus ſeq.*

Homagij iuramentum præſtari poſſe per procu
16 ratorem,† poſt multa ab vtraque parte inducta,cõcludit *Ioan. Gallus. q.*301. *AEgidius Magiſter. in tract.extinctionum.cap.* 6. Pone enim ſupremum puta ſummum Pontificem Imperatorem, Regem eſse in partibus longinquis, in quibus feudatarius aliquo etiam iuſto impedimento accedere non poteſt, ſine dubio per procuratorem præſtare poterit admiſſibilem, cum non conueniat coram ſupremo Principe aliquem infirmi ſtatus hominem deputari cenſeo tamen ſpeciale hoc caſu mandatum requiri, vt dixi ſupra hoc eodem libro in titulo de iuramento fidelitatis verſ.contrarium,quod per procuratorem.num...

17 Effectus feudi ligij, ſiue Homagij plures † ſunt, quorum primus is eſt,quia omnibus notum eſt, regulare eſſe,quod Pares Curiæ, ſunt ordinarii feudorũ iudices.*c.*1.*de cõtrouerſ. apud pares termin.cũ concor.* Tamen ſecus eſt in feudo ligio, quia Princeps,& Dominus, cui præſtitum fuit homagij,ſiue
18 ligii iuramentum,erit iudex † competens cum ipſe ſolus inſtituerit & ipſe deſtituat. *Iacobus Ardizon. in ſumma feudal.cap.* 138.*incip. Dictum eſt ſupra. Bald.in cap.ceterum.col.*5.*de iud.quem refert Iaſ.in Prælud.feudor.num.*112.*Curt.in tract.feudor.parte* 7.*Vdalrich. Zaſ.in epitome feudor.parte* 11.*Catellian.Cotta in Memorabilib. in verb.feudum ligium. Petr.Gregor.Syntagmat.iuris vniuerſ.lib.*6.*c.*2.*num.* 31.*Ioan.Sainſon.in conſuetud.Turonens.titul. Comment.& Hommage.Articul.*1.*concluſ.*23.*verſ.quartus.*

Secundus feudi Homagij, ſiue ligij effectus eſt,
19 † quod omnia illius,qui iuramentum præſtitit bona,& feudalia, & allodialia, ſiue burgenſatica, ſub illius Domini iuriſdictione ſunt,cui dictum Homagij ligij iuramentum præſtitum fuit.*Specul.in titul. de feudis.*§.2.*num.* 33.*arg.dicti c.ceterum. de iudic. Martin. Laudens.in cap.*1.*num.*51.*de his, qui feud. dar.poſſ.Anto.Capic. in inueſtitur.feud.*§.*feudorum Homagia.col.*2.*verſ.effectus ligii.Petrus Gregor.Syntagmat.lib.*6.*cap.*2.*ſub num.*31.*Petrus de Gregor.Sicul.de conceſſ feudorum parte* 5.*q.*8.*num.*1.*Franciſc. Marc.in deciſion.Delphinal.*454.*num.*21.*vol.*1.*Anton. Borrinius deſeruitiis vaſall.parte* 5.*cap.*3.§.6. *verſ.in vaſallo vero.*

20 Tertius feudi ligij, ſiue Homagij † effectus eſt, quia in eo pœnitentiæ locus non eſt.*Bald.in dicto c. ceterum.Martin.Laudens.in dicto c.*1.*num.*52.*de his*

qui

qui feud.dare poſſ.Curt.in tract.feudor.parte.1.q.8. col.8.Iacob.de Sanct.Georg.in tract.feudor.in verb. In feudum.Diuis.7.num.22. Anton.Capic.in dicto. §.feudorum Homagia.verſ.effectus eſt etiam.Ioan. Sainſon.vbi ſupra.Cotta in dicto verb.feudum ligiũ. quos ſimpliciter ſequitur Petr.Rebuff.in declar.feu-

21 *dor.diuiſion.23.* Et ideo ab illius, † cui iurauit obedientia,& ſubiectione eximere non poteſt, vt voluit *Bald.in dicto c.ceterum.* quem refert,& ſequitur *Petr.Gregor.Syntagmat.iuris lib.6.cap.2.nu.30.* dicentes,quod etiam ſi feudum refutaret, non poſ-

22 ſet ſe eximere,de qua refutatione,† quando,& quibus fieri poſſit ? ſcribit *Ioan.Anton.Cannetius Siculus.in rep.c.volentes.Regni Siciliæ.§.ſed operę pretium.num.1.fol.161.& in §.prædictis.num.16.fol. 171.Vincent.de Franch.in deciſion.3.num.9. Ioan. Vincent. de Anna in rep.cap.1.de vaſal. decrepit. ætat.*

23 Intellige etiam nec principem, qui feudum † ligium conceſſit,& cui præſtitum fuit Homagij, & ligij iuramentum,poſſe pœnitere,& feudum reuocare,*vt dicit Bald.in dicto.cap.ceterum.col.4.verſ. ſed ſtatim quæritur. de iudic.quem refert,& ſequitur Petr.de Gregorio Siculus,de conceſs.feudor.parte 1. q.7.num.9.verſ.tertio limito.& Nicol.Intrigliol.de feudis.parte 1.q.28.num.39.*

24 Quartus effectus erit,quia in feudo ligio † femina ſuccedit. *Specul.in titul.de feudis.§.quoniam. verſic.21.num.41.Alexand.in conſil.30.num.4.vol. 1.Curt.iunior.in tract.feud.parte 3.limit.10.num. 13.Deci.in conſil.139.ſub num.1.& in conſil.269. ſub num.6.Petr.de Gregor.Siculus de conceſs.feudor. parte 5.q.8.num.4.Iaſon.in prælud.feudor.num.111. Ant.Capic.in inueſtitur.feudali.§.feudorum genera.col.49.verſ.ligium.conclu.9.fol.233.Nicol.Intrigliol.de feudis.par.prima.q.28.nu.46.Ioan.Sainxon.in Conſuetud.Bituricens.articul.1.concluſ.23. verſ.ſecundus effectus.Marian.Socin.Iunior.in conſil.77.num.22.vol.1.& in conſil.1.num.36.vol.4. Anton.Gabriel.commun.opin.lib.6.titul.de verb.ſignificat.concluſ.6.num.55.Ioan.Thom.de Marian. de Generib.& qualit.feudor.titul.11.verſ.decimo limitatur.Petr.Gregor.Syntagmat.iuris vniuerſ.lib.6. cap.2.num.33.Dixi latius de Magiſtratuum edictis lib.1.cap.2.num.106.107.109.110.& dixi in hac ſumma deciſion.tomo.1.titul.de feudis.num...*

25 Intelligunt tamen †attenta conſuetudine id procedere,non alias,*vt Alex.in dicto conſil.30.num.3. vol.1.voluit.Nicol.Intrigliolus de feudis.q.28.num. 46.vol.1.Franciſc.Sonsbec.in vſus feudor.parte 4. ſub num.26.D.Alexand.Raudens.in conſil.34.num. 8.vol.1.Dixi de Magiſtratuum edictis.lib.1.c.2.nu. 65.Nouiſſime Polydor.Ripa ſingul.obſer.18.nu.5.poſt Deci.& Ripam voluit Octauian.Cacher.in deciſ.Pedem.26.ſub num.11.*

26 Vaſallus abnegans Homagium † facere Domino ſuo,ſed illud præſtans alteri,non idcirco dominus priuatus intelligetur ſuo Dominio,*vt ex Specul.in tit.de iuriſdict.omn.iudic.§.1.verſ.illud.voluit Guido Pap.in deciſ.Delphin.305.num.2.Franciſc.Marcus in deciſ.Delphin.454.num.25.volum.1.*

27 Vaſallus,ſeu feudatarius,† qui non eſt ligius,nec ſubditus ratione originis, vel domicilij, ſi cõmittit crimen læſæ Maieſtatis contra Regem, crimine legis Iuliæ Maieſtatis non tenetur, vt poſt alios concludit *Anton.Capic.in deciſ.Neap.162.num.12.* De quo dicam,DEO dante,fuſius in titulo,de lege Iulia Maieſtatis.

28 Balius,& tutor pupilli nomine † Homagii iuramentum præſtare poterit. *arg.tex.l.iuſiurandum. 17.§.ſi tutor.ff.de iureiurand.dicit Renatus Choppin.in conſuetud.Andegauenſ.lib.2.cap.1.titul.2.articul.1.* dicens,per tria ſupremæ curiæ Arreſta prouiſum,in anno 1426.1451.1538.& ſic etiam ſeruari ex Andegaua conſuetudine,§.106.107.125.

ARGVMENTVM.

Iuſiurandum nihil aliud eſt, quam inuocatio DEI Optimi Maximi, qua petitur, vt ſit teſtis noſtræ aſſeuerationis, & puniat fallentes,tactu Sacroſancti Euangelij conſummata. Hoc pacto præſtant illud Summus pontifex,& Epiſcopi,ſimiliter Imperator, Reges, & Principes ſuperiorem non recognoſcentes, quorum nuda fides præſtatio iuramento æquiparatur. Religioſi autem iurant manu ad pectus appoſita. Verſatur circa res honeſtas, poſſibiles, & licitas, cum non debeat eſſe vinculum iniquitatis, neque obligatorium ſit contra bonos,mores præſtitum iuramentum, & ſemper tres comites habere debet, vtputa veritatem,iudicium,& iuſtitiam. Ex illo actio in factum, & exceptio datur, quoniam nullum vinculum ad aſtringẽdam fidem iureiurando arctius inuentum nec reputatum fuit. Præterea induit naturam actus cui accedit, ſupplet præſentiam partis, excipit auctoritatem ſuperioris, intelligitur de præſentibus non futuris, accipitur ſecundum intentionem iurãtis,& ſemper ſeruandum eſt quando ſine detrimento, ac diſpendio ſalutis æternæ ſeruari poterit. Finis illius eſt, vt eo mediante defectus probationum legitime ſuppleatur, & contentiones celerrime finiantur, cum ſit maxi-

mum

mum expediẽdarum litium remedium. Contrariatur periurium cum iniuria alterius, aut dolo malo coniunctum, quod licet DEVM quo ad animam & conscientiam vltorem habet attamen etiam ex Imperatorum legibus coerceetur, & periurus pœnæ criminis Stellionatus subijcitur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti diffinitio ex Goffredo de Trano, & Hostiense.*
2 *Iuramenti diffinitio remissiue ex Raynerio de Forliuio, & Cyno.*
3 *Iuramenti diffinitio ex* Baldo.
4 *Iuramenti diffinitio ex Anton. Corseto.*
5 *Iuramennti diffinitiones plures ex alijs.*
6 *Tactus scripturarum an exigatur in iuramento? nu.* 7.8.9.10.
10 *In Gallia dum iurant scripturam tangunt.*
11 *Papa iurat, tactis euangelijs remissiue.*
12 *Imperator iurat tangendo Sacra DEI Euangelia. num.* 13.15.
13 *Otho Imperator iurauit Ioanni Papæ* 12. *super ligno viuificæ crucis, & Sanctorum reliquiis.*
14 *Reges iurare debent tactu Sanctorum Euangeliorum. nu.* 15.
15 *Imperatores, Reges, ac Principes superiorem non recognoscentes an fidei præstationem dando sufficiat.*
16 *Episcopi coram Summo Pontifice iurant tactis Euangeliorum Sanctorum libris. num.* 18. *vide. num.* 21.22.
17 *Iurari an sufficiat super veteri, vel nouo testamento, super altari, super Ligno Crucis, aut Sanctorũ reliquijs.*
18 *Episcopi dum non sunt coram Papa, Sacra tangere non coguntur in alijs actionibus.*
19 *Prælati in Hispania a Rege feuda tenentes, si iuramento Homagij contra veniant reputantur proditores.*
20 *Prælati tenentes feuda a Regibus iuramentum fidelitatis, illis præstare coguntur.*
23 *Religiosi, an iurent in pectore. nu.* 26.27.
24 *Solo verbo, an præstetur iuramentum.*
25 *Episcopus dum ferre debet testimonium non cogitur, sed debet mitti ad eum Notarius ad recipiendum illius examen.*
27 *In Gallia clerici iurant posita more eorum, manu ad pectus.*
28 *Iuramentum iudiciale tactis scripturis faciendum.*
29 *Fidei præstatio est iuramenti præstationi æqualis. nu.* 30.34.
31 *Fides Sincera non scrupulis, sed integritate, & probitate firmatur.*
32 *Fidem non seruans extraordinarie punitur crimine Stellionatus.*
33 *Fidem fallere graue est.*
35 *Fidei transgressio, an æque puniatur vt trangressio iuramenti.*
36 *Iuramenti priuilegia, qui scripsere.*
37 *Promissio facta sub fide veri Principis, ac vt iuramẽtum seruanda.*
38 Ex *Iuramento actio oritur. Declaranũ.* 39. 40.41. 42.43.44.
45 Ex *Iuramento agitur præcise ad factum, & an agatur ad interesse. num.* 46.47. 48. 49. 50.51.52. 53.
54 *In contractibus in nominatis iuratis an sint locus pœnitentiæ.*
55 *Iuramentum an faciat actum valere omni meliori modo, quo potest.*
56 *Iuramentum vbi adest, an habeat locum purgatio moræ. nu.* 57.58.
59 *Iuramentum vbi est, an sit necessaria partis interpellatio?*
60 *Iuramenti occasione, causa remittitue ad locum contractus. nu.* 61.
62 *Iuramentum habet vim clausulæ rato manente pacto.*
63 *Iuramentum habet vim clausulæ de rogatoriæ. Declara. nu.* 64.65.
66 *Iuramentum cumulat forum foro. nu.* 67.
68 *Iuramentum habet vim clausulæ codicillaris.*
69 *Iuramentum facit, quod instrumentum habeat promptam, & paratam exequutionem.*
70 *Conductor cadit a re locata non soluens elapso biennio.*
Emphyteota in Rebus temporalibus non soluens elapso triennio cadit ab emphyteosi.
Emphyteota rerum ecclesiasticarum non soluens elapso biennio cadit ab emphyteosi.
71 *Emphyteota promittens soluere singulis mensibus, vel designatis annis cum iuramento, an deficiente solutione in tempore promisso, non expectata triennio in profanis, & biennio in ecclesiasticis cadat ab emphyteosi. nu.* 72.73.74.
75 *Fideiussor habet beneficium excussionis principalis. Declara. num.* 79.
76 *Fideiussor, qui iurauit non habet beneficium excussionis. Declara. nu.* 77.78.79.
80 *Mulier, quæ iurauit, an gaudeat beneficio Senatus consulti Velleiani. nu.* 81.
82 *Promittens factum alienum cum iuramento, an faciendo suum posse, liberetur? numero* 83. 84. 85.86.
87 *Promittens cum iuramento soluere, an possit compensationem opponere. nu.* 88.89.90.
91 *Prorogari iurisdictio, an possit, cum iuramento. numero* 92.
93 Ex *compromisso iurato an actio nascatur. num.* 94.
95 *Iurans non contrauenire contractui, an amittat restitutionem in integrum. nu.* 96.
97 *Iuramentum an suppleat solennitates a statuto requisitas. nu.* 98.

99 *In-*

99 *Iuramentum, an validet, contractum nullum num.* 100.101.102.

103 *Iuramentũ an firmet contractum a ſtatuto prohibitum. nu.* 104.105.106.107.108.109.110.111.112.113.

114 *Iuramentum in contractu minoris, an ſuppleat iudicis, aut curatoris authoritatem? numero* 115.116.117.

118 *Iuramentum an ſuppleat inſinuationem requiſitam in contractu donationis quingentorum aureorum? num.* 119.120.121.

122 *Donatio inter virum, & vxorem, an iuramento firmetur? num.* 123.124.

125 *Donatio iurata inter patrem, & filium an valeat? num.* 126.

127 *Iuramentum iudiciale deciſiuum, an habeat vim litis conteſtationis.*

128 *Iuramentum, an validet alienationem rei dotalis factam a muliere?*

129 *Iurati contractus obſeruantia, an liget, & tranſeat ad hæredes num.* 130.131.132.

133 *Renunciatio iuris de futuro cum iuramento, an valeat? num.* 134.

135 *Fideiuſſor cum iuramento, an poſſit obligari in duriorem cauſam. num.* 136.137.138.139.140.142.143.144.

137 *Antonius Heringius I.C. Germanus laudatur.*

141 *Iuramentum vim habet iuris communis.*

145 *Iuramentum operatur, vt abſens habeatur preſens.*

146 *Iurans habere ratam venditionem, & illi non contrauenire, priuatur beneficio. l. 2 C. de reſcin. vendi. num.* 147.148.

149 *Cenſuarius per mille annos non ſoluens, poteſt tamen in promptu ſoluere, & non cadit a iure ſuo. Quid ſi interuenerit in promiſſione iuramentum. nu.* 150.

151 *Iuramentum an minorem repreſentet maiorem. nume.* 152.153.

154 *Mulier, & minor non valentes facere actum ſine aliqua ſolennitate, ita vt ſuper illo actu, nec valeat procuratorem conſtituere, an ſi procurator cum iuramento conſtitutus ſit, ualeant acta ſubſequuta. nu.* 155.156.

157 *Iuramento num, probentur quæ in animo conſiſtũt. nu.* 158.159.

160 *Iuramento taxantur expenſæ. Declara. nu.* 161.

162 *Iuramentum eſt indiuiduum, & vnicum. numer.* 163.

164 *Iuramentum vbi interuenit, ibi fraudis, & ſimulationis ſuſpicio an arguatur.*

165 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, auferens liberam teſtandi facultatẽ, an cum iuramento valeat. nu.* 166.167.

168 *Prodigi contractus cum iuramento, an valeat. nu.* 169.70.

171 *Citati aduerſus citationes non comparentes, allegantes impedimenta nimiarum pluuiarum, niuium, fortunæ maris, inundationum fluminum, tempeſtatum, vinculorum, carcerum, infirmitatum, & ſimilium, an iuramento admittantur? nu* 172.173.174.175.176.177.

178 *Et ſi titulus, ne fideiuſſores dotium dentur obſtet, nunquid fideiuſſores ſi iurauerint, fideiuſſio teneat? num.* 179.

180 *Pœna dationi, an præſumatur in fraudem, ſi iuramentum acceſſerit. nu.* 181.182.

183 *Pactum futuræ ſucceſſionis cum iuramento initũ an validum ſit? num.* 184.185.

186 *Iuramentum licet non ampliet, an tamen robur addat actui.*

187 *Beneficium l. ſi vnquam. C. de reuocand. donat. an tollatur iuramento? num.* 188.

189 *Beneficio ceſſionis bonorum, cum iuramento renunciatio facta an proſit. num.* 190.

191 *Obligatus ſoluere certo termino, ſi fiat prorogatio, ex primo iuramento cogitur.*

192 *Iuramentum an operetur, dum quis in partibus iuſtitiam conſequi non poſſe narrat, ob aduerſariorum perhorreſcentiam iſtud narrans.*

193 *Iurati caſus in generali diſpoſitione, an concludantur?*

194 *Iuramentum an perpetuet actionem.*

195 *Iuramento an probetur ignorantia. num.* 196.

197 *Iuramento damnum paſſi ſeruata forma ſtatuti, an ſtetur?*

198 *Iuramento debitoris fugientis, an purgetur fuga. num.* 199.

200 *Inſtrumentorum, & ſcripturarum perditio, an iuramento probetur.*

201 *Tenor ſcripturæ, an iuramento probetur. num.* 202.

203 *Saccomando probato res amiſſæ iuramento, an probentur.*

204 *Inſtrumenta eſſe de nouo reperta, an iuramento probetur.*

205 *Error an iureiurando probetur num.* 206.207.

208 *Suſpicio debitoris de fuga an iuramento probetur. num.* 209.210.

211 *Cauſa deciſa per iuramentum, an poſſit amplius agitari. nu.* 212.

213 *Promiſſio per ſacrum de relinquenda portione hereditatis genero, an cum iuramento facta, valeat. num.* 214.

215 *Alimentis ſuper futuris tranſigi non poteſt, quid tamen ſi in tranſactione interueniat iuramẽtum. num.* 216.

217 *Promittens cum iuramento ſe repreſentare, vel redeundi ad carceres, an valeat. num.* 218.

219 *Qui tenetur dare fideiuſſorem, an illum non reperiendo ſtetur eius iuramento num.* 220.

220 *Qui tenetur dare fideiuſſionem, an admittatur ſub iuratoria.*

221 *Solo iuramento ſuſpecti allegantur, conſultores, Notarij, Tabelliones, & actuarij.*

222 *Iudex ſuſpectus an iuramento allegetur.*

223 *Cauſæ ſuſpicionis ſunt probandæ*

224 *Enunciatiua verba an cum iuramento probent. nu.* 225.226.

227 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an allegari poſſit*

in tempore, si fuerit cum iuramento illi renunciatum.nu.228.229.

230 *Donatio, in qua renunciatum fuit vitio ingratitudinis cum iuramento, an reuocari possit.num.* 231. 232.

233 *Denunciatio ex causa venditionis facienda an sit, quando cum iuramento promissa est euictio. num.* 234.235.

236 *Lex loquens in contractu, an habeat locum in quasi contractu, si agitur fauore animæ.*

237 *Confessio debiti in testamento cum iuramento facta an valeat.nu.*238.239.

239 *Confessio debiti in testamento facta habet vim relicti.*

240 *In quolibet iuramento intelligitur excepta superioris authoritas.*

241 *Iuramentum an excuset iurantem a præsumpta calumnia, & ab expensis ratione præsumptæ calumniæ.*

242 *Generalis renunciatio facta per filium bonis parentum iurata, an extendatur ad legitimam. num.* 243.

244 *Donatio si facta fuerit ob benemerita, quæ cum iuramento asserta sunt, an probanda sint hoc non obstante.nu.*245.

246 *Assertio & confessio viri habuisse carnale commercium cum vxore, iuramento firmata, an valida sit nu.*247.248.

249 *Iuramenti exceptio, an litis contestationem impediat.nu.*250.

251 *Iuramentum vim habet actus geminati.*

252 *Donatio causa mortis cum iuramento facta, an sit irreuocabilis.*

253 *Confessio viri, & vxoris alienantium dotem, & recepisse pecuniam cum iuramento facta, an vxori præiudicet.nu.*254.255.

256 *Alienatio, siue permutatio facta de fundo dotali inter virum, & vxorem cum iuramento, an teneat.*

257 *Ex diuisione bonorum cum iuramento facta, an censeatur renunciatum fideicommissum.nu.*258.

259 *Pactum de non alienando iuramento firmatum, an impediatur Domini translatio.nu.*260.

261 *Promittens cum iuramento secretum non reuelare, an productus in testem possit cum iuramento deponere.*

262 *Pactum legis commissoriæ in pignore reprobatum, si mutuans centum, det pignus cum pacto, quod si tali tempore defecerit, sit emptum pro debito, si sit iuratum, an teneat.nu.*263. 264.265.266.267. 268.269.270.

271 *Præscriptioni per statutũ renunciari cum inramento, an possit nu.*272.273.

274 *Dicto alicuius si stari debeat ex statuto, iuramentũ tamen necessarium erit.*

275 *Pactum nudum iuramento suffultum an pariat actionem.nu* 276.

277 *Titulus si exigitur in causa, qui usus præsumitur uiginti annorum spacio, ad complendam possessoris præteriti temporis allegationem, iuramento opus erit.nu.*278.

279 *Compromittens, qui iurauit stare laudo, an impediatur illud ad boni viri arbitrium reducere.nu.*280.

281 *Pactum, quod non fiat probatio, nisi per instrumentum, & non per testes, iuramento munitum, an sit validum.nu.*282.283.

284 *Dotis consignatio constante matrimonio mulieri facto, & iuramento firmata, an teneat.nu.*285.

286 *Pactum quotę litis iuramento intercedente, an sustineatur.*

287 *Generalis fortuitorũ casuum renunciatio accedẽte iuramento, an operetur.nu.*288.289.

290 *Iuramenti operationes remissiue.*

291 *Iuramẽtũ homini præstatur, sed a DEO acceptatur.*

292 *Princeps, aut statutum, an facere possint, vt contractus iuramento inhibitus sit nullus. nu.*293. 294. 295.296.367.368. 369.

297 *Promittens DEO, & Beatæ Virgini non reuocare, vel non facere aliquem actum. si deficiat, an sit periurus.*

298 *Iuramentum interpositum super actu dependente a mera iurantis voluntate, an reuocari possit, & reuocans sit periurus.nu.*299.

299 *Procuratorem non reuocare promittens si reuocauerit, an sit periurus.*

300 *Iuramentum tres comites, veritatem, iudicium, & iustitiam habere debet.*

301 *Iuramentum, clausulam retinet, rebus sic stantibus, vel in eodem statu permanentibus.*

302 *Iuramentum, quod seruari potest sine interitu Salutis æternæ, seruandum est. Declara nu.*304.

303 *Iuramentum an reguletur secundum naturam actus super quo inter ponitur.*

304 *Quomodo intelligetur seruari iuramentum debere vbi potest sine interitu salutis æternæ. num.* 305. 306.307.308.309.310.311.312.313.314.315. 316.317.318.319.320.321.322.323.324.325. 326.327.

306 *Iuramentum vergere dicitur ad interitum salutis æternæ, quando obligaret, vel induceret ad peccatum mortale.*

307 *Iuramentum tendens ad interitum salutis temporalis, an sit validum.nu.*308.

309 *Iuramentum tendens ad mortem alterius an valeat.nu.*310.311.

312 *Cartusienses patres, quorum votum est carnes non comedere, an in casu mortis inevitabilis, nisi accedat esus carnium, ligentur voto.*

313 *Arnaldus de Villanoua dicebat, vitã restauri posse sine esu Carnium, vino, & vitellis ouorum. Reprobatur.nu.*316.

314 *De carnium esu, qui scriptores tractant.*

315 *De ouis, qui scripsere.*

317 *Arnaldi de Villanoua hæresis.*

318 *Temperies, vel intemperies Medicorum iudicio remittitur.*

319 *Iuramẽtum si in deteriorem exitum, licet non in interitum salutis æternæ tendat, non est seruandum.*

320 *Iuramentum, quãdo dicitur vergere in peiorem exitum.nu.*321.322.323.324.325.326.327.

228 *Iuramentũ, & res iudicata æquiparantur.nu.*329.

330 *Iu-*

330 *Iuramentum an ſuppleat conſenſum.*

331 *Iuramentum præſtitum contra bonos mores nullũ eſt. nu.* 332.333.334.335.

332 *Contra bonos mores quando dicatur iuramentum.* 333.334.335.

336 *Boni mores, qui dicantur, remiſſiue.*

337 *Statuta inducentia ſolennitates probatorias inducta ob publicam vtilitatem, & ideo priuatorum pactis iuramento firmatis tolli nequeunt.*

338 *Minoris iudicium, an poſsit iuramento firmari. nu.* 339.340.

341 *Termino probandi lege, vel ſtatuto præcluſo, an detur iuramentum etiam ad partem interrogandam num.* 342.

343 *Periti in aliqua arte, non admittuntur, niſi cum iuramento. Declara. num.* 344.345.

344 *Periti, antequam referant iurare an debeant?*

345 *Periti in arte de credulitate deponere debent.*

346 *Iuramentum in aliqua ratificatione appoſitum, arguit conſenſum ſatis deliberatum.*

347 *Iuramentum, non vt pars petit, ſed ſecundum morem, & vſum præſtandum eſt.*

348 *Iuramentum intelligitur ſecundum mores Iuriſconſultorum, ſed apud Chriſtianos tamen. numero.* 349.

350 *Iurare recuſabit pars, ſi bene, ac plene ſuam intentionem probauit.*

351 *Iuramentum appoſitum ſuper contractu a iure reprobato, an firmet contractum.*

352 *Iuramento virginis ſtatur, quod erat virgo contra illum, qui eam defloruit.*

353 *Principalis ipſe debet iuramentum præſtare, aut per procuratorem ſpeciale mandatum habentem.*

354 *Teſtator iurans non reuocare teſtamentum ſi reuocauerit an ſit periurus, & teſtamentum valeat? num.* 355.356.

357 *Iuramentum probatorium, an ad hæredes transferatur? num.* 358.359.

360 *Iurare quis debet inſtante parte, aut iuramentum referre alias habetur pro confeſſo. num.* 361.362.363.364.365.

366 *Iuramentum iudiciale per inſtrumenta de nouo reperta, an retractetur?*

367 *Lex, Princeps, & ſtatutum facere poſſunt quod in contractibus. & inſtrumentis iuramenta non apponantur. num.* 368.369.370.

370 *Reges Hiſpani in Hiſpania lege cauerũt vt Tabelliones in contractibus iuramenta non apponant.*

371 *Teſtes, vt probent, iurati eſſet debent.*

372 *Papa, an facere poſſit, quod teſtes in ferendo teſtimonio in iudicio non iurent? Declara. numero.* 373.374.

375 *Partes conuenire poſſunt, vt teſtibus abſque iuramento credatur. Declara. num.* 376.377.378.

379 *Formula iuramenti dandi teſtibus ex Speculatore, & Cyno. nu.* 380.

381 *Formula pulchra teſtibus danda ex Iodoco Damhouder Regio Conſiliario.*

382 *Officiali in nonnullis creditur. num.* 383. *epiſcopo a ſede expulſo creditur.*

384 *Iuramenta teſtibus danda ſunt in termino, & poſſunt poſtea elapſo termino examinari.*

385 *Renunciatio facta doli præteriti cum iuramento, an valeat.*

386 *Dolo futuro num renunciari cum iuramento poſſit.*

387 *Pupillus adultus factus, ad obſeruantiam iuramenti per tutorem præſtiti, cogi non poteſt.*

388 *Iuramentum teſtibus datur a iudice, vel Notario de eius commiſſione.*

389 *Iuramentum non de facili datur ei, qui poteſt deierare.*

390 *Epiſcopi de Romanæ Curiæ Stylo, iuramentum præſtare ſolent de non alienandis eccleſiaſticis bonis. Declara. num.* 391.

392 *Iuramentum a ſe ipſo dare, nemine deferente, nemo poteſt.*

393 *Iuramentum teſtibus fuiſſe datum, & a iudice, parte citata, Notarius teſtari debet.*

394 *Tactis ſcripturis debet eſſe teſtis iuramentum.*

295 *Pactum, quod de damnis datis ſtetur iuramento damnum paſſi an ſit validum. Declara num.* 396.397.398.

399 *Soluere, qui iurauit, debet ſoluere, & poſtmodum ſolutum repetere.*

400 *Tutores iurantes vtilia agere, & inutilia prætermittere, cenſentur etiam illorum defenſionem promiſiſſe.*

401 *Iurata renunciatio filiæ, an excludat illam a ſucceſſione.*

402 *Contractus nullus de iure communi an firmetur iuramento.*

403 *Summariæ cauſæ & modici præiudicii, an iuramento expediantur.*

404 *Quod citatus non fuerit perſonaliter repertus, executoris iuramento ſtatur.*

405 *Statutum annullans, & irrita declarans pacta, & donationes, an vendicent ſibi locum in ceſſione iurata.*

406 *Beneficij renunciatio, iuramento intercedente facta, ob patrimonij timorem nulla eſt, & datur renuncianti regreſſus ad beneficium, tanto facilius ſi renunciatio facta fuiſſet ob metum carcerum.*

407 *Debitor promittens ſoluere cum iuramento ſi ex iudicis præcepto impeditur, quo minus ſolueret etiã ſi præceptum eſſet iniuſtum, excuſatur quod in periurium non incidat.*

408 *Pactum iuratum factum poſt ſpolium, de non agendo in materia beneficiali obſtat agenti poſſeſſorio ſpolij, vti factum per pactum, ſecus ſi eſſet facta renunciatio etiam iurata, quia non impediretur agere. num.* 409.

409 *Spoliatus bonis ob bellum, non tenetur niſi in quantum facere poteſt.*

410 *Contractus, & iuramentum ſi vnico tempore fiant non poteſt iuramentum doloſum præſumi, quin etiam contractus doloſus præſumatur, ob vnitatẽ vtriuſque actus.*

411 *Impubes pubertati proximus, & maior infante, iuramento an ligetur.*

412 *Executor compulsoriarum examen testium committere, seu demandare non potest alteri, & quatenus ei subdelegandi potestas data esset, ille subsubdelegatus iuramentum dare non potest testibus, cum sit iurisdictionis.*

413 *Literis exequutoris cum suo sigillo, dicentis illum super cuius gratia est exequutor deputatus, acceptasse creditur saltem cum acceptantis iuramento.*

414 *Iuramentum iudiciale, & litis decisorium, quod mortuus præstare tenebatur, vel cui permittebatur iurare, hæredi non datur.*

415 *Creditor habens instrumentum debiti pro se contra debitorem, an teneatur iurare, an debitum sit verum, vel debitum solutum, vel quam partem fuisse solutam. num. 416. 417.*

418 *Adiunctus, qui datur consiliario, seu causæ commissario, an iuramentum præstare debeat.*

TITVLVS LX.

De iuramento, siue iureiurando in genere.

IVramenti, siue iurisiurandi diffinitiones plures a Doctoribus nostris diuersis in locis traditæ fuere, quarum prima est, iuramentum † est assertio, vel negatio de aliquo licito, possibili, vel honesto, sacræ rei attestatione firmata. Hanc primus tradidit
1 Goffredus de Trano, quem sequitur illius imitator Hostiensis, ambo in summa *titu. de iureiuran.* Quos sequutus est Archidiaconus, 22. *q.* 1. *in* §. 1. Aliam
2 tradidere † *Rayn. & Cyn. in Authent. Sacramenta*
3 *puberum. C. si aduers. vendit.* Tertiam † breuiorem tradidit *Bald. in c.* 1. §. *Item sacramenta de pace iuram. firmando.* Iuramentum est dictum assertum, vel promissum, sacræ rei attestatione firmatum, ex Raymundo de Pennaforti, quem sequitur Andreas Barbatia, quos omnes retulit *Anton. Corseus in tract. de priuileg. iuramenti. col.* 1. *q.* 2. vbi ipse
4 tradidit quartam, nimis longam † complectentem omnes iurisiurandi species. Alias plures retulit *Abb. Panormit. in eadem Rubr. quas. ibidem refert Andr. Alciat.* in quibus non mihi videtur esse immorandum. Nouissime, postquam hæc scripseram, *Vincent. Mancin. in tract. de iuramento. parte* 1. *q.* 1. ponit aliam satis commendabilem. Multa ad hanc materiam sunt scripta ab his, qui fecerunt tractatus de iuramentis ab Anton. Corseto prius, secundo a Ioanne de Selua, tertio a Marco Anton. Baueria, quarto a Seraphino, Quinto a Mancino, sexto eleganter a Ieremia Setfero, † nos autem tractabimus, dum a scriptoribus decisionum occasio parabitur.
5

6 Quo ad tactum scripturarum † vel Euangeliorum, diuersæ sunt opiniones. Nam multi tenuerunt, tactum non requiri, vt ex Ioanne Baptista Ferretto, Emanuele Suarez, Hyppolito Bonacossa retuli de Magistratuum edictis, *lib.* 1. *cap.* 12. quam firmauit *Abb. Panor. in dicta rub. de iureiurando, & ibi Alciatus. num.* 29.

7 Contrarium, quod † scripturarum tactus requiratur in dicto loco allegaui. *Glos. Accurs. Bartol. Bald. Couar. Francisc. Marc. Portium, Purpuratum, & alios.* Tradidi tamen distinctionem quandam ad quam me refero, illam videant, qui videre volent. Quam opinionem tenuit Rota in Nouis, *in decis.* 37. *incip. quidam procurator dicens, quod ex tactu Euangeliorum teneatur. Voluit Francisc. Marc. in decision. Delphinal.* 674. *num.* 4. 11. *vol.* 1. *& hanc opinionem tenet Guid. Pap. in decision. Gratianop.* 35. *nu.* 2. *Paul. AEmil. Verall. in decision.* 123. *num.* 1. *parte* 2. *Gaspar Caballin. in Milleloq.* 586. *Anton. Scapp. de iure non scripto. lib.* 3. *cap.* 51. *num.* 19. *& nouissime hoc tenuit Hieron. Caual. opinionum commun. contra communem. q.* 407. *quod remissiue dixi in commentar. de Regis Cathol. Præstantia. cap.* 64. *nu.* 93. *cum duobus seq.* Et omissis insolitis cæremonijs
8 † tāquam superstitiosis, & abusiuis, iurari inuocato Diuino, nomine tactis scripturis, per arrestum supremi Senatus Parisiensis fuisse prouisum scribit Annæus Robertus rerum iudicatarum, *lib.* 1. *cap.* 11. M. *Anton. Peregr. in consil.* 77 *num.* 31. *vol.* 1. & factum scripturarum sufficere loco Euangeliorum scribit *Hieronym. Gabriel. in consil.* 127. *num.* 9. *vol.* 1. *Marc. Mantua locor. com. lib.* 3. *cap.* 46.

Sed cum pro vtraque opinione sint argumenta, & authoritates, quibus vnaquęque ipsarum sustineri posset, omittendo hanc discussionem, & posito,
9 quod teneretur † prima opinio quod tactus nō exigatur, sunt tamen nonnulli casus expresse requirentes tactum Euangeliorum, & aliqui scripturarum, vt per discursum huius tituli passim dicentur. Hanc tamen materiam agitaui in Commentar. de Magistratuum edictis. *lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 65. 66. 67. 68.
10 69. 70. 71. 72. 73. 74. laicos † scripturam tangere in Galia scribit *Petr. Rebuff. ad Const. Gallic. tit. de responsionib. articul.* 1. *gl.* 1. *num.* 10. *Tomo.* 3.

Papam aliquando iurare præsupponitur, dum
11 Doctores ipsum † iuramento ligari dicant, vt testatur Cæsar de Grassis *in decis.* 1. *nu.* 3. *tit. de iureiurand. Menoch. in consil* 83. *nu.* 3. *vol.* 1. Ego dixi de Magistratuum edictis, *lib.* 1. *cap.* 14. *nu.* 95. sed considerandum, quod non exprimunt tactum aliquem scripturarum. Tamen in actis Pontificum Euangeliorum tactus requiritur. Dixi, de Magistratuum edictis. *lib.* 1. *cap.* 14. *nu.* 74.

Imperator iurat tangendo Sacra D E I Euan-
12 gelia † *vt in Clem.* 1. §. *porro.* ibi (tactis Sacrosanctis Euangelijs) de iureiur. De quo est formula *in eadem clem.* §. *Ego. N. in fine.* cuius iuramenti, sunt illa verba (Sic me D E V S adiuuet, & hæc Sancta DEI Euangelia) quæ præsupponunt, & præsentiam, ac tactum Sanctorum Euangeliorum. pluribus comprobat Restaurus Castaldus de Imperato-
13 re. *quæst.* 38. Sic super ligno viuificæ crucis † & Sanctorum Reliquiis iurauit Otho in manibus

Ioan-

Ioannis Papæ. XII. *in c. Tibi Domino. 63. distinct.* de quo plura Iacobus Vuimphelingus Rerum Germanicarum,*cap.* 18. Carolus Sigonius de Regno Italiæ.*lib.6.& lib.*7.de Imperatoris iuramẽto Lancellott. Conradus in templo omni. iudic. lib.1.cap.1.§.3.titul.de Imperator.in verb. Romanam eccleſiam.num.1. 2. Dixi plene de Magiſtratuum edictis,*lib.1.cap.14.num.76.*

14 Reges eodem modo † poſt coronationẽ iurare debere dicit *Matth. de Afflict.in deciſ. Neapol.*24. *nu.* 4. qui cum moueatur authoritate eiuſdem *Cle. vnicæ,de iureiur.* vtique eodem modo præſtari deberetactu Euãgeliorum, dico de Magiſtratuũ edictis,*lib.*1.*cap.*14.*nu.*74.

Verum quo ad Imperatorem, Reges,ac Princi-

15 pes† ſuperiorẽ non recognoſcentes,non requiri tactũ ſcripturarũ,ſed ſufficere fidei præſtationem,*ſcribit Franciſc. Marcus in deciſion.Delphinal.*377.*nu.* 3.*vol.*1. Verum,an hoc hodie ſeruetur,vſui me refero.

16 Epiſcopi cum præſtant † coram ſummo Pontifice iuramentum fidelitatis tactis Sacroſanctis Euangelijs iurant.*c. ego.N. in fin.extra.de iureiur.* ſimiliter dum præſtant omnem fidelitatem.*gloſſ.in c.*1.*in verb.tactis.de iureiur.Lancellott.Conrad.in Templo Omnium iudicum.lib.* 2.*cap.*5.§.3.*titul. de ſolicitud. & offic.epiſcop.num.*40.*poſt Bald. Anton. Capic.in in ueſtitur feudal.*§.*feudorum iuramenta.col.*4.*verſ iuramentum fidelitatis.*ſubiungentes ſufficere,ſi illud

17 præſtent,ſiue † in teſtamento veteri, ſiue in nouo, ſiue ſuper altari,ſiue ligno Crucis,aut reliquijs ſanctorum . *Rota in deciſ.*8 19.*incip.ſciendum eſt,quod quando.in antiq.* ſed hoc ego plenius ex Nello, Redoano,Scappo,Germonio,Beroo,Marco,Aldobrãdino, Cuccho, & Petro Gregorio ſcripſi de feudis dignitatum,*lib.*2.*cap.*10.*num...*

18 Quando vero hi epiſcopi, faciunt † alios actus, nec ſunt coram Papa tunc ſacra tangere non cogun tur, ſed iurãt ſine aliquo tactu, *c.ſi quis presbyter.*2. *q.*4.*c.fin.de iura.cal.Dixit gloſſ.in c.vt circa. de elec. in* 6.*Panor.& And.Barb.& poſt eos Ant.Corſettus.in dict a rub. de iureiurand.q.*4.*Guido Pap.in deciſ. Delphin.*615.*Rota in Antiquis.in deciſ.*819.*incip.ſciendum eſt,quod quando.*

19 Sed prælati in Hiſpania habentes † feuda a Rege, ſi contraueniant iuramento,etiam Homagij, obſeruatur,vt contra eos procedatur tanquam proditores.*per.l.66.Tauri.vbi Anton.Gomez.* Et teſtatur ſic fuiſſe ſeruatum in perſonam Magni Magiſtri ordinis equitum de Alcantara,vt dicit Oldradus *in conſil.*93. quem ſequitur Antonius Scappus de iure non ſcripto,*lib.*1.*cap.*6.*in fin.*& dixi de Regis Catholici Præſtantia,*cap.*64.*nu.*99.100. De iure communi extat gloſſa *in c. nullus.*22.*q.vltim.* volens regibus a quibus feuda tenent fidelitatis iuramen-

20 tum † præſtare. *Marc. Anton. Peregrin. in conſil.* 1.*num.*24.*volum.*1. De quo dixi de feudis Dignitatum *lib.*2.*cap.*10.*num.....*

21 Quo ad iuramẽtum epiſcopi, an requirat † tactũ ſcripturarum Rota Romana dedit pulchram diſtinctionem, quod ſi ageretur de re modici præiudicij epiſcopus tangere ſcripturas non teneatur,ſin vero eſſemus in grauibus tunc exigatur, vt in cauſa Archiepiſcopatus Colonienſis ex dicto Stephani Aufrerij ad Cappellam Tholoſanam *in deciſ.* 161. *incip.Item quidam fratres,* vt refert Rubeus Decanus *in deciſ.Nouiſſim. Romana.*486.*num.*9.10. 11.*parte* 1.*vol.*1. Et nouiſſime eandem opinionem, quod in

22 cauſis Magni momenti † ſcripturarum tactus requiratur ſcribit Gerardus Maynardus *in deciſ.Tholoſan.*63.*num.*4.*lib.*4.*de quo Franciſc. Marc. in deciſ.Delphin.*377.*nu.*2.*vol.*1.*Ioan.de Firmo in tract. de epiſcopo.parte* 2.*lib.*4.*nu.*15. *quem ſequitur Lancellott. Conrad. in Templo Iudic.lib.*2.*cap.*5.§.3.*de ſollicitudin.epiſcopi.num.*40.

Religioſi tamen omnes(exceptis his ſupra nota-

23 tis caſibus) iurare debent † in pectore, *c.fin. vbi gl. & Doctor.extra.de iur.calum. Cappella Tholoſ in deciſ.*161.*incip. Item quidam fratres. Gerard. Maynard in deciſ.Tholoſ.*63.*lib.*4.

24 Sed nouum non eſt,iuramentum † præſtari ſolo verbo,abſq; ſcripturarum tactu. *Bald.in c.*1.*de pace iuram.firmand. Hyppolit.de Marſil.in ſingul.*415.*Nicol. Mocon. in tract. de Tregua & Pace.q.*9.*num.* 1.*quos refert, & ſequitur Ioan.Petr.Surdus in deciſ. Mantuan* 159.*num.*21.

25 Epiſcopus, quando ferre teſtimonium † debet, cogi non poteſt, ſed iudex mittere tenetur miniſtros,& Notarium in eius domum receptori examen.*arg.l.ad perſonas egregias.ff.de iureiu.* Hoc probatur in *Authent.Sed iudex. C. de epiſcop. & cleric. Matthias Colerus in deciſ.German.*211.*num.*2.

Clericorum tamen condictionem in deſuetudi-

26 nẽ † abijſſe,vt iurent in pectore ſed iurare oportere tactis ſcripturis ſcribit Matthias Colerus *in deciſ. Germanic.*211.*nu.*4.cũ pluribus ſequentibus. Sed in

27 Gallia manu ad pectus mota Clericos † iurare inquit *Petr. Rebuff.ad Conſt.Gallic.titul. de reſponſo. i bus verbum cred.t, vel non articul.*1.*gloſſ.* 1.*nu.*10. *tomo* 3.

Iudiciale iuramentum tactis ſcripturis præſtan-

28 dum eſſe,† *poſt Anton.Maſſam.Galles.de oblig.in forma Camer.parte* 2.§.*fin.num.* 10. *volunt Antonin. Theſſaur.in deciſ.Pedemont.*47.*num.*4.

29 Fidei obſeruantiam † parem eſſe iuramenti præſtationi, quia, & illam ſeruari oportere notatur *in cap.peruenit. extra,de fideiuſſor. late Abb. Panorm. in cap.ad aures.*§.*ad hoc.col.*2.*ext.de his, quæ ui me-*

30 *tuſque cauſa fiunt.* Vnde Numa Pompilio † dominante inquit Liuius Hiſtor. *lib.*1. Vt fides,& iuſiurandum,propulſo legum, ac pœnarum metu, Ciuitatem regerent. Hinc Solon apud Laertium,di-

31 xit,fidem ſinceram non ſcrupulis,ſed † integritate, & probitate firmari. Et omittendo, quæ dici poſſent quo ad fidem,cum hic non ſit locus. Dixi aliqua in Commentario de Regis Catholici Præſtantia,*cap.*47.*num.*264.265. Vim tamen iuramenti habere fidem voluit Iaſon,*in l.ſi quis maior. num.* 28. *C.de tranſact.& voluit Matth.de Afflict.in deciſion. Neapolitan.*389.*num.*2. Et fidem non ſeruans puni-

32 nitur extraordinarie crimine † Stellionatus *arg. l. Titio. in princ. ff. ad municipal. de incol. & l. fi. ff. de crimine Stellion. vt voluit Aym. Crauett. in conſ. 192. num. 16. Cæſar Vrſill. in deciſ. 389. ſub nu. 3.* Illam-
33 que fallere graue † ſemper iudicatum fuit. *Hyppol. de Marſil. in ſingul. 42. Iacob. Menoch. in conſil. 156. num. 22. vol. 2. Et plures allegans Petr. Cenedo in collectan. iuris Canonic. cap. 110. num. 1. part. 2. & pa-*
34 *rem vim iuramenti † habere fidem multos allegans nouiſſime voluit Barth. Bertazzol. in rep. dictæ. l. ſi* quis maior. nu. 481. cum pluribus ſeq. & Ludouic. Sacca *in conſil. 60. num. 64. cum pluribus ſeq. vol. 1.* De hoc, DEO auſpice, latius dicam in titulo de Periurio, & late de tranſgreſſione fidei, num punia-
35 tur, vt † tranſgreſſio iuramenti, *Anton. Corſetus in tract. de iureiurando. in princip. q. 7. Aluar. Vallaſ. in deciſ. ſiue conſult. 99. nu. 6. Barth. Bertaz. in cõſ. cri. 168. nu. 62. vol. 2. Iacob. Philipp. Port. commun. opin. lib. 2. concluſ. 10. ampli. 10. Surd. in deciſ. Mantuana. 159. num. 20. & in deciſ. 225. num. 3.*

Nonnulla ſunt iuramenti priuilegia, & effectus
36 † qui diuerſimode a Doctoribus enumerantur, & primus omnium eam rem explicauit *Anton. Corſetus Siculus legens Rubricam de iureiurãdo*, qui ſub *q.* 8. enumerauit 43. ſpecialia Priuilegia iuramenti, poſtmodum alij nouiſſimi ampliori ſtylo tractatus fecerunt. Ego in hoc titulo, quatenus a ſcriptoribus Deciſionum impulſus fuero aliqua priuilegia iuramenti enarrabo, & poſtmodum aliquos caſus, in quibus iuramentum non operatur, breuiter deſcribam.

37 Præmitto, quod quando ſub fide veri † Principis, facta promiſſio extitit, & in veritate, tanquam iuramentum ſeruanda eſt. *c. ad aures. vbi Panor. & alij. extra. quod met. cauſ. c. 1. vbi Ioan. Andr. & Dominic. de ſepultur. in 6. Bald. in c. literis. colum. fin. de Præſumpt. Laurent. Siluan. de feudi recognit. c. 109. Thom. Parpalia in l. ſi quis maior. num. 23. 40. Hierony. Cagnol. num. 107. C. de tranſact. ante eos Specul. in titul. de arbitr. §. vltim. verſ. ſed quid ſi compromiſſum ſub fide. Ioan. Neuizan. in conſil. 68. num. 49. Iaſ. in conſil. 91. num. 6. vol. 3. Carol. Ruin. in conſil. 13. num. 19. vol. ... Menoch in conſil. 201. num. 120. col. 2. Arrius Rinel. de Reſciend. vend. parte 3. c. 1. nu. 13. Nicol. Moron. de Tregua, & Pac. cap. 9. num. 11. Late Surdus in deciſ. Mantuæ. 225. nu. 2. in deciſion. 234. per totam.*

Prima iuramenti operatio eſt, quod efficax a-
38 ctio † ad agendum ex eo oriatur, & ſic parit actionem, tam de iure canonico, quam ciuili. *c. quamuis. c. cum contingat. c. debitores, de iureiur. gloſſ. in l. 1. in verb. impoſitæ ſunt. C. de oper. libert. Bartol. in l. iuris gentium. §. quinimmo. num. 16. ff. de pact. & in l. iuſiurandum quod ex conuentione. in princip. nu. 2. ff. de iureiur. vbi Iaſon. nu. 7. dicit eſſe communem opinionem. Ioan. de Imol. in c. cum veniſſent. extra de inſtit. hoc idem tenuit Anton. Corſet. in dicta rub. de iureiurand. q. 9. & q. 11. Ioan. de Selua. in tract. de iureiurand. parte 3. num. 4. Andr. Alciatus in c. cum contingat. num. 245. de iureiur. Didac. Couar. in c. Raynaldus. §. 3. nu. 10. de teſtam. & in dicto c. quamuis. part. 2. §. 4. nu. 15. Ferdinand. Vaſquius, de ſucceſſ. creatione lib. 3. §. 28. num. 3. vbi alios allegat. Stephan. Forcatulus in Necyomantia iuris. Dialogo. 53. nu. 2. Ioan. Bernard. Diaz in regul. 387. Vincent. Carroc. de iuramento deciſorio. q. 18. Ioan. Guttier. in tract. de iuramento confirmator. parte 1. cap. 28. num. 3.* Vbi dicit hanc opinionem eſſe tenendam in conſulendo, & iudicando, quam vti magis communem nouiſſime hos, & alios referens tenuit *Hieronym. Cæuallos Practicar. opin. commun. contra communem. q. 84. Alexand. in conſil. 69. num. 15. vol. 1. Vendelinus Schellinch. action. & exceptionum Forenſium. c. 238. fol. mihi. 441.*

39 Contrariam opinionem, quod iuramentum † actionem non pariat, *ex Bartolo & Baldo in dicta. l. 1. C. de oper. lib. Bald. in authent. ſacramenta puberum in fin. C. ſi aduerſ. vend. vbi etiam Salyc. Angel. in dicto. §. quinimmo. Innoc. &* Cardin. *in dicto c. cum veniſſent. Guid. Pap. in conſil 29. num. 6.* Fortun. *Garzia. in c. 1. num. 27. de pact. Ioan. Coras. in l. admonendi. in præluditis. nu. 17. ff. de iureiur. & poſt alios quos allegat.* Bartholo. *Bertazol. in dicta. l. ſi quis maior. num. 582. Negari non poteſt quin quæſtio ſit admodum dubia.*

40 Declara eam primo, quod quando † tractamus de iuramento litis deciſorio tunc ex illo oritur obligatio, & actio. *arg. totius titul. ff. de iureiur. Nicol. Milis in repertorio. in verb. Iuramentum non parit. Carrocius in dicto tract. de iuram. deciſor. q. 18. fuit hoc notabile dictum.* Bartol. *in dicta. l. iuſiurandum. in princip. num. 1. Abb. Panor. in dicto. cap. cum veniſſent. ſub num. 29. de inſtit. Anto. Corſet. in dicta rub. de iureiur. q. 11. Thomas Docctus in conſil. 154. alleg. 5. num. 8. Vendelinus Schellinch. actionum, & exception. forens. cap. 238. fol. 441.*

41 Declara ſecundo idem eſſe in iuramento † confirmatorio, quod confirmat contractum etiam inualidum, vt ex illo oriatur actio *argum. dictæ Authent. ſacramenta puberum. Ita dicit idem Bartol. in dicta l. iuſiurandum. in princip. num. 1. & eandem diſtinctionem non allegando Bartol. voluit Panor. in dicto c. cum veniſſent. num. 25. quos ſequitur. Corſetus in dicta rub. de iureiurand. q. 11.*

42 Declarationem tertiam faciunt, † quando delatum eſt iuramentum, & in illo eſt nominata, & adiecta cauſa, & tunc ex illo oritur vtilis actio, puta dictum, & iuratum eſt deberi ex cauſa vẽditionis tot aureos, vel ex cauſa pignoris, quia tunc datur ipſa actio, *vt voluit Hoſtiens. in ſumma. titul. de iureiurand. §. & quis ſit effectus. Anton. Corſet. in dicta rubr. q. 9.*

43 Declara quarto, quod ſi † iuramentum ſit delatum, & dictum aliquem debitorem eſſe in aliqua ſumma, non tamen eſt adiecta aliqua cauſa, ob quã debeatur, & tunc dabitur actio in factum, vt dicit idem *Hoſtiens. in dicto. §. & quis ſit effectus. & voluit Iaſon. in l. ait prætor. la 2. §. ſi petitor. num. 10. ff. de iureiur. argum. l. actori. C. de reb. credit. voluit Anton. Corſet. in dicta rubr. de iureiurand. quæſt. 9.*

Thom.

Thom. Doccius in conſil. 154. allegat. 5. num. 9.

44 Declara quinto de iure canonico ex † iuramento actionem oriri eſt communis Doctorum opinio & quod ita ſeruaretur in practica voluit Io. de Imola *in dicto c. cum veniſſent.* Et ampliori ſtylo illam corroborat *Ant. Corſet. in dicta rub. de iureiurand. q. 11. col. 3. verſ. tu vero habita Doctorum mẽte. Anton. de Butr. in cap. Quintauallis. col. 8. de iureiur. quos refert, & ſequitur Andr. Alciat. in cap. cum contingat. num. 173. de iureiur. Guido Pap. in deciſion. Gratianop. 190. nu. 4. Vendelinus Schellinch Actionum, & exceptionum Forẽſium. c. 238. fol. mihi. 441.*

45 Secunda iuramenti operatio eſt, quod vbi † interuenit iuramentum cogitur præciſe ad factum. *Gloſſa cõmunitur approbata in l. ſi pecunia. in verb. neceſſe. ff. de condict. cauſ. data. quam ſequuntur Hoſtiens. Ioan. Andr. Ioan. de Imol. & Abb. Panor. in c. per tuas. de arbitr. Antonius Corſet. in tract. de priui leg. iura. priuilegio 1. vbi hoc pluribus corroborat. Bald. in l. vnica. col. 8. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. Barthol. Socin. in conſil. 90. num. 10. 15. vol. 4. Idem Imol. in c. 1. num. 34. de iudic. Alexand. in conſil. 91. col. 3. verſ. Proiſta opinione. vol. 2. Iaſon. in §. actionum. num. 47. & in §. Item ſi quis poſtulante. num. 13. Inſt. de action. Felin. in c. 1. num. 3. in c. ceterum. num. 5. de iudic. Marc. Anton. Natta in conſil. 426. num. 4. vol. 2. Auguſtin. Berous in conſil. 137. num. 7. 8. vol. 1. Ludouic. Gozadin. in conſil. 32. num. 12. Hierony. Grat. in conſil. 86. num. 18. vol. 1. Raph. Comens. in conſil. 182. col. fin. Andr. Barbat. in conſil. 36. col. 20. verſ. capio vltimo vol. 2. Iaſon in conſil. 9. col. 6. vol. 1. in conſil. 41. col. 3. vol. 3. Anton. Neguſant. in tract. de pignorib. parte 5. Membro. 5. num. 15. Ioan. Ceph. in conſil. 41. num. 10. volum. primo. Fabius Turrett. in conſil. 48. num. vigeſimo ſecundo. in conſil. 51. num. 12. vol. 1. Matth. Brunus de ceſſ. bonor. quæſt. 3. num. 16. Multi ex antiquioribus quos allegat Anton. Gabriel. comm. opin. titul. de iureiur. concluſione. 8. num. 1. Nicol. Boer. in conſil. 24. nu. 9. Rolandus a Valle in conſil. 6. num. 32. vol. 1. Franciſc. Burſat. in conſil. 101. num. 7. vol. 1. Chriſtophor. Torniola in conſil. 79. num. 31. vol. 1. Gabr. Saraynæ. ad Matheſil. in notab. 54 nu. 2. quem refert, & ſequitur Achilles Pedrocca in conſi. 28. num. 61. 62. vol. Rub. Alexaudrin. in conſil. 39. num. 6. Albert. Brun. in conſil. 89. num. 4. Barthol. de Chaſſan. in conſil. 53. num. 61. Ioan. Neuizan. in conſil. 50. num. 18. Ioan. Petrus Surdus in conſil. 194. num. 7. vol. 2. Cæſar de Graſſis in deciſion. 148. num. 15. Octauian. Cacheran. in Deciſ. Pedemont. 92. num. 19. Ioſeph. in deciſion. Lucens. 38. num. 9. Guid. Pap. in deciſion. Gratianop. 627. Petrus de Benintend. in deciſion. 28. num. 1. Hierony. de Laurent. in deciſion. Auen. 108. num. 8. And. Facchin. controuerſ. iuris. lib. 3. cap. 17. Cæſar Vrſill. in deciſion. Neapol. 23. num. 4. in deciſion. 163. num. 1. Cæſar Barzius in deciſion. Bonon. 63. num. 22. Simon de Prætis in conſil. 138. num. 34. Riminald Senior. in conſil. 399. num. 70. vol. 3. Fabius Turrett. in conſil. 48. num. 22. vol. 1. Berous in conſil. 4 num. 15. vol. 2 in conſil. 78. num. 23. vol. 3. Simon de Prætis in conſil. 138. num. 34. vol. 1. Achil. Pedrocc. 28. num. 61. vol. 1. & in conſil. 79. num. 30. vol. eod.*

46 Contrariũ tamen, quod in obligationibus † facti, non teneatur præciſe ad factum, ſed ſoluendo intereſſe liberatur non obſtante iurameto *l. 1. ff. de act. empt. l. ſtipulationes non diuiduntur. 72. in verb. Celſus. ff. de verb. oblig. tenuit hanc opinionem. Io. de Anan. in c. querelam extra. ne prælati vices ſuas. Corne. in conſil. 246. & in conſil. 256. vol. 4. Dec. in c. 1. num. 23. de iudic. & Matth. de Afflict. in deciſ. Neap. 295. vti eos allegat Facchin. in loco ſupra notato. & Anton. Capic. in deciſ. Neap. 167. Benedict. Barz. de inſtrum. guarentig. parte 2. q. 19. in fin. vti hos refert Cæſar Barz. in deciſ. Bononi. 63. num. 22. 23. & videtur de mente Ioan. Vaudi quæſtionum iuris. lib. 1. quæſt. 9.*

47 Verum prima opinio eſt communior, † quam tenet idem *Alexand. in conſil. 189. num. 5. vol. 7. & nouiſſime Vincent. de Franchis in deciſ. Neapol. 181. num. 3. & in deciſ. 624. num. 8. And. Tiraquell. de iure conſtituti poſſeſſ. parte 1. nu. 36.* Et quatenus pro contrario opinione ſupradicti allegauerint authoritates Matthei de Afflictis, & Antonij Capicii, in dictis deciſionibus, ſi videantur, non faciunt ad hanc dubitationem, & hanc opinionem tenuit Seraphinus *de priuileg. iuram. priuilegio. 74. Vdalricus Zaſ. in dicta l. ſtipulationes non diuiduntur. ſub 39. verſ. octauo fallit. Ripa in c. 1. num. 59. extra de iudic.*

48 Declara tamen primo has opiniones, † quod ſi ſumus in factis permanentibus, puta quod res tradatur, ſi exiſtat, vt inſpecie in venditione rei vendi tæ, & ad huc non cõſignatę, nam hoc caſu cum poſſit hæc tradi commode, non liberaretur ſoluendo intereſſe ſed præciſe Cogitur ad tradendũ, pignoribus captis, etiam ſi poſſeſſor ſit detrudendus in carcere, *vt poſt gloſſ. in l. 1. ff. de act. emp.* Sic etiam, quando eſt obligatio cõcepta quod reſtituatur res extans, quæ commode reſtitui poteſt. *argum. l. qui reſtituere. in fin. ff. de rei vẽdic.* quod firmat Vdalricus Zaſius *in dicta l. ſtipulationes non diuiduntur. num. 35. in prima. & 2. fall. & diligenter tractauit Vaconius a Vacun. declarat. iuris ciuilis. lib. 5. declarat. 73. & declarat. 74. ſed videndus eſt Vaudus in dicta quæſtin. 9. lib. 1. Ioan. Baptiſta Villalobos. in commun. opinion. in verb. venditor. num. 10.*

49 Declara ſecundo, quod in † matrimonio nullo modo iuramentum cogit præciſe ad factum *Ioan. Baptiſta Ferret. in conſil. 171. num. 7. quem ſequitur D. Ioan. Baptiſta Coſta de facti ſcient. & ignor. in reſponſo ſub diſtinct. 40. Centur. 2. num. 95.*

50 Declara tertio non poſſe † impleri ſoluendo intereſſe, vel per æquipollens quando præciſe præſtari, & adimpleri poſſunt, & videtur idem, quod dictum eſt in ſupradicta prima declaratione, vt exemplo notatur *l. pen. ff. de pollicitation.* vbi promittens ædificare pro bono ciuitatis, hæres co-
51 gitur ad ædificandum, & explendum † ædificium. ſimiliter obligatus ad manũmittendum ſeruum, quia præciſe cogitur, & nullum intereſſe pro eo exhiberi

223 Sed cauſæ ſuſpicionis probandæ † ſunt, quæ plures ſunt *de quibus agit Maranta in Speculo. Aureo. in verb. appellatio. vbi numerat circiter quadraginta cauſas ſuſpicionis.* Quod cauſæ probandæ ſint, *dicit*

Seraphin.

Seraphin. in priuileg. 17. num. 14. & dicam in dicto titul de suspic. & recus. iudic. & remissiue Ant. Scappus de iure non scripto. lib. 3. cap. 8. nu. 9.

Septuagesima secunda iuramenti operatio est,
224 quia controuersum cum sit inter Doctores † nostros, quando verba enunciatiua probent, de quo *per Deci. in consil. 310. num. 4. Thobiam. Nonium in cons. 27. num. 9. Carolus Ruin. in cons. 44. num. 6. vol. 5. Riminald. Iun. in cons. 42. num. 12. vol. 1. Octauian. Cacheran. in decis. Pedemont. 76. nu. 12. Marc. Anton. Bellon. in decis. Genuens. 37. num. 1.*

225 Si tamen intercederet † iuramentum, probant. *Matth. de Afflict. in decis. Neapolitan. 38. num. 1. 3. vbi Caesar Vrsillus. per totam. Ample Aym. Crauett. in tract. de Antiquit. tempor. § propositum. num. 30. & seq. Iacob. Menoch. de praesumptio. lib. 3. praesumpt. 133. num. 9. Prosper Caranta in Prag. filiorumfamilias. 7. num. 12. de Senatusconsult. Macedonia. Seraphin. de priuileg. iurament. priuilegio. 92. num. 2. Nouissime Polydor. Ripa de actis in articulo. Mortis. cap. 82. nu. 10. idem Afflict. in decis. 164. nu.... Paul. AEmil. Verall. in decision. 190. la 2. num. 4. lib. 1.*

226 Supradicta conclusio multas † solennes, & vtiles patitur declarationes, de quibus vtilius agendum erit per gratiam D E I in titulo de verborum significatione.

Septuagesima tertia iuramenti operatio annotari potest, quia cum iure caueatur, non numeratæ
227 † pecuniæ exceptionem intra biennium opponi posse, iuxta textum *in l. in contractibus. C. de non nu-*
228 *mer. pecun.* Nihilominus quando † cum iuramento fuisset dictum pecuniam fuisse numeratam illam exceptionem opponi non posse, *scribit Felin. in c. si cautio. num. 68. de fide instrum Petr. Rebuff. ad Constit. Gallia. Tomo. 1. titul. de Chirograph. recognit. in praefat. num. 25. quos refert, & sequitur Iacob. Menoch. in consil. 39 num. 20. vol. 1.*

229 Contrariam sententiam, quod non † obstante iuramento, opponi possit exceptio praefata intra legitima tempora, *Andr. Alciat. in c. cum contingat. sub num. 177. de iureiurand. Hyppolit. Riminald. in cons. 140. num. 31. vol. 2.* De earundem opinionum varietate, & veritate dicendum erit, authore IESV in titulo de non numerata pecunia. Et hanc opinionem tenuit Carolus de Grassis in tractatu exceptionum. *exception. 47. nu. 3.*

Septuagesima quarta iurisiurandi operatio est,
230 † quia cum iura recte cauerint ingratitudinem puniri oportere, vt in specie donans donationem reuocare possit, *l. his solis. l. fin. C. de reuoc. donat.* con-
231 tra donatarium; Nihilominus dixerunt † reuocationem donationis fieri non posse, quotiescunque ingratitudinibus futuris cum iuramento renuncia tum fuerit, *vt ex Ioan. Andr. Anton. de Butrio, Ancharra. Cardin. Florentin. Imol. Alexand. Barbatia, Felino, Iason. Bertrando, & Ioanne Antonio Rubeo, scribit Andr. Tiraquell. de reuocan. donat. in praefat. sub nu. 140. in fin. Et Ego alias tenui in cons. 14. nu. 19. Centur. 1. meam opinionem probauit D. Ioan. Baptista Costa de Portione Rata. q. 98. num. 1.*

232 Contrarium vero, quod ingratitudinis † renunciatione cum iuramento facta non obstante, reuocatio fieri possit, ne iuramentum contra bonos mores praestet materiam delinquendi, quod tenuerunt quam plures, scilicet, *Ioan. de Imol. Ludouic. Roman. Corn. Georg. Natta. Stephan. Bertrand. Philipp. Deci. & Francisc. Ripa quos refert Andr. Tiraquell. in dicta praefatione. num. 555.* Cetera relinquo ad titulū de donationibus. Et dixi ambigue *in dicto consil. 14. num. 19. Centur. 1. Nicol. Vigell. in Appendice post decisiones.*

Septuagesima quinta dicti iuramenti operatio
233 erit, quia quando venditor vendit rem † aliquam emptori, illique promittit euictionem iudicium ille suscipere nequit, nisi ab emptore ipsi venditoris fuerit facta litis denunciatio. *l. emptor. cum. simil. C.*
234 *de euict.* si tamen venditor † cum iuramento euictionem promiserit, de nunciatio non requiritur, si alium de sciuerit litem motam fuisse, *vt pulchre dicit Alexand. in l. 2. §. voluntatem. num. 16. ff. solut. matrim. Andr. Barbat. in c. fin. de empt. & vendit. & idem Anton. Burgos. num. 11. Ludouic. Goz. ad. in consil. 57. num. 11. quos refert, & sequitur Roland. a Valle in cons. 6. num. 48. vol. 1.*

235 Contrariam opinionem † tenuit. *Marc. Anton. Bauer. de viribus iuramenti parte 2. num. 21. & ex eodem Alex. Alciat. Gomez. Ioan. Lopez. Rebuffo, Camillo Plantio, & Cagnolo, tenuit Gaspar Cabalin. in tract. euiction. §. 3. sub num. 54. cum pluribus seq. quo in loco respondet ad omnia contraria.*

Septuagesima sexta iuramenti operatio est, vt fa-
236 uore animæ intuitu iuramenti lex loquens † in contractu, habet locum in quasi contractu, & distractu. *l. quid ergo. §. contrarium. ff. de contrar. iud. & action. tutel. gloss. singul. in Authent. Sacramenta puberum. in verb. contractibus C. si aduersus vend. Ludouic. Rom. in singul. 280. nu. 2. in consil. 394. nu. 2. quod est duplicatum in cons. 403. num. 2. And. Barbat. in cons. 16. vol. 2. in cons. 20. col. 2. vol. 3. Matth. de Afflict. in decis. 319. Ioan. de Arno. in Comentar. 196. Ioannes Stephan. Lambertengus de contract. mul. gloss. 4. nu. 1. Anton. Corset. de priuileg. iur. priuileg. 18. Quorum aliqui pugnare videntur.*

Septuagesima septima iuramenti operatio est, quod quando facta est in testamento alicuius de-
237 biti † confessio, & illam fecit testator cum iuramento, inducit, tam contra testatorem, quam contra hæredes, vt habeat effectum. *argum. l. cum pater. 79. §. filius matrem. ff. de legat. 2. Ludouic. Roman. in consil. 445. nume. 9. Andr. Barbat. in consil. 59. col. pen. vol. 2. in consil. 60. col. 18. vol. 3. Lanfranc. de Orian. in rep. c. quoniam contra. in verb. Confessiones. sub num. 38. de probat. Felin. in cap. si cautio. nu. 19. versic. secundus quando iurasset. & nu. 21. uers. modo praedicta regula. de fide instrument. Anton. Corset. de priuileg. 20. & nouissime Polydor. Ripa de actis in articul. mortis. cap. 28. nu. 16.* Vbi dicit transire in vim
238 contractus, & iuramentum † supplere partis praesentiam, *ex Alex. in cons. 207. nu. 3. uol. 7. Borguin. Caualcan. in decis. Fiuizan. 42. nu. 14. parte 1. Mar.*

Man-

Mantua locor.commun.lib.2.c.35. Ioan.Dilect. Durand.de arte testand.titul.de legat.cautel.6.nu.3. in fin. Iacob. Menoch.de præsumpt. lib. 5.præsumpt. 5. num.3.

239 Sequitur ex dicta conclusione, † quod similis confessio in testamento facta est irreuocabilis, sed habet vim relicti. *Idem Durand.in dicta titul. de legat.cutel.6. Menoch. de præsumpt.lib.3.præsumption. 35.num.3.* Verum de præfatis, & alijs hanc materiam concernentibus, latius D E O dante dicetur in titul.de confessis.

Septuagesima octaua operatio iuramenti est, cũ
240 † in quolibet iuramento excepta intelligatur superioris authoritas. *Archidiacon.in c.authoritatem 15.q.7.num.4.arg.c.venientes. de iurciur. Doctores in c.constitutus.de rescript. AEgid.Bellemer.in decis. 171.incip.Citatus personaliter.sub num.1. Iason. in l.fi.num.6.ff.qui satisd.cog. Anton.Corset.de priuileg. iuram.priuil.23. Lud.Roman.in consil. 2.sub num.2. versic.Item vltimo quia. Seraphin. de priuile. iuram. priuil.73.num.3. Thom.Gram.in decis.Neap.12.nu. 16. Carolus de Grassis in tract.exceptionum.in exceptione.32.nu.16.*

241 Septuagesima nona iuramenti operatio † est, quia excusat iurantem a præsumpta calumnia, & ab expensis ratione præsumptæ calumniæ. *Gloss.in c.finem litibus.de dolo,& contum.in c.in primis. 2.q. 1.gloss.in §.oportet. Authent.de iudic. Specul.in titul. de expens. §. hoc autem & ex alijs concludit Anton. Corsetus in rub. de iureiuran. priuileg. iuramenti.28.*

Octogesima iuramenti operatio est, ex quo cum
242 notum sit, † legitimam filijs deberi, & generalẽ renunciationem ab eis factam bonis parentum, ea non expressa, ad legitimam non extẽdi. *l. si quando. §.& generaliter.C.de in officios. testam. Ludo. Rom. in consil.26. in finali versiculo. Matth. de Afflict. in decis.Neapolitan.306.num.2. Thom.Grammat. in decis.101.num.5.8. Anton.Gabriel.commun.opin.titul. de legitim. cõclus.8. Nicol.Boer.in decis.Burdegal.3. num.5.9.subtiliter Cardinal.Paris.in consil.9.per totum.vol.1.* Accedente tamen iuramento dicetur
243 † renunciationem comprehendere etiam legitimam. *Alexand. in consil. 133.num.12. vol.5. multos allegans Anton.Gabriel.commun.opin.titul.de legitima. conclus. 8. num. 8. Ripa lib.1.respons.cap.6.nu. 8. Marian.Iun.in consil.136.num.27. vol.1. in consi. 130 num.21.vol.3. Cardin.Paris.in consil.43.num. 31.vol.3. Andr.Tiraquell.de reuocand.donat.in præfation.num.144. Tiber. Decian. in consil.46.nu.46. vol.1. Iacob.Menoch.in consil.71.num.24.vol.1. Francisc.Beccius in consil.34.num.15. Roderic. Suarez in l.quoniam in prioribus. Ampliatio.10. num.51. C. de inoffic. testam. Federic. Scotus. in cons. 3. num. 188. Tomo. 2. lib.1. Guidus Pancirol. in cons. 52. num.7. vol.1.*

Octogesima prima iuramenti operatio anno-
244 tatur, ex quo † donatio remuneratoria, siue ob bene merita, valida non est, nisi merita probentur, cum non stetur, assertioni iurantis, etiam si declarentur a donatore, *vt voluit Guil.de Cun.in l.1.ff.de exercitor. Bart.in l.si forte.num.5.ff.de Castren. pecul.& in l.frater a fratre.num.57.ff.de cond. in deb. Petr. de Anchar. in cons.247. in fin. Marian. Senior. in cons.65.vers.habes ergo.vol.1. Corn.in cons.144.litera.h.vol.2. Marc. Anton.Natta in consil.353.nu.5. vol.2. Ioan.de Amicis.in cons.31.col.4. Cranett. in cõsil.175.num.2. Matth.de Afflict.in decis.Neap.370. nu.15.16. Guido Papæ in decis.Gratianop.95. num.1. Octauian.Cacher.in decis.Pedemont.171.nu.19. Anton. Capic. in decis. Neap. 203. num.8.9. Masuer.in practic.tit.de donat.leg num.6. Ioan Baptista. Villalobos.commun.opin.in verb.donatio.nu.134. in verb.*
245 *merita.nu.85.* Tamẽ si iuramentũ † interuenit intelliguntur merita probata, & donatio valida. *arg. Authent.quod obtinet.C.de probat. Alexand.in l.si donatione.num.8. vbi Iason.C. de donat. Idem Alex.in consil.18.col.2.vers. Quantomagis.vol.3 & esse communem opinionem testatur Ripa Responsor.lib.3.c.6. num.8. Anton.Capici.in dicta decis.Neap.203.nu.9. Thom.Gram.in decis.Neap.68.num.10. Ioan. Dilect. Durant.de arte testand.tit.de liber.instituen. cautel. 2.num 2. Andr. Alciatus in tract.præsumption.regul. 3.præsumpt.4.nu.5. Franc.Milanens.in decis.Siciliæ 3.num.82.83.lib.2.*

Octogesima secunda iuramenti operatio, qa creditur viro dicenti habuisse carnale commercium
246 † cum vxore. *c.continebatur.de despõsat. impub. Ludouic.Rom.in cõs.102.sub nu.2.in fin. Franc. Viuius in communon.opin.461.nu.7. Seraphin.in tract. de priuil.iuram.priuil.167.*

247 Declaratur tamen inficiante † muliere probari posse contrarium, fitque per personę inspectionem ad honestis Matronis & obstetricibus, *vt dicit Ludouic. Rom. in dicto cons.102.sub nu.2.in fin. Viuius in dicta commun. Opin.491.num.10.* Sed iudicium obstetricum fragile, & ambiguum est. Considerandа itaque nonnulla sunt in similibus causis, an fiat
248 † ob dirimendum matrimonium, vel ob lucra nuptialia, vel alia ex causa, de quibus aliqua Polydorus Ripa de nocturno tempore, *cap.58. nu.30. cum pluribus seqq.*

Octogesima tertia operatio iuramenti est, quod
249 † illius exceptio impedit litis contestationem. *arg.l.nam, & post ea.de iureiurand. voluit Ant.Corset.in rub.de iureiurand.iuramenti priuileg.29. Vendelin.Schellinch. Actionum, & exception. Forens.cap. 238.incip.loci huius.fol.mihi 441. Francis. Cantucc. in decis.Nouissim. Roman. 97.nnm.8.9.lib.2.vol.2. facit illud Matth. de Afflict. in decision. Neapolitan. 63.*

250 Amplia, quod exceptio iurisiurandi † impedit litis ingressum, nec reseruatur ad causæ merita. *Matth.de Afflict.in decision.Neapolita.63. Francisc. Cantuccius in decision.Nouissim. Roman.97.nu.8.9. lib.2.vol.2. Idem Afflict.in decis.285.nu.1. Francisc. Marc.in decis.166.num.3.vol.1.*

Octogesima quarta operatio iuramenti est, quod
251 † habeat vim actus geminati. *gloss. in cap. cum contingat. de iureiur.& ibi Panor. numero 5. Ioan.*

de Imol. num. 10. Andr. Alciat. nu. 64. Alex. in consil. 27. nu. 3. vol. 1. Nicol. Boer. in cons. 29 in fin. Seraph. in priuileg. 62.

252 Octogesima quinta operatio iuramẽti est, † quia & si donatio causa mortis, tanquam vltimæ voluntatis species, reuocabilis sit. *l. qui mortis. ff. de donat. caus. mor. cum concord.* Tamen si donator cum iuramento promiserit illam non reuocare obseruare tenebitur *Carol. Ruin. in cons. 51. nu. 5. vol. 1. Ludo. Gozadin. in cons 80. nu. 11. Nicol. Bellon. in cons. 60. nu. 13. Anton. Gabriel. commun. opin. tit. de iureiurand. conclus. 9. na. 11. Mascard. de probat. conclusion. 561. num. 35. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 253. nu. 11. Ioan. Crotus in cons. 11. nu. 27. Anton. Gomez. de contractib. c. 4. nu. 22. Sequitur Ioan. Pet. Surdus in consil. 264. nu. 11. vol. 2.*

Octogesima sexta iuramenti obseruatio est, quia
253 † si vir, & vxor alienant rem dotalem, & ambo confitentur pretium recepisse, præsumatur in posse viri illam pecuniam peruenisse, nihilque vxorem habuisse, quanquam confessi fuissent pecuniam in solidum illos habuisse *vt deducit Bald. Nouell. in tract. de dote. parte 7 Partis 1. speciali. 10. Ioan. Baptist. Campeg. in tract. de dote parte 4. q. 10.* Et hanc conclusionem probauit Senatus Neapolitanus, *vt per Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 209.* Ac etiam Senatus Burdegalensis, *vt per Nicol. Boer. in decis. 23. num. 6. Cæsar Vrsill. in decision. 209. Andr. Tiraquell. de retractu consanguin. §. 31. glos. vnica. nu. 5. faciunt notata per Ioan. Ronchegall. in l. Reos. §. cum tabulis. nu. 28. ff. de duob. reis. plene Octauian. Cacheran. in decis. Pedemon. 140. num. 2. Ioan. Gallus. q. 2. q. 15. Barth. de Capua. in singul. 74.*

254 Velut alij dicunt, in posse vtriusque † pro virili peruenisse pecuniam ad virum, & vxorem, *vt per Bartol. in consil. 124. nu. 1. vol. 1. Alex. in consil. 38. col. 1. vol. 2. quos allegat Tiraquell. in dicta glos. vnica. num. 4. Francisc. Marc. in decis. Delphin. 508. nu. 16. vol. 1. Franciscus Vivius in commun. opin. 483. Octauian. Cacheran. in decis. Pedemon. 140. nu. 6.*

255 Tamen in casu præfato dicunt, † quod quando mulier iurauit, obstet sibi dictæ confessionis exceptio, quæ sibi præiudicat. *Angel. de Aretio in §. Item si. nu. 20. Inst. de excep. Anton. Capic. in decis. Neap. 78. num. 8 9. Tiraquell. vbi supra. Aym. Crauett. in cons. 91. per totum. & Roland. a Vall. in cons 64. nu. 9. Vol. 1.*

Octogesima septima operatio iuramenti, quod
256 † iuramentum mulieris alienantis fundum dotalem, aut compensando cum alio fundo viri cum eodem viro meliori sibi dato, seruandum est a muliere, & alienatio valida iudicatur, ex doctrina Baldi, *in Authen. si qua mulier. C. ad Vellei. num. vt per Matth. de Afflict. in decision. Neapol. 336. per totam.* quam commendauit, & sequutus est Renatus Choppinus, *in consuetud. Andegaurens. lib. secundo. titul. 4. articul. octauo. faciunt quæ scribit Ioan. Cephal. in consil. 51 per totum. volum. primo. Iacobus Menoch. in consil. 70. numero 7. 8. volum. 1. Barthol. de Capua in singul. 74. Petr. Gregorius Syntagmat. iuris vniuers. lib. vigesimo quinto. capitul. quinto. sub numero 8. Andr. Alciat. in cap. cum contingat. numero 41. de iureiurand. Anton. Faber. in Cod. Fabria. lib. 8. titul. 14. Definition. 7. numero 2. in Allegat. vol. 1.*

Octogesima octaua iuramenti operatio se offert.
257 † Nam ex simplici diuisione rerum fideicommissо relictarum, fideicommisso renunciatum non intelligitur, vt per Bartol. & Ceteros *in l qui Romæ. §. duo fratres. vbi Ripa. num. 44. ff. de verb. obligat. Alexand. in cons. 167. num. 8. vol. 7. Nicol. Bellon. in consil. 19. num. 8. Michael Cras. in §. fideicommissum. q. 63. num. 6. Anton. Gabriel. de fideicom. conclus. 1. in prin. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 147. num. 10. Octauian. Cacher. in decision. Pedem. 112. num. 14. Ioseph. Ludouic. in decision. Perus. 19. num. 8. Ludo. Gozadin. in cons. 36. num. 58. Iacob. Philipp. Portius, in consil. 135. num. 13. Plene Marc. Anton. Peregrin. in tract. de fideicommis. articul. 52. num. 18.* Secus au-
258 tem si cum † iuramento fideicommissi diuisio facta esset, quia tunc renunciatio per diuisionem ita iuratam valide facta intelligitur, *vt voluerunt Decian. in cons. 345. Hierony. Grat. in consil. 60. nu. 20. vol. 1. Ioan. Neuizan. in consil. 32. nu. 16. Augustin. Berous in consil. 93. num. 34. volum. 1. Octauian. Cacheran. in decis. Pedem. 102. num. 10. Francisc. Vivi. in commun. opin. 845. num. 5. 16. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 157. Dixi in consil.... Centur. 2.*

Octogesima nona iuramenti operatio est, quia
259 licet inter Doctores controuertatur, an † per pactum de non alienando, quod permissum est *per tex. in l. ea lege. C. de condict. ob caus.* impediatur dominii illarum rerum translatio, *de quo Bartol. in l. filius familias. §. Diui. & ibi omnes Doctores. Ioan. Faber in l. sancimus. in verb. permiserit. C. de reb. alien. non alien. Angel in consil. 143. incip. Multi. Petr. Iacob. in practica. titul. de condict. ex lege. quæ pro re donat. compet. col. 5. versic. si quis autem. & multos referens* Andreas Tiraquell. *de iure constit. possess. parte 1. num. 31. Guido Papæ in decision. Gratianop. 569. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 49. & alij, quos omitto.*
260 Tamen † si iusiurandum interuenerit, non transfertur dominium, vt per multos allegatos concludit. *Antoni. Gabriel. commun. opin. titul. de Hypothec. conclus. quinta. numero 7. 8. Ioan. Crotus. in dicto §. Diui. numero 94. 97. Nicol. Boer. in decision. 182. numero quinquagesimo tertio. Roland. a Vall. in consil. sexto. numero 35. 54. M. Anton. Natta in consil. 426. numero decimo quarto. volum. secundo. Francisc. Bursat. in consil. 101. sub numero tertio. volum. primo.*

Nonagesima iurisiurandi operatio erit, de eo,
261 † qui iureiurando promisit secretum nõ reuelare, qui si producatur in testem non obstante promissione iurata, tenetur cum iuramento veritatem testificari, *vt voluit Cardinal. Florentin. in consil. trigesima quinta numero primo Felin. in cap. si sacerdos. numero 7 de offic. ordin. Barthol. Fumeus in Summa Armilla §. confessor. numero sexto. Octauius Simoncell. de decret. minor. libr. tertio. titul.*

titul.8.nu.202. Petrus Nauar. de reſtit.ablator. lib. 2.cap.4.num.138. cum pluribus ſeq.vol.1.& infinitos referens Pet.Cenedo,collectan.iuris canonici.101. nu.4.par.2. Cappell.Tholoſ.in deciſ.240.incip.Item fuit quæſitum,ſi tres.

262 Nonageſima prima iuramenti operatio,†quia pactum legis commiſſoriæ in pignore eſt reprobatum dum mutuans dedit puta egenti centum aureos,& pro eis dedit illi pignus,cũ pacto,quod ſi tali tẽpore defecerit in reſtituenda eadem ſorte, pignus intelligatur emptum pro debito,quod pactum a iure reprobatum eſt.*l.fin.C.de pactis pignorum.* tamen ſi

263 fuerit † iuramento firmatum, validum erit *Federic.de Senis in conſil.140. Bald.in l.Seius,&* Augerius *ff.ad leg.Falcid.* Alberic.de *Roſate.* Bal. *& Alex. in apoſtill.in l.1.C. de pact.pegnori. Anton.de* Butr. *Petr.de Anchar.& Andr.Barbat.in c.ſignificante. extra.de pignorib. Ludo. Gozadin. in conſil.61. num.7. Corn.in conſil.133.litera.g.vol.1. Auguſtin. Berous in conſil.36.nu.6.vol.2. Angel.de Clauas. in ſumma. §.pactum.num.18. Ripa reſponſorum lib.3.cap.6.nu. 7. Stephan. Bertrand.in conſil.91. incip.Ex propoſitis nu.12.vol.3. Bart.Cæpol.in Cautel.241. Guido Papæ in deciſ.Gratianop.6.num.2. Franciſc.Marc.in deci. Delphin.8.& in deciſ.54.nu.1.vol.1.& apud eundẽ Guid.Pap.in dicta deciſ.6. Ant.Rambaudi.in verb.iurameto. Laurentius Raborius Regius Conſiliarius.in verb.Iuramento. Stephan.Randrin.& Iacobus* Ferrer.*ample.& Reuerendiſſimus Ioan. de Cruce epiſcopus Gratianopolitanus in finali apoſtilla,qui allegat Anton.de Petruc.in rubric.de iureiur.effectu.9. Bar.* Brixienſ.*in quæſt. Dominicul.12.incip. Quidã accepit. Idem Guido. Papa.in ſingul.477.incip.licet pactum.*

264 Contrarium, quod idem pactum † iuramento, non firmatur,*vt ex Ioan.Andr.Ioan.Fabro.* Alberico.*Card.Florentin.Imol.Panorm.Bartol.Angelo. Butrio,Guidone Papæ,& Bertrando,retulit Andr. Tiraquell.de retract.conuent.in fin.num.119.eoſdem referens* Io.Baptiſta Lupus de,*vſur.in l.2.C.de pact.inter.empt.& vendit.commentario.2.num.14. Nouiſſime M.Anton.Delrius.in Miſcellan. Cod.lib.8. titul. 35.in l.vltim.Nicol.*Boneton.*ad Guid. Pap.in dicta deciſ.6. Addo Marcum Mantuan. Dialog. Denarrat. Claſſe.14.cap.31.nu.2.4.*

265 Primo declara,ad euitandam †praui contractus vſurarij ſuſpicionem, promiſſionem cum iuramento eſſe debere, quod deficiẽte ſolutione ſortis, ſiue pecuniæ mutuo datæ, pignus vendatur pro pretio iuſto,vel pro pretio concordando, quantitate minime declarata, aut pro pretio a iudice declarando aut æſtimando,quod probarunt Rabotius, & Ferrerius ad Guidonem Papæ, *in dicta deciſ.* 6. exiſtimauit Rabotius hãc formam pacti, eſſe cõtractum innominatum ex Azone,in Summa Inſtitutionum *titul.de locat.Bald.in l.fin.C.de empt.& vendit. Alexand.in l.ſciendum.ff.de verb.oblig.comprobat Ferrerius ex l.ſi fundus.§.fin.ff.de Pignorib.& hypothec. & ibi per Bartol.& ex Azon.in Summa.C.de pact.pignor.& Hoſtienſe,Alexand.Petro Iacob.& alijs. Facit ad hoc Ioan.Papon.Arreſtor. Curiæ lib.11. titul. 3.Arreſto.2.Didac.Couar. Variar.reſolut.lib.3.cap. 2.ſub num.8. verſicul.ſecundo pactum illud.& verſ. ſecundo infertur.*

266 Secundo declarant, valere † hoc pactum legis commiſſoriæ, iuramento firmatum,ſi fiat ex interuallo poſt mutuum,& pignoris conſignationem,*ut ex Bartolo in l.quamuis pactum.ff.de ſolut.voluit Guido Pap.in dicta deciſ.6.num.1.& Abbat.Panor.in dicto c.ſignificante.& probauerunt ad Guidonem ibidem Laurentius Rabotius. Ioan. de Cruce ex Imberto lib.1.c.34.gloſſ.3.& Boneton. ex Berengario Fernando in l.pacta conuenta.regul.1.cap.2.num.2.ff.de contrahen.empt.*

267 Contrariam ſententiam,quod etiam ſi ex †interuallo fiat pactum legis commiſſoriæ, ſit improbatum,eadem enim vſurariæ prauitatis ſuſpicio militat ex interuallo, quæ militabat in principio, cum data erant pignora,*vt voluit Alberic.in l.2.verſic. ſed quid ſi emptor.C.de pact.inter emptor.& vendit. Paul.de Caſtro. in conſil.109.incip. viſa petitione. col.2.verſ.eſt etiam.vol.2. Rap. Comens.in conſ.184. col.final. verſ.poſſet ergo vlterius. cui ſe ſubſcripſit*

268 *Raphael Fulg.* dicentes, quod non videtur † ſublata prę ſumptio ſimulationis ex inueruallo vnius mẽtis,aut paulo maiori, cum vſurarij omnes cautelas excogitent ad circumueniendam iuris prę ſumptionem,& vt id faciant,ex interuallo promiſſiones ipſas faciunt,& in alio inſtrumento, quos retulit, & ſequitur *Andr.Tiraquell.de retract.conuentional.in præfatione.nu.8.& in fin.nu.134. 135. quos refert, & ſequitur Couar.in dicto cap. 2.col.fin. verſ. tertio hinc etiam probatur.* Quos cum retuliſſet,inquit qui cenſet pacta ab initio prohibita in aliquo contractu,etiam ſi ex interuallo fiant, adhuc habere fraudis ſuſpicionem,& falſum eſſe, quod iſtud pactum

269 ex † interuallo factum valeat, eleganter cenſuit poſt authorem improbatum, *in tract.de vſuris q. 52.& Couar. in loco allegato. Iacob. Ferrerius ad Guidonem Papæ in dicta deciſion.6.in prima ſua Apoſtilla.*

270 Subdeclarant tamen ex interuallo † pactum legis Commiſſorię valere, quo ad excipiendum,non autem quo ad agendum, ſiue ad retinendum *argumen.l.Titius.34.ff.de Pignorat.act.voluit Bartol. in l.quamuis.ff.de ſolut. Panorm.& alit in dicto cap. ſignificante. Alexand.in conſil.178.vol.7. Anton.Negu ſant.in tract.de pignoribus.parte quarta. princ. Fallent.1.Guid.Pap.in dicta deciſ.6.num.1.* Sed hoc reprobat bene author innominabilis, *in dicta quæſt. quinquageſima ſecunda. num.363. cum in dicta.l. Titius.* illud non probetur,ibique nunquam tractatum fuerit de pacto legis Commiſſoriæ, ſed de inſolutum datione. Sequuntur Ioan. Baptiſta Lupus vbi ſupra.num.18. & bene Iacobus Ferrerius in dicta Addit. prima. ad Guid. in dicta deciſion. ſexta.

Nonageſima ſecunda iuramenti operatio il-

271 la eſt, quia † cum renunciari per pactum Præſcriptioni non poſsit,vt ex multis deducit. *Ioan.*

Francisc. Balbus in tract. prescription. parte 5. Quinta partis princip. q. 5 num. 1. 2. Tamen cum iuramento renunciatio valida erit. *Bartol. in l. Nemo potest. num. 19. ff. deleg. 1. Carol. Ruin. in consil. 150. nu. 4. vol. 4. Ioan. Anton. Rub. Alexandrin. in cons. 3. nu. 8. Balbus in loco allegato. 4. 5. num. 3. limit. 1. hanc opinionem firmauit Felin. in rub. de præscript. num. 15.*

272 Contrarium tenuerunt † *Angel. in cons. 55. nu. 3. Nicol. Boer. in decision. Burdegalen. 182. num. 9.*

273 Sed prima opinio verior est, † potest enim hoc iuramentum, adimpleri sine interitu salutis æternæ, nouum enim non est, quod sicuti potest conuentus tueri se præscriptione, si illa volaerit vti, quis impedit illum, quod etiam sine iuramento rem petitam, omissa exceptione, cedat? Quare Andreas Tiraquellus de retractu conuentionali, §. 1. *glos. 2. num. 14.* opinionem primæ conclusionis affirmatiuam tenuit, communi Doctorũ calculo receptam.

Nonagesima tertia iuramenti operatio est, vt si
274 dicto alicuius stari debeat † conuentione, vel statuto, id fieri sine iuramento nequeat, tamen iureiurando adimpleatur. *Bald. in l. comparationes. num. 2. C. de fid. instr. & ibidem. Salicet. num. 4. Hyppolit. de Marsil. in singul. 214. in singul. 402. Couar. Variar. resolut. lib. 3 cap. 13. num. 4. Marc. Anton. Natta in consil. 489. num. 8. vol. 3. Andr. Tiraquel. de præscript. §. 1. in gloss. col. 1.*

275 Nonagesima quarta operatio † iuramenti erit, quia pactum nudum nullã parere actionem dubiũ non est. *l. iuris gentium. §. igitur nuda. ff. de pact.* Suffultum autem iuramento actionem produci *Matth. Mathesilan. in notab. 36. in fin. Curtius Iunior. in consil. 168. sub num. 12.* Dicit etiam sine iuramento
276 † actionem parere pactum nudum. *Seraphin. de priuileg. iuramenti priuilegio. 19. priuilegio 117.* Reliqua dicenda erunt cum gratia DEI in titulo de pactis. *Matth. de Afflict. in decision. Neapolitan. 120. per totam. Iosephus Ludouic. in decision. Perusin. 9. num. 26. Anton. Scappus de iure non scripto. lib. 4. c. 8. num. 12. Ioan. Coras. Miscellan. lib. 2. cap. 15. sub num. 3. Barthol. Socin. in tract. Fallentiar. regul. 9. num. 9. 11. Stephan. Forcatul. in Necyomantia iuris dialog. 69. sub num. 5. & multos allegans Petr. Cenedo Collectanc. iuris Canonici. parte 2. collectan. 31. num. 5.*

Nonagesima quinta iuramẽti operatio est, quia titulus, quem quis in causa exigit, spacio annorum
277 † decem præsumitur. *argu. l. de in rem verso. ff. de vsur.* Et iustus præsumitur lapsu annorum viginti. *Ioan. Baptista Ferrett. in cons. 18. num. 1. Tiber. Decian. in cons. 35. num. 31. vol. 2.* Ad complendam
278 temporis † præteriti tamen allegationem, possessoris necessarium iuramentum exigitur. More solito complures allegans *Andr. Tiraquell. de præscript. §. 1. glos. 8. in princip. Seraphin. de Seraphinis de priuil. gijs iuramenti priuilegio. 39.*

Nonagesima sexta operatio iuramenti erit, quia
279 † compromittẽtes, qui cum iuramento promittũt stare iudo, & ab illo non appellare, neque ad boni viri arbitrium reducere, etiam data supportabili, modicaque læsione, iuramentum impediet reductionem, *vt dicit Paul. de Castro in cons. 260. col. 2. vol. 1. & nouissime faciunt, quæ scribit Seraphin. de priuileg. iuramenti. priuileg. 136. Rota in Antiquis in decision. 211. incip. Nota quod quis. Iafred. Lanfr. Balbus in decis. 168. incip. reductio.*

280 Verum quia hæc materia † alta est, & omnes cõcurrunt, vt data enormi, vel enormissima læsione, iuramento non obstante laudum reducitur ad boni viri arbitrium, vt dum essem adolescens scripsi de compromissis. §. 7. *glos. 2. num. 21. cum pluribus segq.* Vbi nonnullos allegaui huius opinionis assertores, & opinionem, & scripta mea sequuti sunt, *Borgnin. Caualcan. in decis. Fiuizan. 9. num. 3. parte 1. Bartholom. Bertazzol. in cons. ciuil. 120. num. 17. 19. vol. 1. & nouissime D. Garsias Mastrill. in decis. Siciliæ. 90. num. 5. & latius, si DEO placuerit, dicam in titul. de arbitris, arbitratoribus, & compromissis. versic. nono declara, quod si iuratum. nu. 267. 268.*

281 Nonagesima septima iuramenti † operatio est, quod cum non possit fieri pactum, quod non fiat probatio, nisi per iuramentum, & scripturas, quia authoritati testium per pactum derogari non potest, *ex dicto Accursii. in §. propterea igitur. in verb. Senatusconsulto. in Authent. vt sine prohibitione matres. Hoc idem sequitur Bartol. ibidem. num. 10. allegans Speculator. in titul. de prob. §. videndum. vers. sed pone. & in titul. de renunc. §. 1. vers. quid si dicatur. & idem voluit Florian. de Sancto. Petro. in l. 1. col. 1. vers. & ideo bene deciditur. ff. de testib. Franc. Viui. in commun. opin. 575.* Si tamen fieret cum iu-
282 ramento † validum erit pactum, *vt tenuit Raph. Fulgos. in cons. 208. incip. proponitur. col. 1. vers. in diuersam partem arguitur.*

283 Quinimmo pactum valere simpliciter † censuerunt Hyppolitus de Marsilijs *in singul. 126. & in singul. 157. sequitur idem Andr. Tiraquel. de pœnis. causa. 51. num. 117.* Dicendum super hoc superest in titulo de probationibus.

Nonagesima octaua iuramentio operatio est, quia
284 † etsi dos mulieri sine iusta causa constante matrimonio restitui nequeat. *l. vnica. vbi Angel. C. si dos constãt. matri. soluta sit.* Si tamen interuenit iura-
285 mentũ † consignatio fieri potuit, *Petr. de Anchar. in cons. 238. incip. Regulariter. in fin. faciunt notata per Bart. Capoll. in cautel. 115. Matth. de Afflict. in decis. Neap. 349. nu. 4. & per totam. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 195. numer. 48. Cæsar. Vrsill. in decision. 349. nu. 2. vide in titul. de dote.*

Nonagesima nona iuramenti operatio est, quod
286 † pactum quotæ litis iam iure improbatum. *l. si quis cum simil. C. de postulan.* Nihilominus sustinetur iuramento suffultum, *vt per Guidon. Papæ in decision. 190. sequitur Seraphin. de priuileg. iuram priuileg. 70.* hoc mihi non arridet, & non satisfacit, cum sit omnino prohibitũ, de quo dicetur in titulo de aduocatis.

287 Centesima iuramenti operatio est, † quia casus for-

fortuiti debent ſpecifice renunciari, generalis enim illorum renunciatio valida non erit. *Doctor. in l. ſed & ſi. §. quæſitum. ff. ſi quis cautionib. Angel. de Claras. in Summa §. caſus. nu. 3. Syluester Prier. §. caſus*

288 *num. 2.* Si tamen † interuenerit iuramentum ſimilis renunciatio generalis valida erit. *ita Io. de Imol. in c. cum contingat. membro 3. de iureiur. Quem ſequitur Anton. Borſet. de priuileg. iuramenti priuilegio. 38.*

289 Contrarium tenet † Angel. in dicto. §. quæſitum. & poſt ipſum *Alexand. num. 12.* quos ſequitur Sebaſtianus Medices, *in tract. de caſibus. fortuitis. parte 1. q. 16. num. 10.* dicens, quod etiam ſi interuenerit iuramentum, non valet renunciatio ſi non ſpecificentur caſus fortuiti.

290 Satis eſt, quod operationes † centum iuramenti poſt alios annotauerimus, quia operationes aliæ apud illos, qui fecerunt hos tractatus iuramentorum, quia nos illa retigimus. in quibus aliqui ſcriptores deciſionum occaſionem præbuerunt, iam pergamus ad alia tituli materiam concernentia.

291 Iuramentum † præſtatur homini, ſed acceptatur a DEO. *cap. debitores. cap. & ſi Chriſtus, de iureiur. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 163. ſub num. 3. Anton. Corn. in tract. de abſolut. a iuramento. parte 1. q. 4. num. 3. 6. 7. Marian. Iunior. in conſil. 47. num. 10. vol. 3. Bald. in l. ſi quis maior. Notab. 3. C. de tranſact. & in cap. 1. §. ſacramenta. colum. 2. verſ. ſecundo præmitte. de pace iur. firm. Marc. Anton. Natta in conſil. 426. num. 15. vol. 2. Lancellot. Gallia in conſ. 105. num. 150. vol. 1. Magiſter ſentent. lib. 3. diſt. inct. 39. Chriſtophor. Torniola in conſ. 105. num. 32. vol. 2. M. Anton. Natta in conſ. 54. num. 5. vol. 1. Alciat. in rub. extra de iureiur. num. 14. Daniel Venatorius in Analyſi iuris pontificij lib. 2. titul. 24. D. Thom. de Aquin. ſecunda 2. q. 89. articul. 1.*

292 Quo ſtante, ſtatutum, aut † Princeps ſæculuris non poteſt prouidere quod contractus iuramento initus, & factus nullus ſit, quia poſſet adiri ſuperior eccleſiaſticus, pro iuramenti obſeruantia, vt ad longum ſcripſit *Alex. in conſ. 59. vol. 1.* De quo meminit Camillus Gallinius *de verb. ſignific. lib. 10. cap. 34. nu. 39.*

293 Verum hæc eſt ſatis † perplexa, & intricata quæſtio, in qua communiter Doctores ſenſerunt contra Alexandrum, quia licet Princeps, vel ſtatutum facere non potuiſſent, quod iurans non teneretur iuramentum DEO præſtitum reddere *iuxta tex. in dicto. capit. debitores.* Facere tamen poſſunt, quod

294 † contractus ſit nullus, & obligatio vim, & exequutionem non habeat, *vt poſt Bartol. & Panor. dicit Cardinal. in conſ. 42. Socin. Senior. in conſ. 61. vol. 1.* quod tenuerunt etiam *Paul. de Caſtro, & Corn. in Authent. Sacramenta puberum. C. ſi adverſ. vend. Didac. Couar. in relect. c. quãuis. de pactis. in 6. parte 2. §. 1. nu. 8. verſ. Ceterum. & §. 2. verſus finem.* Maxime ſi antequam præſtetur iuramentum, facta ſit

295 † prouiſio, & annullatio quia ſecus eſſet poſt præſtitum iuramentum, *vt dicit Bald. in l. omnes populi. ſub nu. 9. col. 4. verſ. ſed quæro poteſtas iurauit. ff. de iuſtit. & iur.* quod tenuit etiam Dominicus de Sãcto Geminiano. *in dicto cap. quamuis.* dicens legem

296 ciuilem ſuper iuramento iam præſtito † authoritatem non habere, ſed bene ſuper iuramento nondum præſtito, ſed præſtando, quem refert, & ſequitur Iaſon. *in dicta Authent. Sacramenta puberum. num. 82. ſequitur Hieron. Cæuallos practicar. opin. commun. contra comm. n. q. 188. ſub num. 1. verſicul. ſecundo intellige & pulchre Flamin. Chartar. in deciſ. Genuenſ. 81. per totam.*

Qui promittit DEO, & Beatæ Virgini, non

297 † reuocare, vel non facere aliquem actum, ſi deficiat, & promiſſum non ſeruet, dicitur periurus non eſſe, quia, iſta eſt ſimplex promiſſio, non autem iuſiurandum. *Vt dicit Aluarus Vallaſcus in deci. ſiue conſultation. 99. num. 15.* Dicens, ita Patres Grauiſſimos Senatus Luſitanici determinaſſe. De quo, DEO propitio dicam in titul. de periurio.

298 Notandum fore arbitror, quod † quando iuramentum eſt interpoſitum ſuper actu dependente a mera iurantis voluntate, poteſt nullo adito ſuperiore reuocari, licet remaneat periurus de quo tenetur pœnitentiam agere, & tamen contractus, vel reuocatio poſtmodum facta, valida erit. *gloſſ. in verb. Reuocatus. in c. fin. de procur. in 6 Bartol. in l. ſi quis in princip. teſtamenti. nu. 44. ff. de leg. 3. Philipp. Deci. in conſil. 305. ſub num. 5. verſ. primo, quod licet. faciunt ſcripta per Angel. in conſ. 225. incip. Punctus eſt ta-*

299 *lis, Martinus.* Vbi agit de eo, qui promiſerat † procuratorem non reuocare, & reuocauit. *Plene Alexand. in conſ. 18. col. prima. vol. 2. Paul. de Caſtro in conſ. 57. Venerabilis. vir. vol. 1. Hieron. Magon. in deciſ. Florentin. 39. num. 6. Surdus in conſil. 264. num. 40. 41. vol. 2.*

300 Iuramentum habere debet tres † comites, veritatem, iudicij, & iuſtitiam, vt ex Hieronymo in Hieremiam, inquit textus *in c. animaduertendum. 22. q. 2. Hoſtienſ. in Summa titul. de iureiurando. §. quot Comites. Abbas Panor. in conſ. 8 nu. 6. vol. 2. Dec. in conſ. 180. num. 5. Aym. Crauett. in conſ. 144. nu. 16. Curti. Iunior in conſil. 141. num. 9. Marian. Neptos. in conſ. 144. nu. 30. uol. 1. in conſ. 3. nu. 33. uol. 2. Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. q. lib. 2 Cen. 3. caſu 260 nu. 35. in conſ. 29. nu. 35. uol. 1. Cardinal. Pariſ. in conſil. 12. num. 78. in conſ. 99. nu. 19. uol. 1. in conſ. 86. num. 49. uol. 3. Roland. a Val. in conſ. 98. nu. 34. uol. 1. Florentius Veninger. in conſ. 16. nu. 102. inter conſilia Claudij Cantiunculæ Iacob. Philipp. Portius in conſ. 5. num. 51. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 80. nu. 7. Ioſephus Ludouic. in deciſion. Perunſin. 64. num. 14. Andr. Gail. practicar. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 147. num. 3. Chriſtophor. Torniola, in conſ. 72 nu. 13. vol. 1 Lancellott. Gallia in conſ. 51. num. 23. vol. 1.* dixerat ante omnes Hieremias *cap. 4.* Iurabis *inquit* viuit Dominus, in veritate, in iudicio, & in iuſtitia. De quibus D. Thomas *in 2. ſecundæ. q. 89. articul. 3. Anton. Faber. in Codic. Fabr. lib. 4. titul. 1. Deſin. 7. nu. 2. in alleg. vol. 1. Iaco. Gourreus in l. 2. fol. 43. verſ. ac iuramentum.*

301 Rebus ſic ſtantibus, clauſulam † retinet iuramẽtum,

tum, & rebus in eodem statu permanentibus. *Glo. in c. qũ admodum. in verb. conditio de iureiurand. Ludouic. Roman. in cons.* 379. *sub num.* 6. *Augustin. Berous in cons.* 88. *num.* 34. *vol.* 1. *in cons.* 4. *nu.* 5. *vol.* 2. *Francisc Marc. in decis.* 43. *sub num.* 7. *vol.* 1 *Cardin. Paris. in cons.* 97. *num.* 51. *vol.* 1. *Roland. a Vall. in cons.* 7. *num.* 37. *vol.* 3. *Ioseph. Ludouic. in decis. Perus.* 64. *nu.* 17. *Octauian. Cacher. in decis. Pedemont.* 92. *num.* 21. *Iacob. Mandell. in cons.* 76. *num.* 2. *Tiber. Decian. in consil.* 54. *num.* 25. *vol.* 1. *Pedrocc. in cons.* 39. *num* 94. *vol.* 1. *Surdus in decis* 289. *nu.* 11.

302 Iuramentum, quod seruari † potest sine interitu salutis æternæ, seruandum est. *cap. cum cõtingat. c. si vero. de iureiur. cap. licet mulieris. de iureiur. in 6. c. fin.* 22. *q.* 4. *Rota in Nouis. in decision.* 401. *incip. si agenti. in medio. Albert. Brun. in cons.* 89. *num.* 6. *Andr. Gail. pract. obseruatio. lib.* 1. *obseruat* 4. *num.* 8. *Alexan. in consil.* 125. *vol.* 1. *in cons.* 123. *vol.* 2. *Corn. in cons.* 71. *vol.* 3. *& alios allegãs. Christophor. Tornio la in cons.* 45. *nu.* 4. *in consil* 105. *num.* 14. *vol.* 1. *Octauian. Cacheran. in decis. Pedemont.* 92. *nu.* 22. *Marc. Anton. Bellon. in decis. Genuens.* 108. *num.* 5. *Angel. Gambilion. in consil.* 40. *num.* 22. *vol.* 1. *Ioan. Baptist. Ferret. in consil.* 147. *num.* 1. *Andr. Fachinæus controuers. iuris. lib.* 2. *cap.* 17. *Anton. Faber. in Codic. Fabr. lib.* 2. *tit.* 23. *def in.* 4. *num.* 4. *vol.* 1.

303 Regulare est, vt iuramentum † disponere intelligatur, ac reguletur secundum naturam actus, super quo interponitur, illumque non auget, sed intra suos limites manere facit, adijciens vinculum religionis, *arg. l. Titius. ff. ad Senatusc. Trebell. volunt Oldrad. in consil.* 238. *num.* 2. *Gulielm. Cassador. in decis.* 2. *num.* 3. *titul. de iureiurand. Idem Oldrad. in cons.* 294. *num.* 3. *Cardin. Paris. in consil.* 110. *nu.* 36. *vol.* 1. *in consil.* 16. *nu.* 74. *vol.* 2. *in consil.* 86. *nu.* 44. *in consil.* 95. *num.* 13. 36. *in cons.* 107. *nu.* 50. *vol.* 3. *in cons.* 10. *nu.* 34 *vol.* 4. *Angel. Gambilion. in cons.* 40. *nu.* 35. *& in cons.* 41. *nu.* 36. *vol.* 1. *Simon de Prætis. in cons.* 137. *num.* 139. *vol.* 1. *Hierony. Gabriel. in cons.* 63. *nu.* 5. *vol.* 1. *in cons.* 67. *nu.* 16. *in consil.* 144. *num.* 34. 53. *vol.* 2. *Deci. in cons.* 240. *num.* 3. *in cons.* 180. *in fin. Riminald. Senior in cons.* 69. *nu.* 7. *vol.* 1. *Francisc. Veggi. in cons.* 68. *num.* 98. *Præceptor Ioan. Bologuet. in cons.* 16. *num.* 17. *Ioan. Papon. Arrestor. Curiæ. lib.* 9. *titul.* 6. *Arresto.* 13. *Iosephus Ludouic. in decis. Perusin.* 64. *nu.* 15. *Vincent. de Franchis in decis. Neap.* 181. *num.* 13. *Ioan. Petr. Surd. in decis. Mantuan.* 16. *num.* 8. *Octauian. Cacheran. in decis. Pedemon.* 41. *num.* 5. *in decis.* 49. *num.* 4. *in decis.* 92. *nu.* 5. *Faber in Cod. Fabrian. lib.* 4. *tit.* 21. *Defin.* 7. *num.* 8. *in fin. vol.* 1. *Anton. Faber. in Cod. Fabr. lib.* 4. *tit.* 14. *def in.* 4. *nu.* 6. *vol.* 1.

304 Operę pretium mihi videtur, declarare, † quid denotent ea verba, iuramentum seruãdum esse, vbi seruari potest, sine dispendio, vel interitu salutis æternę. Super his quia admodum conferunt ad animarum salutem, ex mente Theologorum, & Doctorum Canonistarum, & Ciuilistarum faciendæ sunt plures conclusiones, ex quibus habeatur ipsarum ambiguitatum certitudo.

305 Prima conclusio est, quod † iuramentum, quod non potest seruari sine interitu salutis ęternæ, non est seruandum, nec est obligatorium, & propria authoritate potest, & debet quis contrauenire. *c. si vero. c. cum contingat. extra. de iureiur. & habetur in c. inter cetera.* 22. *q.* 4. *& per totum. Abb. Panor. in dicto. c. si vero. notab.* 1. *& alij, quos retuli supra hoc eodem tit. vers. iuramentũ quod seruari. nu.* 302. *Ange. de Clauas. in summa in §. iuramentum. quinto. nu.* 1.

306 Secunda conclusio sit, † quod tunc dicitur vergere in interitum salutis æternæ, quando obligaret & induceret ad peccatum mortale, quia causat animæ mortem, pœna enim æterna punitur, qui decedit in peccato mortali. *c. vnũ horarium.* 25. *distinct. Panor. in dicto. c. si vero. sub nu.* 3. *ver. iunc vergit.*

307 Tertia conclusio est, quod etiam † si vergeret iuramentum in interitum salutis temporalis, puta vitæ corporalis, non est obseruandum, *Gratianus in c. si. §. quisquis ergo.* 22. *q.* 4. Dum dicit: quisquis ergo se iuramento firmauerit, aliquid facturum, quo, vel corporalis, vel spiritualis salus adimatur, vel si-

308 ne quo vtraq; salus reparari, vel † conseruari non possit, fidē promissam seruare prohibetur. Quē sequitur *gl. in d. c. si vero. in verbo, salutis æternæ. vbi nu.* 2. *Abb. Panor. post alios* pulchro argumento corrobo-

309 rat, quod quemadmodum † non valet iuramentum tendens ad mortem alterius, vt de iuramento Dauid habetur. lib. 2. Regum. cap. 24. & de iuramẽto Herodis, dum dedit Herodiadi necem Ioannis Baptistæ, de quo *Matth. cap.* 14. & de similibus alijs quampluribus habetur, *c.* 1. 2. 3. 4. 22. *q.* 4. fortius valere non debet, vbi tenderet in mortem propriã, *vt ex Augustino de Ciuitate Dei. lib.* 1. *cap.* 17. *habetur. in c. si non licet.* 23. *q.* 5. *Sequitur Felin. in dicto. c. si vero. nu.* 3. *ver. in gl.* 2.

310 Declarat tamen glossator † *in dicto c. si vero.* supradictam conclusionem procedere, quando directe vergeret in mortem, secus vero si occasionaliter, & ponit exemplum in aliquo Vltramontano, qui cum iuramento promisisset in mense Augusti stare Romæ, cuius iuramenti occcasione, si Romæ moraretur, posset vita temporalis adimi, vt tunc iuramentum seruare teneatur, quia occasionaliter, & non directe tenderet ad mortem.

311 Verum hoc subintelligit ex Ioanne † Andrea Panormitanus *in dicto c. si vero.* secus esse, si ex complexione, vel infirmitate imminente iudicaretur, quod ex mora ibi talis moreretur, quia appareret, iuramentum esse temerarium, nec est verisimile, quod Deus velit recipere tale iuramentum, per quod creatura sua incurrat mortem, quam diligen-

312 ter formauit. Ponit exemplum in patribus † Cartusiensibus, qui nituntur voto non comedendi carnes, qui si periculum immineret, vt non posset euitari, nisi carnium esu, non ligabit votum, & eodem modo non ligabit iuramentum cum pari pasu ambulent. *c. 1. c. debitores. de iureiur. c. licet. c. magnæ. extra de voto.* Et quanquam Panormitanus, *vbi su-*

313 *pra*, dixerit, qđ Arnaldus † de Villanoua, dicebat posse vitam restaurari sine esu carnium, vino, &

vitel-

vitellis ouorum,non eſt locus hic aliqua de carnib.
314 ouis, & † vino differere. De carnibus tangit Plato de Republica *lib.3. Galenus de alimentorum facultatibus.lib.2.cap.6.* Iamblichus *in lib. de Mysterijs. Porphirius de abſtinentia ab eſu animalium. Ariſtoteles de hiſtor.animal. lib.8.c.10. & problem. ſect. 1.problem.54.* Alexander Aphrodiſeus *lib. problem.1. q.22. Idem Galen.de locis affectis. lib.3.capit.6. item lib.7.Method.meden.cap.6. & in libr. de attenuante dicto cap.6. Nouiſſime Hierony. Cardanus de ſanit. tuend.lib.3. cap.1. & pluribus ſeqq. Donatus Antonius Ferrus.de Podagra.tractat.3.cap.12. Marſilius Cagnatus lib.3.cap.19. Schola Salerni cap.7. & ibi*
315 *expoſitores* De ouis † Ariſtoteles de Hiſtoria animalium *lib 5.cap.1. lib.6.c.* 2. de Generatione animalium *lib.3.cap.1. Auicenna lib.4.Fen.1. cap.1.Galenus de alimentor.facultatibus. lib.3.cap.22. lib.1. ad Glaucon.cap.9. Albertus* Magnus. *lib.13. tract.1. cap.8.Cardin.de Sanitate tuenda.lib. 1.cap 40. Ferrus de podagra. tract.3.cap.17.Cagnatus Variarum obſeruation.lib 1. cap.9. De vino Ariſtoteles. lib.2. Meteorolog. cap.3.lib.4. cap.2. & problem.ſection. 3. problem. 7.proble.17. ſection.12.proble.12.ſection. 20.problem. 35.Alexand. Aphrodis problem. 2. cap. 3. Albert. Mag de vegetab. lib.6. tract.1.cap.35. de animalib.lib.17.tractatu.1.cap. 3. Plato in Theæteto, in Sympoſio,in Gorgia, & de legib. Dialogo.1. Apuleius Floridorum. lib. 4. Marſil. Ficin. de vita producend.lib.2.cap.7. Ioan. Franciſc. Picus Mirandul. de exam. var.doct.gen.lib.5. cap.13.* Sufficit nunc aliquos retuliſſe,qui de his differunt,alio opportunio ri loco hanc materiam relinquendo. Vnde contra opinionem Arnaldi facit, quod dicit Diuus Thomas de Aquino *ſecunda ſecunde q.147. articul.vltimo.& lib.4.ſententiar. diſtinction. 15.q.2. articul.*
316 1.dum dicit,vino † non eſſe virtutem duratiuam, & augumentatiuam ſpirituum, ſicut Carnium.Quẽ refert,& ſequitur *Felin.in dicto.c.ſi verò.ſub num.3.* quem potius ſequor, quam eundem Arnaldum, quem notum pluribus hæreſibus laboraſſe, vt ſcri-
317 bit Damianus † Roſcius in libro de ſectis Hæreticorum.in Arnaldo.An autem complexio, & aeris
318 cognitio poſſit mortem portendere, an ſit † temperies.& intemperies,Medicorum cognitioni pertinet,*vt per Felin.in c.ex tranſmiſſa. num.8.extr.de præſumption.& voluit Franciſc.Marc.in deciſ.Delphin.520.nu.12.& in deciſ.521.vol.1.* Ex quorum relatione, quando conſtaret periculum mortis ex loco, & complexione dubitari, hæc ſub declaratio plane procederet,quod & Angelica in loco allegato,*num.7.* ſequitur.
319 Quarta concluſio eſt, quod eodem † modo ſi in deteriorem exitum vergeret iuramentũ,in diſpendium ſalutis,licet non tendat in interitum,quia nõ ſeruabitur,*c.ſi aliquid.22.q.4.Panormitan. in dicto. cap.ſi vero. num.3. & ibidem Felin.* Pluribus vero modis dicitur vergere in peiorem exitum.
320 Primus modus eſt, quando iuratur aliquid, † q eſt mortale,*vt docit Archidiacon. in dicto. cap.ſi aliquid. 22.q.4. Abb. Panormitan.in dicto c.ſi vero.ſub nu.3. Angel.de Clauaſ. in ſumma.§.iuramentum.5. num.1.*

Secundus modus, quando eſt veniale, tendens
321 † non in interitũ ſalutis, quia per illud quis non priuatur vita æterna, ſed in diſpendium, ſcilicet in diminutionem,quia impedit,vt non cito peruenia tur ad vitam ęternam,cum oporteat,vt prius in purgatorio purgetur,ſi in eodem peccato decedit. *cap. qualis.25.diſtinct. cum alijs traditis per Abbat. Panormitan.in dicto.c.ſi vero ſub num.3. poſt Archidiacon.& Ioan.Andr.in c.quamuis.de pactis.in 6.Felin. in dicto c ſi vero.num.4. Aymo Crauett.in conſ.229. num.4. Quem refert, & ſequitur Andr.Fachin. controuer. iuris. lib.8. cap.72. verſ.reſpondeo tà negari. Andr. Alciatus in c.cum contingat.num.52. de iureiur. Angel. de Clauaſ.in ſumma. §. iuramentum. 5. num 2.*
322 Tertius modus vergens ad peiorem exitum † eſt, dum iuratur aliquid,quod per ſe eſt indifferens,ex circumſtantijs tamen efficitur veniale,vel mortale, ponit exemplum Archidiaconus *in c.animaduerten*
323 *dum.22.q.2.* in eo,qui iurauerit,quod † nunquam erit negotiator,vel miles,vel in eo,qui iurauit, non recipere feudum a tali Domino, vel aliud ſimile, quia ſi veniret ad caſum,quo non poſſet aliter viuere, niſi veniat contra iuramentum, nam eo caſu,illud obſeruare non cogitur,quia ſi a principio, dum iurauit,ille caſus fuiſſet,iuramentum fuiſſet temera
324 rium,& ideo propria authoritate contrauenire † poterit. Hæc verba ad literam refert *Abb.Panor. in dicto c.ſi vero.ſub num.3.& ibi Felin.ſub num 5. Angelica in Summa.in §.iuramentum.nu.5.*
325 Quartus modus vergens ad peiorem † exitum eſt,dum ex iuramento excluditur opus,quod ex neceſſitate facere debemus,puta,qui iuret Deum non colere,quod ex charitate nihil dabit tali. Cum non ſit veriſimile,quod Deus ſimilia iuramẽta recipiat, cum non colere Deum eſſet,& Hæreſis, & Idolatria & non exercere opera Charitatis, eſſet contra præcepta Euangelica,mandãtia proximorum dilectionem. Sic etiam de eo,qui iurauit nõ fide iubere pro aliquo, cuius poſtmodum immineat tanta neceſſitas, quod ſalus ſpiritualis, vel corporalis proximi
326 periclitaretur,quia his caſibus † iuramentum obſeruari non debet, *vt poſt Archidiacon. in c. non eſt 22.q.1.voluit Oldrad.in conſ.90.incip. quidam iurauit.* Vbi loquitur in ſpecie de promittente non fide iubere,quem in ſpecie ſequitur Felinus *in dicto c.ſi vero.nu.6.& Hyppolit. de Marſilijs. de fideiuſſ. num. 203.cum pluribus ſeq. Idem Oldrad.in conſ.97. incip. factum tale eſt,quidam Abbas. Idem Panor.in loco allegato,nu.5.vbi Anton.Franciſc.de Doctoribus,in apoſtilla.incip.An iurans. Angel.de Clauaſ.in ſumma.§. iuramentum.5.num.4.*
327 Quintus modus vergens ad peiorem † exitum eſt,cũ per iuramentum excluderetur opus,quod eſt de genere bonorum, puta cum quis iurat qui nunquam erit epiſcopus,clericus, vel monachus, quia iſtud iuramentum non ligat, nec eſt obligatorium *c.1.85.diſtinct. vbi Gloſſa. & voluit Archidiacon. in*

dicto

dicto cap. si aliquid. 22. q. 4. & voluit Panor. in dicto c. si vero. num. 4. omissa Raymund & Gratiani opinione, & voluit ibi Felin. num. 5. Clauas. in Summa. §. iuramentum. 5. num. 3. D. Thomas in secunda. 2. q. 89. articul. 7. in responsione ad secundum argumentum.

328 Iuramentum, & res iudicata † æquiparantur, & parificantur, *l. post rem iudicatam. ff. de re iudic. l. 2. ff. de iureiur. Matth. Matthesilan. in notabili 20. incip. Nota bonã practicã. Guido. Pap. in decis. Grattan. 549. num. 2. Octauian. Cacheran. in decis. 92 num. 17. Anton. de Canar. de exequt. instr. q. 4. Hierony. Magon. in decis. Florent. 133. num. 17. Anton. Faber. in Cod. Fabr. lib. 4. titul. 1. Defin. 11. nu. 1. vol. 1.*

Declara maioris authoritatis esse iuramentum,

329 † quam res iudicatas scilicet iuramẽtum delatũ, præstitum, recusatum, vel remissum, iuribus allegatis, *per Octauian. Cacher. in decis. Pedemont. 8. numero 5.*

Consensum non supplet iuramentum, & ratio-

330 ne consensus deficientis non confirmat actũ † inualidum, quia vltra consensum operari non potest. *l. vltima. C. de non num. pecun. Bartol. in l. si quis pro eo. num. 15. ff. de fideiuss. arg. c. quemadmodum. & c. ad nostram. de iureiur. Francisc. Arctin. in cons. 24. in princip. quem sequitur Aym. Crauet. in consil. 102. sub num. 7. vers. quinto respondeo Angel. in cons. 98. col. fin. Dec. in consil. 403. col. pen. versic. cum ergo. Federic. de Senis. in consil. 281. Laurentius Syluan. in consil. 40. num. 18. Ludo. Roman. in consil. 517. num. 24. Hierony. Gabriel. in consil. 137. num. 27. vol. 1. in cons. 62. num. 10. vol. 2. Lancellott. Gallia in consil. 118. num. 69. vol. 1. Francisc. Cantuccius in decis. Nouissim. Roman. 3. num. 5, 6. parte 2. lib 2. Octauian. Cacheran. in decis. 172. num. 19. Cardinal. Puteus in decis. 205. num. 4. lib. 3. Hyppolit. de Marsil. in singul. 700. Thom. Grammat. in decis. Neapolitan. 76. numero 19.*

331 Contra bonos mores iuramentum † præstitum, nullum est, *cap. non est obligatorium. de regul. iur. in 6. Andr. Gail. practicar. obseruat. lib. 2. obseruat. 39. num. 15. 16. & obseruat. 42. Marian. Iun. in cons. 143. num. 35. 36. vol. 1. Ioan. Botta in cons. 59. num. 53. vol. 1. Octauian. Cacheran. in decis. Pedemontan. 100. num. 13. Andr. Fachin. controuers. iuris. lib. 2. c. 101. Anton. Faber. in Cod. Fabrian. lib. 6. titul. 5. defin. 15. nu. 3. in alleg. vol. 2. Constantius Rogerius de legis potentia. §. Iam tempestiuum. nu. 34. 35.*

Declarant autem, tunc dici contra bonos mores

332 † quando iuramenti obseruatio nutriret peccatum, & tunc ad dispendium ęternę salutis vergeret *ex Bal. in l. pacta quæ contra. vbi Castrens. C. de pact. Cyn. & Bald. in l. si quis inquilinos. §. fin. ff. de leg. 1. voluit Marian. Iun. in dicto consil. 143. num. 36. vol. 1. Octauian. Cacher. in dicta decis. 100. nu. 13. Ioan. Botta in dicto cons. 59. nu. 53. vol. 1.*

333 Declaratur secundo, dici contra † bonos mores sapientes turpitudinem, *vt dicit Octauian. Cacheran. in dicta decis. Pedemont. And. Gail. practic. obseruat. lib. 2. obseruat. 39. nu. 16.*

334 Declaratur tertio, quod tunc † dicitur iramentum contra bonos mores, quando vtraque salus periclitetur, spiritualis, & corporalis, *vt ex Oldrado in consil. 90. incip. quidam iurauit. Voluit Thob. Nonius in consil. 55. num. 5. ante ipsum Aym. Crauett. in consil. 139. num. 9. Idem Cacheran. in decision. 100. numero 13.*

335 Declaratur quarto, dici contra † bonos mores iuramentum, quod aufert liberam testandi facultatem, *arg. l. ex eo. C. de Inutilib. Stipul. voluit Alexan. in cons. 28. col. 2. versic. Tamen præmissis non obstantibus. vol. 3. & voluit Anton. Faber in Codic. Fabri. lib. 6. titul. 5. Defin. 15. num. 3. in allegat. vol. 2. Constantius Rogerius de legis potentia. §. iam tempestiuum. nu. 35.*

336 Boni mores autem qui dicantur, & † quando, & qui praui, *tractant Plato de legibus, Dialog. 2. 3. Philo Iudæus in lib. de creation. Princip. Aristoteles in Problematibus. sect. 14. num. 1. & lib. 4. Ethicor. cap. 8. lib. 10. cap. 1. & Moral. Eudemior. lib. 2. cap. 4. & lib. Rhetoric. 2. Io. Picus Mirandula in Astrologos. li. 3. c. 12. Marsilius Ficinus Theologiæ Platonicæ. lib. 8. cap. 10. lib. 18. cap. 10. Ioannes Franciscus Picus Mirandula in Examen vanitatis doctrinæ gentium. lib. 1. cap. 17. de quibus, & alijs alibi dico.* Contra bonos mores quid esse, declarat optime Constantius Rogerius de legis potentia. §. *iam tẽpestiuum. num. 17. vsque ad num. 57. inclusiue.*

337 Statuta inducentia solennitates † probatorias dicuntur inducta ob vtilitatem publicam, ideo priuatorum pactis etiam iuramento firmatis tolli nequeunt. *Bartol. in l. si quis pro eo. nu. 13. ff. de fideiuss. arg. l. ius publicum. ff. de pact. Alexand. in consil. 95. in fin. vol. 1. Andr. Alciat. in cap. cum contingat. nu. 153. de iureiur. quos sequuta est Rota Romana vt per Paul. AEmil. in decis. 190. nu. 2. 3. lib. 3 faciunt scripta per Thom. Grammat. in decision. Neapolitan. 12. num. 17.*

338 Iudicium † minoris, firmatur iuramento ipsius iurãtis de stando iuri, & de non contraueniẽdo gestis, & gerẽdis in illo iudicio, quamuis non habeat curatorem ad litem. *arg. cap. si annum. de iudic. in 6. Iacob. de Aren. Bartol. & Bald. in Authent. Sacramẽta puberum. C. si aduersus. vend. Iafredus Lanfranc. in decis. 68. incip. Iudicium firmatur. facit Cappella Tholosan. in decis. 49. incip. Item fuit dubitatum si minor. Guido Papæ in decis. Grattanop. 35. & in decisio. 494. Nicol. Boer. in decis. 92. Eadem Cappell. in decis. 45 incip. Item fuit dubitatum.*

339 Contrarium tamen tenuere. † *Iacob. Butrigar. & Iacob. Balduin. Specul. & Angel. referens idem Iafredus Lanfranc. Balbus in dicta decis. 68. & idem tenuit Cæsar Vrsil. in decis. Neapol. 114.*

340 Prima tamen opinio † communior est, quam etiã tenuit *Ias. in dicta Authent. Sacramenta puberum. num. 67. & sequuntur Rambaudus, Mattheius, Rabotius, Ranchinus, Ferrerius, & Dominus Episcopus de Cruce, & alij in apostil. ad Guid. Pap. in dicta deci. 35. & in decis. 494.*

341 Quando est præcluſa via, siue terminus, † probãdi

di a lege, ſtatuto, vel iudice ſtatutus, non poteſt parti dari iuramentum, vel ipſam interrogando, *vt cenſuit Iafredus Lanfranc. Balbus in deciſ. 74. incip. cui eſt via.*

342 Contrarium tamen, quod poſſit † pars interrogari, & conſequenter cum iuramento, etiam poſt concluſionem in cauſa, præſertim in cauſis ſummarijs, (vt ſunt cauſæ ciuiles in hoc Regno) *arg. l. vbicunque. ff de interrogator. act. gloſſ. in clem. ſepe. in verb. Interrogabit. de verb. ſig. vt ex Lud. Rom. Orian. Marant. Troiſio, Carauita, & alijs dixi in conſil. 53. per totum. Centur. 1. quibus adde Anton. Capic. in deciſ. Neapol 15.*

343 Periti in arte experti, † cum deponũt de pertinẽtibus ad ipſorum exercitium, eorum depoſitio, & relatio cum iuramento facienda erit. *l. Nemini. §. iurisperitos. C. de aduoc. diuerſ. iud. gloſſ. in verb. comparatione. C. de fide inſtrument. Iafred. Lanfranc. Balbus in deciſion. 142. incip. quando peritus. & argumen. l. hac edictali. §. his illud. & §. quod autem. C. de ſecund. nupt. l. Comparationes. C. de fide inſtrument. voluit Petr. Rebuff. in l. vnica. in gloſs. ſubtilitatem. nu. 19. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. plene Iacobus Gourreus in rep. l. 2. fol. 52. verſ. Agitari hic commode. cum plurib. ſeq. C. de reſcin. vend. Marcell. Cardinal. Creſcentius in deciſ. 2. num. 1. titul. de Arbitr. Bubalus in deciſ. Nouiſſim. Roman. 370. nu. 1. vol. 1.*

344 Declara, quod ſi eſt negotiũ, † ſuper quo inſpectionem facere debent periti, æſtimatores, appretiatores, agrimenſores, ac ſimiles, antequam faciãt relationem, vel menſurationem, debent iurare, *vt in dicta l. comparationes. §. omnes.* ibi, (niſi iuramento antea præſtito.) *Bartol. in l. iuſiurandi. in 2. lectur. num. 5. C. de teſtibus. Bald. & Salycet. in dicto. §. his illud. Angel. de Aretio. in §. quædam num. 12. vbi Iaſ. nu. 78. Inſtit. de act. Hieronym. Cagnol. in l. 2. num. 258. C. de reſcind. vend. Plotus in l. ſi quando, nu. 893. C. vnd. vi. dixi ex his, & aliis. plene in conſ. 84. num. 5. cum pluribus ſeq. Centur. 1. meaque dicta comprobat Ioan. Baptiſta Coſta de remed. ſubſidiar. remedio. 51. il 1.* (quia eiuſdem numeri ſunt duo remedia) *nu. 5. in fi. Et ita per Arreſtum dictum fuiſſe in Senatu Pariſienſi refert Petr. Rebuff. vbi ſupra. nu. 19.*

345 Declara ſecundo, † quod hi periti, non debent niſi de eorum credulitate deponere. *Bartol. in Proœmio Digeſtorum. Bald. & Salycet. in dicta l. comparationes. Corne. in conſil. 232. numero quarto. volumin. primo. & in conſil. 27. numero decimo ſecundo. volum. 3. Iaſon. in rub. de iureiurand. colum. tertia. verſic. primo. dixi in conſil. 60. numero quinto. 12. Centur. prima.*

346 Iuramentum interueniens in ratificatione † alicuius actus, arguit conſenſum ſatis deliberatum, *ut ex Bald. in l. 1. C. commod. Alexandr. in conſil. 62. numero 4. volum. 5. Deci. in conſil. 345. numer. 4. voluit Cardinal. Paleottus in deciſion. Nouiſſim. Roman. 493. nu. 5. lib. 3. vol. 3. Raph. Fulgoſ. in conſil. 156. per totum.*

347 Secundum morem, & vſum † iuramentum præſtari, non vt pars petit, ſuper reliquias prouiſum fuiſſe a Senatu Pariſienſis refert Petrus Rebuffi *ad Conſtit. Galliæ. tomo 1. titul. de liter. oblig. in Proœmio in gloſ. 5. nu. 58.* Intelligitur enim iuramentum ſe-

348 cundum terminos iuris communis, † vt dicit Guido Papæ *in deciſ. Delphin. 96. nu. 3. in antiquis. Sed in nouiſſimis. nu. 8.*

349 Sed aduertendum idcirco eſt, vt † iuramenta, vt conſuetum eſt apud Chriſtianos, ita ſeruentur, nec per falſos Deos, vel dæmones quærant fieri iuramenta, cum ab his abſtinendum ſit, quia in ſimilibus promiſſa ſub tali iurandi forma, ſeruanda ſunt, non obſeruans enim duo praua facit, & committit, iuramenti inobſeruantiam, & peccatum cum Deos falſos, vel dæmones ad iurandum aſſum pſerit, quod ſi iuratum obſeruet, ab vno ſolutus, ac remanet altero peccato ligatus. Sic concludit Diuus Auguſtinus ad Publiolam. *Epiſtola. 154. de quo in cap. Mouet. vigeſimo ſecundo. quæſtion. prima.*

350 Pars, a qua petitur iuramentum per † aliam partem, licite poteſt recuſare, ſi plene probauit ſuam intentionem, *vt habetur in c. 2. vbi Doct. de probat. & poſt gloſſ. in l. admonendi. voluit ibi Iaſ. num. 79. 266. ff. de iureiur. Alex. in l. manifeſtæ. num. 4. ff. eod. titul. quos refert, & ſequitur Ioan. Petr. Surdus in deciſ. Mantuan. 17. nu. 3. ante eum Octauian. Cacher. in deciſ. Pedemontan. 11. nu. 3. Ioan. Beſſian. in conſuetud. Aluern. tit. Des Sermens. articul. 1. verſ. Duodecimo volens.*

351 Ex iuramento appoſito in contractu † a iure reprobato, contractus eſt nullus, ſed deſeruit, vt iurans obſeruet. *Rota in Antiquis in deciſ. 653. incip. Tenet, vt dicit.*

352 Virginis iuramento ſtatur, quod † erat virgo, cõtra eum, qui defloravit, *ex Cardinal. in c. 1. extra de adulter. voluit Franciſc. Viuius in deciſ. 299. num. 17.*

353 Principalis ipſe debet iuramentum † præſtare, vel procuratorem habentem ſpeciale mandatum, *capitul. qui ad agendum. extra de Procurator. Bartol. Bald. & Alex. in l. qui bona. §. ſi alieno ff. de dam. infect. Matthi. Coler in deciſion. German. 115 numero primo. & ſecundo.* Hinc repetenda ſunt, quæ diximus ſupra in titulo, de iuramento Calumniæ. *verſic. Hoc calumniæ iuſiurandum. nu. 15. cum pluribus ſeq.*

Teſtator, & ſi iurauerit non reuocare,

354 † teſtamentum, poterit nihilominus illud citra periurium reuocare, *vt optime ſcripſit Didacus Couarruuias in rubric. de teſtamentis. parte ſecunda. numero decimo quinto. ſub verſicul. quarta concluſio.*

Eſtque ab eo oblata ratio inuicta, quia teſtamentum, dum teſtator viuit, nihil eſt, ſed vis illius eſt a morte ſua, itaque interim dum in viuis eſt, vim aliquam non habet, ſed ab illius morte conſumpto primo per voluntatem ambulatoriam, reuoca-

355 tio † abſque incurſione periurij locũ habebit. Et

hanc opinionem ſequuta eſt Rota Luſitanica, *vt per Anton. Gammam in deciſion. 258. numero tertio.* Tenent hanc opinionem omnes relati ab Antonio Gabrielio communium opinionum *titul. de iureiur. concluſ. 1. nu. 8. Ioan. Baptiſt. Villalobos in commun. opin. in §. iuramentum. num. 143. Ioan. Guttierez de iuramento confirmatorio. parte 2. cap. 1. & alios referens. Didacus Spino in Speculo teſtamentor. Gloſs. principal. 30. num. 84. 85.*

Siue ante, ſiue in ipſo contractu, ſiue poſt, vel in
356 fine inſtrumenti appoſitum ſit iuramentum, † ſuã vim operabitur, vt in omnibus contentis in contractu, vel inſtrumento appoſitum cenſeatur. Ita poſt Azonem voluit Accurſius in Gloſſella *in verb. ſuper in Authent. Sacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend. Alexand. in conſil. 17. num. 1. 2. vol. 3. Raphael. Fulgos. in conſ. 156. incip. viſis Themate ſcripturis. Corn. in conſ. 133. num. 3. vol. 1. Ioan. Neuizan. in conſil. 8. num. 27. plenius Cardin. Paris. in conſil. 97. num. 91. 99. vol. 1. Quos ſequitur Cæſar Barzius in deciſion. Bononiens. 16. num. 20. cum duobus ſeqq.*

357 Iuramentum probatorium, ſcilicet † illud, quod loco probationis defertur, ſi is, qui iurare, debebat, moritur, ad hæredes non transfertur. *cap. veritatis. ext. de iureiurando. & habetur in cap. fin. de foro competent. in 6.* Quod voluit *Bartol. in l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum. ff. de verbor. obligat.* Nec enim hæ-
358 res iurare cogitur † vt quia habet probabilem factorum defuncti ignorãtiam. *l. qui in alterius. ff. de regul. iuris. l. Marcellus. §. 1. ff. rer. amotar. Ioachim. Mynſing. obſeruat. 13. Centur. 1. Andr. Gail. practic. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 27. num. 1. Matthias Colerus in deciſion. German. 116. num. 1. 2. 9. & in deciſ. 210. num. 1.*

359 Verum quo ad probationem extrinſecam † realem faciendam per teſtes, vel ſcripturas, poſſunt hæredes facere, & ita intelligendus eſt *Andr. Gail. in dicta obſeruat. 27. in fin. lib. 1.*

360 Recuſare quis iuramentum non poteſt, † aut debet referre, ideo habetur talis, ac ſi eſſet confeſsus. *l. manifeſtæ. vbi Alexand. Iaſon, & ceteri ff. de iureiur. Barthol. Soci. in regul. 205. Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedemontan. 11. num. 2. referens Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 95. num. 1. 2. pulchre Stephan. Forcatul. in Necyomantia iuris. Dialogo 54. num. 4. plene Matthias Colerus in deciſion. German. 122. in deciſ. 123. Ioan. Beſſianus in conſuet. d. Altern. tit. des Sermens artical. 1. in princ.*

361 Declara primo hoc procedere † in ciuilibus cauſis ſecus in criminalibus. *Iaſon. in dicta l. Manifeſtæ Matthias Coler. in deciſ. German. 122. nu. 3.*

362 Declara ſecundo, quod pars parti † debet in cõtinenti præſtare alias cenſetur remiſſum. *l. non erit §. ſi neque. vbi Bartol. ff. de iureiur. & idem cenſuit Matthias Coler. in deciſion. 123. num. 1.*

363 Declara tertio, quod qui acceptauit † iurare velle ad partis inſtantiam poteſt dilationem petere ad iurãdum. *l. iuſiurandum, & ad pecunias. 34. in princ. ff. de iureiur. Matthias Coler. in deciſion. Germa. 123. num. 3.*

364 Subdeclara tamen, eum qui iurare ſe † obtulit, & acceptauit, antequam iuretur, poſſe acceptationem reuocare, & probationes facere, nec amplius ad iurandum cogi. *text. vbi eum ſequuntur Bartol. Bald Angel. & Salycet. in l. ſi quis iuſiurandum. C. de rebus credit.* Quem textum ſic ſummauit Baldus. Iu-
365 ramentum † delatum poteſt reuocari, antequam ſit iuratum, vel pronunciatum, & reuocatum non poteſt iterato deferri. Et Salycet. Delatio iuramenti antequam præſtetur, vel ſententietur, poteſt reuocari. Quam ſententiam optime tenuit, & defendit *Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedemontan. 8. ſub num. 4. verſ. contraria tamen opinio. Faciunt ſcripta Barthol. Socini in conſil. 184. incip. difficilis. vol. 2.*

366 Iudiciale † iuramentum per inſtrumenta de nouo reperta retractari poteſt, *vt poſt Chriſtophorum de Caſtellion. & Franciſc. Curti. in l. admonendi. ff. de iureiurand. refert Iafred. Lanfranc. Balbus in deciſion. 139. incip. Quod iuramentum.* Vbi tamen dicit, Doctores antiquos tenuiſſe contrarium, *vt tenuerunt Feder. de Senis in conſil. 272. Anch. in c. canonum ſtatuta. col. 11. de conſt. Fortun. Garzia de vltimo fine iuris illat. 19. illat. 20.* Quos ſequitur *Anaſtaſ. Germon. de ſacror. immunit. lib. 3. cap. 21. num. 184. 185.*

Princeps, lex, vel ſtatutum, poſsunt prohibere,
367 ne ſuper contractib. iuretur. † *arg. c. cum. Laicus. vbi Doctor. de foro competen. in 6. Bald. in l. non dubium. in fin. C. de legib.* Quorum authoritate ita concludit *Iafred. Balbus Lanfranc. in deciſion. 320. incipi. lex, princeps. Franciſc. Viuius in communi. opin. 179. lib. 1. Ludouic. Roman. in conſil. 20. num. 4.*

368 Contrarium tenuerunt *Franciſ. Turzan. in † communi. opinio. 136. & poſt alios Emanuel Suarez receptarum ſententiarum. in verb. iuramentum. nu. 291.* Verum iſti loquuntur, quando lex, vel ſtatutũ dicerent, quod contractus cum iuramento factus, & initus ſit nullus, quo caſu non negauerim eſse ambiguam reſolutionem, ex quo ingerent manum in iuramento ſpectante ad eccleſiaſticos. Sed quando princeps, vel ſtatutum, darent normam, quod poſ-
369 ſent fieri contractus, & † inſtrumenta, quæ ſint valida abſque iuramento, eo enim caſu cum poteſtas condendarum legum ad principes, & habentes iura Principis ſpectet, vt late enucleaui in commentarijs de Regis Catholici Præſtantia, *c. 31. per totum.* ſequeretur condendo legem generalem pro publica populorum vtilitate, vtilis eſset & ſeruãda, quia cuitarentur tot periuria, quæ ex contractibus iuratis naſcuntur, & non ſolum non eſset contra ius, ſed eſset conformis legi & documentis a IESV CHRISTO Domino noſtro traditis, *vt apud Matth. c. 5.* Quo in locõ aperte inquit, Ego autem dico vobis nõ iurate omnino, neque per Cælum, quia thronus DEI eſt, neq; per terram, quia ſcabellũ pedum eius, neq; per Hieroſolymam, quia ciuitas eſt Magni Regis, neq; per caput tuũ iuraueris, quia nõ potes vnũ capillum album facere, aut nigrũ, ſit aũt ſermo veſter, eſt, eſt, non, non, quod aũt his abundã

tius

tius eſt, a MALO eſt. Quod repetiit Iacobus Apoſtolus, *in Epiſtola ſua cap.* 5. & ſufficiet Principem legem, vel ſtatutũ, approbare contractus, & inſtrumenta etiam ſine iuramẽto. Non derelinquam Hi-
370 ſpanica lege caueri, quod Tabelliones † in contractibus iuramenta non apponant, *vt l.6. titul.2. lib.3.Ordin.vt teſtatur Petr. Duẽnas. Regul.*335. *ſub num.*20. *verſ.eſt tamen notandum.* Nec idcirco aſſero ex verbis Domini ſupranotatis iuramenta prohibita fuiſſe, de horum tamen ſenſu agam infra in titulo de abſolutione a iuramento, *in princip. num.* 6. *& ſeq. hoc eodem Tomo* 1.

Teſtes vt probent iuramentum præſtare debẽt,
371 alias † repelluntur. *l. iuriſiurandi. l. ſi quando. C. de teſtib. c. nuper. c. tuis. extra de teſtib. c. Hortamur.* 3. *q.* 9. *c. Item iuriſiurandi.* 4. *q.* 3. *Alexand. in conſ.* 180. *col.* 2. *verſ. item iſta. vol.* 2. *in conſ.* 124. *nu.* 7. 8. 9. *vol.* 6. *Hyppolit. de Marſil. in ſingul.* 214. *incip. Ad validitatem. in ſingul.* 402. *incip. Quãta vtilitas. in ſingul.* 434. *incip. Alias tibi dixi. Iaſon in conſil.* 72. *num.* 3. *vol.* 1. *& in l. admonendi. num.* 189. *ff. de iureiur. Robert. Marant. in Specul. aureo. actu.* 6. *num.* 12. *Tyndarus in tract. de teſtib. lib.* 1. *cap.* 9. *nu.* 17. *& cap.* 11. *num.* 2. *Ludou. Roman. in conſil.* 482. *num.* 8. *Corn. in conſil.* 27. *num.* 14. *vol.* 3. *in conſ.* 241. *nu.* 1. *volum.* 4. *Ioan. Monach. in Defenſor. iuris. tit.* 9. *contra teſtes. num.* 8. *Innocent. in tractat. exceptionum. titul.* 13. *ſub num.* 2. *Catellian. Cotta in Memor. in verb. Teſti non iurato. bene Ioachim. Mynſinger. obſeruat.* 80. *Centur.* 3. *& obſeruat.* 77. *Centur.* 4. *AEgid. Bellemẽr. in deciſ.* 679. *Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin.* 674. *num.* 1. 2. 3. *vol.* 1. *Andr. Gail. Pract. obſerua. lib.* 1. *obſeruat.* 101. *num.* 1. *Maſuer. in Praxi titul. de teſtib. Damhouderius in Praxi rerum ciuiliũ. cap.* 166. *num.* 4. *cum plurib. ſequentib.* Matthias Coler. *in deciſ. German.* 192. *num.* 1. *Petr. Rebuff. in tract. nominat. q.* 11. *num.* 4.

2 Adeo neceſſarium eſt iuramentum † teſtium, vt nec Papa poſſit diſpenſare quod in ferẽdo teſtimonio in iudicio non interueniat iuramentum. *vt concludit Auguſtin. de Ancona in tract. de Poteſtat. Eccleſ. q.* 55. *artic. vltim.* Quod dicit eſſe ſtupendum & Canoniſtis incognitum, *Felin. in c. conſtitutus. nu.* 23. *de reſcript.* Quos refert idem Cotta *in memor. Teſti non iurato. verſ. ſed an Papa.* Et ideo omnes ſupra dicti *ex gloſs. in c. cum olim. il* 1. *in verb. Fratrum. extra. de priuilegijs.* dixerunt nec Cardinalibus credi abſque iuramento. *Alexand. in dicto conſ.* 180. *vol.* 2. *Franciſc. Marc. in dicta deciſ. Delphinal.* 674. *num.* 3. *volum.* 1. *& fere omnes ſupra allegati. & Hieronym.* Magon. *in deciſ. Lucens.* 45. *num.* 10.

Contra autem tenet *Felin. in dicto c. conſtitutus.*
373 Papam poſſe diſpenſare, quod credatur † teſti nõ iurato, aſſignat inter ceteras rationem, ſi licet partibus remittere teſtibus iuramentum, cur Papæ non liceat? Breuiter reſpondeo, Papam non poſſe, quia
374 iuribus partium præiudicaret, partes † autem poſſunt remittere, quia cum tractetur de proprio ipſorum intereſſe, & vtilitate, quis negabit, & totã cauſam, & quicquid prætenderent alteri donare poſſe? Sed hoc, & alia ſimilia Summis Pontificibus remitto.

375 Partium tamen conſenſu fieri poſſe, vt † teſtibus abſque iuramento credatur & illud remittatur non eſt nouum, cum ſit textus incauillabilis, *in c. tuis. extr. de teſtib.* per quem ita voluit *Ludou. Roman. in conſil.* 20. *num.* 4. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapolit.* 191. *ſub num.* 7. *Iaſredus Lanfranc. Balbus in deciſ.* 351. *incip. Dictum teſtis.*

376 Declara primo iudicis † authoritatem interuenire debere, vt notat gloſſa *in dicto c. tuis. Specul. in titul. de teſt.* §. *fin. verſ. & nota quod non valet teſtimonium. Bal. in l. fin ff. de feriis. quos refert, & ſequitur Iaſon. in Rep. l. admonendi. nu.* 197. *ff. de iureiur. Iaſredus Lanfranc. Balbus in dicta deciſ.* 351. *incip. Dictus teſtis.*

377 Contrarium tenuit *Panor.* † *in dicto c. iuris. de teſtib.* quod dum partes remittunt iuramentum teſtibus nulla requiritur iudicis authoritas, & hanc opinionem ego tenerem. Sufficit enim partibus cõcedi hanc facultatem, & tex. *in dicto c. tuis.* de iudice nihil dicit, nec ibi gloſſa hoc ſentit. Et idcirco opinio Abbatis Panormitani eſt tenenda. quod concederem in cauſis ciuilibus, in quibus iudex intromittere ſe nõ debent ex officio, & fatuus poſſet iudex appellari, ſi partes inter ſe conſentirent, quod ſine iuramento eis crederetur, de quarum præiudicio tractatur, & iudex vellet diſſentire.

378 Declara ſecundo, tempore quo † teſtibus iuramenta dantur debere eſſe alteram partem præſentem, vel monitam, & citatam ad videndum illos iurare. *cap.* 2. *extra de teſtib. gloſſ.* 1. *in fine in l iuſiurandi. C. de teſtib. Rota in* Nouis *in deciſ.* 10. *incip. Fuit dubitatum. cum alijs allegatis per Anton. Gabriel. cõmun. opin. titul. de citationibus. concluſ.* 1. *Ampliation.* 21. *num.* 110. *Et dixi late ſupra in titul. de citation. num.... hoc tomo primo. Iaſredus Lanfranc. Balbus. in deciſ.* 405. *incip. dictum teſtis.*

379 Forma vero dandi † iuramenti teſtibus nulla reperitur, nec vidi aliquam eſſe adinuentam in Regno Neapolitano, ſed tantum ſimpliciter tam in ciuilibus, quam in criminalibus cauſis, datur tactus ſcripturarum in manu teſtis deponere volentis, & nil aliud illis dicitur, niſi de veritate dicenda, & for taſſe ſi aduerterentur, non tot tantaque mala inde oriuntur, prout tanta ſcelera in dies ea ex cauſa orta ſunt. Vnam formulam iuramenti tradidit *Cyn. in l. teſtium q.* 1. *C. de teſtib.* Sed hanc tradidit *Specul. in titul. de teſtium iuramento. lib.* 1. Videlicet
380 dicat iudex teſti depoſituro, † tu iurabis, quod dices, aut mihi, aut Tabellioni illi totam cauſam, plenam, & meram veritatem, quam credas, vel ſcias ſuper hac quęſtione, quæ vertitur inter Petrum, & Andream. Alteram tradidit Iodocus Damhouderius in Praxi Rerum Ciuilium, *cap.* 166. *num.* 5. qua dicit vſum fuiſſe Brugis dum eſſet Regius
381 Conſiliarius, Videlicet: Ego † Iuro, ac promitto dicere veritatem de, & ſuper omnibus, ac ſingulis, quæ a mẽ hic interrogabuntur, quatenus concernant negotium, ac cauſam ſuper qua

productus sum, tam pro vna, quam pro altera parte aut partib. & qđ nec amore, nec odio, nec timore, nec pretio, nec pro vlla re mundi, quam mens humana excogitare, aut concupiscere, aut odisse, aut lingua loqui, nec veritatem cognitam subticebo. Ita me DEVS amet. Hanc formulam magistratus obseruari facere deberent pro reipublicę totius beneficio.

382 Officiali in multis creditur † absque iuramento, præsertim episcopo expulso a sua sede, *vt habetur in clem. vnica. §. sane. & ibi gloss. verb. assertionibus. de foro compet. vbi Petr. de Anchar. num. 15. & Ioan. de Vanquel. in dicto. § sane. conclus. 2. & voluit Iasied. Lanfranc. Balbus in decis. 508. incip. officialis.*

Regulariter vero, etiam de gestis coram ipso, &
383 † absque iuramento non creditur. *gloss. in c. statutum. 2. q. 6. Bald. in l. in arbitris. C. de arbitr. Matth. Coler. in decis. Germa. 196. num. 2.*

384 Iuramenta testibus danda sunt † in termino, & operabuntur, quod postmodum examinari poterunt post terminum. *Felin. & alij in c. licet causam. num. 20. de testib. Et disputatur diligenter per Rotam in Nouis. in decis. 465. incip. extra Rotam. & per Anton. Capic. in decis. Neapolitan. 90. num. 3. Rob. Marant. in Specul. Aureo. Actu. 6. num. 4. plene prosper. Caranit. an Ritu. 69. num. 6. cum plurib. seq. post Matth. de Afflict. in Const. Regni. lite legitime contestata. num. 20. Hieronym. Magon. in decis. Lucens. 45. num. 9. De hoc dicendum est latius in titul. de testib.*

385 Renunciatio exceptionis doli † præteriti facta cũ iuramento valida est. *Iason. in l. si vnus. §. illud. ff. de pactis. Matth. de afflict. in decis. Neapol. 220. num. 6. Guidus Pancirol in consil. 8. num. 10. vol. 1. Emanuel Suarez in Thesauro receptar. senten. in verb. Dolus. num. 105.*

386 Dolo autem futuro, nec † cum iuramento renunciatio facta valet, *vt dixi de compromissis. §. 2. gloss. 6. num. 69. ex Bartholom. Socin. in cons. 121. nu. 7. vol. 3. Matth. de Afflict. in dicta decis. 220. num. 6. & meum dictum allegauit Carol. de Graff. in trac. exceptionum in exceptione. 21. num. 14. 15.*

387 Pupillus factus adultus non potest coram † ecclesiastico iudice compelli ab obseruantiam iramenti præstiti per suum tutorem, *vt ex multis concludit Cappell. Tholos. in decis. 415. incip. Item fuit quæsitum, an pupillus.*

388 Quando † datur iuramentum testibus, debet dari a iudice, nõ a Notario, seu Tabellione, nisi de ipsius commissione & ordine, *vt scribit Marcell. Cardinal. Crescent. in decis. 1. nu. 1. titul. de iureiur. quod comprobat ex Hyppolit. de Marsil. in pract. Crimin. §. quoniam num. 70. & alys. Acharissius in apostill.*

389 Iuramentum non faciliter datur ei, † quem dubitamus faciliter deieraturum, *vt ex Iason. in l. 1. col. fin versicul. quinto limita. ff. qui satisda. cog. Octauian. Cacheran. in decis. Pedemontan. 65. num. 5.*

Episcopi de Romanæ Curiæ Stylo, præstare so-
390 lent † iuramentum de non alienandis ecclesiæ rebus, *vt post Ioan. And. & Panorm. in c. Ego N. de iure iurand. & gloss. in c. vt super. de reb. eccles. non alienand. voluit Marcell. Cardinal. Crescent. in decis 2. incipien. titul. de iureiur. Gulielm. Redoanus de rebus eccles. non alienand. q. 55. per totam.*

391 Declara idem iuramentum, & si non † appareat præsumi fuisse præstitum, cum factum præsumatur, quod fieri solitum est. *Iacob. Menoch. de præsumptionib lib. 2. præsumpt. 81. num. 4. 6. Marcellus Cardinal. Crescent. in dicta decis. 2. num. 1. titul. de iureiurand.*

392 Iuramentum a se ipso dare, nemine † deferente, ne se quis quærat, ab actionibus liberare, nullum est. *argum. l. ait prætor. in princ. ff. de iureiur. voluit Matthias Coler. in decis. German. 198. num. 1. Crauett. in consil. 196. num. 2.*

393 Iuramentum fuisse datum testibus, † debet attestari Notarius fuisse datum a iudice, & parte citata. *scribit Paul. AEmil. Verall. in decision. 122. nu. 1. lib. 2.*

394 Testis iuramentum debet esse † tactis scripturis, & ita debet dicere Notarius, alias examẽ est nullum. *vt ex gloss. in c. vt circa. de elect. Lanfranc de Orian. in cap. quoniam contra. in verb. testium depositiones. num. 4. de probat. & ita pronunciatum in Rota refert Paul. AEmil. Verall. in decisio 123. lib. 2. & in decis. 246. num. 1. eod. lib. 2. Francisc. Marc. in decis. 377. sub num. 1. vol. 1.*

395 Pactum, quod de damnis, & † interesse stetur iuramento damnum passi validum est, *vt dicit Ioan. Baptista Plotus. in rep. l. si quando. §. 48. num. 1. 22. C. vnde vi. quem refert Christoph. Robuster. in decis. Nouissim. Roman. 467. num. 2. parte 1. vol. 1. Guido Pap. in decision. Gratianop. 64. sub num. 2. Rota in Nouis. in decision. 359. incip. fuit dubitatum vtrum damna.* Marc. *Anton. Natta in consil. 450. vol. 2. Ioan. Botta in consil. 57. per totum. vol. 1. Borgni. in decision. 2. num. 31. parte 2. Ioan. Petr. Surd. in decision Mantuan. 259. num. 7. D. Garf. Mastrill. in decision. Sicil. 60. nu. 1. Iacob. Thoming. in decis. Lipsensi. 37. num. 8. 9.*

396 Declara procedere iuramentum in † declaranda quantitate interesse, vel damni, quia damnum esse datum non probabitur iuramento, sed debet constare prius, *vt post Bald. Decius in consil. 83. nu. 3. Riminaldo. Seniore in consil. 56. sub nu. 7. vol. 1. voluit idem Robuster. in dicta. decision. 467. num. 2. vol. 1. Bartol. ante eos. in l. Diuus Traianus. nu. 2 ff. de militar. testam. Hyppolit. de Marsil. in singul. 338. incip. extãt statuta. Iacobus Thoming. in decis. Lipsens. 37. num. 8. 9.*

397 Secundo declara non procedere † pactum, quod præstetur iuramentum, si tractaretur de summa cõsiderabili, siue magna. *Bald. in l. qui accusare. nu. 3. C. de eden. Plotus in dicta l. si quando. num. 667. 807. Robuster. in dicta decision. 497. num. 3. vol. 1.*

398 Tertio declara non procedere in statuto, † *vt scribit idem Robuster. in dicta decision. 467. num. 2. vol. 1.*

399 Soluere † qui iurauit, si prætendit in debitum, debet soluere & postmodum solutum repetere. *capitul. debitores. extra de iureiurando.* Cardinal.

nal. Puteus in deciſion. 63. lib. 1. vti illum allegans retulit Seraphin. Oliuar. in deciſ. Nouiſſi. Rom. 152. vol. 1. in libro meo apud Cardin. Puteum illam non inueni.

Tutores, & curatores pupillorum inter cetera, tenentur pupillorum defenſionem ſuſcipere, verũ
400 † quando iurauerunt vtilia agere, & inutilia prætermittere, & facere omnia, ad quæ de iure tenentur, & id cum iuramento promittant, cenſentur, etiam defenſionem ipſorum promiſiſſe, *de qua in l. fin. §. omnem. C. de admin. tutor. Cappell. Tholoſan. in deciſ. 63. incip. Item fuit quæſitum ſi tutor. Blanche. in deciſ. Nouiſſ. Rom. 373. nu. 3. parte 1. vol. 1.*

401 Iurata renunciatio facta † per filiam, excludit ilam a ſucceſſione ab inteſtato. *Bernard. Cardinal. Biſgnetus in deciſ. 1. titul. de Pactis. de hac concluſione accurate ſcripſi in conſil. 4. per totum. Centur. 1.* Quod meum conſilium magna laude cumulat Ieremias Setſerus in vtiliſſimis commentarijs de iuramentis, *lib. 1. cap. 11. num. 14.* & dicendum eſt, *DEO volente*, in titulo de renunciationibus. *Petr. Cenedo in Collectario Iuris Canonici. 10. numero 1. 2. parte 3.*

402 Contractus nullus de iure † communi, iuramento non firmatur, ſecus autem in contractu nullo de iure ſpeciali, quia ille iuramento firmabitur. *Alex. in conſil. 21. per totum. vol. 3. Capp. della Tholoſan. in deciſ. 382. cum multis allegatis per Petr. Cenedo in Collectaneo iuris Canonici. 10. nu. 4. parte 3.*

403 Summariæ cauſæ, modicique † præiudicij iuramento expediendæ ſunt, vt poſt Bartol. & Angel. voluit Guido Papæ *in deciſion. Delphinal. 64. in fin.*

In reproductione citationis, quod non fuerit
404 † perſonaliter repertus principalis, vel procurator, debet per iuramentum executoris, ſiue nuncij probari, *vt voluit poſt AEgidium Bellemer. in deciſ. 309. in fin. eumque ſequitur Paul. AEmil. Verallus in deciſ. 111. num. 10. lib. 1.* Verum in hoc Regno Neapolitano inoleuit, quod Regiæ ſcripturæ, ſiue citationes, dum parti notificantur, duos ad minus teſtes nominent Apparitores ſiue nuncij, coram quibus fuerit notificatio facta, & ita renuncient, ſiue relationem faciant & ita etiam in Gallia Regijs edictis & conſuetudine Andegauenſi refert Renatus Choppinus in eaſdem conſuetudines, *lib. 1. cap. 83. num. 3.* De his agit Guido Papæ *in deciſ. Delph. 557. & in deciſ. 628. Andr. Tiraquell. de retract. conſanguin. §. 8. gloſ. 9. & dicã DEO Duce. in tit. de Apparitoribus, & nunciis.*

405 Statutum annullãs, & irritãs † declarans pacta, & donationes, non vendicant ſibi locum in ceſſione iurata, *vt ex Ioan. Baptiſta Caccialupo in l. omnes populi. colum. 38. verſ. circa ſecundum. ff. de iuſtit. & iur. voluit Paul. AEmil. Verall in deciſ. 191. num. 1. parte 3. Quo in loco loquitur de ſtatuto Vrbis Romæ.*

406 Beneficij renunciatio iuramento † intercedente facta ob patrimonij timorem, inualida, & nulla eſt & datur renuncianti ad beneficium regreſſus, tanto facilius ſi renunciatio facta fuiſſet ob metum carcerum fratris, *vt in cap. Abbas. vbi Innocent. extra de eo, quod met. cauſa.* Et habetur per Rotam in Nouis *in deciſ. 463. incip. Dubitatur.*

407 Debitor promittens ſolutionem † intra certum tempus creditori cum iuramento, ſi ex iudicis præcepto impeditus eſt, quo minus ſolueret, etiam ſi præceptum iniuſtum eſſet, excuſatur nec periurium incurrit. Faciunt notata *per Bartol. in l. creditor. in princip. ff. de ſolut. Iaſ. in l. fin. ff. qui ſatiſdar. cogant. Anton. Gamma in deciſ. Luſitaniæ. 285. num. 2.*

408 Pactum iuratum factum poſt † ſpolium de non agendo in materia beneficiali, obſtat agenti ſpolij poſſeſſorio, quando eſt factum per pactum ſecus autem ſi eſſet facta renunciatio etiam iurata quia non impediretur agere, vt optime concludit *Rota in Nouis in deciſ. 401. incip. ſi agenti.* Et quamuis contra hanc deciſionem ſoleant allegari plures deciſiones AEgidij Bellemeræ. Nihilominus per Rotam fuit Canonizata, & confirmata iſta deciſio exploſa Bellemeræ opinione, vt habetur per Ioannem Paulum Tholomeum *in deciſio. Nouiſſim. Roman. 945. lib. 3. vol. 3.*

409 Si autem quis ſpoliatus eſſet bonis † ob bellum, non teneri, niſi in quantum facere poſſet. *Io. Fabr. in §. fin. in fin. Inſt. de action.* Et non obſtante iuramento ſi ſit ſubſequutum ſpolium poſt iuramentũ, vt ex multis concludit. *Thom. Gramat. in deciſ. Neapol. 85. per totam.*

410 Contractus, & iuramentum, ſi vnico † tempore fiant, non poteſt iuramentum doloſum præſumi, quin etiam contractus ita etiam doloſus præſumatur, ob vnitatem vtriuſque actus, *vt poſt Curt. Senior. in conſ. 54. nu. 4. & Corn. in conſ. 36. nu. 14. vol. 7. voluit Paul. AEmil. Veral. in deciſ. 200. ſub nu. 5. parte 3.*

411 Impubes pubertati proximus, & maior † infante iuramento ligatur, vt eſſe opinionem Bartoli, & Canoniſtarum, & illam ſequutum fuiſſe Sacrum Conſilium refert Matthęus de Afflictis *in deciſion. Neapol. 322. num. 4.* quem comprobat ibidem Cæſar Vrſillus *num. 1.* Vbi affert plures limitationes, de quibus dicemus alibi,

412 Compulſoriarum executor, non poteſt † examẽ teſtium demandare, ſeu committere alteri, & quatenus eidem data eſſet poteſtas ſubdelegandi, ille ſubdelegatus, non poterit iuramentum dare teſtibus, dum ſit iuriſdictionis. Ita *Paul. AEmil. Veral. in deciſ. 167. num. 2. 3. parte 1.*

413 Litis executoris cum ſuo ſigillo, dicentis † illum ſuper cuius gratia fuit executor deputatus, acceptaſſe, creditur ſaltem cum acceptantis iuramento. *Cardinal. Bernaad. Biſgnetus. in deciſ. 1. titul. de fid. Inſtr.*

414 Iuramentũ iudiciale, & † litis deciſorium, quod mortuus præſtare tenebatur, vel cui premittebatur iurare, hæredi non datur, optime ex multis, *Iacobus Thomingius in deciſ. Lipſenſ 45. per totam.* Sed vide ſupra in titulo de iuramento in litem. *num. 66. verſ. non defertur tamen. & in tit. de iuramento ſuppletorio nu. 18. in verſ. tertio neceſſarium eſt. cum ſeq.*

415 Cre-

415 Creditor, qui habet contra † debitorem instrumentum debiti pro se, non tenetur iurare, an debitum verum sit, sed iurare tenebitur, an debitum, vel quæ pars illius soluta fuerit. *Petr. Rebuff. ad Constitut. Galliæ tomo. 1. titul. de literis obligatorijs. articul. 1. glos. 11. num. 3.*

416 Verum poterit debitor petere † vt creditor iuret, verum pendente iuramenti delatione debitor tenebitur pecuniam depositare. *Idem Rebuff. eod titul. articul. 5. Glos. 5. num. 7. Tomo. 1.*

417 Declara tamen creditorem non † teneri iurare ad instantiam debitoris, nec iuramentum referre, si elapsum est tempus biennij præfixi ad opponendam non numeratæ pecuniæ exceptionem. *Petr. Rebuff. ad Const. Gall. Tomo. 1. titul. de chirograph. & ced. articul. 2. Glos. vnica. nu. 49.*

418 Adiunctus, qui datur consiliario, † vel commissario, iuramentum præstare debet, vt per Parisiense Arrestum pronunciatum fuisse scribit *Petrus Rebuff. in tract. nominationum. q. 11. num. 4.* Tamen in Sacro Consilio Neapolitano, quando iunguntur plures consiliariorum classes, vel datur, ad iunctus, non iurant, quia sufficit iusiurandum semel in principio præstitum.

ARGVMENTVM.

Cum gentes olim in fœderibus, & pactis initis, sicut Sacræ, & profanæ testantur historię iuramento vterentur, exinde patet, quod antiquissimis temporibus illud in obseruantia fuerit, adeo vt denique contractibus, alijsque negotijs adhiberi consueuerit. Sed quia agere vel excipere cupienti semper obijci poterat, quod periurium incurreret, qui contra illud aliquid machinari conaretur, propterea ab illo absolutio, siue habilitatio, siue relaxatio introducta fuit. Papa igitur super eo dispensare potest. Præterea eandem potestatem magnus summusque Romæ Pœnitentiarius, Legatus de latere, Episcopus, & eius Vicarius generalis habent. In læsione autem magna non requiritur, & quot sunt iuramenta, tot absolutiones necessariæ sunt. Hæredes volentes agere non egent absolutione, cum iurans reatu periurij teneatur. Absenti absolutio concedi, & per procuratorem peti potest, nec citatio partis ad talem actum expediendum intermitti solet.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentorum vsus antiquissimus est, & illud in fœdere inito inter Abimelech Regem Geraræ in Palestina cum Pichol Principe illius exercitus, & Abraham interpositum fuit in loco Bersabeæ.*

2 *Abraham fecit iurare suum seruum seniorem, dum illum misit ad procurandam vxorē filio suo Isaac.*

3 *DEVS dixit Isaac, quod adimpleret iuramentum quod dederat Abraham patri suo.*

4 *Iusiurandum, de quo Exodi cap. 22.*

5 *Iurandum quo modo sit docet Ieremias.*

6 *Intellectus textus Matth. cap. 5. Non iurabis omnino. num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.*

15 *Iuramenta in contractibus damnabat Ioannes Vicleph Hæreticus.*

16 *Ad euitanda periuria pro medicinis inuentæ sunt relaxationes, & absolutiones iuramentorum*

17 *Absolutio, & relaxatio a iuramēto in contractu apposita conceditur ab episcopo ad finem agendi, & excipiendi.*

18 *Absolutio, & relaxatio a iuramento, an eneruent cōtractum obligationis.*

19 *Relaxatio, & absolutio a iuramento differunt, & ab ambobus debet quis dispensari.*

20 *Papa indistincte super iuramento in ecclesiasticis inter clericos dispensat.*

21 *Vbi vertitur controuersia, an absolutio a iuramento sit concedenda, papa dispensat, sed nullus inferior.*

22 *Magnus, ac summus pœnitentiarius Romæ absoluere potest non solum a iuramentis ad finem agendi, & excipiendi, sed etiam a periurio.*

23 *Legatus de latere absolutionem, & relaxationem iuramentorum facere potest.*

24 *Legatus de latere potest facere omnia, quæ faceret Summus Pontifex in loco sibi commisso, exceptis reseruatis.*

25 *Episcopus suæ iurisdictionis intuitu, potest ad finem agendi, vel excipiendi a iuramentis absolutionem, & relaxationem facere.*

26 *Vicarius Generalis episcopi similiter absoluere, & relaxare potest a iuramentis, cum habeat episcopi potestatem, nisi mancam ille habeat, vel mutilam.*

27 *An ab episcopo iurantis, vel loci contractus absolutio iuramenti obtineri debeat? num. 28.*

29 *Periury absolutio ab inferioribus prælatis concedi nequit, sed a Summo Pontifice obtinenda est. num. 30. 31.*

Periurus regulariter absolutionem non meretur.

32 *Obligatus soluere in quodam termino, ante tempus adueniendæ solutionis debet absolutionem a iuramento petere, quia si post peteret, & obtineret nulla esset. nu. 34.*

33 *Archiepiscopalis Curia Neapolitana nullum a iuramento absoluit, nisi per viginti dies ante solutionis tempus.*

35 *Quot ſunt iuramenta, tot iuramentorum abſolutiones eſſe debent.*

36 *Supplicatio pro abſolutione iuramenti debet continere omnes clauſulas, quæ poſſent illam impedire.*

37 *An qui iurauit in contractu, vel inſtrumento eſſe vera, & eis non contrauenire aliqua occaſione, vel cauſa poſſit, ac debeat illi abſolutio iuramenti concedi. nu.* 38.

39 *Iurans abſolutionem iuramenti non petere, & petita non vti, ſi petit abſolutionẽ debet de dicta clauſula in ſupplicatione mentionem facere.*

40 *Abſolutione iuramenti non petita, quis agere anpoſſit vbi adeſt magna læſio. numero.* 41.42.43.44. 45.

44 *Abſolutionem iuramenti petere cautius eſt ſemper.*

46 *Hæredes iurantis ad reſciſſionem contractus agentes, non egent iuramenti abſolutione.*

Periurij reatus iurantem, non autem hæredes retinet.

47 *In obligatione in forma Cameræ non auditur, niſi prius exequatur, & poſt modum audiatur obtenta abſolutione a iuramento.*

48 *Signatura concedere non ſolet abſolutionem obligationis in forma Cameræ.*

49 *Penſionis debitor ad effectum agendi non abſoluitur ab excommunicatione vel iuramento, niſi prius pateat.*

50 *Citatio partis, an requiratur in petenda abſolutione a iuramento. nu.* 51.

52 *Beneficio ceſſionis bonorum, an poſſit renunciari. nu.* 53.54.55.56.

57 *Obligatio iudiciaria recepta in* Magna Curia Vicariæ, *ſiue aliarum curiarum Regni Neapolitani, exequitur, quamuis ſit petita abſolutio a iuramento, & allegetur litis pendẽtia, quia fit executio per iudicem laicum.*

Intellectus Regiæ prag. incip. Malitijs.

58 *Actus vi, & metu facti nulli ſunt, etiam iuramento vallati. nu.* 59.

59 *Coactus conſenſus, & coacta voluntas, conſenſus, & voluntas ſunt.*

60 *Socer, & ſocrus dotem genero promittentes, cum teneantur, niſi deducto, ne egeant, an teneantur ſi iuramentum præſtiterunt.*

61 *Laicus, & ſæcularis iudex, an cognoſcat de obreptione, ſubreptione, & obreptione, & nullitate abſolutionis a iuramento. nu.* 62.

62 *Iuramentum eſt quid ſpirituale.*

63 *Iuramentum per partem parti remitti poteſt, quo ad partem, namque quo ad Deum ſecus.*

64 *Abſenti per procuratorem an concedatur iuramenti abſolutio. num.* 65.

65 *Abſolutio, non datur, niſi contrito, & confeſſo.*

TITVLVS LXI.

De iuramenti abſolutione, habitatione, relaxatione.

IVramentorũ vſus non nouus eſt, neque apud humiles tantum gentes, ſed antiquiſſimus, & apud Principes Sũmos in conuentionibus deductus, ſic vt eſſet firmum fœdus inter † Abimelech Regem Geraræ apud Paleſtinos cũ Pichol Principe illius exercitus ac Abraham, ambo iurarunt, & vocatus eſt locus Berſabee, vt habetur *Geneſ. cap.* 21. Sic iurare fecit 1 2 Abraham † Seniorem Seruorum ſuorum, dum illum mittebat ad procurandam vxorem filio ſuo Iſaac, vt habetur *Geneſ. cap.* 24. DEVS loquutus eſt ad Iſaac, quod compleret iuramentum, quod 3 promiſerat Abrahæ † patri ſuo, vt patet *Geneſi. c.* 26. Hinc Dominus legem ſtatuit *Exodi. cap.* 22. ſi quis (inquit) commẽdauerit proximo ſuo aſinum 4 bouem, & ouem, & † omne iumentum ad cuſtodiã, & mortuum fuerit, aut debilitatum, vel captum ab hoſtibus, nulluſque hoc viderit iuſiurandum erit in medio, quod non extenderit manum ad rem proximi ſui, ſuſcipietque Dominus iuramentum, & ille reddere non cogetur. Plurima poſſem Sacræ Scripturæ teſtimonia proferre, quibus demonſtrarem, non modo non eſſe prohibitum iuſiurandum, ſed permiſſum, & neceſſariũ eſſe. Sufficiet illud Hiere 5 miæ *cap.* 4. Et iurabit (inquit) Viuit Dominus † in veritate, & in iudicio, & in iuſtitia.

Et quatenus Dominus IESVS Matthæi *cap.* 5. dicat. Ego autem dico vobis, nõ iurate omnino, ne 6 que per cælum, † quia thronus DEI eſt, neque per terram quia ſcabellum pedum eius eſt, neque per Hieroſolymam, quia ciuitas eſt Magni Regis, neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnũ capillum album facere, aut nigrum, ſit ſermo veſter eſt, eſt, non, non, quod autem his abundantius eſt, a malo eſt. Ex his enim a Domino iuramentum pro- 7 hibitum non eſt, Quia ita hunc † locum D. Hieronymus explicando dicit. In lege præceptum eſt *Deuteron. 6. & 20.* Vt non iuremus, niſi per Dominum DEVM noſtrum. Iudæi per Angelos, & Vrbem Hieruſalem, & templum, & elemẽta iurãtes, creaturas, reſque carnales venerabantur honore, & obſequio DEI. Denique conſidera, quod hic Saluator noſter per DEVM iurare non prohibuerit, ſed per cælum, & terram, & Hieroſolymam, & per caput tuum. Hæc Hieronymus. Et hoc ne iurantibus Idolatrandi occaſio daretur. Iam enim dixerat *Deuteron. cap.* 6. Dominum DEVM tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, ac per nomen illius iurabis. Et iterũ *Deuteron. cap.* 10. Dominum Deum tuum timebis & illi ſeruies ipſique adhærebis, iurabiſque in nomine illius. Idcirco exponens illud Capitulum Sã-

ctus

ctus Theophilactus, dicit, a CHRISTO, hoc
8 dictum, † vt creaturæ a iuramento exciperentur, ne in Deorum numerum, more gentilium relatæ, locum darent Iudæis Idolatriæ. Sed, & glossa ordinaria in illo Matthæi loco non penitus (inquit)
9 iurare prohibuit, † sed occasione periurij, quod perfectius est, docuit, ostendens, quod vlterius est a malo esse, Apostolus iurat, vt fidem persuadeat; Et ecclesia etiam pro fœdere pacis, ac fidei, suos iurare concedit. Sed CHRISTVS quod perfectius est docuit, quod infirmitates indulsit, quod superstitiosam resecauit. Hæc ibi. Nec ambigendum esse puto, IESVM Dominum facilitatem, consuetudinem, & iurandi ansam facilem, non iuramentum prohibuisse, vt qui sciret, ex continuo iurandi vsu homines facile peieraturos, ante enim ea verba narrata dixerat: Dictum est antiquis, non periurabis reddes autem Domino iuramenta tua. A quo, vt cuncti præcauerent consiliū illud protulit, quod subsequitur. Vt qui sciret antea a Deo præmonitos, *Exodi. cap.* 20. Non accipies nomen Dei tui in vanum. Consuetudinem namque iurandi pro quibuscunque rebus, absque necessitate, iam diu prequisam reprehendit Ecclesiasticus *cap.* 23. Iurationi
10 (inquit) non † assuescat os tuum, multi enim casus in illa; Nominatio vero DEI, non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum ne admiscearis; quoniam non eris immunis ab eis. Et post pauca inquit, Vir multum iurans, implebitur iniquitate, &
11 non discedet a domo illius † plaga. Hæc de causa ita cautum esse a CHRISTO, & Augustino accipimus, qui in Deuteronomium *q.* 12. docet periurium, quod omnino a Christianis est cauendum, securius vitari non posse quam si omnino non iuretur, qui enim iurat verum, & falsum iurare potest, qui autem omnino non iurat, neque falsum potest iurare. Et idem Augustinus de mendacio *cap.* 15. Dico (inquit) vobis, non iurate omnino, nec scili-
12 cet iurando † ad facilitatem iurandi veniatur, ex facilitate ad consetudinem, ex consuetudine in periurium decidatur. Hæc Augustinus. Hinc Philo Iudæus in libro de Decalogo. Iam (inquit) qui iu-
13 rat, suspectus est † de perfidia; sit igitur cunctator, & procrastinando, si forte differendo, possit euitare, nec iuret. Quin & Ethnici iurandi facilitatem oderunt, nam, & humanis legibus cautum est, vt quæ sub iurisiurandi conditione relicta sunt, conditio reijciatur, & relicta debeātur, *l. quæ sub cōditione. ff. de condition. instit.* reddit ibidem rationem Vlpianus. Cum enim (inquit) faciles sint nonnulli homines ad iurandum contemptu religionis; Alij per quam timidi metu diuini numinis vsque ad superstitionem, ne vel hi, vel illi, aut consequerentur, aut perderent, quod relictum est, prætor consultissime interuenit, (interuertit ego legerem). Apostolus etiam iurauit *ad Corinthios. 2. c. 1. ad Romanos. c. 1.*
14 *ad Hebræos. cap.* 6. nec † dicendum est illum errasse. Probauit Concilium Ephesinum ducentorum Patrum, & Sanctorum, dum epistolā scripsit ad Nestorium episcopum Constantinopolitanum Hæreticum vnde discesserat. Probauit & Concilium Constantiense *sessione.* 8. dum damnauit Ioannem Vuicleph, qui inter ceteras assertiones hæreticas,
15 iuramenta ad confirmandos contractus, & † ciuilia humana negotia, esse illicita docuerat. Iurant imperatores, iurant Reges, Principes, rectores ecclesiastici, & sæculares.

Vnde cum iurantibus, & peierantibus pœna immineat de qua *Leuitici cap.* 5. *numeri cap.* 30. Et alibi pluries, & dicemus infra in titulo de periurio. & iurandi consuetudine, & facilitate iurantes, in laqueum periurij si contrauenirēt, incidere pertime-
16 scant, huic malo spiritualis, & ecclesiastica † medicina inuenta est, vt per habilitationes, relaxationes & absolutiones iuramentorum, eis succurratur.

Absolutio, seu habilitatio a iuramento in contractu apposito conceditur ab episcopo ad finem agē-
17 di, & excipiendi, ne † incurratur periurium, si agat vel exceptionem opponat absolutione non impetrata, *vt voluit Bald. in l. hæc scriptura. in princ. ff. de condit. & demonstr. Felin. in cap.* 1. *num.* 28. *extra de iureiur. Raph. Comens. & Ioan. de Imol. in dicta l. Hæc scriptura. vbi Barthol. Socin. num.* 3. 4. *Corn. in cons.* 72. *col.* 1. *vol.* 3. *Aym. Crauett. in cons.* 7. *num.* 7. *Petr. de Benintend. in decision. Bonon.* 14. *Francisc. Viui in commun. opin.* 2. *num.* 10. *Francisc. Turzan. in communi opin.* 2. *Borgnin. Caualcan. in decis. Fiuizan.* 9. *num.* 33. *parte.* 1. *Ioan. Baptist. Laderch. in cons.* 13. *num.* 6. *vol.* 1. *Ioseph. Ludouic. in decis. Perusin.* 18. *num.* 10.

Veruntamen, cum eadem absolutio siue habila-
18 tatio a iuramento, non operetur, nisi, vt † impetrās non sit periurus, vt agere, & excipere valeat, non tamen eneruat, aut tollit vinculum obligationis, & contractus, quinimo firma remanet obligatio, & virtus iuramenti, & ideo, quo ad contractus, obligationis, & instrumenti rescissionem, non sufficit illa prima absolutio, seu habilitatio, sed exigitur alia iu-
19 ramenti relaxatio, † *vt post Federicum de Senis, Anchar. Alexand. Brunum, Dec. Gozadin. Nattam, & Roland. voluit Iacob. Menoch. in consil.* 24. *nu.* 17. 18. *vol.* 1. *Panor. & Felin. in dicto. cap.* 1. *num.* 28. *Surd. in consil.* 299. *num.* 8. *vol.* 2. *Ioan. Maria Riminald. Senior. in cons.* 345. *num.* 1. 2. 3. *vol.* 2. *Bald. Comens. Imol. & Socin. in dicta l. hæc scriptura. Corn. in dicto cons.* 72. *vol.* 3. *Crauett. in dicto cons.* 7. *Benintend. in dicta decis.* 14. *Didac. Couar. Variar. resolut. lib.* 1. *c.* 4. *num.* 6. *Francisc. Viui. in dicta commun. opin.* 2. *nu.* 2. *Laurent. Chircoui. commun. opin. centur.* 3. *concluſ.* 9. 6. *nu.* 29. *Rota in antiquis in decis.* 767. *incip. sciendum est. & fuit de mente Oldradi. in consil.* 120. *Sigismund. Loffred. in cons.* 12. *num.* 16. *Hierony. Gabriel. in cons.* 127. *num.* 32. 33. *vol.* 1. *Hierony. Cagnol. in l.* 2. *num.* 101. *C. de Rescin. vend. Ioan. Cephal. in cons.* 51. *num.* 22. *vol.* 1. *Matth. de Afflict. in decis. Neapolitan.* 220. *num.* 9. *Francisc. Becc. in cons.* 63. *Hierony. Cęuallos. Practicar. opin. commun. contra commun. q.* 432. *num.* 8. 9. *Federic. Scotus in cons.* 17. *num.* 30. 31. 32. *lib.* 5. *Tomo* 1. *Ioan. Botta in cons.* 51. *num.* 28. *vol.* 1. *Carol. Iallongus in racemation.* 105. *num.* 2.

Et

Et hanc practicam obseruari in Curia Romana, & Bononiensi, *post Ioan. de Imol. in cap. 1. & in c. debitores. de iureiur. voluit Augustin. Berous. in cons. 50. nu. 76. & in consil. 154. nu. 16. vol. 1. Elbertus Leoninus in consil. 3. sub num. 7. vol. 1. Gerard. Mazzol. in consil. 36. nu. 47. vol. 1. Nouissime Achil. Pedrocca in consil. 35. num. 87. 90. vol. 1. Guido Papæ in decision. Delph. 226. in fin. Marc. Anton. Peregrin. in cons. 53. num. 19. & in cons. 77. nu. 4. vol. 1. Anastas. Germonius de Sacror. Immunitatibus. cap. 21. nu. 168. lib. 3. Lancellot. Conradus in Templo omn. iudic. lib. 2. c. 1. §. 4. de præstantia, & potestat. Pontificis Maximi. in verbo. Dispensatio in iuramento. sub num. 6. vers. Et secundum communes opiniones. Aluar. Valasc. in in consultat. siue decis. 130. nu. 15. 16.*

20 Papa dispensare potest super iuramento † in ecclesiasticis inter clericos indistincte, *c. constitutus. extra de rescript. c. dilecto. de appell.* Similiter etiam inter laicos, etiam in temporalibus, & omnino relaxare potest. *c. Nos Sanctorum. & c. Iuratos. 15. q. 6.* Maxime ad euitandum graue scandalum, aut malum exemplum, *vt concludit Specul. in titul. de legato. sub num. 23. vers. Vigesimo quarto quando dubitatur. Lancell. Conradus in Templo omnium iudic. lib. 2. §. 4. cap. 1. in uerb. Dispensat. in iuramento. sub nu. 6. argum. gloss. in c. quanto. de iureiur. Archidiacon. in c. Florentin. 85. distinct. & in c. auctoritatem. 15. q. 6. Innoc. & Cardinal. in cap Venerabilem. de elect. Hostiens. in Summa titu. de offic. legati. §. quid pertinet. col. 3. vers. iurans iunge.*

21 Quando vertitur controuersia, an † absolutio sit concedenda a iuramento, id ad Papam spectat, & nullus inferior tunc potest concedere, *vt post Innoc. Specul. Raymund. & Ioan. de Imol. voluit Marian. Senior. in consil. 115. col. 3. vers. vnum non omitto. vol. 1. Corn. in consil. 71. col. fin. vers. vnum non omitto. vol. 3.* qui per eadem verba cõsuluerunt, ita vt vnus videatur transcripsisse ab altero, quos sequitur *Cardin. Parisi. in consil. 96. nu. 87. vol. 1.*

22 Magnus insuper, summusque Romanæ † Vrbis Pœnitentiarius potestatem habet non solum a iuramento ad finem agendi, sed a periurio absoluere, *vt dicit Octauian. Vestrius in Praxi Romanæ Curiæ. lib. 1. cap. 2. sub nu. 5. uers. Item a iuramento. Nonnulla scribit Ludouic. Gomez. in proœm. Regularum Cancellariæ. cap. 3. Io. Paul. Tholomæus in deci. Nouissim. Rom. 787. nu. 1. lib. 3. vol. 3. & in deci. 800. eod. vol. 3.*

23 Legatus de latere etiam absoluere † potest, & relaxationem a iuramento facere, vt in specie optime scribit Riminal Senior *in cons. 222. nu. 6. & per totum uol. 2.* cum habeat potestatem, & possit illa, quę

24 potest Summus † Põtifex in loco sibi commisso exceptis, quæ sibi forte essent reseruata, de quibus Hostiensis in Summa, *titu. de offic. legat. Francisc. Duaren. de Sacris ecclesiæ Ministeriis lib. 3. c. 3. Frãcisc. Marcus. in decis. Delphin. 342. & in decis. 350. vol. 1. Adde Specul. in tit. de dispensatio. rub. de dispẽsat. legati. §. 6. sub nu. 6.*

25 Episcopo (vt supra diximus) ob suam † authoritatem, & intentionem fundatam in sua iurisdictione potest absoluere ad finem agendi, & excipiendi a iuramentis, & totaliter relaxare. *Innocent. Panormit. & Imol. in c. debitores. de iureiur. Specul. in tit. de lega. §. nunc ostendendum. vers. 24. & in titul. de dispensat. §. Nunc de episcoporum. vers. 80. Petrus de Anchar. in consil. 18. nu. 6. Guid. Pap. in decis. Gratianop. 140. in decis. 224. in decis. 225. in decis. 226. Lapus in allegat. 10. quem refert. & sequitur Anto. Capic. in decis. Neap. 18. nu. 6. Dixi ego in consil. 50. nu. 1. 2. & pluribus seq. Centur. 1. Ioan. de Selua in trac. de iureiurand. parte 4 q. 3.*

Vicarius etiam episcopi generalis, nisi mancam,
26 & † mutilam habeat ab episcopo authoritatem, sine dubio poterit absolutionem, & relaxationem iuramenti concedere, cum omnem habeat, quo ad iurisdictionem episcopi potestatem, *de qua Ioan. de Firmo in tract. de Episcopo. lib. 4 parte septima. per totum. Francisc. Duaren. de Sacris ecclesiæ ministeriis. lib. 3. cap. 7. Ioan. Paul. Lancellott. institution. Canonicar. lib. 1. titul. de offic. Vicar. Marc. Anton. Cucch. Institut. Canonicar. minorum. lib. 1. titu. 20. Petr. Rebuff. in practic. tit. de Vicar. episcopi. Daniel. Venatorius in Analysi. iuris Pontificij. lib. 1. titul. 27. Anastas. Germon. in tract. de indultis. §. Tibi quo ad vixerit. num. 84. cum pluribus seq. Roland. a Vall. in consil. 13. num. 25. in consil. 34. num. 4. vol. 1.*

27 Ab episcopo iurantis obtinendam † esse absolutionem a iuramento tenuit *Calderin. in consil. 1. incip. An episcopus. titul. de offic. ordinar. & in consil. 6. incip. quis episcopus. titul. de iureiurand. Lapus in allegation. 10. incip. disputat hic. num. 5. 6. Ludouic. Roman. in singul. 470. incip. Florentinus. Francisc. Aretin. in cons. 142. incip. ex facto. col. 4. Anton. Capic. in decis. Neapol. 18. num. 6. Borguin. Caualcan. in deci. Fluizan. 9. num. 31. parte 1.*

28 Contrarium tamen, quod absolutio † iuramenti facienda sit ab episcopo loci contractus, *tenuit Alexand. ad Bartol. in l. hæres absens. §. si quis tutelam. ff. de iudic. Cardin. in c. 1. de iureiurand. & ibi Felin. col. 6. vers. decimo quinto. vbi in Apostillis Benedict. Vadus. Marc. Anton. Natta in cons. 145. nu. 28. vol. 1.* Et hanc opinionem tenui *in cons. 50. num. 3. vsque ad finem. Centur. 1.* Ex rationibus tamen, quæ in illo casu militabant.

Quando vero quis in periurium cecidit, absolu-
29 tio † tunc iuramenti ab inferioribus prelatis concedi nequit, sed Summi Romani, Pontificis absolutio requiritur, vel ab alio ipso mandante, quia regulare est, periurum absolutionem non mereri. *Federic. de Senis in cons. 300. Deci. in cons. 26. in fin. Ludoui. Gozadin. in cons. 69. nu... Franc. Marc. in decis. Delphin. 386. in fin. vol. 2. Ludouic. Roman in cons. 326. per totum. Roland. a Vall. in consil. 26. nu. 29. 30. vol. 3. Hiero. Mag. in deci. Floren. 22. nu. 4. in deci. 119. n. 10. Iosep. Lud. in deci. Perus. 90. n. 25. Paul. AEmil. Veral. in deci. 392. li. 1. Alu Val. in cõs. siue deci. 130. nu. 13.* M. *Ant. Belleon. in decis. Genuens. 193. nu. 12.*

30 Intellige † si a periurio post ipsum, ab eo fuerit absolutus in confessione sacramentali, quia ipsa obtẽta, purgatoque peccato, absolui a periurio poterit

cum peccator vlterius non dicatur. *vt poſt Panor. dicit Matth. de Affl. in deciſ. Neapol. 36. nu. 3. 4. Hyppolit. de Marſill. in Singul. 107. incip. Priuilegium. & in ſingul. 273. incip. in hac ciuitate. Lanfranc de Orian. in rep. c. Quoniam contra. in verb. Teſtium depoſitiones. col. 20. de probat. Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib. 2. Centur. 5. caſu. 464. nu. 20. Ioan. Petr. Surd. de aliment. titul. 7. q. 4. num. 28. 29. Ceſar Vrſil. in deciſ Neapol. allegata. 36. in princip.*

Subintelligitur tamen quod narretur periurium
31 † in abſolutione impetranda. *Ioan. Paul. Tholom. in deciſ. Nouiſſim. Roman. 786. lib. 3. vol. 3.*

Ideo obligatus cum iuramento ſoluere in quodam termino, ante aduenientem terminum abſolu-
32 tionem petere † debet, quia ipſo tranſacto periurus dicitur, & ad petendam abſolutionem eo caſu non admittitur, nec ſi obtineretur valida eſſet. *Roland. a Vall. in conſil. 34. vol. 1. in conſil. 26. num. 29. 30. vol. 3. Ioan. Paul. Tholom. in deciſ. Nouiſſim. Roman. 786. lib. 3. vol. 3. Franciſc. Viuius in deciſ. 120. nu. 31. Marc. Anto. Bellon. in deciſ. Genuenſ. 193. nu. 2. poſt Federic. de Senis. Anchar. Alex. Corn. Deci. Paris. & Beroum voluit Achilles Pedroc. in conſ. 1. num. 210. vol. 1. in conſ. 35. nu. 97. eod. vol.*

33 Vnde Curia Archiepiſcopalis Neapolitana † cõ ſueuit, nullum abſoluere a iuramento, niſi ſaltem viginti dies ſuperſint ad implenda promiſſa, vel debiti ſolutionem, *vt teſtatur Matth. de Afflict. in deciſ. Neap. 31. num. 2. De quo vſu ſcribit Albericus Oliua in Ritu Archiepiſcop. Neapol 12. in fin.* Non dubium tamen eſt, ante diem ſolutioni deſtinatum abſolu-
34 tionem † obtineri debere. *Borgninus. in deciſ. 9. nu. 22. vol. 1. Cæſar Barzi. in deciſ. Bononienſ. 67. nu. 23. Ioan. Paul. Tholom. in deciſ. Nouiſſi. Rom. 786. lib. 3. vol. 3.*

35 Quot ſunt iuramenta, tot abſolutiones † ab eis neceſſariæ ſunt. *Ludouic. Roman in conſ. 326. num. 2. Barthol. Socin. in conſ. 59. col. 4. vol. 3. Hieron. Grat. in conſil. 12. vol. 1. in conſil. 23. vol. 2. quem refert, & ſequitur Cæſar Vrſil. in deciſ. Neap. 30. num. 6. Laurent. de Pinu. in conſil. 68. num. 2. in conſ. 82. num. 7. Thom. Grammatic. in deciſ. 66. num. 12. 13. Borgnin. in deciſ. 9. num. 25. parte 1. Cardinal. Pariſ. in conſil. 43 num. 18. in conſil. 96. num. 92. vol. 1. Marius. Anguſſol. in conſ. 43. nu. 22. Bartol. de Caſſan. in conſ. 21. nu. 16. Roland. a Vall. in conſ. 34. nu. 7. vol. 1. in conſ. 26. num. 30. vol. 3. Thobias Nonius in conſ. 57. num. 23. Iacob. Menoch. in conſil. 24. num. 15. vol. 1. Pedroca in conſ. 35. num. 93. 94. vol. 1. Marcus Anton. Natta in conſil. 144. nu. 6. vol. 1. Idem Menoch. in conſil. 343. in fin. vol. 4. Aluarus. Vallaſcus in conſultat. ſiue Deciſ. 130. nu. 15. 16. poſt Matth. de Afflict. in deciſio. 30. ſub nu. 5. & in deciſ. 220.*

36 Propterea in ſupplicatione pro impetranda † iuramenti abſolutione mentio fieri debet omnium clauſularum, quæ poſſent obſtare, & illam impedire. *Matth. de Afflict. in deciſ Neapol. 220. numer. 11. Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedemo. 142. nu. 14. Rolan. a Vall. in dicto conſ. 34. nu. 5. 8. 9. vol. 1. Menoch. in dicto conſ. 343. nu. 52. vol. 4.*

37 Et ideo cum quis † iurauit in contractu, vel inſtrumento, eſſe vera in inſtrumento contenta, & eis non contrauenire aliqua occaſione, vel cauſa, dicunt, non poſſe, nec debere concedi abſolutionem a iuramento, quia tunc aſſereret, quod iuraſſe falſum, & eſſet periurus, dum allegaret turpitudinem ſuam, *vt dicit Ludouic. Gozadin. in conſil. 69. nu. 16. 17. Thom. Grammatic. in deciſ. Neap. 45. num. 2. Borgninus Caualcan. in deciſ. Fiuizan. 9. num. 26. & cõcludit Rolan. in conſil. 47. ſub num. 31. verſ. Nec habet obſtare. vol. 4. quos ſequitur Vincent. Carrocius in deciſ. ſiue caſu. 133. nu. 22.*

Supradicta tamen opinio, quanquam videatur,
38 † communis, nihilominus cum Notarii in omnibus fere inſtrumentis hanc clauſulam apponere ſoleant, ſequeretur quoddã abſurdum, quod fere nũquam poſſet abſolutio iuramenti peti, vel obtineri, quod ſeruari non videmus, ex quo etiam ſi dixiſſet, quod vera ſint, & renunciaſſet omnibus iuribus ſibi ſpectantibus, & legum auxilijs, adhuc poſſet iurans abſolutionem iuramenti petere. *Corn. in conſ. 293. col. 2. vol. 4. quem ſequitur Cardinal. Pariſius in conſil. 12. num. 87. vol. 2. Marian. Socin. Nepos. in conſ. 144. nu. 42. vol. 1. Rol. a Valle in conſil. 7. nu. 53. vol. 3. Hyppolit. Riminald. in conſil. 5. nu. 149. vol. 1. Franciſc. Viuius. in commun. opin. 129. & opin. 532.*

Præterea idem erit, ſi quis iurauerit abſolutionem iuramenti non petere, & petita non vti, quia
39 de † illa mentionem facere oportet, dum ſupplicat & abſolutionem petit, quæ neceſſaria eſt, alias abſolutio inualida foret. *Felin. in c. debitores. num. 9. de iureiur. Barthol. Socin. in conſil. 59. ſub nu. 14. vol. 3. Matth. de Afflict. in deciſ Neap. 220. num. 12. Marc. Anton. Natta in conſil. 144. nu. 6. vol. 1. Cardinal. Pariſ. in conſil. 43. num. 15. vol. 1. Rolan. a Vall. in conſ. 34. num. 6. vol. 1. Iacob. Menoch. in conſil. 24. num. 15. vol. 1. Pedrocchain conſ. 35. num. 94. vol. 1.*

40 Læſio magna vbi eſt, ibi quis † agere poteſt, abſolutione iuramenti non petita. Hanc concluſionẽ ex multis tuetur, & multos allegans *Hieron. Cagnol. in l. 2. nu. 98. C. de reſcind. vend. ante eum Petr. de Ancharan. in conſil. 83. incip. Viſis diligenter. in fin. in conſil. 180. & in conſil. 329. incip. pro maiori intelligentia. & in conſil. 375. incip. In ſupradicta. col. 1. Anton. de Butrio. in conſil. quadrageſimo quinto. Raphael Comens. in conſil. 180. videtur prima facie. Corn. in conſil. 189. col. pen. in conſil. 166. col. 2. vol. 1. Angel. in conſil. 218. in fin. Deci. in conſil. 45. in fin. in conſil. 180. in conſil. 181. in conſil. 351. Andr. Barbat. in conſil. 53. numero 21. volum. 2. Ioan. Neuiza. in conſil. 21. numero 5. 6. Ludouic. Gozadin. in conſil. 72. num. 6. Bartol. Socin. in conſil. 104. volum. 4. Alexand in conſil. 125. colum. 1. verſic. Et fortius. vol. 1. Curtius Iunior in conſil. 53. in conſil. 141. colum. 2. Marian. Socin. Iunior. in conſil. 48. num. 24. in conſil. 144. nu. 25. vol. 1. in conſil. 3. nu. 41. 42. 45. vol. 2. Anton. Gabriel. com. opin. lib. 3. titul. de arbitr. concluſ. 3. nu. 38. & in titul. de dote. concluſ. 1. num. 8. 11. Laurent. Chircou. commun opin. Centur. 3. concluſ. 8.*

&

& Cent.4.concluſ.8. Gribald.commun. opin. in verb. læſio. Thom. Gram.in deciſ.Neapol.76.num.21.Octauian.Cacheran.tn deciſ.Pedem.41. Ioan. Cephal.in conſil.207.nu.74. vol.2. Franciſc. Burſat.in conſil. 75.ſub nu.5.vol.1.Hyppolit.Riminald.in conſil.5.nume.120.vol.1.Auguſt.Berous in conſ.22.nu.66.vol. 2.Stephan.Gratian.in deciſ.Marchiæ.165.nu.7.8.

41 Declarari tamen debet, quod ſi eſt læſio † modica, & tunc non eſt curanda, quia ſeruari debet promiſſio, ſi tamen eſt magna, enormis, vel enormiſſima, tunc læſo ſuccurritur, non obſtante renunciatione iuramento firmata, *vt poſt Paul.de Caſtro. Alex. Bartol.Socin.Decium, Marantam Cappell. Tholoſ. Aufrer.Comens.Fulgoſ.Clauaſ.Roman.Butrium.Felin.Villalob.Dyn.Butrigar.Suzar.Panor.Curt.Iun. Bald.& alios dixi de compromiſſ. §.2.gloſſ.6.ſub nu. 58.verſ.de hoc.& §.7.gloſſ.2.nu.23.24.25. & §.8.*

24 *gloſſ.prima.nu.7.8. vbi vide.* Quæ mea † dicta ſequitur, & retulit *Borgnin. Caualcan. in deciſ. Fiuizan. 9.num.3.parte 1. & Bartol. Bertazzol.in conſ.ciuili. 120.num.19.vol.1.Ludouic. Roman.in conſil.9. & Anton.de Butrio.in conſil.24.* qui dicit, ſemper eſſe

43 † conſiderandum, læſionis gradum. *Achilles Pedroccha in conſ.39.nu.7.vol.1. Garſias Maſtrill. in deciſ.Siciliæ.90.nu.10. Auguſt.Berous in conſil. 22. nu.66.vol.2.Cæſar Barzius in deciſ.Bonon.67.num. 19.Nicol.Vigelius in deciſ.44.Centur.1.*

44 Quæ concluſio licet in dies † admittatur, ſemper tamen cautius erit, vt abſolutio iuramenti habeatur, vt ſecurius procedatur, *vt dicit Bald.in l.fin.nu. 3.C.de non numer.pecun. Auguſtin. Berous in conſil. 39.nu.13.vol.2.Alexand.in conſil.38.vol.4. Hieronym.Gratus in conſ.30.vol.1.Curt.Iun.in conſ.141. nu.16. Quos ſequitur Borgnin.Caualcan.in deciſ.Fiuizan 9.num.42.parte 1. Franciſcus Viuius in deciſ.131.nu.5.Matth.de Afflict.in deciſ. Neap.322. nu.8.10.*

45 Declara etiam ſupradicta, tunc † ob enormiſſimã læſionem non eſſe neceſſariam iuramenti abſolutionem, quando læſio iam fuiſſet detecta, & appareret, ſed ad eam detegendam non admittitur quis, vt propria authoritate contraueniat, niſi illa impetrata, vt ſubtiliter & notabiliter dixit. *Chriſtophor. Robuſterius in deciſ.Nouiſſim.Roman.102.nu.9. parte 1.vol.1.faciunt, quæ annotauit Matth.de Afflict.in deciſ.Neap.263.num.3.*

46 Hæredes volentes agere † reſciſſionem contractus, aut volentes excipere, non coguntur, nec egẽt abſolutione iuramenti, cum reatus periurij teneat iurantem, non autem hæredes. *cap.veritatis. de iure iur. Anton.Gabriel.commun.opin.tit de iure dotium. concluſ.1.nu.18.Panor.in c.cum contingat. nu.8.de iureiur. Oldrad.in conſil.241.num.1.Bald.in conſil. 398.nu.2.vol.1.Alex.in conſ.59.nu.4.verſ.Et etiam concludit.vol.1.Catellian. Cotta in Memor. in verb. iuramẽtum eſt perſonale. Marian. Senior.in conſ.89. num.1.vol.1.Augu.Berous in conſil.118. nu. 5. vol. 1.Cardinal.Paris.in conſil.16.num.128.vol 2.in cõ ſil.75.nu.4.5.23.vol.3.Hierony. Cagnol.in l.ſi quis maior num.199.200.206.C.de tranſact. Tiber. Decian.in conſ.31.nu.76.vol.1.Corne.in conſil.27.ſub nu. decimo primo. verſicul.ſed nos loquimur. vol. quarto. Deci. in conſil. 203. in fin. verſicul. ex quibus omnibus. Aymo Crauetta in conſil. 142. in f. Gulielm.Caſſador.in deciſ.2.nu.8.9. 10. titul. de iureiur. Guido Papæ in deciſ.Gratianop. 224.num.3.in deciſ.140.num.5.Matth.de Afflict. in deciſ. Neapol. 381.num.8.Ioſephus Ludo.in deciſ. Peruſin. 15. nu. 12. Borgnin. Caualcan.in deciſ.9.num.19. Franciſc. Cantuc.in deciſ.Nouiſſim.Roman.102.num.19.par. 2.vol.2.Simonett.in deciſ.37.incip. Fuit quæſitum. Octauian.Cacheran.in deciſion. Pede. 40.nu.4.15.in deciſ.41.num.6. Rodericus Suarez in alleg.9. nu. 12. Dixi ad Bellug in Speculo Princip.Rub. 12.§.quædã. in verb.enim.quem ſequitur Petr. Cenedo in collectan.iuris Canonici. 119. num. 4. parte 2.Carol.de Graſſis in tract at.exception.exceptione. 12. num.27. 28. Ioan. Baptiſta Aſin.in l.1.in princ.num.15 ff.de religioſ.& ſumptib.fun. Anton. Capic.in deciſ. Neap. 174.num.12.13. Andr.Gail. Pract. obſeruat. lib.1. obſeruat.27.*

47 Obligatio in forma Cameræ Apoſtolicæ † exequtur, nec impeditur executio intuitu abſolutionis & relaxationis a iuramento, ſed prius exequitur, & poſt modũ auditur in cauſa obtenta abſolutione, & relaxatione ipſius iuramenti. *Io. Paul. Tholom. in deciſ. Nouiſſi. Rom. 787. ſub nu.2. & in deciſ. 800. lib. 3.vol.3.* Dicam tamen, DEO permittente, in titulo de obligationibus. *Ioan. Mohedan. in deciſion. 79. incip. Ioannes. Anto. Maſſa Galleſius de oblig. in forma Cameræ.* Allegat Ioannẽ Staphileum, nec allegauit locum, eſt tamen in libro de literis Iuſtitiæ, *in cap. incip. Stylus ſignaturæ. num.* 1. qui dicit, quod ſigna-

48 tura non ſolet concedere † abſolutionem a iuramento in obligatione Camerali. Quod dicit Maſſa vbi ſupra, *q. 2. num. 1.* aliter ſeruari tempore ſuo, quia abſolutio conceditur. Adde Stephanum Gratianum *in deciſ. Marchiæ.165.nu.4.*

49 Penſionis debitor, ad effectum agendi, non † abſoluitur a iuramento, vel ab excommunicatione, niſi prius pareat. *Io. Paul. Tholomæus. in deciſ. Nouiſſi. Roman.788.lib.3.vol.3.*

50 Citationem partis requiri in petenda † iuramẽti abſolutione, voluerunt *Federic. de Senis in conſ. 300. incip. factum. Anton. de Butrio. & Ioan. de Imo. in c. debitores. de iureiur. & ibi Card. dicens pluries ipſum ita cõſuluiſſe. Alex. in conſ. 222. incip. viſo. vol. 2. Panor. & Felin. in c.1. de iurciur. Cappel. Tholoſ. in deci. 62. incip. Itẽ fuit quæſitum ſi diſpenſatio. Guid. Pap. in deciſ. Gratian. 140. vbi Ant. Rambaudi. Apoſtillator. Franci. Turzan. in com. opin. 47. quos allegaui de compromiſ. §.7. gloſ.2. nu.30. Adde Auguſt. Berous in conſ.50.nu.66. cum pluribus ſeq. vol.1. in conſil.164.nu.54.vol.2. Ioan. Cephal. in conſ.51. nu.23. vol.1. Ludo. Gozadin. in conſ.59.nu.22. Didac. Coua. Variar. Reſol. lib.1.c.4.nn.5. Iaco. Menoc. in conſ.24. nu.11.vol.1. Franci. Burſat. in conſ.29.nu.92.vol.1. And. Barba. in conſ.24. col. penul. vol.2. in conſil.85. col.4.vol.3. Maxill. in conſuetud. Bari. in conſuetud. 4. ſeruitio. nu.30.*

51 Declarant primo, citationem partis non † requiri, vbi abſolutio iuramenti eſſet ad finem agendi, ſed ſupradicta prima concluſio procedat quando tractaretur relaxatio, quo ad reſciſſionem contractus, ſiue iuramenti in eo appoſiti, *vt ex Ioan. And. Oldrad. Ant. de Butr. Calderino, Ioan. de Imol. Paul. de Castr. Alexand. Anton. de Prato veter. Lapo, Anchar. Laurent. de Rodulph Florian Roman. Marian. Senior. Cepoll. Anton. de Alexand. Corset. Iaſon & Felin. voluit Matth. de Afflict. in deciſion. Neapolitan. 220. num. 10. Carol. Ruin. in conſil. 170. num. 20. vol. 1. in conſil. 69. vol. 3. Couar. Variar. reſolut. lib. 1. c. 4. num. 5. Marc. Anton. Natt. in conſ. 163. num. 5. vol. 1. Ioan. de Amic. in conſ. 33. in fin. Roland. a Vall. in conſil. 13. num. 25. 38. in conſil. 34. num. 9. vol. 1. Cæſar Vrſill. in deciſ. 220. num. 11. Franciſc. Vivius in commun. opin. 2. num. 2. Anton. Maſſa de obligat. in form. Camer. part. 2. q. 2. num. 2. Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſin. 18. num. 3. Borgnin. Caualcan. in deciſ. Fiuizan. 9. num. 3. parte 1. & voluit Rota in Antiquis in deciſ. 767. incip. Sciendum eſt. in fin. Thom. Triuiſan. in Deciſ. Veneta. 64. nu. 8. lib. 1. Anaſtaſ. Germonius de ſacror. immunitatib. lib. 3. cap. 21. nu. 172. Marc. Anton. Bellon. in deciſ. Genuens. 193. nu. 13. Hieron. Cæuallos. pract. opinion. commun. contra commun. q. 434. num. 2. cum pluribus ſeq. Aluar. Valaſc. in conſultat. ſiue deciſ. 130. num. 14. Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedemontan. 125 ſub num. 7. Guido Papæ in deciſ. 140. num. 1. in deciſ. 225. Ioan. Vincent. de Anna in ſingul. 2. Ioachim. Mynſing. obſer. 86. centur. 6. Andr. Gail. practicar. obſeruat. lib. primo obſeruat. 22. num. 6. Michael Graſſ. in commun. opin. lib. 1. cap. 7. quæſt. 15. quem ſequitur Franciſc. Burſat. in conſ. 72. ſub num. 25. vol. 1. Stephan. Gratian. in deciſion. Marchiæ 165. num. 1. 2. & per totam.*

Controuerſum eſt in iure, an beneficio ceſſionis
52 † bonorum poſſit renunciari, de qua controuerſia ſcripſere *Bartol. Bald. & ceteri in l. 1. C. qui bonis ceder. poſſ. Bartol. in Authent. Imol. C. de action. & oblig. Ioan. Fab. & Salycet. in dicta l. 1. Guido Pap. in deciſ. Gratianop.* 211. De quo, Deo volente, dicam in
53 titulo proprio. Cum iuramento tamen † renunciatio admittitur vt ad longum ſcribit Rota in antiquis, *in deciſ. 67. incip vtrum poſſit renunciari. Cappell. Tholoſan. in deciſ. 61. incip. item fuit quæſitum an ceſſionis. in fin. Idem Guido Papæ in dicta deciſ.* 211.
54 Sed non obſtante iuramento, conceſſa † abſolutione, & diſpenſatione ab illo, admittitur ad ceſſionē bonorum. *Eadem Cappella Tholoſ. in deciſ.* 230. *incip. Item fuit quæſitum, ſi aliquis. Item Guido Pap. in dicta deciſ.* 211. *Ioſephus Ludouic. in deciſ. Peruſin. 64. num.* 21. *Antoninus Theſſaurus in deciſion. Pedemontan. 36. num. 4.*

Quinimmo, etiam abſque iuramenti abſolutione, & relaxatione, non obſtante renunciatione ipſa
55 iurata † admitti ad beneficiū ceſſionis bonorum, voluit, & decreuit Senatus Delphinalis, *apud Guidon. Pap. in dicta deciſ.* 211. *vbi Anton. Rambaudi dicit*, videri ſibi mirabile, ſed cum fuiſset dicta cauſa a iudice Brianſonij deducta ad Senatum Gratianopolitanum fuit prolata ſupradicta ſententia, de quo arreſto meminit *Ioan. Paponus Arreſtor. Curiæ. lib. 10. titul. 10. de ceſſione debitoris arreſto. 3.* Vbi reddit rationem decreti illius Senatus, quia illa
56 renunciatio fieri non † potuerat, quia continebat rem in humanam, & contrariam libertati, & hominum honeſtati. *argu. l. alia. §. eleganter. ff. ſolut. matrim. & Cyn. in dicta l. 1. C. qui bon. ced. poſſ.*

Licet ab obligatione facta apud acta Magnę Curiæ Vicariæ, ac aliarum Curiarum Regni, impetre-
57 tur † abſolutio a iuramento, & de impetratione pēdente opponatur exceptio, hoc tamen non obſtante, fit obligationis executio, *vt concludit Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 30. num. 2.* quam executionem facit iudex laicus, vt ibi, quem ſequitur *Carol. de Graſſis, in tract. Exceptionum. in præluditis. nu. 49.* Niſi ante liquidationem, ſiue executionem eſſet petita præuentio contra creditorem, quia tunc ſeruatur diſpoſitio Regiæ Pragmaticæ. *incip. Malitiis.*

Nullus eſt actus ui, & metu conflatus, & extor-
58 tus †, etiam iuramento vallatus. *Thom. Grammatic in conſil. ciuil. 91. Oldrad. in conſil. 35. nu. 1. Iacobus Philipp. Portius in conſil. 5. num. 9. & in conſil. 101. ſub num. 6. poſt Petr. de Anchar. in conſil. 299. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 100. nu. 24. Octauian. Cacheran in deciſ. Pedemont. 179. num. 16. Roland. a Valle in conſil. 7. num. 40. cum pluribus ſequent. Matth. de Afflictis in deciſ. 263. nu. 2. alios allegans Franciſc. Burſat. in conſil. 72. num. 24. vol. 1.* Et nihilomi-
59 nus, quia coactus † conſenſus, & coacta voluntas, conſenſus, & uoluntas eſt, Tutius, & melius erit iuramenti abſolutionem impetrari quam dicunt canoniſtæ, impetrari debere. *Matth. de Afflictis in dicta deciſ. Neapolitan. 263. num. 4. in deciſ. 322. num. 6. Ioan. Neuizan. in conſ. 21. num. 13. Aym. Crauetta in conſ. 191. num. 7. & in tract. de antiquit. tempor. §. videamus modo. nu. 14. Didac. Couar. in epitom. de ſponſal par. 2. c. 3. §. 3. nu. 2. Io. de Amic. in conſ. 34. num. 7. 8. M. Ant. Natta in conſ. 144. nu. 4. vol. 1. Vitalis Cambanis in tract. clauſular. in clauſul. Nō vi. Michael Graſſ. Commun. opinionum. lib. 1. cap. 7. q. 11. quos refert, & ſequitur Franc. Burſat. in dicto conſ. 72. num. 25. vol. 1. Iacob. Menoch. in conſ. 24. nu. 25. vol. 1. Andr. Gail. practicar. obſeruat. lib. 2. obſer. 42. & poſt D. Thomam in 2. ſecundæ. q. 98. articul. 3. in reſponſione ad primū. Sebaſtian. Medices in ſumma peccator. capitulum. tit. 6. q. 33.*

Socer, & ſocrus, qui pro filia genero dotem pro miſerunt in ſolidum, qui non tenentur, niſi dedu-
60 cto ne egeant, † tamen ſi promiſſio eſt, iuramento ſuffulta, non poſſunt hanc exceptionem opponere, niſi impetrata ab epiſcopo iuramenti diſpenſatione, ſiue abſolutione. *gloſſ. & Bartol. in l. alia. §. eleganter. ff. Solut. Matrim.* Quorum authoritate ita concludit. *Cappell. Tholoſan in deciſ. 258. incip. Itē fuit quæſitum. Socer.*

61 Secularis iudex de ſubreptione, † obreptione, & nullitate, abſolutionis, & relaxationis a iuramento cognoſcit. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neap.*

220.*nu.*8.9.*Petr.de Ancharan.in conſil.*282.*in fin. Barthol. Socin in conſil.*99.*nu.*19.*vol.*3.*in conſ.*83. *num.*17.*vol.*4.*Bartol.Cepoll.Cautela.*101.*incip. In multis.Aym.Crauett.in conſil.*7.*num.*11. *Hyppol.de Marſil.in Singul.*367.*incip.Nemo.Rober.Marant.in Specul.Aur.parte* 4.*diſtinct.*11.*num.*41. *Ioachim. Mynſinger.in obſeruat.*67.*verſicul.Septimo.Centur.* 2.*Cardin.Pariſ.in conſil.*96.*num.*94.*vol.*1.*Syluester Aldobrand.in conſil.*8.*num.*57.*vol.*1.*quos alias allegaui in commentarijs de Regis Catholici præſtantia.* c.71.*nu.*292.*cum pluribus ſeq.quibus addo Caſarem Vrſil.in deciſ.*220.*nu.*9.

Nec obſtabit, quod cum iuramentum ſit quid
62 † ſpirituale.*argum.c. Etſi Chriſtus. de iureiurand.* Et ideo ad iudices eccleſiaſticos,non autem ad laicos pertineat,quia cognitio quam iſto caſu facit iudex temporalis eſt incidenter, & non ex profeſſo, quia quemadmodum poſſet abſolutionem nullam & ſubreptitiam, atque obreptitiam declarare, eodem modo poſſet illam declarare validã, & ſic iſto modo confirmaret iudicium ſuperioris eccleſiaſtici,qui decreuiſſet abſolutionem, alio vero modo, declarando nullam,& irritam, decerneret ad fauorem iuramenti, quod licet, vt ex Curtio Seniore *in conſil.*65.*num.*26.*Ioan.Baptiſta Ploto.in conſil.* 78. *nu.*14.*& Franciſc.Purpurat.in conſil.* 377. *num.*8. *vol.*1. *voluit Borgnin. Caualcan. in deciſ. Fiuizan.* 9.*nu.*45.*parte* 1.

63 Per partem parti remitti poſſe iuramentũ,† quo ad ſui præiudicium, non autem quo ad ligamen DEO,cui ſe obligauit,non dubium eſt. *cap. debitores.extra de iureiurand.l.iuriſiurandi. C. de reb.credit. Abb.Panormitan.& Felin.in c.* 1. *de iureiurand. Ludouic.Roman.in conſil.*20.*num.*4.*eſt in arg.gloſſ. in verb.ſententia valebit.in l.*1.*ff.de feriis.*quam pro ſingulari annotauit Gulielmus de Ludo *in Sngul.* 62.*incip.Gloſsa eſt,quod iuramentũ. Voluit Matth. de Afflict.in deciſ.Neap.in deciſ.*80.*num.*5.*in deciſ.* 191.*ſub nu.*7.*Andr.Gail.Practic.obſeruat.lib.*1.*Obſeru.*24.*nu.*1.*Cappel.Tholoſ.in deciſ.*181.*incip.item fuit quæſitum,ſi aliquis.*

Abſenti poſſe concedi abſolutionem a iuramen-
64 to † & per procuratorem peti voluit *Cardinal.in conſ.*35.*Felin.in c.*1.*nu.*30.*de iureiurand.& in c.cũ deſideres.nu.*3.*de ſent.excom.& dixeram adoleſcens de compromiſſ.*§.7.*gloſ.*2.*nu.*31.*& voluit And.Gail. pract.obſeruat.lib.*1.*obſer.*23.*ſub nu.* 4. Licet in dicto loco,ego attentauerim contrarium, rationibus ibidem allegatis, & præſertim, quia per ſuperiorẽ poſſet imponi pœna in foro animæ, quam, & ſi procurator forte acceptaret,poſſet tamẽ principalis deludere iudicem eccleſiaſticum,& pœnitentiam non adimplere. Nunc corroborarem in ſimili, quia ex-
65 communicato non datur abſolutio,† niſi contrito, & petẽti.*arg vt per Rotam in antiquis in deciſ.*329. *incip.Nota,quod vbi aliquis.* Sed tamen tranſeo, & alijs ad cogitandum relinquo.

ARGVMENTVM.

Si fidem homini ſub ſimplici promiſſione datam fallere graue ſit,grauiſſimum certe, & maiori deteſtatione abominãdum venit, illam iuramento munitam rumpere, cum illo pacto homines tantummodo decipiantur, hoc vero quis DEVM & homines ſubdole fallere enixe laboret. Periurium igitur incurrit quiuis, ſub iuriſiurandi religione in deſtinato termino,& præfinito tempore ſoluere,aliudue quid facere promittens, poſtea contrauenies. Quo crimine pollutus beneficijs eccleſiaſticis, omnique dignitate priuatur, & infamiam incurrit, ob quam ſi a parte obiectum fuerit, teſtis eſſe impeditur, inchoatumque proceſſum ad finem deducere nequit,dummodo ſententia interuenerit, quæ tum ab eccleſiaſtico quam ſæculari iudice, cum ſit delictum mixti fori, ferri poteſt. Hac pœna non plectitur qui pro vero falſum, attamen verum eſſe credens, iurauit, & ſi dolus non concurrat, a quo tamen ſemper iuſta, & rationabilis cauſa excuſat. Vniuerſitati vero, incolis, qui iurarunt, defunctis, neque periurium obijcitur, neque periurij pœna irrogatur.

SVMMARIVM.

1 *Author de periurio loquuturus legentes aduertit.*
2 *Periurium quid ſit? ex Raymundo. D.Thoma Aquinate,& alijs.*
3 *Periurij diffinitio in Alberto Magno.*
4 *Inuocatio DEI inteſtem quid ſignificet.*
5 *Periurium eſt peccatum mortale grauiſſimum.*
6 *Periurium eſt contra legem diuinam Exodi.*
7 *Quid DEVS comminetur aduerſus periuroſiuramentum non obſeruantes.*
8 *Ira DEI venit ob periurium.*
9 *Promittens ſoluere in quodam termino, & non ſoluẽs periurus eſt. Declara num.* 10.11.12.13.14. 15.16.
11 *Non ſoluens in tempore ob præceptum iudicis, non eſt periurus.num.*13.

12 *In iuramento semper intelligitur excepta superioris authoritas.*
17 *Vniuersitas non incurrit periurium defunctis illius particularibus, qui iurarunt.*
18 *Parem vim habet fidei præstatio & iuramentum.*
19 *Fidei fractor an incidat in periurium.*
20 *DEO, & Beatissimæ Virgini contractum obseruare promittens, si contrauenial, an periurus dicatur?*
21 *Periurus, an sit, qui positionibus respondens, dicit contrarium quod prius iurauerat? numero 22.*
22 *Contrarium dicens in facto alieno, an sit periurus.*
23 *Periuro beneficium ecclesiasticũ non confertur. Declara num. 35.*
24 *Si actor petat centum, & reus cum iuramento negat, & actor probet de quinquaginta, nihilominus reus erit periurus.*
25 *Testamentũ non reuocare promittens, & reuocans, an sit periurus? num. 26. 27. 28.*
29 *Pro periurio potest quis inquiri, dum commisit dolum in aduersarium.*
30 *An verum sit, quod periurus solum DEVM habet vltorem. nu. 31. 32. 33. 34. 51. 52.*
34 *Periurij (ex Cicerone) pœna diuina, exitium. Humana, dedecus.*
36 *Periuro in Regno pœna incisionis manus statuta. Intellectus Const. Regni. Neapolitani incip. eos qui scienter.*
37 *Dignitate priuatur periurus, & ad illa non admittitur.*
38 *Infamiam an incurrat periurus iure canonico, vel ciuili.*
39 *Periurus an sit legitimus testis. Declara. num. 40. 41. 42. 43.*
44 *Exceptio periurij, an impediat processum ad vlteriora. nu. 45. 46. 47. 48. 49. 50.*
51 *Periurus in causa criminali vbi agitur de interesse an puniatur, vel solum DEVM habeat vltorem. nu. 52.*
53 *An ex iuramento litis decisorio, quod datur in iudicio a parte parti, nascatur pœna iuranti. numero 54. 55.*
55 *Lite iureiurando decisa, amplius de illius veritate, quæri non potest.*
56 *Qui iurat falsum, cum credidisset esse verum, an sit periurus.*
57 *Qui deponit id, quod ignorat, an periurus sit.*
58 *Dolum requirit periurium.*
59 *A periurio quælibet iusta causa excusat.*
60 *Periurij exceptione licet quis agere repellatur, potest tamen agere ex instrumento.*
61 *Testis periurus, an repellatur. nu. 62. 63.*

TITVLVS LXII.

De Periurijs.

HVius tituli materia considerauda est diligenter, vt quæ totum orbem, præsertim Christianum, valde coinquinet, & plurimorum animas ducit adinferos. Id circo, non indignam rem iudicaui, si aliqua proferam, quæ videantur extra materiam decisionum afferri, quia quando aliud non efficient, operabun-
1 tur, vt timore † legentes, & docentes afficiantur, saltem, vt diuinæ religionis intuitu, & morum bonorum gratia, & pœnarum metu a peierando cuncti abstineant, & primo ponam periurij diffinitionem, vt hoc præcognito tractatio facilior appareat.
2 Periurium est mendacium † iuramento affirmatum, vt dicit Magister sententiarum *in 3. distinctio. 39. & ibidem D. Bonauentura.* Et voluit Raymundus *in Summa in verb. periuriũ. D. Thomas de Aquino. in secunda. 2. q. 98. articul. 1. Sylvest. Pisanell. & Tabien. in Sũmis. in verb. periurium. Dominicus de Soto de iustitia, & iure. lib. 8. q. 2. articul. 1.*
3 Secundam diffinitionem tradidit † Albertus Magnus *in. 2. sententiarum.* dicens, Periurium est diuinæ veritatis inuocatio super mendacio. Et in vtraque diffinitione, adest verbum mendacium. Qua ex causa, si solum mendacium est prohibitum, quanto magis accedente iuramento, in quo cum in vocetur Deus in testem, est falsa inuocatio diuini nominis, fallendi animo, hoc enim iuramentum quod interuenit est actus latriæ, id est diuinæ reuerentiæ, de quo Hieronymus in Matthęum: qui iu-
4 rat, *inquit*, aut ueneratur, aut diligit eum, per quẽ iurat. Ista enim † inuocatio DEI in testem fit ob defectum locutionis, & cognitionis humanæ, vt dicit Diuus Thomas *in 3. sententiarum. distinct. 39. articul. 1. & in secunda secundæ. q. 89. articul. 1.* Et quia in periurio deficiunt illi tres comites iuramẽti, scilicet, veritas, iudicium, & iustitia, de quibus loquitur Heremias. cap. 4. idcirco incurritur periurium.

Peccatum mortale, & grauissimum est periu-
5 rium, † *vt dicit D. Thom. in 2. 2. quæst. 98. articul. 3. Thomas de Vio Caietan. in Summa in verb. periurium. Sylvester in eodem verbo. num. 1. Pisan. §. 4. Tabien. num. 3. Antonin. Florentin. in summa. parte 2. titul. 10. cap. 7. §. 2. Dominic. de Soto. de iustit. & iure lib. 8. q. 2. articul. 3. Vignerius in titu. de virtut. Inst. cap. 5. §. 6. versic. 7.* Per iuramentum enim cum inuocauerit DEVM in testem, qui hoc facit, dat intelligere, quod DEVS, qui omnia scit, & videt, non cognoscat veritatem, vt dicit Diuus Thomas in loco allegato. Nec dubium est esse, mortale pec-
6 catum, cum sit contra † legẽ diuinam, Exodi, *c. 20.* Non assumes nomen DEI tui in vanum. Et Leuiti, *c. 12.* Non peierabis in nomine meo. Quin immo periurium est grauius homicidio, quia illud est

in

in præceptis primæ tabulæ,& immediate Deum offendit. Homicidium vero in præceptis secundæ tabulæ, quod est contra proximum. Comminatur idcirco DEVS apud Ezechielem *c.17.* propterea (inquit) hoc dicit Deus, viuo ego, quoniam
7 † iuramentum, quod spreuit,& fœdus, quod præuaricatus est, ponam in caput eius, & expandam rete meum super eum,& cõprehendetur in sagena mea, & adducam in Babylonem, & iudicabo eum ibi in præuaricatione, qua despexit me, & omnes profugi eius cum vniuerso agmine suo gladio cadent,& residui autem in omnem ventum dispergentur,& scietis, quia ego dominus loquutus sum. Ira enim Dei timetur ob periurium. Hinc Iosue *cap.9.* dici-
8 tur, ne contra nos ira Domini † concitetur, si peierauerimus.

9 Periurus est, qui soluere † promittit in quodam termino, & non soluit, vt ex Federico de Senis *in consil.300. Ioan. de Imol.& Panormit. in c.1. de iureiuran. voluit Matth. de Afflict. in decis. Neapolitan. 30. nu.5. in decis.36. nu.2. Cappel. Thol. in decis.402. incip. Item fuit quæsitum an sit periurus. An notant Doctores in l. si quis maior. C. de transaction.*

10 Primo intellige, quod si est facta † promissio soluendi in tempore,& quod deficiens cadat a tali iure, tunc cessabit pœna legis, stante pœna ab homine statuta. *Post August in. Beroum in consil. 57. nu. 5. vol.3. voluit Hieron. Magon. in decision. Florentin. 96. num.5.6.*

11 Secundo intellige, excusari † debitorem a periurio, si non soluerit in termino, impeditus ex præcepto,& mandato iudicis, siue superioris, quod nõ solueret. *argum. l. non videtur data. §. quod iussu. ff. de regul. iur. Iaf. in l. fin. ff. qui satisdar. cogant. & voluit Thomas Parpalia in l. si quis maior. nu.33. vers. sexto facit. C. de transact. Anton. Gamma in decis. Lu-*
12 *sitan.285. num.2.* Ratione communi, quia † in iuramento superioris excepta authoritas intelligitur. *c. quemadmodum. vbi Panor. de iureiur. Anton. Faber. in Codic. Fabrian. lib.4. titul.19. Definition. 2. num.9. vol.1.*

13 Amplia, etiam si mandatum, & præceptum † iudicis fuerit iniustum, vt arg. notatorum per Bartolum *in l. creditor. ff. de solut. Voluit idem Parpal. in dicta l. si quis maior. num.34. Quos sequitur Gamma in dicta decis.285. num.2.*

14 Limitatur tamen,& † subintelligitur, non procedere si inhiberet, siue præceptum factum fuisset a iudice temporali, quia hoc non obstante debitor non soluens periurus efficeretur, *argum. c. significauit. vbi Doct. de censib. & voluit Cappella Tholos. in decision.402. incip. Item fuit quæsitum, an sit periurus.*

15 Quod dictum procedit, quando iudex † temporalis id sine causa fecisset, secus autem si causa iusta, vt ibidem post Bartolum *in l. fi. ff. qui satisdat. cog. voluit Aufrer. ad dictam Cappell. Tholos. in dicta decis.402.*

16 Tertio intelligendum est idem † procedere, si debitor in tempore non solueret mẽdato, & prouisione legis, quia non curreret periurium, vt exempli causa est in creditore, qui postquam fuerat iuratum a debitore fuit excommunicatus, cui antequã absoluatur, debitor soluere non tenetur. *c. veritatis. de dol.& contum. Panor. in c. quemadmodum de iureiur.& post Angel. de Clauas. in Summa. §. iuramentum. 5. num.21.& §. excommunicatio. 8. nu.12. voluit Steph. Aufrer. in dicta Cappell. Tholosan. in decis.402.*

17 Vniuersitas defunctis particularibus, qui † iurarunt, non incurrit periurium. *Cardan Clem.1. de iureiur. quem sequitur Syluester de Prierio in Summa. §. iuramentum. num.2. Christophorus Robuster. in decis. Nouissi. Roman.102. num.8. parte.1. vol.1.*

18 Quamuis parem vim, regulariter habeat † fidei præstationem interponi, sicuti iuramenti. *Barthol. Bertazzol. in repet. l. si quis maior. nu.481. cum pluribus seq. C. de transact.& voluit Ludouic. Sacca in consil.60 nu.64. cum pluribus seq. vol.1. & diximus late supra in tit. de iuramento in Genere. versic. fidei obseruantiam. nu.29. cum sequent. hoc Tomo primo.*

19 Tamen non incidit in periurium † fidei fractor, sicut iuramenti. *arg. l.3. C. si aduersus omnem maiorem. dixer. vt voluit Rota in Antiquis in decision.138. incip. Nota quod posito.*

20 DEO,& Beatissimę Virgini obseruare † promittens contractum, vel illum non reuocare, si contraueniat, non dicitur periurus, cum iurasse non dicatur, vt in Senatu Lusitano ex grauissimorum virorum sententia iudicatum fuisset meminit *Aburnus Vallascus in consultation. siue decis.99. num.15.*

21 Positionibus quis respondere † iterum cogitur per verbum credulitatis & si in facto proprio contrarium eius, quod antea iurauerat dixerit, periurus erit. *Bald. in l.2. col. pen. ff. de iureiur. vt dicit Io. Petr. Surdus in decision. Mantuan. 17. numero 11. 12.13.*

22 Secus vero, si contrarium dixerit † in facto alieno, quia periurus non erit, *vt post Ioan. Calderin. in consil.4. titul. de confess. dicit Dominic. de Sancto Gemin. in c. cum in positionibus. de iureiurand. in 6.& in c.1. de confess. in 6. Rota in Antiquis in decis.229. incip. Nota quod vbi pars. Idem Surdus in decis. supra allegata.17. num.6.7.8. Andr. Gail. pract. obseruat. lib.1. obseruat.82. num.10. D. Ioan. Baptista Costa de facti scient.& ignorant. inspect.85. numero 21. Idem Surdus in decis. Mantuæ.58. num.15.& sic intelligo opinionem Iacob. Menoch. de arbitr. iud. quæst. lib.2. centur.4. casu.319. num.29.*

23 Beneficium ecclesiasticum periuro non † confertur. *c. cum in cũctis. §. fin. extra de elect. Abb. Panor. in c. querelam. de iureiurand.* Et de iure canonico periurus dignitate,& beneficio ecclesiastico priuatur, *Bald. in l.1. in l.2. in princ. C. de reb. cred. Cardin. Paris. in cons.137. num.23. vol.4. Francisc. Viui. in decis.120. num.34.35. ante ipsos Cardin. Bisgnetus. in decis. titul. de pactis. Rota in Antiquis in decision. 138. incip. Nota quod posito. Angel. de Clauas. in Summa in verb. Periurus. in fin. bene Stephan. Aufrer. ad Cappell. Tholos. in decision.17. incip. Item fuit quæsi-*

tum

ſum ſi aliquis. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. caſu. 319. num. 4. Franciſ. Marcus. in deciſ. Delphin. 667. num. 3. vol. 1. vide infra verſ. ſed ad illud.

24 Si actor petit centum, reus cum † iuramento negat, & tamen actor probat de quinquaginta, reus nihilominus eſt periurus, etiam ſi de vno tantum nummo actor probaſſet, vel de vno denario reus teneatur. *Cyn. Bald. & Salyc. in l. vnica. C. de litis conteſt. Bart. Ioan. de Imol. & Caſtrens. in l. 1. §. ſi ſtipulãti. ff. de verb. oblig. Cappell. Tholoſ. vbi Auſrer. in deciſ. 208. incip. Item petita.*

Qui iurauit non reuocare teſtamentum, licet eo
25 caſu habeat iuramentum † vim clauſulæ derogatoriæ, tamen non impeditur illud reuocare *Oldrad. in conſ. 127. & in conſ. 160. Panor. in conſil. 48. num. 4. vol. 2. Iaſon. in conſil. 122. num. 3. vol. 4. Cardinal. Pariſius. in conſ. 24. num. 66. vol. 2. & in conſ. 69. nu. 111. vol. 3. Marian. Socin. Nepos. in conſ. 44. num. 25. vol. 1. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 204. nu. 19.*

26 20. Licet autem † mutare poſſit teſtamentum, cum ambulatoria ſit teſtatoris voluntas vſque ad vltimum vitæ exitum, erit tamen periurus. *Ioan. Andr. in c. quod ſemel. de regul. iur. in 6. & Nicol. Boer. in di*
27 *cta deciſ. 204. num. 17.* Valet enim actus, licet † ſit periurus, *vt dicit Franciſc. Viui. in deciſ. 120. num. 8. 9. Marcell. Cardinal. Creſcen. in deciſ. 3. titul. de iureiurand. De quibus Guid. Pap. in deciſ. Gratianop. 127. in deciſion. 128. & vtrobique addentes. Ioan. Dilect. Durant. de Arte teſtandi. titul. 10. cautel. 2. num. 7.*

28 Contrarium tamen, † quod citra periurium poſſit fieri reuocatio *poſt Didac. de Couar. de teſtam. parte 2. num. 15. Anton. Gamma in deciſ. Luſitaniæ. 258. num. 3. & ſibi contrarius Ioan. Dilect. Durant. de arte teſtand. titul. 10. cautel. 1. num. 5.* Hæc opinio ſuſtentabilis eſt ſed prima tutior.

29 Pro periurio, & deieratione poteſt † ex officio quis inquiri, quando deierando commiſit dolum in aduerſarium. *arg. glo. in l. de periurio. ff. de Crimine Stellion. voluit Cappell. Tholos. in deciſ. 17. Item fuit quæſtum ſi aliquis.*

Periurium committens ſolum DEVM habet
30 † vltorem. *l. 2. C. de reb. credit. Egid. Boſſ. in titu. de Periurio. in princ. Iul. Clar. in § periurium. num. 12. de quo plene Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib. 2. centur. 4. caſu. 319. num. 13. & per totum. Guid. Pap. in deciſ. Gratianop. 178 ſub nu. 4. Cyn. in l. ſi quis maior. num. 2. vbi Cagnol. num. 27. Barthol. Bertazzol. in conſ. crimin. 201. num. 3. 4. vol. 1. Nicolaus* Boer. *in deci. Burdegal. 305. per totam. Iacob. Concenat. quæſ. iuris. lib. 1. cap. 2. num. 8. Iacob. Cuiac. Obſeruat. lib. 2. cap. 19. Franciſc. Duarenus diſputation. anniuerſar. lib. 2. cap. 37. Petrus Foller. in pract. cenſuali. §. Nicolaus epiſcopus. num. 75. cum pluribus ſeq. Paul. Grauat. Theor. 3. num. 20. Tiberius Decian. in tract. criminali. lib. 6. cap. 13. nu. 2. vbi ample. vol. 2. Matth. de Afflict. in conſtitutionibus Regni. Rubr. de periu-rijs. ante conſt. eos, qui ſcienter.*

Quamuis ſupranotati Doctores admodum labo
rent ſuper intellectu dictæ *l. 2. C. de rebus credit.*

31 † tamen dubium non eſt imminere pœnas etiam temporales coram iudicibus etiam temporalibus, coram quib. de periurio agi poteſt etiam per viam
32 † iuriſdictionis punitiuæ, vt de pœna fuſtigationis annotatur *in l. ſi duo patroni. §. fin. ff. de iureiur. & in l. ſi quis mator. C. de tranſact.* Eſt enim delictum mixti fori, in quo ad pœnam peccati punit eccleſiaſticus iudex, ex quo ad pœnam legis ciuilis, vel ſtatuti punire poteſt laicus iudex. *Ludouic. Roman. in conſ. 512. num. 11. Guido Papæ in deciſ. Gratianop. 178. in princip. Petr. Foller. in pract. cenſual. in verb. Nicolaus epiſcopus. nu. 83. cum pluribus ſeq. Petrus Belluga in Specul. Principum. rub. 12. §. quædam. ſub nu. 3. verſ. ſi vero agatur de iuramento. Vbi allegat Anton. de Butr. in c. cum ſit generale. de for.*
33 *compet.* dicentem, iudicem temporalem † poſſe punire periurium etiam de pœna a canone, vel ſynodali conſtitutione in dicta (quod ego aliter intelligerem hoc dictum, de quo nũc non me ingeram) & ad primam ſupradictam concluſionem poſſe punire iudicem temporalem, plene Nicol. Boer. *in deciſion. Burdegal. 305. per totam.* Auguſt. *in. Berous in conſ. 8. num. 2. 3. & in conſ. 207. ſub num. 6. vol. 3.* Diuiſæ enim ſunt pœnæ ſpirituales a temporalibus, iuxta illud Ciceronis de legib. *lib. 2.* dum ait, periu-
34 rij pœna † diuina exitum, humana dedecus. quo dicto vtitur Claudius Cantiuncula *in conſil. 25. num. 11. Tiberius Decian. in tract. Crimin. lib. 6. c. 12. nu. 9. vol. 2.*

Sed ad illud, quod ſupra diximus *num. 23.* periu
35 rum, † priuari beneficio notandum eſt, hoc procedere, non quod ipſo iure priuetur, ſed requiri ſententiam condemnatoriam. *Gloſſ. in c. fin. ne prælati vices ſuas. Hoſtiens. Panor. & Felyn. in c. 2. extra. de reſcript. Bernard. Diaz. in Pract. crim. canonica. cap. 86. Pet. Rebuff. in tract. de pacifi. poſſeſſorib. nu. 223. Cappell. Tholoſ. in deciſ. 17. Ioan. de Selua in tract. de benefic. 3. parte princip. q. 3.*

Iure Regni Neapolitani inter cetera periurus
36 punitur † pœna inciſionis manus per Regni conſtitutionem *incip. eos, qui ſcienter. Vbi Andr. de Iſern. & Matth. de Afflict. nu. 3. 4. Foller. in Pract. cenſual. §. Nicolaus Epiſcopus. num. 87. 88.* Sed meo tempore nunquam vidi aliquem periurum ea pœna punitum.

37 Dignitate priuari periurum, & amplius † ad illam non admitti, notatur, *in l. quoties. vbi Bartol. & alij. C. de dignitatib. lib. 12. Iaſon in d. l. ſi duo patroni. §. fin. ff. de iureiur. Ludouic. Roma. in ſingul. 510. incip. Periurus ex non obſeruatione. Tiber. Decian. in conſil. 48. num. 30. vol. 3. poſt* Bald. *in c. quædam. nu. 3. de iureiurand. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 667. uol. 1.*

38 Infamiam incurrit periurus de iure † canonico. *cap querelam. de iureiurand. c. infamis. c. quicunque. 6. q. 1. gloſs. in c. quanto. in fin. de iureiur. Lucas de Penna in dicta l. quoties. C. de Dignitatib. lib. 12.* De iure vero ciuili non ſemper, ſed in aliquibus caſibus, de quib. Accurſius, Bartolus, Lucas de Penna, & Ioannes de Platea *in dicta l. quoties. Matth. de*

Afflict.

in Conſt. Regni. Blaſphemantes. nu. 4. Franciſ. Marc. in deciſ. Delphin. 707. nu. 1. 2. vol. 1.

39 Qua ſtante infamia periurus † teſtis eſſe nequit. *c. ſi quis conuictus. 22. q. 5. Tyndarus in tract. de teſtib. parte 1. cap. 12. num. 4. 12. Steph. in tract. de teſtib. nu. 81. Nepos de Monte Alban. in tract. except. articul. 19. nu. 10. Corne. in conſil. 324. nu. 5. vol. 3. & in conſ. 152. vol. 4. Carol. Ruin. in conſ. 158. num. 4. vol. 5. Raphael Fulgos. in conſ. 107. in conſil. 173. Deci. in conſ. 189. num. 8. Iaſon. in dicta l. ſi duo patroni. §. fin. num. 2. de iureiur. Crauett. in conſ. 6. nu. 14. Ioan Cephal. in conſ. 233. nu. 9. vol. 2. Barth. Bertaz. in conſ. 451. nu. 3. vol. 2. Octauian. Cacher. in deciſ. Pedem. 72. nu. 7.*

40 Amplia primo etiam ſi fuerit † emendatus per pœnitentiam. *Gloſſ. in c. fin. in verb. periurio. de iureiurand. in 6. Fely. in c. teſtimonium. num. 17 uerſ. tertia concluſio. de teſtib. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin. 708. ſub num. 4. uol. 1.*

41 Amplia ſecundo, quod & ſi periurus ſit † in vno ex capitulis, ſiue articulis repellitur in omnibus. *Alexand. in conſil. 44. num. 7. vol. 2. in conſ. 183. nu. 3. vol. 7. Marian. Senior. in conſil. 156. num. 9. vol. 1. Bartol. Socin. in conſ. 255. num. 9. vol. 2. Philipp. Probus ad Ioan. Monac. in cap. accuſatus. num. 1. de hæretic.*

42 Amplia tertio, quod etiam ſi ſit periurus † in vna cauſa, quod nec in altera probat, eſto, quod dicat in alijs veritatem, in eodem iudicio. *c. ex parte. vbi Panor. de teſtib. Alex. in conſ. 93. col. 3. vol. 5. Iacob. Philipp. Portius in conſil. 204. nu. 10. Petr. Anton. Angu. in conſ. 3. nu. 4. lib. 1.*

43 Amplia quarto, nec † per torturam purgari periurium, vt fidem facere poſſit, quia iuramentum eſt (vt alias dictum fuit) indiuiduum, *vt inquit Franciſc. Becci. in conſil. 45. nu. 10. vol. 1. Franciſ. Burſat. in conſil. 79. nu. 11. vol. 1. Ioan. Cephal. in conſil. 234. num. 34. vol. 2. Ioan. Botta. in conſil. 2. nu. 63. vol. 1. Hyppolit. Riminald. in conſil. 113. num. 34. vol. 1. Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. lib. 2. Centur. 2. Caſu. 128. num. 16. Crauett. in conſil. 6. num. 16. Et multos allegans. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 6. c. 13. ſub nu. 15. in fin. vol. 2. Sed vide infra hoc eodem titul. nu. 61.*

44 Exceptio periurij oppoſita † impedit proceſſum ad vlteriora, & oppoſita operatur, quod periurus non audiatur, quia eſt litis finitæ, & ad vlteriora procedi non poteſt, quia eſt proceſſus annullatiua, repelliturque ab agendo. *arg. l. ſi quis maior. vbi Doctores. C. de tranſact. Specul. in titul. de actore. §. 1. verſ. Item quia eſt periurus. Ioan. Andr. in cap. debitores. de iureiur. Federic. de Senis in conſil. 301. Alexand. in conſ. 17. vol. 2. Marian. Senior. in conſil. 30. nu. 21. vol. 1. Corne. in conſil. 6. vol. 1. Bartol. Socin in conſil. 59. nu. 14. vol. 3. Cardin. Paris. in conſ. 26. nu. 5. vol. 3. in conſ. 5. num. 160. vol. 4. Bald. in conſ. 118. col. 2. vol. 4. Franc. Aretin. in cõſ. 71. col. 1. Aym. Crauett. in cõſ. 6. nu. 14. in conſ. 191. nu. 7. antea in conſ. 149. nu. 13. & in conſil. 1. pro Genero. nu. 6. Iaſon. in l. ait prætor. la ſecunda. nu. 12. ff. de iureiur. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin. 708. num. 5. vol. 1. Hyppolit. de Marſil. in conſ. 107. nu. 9. vol. 2 Roland. a Vall. in conſil. 26. nu. 28. vol. 3. Octauian. Cachera. in deciſio. Pedemontan. 142. 13. Marian. Iun. in conſil. 125. num. 2. 5. volum. 3. Iacob. Menoch. in conſ. 24. nu. 28. 29. vol. 1. quem refert, & ſequitur Achil. Pedrocca. in conſ. 35. nu. 101. vol. 1. Vendelin. Schellin. actionum, & exception. Forenſium. tit. de exception. iuriſiurãdi. c. 238 verſ. Nota primo. Io. Bapt. Aſin. iu pract. ciuil. iudic §. 13. cap. 9. num. 8. 13. Dixi ego in conſil. 11. num. 10. Centur. 1. Petr. Termineus in proceſſu iuris ſcripti. c. 27. verſ. quarta exceptio. Thom. Grãmat. in deciſ. Neap. 66. nu. 2. Marant. in Specul. Aur. parte 6. in verb. exceptio. num. 36. 37. Io. Thom. Minad. in deciſ. Neapo. 2. num. 3. Vide ſupra in titul. de except. Periurij. nu... Hoc tomo. 1.*

45 Qua exceptione oppoſita, ſi † iudex proceſſerit ad vlteriora, neceſſaria erit opponentis appellatio, alias per conſenſum tacitum tranſeundo ſine appellatione, videtur quod pars remittat oppoſitam exceptionem *Abb. Panor. in c. ex parte. num. 2. de appell. Corn. in conſil. 85. col. 3. uerſ. & ideo proceſſu. vol. 4. Carol. Ruin. in conſ. 61. num. 96. vol. 5. Sebaſtian. Vant. de Nullitatib. titul. quib. mod. ſent. null. repar. nu. 61. Aym. in conſ. 248. num. 9. in conſ. 302. num. 6. Anton. Maſſa Galles. de obligat. in forma Camer. parte 2. q. 4. num. 8. Iacob Menoch. de recup. poſſ. remed. 1. nu. 167. 168. Facit quod ſcribit Cardin. Puteus in deciſ. 202. lib. 2.*

46 Declara ſi iudex oppoſita periurij † exceptione de cauſa cognouerit, vt tunc demum appellatio ſit neceſſaria. *Ludouic. Roman. in conſ. 220. num. 8. poſt Bart. in l. a procedente. C. de dilat. & voluit Iacobus Menoch. in conſ. 24. num. 24. vol. 1.*

47 Subintellige quod ſi iudex † procederet ad vlteriora videtur exceptionem propoſitam reieciſſe, *ex Rota in antiq. in deci. 13. tit. de except. Corn. in dicto conſil. 85. col. 3. vol. 4. Riminald. Iun. in conſ. 48. nu. 18. in conſ. 105. nu. 8. vol. 1. Menoch. in dicto conſ. 24. nu. 9. vol. 1.*

48 Subdeclara, quod tunc iudex † reiecisſe videtur exceptionem oppoſitam quando aliquo temporis, & actorum interuallo proceſserit, ſecus autem ſi ſtatim, & in continenti procederet, quia tunc quaſi nõ cognouerit cauſam, & reiecta non videtur *vt voluit Philippus Francus. in dicto c. ex parte. nu. 11. Hieronym. Grat. in conſil. 37. num. 15. vol. 1. And. Barbat. in conſ. 45. nu. 18. vol. 2. Fely. in c. Suborta. ſub nu. 4. de ſentent. & re iudic. Menoc. in dicto Remed. 1. nu. 171.*

49 Sed notandum eſt quod exceptio † periurij nunquam impediet proceſsum, ſi non opponatur a parte, *vt voluit Cardin. Pariſi. in conſ. 45. num. 9. 10. 57. vol. 1. quem refert, & ſequitur Tiber. Decian. in tract. Criminal. lib. 6. c. 12. num 22. parte 2. arg. l. nam & poſtea. in princip. ff. de iureiur.*

50 Sed declara, intelligi debere, † quod iudex non cogitur, niſi parte inſtante, ſed quando iudex vellet a iudicio periurum repellere facere poſſet, & ita intelligantur dicta Cornei *in conſ. 215. nu. 5. vol. 3. & Ioan. Neuizan. in conſ. 21. nu. 1.*

51 Peierans † in causa criminali, in qua de suo interesse ageretur, & si examinatus fuisset tanquam testis, non punitur, & isto casu solum DEVM vindicem, & vltorem habet. *Alexand. ad Bartol. in l. 1. de bonis eor. qui sibi mort. consciuer. Paris de Puteo. de Syndicat. in verbo. Tortura cap. de indicijs indubitatis. nu. 9. Ioan. de Amicis in consil. 109. nu. 27. quos sequitur, & retulit Bartol. Bertazzol. in consil. criminal. 124. nu. 1. 2. vol. 1. Emanuel Suarez in Thesaur. receptar. sentent. §. periurium. num. 96. Octauian. Cacher. in decis. Pedem. 65. nu. 1.*

52 Intelligunt tamen † suprascriptam conclusionẽ habere locũ in pœna ordinaria, secus tamen in pœna extraordinaria, qua puniri debet. *Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 305. nu. 4. Petr. Foller. in practica cẽ suali. §. Nicolaus episcopus. nu. 87. Cacheran in dicta decis. 65. num. 10. Prosper. Carauita in Ritu Magnæ Curiæ. 79. num. 7. 8. Videndus est Claud. Bertazzol. ad dictum Bartholom. patrem in dicto consil. 124. volum. 1.*

53 Simili modo, quando tractatur de † periurio ex iuramento litis decisorio quod datur in iudicio a parte parti, tunc nulla pœna inde illi, qui iurauit infligitur, sed solum DEVM vltorem habet, *vt post AEgid. Bossium in pract. criminal. titul. de Periurio. in princip. & Iulium Clarum. in §. periurium. Voluit Ioan. Francisc. Terzanus Cremona inter Criminalia Bertazzol. consil. 201. num. 4. 5. 6. vol. 1. de quo est text. in l. 1. C. de reb. credit.* Vbi Imperator inquit causa iureiurando ex consensu vtriusque partis vel
54 aduersario inferente, † delato, & præstito, vel remisso decisa, nec periurij prætextu retractari potest. *Facit tex. in l. aduersus. ff. de except.* Vbi ex Paulo de Castro habetur, quod replicatio de periurio non admittitur contra exceptionem iurisiurandi. Simile *in l. quod si deferente. cum l. seq. vbi Accurs. ff. de dolo malo.* Vbi Vlpianus secundum sententiam Pomponij, & Marcelli, religioni iuramenti stari debere dicit.

55 Ratio prædictorum est, quia † post litem iureiurando decisam, amplius quæri de illius veritate nõ potest, & nulla via, nulloque alio modo detegere periurium, quia dato iureiurando, non aliud quæritur, quam an iuratum sit, remissa quæstione, an deberatur, quasi satis probatum sit iureiurando. *l. Non erit. §. dato. ff. de iureiur.* Ita vt non solum ad instantiam partis, sed nec ad fisci petitionem de periurio amplius quæratur. *Angel de Aretio. in §. Itẽ si quis, il 2. sub nu. 6. inst. de action. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 305. Paul. Granut. in Theoremat. 3. nume. 18. Matth. Mathesil. in notab. 20. incip. Nota bonam practicam.*

56 Periurus non est iurans pro vero, † quod falsum est, cum credidisset verum esse. *c. Beatus apostolus. 22. q. 2. c. quanto. de iureiur. Bald. in l. de tutela. col. 2. C. de in integ. restit. Aym. Crauett. in consil. 65. nu. 9. vol. 1. Petrus de Auchar. in consil. 24. incip. visa in quisitione. num. 7. Foller. in pract. crim. in verb. Item quod commisit falsitatem. in fin. Felin. in consil. 48. nu. 24. AEgid. Boss. in tit. de fals. nu. 137. Francisc. Bec ci. in consil. 78. nu. 3. 9.*

57 Qui deponit id, quod ignorat, periurus est. † *l. Iulianus. ff. de actionib. empti. gloss. & Doctor. in l. 2. ff. quod quisque Iur. Lauren. Calcan. in consil. 25. col. 3. Corn. in cons. 105. nu. 9. vol. 3. in cons. 157. col. 2. vol. 4. Barth. Socin. in cons. 56. col. 3. vol. 4. Aym. Crauett. in cons. 99. vol. 1.*

58 Dolum requirit † periurium. *l. qui iurasse. ff. de iureiur. Bald. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. proconsul. Alexand. in cons. 82. col pen. vol. 1. Matth. de Afflict. in Const. Eos qui scienter. num... Hieronym. Grat. in cõs. 50. nu. 76. vol. 1. Bart. Veron. in consil. ciuil. 18. num. 4. Riminald. Senior in cons. 419. num. 7. vol. 3. Marc. Anton. Natta in cons. 598. nu. 14. vol. 3. Augustin. Berous in consil. 151. nu. 11. in cons. 158. nu. 8. vol. 1. Io. Francisc. Purpurat. in cons. 377. nu. 22. vol. 1.*

59 Ideo quælibet iusta, & rationabilis causa † excusat a dolo, & a periurio, vt in specie dicit Iason, *in dict. l. qui iurasse. num. 5. ff. de iureiur. Matth. de Afflict. in dicta Const. Eos, qui scienter. nu. 16. 18. And. Barbat. in cons. 12. num. 3. vol. 2. Augustin. Berous in cons. 88. nu. 33. 36. in cons. 155. nu. 5. vol. 1. Corn. in cons. 328. nu. 3. vol. 1. Riminal. Senior. in cõs. 392. nu. 26. vol. 2. Iacob. Mandell. in consil. 52. quos refert, & sequitur Tiberius Decian. in tract. Criminal. li. 6. cap. 11. sub nu. 15. vol. 2. Alexander. in consil. 92. nu. 13. vol. 1. post Ioan. Bolognett. meum Præceptorem Cæsar Barzi. in decis. Bonon. 62. num. 77. Octauian. Cacheran. in decis. Pedemo. 92. num. 20. Hieronym. Magon in decis. Florentin. 96. num. 5. Nicol. Vigell. in Methodo Iuris Canonici. lib. 2. titul. de iureiur. c. 16. Regul. 9. col. 2. vers. nisi id quod iurauerit Thob. Non. in consil. 70. nu. 7.*

Licet quis repellatur agere ex vno instrumento,
60 † periurij exceptione, non tamen prohibetur agere ex alio instrumento *vt post Ludouic. Roma. in singul. 499. voluit Francisc. Cantucius in decis. Nouissi. Rom. 97. nu. 10. par. 2. li. 2. Sed Roma. ad dicit in sing. 493. incip. Tusai. vbi plura allegat Apostillator.*

Quo vero ad testimonium testis periuri, ad ea, quæ supra tetigimus hoc eodem titulo, *nu. 39.* cum pluribus sequentibus, dicendum est, quod quan-
61 quam testis periurus † repellatur, & non admittatur. *cap. testimonium. de testib. cap. quicunque. 6. q. 1.* Tamen si in causa hæresis manifestis indicijs appa-
62 reat velle suum † testimonium corrigere, non leuitate, odio, vel pretio, sed zelo catholicæ fidei, nõ obstante periurio admittitur. *c. Accusatus. §. licet vero de hæretic. in 6. Didac. Couar. Variar. resolut. lib. 2. c. 13. nu. 9. Felin. in c. cũ in tua. num. sub nu. 5. de testib. Iaco. Siman. Catholicar. instit. c. 64. nu. 56. Iacob. Menoch. de arbit. iudic. quæst. lib. 2. Cent. 2. casu. 108. nu. 13. Io. Roias. in sing. 194. vers. sed speciale est & in singul. 195. Franci. Pegna ad Nicol. Eymericum in director inquisit. parte 3. commentar. 114. Zanchin. de Hæreticis c. 13. sub nu. 3.*

Sed puniri posse periurum etiam deponentem
63 † in crimine hæresis per inquisitorem voluit *Vgolin. Zanchin, de hæretic. capit. 14. numero 5. in fin. &*

tor-

torqueri poſſe dicit Simanca in Praxi hæreſeos, *titul.52.de tomentis.nu.*18. Has autem opiniones dicerem procedere quando prius depoſuiſſent cõtra hæreticum, & in ſecunda depoſitione dicerent in illorum fauorem *arg.dicti cap.accuſatus.§. licet vero.* Sed dicetur DEO AVSPICE in titulo de Hęreticis.

ARGVMENTVM.

Quoniam in concordia paruę res incrementa ſuſcipiunt, in diſcordia vero etiam maximæ diſperguntur, ideo compromiſſa, arbitria, & arbitramenta ad pacem, & tranquillitatẽ conſeruandã, odia exterminanda, iudiciorum moras, ſtrepitus, & ſumptus fugiendos, varia denique incõmoda declinãda, a Legum latoribus inuenta, & comprobata fuerunt. Arbitri igitur poſſunt eſſe omnes, qui de iure nõ prohibentur, vt ſunt mulier, pupillus, furioſus, mutus, ſurdus, cæcus, & ceteri defectu ſimili notati, Monachi ſine authoritate ſuorum ſuperiorum, excommunicatus, Epiſcopus niſi in cauſa ſuæ eccleſiæ, ſucceſſor dignitatis, iudex ordinarius & incerta perſona, quibus exceptio, quod ſint ſuſpecti, ſemper opponitur. Rite autẽ compromittunt femina, pupillus, minor filiusfamilias, adultus, excommunicatus, cedens bonis, bannitus, mater, auia, vir, vxor tranſuerſales, ſpurij, filij legitimi, amici, ſocer, gener, priuignus, nouerca, ſpõſus, ſponſa, adoptiuus, ſpurius legitimatus, emãcipatus, pater cũ filio, carceratus Monachus, Epiſcopus, Clericus, Prælatus, Rector, Vniuerſitas, procurator ſpeciale mandatum, & cum libera habens nec non ceſſionarius. Sed ſocius alicuius mercatoris ab hoc actu eſt excluſus ne in alterius prędiciũ vergat, quod ab alio actum fuit. Compromittitur de omnibus cauſis tã ſæcularibus, quã eccleſiaſticis, ſeruata tamen cuiuslibet fori præeminẽtia, & retenta actionis proprietate, ita vt eccleſiaſtica cauſa in ſęcularem iudicem compromitti nequeat, nec vice verſa. Similiter cauſa ciuilis, & criminalis quæ ciuiliter inſtituta eſſe debet. De feudali mirifice controuertitur, & qui affirmant requirunt conſenſum Domini, vt etiam in cauſa emphyteuſeos. Exemptę ſunt a compromiſſo cauſæ alimentorum, mutuæ petitionis, reconuentionis, ſpolij, & omnes aliæ in quibus nulla ambiguitas vel obſcuritas apparet, aut res iudicata intercedit. Forma compromiſſi in ſcriptura cõſiſtit, partim quod cum arbitria ad inſtar iudiciorum ſint redacta, in illis acta in ſcriptis conficiantur & exhibeantur, idem in compromiſſis obſeruari debeat, partim vero quod de illis minime conſtare poſſet, niſi per ſcripturæ tenorem probarentur. Quamobrẽ qui arbitriũ pecunia compromiſſa in ſe recepe-rit, ſententiam dicere cogetur, & renuens arbitrio parere, qua de re recte cõpromiſſum erit, pecuniam compromiſſam ſoluere iubebitur.

SVMMARIVM.

1 *Author ſcripſit de Cõpromiſſis, Arbitris, & Arbitratoribus.*
2 *Arbitrij diffinitiones plures remiſſiue.*
3 *Rubrica de receptis arbitris correcta ex Ioanne Coraſio.*
4 *Laudum quid ſit.*
5 *Compromiſſum eſt tranſactio quędam.*
6 *Compromiſſum quid ſit.*
7 *Statuta cogentia ad cõpromiſſum facta ſunt ad auertenda odia, & pacem conſeruandam, & ad euitandum iudiciorum ſtrepitum. num.*8.
9 *Arbitrorum poteſtas ex compromiſſo pendet.*
10 *Statutum cogens ad compromiſſum, an cogat feminas. num.*11.12.13.14.
15 *Pupillus, an poſſit compromiſſum facere. numero* 16. 17.18.
18 *Minores, an ſtante ſtatuto compromittant. num.*19.
20 *Filiusfamilias, an compromittat. num.*21.
22 *Adultus, excommunicatus, qui ceſſit bonis, bannitus mater, auia, vir, vxor, tranſuerſales, ſpurij, filij legitimi ſpurii, amici, ſocer, gener, Priuignus, Nouerca, ſponſus ſponſa, Adoptiuus, Spurius legitimatus, emancipatus, Pater cum filio, carceratus, Monachus, Epiſcopus, Clericus Prælatus, Rector, vniuerſitas, & alii remiſſiue.*
23 *Ceſſionarius an compromittat. num.*24.25.
26 *Author laudatus, ſi eſt conſanguineus, an faciat compromiſſum?*
27 *Procurator cum ſpeciali mandato, vel cum libera an compromittat. nu.*28.
29 *Socius vnus ex mercatoribus, an ſolus compromittat. num.*30.

31 *Compromissum, an requirat scripturam. num.* 32. 33.34.35.

34 *Compromissa ad instar iudiciorum sunt redacta.*

36 *Cogi quis an possit ad compromittendum non existente statuto. num.* 37.

38 *Compromissum ex statuto fauorabile est.*

39 *Compromissum vigore statuti dicitur necessarium.*

40 *Arbitri creati statuto cogente dicuntur arbitri iuris.*

41 *Arbitrorum potestas, an superet potestatem iudicũ? num* 42.

43 *Clausula compromissi, quod arbitri possint vni detrahere, & alteri adiicere, & e contra.*

44 *Senecæ authoritas ab authore, & ab alio etiam visa.*

45 *Annei Roberti laudes.*

46 *Arbitri electi ex forma statuti, an cogi possint onus suscipere. nu.* 47.48.

49 *Compromissum si ex statuto fieri debet inter consanguineos, an si negetur consanguinitas sit probanda.*

50 *Vniuersitates, siue communitates, an cogantur ad cõpromittendum. num.* 51.53.54.55.

52 *Opus authoris de compromissis impressum anno Domini.* 1574.

54 *Alienare prohibitus, an possit compromittere. nu.* 55.

55 *Compromittere est alienare.*

56 *In alienatione rerũ vniuersitatis an exigatur decretum.*

57 *In congregatione vniuersitatis exigitur licentia iudicis. nu.* 58.

59 *Actus præsumitur præcipitatus ex breuitate temporis.*

60 *Quod est alienabile, an sit compromissibile.*

61 *Mixtæ causæ, quæ dicantur. nu.* 62.

62 *Intellectus Const. Regni Neapolitani. incip. varietates pœnarum.*

63 *Spiritualis causa, an in laicum arbitrum compromittatur. num.* 64.65.66.67.68.69.70.71.72.

73 *Matrimonialis causa, an in laicum compromitti possit. num.* 74.

74 *Matrimoniales causæ episcoporum iudicio relictæ a Concilio Tridentino.*

75 *Vsurarum causæ, an in laicum compromitti possit. num.* 76.77.78.79.80.81.82.

83 *Reconuentionis causa, an compromittatur. numer.* 84.85.

86 *Restitutionis in integrum causa, an compromitti possit. num.* 87.88.89.

60 *Iuris patronatus causa, an compromitti possit in laicum. nu.* 91.92.93.94.95.96.97.98.99.

100 *Criminalis causa, an compromitti possit. nu.* 101. 102.103.

104 *Spolij causa, an compromitti possit. num.* 105.

106 *Quæstio iuris clara, quæ non habet ambiguitatem, an compromitti valeat. num.* 107.

108 *Statuto si causæ cõpromitti debent, an si allegetur quod causa non sit compromissibilis, iste punctus cõpromittatur.*

109 *Feudalis causa an compromitti possit. nu.* 110.111. 112.113.114.115.116.117.118.119.120.121.122. 123.

113 *Conradus Primus, Conradus Secundus Fedricus Secundus Imperatores, quando fuerint. nu.* 114.

124 *Vitæ, & militiæ causa, an compromitti possit. num.* 125.126.127.128.

129 *Emphyteosis causa, an compromittatur.*

131 *Sententia transacta in rem iudicatam an compromittatur. numero* 132.133.134.135.136.137. 138.

139 *Causa, vbi sunt instrumenta liquida, an compromittatur num.* 140.141.142.143.

144 *Testamenti instrumentum an dicatur liquidum. num.* 145.146.

147 *Alimẽtorum causa, an sit compromissibilis. nu.* 148. 149.150.151.

152 *Decimarum causa an compromitti possit in laicum num.* 153.154.155.

156 *Schismatis Papatus causa, an compromitti in laicos possit. nu.* 157.158.

159 *Arbiter an procedat de iure, & de facto in proceden do, & sententiando. nu.* 160.161.

162 *Arbitrator quis sit, & quomodo procedat. numero* 163.

Ex compromissi verbis potestas arbitri, vel arbitratoris cognoscitur.

164 *Statuto existente quodinter affines causa compromittatur, an habeat locum, si per mortem affinitas sit dissoluta.*

165 *Mulier, siue femina, an arbitrix esse possit. num.* 166.167.168.169.170.171.

169 *Hilaria de Lauria Illustris femina filia Rogerij Regni Siciliæ Magni Admirati fuit Arbitra inter Ciuitates, & oppida Fasanellæ, Corleti, & Sancti Angeli.*

170 *Margarita Ducissa Sabaudiæ, & Ludouica Ducissa Angolismensis Pacis Camerancensis authrices, quæ conciliarunt animos Caroli Quinti Imperatoris, & Francisci Primi Regis Galliæ.*

172 *Furiosi, Pupilli, Surdi, muti, in fames valetudinarij & inimici, an sint arbitri, remissiue.*

173 *Iudex ordinarius, an sit arbiter. numero* 174. 175.176.177.178.179.180.181.182 183.184. 185.186.187.

188 *Compromissum si fiat in Consiliarios Regios, an illorum laudum, siue sententia exequatur, vti sententia Sacri Consilii. num.* 189.190.

191 *Compromissum, an fiat in vnum ex litigantibus.*

192 *AEtas Arbitri de iure Canonico, & ciuili, quæ, nu.* 192.194.195.

196 *Monachi, an arbitri esse possint, & quæ concurrere debeant. num.* 197.198.

199 *Excommunicatus, an sit arbiter. numero.* 200. 201.

202 *Episcopus, & prælatus, an sint arbitri numero* 203.

204 *In persona incerta, an fiat compromissum.*

205 *Compromissum factum in aliquam dignitatem, an transeat in successorem.*

206 *Iuramentum, an in compromiſſo apponi debeat nu.* 207.208.209.392.

210 *Compromiſsum ſi ſit nullum an omnia inde ſequuta valeant.*

211 *Morte vnius ex arbitris, vel vnius ex compromittentibus an ſoluatur compromiſsum. num.* 212. 213.214.

215 *Si appareat ſententia ab arbitro prolata non apparente compromiſſo, an procedatur.*

216 *Si abſque præfixione diei fiat compromiſsum, quanto tempore duret inſtantia. num.* 217.218.219. 221.240.

220 *In Regno Neapolitano præfixus eſt terminus, in quo arbitri debent cauſam expedire, ſed partes ad eorum libitum ponunt terminum proferendi ſententiam. nu.* 221.

222 *Petito compromiſſo, an duret iuriſdictio iudicis.*

223 *Arbitri acceptato compromiſſo recuſare non poterunt.*

224 *Iudex ſuperior cogit arbitros ad procedendum, & pronuntiandum.*

225 *Excuſſionis exceptio, an coram arbitro opponatur. nu.* 226.227.228.

229 *Ad compromittendum iudex ex officio an partes cogat. nu.* 230.231.

232 *Pro laudo an præſumatur.*

233 *Sententia prolata eodem compromiſſi die, an valeat nu.* 234.235.

236 *Sententia, ſiue laudum arbitrorum ſi condemnat ultra contenta in compromiſſo, an valeant. nu.* 237. 238.239.

241 *Error arbitri, quando a partibus corrigatur.*

242 *Compromiſsum in qua litis parte fiat. nume.* 243. 244.245.

246 *Compromiſsum nouum quando dicatur. numero.* 247.

248 *Stante compromittendi ſtatuto, quoties cauſa poſſit compromitti. numero.* 249. 250. 251. 252.

253 *Appellari a ſententia, & laudo arbitri, an poſſit. nume.* 254.255.256.257.258. 259.260. 261. 262. 263.264.265.266.267.268.269.270.271.272. 273.274.275.276.277.278.279.280.281.282. 283.284.285.286.287.

288 *Reductio ad arbitrium boni viri ſpecies appellationis eſt, licet appellatio non ſit. nu.* 289.

290 *Compromittentes duo promiſerunt ſub pœna ſtare arbitramento, quo ad fauorem vnius prolato, alter appellauit, accuſatur pœna, ante condemnationem pars pœnituit, an debeatur? deberi decreuit, ampliſſimus ordo Senatus Pariſienſis.*

291 *Pœna in compromiſſo adiecta quãdo debeatur. nu.* 292.293.

294 *Pœna adiecta compromiſſo, parti ne an fiſco debeatur. nu.* 295.296.

297 *Reductionis ad arbitrium boni viri iudex erit. nu.* 298.299.300.301.

302 *Reductionis quis erit iudex, ſi vnus arbitrorũ clericus, laicus alter fuit.* 303.304.

305 *A laudo homologato a partibus, an appelletur, vel exequatur.*

306 *Homologatio quid ſit. num.* 307.

308 *Homologatum laudum valet ſaltem in vim pacti. nu.* 309.

310 *Homologatum reputatur laudum poſt triginta annos.*

311 *Læſio, vt poſſit a laudo peti reductio quanta eſſe debet. nu.* 312.313.

314 *Læſio per illum probatur, qui in illa ſe fundat.*

315 *Læſus in arbitramento, an agat remedio. l.* 2. C. *de Reſcind. Vendit.*

316 *Laudum nullum non exequitur. nume.* 317. 318. 323.

319 *Laudum, an poſſit in parte exequi, & in parte non.*

320 *Reductionem petipoſſe a procuratore cum ſpeciali mandato an verum ſit.*

321 *Ratificatio reductionis ad arbitriũ boni viri extra tempora, an retrotrahatur. nu.* 322.

324 *Elapſo termino a compromittentibus dato intra quem ſententiam proferre poſſint, an procedant. numero.* 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340.

341 *Compromiſsum factum in duos, vt in caſu diſcordiæ aſsumerent tertium, an valeat. nu.* 342.343.344. 345.346.347.348.349.350.351.352.353.354. 355.356.357.

358 *Quomodo eligatur tertius arbiter in Regno* Neapolitano.

359 *Citatio partis in proferendo laudo neceſsaria, an ſit. num.* 360.361.362.363.364.365.

366 *Procurator habens mandatum ad compromittendum, an poſsit pluries compromittere.*

367 *Fatalia an currant durante compromiſso, illoque pendente. nu.* 368.369.370.371.

372 *Prolationis laudi tempus attenditur, non autem ſubſcriptionis. Declara. nu.* 373.374.

375 *Locus arbitrii, ſiue laudi proferendi ſi poſitus eſt in compromiſso, ille attenditur, ſin autem non, quid faciendum. num.* 376.377.378.379. 380.

381 *Sententia arbitri, cui erat poteſtas iudicandi, de iure tantum ſi fuerit prolata contra ius, an ſit valida nu.* 382.383.

384 *Venalis ſententia arbitri an ſit valida.*

385 *Laudum auferens liberam teſtandi facultatem, an validum ſit.*

386 *Hæres, qui poſt aditam hæreditatem cum beneficio inuentarij, fecit compromiſſum, condemnatus, beneficio inuentarij non gaudet.*

387 *Præſcriptio an interrumpatur per citationem arbitri, vel arbitratoris.*

388 *Sententia arbitri, an præſcriptionem interrumpat.*

389 *Citare, an poſſit arbiter. nu.* 390.

390 *Citare per edictum an poſſit arbiter.*

391 *Actio ex compromisso ex quibus detur.*
392 *Sine iuramẽto nullum sit compromissum in Regno Neapolitano.*
393 *Deducta cẽsentur in compromisso, quatenus laudũ subsequatur.*
394 *Arbitri, an suspecti allegari possint. num.* 395. 396. 397. 398. 400.
401 *In diuisionibus bonorum, & similibus in Gallia arbitri eliguntur ex ordinatione Regia.*
402 *Acta facta coram arbitris, an coram iudice fidem faciant. num.* 403. 404.
405 *Clerici statuto cogente ad compromissum uti possunt.*
406 *Expensarum, ac fructuum condemnationem, an faciant arbitri. num.* 407.
408 *Arbitri fieri non possunt, qui sunt Magistratus Regii in Regno Neapolitano.*
409 *Intellectus Prag. incip. Nihil magis. § item statuimus quod nullus official. titul. de offic. iudicum Philippi Secundi Regis.*

TITVLVS LXIII.

De Compromissis, Arbitris, Arbitratoribus, & Laudo.

DVm adolescens eram de Compromissis, Arbitris, & Arbitratorib. exponẽs duas Regni huius Neapolitani † Pragmaticas, competentes tunc pro ætate com-
1 mentarios edidi. Nunc quo ad hos tstulos, quando se occasio exhibuerit, aliquos locos illius operis breuiter referam, vt qui commentarios illos non habeant, saltem quid ibi dixerim, cognoscant.

2 Arbitrij plures diffinitiones, † seu mauis descriptiones ex Goffredo de Trano, peculatore, Azone, Hostiense, & Lanfranco tradidit in dicto tracta tu de Compromissis §. 3. *gloss. 1. nu. 9. vsque ad nu.* 21. & ibi sequitur post modum, quis sit arbiter, quis etiam arbitrator. Sed hoc melius tradidit *Ioan. Coras. Miscellan. lib. 4. cap. 18. & lib. 5. cap. 11.* qui re-
3 cte corrigit, Rubricam † stare debere de receptis arbitrijs.

4 Laudi vero descriptionem † ex Lanfranco ibidem scripsi. §. 5. *gloss. 1. num.* 14. 15. sed potius hanc vocem latinam non esse, sed prolationẽ ab arbitris factam sententiam, vel arbitrium dici debere optime dicit Corasius *in dicto cap. 18. nu. 8.* vel arbitramentum, vt ego arbitror.

Compromissum esse transactionem quandam
5 † habetur *in Authent. vt differ. iudic. in princ. Authent. si vero contigerit. C. de iudic. Innoc. in c. Quintauallis. extra de iureiur. Bart. in l. si socientem. §. arbitrorum. ff pro socio. Dixi de compromis. §. 1. gloss. 3. num. 268. §. 2. gloss. 1. num. 64. 223. 333. Nunc addo Ludouic. Gozadin. in cons. 98. sub nu. 19. Angel. Gambilio. in cons. 87. num. 32. vol. 1. Thob. Noni. in consil. 68. num. 6. Hieron. Magon. in decis. Florenti. 85. nu. 5. Costa de Facti scient. & ignoran. inspect. 30. nu. 4. Carol. Ruinum. in cons. 131. num. 4. vol. 5. Riminald. Senior. in cons. 169. num. 11. vol. 1. Augustin. Bero. in consil. 147. num. 1. vol. 2. in consil. 26. num. 2. vol. 3. Iacob. Menoch. in cons. 381. vol. 4. Felin. in cons. 51. num. 6. Borgnin. Caualcan. in decis. Fiuizan. 45. nu. 23. parte 1. And. Gail. practicar. observat. lib. 1. observat. 141. num. 4. Barzi. in decis. Bonon. 63. num. 15. Marc. Anton. Natt. in consil. 543. sub num. 34. vol. 3. Capra in consil. 165. num. 20. Morot. in consil. 88. num. 8.*

Cõpromissum est simultanea illa promissio par-
6 tium, quia earum † sponte, eorum controuersiam in alicuius boni viri arbitrium remittunt. *Ioan. Coras. Miscell. lib. 4. cap. 18. num. 4.*

7 Tam ex iuris communis, quam iurium † Regni dispositione, ac statutorũ vbique locorum existentium, quæ cogunt coniunctos, & consanguineos ad compromittendas causas statuta facta sunt ad auertenda odia, & pacem conseruandam, litesque euitandas, & ideo fauorabilia sunt. *Marian. Senior. in cons. 4. circa finem. vol. 1. Ioan. de Arnon. in soliloq. 76. incip. inter coniunctos. scripsi in dicto tract. §. 1. gl. 1. nu. 18. cum pluribus seq. Alderanus Mascardus de Statutor. interpret. conclus. 4. num. 142.*

Hæc statuta, quæ disponunt coniunctos ad com
8 promittendam † optima sunt, ob euitandum iudiciorum strepitum, odia, & rixas, & euitandos sumptus, & expensas. *Bal. in 1. const. Cod. §. quib. in l. quibus. in l. qui se patris. num. 16. C. vnd. liber. Iacobin. de Sanct. Georg. in l. 1. num. 7. ff. de transact. Matth. de Afflict. in decis. Neapolitan. 46. Petr. Duen. in reg. 36. in princ. Ioseph. Ludouic. in decis. Perusin. 47. num. 1. Anneus Robert. Rer. iudicat. lib. 3. cap. 8. Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib. 2. titul. 35. Defin. 7. nu. 4. in alleg. parte 1. Chartar. in decision. Genuæ. 25. nume. 9.*

9 Arbitrorum † potestas ex compromisso pendet. *l. nõ distinguemus. §. de officio. l. si cum dies. §. plenum. ff. de arbitr. Corn. 168. vol. 1. in cons. 293. vol. 3. Octauian. Cacheran. in decis. Pedemont. 39. num. 5. Mar. Ian. in cons. 63. num. 6. vol. 1.*

10 Statuto existente, quod cogit † ad compromittendum coniunctos, cogitur etiam mulier compromittere, quæ in statuto comprehenditur, *vt post Alexand. in consil. 125. viso processu. num. 9. vol. 7. Lanfranc. de Orian in tract. de Arbitris. part. 4. q. 3. tenuit in loco allegato. §. 1. gloss. 3. num. 14. Andr. Tiraquell. de retract. at. consang. §. 1. gloss. 9. num.* 198.

11 Intellige in casu, quo ex forma † statutorum mulier non possit contrahere absque aliquorum cõsanguineorum, & coniunctorum consensu, in faciendo compromisso, posset mulier sine tali consensu compromittere, *vt voluerunt Marc. Ant. Blanc. de compromiss. q. . nu. 37. Bernardin. Pandus de exeq. instr. par. 2. Declarat. 18. nu. 87. Carault. in Prag. filiorum familias. §. 11. num. 39. Ioan. Paul. Tholom. in decis. Nouiss. Roman. 867. nu. 5. lib. 3. vol. 3.*

12 Con-

12 Contraria ſententia firmatur † a Paulo de Caſtro *in conſ.465.col.1.vol.1.* vbi dicit, filium ex ſtatuto prohibitum, ne contrahat ſine conſenſu patris quod ſine illo compromittere nequeat . Quam opinionem tenui vbi ſupra §.1.*gloſſ.3.nu.16.cum pluribus ſeq.ſequutus opinionem Andreæ Tiraquell. de legib.connub.Gloſ.5.num.202.* quo in loco allegat eam ſimiliter tenentem *Lanfranc. de Orian. de arbitris.parte 5.q.5. Ioan.Stephan.Lamberteng. de contract.mut.gloſ.in alienationibus.num.372.*

13 Sub limita hanc vltimam opinionem † eo caſu, poſſe mulierem cum iuramẽto compromittere abſque conſanguineorum conſenſu, & ita contra opinionem Bartoli *in Authent. Sacramenta Puberum. nu.15.C.ſi aduerſ.vend.poſt Anton.de Alexand.\Curtium.Corn.Iaſonem,& Aretin.in dicta Authent. & alios quam plures tenui in dicto* §.1.*gloſ.3.num.23. vſque ad nu.39. Ioan.Baptiſta Villalob.in commun. opin.§.Statutum.nu.99.Lamberteng.de contract.mulier.in fin.q.2.num.9.vbi plures allegat.* quod eo faci

14 lius procedit in compromiſſo † neceſſario vigore ſtatuti, vt in hoc Regno, quia fieri poteſt abſque ſolennitate ſtatuti, *vt ex pluribus optime concludit.Io. Paul.Tholom.in deciſ.Nouiſsim.Roman.867.nu.5. lib.3.vol.3.*

15 Pupillus ex iuris diſpoſitione † poteſt compromiſsũ facere, vt a contrario ſenſu patet *ex tex.l.ſi pupillus 40.ff.de recept.arbit.* Non tamen cogitur arbiter ferre ſententiam, niſi fideiuſsor intercedat. *Ita intelligi debere textum voluit Marianus Senior in conſ.27.col.fin.verſ.Nec obſtant verba illa vol.1. vt dixi de compromiſs.*§.1.*gloſ.3.num.45.cum pluribus ſeq.Petr.Gregori.Syntagm.iuris.uniuerſ.lib.47. cap. 39.ſub num.13.* quia autem arbiter eo caſu, non cogitur ſententiam dicere ſequitur compromiſſum eſſe vanũ, ac non operari effectum ſuum, vt ex eo ſentẽtia, ſiue laudum naſcatur. *Menoch.de Arbitr.iudic. quæſt.lib.2.Centur.2.Caſu.171.num.43.*

16 Statuto tamen cogente † compromittere tenetur pupillus, & minor. *Ioan.Petr.Surdus in deciſion. Mant.49.ſub num.3.*

17 Ideo cum tutoris authoritate † recte compromittit, *vt per dictam l.ſi pupillus. a contrario ſenſu apparet.& poſt Hoſtiens.in ſumma.tit.de arbitr.*§ *de quare.& Alexand.in l.ſi plures.num.4.ff.de pact. & Maſuer.in pract.titul. de arbitr.num.12.dixi vbi ſupra. num.48.Menoch.in dicto caſu.171.num.43. Iafred. Lanfranc.Balbus.in deciſ.308.*

18 Ampliandum eſt, vt ſtatuto † exiſtente, etiam minores compromittere teneantur. *arg.l.ſine hærede.* §.*Lucius.ff. de adminiſtr. tutor.Voluit.Bartol.in l. ſed & hic.in fin.ff.de reb.eor.c.conſtitutus.de reſtit.in integ.Bald.in conſ.133.vol.3.Alexand.in conſil.49. col.antep.verſ.& conſtat.vol.1. Robert. Marant. in Specul.Aure.parte 2.actu.2.num.9.Menoch.in dicto caſu.171.num.44.idem Menoch.in conſil.100. num. 133.vol.1.Roland.a Vall.in conſ.57.num.33. vol.2. Achill. Pedrocc.in conſ.14.num.25.vol.1.Petr. Benintend.in deciſ.Ronon.21.Ioſeph.Ludouic.in deciſio. Perus.2.nu.6.Ioan. Vincent.de Anna in ſingul.115. Surd.in deciſ.Mantu.49.ſub num.3.*

Intelligendum eſt tamen, quod in compromiſſo

19 † minoris tutoris authoritas & iudicis decretum interuenire debent. *Bald.in l. præſes. C. de tranſ. ante ipſum Bartol.in l nulli.in fin. ff. eod. titul. Panor.in cap. cum tempore.num.3.extra de arbitr. Ant. Capic.in deciſ.Neapolitan.93.num.3.4. Barthol.Sacin.in conſ.52.num.2.vol.4. Iacob. Menoch. de arbitrar.iudic. quæſt.lib.2.Centur.2.caſu.171.num.44. poſt Marc. Anton. Blanc.de compromiſ.q.3. num.39. Nouiſſime plures allegans Octaui. Simoncell. de decret.minor.lib.2.titul.6. inſpection.8. num.71. cum pluribus ſeqq. Riminald. Senior in conſ.178.num.5. vol.1. Alexand. in conſ.139.num.15.vol.7. Roland. a Valle in conſil.76.num.4.vol.1. Ioſeph.Ludouic. in deciſion. Peruſin.2. Ioan. Monach.in defenſorio.iuris. rub.3.num.11. Maſuer.in practic. titul. de arbit.nu. 12. Maxime ex neceſſitate ſtatuti, vt dicit Cardinal. Puteus.in deciſ.105.num.4 lib.1.*

20 Filius familias abſque patris conſenſu † requiſito per ſtatutum poteſt compromiſſum facere, *vt ex Bald.in l.hac conſultiſsima.C. qui teſtamentum facer.poſſ. Alexand.in conſ.29.vol.1. Orian. in c. quoniam contra in verb.confeſsiones.col.1.de probat. Marant.in Specul.parte 2.actu.2.num.10. Blanc. de cõpromiſs.q.3.num.38. tenui de compromiſs.*§.1.*gloſ.3. num.145.146.* Dixi tamen me eam ſententiam com

21 probare accedente † tamen conſenſu patris, *num. 147.* ſuper quo pro iſta opinione nunc adducitur doctrina Baldi *in l.Non ſolum.*§.*neceſſitate.C.de bonis quæ liber.* Qui loquitur in caſu duorum ſtatutorum, quorum vnum ſit, quod filius familias nõ poſſit contrahere ſine patris conſenſu alterum quod cauſæ comp omittantur, & in compromiſſo dicit requiri conſenſum patris, quem in ſpecie in caſu duorum ſimilium ſtatutorum, pro vt ſunt in hoc Regno Neapolitano, *ſequitur Auguſtin. Berous. in conſ.179.num.2,vol.1.* quod videtur eſſe in aliqua cauſa huius Regni, quia loquitur coram iudice Aquilæ.

An Adultus? an excommunicatus? Qui ceſsit bonis? bannitus? an mater, & Auia? an vir, & vxor?

22 an † Tranſuerſales? An ſpurij? an filij legitimi ſpurij? an Amici magna amicitia? An Socer, & Gener? An Priuignus & Nouerca? an ſponſus, & ſponſa? An adoptiuus? An Spurij legitimati? an filij emancipati? An pater cum filio? An carceratus? An monachus aliuſue religioſus? Epiſcopus? Clericus? ſiue petant, ſiue ab ipſius petatur compromiſſum? Prælati? an Rector? Vniuerſitas? & alij complures ſtante ſtatuto ad compromiſsum cogente, debeant, cogantur, vel poſſint compromittere, alijque complures? plene dixi de Compromiſſis, §.1. *gloſ.3.per totam.& de maiori horum parte ſcribit Iodoc. Damhoud.in praxi.rerum ciuilium.c.205. Petr. Gregor.Syntag.iuris vniuerſ.lib.47.cap.30.num.23.*

Ceſſionarius habens ex cauſa oneroſa ceſſionẽ accedente, ſi cedens ſeruata forma ſtatuti cogeba-

23 tur † & debebat compromittere, non poterit ipſe cogi, quia eſt exceptio, quæ nõ rei, ſed perſonæ cohæret,

hæret,& ideo non afficit singularem succesſorem, *vt ex* Baldo,*& Angelo,in l. ſi quis rem.ff. de procurator.voluit Matth.de Afflict. in deciſ.*74.*num.*3. *Robert.Marant in Specul.Aur.parte* 2.*actu.*2.*num.*24. *Dixi in tract.de compromiſſ.*§.1.*gloſ.*3.*num.* 304.

24 Contrarium tenuit poſt Baldum † Decius *in cõſil.*59.*num.* 4. *quem ſequitur Hyppolit. de Marſil. in ſingul.* 467.*incip.Viget Statutum.in fin.quos retulit Cæſar Marſil.in deciſ.*74.*num.*2.

Sed durum eſt recedere ab opinione prima,tum
25 † quia iſtæ exceptiones perſonales competentes ratione perſonæ, non egrediuntur perſonam, vnde cedens & ſi cogeretur facere compromiſsum, tamẽ non tranſit hoc ius ad ceſſionarium. Tum, & multo plus, quia vltima illa opinio poſset procedere, in ceſſione, quæ fieret ex cauſa lucratiua, quia ex cauſa oneroſa indiſtincte procedit prima opinio, prout eſt de mente eiuſdem Decij in dicto conſil. 59.num.4.& ſic remanet concluſio,& hanc opinionem tenui de compromiſſis §.1.*gloſſ.* 3.*num.* 301. *cum pluribus ſeq.* Et faciunt,quæ ſcribit Carolus de Graſſis *in tract.exception. exceptione.* 25.*num.* 30. *& ſeq.*

26 Author laudatus, & vocatus ſi eſt † conſanguineus cum eo, cum quo litigat,licet non ſit conſanguineus qui eum laudauit compromittere tenetur, *vt ex* Bartolo, *Oriano*, *&* Maranta *dixi de compromiſſ.*§.1.*gloſ.*3.*num.*312.

Procurator cum ſpeciali mandato, vel etiam cũ
27 libera poteſtate poteſt cõpromittere. † *Lanfranc. de Orian.in tract.de arbitris.*§ *iuxta pollicitum. col.* 2.*Ioan.de Graſſis.in tract.de ſubſtantialib. procuratorij. in verb. compromittendum. num.*1.2. Marant. *in Specul.Aur.parte* 4. *diſtinct.* 14. *num.*4.*Marian. Senior in conſ.*18.*num.* 37.*vol.*1.*Marc.Anton.Eugen. in conſ.*1.*num.* 47.*vol.*1. *Cæſar Barzius in deciſ. Bonon.*49.*nu.*34.*Nicol.Boer.in deciſ.*283.*num.*16.*Dixi de comprom.*§....*gloſ.*3.*nu.*25.*meum dictum refert Petr.*Cenedo *Collectan.iuris canoni.*176.*nu.*1.*parte.*2.*Petr.Gregor.Syntagmat.iuris vniuerſ.lib.* 47.*c.* 39.*num.*13.*Dico infra hoc eodem volumine.titul.de procur.verſ.ſeptimo ad compromittendum. num.*1.

28 Si tamen appareat antiquum laudum † & compromiſsum,& mandatum procuratorium præceſſiſſe præſumitur,*vt voluit Gulielm. Caſſador. in deciſ.* 3.*titul.de procurat.*

29 Vnus ex ſocijs mercatoribus non poteſt † ſolus compromittere in præiudicium aliorum ſociorum mercatorum,cũ quilibet ipſorum non habeat actionem in ſolidum, *vt poſt Iacobin. de Sancto Georgio in l. ſi vnus. num.* 3.5.*ff.de pact. voluit Aluar.Vallaſc.conſultation.ſiue deciſ.*143.*num.*5.

30 Limita ſecus eſſe in pluribus argentarijs, † ſiue reis credendi, quia poterit vnus ipſorum compromiſſum facere,*ex eodem Iacobino idem Vallaſcus in dicta deciſ.*143.*num.*5.

31 Compromiſſum in arbitros † ſcripturam requirit,vt, licet nihil allegat,ſcribit Iodocus Damhouderius in Praxi Rerum Ciuilium *c.* 204. *num.*4. & percipitur ex Anton. Fabro in Codice Fabriano *lib.*7.*titul.*26.*definition.*2.*nu.*1.*vol.*2.*Idem* Iodocus *Damhouder.in Praxi rer.ciuil.c.*208.*nu.*1. *Hierony. Magon.in deciſ.Florent.*119.*num.*1.

32 Contrariũ † tenuit Ioannes Baptiſta Peruſinus in tractatu de arbitris *lib.* 6.*cap.*4.quem refert, & ſequitur Hieronymus Magonius *in deciſ.Florentin.* 116.*num.*1.

33 Verum cum omnis arbitrorum †, & arbitratorum poteſtas pendeat a compromiſſo,*l. Non diſtinguemus.*§.*de offic.l.ſi cũ dies.*§.*plenum.ff. de arbitr.* ea iudicandi poteſtas,niſi ſcriptura doceatur, non poſſet apparere, palam eſt per ſcripturam demonſtrari oportere. Tanto plus cum arbitramenta ad
34 iudiciorum inſtar † redacta ſint.*l.*1.*ff.de arbitr.* Et cum in iudicio acta in ſcriptis conficiantur,ſequitur idem fieri debere de compromiſſo.

35 Intelligenda eſt inſuper opinio ſecunda,† quod in cõpromiſſo,quod fit in arbitratores ſine ſcriptura procedi poſſit, Et ita concludit *Hierony. Magon. in dicta deciſ.Florentin.*119.*num.*1.

Cogi ad compromittendum (non exiſtente ſta-
36 tuto) † regulariter nemo poteſt.*l.ſi dictum.*§.*ſi cõpromiſero.ff.de euict.*Bartol.*in l.ſi forti.*§.*& inſuper. .ff.de his,qui notant.infam.* Bald.*in c.*1.§.*ſi quis furatus.de pace tenend.Alexand.in conſ.*60.*col.* 3.*verſ. hoc præſuppoſito.vol.*2.*Rob.Marant.in Specul.Aureo. parte* 2.*actu.*2.*num.*20.*dixi de compromiſſ.*§.1.*gloſſ.* 3.*num.*170.*Franciſc.Viuius in deciſ.*57.*nu.*10.*Marian. Iun.in conſ.*24.*num.* 9.*vol.*1.*Florent. de Venningen inter Cantiunculæ conſil.* 16.*num.* 134. *Menoch.in conſil.*479.*num.*22.*vol.*5.*Hierony.Magon.in deciſ.Lucens.*73.*num.*2.*vide infra hoc eodem titul. ueriſic.ex officio..num.*229.

37 Limita poſſe Regem, eiuſque ſacrum † conſiliũ cogere partes ad compromiſſum ex cauſa tamen,ſi lis ardua ſit inter magnates, ob ſcandalorum vitãdorum timorem; ne turbetur publica quies, ſi cauſa diu durauerit indeciſa,& ſit dubia, vel intricata, *ut dicit Matth.de Afflict. in deciſ. Neapolitan.* 149. *num.*6.7.8.*& idem Cæſar Vrſill.num.*8.*vbi allegat Marian.Senior.in conſ.*4.*in princ.vol.*1. *Barthol. Socin.in conſ.*222.*vol.*2. *Decius in conſ.* 445. *in principi.Ioan.de* Arnon.*in commentar.*164.*Paul.AEmil. Verall.in deciſion.*166.*num.*2.*lib.*1. dicens, Papam poſſe mandare quod fiat compromiſsum. *Iafred. Balbus in deciſ.*410. *incip.Partes, quæ diu.Franciſc. Viui.in deciſ* 57.*num.*11. *Florentius de Vennigen. in conſil.*16.*num.* 134.*inter Conſilia Cantiunc. Menoch.in conſ.*406.*num.*3.*vol.*5. *Reſtaurus Caſtald. de Imperatore.q.*110.*not.*41.

38 Statutum cogens ad compromiſſum † (vt eſt in hoc Regno Pragmatica odia) cum ſit pro bono pacis,eſt fauorabile, cum reſultet Bonum publicum. *Bald.in l.affinitatis.C. commun.de ſucceſſ. Marian. Socinus Senior. in conſil.* 4.*viſis.circa finem vol.*1. *Alexand.in conſ.*171.*col.*2.*verſ.fortificantur prædicta.vol.*7. *Ioan.de Arnon. in Soliloq.*76.*incip. inter coniunctos. Dixi de compromiſs.*§.1.*gloſ.*1.*num.*20. 21. *Paul. AEmil. Verall. in deciſ.* 215.*num.*4.*lib.*3. Et allegans ea, quæ dixeram in dicto tractatu de com-

Compromiſſis, in locis ibi deſcriptis, *voluit Flam. Chartar. in deciſ. Genuens. 25. nu. 9. Lælius Zanch. de Priuileg. eccleſ priuileg. 83. nu. 1.*

Compromiſſum vigore ſtatuti ad compromit-
39 tendum † cogentis, dicitur neceſſarium, *vt per Pet. de Ancharan. in conſil. 159. num. 1. verſ. Quando hoc probo. Alber. Brun. in conſil. 48. num. 4. Cumia in Ritibus Siciliæ. cap. 49. num. 2. Card. Pariſ. in conſil. 24. num. 118. vol. 2. Cæſar Barzius in deciſ. Bononienſ. 93. nu. 20. vol. primo. Franciſc. Aretin. in conſil. 24. incip. Quatuor dubia. col. 4. & Nouiſſime Barth. Bertazzol. in repet. l. ſi quis maior. nu. 292. vſque ad nu. 313. C. de tranſact. Petr. Anton. Anguſſol. in conſ. 82. nu. 7. lib. 6. Simon de Præt. in conſil. 135. num. 27. vol. 1. & And. Alciat. Paradox. lib. 5 cap. 19. Hyppol. Riminald. in conſ. 384. nu. 45. Moron. de Tregua & pace. q. 27. nu. 10. Lancellott. Gallia. in conſil. 109. num. 6. vol. 1. Achill. Pedrocch. in conſil. 16. num. 116. vol. 1. Cæſar Barzi. in deciſ. Bononienſ. 63. num. 22. Ioan. Baptiſta Coſta de facti ſcient. & ign. Inſpect. 24. nu. 7. Lælius Zanch. de priuileg. eccleſ. priuil. 83. nu. 8.*

40 Et idcirco tales arbitri, † qui ſtatuto cogente inter coniunctos eliguntur, arbitri iuris appellantur & iudicibus & delegatis æquiparantur, vt potius iudices, quam arbitri ſint, vt dixerunt *Marian. Socin. Senior. in conſil. 27. incip. pro deciſione. col. 4. verſ. ſed termini noſtri. volum. 1. arg. l. cum ſpeciali. & l. apertiſſimi. C. de iudic. Bartholo. Socin. in conſil. 54. incip. abunde. in fin. vol. 1. Panor. in cap. cum dilectus. nu. 17. de arbitr. in c. ſuſpicionis. num. 7. de offic. dele. vbi Felin. num. 3. Marc. Anton. Blanc. de compromiſ. q. 2. num. 22. Rober. Marant. in Specul. Aur. Diſtinct. 14. num. 3. Ioan. de Arnon. Proble. 25. incip. Quæro num. Paul. AEmil. Verall. in deciſ. 166. nu. 3. lib. 1.*

41 Arbitrorum † poteſtas magna eſt, quæ ex partiũ conſenſu, & lege ſtatuta, niſi reſtringatur, excedit iudicum poteſtatem, dum hoc dicere voluiſſet. *Seneca de Beneficijs lib. 3. cap. 7. inquit.* Ideo melior vide-
42 tur conditio cauſæ bonæ, ſi † ad iudicẽ, quam arbitrum mittitur; Quia illum formula includit, & certos, quos non excedat, terminos ponit: Huic libera, & nulla aſtricta vinculis religio, & detrahere aliquid poteſt, & adiicere, & ſententiam ſuam, non prout lex, & iuſtitia ſuadet, ſed pro vt humanitas, aut miſericordia impulit, regere. Hæc Seneca. Hinc credo, vt nihil non ab antiquis non ſit præuiſum, ac ponderatum, ſolent Notarij, Tabelliones, Actuarij ac compromiſſorum ſcriptores, clauſulam ponere,
43 † quod poſſint arbitri vni parti detrahere, & alteri adijcere, & e contra. vel accipere vni, & dare alteri, de quo Baldus *in l. cum antea. ſub nu. 3. verſ. Quæro ergo quid ſi in compromiſſo dicitur. C. de arbit.* De his clauſulis dicã infra hoc eodem titulo. Sed ante-
44 quam † vlterius tranſeam, credebam hanc Senecæ authoritatem, me ſolũ primo loco ad hanc materiã illam inueniſſe. Vidi autem de eadem antea meminiſſe Annæum Robertum rerum iudicatarum. lib. 1. cap. 7. ſed non mirandum, I. C. grauiſſimũ, vt qui
45 nomen Annæi gerat, † Annæi Senecæ omnia complectatur, cum aliorum quorumuis ſcriptorum abſtruſa, & recondita perlegerit.

Arbitri electi iuris, vel ex forma ſtatuti per litigantes compromittentes non poſſunt recuſare o-
46 nus † illud ſuſcipiendi, ſed coguntur compromiſſum acceptare. *Bald. in l. 1. §. quamuis. per illum tex. ff. vbi pup. educ. Felin. in c. paſtoralis. in princip. ſub num. 4. extra de offic. & poteſtat. iud. de leg. Ioan. de Imol. & poſt eum And. Barb. in c. ſuſpicionis. nu. 20. extra eod. titul. quos refert, & ſequitur Franciſc. Viui. in deciſ. 57. nu. 5. 6. 7. inducens ad practicam Regiæ prag. Ada. Franciſc. de Crema in ſing. 58. incip. Nemo cogitur. Ioan. de Arnono in epitom. 27. incip. Tam & ſi dixi plene de compromiſſ. §. 2. gloſ. 4. num. 39. cum pluribus ſeq. Roland. a Vall. in conſil. 45. nu.*
47 *56. vol. 1. dicens hoc † procedere in arbitro, qui ſit cõiunctus. Riminald. Senior. in conſil. 169. num. 8. vol. 1. Pet. Rebuff. ad Conſt. Galliæ Tomo. 3. tit. de Arbit. & arbitrat. articul. 1. gloſſ. 5. nu. 8. 9.*

Intelligendum eſt non procedere, ſi damnum ſi-
48 bi immineret, quia † acceptare non cogitur, niſi pars caueat ab omni damno illum indemnem ſeruare. *Bart. Paul. de Caſtr. Ioan. de Imol. & Alex. in l. apud Iulianum. in princip. ff. Ad Trebell. Franciſ. Viui. in dict. deciſ. 47. nu. 9.*

In caſu ſtatuti requirentis (vt eſt in hoc Regno) quod cauſæ compromittantur inter coniunctos vſque ad quartum gradum conſanguinitatis, vel affinitatis, ſi negetur ab aliqua partium conſanguinitas, vel affinitas vſque ad gradum quartum, debet
49 probari hæc qualitas ante † omnia, *ita ex Paulo de Caſt. in conſil. 178. incip. ſuper eo uero quod quæritur. vol. 2. quem licet in alio numero allegat* Alex. *in conſil. 60. incip. viſa legitimatione. col. 5. verſ. veniõ ad ſecundũ videlicet an dicta filia. vol. 2. quos ſequitur Ioan. Cephal. in conſ. 82 nu. 7. vol. 1. Hierony. Gabriel. in conſ. 33. nu. 12. vol. 2. Idem Alexan. in conſ. 82. in princ. vol. 1.*

50 Vniuerſitates, autem, & communitates † non cõprehendi in ſtatuto cogente coniũctos ad compromittendum, clarum eſt, veruntamen compromittẽdo de iure communi multas ſolennitates exigunt, vt compromiſſum validum ſit de quibus ex Bartholomæo Socino, *in conſ. 95. nu. 5. cũ pluribus ſeq. vol. 3. Dixi de cõpromiſ. §. 1. gl. 3. nu. 282. & nouiſſime ex eodẽ Socino pro communitate Archi voluit Iacob. Me-*
51 *noc. in conſ. 495. nu. 25. vol. 5.* Qui tamen † non retulit opinionẽ meam, quã antea videre potuit. *Quia in conſ. 406. eodem vol. 5. pluries eo vſus eſt*, q̃ ſuum volumen in anno 1587. in vulgus exiit, meum ta-
52 men ſupranotatum opus † in anno 1574. & meam opinionẽ referẽs *D. Io. Baptiſt. Coſt. de facti ſcien. & ignor. inſpect. 30. nu. 10. vide Ant. Capic. in deciſ. Neapol. 93. in princip.*

53 Intelligitur tamen, quod vniuerſitas † compromittens, id faciat cum iudicis decreto, & ſcribit Nicolaus Loſæus de iure vniuerſitatis. *p. 2. c. 1. nu. 84. 85.* & licet nihil allegat: Tamen illa poteſt ratio red-
54 di, quia qui prohibetur alienare, prohibetur † compromittere. *Io. And. Ant. de Butr. & Abbas Panorm. in c. cum tẽpore. de Arbit. Lapus in allegat. 102. incip.*

non poteſt clericus. ſub num. 3. verſ. Hinc eſt, quod is qui. Faciunt notata per Ludouic. Roman. in conſil. 369. *ſub num.* 17. 18. *Deci. in conſil.* 39. *nu.* 4. *in conſ.* 282. *num.* 3. *in conſil.* 300. *nu.* 2. *in conſil.* 441. *num.* 27. *in conſil.* 475. *nu.* 41. *Cardin. Paris. in conſ.* 134. *num.* 11. *vol.* 4. *Ioan. Baptiſta Ferrett. in conſil.* 102. *num.* 15. *Simon de Prætis in conſil.* 169. *num.* 9. *vol.* 1. Petr. Benint. in deciſ. Bono. 21. nu. 9. Hierony. Magon. in deciſ. Lucens. 59. num. 22. Sed compromit-
55 tere eſt † alienare, vt concludit Cardinalis Pariſius. *in dicto conſil.* 134. *nume.* 11. *vol.* 4. *& Quintilian. Mandoſ. ad Lapum in dicta allega.* 102. *in verb. Compromittere. in fin.* Verum in alienatione rerum
56 vniuerſitatis exigitur † iudicis decretum, *vt voluit Anton. Capic. in deciſion. Neapol.* 4. *num.* 9. 29. *in deciſ.* 93. *nu.* 3. *Corn. in conſil.* 145. *nu.* 2. *vol.* 1. *Roland. a Valle. in conſ.* 90. *nu.* 22. *volum.* 1. *& alios allegans Octau. Simõcel. de decretis. minor. in præfat. nu.* 103.

Nec ſufficeret dicere, quod in compromiſſo, quod fieret ab vniuerſitate ſatis eſſet quod in illius
57 † congregatione interceſſerit ſuperioris licentia, quæ in concluſione vniuerſitatis requiritur, *de qua Bart. in l. actor. in fin. ff. rem rat. hab. Guid. Pap. in deciſ. Gratianop.* 87. *nu.* 9. *in deciſ.* 106. *num.* 1. *in deciſ.* 631. *numero quinto. Franciſc. Marc. in deciſion. Delphinal.* 165. *num.* 3. *vol.* 1. *Matth. de Afflict. in Prælud. Conſtitut. Regni. q.* 3. *num.* 3. Quia alia eſt licentia, & præſentia ſuperioris in congregatione vniverſitatis, quæ eſt res extraiudicialis & ſufficit ſi oretenus, & non in modum iudicij detur, aliud vero
58 decretum, quia vbi illud requiritur, † intelligitur cum cauſæ cognitione in iudicio coram iudice agitata ex doctrina Bartoli *in l. cum hi.* §. *vult igitur. ff. de tranſact.* Nec decretum præcipitanter in ſimilibus cauſis datur, vel eadem die, qua petitur, quia præſumitur ex breuitate temporis præcipitanter,
59 † latum, & nullum. *arg. l. ſi finita.* §. *ſi forte. ibi feſtinare non debes. ff. de damn. infect. vt plures allegans voluit Petr. Duennas in regul.* 186. *ampliation.* 1. *Borgnin. Caualcan. in tract. de tutor. & Curator. nu.* 128. *& plene Simoncell. de decretis. minor. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 33. *Paul. Montan. de iure Tutel. cap.* 33. *num.* 556. 557.

60 Ad illud quod diximus, quod non eſt † alienabile, non eſſe compromiſſibile, notandum eſt, non procedere in compromiſſo neceſſario, quod fit ex ordine ſtatuti, & ita intelligi debere notata per Petrum de Benintendis *in deciſ. Bonon.* 21. *num.* 9. *vt declarat Hierony. Magon. in deciſ. Lucens.* 59. *num.* 22.

61 Si diceret ſtatutum, quod cauſæ † ciuiles, & mixtæ compromittantur, vt habemus in hoc Regno per Pragmaticam Regis Ferdinandi *incip. Odia.* tũc cauſæ mixtæ dicuntur illæ, in qua fiſcus, & pars participant de pœna, *vt arg. c. tua. de procur. & ex Anton. de Butrio in rubric. extr. de iudic. voluit Alexand. in conſ.* 82. *in fin. vol.* 1. *quem ſequutus ſum de Compromiſſ.* §. 2. *gloſ.* 1. *nu.* 63.

Super quo, in hoc Regno eſt aduertendum, quia ſunt plures caſus, in quib. ex pœna pro delicto pars datur fiſco, & alia datur parti offenſæ vt in ſpecie, dum tractatur de iniuria *per Conſt. Regni. incip.* Va-
62 rietates † pœnarum. Quia eo caſu nullo modo ſimilis cauſa compromittitur, niſi ageretur ciuiliter, *vt dixi, vbi ſupra, in dicto.* §. 2. *gloſs.* 1. *ſub num.* 67. Sed in ſimilibus cauſis, nunquam vidi compromiſſum ab aliquo fuiſſe factum, nec a tribunalibus admiſſum.

63 Spiritualis cauſa in laicum arbitrum † committi non poteſt. *cap. contingit. vbi gloſſ. & Abb. Panor. de Arbitr. Hoſtienſ. in ſumma* de Arbitr. §. de qua re, & ſic ex pluribus concludo in Commentario de Compromiſſis §. 2. *gloſ.* 1. *num.* 70. *cum pluribus ſeq. Guido Pap. in deciſ.* 69 *ſub nu.* 2. *Vbi Nouiſſime Iacobus Ferrerius. Ioan. de Selua in tract. de Benefic. parte* 2. *q.* 23. *col.* 4. *verſ. Sexto pro iſta parte. Io doc. Damhouderius in Praxi rer. ciuil. c.* 207. *ſub nu.* 1. *Petr. Gregor. Syntagm. iuris vniuerſ. lib.* 47. *c.* 39. *ſub nu.* 11. *Lælius Zanch. de priuileg. eccleſiæ. Priuilegio.* 83. *num.* 16. *Maſuer. in pract. titul. de Arbitr. num.* 7.

Primo limita ſecus eſſe, ſi fieret compromiſſum
64 † rei ſpiritualis in laicum, & clericum in ſimul, cum Summi Pontificis, vel alterius ſuperioris ſpiritualis authoritate, quia tunc bene valebit, *cap. per tuas. vbi Anton. de Butrio, & Abb. Panor. extr. de Arbitr. gloſs. in dicto cap. contingit. eo. titul. Hoſtienſ. in dicto.* §. *de qua re. Lanfran. de Orian. de Arbitris.* §. *Hactenus. q.* 9. *Felin. in cap.* 2. *nu.* 4. *extra de iudic. Lud. Rom. in conſ.* 173. *in princ. Pet. de Anch. in conſil.* 98. *incip. Iſtam quæſtionem. in princ. Bart. Socin. in conſil.* 168. *incip. In primis determinanda. col.* 3. *verſic. Quinimmo. vol.* 2. *Alex. in conſil.* 91. *viſis actis. col.* 2. *verſ. nec etiam. vol.* 2. *Guido Pap. in deciſ. Gratianop.* 69. *nume.* 2. *Maſuer. in practic. titul. de Arbitr. numero ſeptimo.* Et cum caſus admodum ſingula-
65 ris ſucceſſiſſet in hoc Regno, ſuper † quo mihi ſcribendi onus dedit admodum Illuſtris Dominus Marthos de Goroſthiola Regens in ſu-
66 premo huius Regni Senatu † Cõſiliarius, de quo dixi *in Conſil.... centur.* 2. Viſis tamen Romę non ſolum ſcriptis meis, ſed aliorum grauium virorum Clemens Octauus Summus Pontifex cauſam eandem commiſit Reuerendiſs. Nuncio Apoſtolico in Regno iſto, ac admodum Illuſtri Domino Dõ Petro de Vera de Aragonia tunc Regio Conſiliario,
67 nunc eiuſdem † Sacri Regij Conſilij Præſidenti, qui mecum de ea cauſa ſemotim tractarunt.

68 Intellige procedere ſupradictam † limitationẽ, ſufficere non ſolum authoritatem Summi Pontificis, Archiepiſcopi, aut Epiſcopi, ſed etiam iudicis ordinarij, vel delegati, quibus rei ſpiritualis, & cauſæ cognitio ſpectaret. *Poſt Innoc. in dicto c. contingit. Anton. Rambaudi ad Guid. Pap. ia dicta deciſ.* 69. *& dixi in dictis commentarijs de compromiſſ.* §. 2. *gl.* 1. *ſub num.* 76. *Maſuer. in Pract. tit. de arbitris. nu.* 7.

69 Secundo limita non † procedere in arbitratore laico cui ſpiritualis cauſa compromitti poteſt. *Hoſtienſ. in dicto* §. *de quare. in fin. Specul. in titul. de Arbitr.* §. *reſtat. num.* 2. *verſicul. Item de ſententia.*

Bald.

Bald. de Pace Conſtantiæ. in verb. poſſeſſiones. Anchar. in dicto conſil. 98. Alexand. in dicto conſ. 92. incip. viſis. col. 2. verſ. prædictis. vol. 2. Io. Baptiſta Ferrett. in conſ. 326. nu. 5.

70 Contra hanc ſecundam † limitationem ego tenui *in dicto* §. 2. *gloſſ.* 1. *num.* 82. non ſolum fretus authoritate Ludouici Romani *in conſil.* 299. *per totum.* Iuriſconſulti, & ciuilis, & Canonum viri ſcientiſſimi, *& Abb. Panor. in dicto cap. contingit nu.* 1. *in fin.* Sed etiam viua ratione & diſpoſitione textus *in dicto c. decernimus. de iudic.* ibi, (de illis, quæ ſpiritualia eſſe noſcuntur, laicorum iudicio non diſponunt) ex quibus, ſiue arbitris, ſiue arbitratoribus, cum laici ſint, illis nõ eſt permiſsa ſpiritualium cauſarum cognitio.

71 Tertio limita non procedere in † cauſa poſſeſſorij beneficialis, quia compromitti poteſt in laicum. *Guido Papæ in deciſ. Delphin. 69. nu. 2. de hoc plenius dixi in titul. de beneficiis in Genere. nu.... & in titul. de for. compet. nu.... in hoc Tomo.*

72 Quarto limita compromitti poſſe in laicũ † cauſas fructuum rerum ſpiritualium, ac expenſarum quo ad illos erogatarum, *vt poſt Hoſtienſ. in dicto. §. de qua re. Specul. in dicto §. reſtat. num.* 2.

Matrimonialem cauſam, tanquam ſpiritualem, & tanquam ſacramentum a DEO in creatione Adami, & Euæ ab initio ſtatutum, in laicum cõpro

73 mitti non poſſe † decernimus. *arg. c. cauſa. in fin. extra. de in integr. reſtit. gloſſ. in cap.* 1. *de conſanguin. & affinit. gloſs. in c. tuam. de ordin. cognit. in cap. lator qui fil. ſint legiti. & in c. ſi iudex laicus. de ſent. excom. in 6. Goffred. de Trano in ſumma de arbit. & ibidem in Summa Hoſtienſis. tit. de arbitr. §. de qua re. Bartol. in l. quoties. C. de iudic. Panor. in c. lator. num.* 3. *qui fil. ſint legitim. Ludo. Roman. in conſil.* 299. *per totum. Lanfranc. de Orian. in tract. de arbitris.* §. com

74 promiſsum. Matrimoniales etenim † cauſæ epiſcoporum iudicio relictæ ſunt a Conſilio Tridentino *Seſs.* 24. *cap.* 20. cauſæ omnes. *Marc. Anton. Cucch. Inſtitutionum Canonicarum Maiorum. lib.* 2. *titul.* 6. *num.* 123. *Ioan. Paulus Lancellott. Inſtitution. Canonicar. poſt illas in Schemate, ſiue Arbore.* 8. *in quo iudiciorum cognitio breuiter tradita eſt. Dixi de compromiſs.* §. 2. *gloſs.* 1. *nu.* 87. *cum pluribus ſeq.* Vbi ad hoc concluſionem tres tradidi limitationes. *Iodoc. Damhouder. in Praxi rerum ciuil. c.* 207. *ſub nu.* 1. *Petrus Gregor. Syntagmat. iuris vniuerſ. lib.* 47. *c.* 39. *ſub nu.* 11. *Maſuer. in pract. titul. de arbitris. numero* 11.

75 Vſurarum cauſa cum & ipſa ſpiritualis † ſit, & eccleſiaſtica, compromitti in laicos arbitros minime poteſt. Et hanc opinionem tenuit Lapus *in allegat.* 54. *incip. Quidam coram iudice.* Quã ad longum comprobaui, in dictis Commentarijs de compromiſſis. §. 2. *gloſs.* 1. *num.* 100. *vſque ad num.* 115. vbi tradidi plures limitationes. Ratio eſt, quam diximus, cum ſit crimen eccleſiaſticum, & ad eccleſiaſticos iudices ſpectans, vt dixi ibidem, & ad Bellugã, in Speculo Principum *Rubric.* 11. §. *De uſurarum crimine. in verb. Mixti fori. quod probaui ex Paulo de Leaza, Bartolo, Federico de Senis, Gaſpare Calderino Ancharano, Alexa. Philip. Franc. Iſernia, Zabarell. Corneo, Fulgoſ. Felin. Ioan. de Firmo, Laurentio Rodulpho, Napodano, Partde de Puteo, Marãta, Arnono, Follerio, Aluarez, Corſeto, Neuo, Claro, & aliis. & voluerunt Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin.* 487. *nu.* 21. *cum ſequentib. vol.* 3 *Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedemontan.* 137. *per totam. Petr. Royzius in deciſ. Lithuanica.* 5. *nu.* 2. *Franciſ. Burſat. in conſ.* 90. *nu.* 27. *vol.* 1. *Gaſpar Caballin. in Milleloq.* 305. Et ſu pradicta mea ſcripta referens, aliosque nonnullos Petrus Cenedo, *Iuris Canonici Collectaneo.* 30. *nu.* 2. *parte* 2.

76 Limitabam primo loco, tunc † ſupradictam opinionem procedere, quando tractaretur in cauſa, ſit vſura commiſsa, vel non, & ſi ſit contractus vſurarius, vel non, vt tũc ad eccleſiaſticum iudicem pertineat, ex Andrea de Iſernia, *in c.* 1. §. *contrahentiũ inceſtas nuptias. col.* 1. *titul. quæ ſint Regal. Bart. in l. Titia. num.* 7. *ff. ſolut. matr. Bald. in cap.* 1. §. *ſimiliter. in princ. de controuerſ. inueſtit. Philipp. Franc. in c.* 1. *de vſur. in* 6. *Parid. de Puteo in tract. Syndic. in verb. Inquiſitio. in fine. & ex Bernardino Siriphilo meo Auunculo in quadam Apoſtilla manu ſcripta ad Iſern. in dicto.* §. *contrahentium. qui Siriphilus. fuit*

77 *Conſiliarius, & Auditor* † *Sigiſmundi Iagelloni, & Bonæ Sforti æ de Aragoniæ Regum Poloniæ. & ex Follerio in Fragmentis poſt Praxim. Criminalem. in tit. de vſuris. nu.* 54.

78 Limitabam ſecundo, non procedere, † ſi tractaretur, vt intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis, vt tunc a laico cognoſci valeat, *ex Inno. in c.* 1. *de vſur. ex eodem Lapo in dicta allegati.* 54. *& in allegat.* 55. *Philipp. Franc. in dicto cap.* 1. *de vſur. in* 6. *Cagnolo in l. curabit. num.* 45. *C. de actionib. emp'. Dixi de Compromiſ.* §. 2. *gloſſ.* 1. *nu.* 111. *quem locum refert. Bertazzol. Iunior ad Patrem in conſ. crimin.* 2. *litera. c. vol.* 1.

79 Limitabam tertio, non procedere, † vbi ageretur de quantitate vſurarũ, quia illa cognitio, apud iudicem, arbitrumque laicum agitari poterit. *Philipp. Franc. in dicto c.* 1. Et *Lanfranc. de Orian. in dicto tract. de arbitr.* §. *compromiſſum. verſic. Ego puto.*

80 Limitabam quarto, non procedere in † arbitratore, in quem compromitti poſſe cauſam vſurariã, voluerunt nonulli, præſertim *Petr. de Ancharan. in conſil.* 34. *in hac cauſa. colum.* 2. *& in conſil. allegato.* 98. *Ioan. Baptiſta Peruſin. de arbitr. lib.* 11. *quæſt.* 15. *nu.* 6. *quam opinionem Ancharani ſequitur Alex. in conſil.* 91. *incip. Viſis actis. col.* 2. *verſ. nec prædictis obſtat. vol.* 2. *Barth. Bertaz. in conſ. criminal.* 2. *nu.* 4. *vol.* 1.

81 Contrarium autem expreſſe † tenuit *Lud. Roman. in dicto conſil.* 299. Vbi tenuit cauſam vſurariam, nec in arbitrum, nec in arbitratorem compromitti poſſe, & hanc opinionem ſequitur *Felin. in c. cum ſit. ſub nu.* 3. *verſic. & adde quod arbiter. extra de foro comp. quod, & tenuit* Bald. *in c. ex literis. extra de iureiur. & hanc opinionem firmaui in*

dicto §. 2. *gloss.* 1. *sub nu.* 113. *Claud. Bertazzol. ad patrem in dicto cons.* 2. *litera. a. vol.* 1.

82 Declarabat quinto † ex Baldo *Lanfranc. de Orian. in tract. de arbitris.* §. *compromissum.* quod si ageretur de vsuris quo ad dolum præteritum, eo casu compromissum in laicum fieri posset, secus vero si ageretur de dolo futuro & futuris vsuris. Quod & voluit *Alex. in dicto consil.* 91. *col.* 2. *vers. & quod possit fieri compromissum. vol.* 2. *Sequitur Abb. Panor. in dicto c. contingit. num.* 2. Quod in loco supra allegato minime amplexus sum. Sed illorum opinionẽ sequitur *Bartol. Bertazz. in cons. criminal.* 2. *sub nu.* 3. *vol.* 1.

83 Reconuentionis, siue mutuæ petitionis † causam compromitti in arbitros non posse est *text. in c. cum dilectus. de arbitris. Specul. in titul. de reconuent.* §. *nunc dicamus. nu.* 6. *vers. sed nũquid coram arbitro. Bartol. in Authent. Et consequenter. nu.* 20. *C. de interlocut. omn. iudic. Alexand. in cons.* 118. *incip. quæritur. col.* 2. *vers. Non obstant allegata. vol.* 2. *Ioan. de Arnono Problemat.* 25. *incip. quæro num arbitris. voluit expresse Lud. Roman. in singul.* 149. *incip. Coram arbitro. & in sing.* 776. *incip. Reconuentio. Idẽ* Arn. *in singul.* 95. *Barth. Socin. in regul.* 332. *numero* 10. *Robert. Marant. in Specul. Aureo. parte* 4. *distinct.* 6. *nu.* 10.

In dictis commentarijs de compromissis, §. 2. *gloss.* 1. *num.* 115. *cum pluribus seq. induxi ex Iacob. Butrigar. Specul. Gulielm. de Cuneo, Cyno, Butrio, Panormit. Imol. Socin. Seniore, & alijs*, feci distinctio

84 nem, si sumus in arbitris volũtarijs, vel in † arbitris iuris, vt in istis vltimis locum habeat compromissum, in primis autem minime. Nunc superaddo declarando, quod si non exprimatur in compromis-

85 so causa reconuentionis, de ea arbitri non † cognoscant, si vero exprimeretur, tunc de illa cognoscerent arbitri laici, dummodo causa reconuentionalis non sit spiritualis, secundum ea, quæ supra tradidimus. Fieri reconuentionem coram arbitris, præsertim arbitris iuris. *ex Bald. in cap.* 1. *de controuers. apud pares terminand. & in l. fin. C. de iudic. & Andrea* Barbat. *in c.* 1. *de Mutuis petit. voluit* Nouissime *Ioan. Vincent. de Anna in singul.* 429.

86 Restitutionis in integrum causam † ab arbitris cognosci non posse *text. in l. fin. C. vbi, & apud quẽ. vbi hoc voluit Bartol. Host. in summa titul. de arbitr.* §. *de qua re. Spec. in hoc tit.* §. *restat. nu.* 1. *vers. Item de caus. restitutionis in integrum. Lanfranc. de arbitris.* §. *compromissũ. versus finem. Dixi in Commentarijs de compromissis.* §. 2. *gloss.* 1. *num.* 174. *Marc. Mantua. in consil.* 36. *num.* 11. *Marc. Anton. Natta in consil.* 66. *nu.* 27. *vol.* 1. *Menoch. in cons.* 479. *num.* 35. *vol* 5. *Idem Mantua Dialog. Denar. Class.* 16. *capit.* 17. *numero.* 1. *Masuer. in pract. titul. de arbitris. numero* 2.

87 Declara primo principaliter † cognoscere de restitutione in integrum non posse arbitros, inciden ter tamen cognoscere posse. *Hostiens. in summa tit. de arbitr.* §. *de qua re. arg. c. pen. vbi hoc voluit Panor. nu.* 6. *de restit. in integr. Corn. in cons.* 338. *litera. K. la* 2. *vol.* 1. *post Bald. in dicta l. fin. C. vbi, & apud quem. Lanfr. in dicto* §. *compromissum. Marc. Anton. Blanc. de compromiss. q.* 4. *num.* 15. 18. *Ioan. Mauritius. de restit. in integr. cap.* 38. *Dixi vbi supra. num.* 175. *Et post quam hæc scripseram per annos decem Sfortia Oddus de restit. in integr. q.* 32. *articul.* 8. *nu.* 75. *Francisc. Caldas in l. si curatorem. C. de in integr. restit. in verb. implorandum. nu.* 25. 26. *Pet. Gregor. Syntagmat. Iuris uniuersi. lib.* 47. *capitul.* 39. *sub numero* 12.

88 Declara secundo non procedere † in arbitratore qui restitutione in integrum cognoscit, *ut voluit Bartol. in dicta l. fin. nu.* 6. *C. vbi, & apud quem. Vbi Fulg. & Salicet. Et tenui ego in dictis commentariis.* §. 2. *gloss.* 1. *num.* 177. 178. 179. *Ioan. Baptista Perusinus de arbitris. lib.* 3. *cap.* 7. *& Nouissime Oddus in dicta q.* 32. *articul.* 10. *sub num.* 92. *concludit Caldas Pereyra in dicta l. si curatorem. in uerb. implorãdum. num.* 28. *contra Mauritium in d. tract. c.* 40.

89 Declara tertio arbitrum posse † pronunciare, quem restituendum in integrum, vt fuit opinio Accursij, *in dicta l. fin. in verbo. Compromissarios. vbi Bartol. nu.* 5. *post Iacob. Butrigar. voluit Signorol. de Homod. in cõs.* 45. *Baptista de Sancto Blasio in tract. de arbitris. q.* 20. *in prin.* Ioan. *Maurit. de restitut. in integrum. cap.* 38. *& Nouissime Sfortia Oddus de restitut. in integr. q.* 32. *articul.* 9. *sub nu.* 84. *versic. contrarium.*

Iuris patronatus ecclesiastici causa, cum sit eccle

90 siastica, aut saltem dicatur spirituali annexa † quia propter ecclesiã id videtur esse productum *c. quæsitum. extra, de rerum permut. l. quæ religionis. ff. de rei vendicat.* & ibi habetur, annexa spiritualibus spiritualium naturam sortiri debet, atque magis ecclesiasticum. *Rocch. de Curte. de iur. patron. in verb. Ius. nu.* 13. *Petr. Rebuff. in tract. Nomin. q.* 8. *num.* 22. *Alfonsus Hoieda de Benefic. compatib. & incompati. parte* 1. *cap.* 24. *num.* 113. *Ioan. Ceras. in Sacerdot. Paraphrasi. parte* 4. *c.* 6. *nu.* 4. 5. *Paul. Fuscus de visitation. lib.* 2. *c.* 10. *nu.* 3. *Franciscus Duarenus de Sacris ecclesiæ Ministerijs. lib.* 5. *c.* 4. *& probatur ex c. expedit.* 18. *Concil. Tridentin. sess.* 24.

Ex his concludendum videtur in arbitrum lai-

91 cum, compromitti iuris patronatus causam † non posse, prout concluso in commentariis de compromissis. §. 2. *gloss.* 1. *nu.* 181. *cum pluribus sequentib.*

92 Contrarium patet † *in cap. examinata. extra de confirmat. vtil. vel inutili.* Vbi apparet fuisse factũ compromissum iuris patronatus.

93 Verum in loco supra allegato † primam opinionem ego probaui, & ei septem limitationes attuli, Primum, quod de iure patronatus possit compromitti in clericum, & ita procedit *text. in dicto capit. examinata. ex Anton. de Butrio ibidem, & ex traditis per Felin. in capitul. quanto. numero secundo. extra de iudicijs. vt dixi ibidem vbi supra numero* 202.

94 Secundam limitationem † dedi, quando esset quæstio facti iuris patronatus, quia tunc compromitti posset in laicum, *ex Anton. de Butr.*

&

& Felin. in dicto c. quanto. ex Bartol. *in l. quoties. C. de iudic. in l. Titio. ff. ſolut. matri. in l. omnium. C. de ſa croſ. eccleſ. Cardin. in c. ſignificauit. de teſtib. Franc. Aretin. in conſil. 6. in fin. dixi vbi ſupra. num.* 203.

95 Tertiam limitationem attuli, quando † ageretur de vi, & violentia illata patrono iuris patronatus, quia coram laico agitari poſſet, *ex Bald. in dicto cap. quanto. & ex Andr.* Barbatia *in apoſtill. ad Panormit. in dicto c. quanto. & dixi in loco ſupra allegato. num.* 204.

96 Quartam limitationem tradidi, in petitione † vniuerſitatis bonorum, inter quæ eſſet ius patronatus, puta in hæreditate, quia coram laico petitur, ac peti poteſt hæreditas cum iure patronatus, non autem ſi diceretur, peto hæreditatem, & ius patronatus. *argu. c. ex literis. extr. de iur. patron. Abb. Panor. in c. querelam. de Simon. Ioan. de* Anan. *Marian. Socin. & Felin. in dicto c. quanto. de iudic.*

97 Quintam limitationem † dedi, quando in libello peterentur talia bona cùm pertinentiis, & iure patronatus per caſum ablatiui quia tunc coram laico cogitari poterit. *Idem* Marian. *in dicto c. querelam. & Felin. in dicto c. quanto. num.* 5.

98 Sextam limitationem † vbi de iure patronatus in clericum, & laicum fieret compromiſsum, quod fieri poſſe cenſuerunt *Petr. de Anchar. in conſil.* 98. *incip. iſtam quæſtionem. in princ. Anton. de Butr. & Abb. Panor. in c. per tuas. de arbitr.* Alexand. *in conſ.* 91. *incip. Viſis actis. col.* 2. *verſ. Nec etiam prædictis. vol.* 2.

99 Septimam, & vltimam † limitationem tradidi, quando ageretur de occupatione, vel ablatione bonorum exiſtentium in iure patronatus, de quibus poſſet coram laicis agi, *vt in c. filijs, vel nepotibus.* 16. *q.* 7. *Dixi in dicto.* §. 2. *gloſſ.* 1. *num.* 209.

100 Criminalis cauſa in compromiſſum † non cadit. *l. non diſtinguemus.* §. *Iulianus vbi Accurſ. Bald. & ceteri. ff. de arbitr. poſt Alexand. & Lanfranc. voluit Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol.* 84. *num.* 2. 3. Vbi dicit, ita fuiſſe per Sacrum Conſilium deciſum. *Luduic. Roman. in conſ.* 115. *Robert. Marant. in Specul. Aureo. parte* 2. *actu.* 2. *num.* 13. *Ioan. de* Arnono *in commentar.* 107. *Cæſar. Vrſill. in deciſ. Neapolitan.* 84. *num.* 4. *Ioan. Monachi. in defenſo. iuris. rub.* 3. *nu.* 8. Et in hoc Regno, iſta opinio nullam habet difficultatem, & dicta Pragmatica, *incip. odia.* quam in dicto libro commentarijs declarauimus, quæ vult,

101 quod ciuiles, & mixtę tantum cauſę † compromittantur. *Idem Vrſill. in deciſ. Neapolitan.* 46. *num.* 12. *in fin. Andr. Gail. de pace public. lib.* 1. *cap.* 11. *nu.* 24. *Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuerſi lib.* 47. *cap.* 39. *num.* 10. *Maſuer. in pract. tit. de arbitr. num.* 11.

102 Declaranda tamen eſt eadem † concluſio, quod quando ciuiliter ageretur, tunc compromitti poſſet cauſa criminalis, *vt dicit Ioan. Baptiſta Peruſin. in tract. de arbitris. lib.* 3. *quæſtion.* 10. *num.* 1. *Et dixi in dictis commentarijs* §. 2. *gloſs.* 1. *ſub num.* 67. *Quod meum dictum refert, & ſequitur Bartholom. Bartazol. in conſ. crimin.* 469. *num.* 15. *vol.* 2. *Quibus nunc addo Matth. de Afflict. in dicta deciſ. Neapolita.* 84. *num.* 3. *Ioan. Baptiſta Ferrett. in conſil.* 326 *num.* 2. *Petr. Gregor. Syntag. iuris vniuerſ. lib.* 47. *c.* 39. *ſub num.* 12. *Ioan. Monach in defenſor. iuris. rub.* 3. *num.* 8. *Maſuer. in pract. titul. de arbit. num.* 11.

103 Ampliatur dicta concluſio † vt indiſtincte cauſa criminalis, dum ciuiliter agitur in arbitratorem compromitti poſſit, *poſt Alberic. de Roſate in dicta l. nõ diſtinguemus.* §. *Iulianus. in fin. ff. de arbitris voluit idem Bertazzol. in dicto conſil. crimin.* 469. *num.* 16. *vol.* 2. *Ioan. Baptiſt. Ferrett. in conſ.* 326. *nu.* 3. 4.

104 Ex iam dictis fuit dictum, quod in cauſa † ſpolij cum adſit violentia, & ſic adſit criminalitas, non habet locum compromiſsum, vt fuit prouiſum per ampliſſimum ordinem, teſte ipſo *Matth. de Afflict. in dicta deciſio. Neapolitan.* 84. *Dixi in tract. de compromiſs.* §. 2. *gloſſ.* 1. *num.* 376.

105 Verum tamen ſpolium tunc † non compromittitur, quando fuit de recenti factum per paucos dies ante petitionem compromiſſi, & ita declarat intelligi debere Afflictum *in dicta deciſion.* 84. alias diceret male, *vt concludit Ioan. Angel. Piſanell. in apoſtill. ad dictam deciſionem Afflict.* 84. *in fin.* Et hoc dicit idem Afflictus ibi, quia ſpolium eſt recès factum, & ſic loquitur Vrſillus ibi Quia quod ſequitur ibidem Afflictus quod cauſa criminalis ciuiliter intentata, reuertitur ad loquendum extra ſpolium, & illius materiam, & ſic non male ſcribit.

106 Clara iuris quæſtio, & vbi nulla cadit † ambiguitas, aut quę apertis libris demonſtratur, in caſu ſtatuti mandantis compromiſſum fieri, compromitti minime debet. *argum. l. Sacrilegij. C. de ſacroſ. eccleſ. l. ancillæ. vbi* Bartol. *num.* 4. *C. de furtis. Bald. in l. voluntas. C. de fideicomm. Bald. Salyc. & Fulgos. in l. cum proponas. C. de reb. cred. Ioan. de Imol. in l. ſi ſic. la* 1. *ff. de verb. obli. Alexand. ad Bartol. in l. poſt rem. in princ. ff. de tranſact. Idem Alexand. in conſil.* 62. *incip. Viſa narratione. col.* 2. *verſic. præſuppoſita ergo. vol.* 2. *Anton. de Alexand. in l. ſi quis in conſcribendo. Vbi etiam Deci. num.* 32. *C. de pact. Socin. Sen. in conſil.* 51. *incip. Præſtantiſſime. col.* 2. *verſ. ſecundo principaliter dico. vol.* 1. *Andr. Barbat. in conſ.* 42. *nu.* 5. *vol.* 2. *in conſ.* 85. *vol.* 3. *Deci. in conſ.* 461. *ſub nu.* 5. *dixi de compromiſſis.* §. 2. *gloſ.* 1. *num.* 231 *per. totum num.* 247. *& ita etiam tenuit Ioannes Baptiſta Ferrett. in conſ.* 326. *nu.* 2. *D. Io. Bapt. Coſta. de facti cient. & ign. diſt.* 30. *num.* 14. 15. *Iacob. Philipp. Portius in conſ.* 138. *num.* 22. *poſt Corn. in conſ.* 60. *litera. d. vol.* 4. *Sylueſter Aldrobrand. in conſil.* 12. *num.* 48. *vol.* 1. *Roland. a Vall. in conſ.* 22. *num.* 39. *vol.* 3. *Iafredus Lanfranc. Balbus in deciſ.* 271. *incip. ſtatutum. Anton. de Alexand. in l. ſi quis in conſcribendo. col. fin. verſ. ad vnum aduerte. C. de pact. Cardinal. Paris. in conſ.* 45. *num.* 31. *vol.* 1. *Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſin.* 2. *num.* 18. *in deciſ.* 47. *num.* 11. *Hieron. Magon. in deciſ. Florentin.* 119. *nu.* 2. 3. *Barzi. in deciſ. Bonon.* 116. *num.* 9.

107 Declara tamen, quod quando eſt † quæſtio iuris dubia, quæ dubio facti æquiparatur, tunc compromiſſo locus eſt. *Bald. in dicta l. cum proponas. C. de reb. credit. Roland. a Vall. in dicto conſil.* 22. *num.* 39.

vol.

vol. 3. Corn. in cons. 390. num. 19. vol. 1. Carol. Ruin. in cons. 87. in fin. vol. 3. Ioseph. Lud. in decis. Lucens. 26. num. 7. 8. Iafredus Balb. s in decis. 271. incip. Statutum. Blanc. de compromiss. q. 4. num. 1. quem sequitur Hierony. Gabriel. in consil. 34. num. 13. vol. 2.

Quando stante statuto, vt est in hoc Regno, quod causæ inter consanguineos, & affiines com-
108 promittantur, † si aliquis petat compromissum, & pars opponeret, non esse compromissibilem super hoc incidenti, an debeat compromitti, compromissum fieri debet. *Bartol. in l. si quis in conscribendo. in 1. lectura. num. 5. vers. Quod est vtile scire. C. de pact.* quod dicit, esse perpetuo menti notandum, quia numquam ab alio fuit allegata ad hoc illa lex, licet dicat non determinando. Conclusionem tamen ipsum sequuntur Raphael Fulgosius ibi, & dicit ita obtinuisse de facto, & sequūtur ibidem *Paul. de Castro, & Alexand. & Anton de Alexandro, col. pen. vers. in glossa penultima. & ibidem Iason. num. 21. Marc. Anton. Blanc. de compromiss. q. 4. num. 21. vers. emergens. Quos refert, & sequitur Hierony. Gabriel. in cons. 34. nu. 14. vol. 2.*

109 Feudalis † clausula per vasallos absque Domini sui superioris consensu in arbitros compromitti non potest, vt est communis opinio. *Andr. de Iser. in cap. 1. §. si autem inter partes. col. 2. vers. hodie putamus. de leg. Conradi. Hostiens. in summa. titul. de arbitris. §. de qua re. Idem Hostiens. Ioan. And. Anton de Butr. & Ioan. de Imol. in c. cum tempore. vbi Panor. num. 13. ext. de arbitr. Idem Hostiens. in summa. tit. de feudis. §. apud quē, vel apud quos iudices. col. 2. vers. sed quid si quæstio. Bald. in cons. 121. col. 4. vol. 3. Martin. Laudens. in cap. 1. nu. 5. de inuestit in* Marit. *fact. & in tract. de principib. notab. 261. incip. Dux. Lapus de Castellionch. in allegat. 102. incip. non potest clericus. vers. sed num quid. Alexand. in cons. 1. num. 44. vol. 5. Deci. in cons. 445. Paris de Puteo. in dicto. titul. de lege Conradi. vol. 2. vers. An de feudo possit. & in tract. de Redintegrat. feudor. cap. 44. incip. quia dicitur. num. 14. fol. 29. Ias. in l. fin. nu. 119. C. de iure emphy. Matth. de Afflict. in decision. Neapolitan. 138. & in const. constitutionem Diuæ memoriæ. col. 1. vers. hic est sexta pars. Robert.* Maranta *in Specul. Aureo. parte 6. actu. 2. num. 22. Andr. Tiraquell. de legib. connubialib. Gloss. 5. num. 224. Marian. Socin. Iun. in consil. 77. num. 76. 77. vol. 1. Francis. Marc. in decision. Delphin. 586. num. 1. vol. 1. Iul. Clar. in §. feudum. q. 38. Iacob. Menoch. in cons. 1. num. 268. in cons. 2. nu. 239. vol. 1. Henricus Rosenthal in Synopsi feudor. c. 9. concluf. 22. Lud. de Molin. de Hispanor primogenijs. lib. 4. c. 9. num. 9. Iacob.* Mandell. *in cons. 64. nu. 6. 7. Marc. Anton. Peregrin. de fideicom. articul. 40. nu. 120. Curtius. iun. de feud. num 98. Et ego dixi in Commentar. de Compromiss. §. 2. gloss. 1. nu. 114. cum pluribus seq. Nūc huius opinionis sectatores aggregantur. Sigismūdus Loffred. in Paraphras. feudor. in c. imperialem. in verb. per edictū. col. 2. vers. compromissum. de feudo. de prohibit. feud. alien. per* Fed. *fol. mihi. 55. Guidus Pancirol. in cons. 118. num. 28. vol. 1. Francis. Milanens. in decis. Siciliæ. 1. num. 7. lib. 1. Ludolph. Schraderus de feudis. parte 10. section. 1. num 166. parte 2. Nicol. Intrigliol. de feud. articul. 5. num. 148 parte 2. Iason in cons. 168. num. 13. vol. 5. Barth. Socin. in cons. 87. sub num. 4. vers. secunda ratio. vol. 3. Petr. Duen. in regul. 36. limitat. 4. Antoni. Capicius in inuestitur. feudal. in §. feudorum compromissa. Francisc. Duaren. in commentar. ad consuetud. feud. capitul. 20. num. 8. Francisc. Sonsbeci. vsus feudor. parte 14. num. 20. cum seq. qui arbitros non admittit, nisi deficientibus paribus. Lanfranc. de Orian. in tract. de arbitr. parte 4. vers. Idem dicendum est. Francisc. Caldas Pereyra in l. si curatorem. in verb. prohiberis. num. 1. 114. Barnabas Cornazan. in decis. Lucens. 66. num. 2. Regens Lanar. in cons. 33. num. 5. 6.*

110 Contrariam sentētiam de iure communi, † quod nullo requisito superioris consensu in arbitrum feudi causa compromitti potest. Hoc voluit antiquissimus Summus Feudista Iacobus Ardizonus *in summa feud. cap. 138. incip. dictum est supra. col. 3. vers. Si vero ex vna parte. Hostiens. in summa titu. de arbitr. §. de qua re. vers. sed numquid. Specul. in titul. de arbitr. §. restat. vers. sed numquid vasallus. Nicol. de Neapoli. &* Iacob. *de Beluiso, quos refert, & sequitur Iacobin. de Sanct. Georg. in inuestitura feudali. in verb. Et cum pacto de non alienando. num. 9. Ludouic. Roman. in l. 1. §. & post operis. in fin. ff. de oper. nou. nunciation. & in l. iusiurandum quod ex conuentione. §. 1. ff. de iureiur. Bald. in l. fin. §. fin. in fin. C. communi. de legat. Curtius Iunior. de feudis parte 4. num. 94. Vdalric. Zasi. in tract. feud. parte 9. num. 20. Cardinal. Paris. in cons. 23. num. 221. vol. 1. Cardinal. Alexandr. in c. 1. num. 4. de inuestit. in* Marit. *fact a. Federic. Schench. in c. 1. §. si autem inter. num. 2. de lege Conrad. Matth. de Afflict. in Const. Regni. incip. Constitutionem Diuæ memoriæ. nu. 56. Petrus Nicol. Mozzius de feudis. titul. de naturalib. feudorum. num. 79. Ioan. Thom. de Marinis de Generibus, & qualitate feudorum. titul. de feudo ex pacto, & prouident. antiq. siue patern. num. 26. Est etiam de mente Petr. de Bella Pertica. in tract. de feudis. titul. 15. sub num. 29. Gulielm. Hanneton. in iuris. feudor. lib. 4. cap. 3 Francis. Duarenus in consuetud. feudal. c. 20. nu. 8. Ioan. Ferrar. Montan. in vsus feudor. lib. 5. cap. 1. vers. Ad arbitros vero.*

Quicquid sit de iure communi feudorum nō dubium est, primam opinionem esse communiorem,
111 & sustentabiliorem, quā † tenendam puto, omissa alia opinione ad euitandas fraudes, de quibus *in c. Imperialem. de prohibit. feud. alienat. per Fed. De qua in loco allegato loquitur Andr. de Isern.* cum aperiri
112 posset hæc via alienandi feuda † sub specie litis, & compromissi, & deluderetur Dominus. Ego etiam nuper considero, quod tam tex. *in c. 1. de inuestit. in maritum fact. quam etiam text. in dicto. c. 1. §. si autem inter. de leg. Conradi.* & si loquitur quod pro feudorum differentijs possit compromissum fieri in arbitros, non tamen dicunt, quod non exigatur superioris consensus, id circo illa iura intelligenda sunt, vt fiat compromissum in feudo, cum domini tamen assensu, vt iura iuribus concordentur. Quan-

quam

quam ſuper hoc dici poſſet, non eſſe mirum ad corroborationem opinionis Andreæ de Iſernia, quod poſt illa ſupradicta iura, obſeruari hodie diſpoſitionem dicti *c. Imperialem.* Idque confirmari poteſt ex eo, quod ex Lege Conradi arbitri cognoſcere pote-
113 rant, ſi enim loqueremur de Conrado † primo. Is fuit in anno CHRISTI 912. iuxta Chronologiam Adrichomij. Fridericus Secundus author dicti *c. Imperialem.* fuit anno 1210 & ſic per trecentos circiter annos poſt Conradum Primum, vel ſecũdum Vuimphelingum per annos circiter ducentos, vt in libello Rerum Germanicarum, *cap.* 24. &
114 *c.* 35. ſiue loquamur de Cõrado Secũdo, qui † fuit anno Domini 1024. & ſic conſtat ſimiliter textum in dicto c. Imperialem. quo ad compromiſſum corrigere illa iura. Sic breuiter modo aſſero, cum locus hic, diſcuſſiones non quærat, ſed obſeruantiam.

115 Si autem feudum Regale fuerit † vel Imperiale, ab Imperatore, vel Rege dependente, vel Regalis iuris dignitatem annexam habente tunc abſque ambiguitate, nemine contradicente, abſque Imperatoris, Regis, Principiſque ſupremi conſenſu compromitti non poterit *cap. cum veniſſent. vbi Doctor. extra. de iudic. Bald. in c.* 1. §. *Marchio. de his, qui feud. dare poſs. & in conſ.* 217. *& in conſi.* 218. *vol.* 3. *Alex. in conſ.* 1. *num.* 44. *vol.* 5. *Marian. Iun. in conſ.* 77. *nu.* 79. *vol.* 1. *quos refert, & ſequitur Ludolph. Schrader. de feud. parte* 10. *ſection.* 1. *num.* 169. *vol.* 2. *Ioan. Ferrar. Mõtan. in vſus Feudor. lib.* 5. *cap.* 1. *verſ. in primis ſi res. Roland. a Valle in conſil.* 22. *num.* 18. *vol.* 4.

116 Limitabam ſupradictam communem † ſententiam traditam ſcilicet feudalis rei cõpromiſſum in arbitros abſq; domini cõſenſu fieri non poſſe tribus modis in dictis commentarijs de Compromiſſis. §. 2. *gloſ.* 1. *num.* 139. 140. non procedere, accedente aſsenſu Regio, nec in quæſtione facti, nec in feudo alienabili facto, quibus caſibus compromiſſum conſenſu domini non requiſito, fieri poſſe ibidem ſcripſi, nũc alia ſuperaddo. De aſſenſu loquitur *Io. Ant. Lanar. in conſ.* 33. *num.* 5. 9. *vol.* 1.

117 Primam ſi dominus longe abeſſet, † ita quod illius conſenſu haberi non potuiſſet, tunc procederet compromiſsum in re feudali. *argum. cap.* 1. §. *quod autem. vbi Iacob. Aluarot. de conſuetud. recti feudi. Hoſtiens. in ſumma titul. de feud. verſ. quid ſi Archiepiſcopus. Andr. de Iſer. in dicto* §. *ſi autem inter. Sequitur Anton. Capici in dicta inueſtitur. feudal. in* §. *feudorum compromiſſa. verſic. limita primo.*

118 Contra hanc limitationem tenet *Roland.* † *a Val. in dicto conſ.* 22. *nu.* 11. *vol.* 4. vbi dat plures reſponſiones ad Hoſtienſem, dicens quod hi Magni Principes, ſolent relinquere aliquos cum poteſtate, vel quod ſit breui, reuerſurus, & hoc vtroque caſu ſi daretur in primo caſu facultas conſentiendi, tunc ad illũ recurrere oporteret, ne dicatur vaſallum contemnere officiales Domini. Quo ad aliud Caput, non aſſentirem Rolando, quomodo enim vaſallus poſset ſcire ſecretum domini, an ſit longa mora abfuturus, vel ſi eſſet ſpes proxime veniendi, & occaſione aliqua, vel morte impediri.

Secundam limitationem adduco, poſſe quidem compromitti in pares Curiæ cauſam feudalem abſque domini conſenſu. *argum. cap.* 1. *vbi DD. de controuerſia feudi apud par. termin. Marian. Socin. in cap. ex tranſmiſſa. ext. de foro competent. Deci. in c. ceterum. num.* 14. *extra. de iudic. Ioan. Raynandi. in comprehenſor. feud. in c. Imperialiem.* §. *preterea ſi inter. nu.* 8. *de prohib. feud. alien. per Feder. Iacobin. de Sancto Georg. in inueſtitur. feudal. in verb. & dicti vaſalli. num.* 10. *quos ſequitur Schraderus de feudis parte* 10. *ſection.* 6. *ſub nu.* 18. *vol* 2.

119 Tertiam limitationem † videre licet, quando ex compromiſſo feudales cauſæ facto, vel faciendo, non inſurgeret aliquod præiudicium Domini, tunc enim conſenſu non obſtante, compromiſsum fieri, vel factum eſſe quo ad compromittentes, non quo ad dominum valeret. *Ita Andr. de Iſern. in dicto* §. *ſi autem inter.*

120 Sed quo ad hoc Regnum † vtriuſque Siciliæ, perpetuum eſt, cauſas feudales ſine ſuperioris Regis conſenſu compromitti minime poſſe, vt cauit Federicus Secũdus Imperator *in Conſt. Regni incip. conſtitutionem Diuæ memoriæ.* §. *arbitria. vbi Marinus de Caramanico gloſſator. Andr. de Iſern. Afflict. & alij. idem Afflict. in deciſ. Neapolitan.* 138. *Marin. Frecia de ſubfeud. Baron. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 26. *& alibi plures. Dixi de compromiſſ.* 2. *gloſ. num.* 128. *Ioan. Thom. de Marinis. de Generib. & qualit. feudor. titul. de feud ex pacto, & prouid. antiq. ſiue patern.* § *conſtitutio. num.* 26. *Franciſc. Milanens. in deciſion. Siciliæ* 1 *num.* 7. *lib.* 1. *& nouiſſime Ioan. Vincentius de Anna. in repetitione dictæ conſtitutionis num.* 278. *ſed clarius hoc*
121 *cauetur in prag. regis Ferdinandi* † *incip. odia. titu. de arbitr. ibi* (Nec etiam in cauſis feudalibus, in quibus ſimilis petitio compromiſſi non admittatur.)

122 Obſeruantia tamen † in Regno eſt, quod præſtatur aſſenſus in ſupremo collaterali conſilio quo ad compromiſsa concernentia feuda, ſed ordinant, quod arbitri ante prolationem laudi, ſiue ſententiæ ipſorum in Collaterali Conſilio referant, de qua loquitur Sigiſmundus Loffredus in Paraphraſi feudali, *in cap. Imperialem. col.* 2. *verſic compromiſſum. Quem ad verbum retulit Quintilianus Mandos. ad Lapum in allegat.* 102. *in verb. Vaſallus. in fin. ſimile ſcribit Ioan. Vincent. de Anna in dicta rep. dictæ conſtitutionis. conſtitutionem. num.* 280. *Quod & cenſuit Barthol. Camerar. in cap. Imperialem. fol.* 51. *litera. Q.*

123 In arbitratorem autem compromitti † cauſam feudalem non poſſe, eſt iuris minus dubij, cum coram illo non ſit verum iudicium, & tanto minus fieri poſſet ſiue Domini conſenſu. *Iacob. Aluarot. Præpoſ. & Matth. de Afflict. in dicto.* §. *ſi autem inter. de lege Conrad. Socin. Senior in conſ.* 87. *vol.* 3. *Curt. de feudis parte* 4. *num.* 99. *Ias. in tract. feud. parte.* 9. *nu.* 20. *Iacobin. de Sanct. Georgi. in inueſtitur. feudor. in verb. & cum pacto. num.* 10. 11. *Cardinal. Paris in conſil.* 118. *vol.* 1. *Marian. Nepos. in conſ.* 77. *num.* 76. *vol.* 1. *Schrader. in dicta parte.* 10. *ſection.* 1. *nu.* 172. *Mozzius titul. de naturalibus Feudor. num.* 80.

124 De

124 De vita,& militia cõpromissum † fieri non posse dixi de Compromissis §. 2. *gloss. 1. sub num. 129. cum pluribus seq. ex Matth. de Afflict. in decis. Neapolitan. 43. num. 2. ex decis. 138. Robert. Marant. in Specul. Aureo parte 2. actu. 2. num. 23. Ioan. Anton. de Nigris in cap. Regni alienationis actus. num. 18. Nunc allego Io. Vincent. de Anna in repet. dict. Const. constitutionem. num. 284. Ioan. Thom. de* Marinis *de Generib. & qualit. feudo. lib. 1. titul. 2. nu. 26. quem sequitur* Schrader. *in dicta parte 10. section. 1. num. 171. Matt. de Afflict. in c. Imperialem. §. præterea ducatus. num. 67. 68. de prohib. feud. alien. per Federic. Petr. Duen. in reg. 36. limi. quinta. Garsias Mastrill. ad Petrum de Gregorio Siculum. in tract. de vita, & militia. q. 9. in verb. ex lege. Barthol. Camerarius in c. Imperialẽ. fol. 13 litera. D. de prohibit. feud. alien. per Federic. Nouissime Io. Thom. Minadoum in decis. Neapolitan. 3. Fabium de Anna in conf. 75. nu. 2.* Et quatenus appareat de vita, & militia factum fuisse compromissum *apud Capic. in decis. 211.* fuit ex consensu,& ordine Sacri Regij Consilij nomine suę maiestatis.

125 Ex duabus limitationibus,quas † ad proximam conclusionem tradidi in dictis commentarijs, fuit illa,quod quando tractatur de quantitate vitæ, & militiæ cõpromissum fieri potest *ex And. de Isern. in Regni. Const. Comitibus. & Matth. de Afflictis in decis. Neapolit. 43. & decis. 138.* Et hanc meam opinionem retulit, & sequutus est nouissime Lancellottus Gallia *in consil. 58. nu. 71. 72. vol. 1.*

126 Contrarium dicebat Ioan, Martialis † Regius consiliarius,quod nec quo ad taxandam quantitatem vitæ, & militiæ,fieri potest compromissum sine domini consensu, vt retulit idem Minadous *in dicta decis. Neapolitan. 3. sub num. 1.* & cum eodem Martiali videtur residere *Fab. de Anna in dicto conf. 75. num. 5.* Et ego considerans rationem, quam assignat,non erubesco recedere a mea prima opinione,cum possent arbitri taxando vitam,& militiam, onerare feudum, quod esse non debet,nec possit,

127 & quemadmodum onus † arguit subiectionem. *§. si quis igitur. Auth. de naturalib. lib. Alexand. in conf. 23. col 2. vol. 5. Laurent. Calcan. in conf. 34. col. 2.* quo plus creseeret vita, & militia, eo feudum esset maiori subiectione onustum. Nec idcirco quia arbitri taxare possent plus,& minus debet in consideratione haberi quia plus,& minus,& magnum, aut paruum onus non mutant speciem, sed onus

128 † dicitur *l. fin. ff. de fund. instruct. l. humilem. C. de incest. nupt. Et voluit Natta in conf. 525. nu. 20. vol. 3.* Et cum imponere noua onera regulariter nec princeps supremus possit, *vt dicit Andr. de Isern. in Const. Regni. Bonorum. in prin.* Et voluit post Iacobinum de Sancto Georgio *in tract. de Homagio. col. 10. vers. sed hic cadit. Petr. de Gregor. Sicul. de conces. feudo. parte 1. q. 10. num. 1. 7.* Tanto minus per indirectum debet licere feudatarijs.

129 De emphyteosi eodem modo † absque domini consensu, compromissum fieri nequit ab emphyteota,plene Iason *in l. fin. num. 119. 120. C. de iur. emphyteotic. & voluit Hierony. Gratus in consil. 155. nu. 19. 20. vol. 2. Aurelius Corbulus in titul. de causis priuationis ob alienationem irrequisito domino ampliation. 33. num. 1. 2.* Non obstat quod dixerat Baldus *in l. fin. §. fin. in fine. C. commun. delegat.* quod de emphyteosi possit compromissum fieri

130 † in arbitrum sine Domini consensu, quia ipsum oppugnat,& reuocat. *Rolan. a Valle in conf. 22. nu. 5. vol. 4.* Sed cõclusionem firmaui in dicto tractatu de compromissis. *§. 2. glo. 5. num. 141. 142. ex Lanfranco in tract. de arbitris. §. compromissum. in fin. & Speculat. in titul. de arbitro. & arbitrat. §. restat.*

131 Sententia † vbi adest transacta in rem iudicatam,compromisso non est locus *ex Bal. in l. post rẽ ff. de transact. in l. eleganter. §. si quis post. ff. de condict. indeb. in l. 1. col. 2. C. quand. prouoc. non est necesse. tetigit post Cyn. Salycet. in l. si causa cognita. C. de transact. Alexand. in l. si diuersa. num. 4. & in dicta l. si causa cognita. num. 7. C. eod. titul. Salyc. in l. fratris. vbi Alexand. in fin. eo. titul.* Vbi dixit, hoc nunquam exeat mentem tuam,quia habui de facto. *Angel. in conf. 218. visa narratione facti. col. 2. vers. præterea est. Bald. in conf. 144. vol. 2. Ludouic. Rom. in conf. 68. visis. in fin. in conf. 369. incip. circa primũ. num. 15. in conf. 504. in casu proposita. num. 6. Alex. in conf. 22. incip. viso instrumẽto. col. 1. vers. mouecor. vol. 1. in conf. 94. incip. in causa, & lite. col. 2. versic. Nec etiam. vol. 2. in conf. 72. incip. videtur. col. fin. vers. bene facit. vol. 3. Petr. de Anchar. in conf. 183. incip. pro clariori. col. 1. vers. tertio principaliter. Corn. in conf. 121. Quanquam. in fin. vol. 1. Francis. Marc. in decis. Delphin. 466. vol. 1.* Quos probaui, & sequutus sum de Compromissis *§. 2. gloss. 1. nu. 144. cum pluribus seq.* quam meam opinionem retulerunt, & sequuti sunt *Francisc. Vivius in decision. 131. num. 6. Borgnin. Caualcan. in decis. Fiuizanens. 45. nu. 38. vol. 1. & idem tenuit Ioan. Petr. Surdus in decis. Mantuæ. 185. num. 9. cum pluribus seq.* Hoc idem cauetur in Regno Neapolitano per dictam Pragmaticam Regis Ferdinandi. *incip. Odia.* in qua statuitur

132 cogi † consanguineos vsque ad quartum gradum compromittere causas omnes ciuiles, & mixtas,nõ tamen vbi sunt sententiæ. Ad cõclusionem faciunt quæ scribit Alexander Raudensis *in decision. Pisan. 23. num. 15. Gerard. Mazzoll. in conf. 103. num. 16. vol. 1. Ioan. Botta in conf. 84. num. 5. vol. 1. Iafred. Lanfr. Balbus. in decis. 406. incip. Valeat. Simon de Pratis. in conf. 124. num. 6. vol. 1. Anton. Faber in Codic Fabrian. lib. 2. titulo. 35. definition. 9. vol. 1.*

133 Quam conclusionem(licet in loco † allegato,pluribus limitationibus declarauerim,) tamen illa notabilior est, secus esse, si de sententia in compromisso mentio facta fuerit, illique renunciauerint, *vt ex Accursio, Baldo, Alexand. Romano, Felino, Decio, Sapia dixi in loco supra allegato. Et ex Francisco Marco in dicta decis. Delphin. 466. vol. 1. Alexand. in conf. 22. num. 3. vol. 1. Deci. in conf. 39. num. 3. Francisc. Becci. in conf. 99. num. 11. Deci. in conf. 375. nu. 2. D. Alexand. Raudens. in decision. Pisan. 23. numero decimo octauo. Surd. in decision. Mantuan. 185.*

num.

num.14. Auguſt. Berous in conſ.26. ſub nu.6. vol.3.

Secundo, vbi ſupra limitabam, ſecus eſſe, ſi fie-
134 ret compromiſſum in arbitrũ quia ſententia † nõ obſtante, in eum compromitti poſſet, *vt ex Abb. Panor. in c. expoſita. num.3. de arbitr.* Quam opinionem tamen non tenui. Nihilominus eundem Panormitanum ſequitur Auguſtinus Berous *in conſ. 26. num.5. vol.3.*

135 Tertio limitabam, ſecus eſſe, † quando ſententia eſſet nulla, nullitatibus euidentibus, quia illa non obſtante fieri poſſet compromiſsum. *Bald. in l. data opera. col. antepen. C. qui accuſ. non poſs. Alexan. in conſil.59. viſo. num.15. Philipp. Deci. in conſ.8. in fin. Cardinal. in clem. 1. q. 14. de re iudic. Lanfr. de Orian. in c. quoniam contra. in verb. interlocutiones. num.37. de probat.*

136 Quarto, (vltra illas ibidem traditas) nunc † addo aliam limitationem, quod ſi in compromiſſo ad eſt clauſula omni meliori modo, comprehenditur etiam res iudicata, *vt ex Iaſone in l. ſi cauſa cognita. num.11. Curtio. Iunior. num.38. Alciato. num.12. C. de tranſact. Hieron. Grato in conſ.110. num.29. vol.1. voluit Nouiſſime Ioan. Baptiſt. Laderchius in conſ.97. num.8. vol.1.*

137 Quinto aliam limitationem † tradidit *Ioan. Baptiſta Laderchius in dicto conſ.97. ſub num.8.* Quod ſi in compromiſſo pleniſſimo adſit iuramentum comprehendatur etiam res iudicata ex authoritate *Barthol. Cepoll. in cautel.41. incip. poteſt. verſ. ſecundo modo. & cautel.220. incip. ſupplicatur. quæ non facit ad propoſitũ. Forte facit aliquid cautel.219. Catellian. Cotta, in verb. compromiſsum ex forma. Idem Laderchius. in dicto conſ.97. ſub. num.8.*

138 Sexto limita, quod, & ſi ſententiæ non † compromittatur, nihilominus ſecus eſt, ſi tractaretur de vitio, & offuſcatione eiuſdem ſententiæ, quia poſſet compromitti. *Flamin. Chartar. in deciſ. Genuæ. 76. num.3. & dicam infra hoc eodem tit. verſ. intelli ge tamen. num.141.*

139 Inſtrumenta publica liquida † vbi ſunt, ibi compromiſsum minime fit, quod in hoc Regno, expeditum eſt, *per text. in dicta pragmatic. Odia. id mandantem*, quod ibi commemoraui in dicto tractatu de Compromiſſis. §.2. *gl.1. nu.151. cum plurib. ſeqq.*

Idem etiam cauetur traditione doctorum de iu-
140 re communi, vt † compromiſsum fieri non debeat, vbi inſtrumenta liquida exiſtunt, hinc Bartolus *in l. poſt rem. num.2. ff. de tranſact. & in proœm. Codicis. num.6.* dicit, quod ſi ſtatutum cogit ad compromittendum, non habet locum vbi eſſent inſtrumenta, & eſſent cauſæ habentes executionem paratam, ratione inſtrumenti (vt habemus in hoc Regno, per Ritum Magnæ Curiæ 164.) hoc idem de iure communi voluit Baldus *in l. ſi cauſa cognita. C. de tranſact. in l.1. C. quando prouocare non eſt neceſſ. Canoniſtæ in c. expoſita. de arbitr. Marian. Senior. in conſil.4. viſis actis volum.1. Barthol. eius filius in conſil.300. in cauſa interpellationis. col.3. verſ. ſecundo quia. vol.2. Iafred. Balbus Lanfran. in deciſion. 406. incip. valet ſtatutum. Hieronym. Magon. in deciſio. Flor.119. nu.2. Rimin. Senior. in cõſ.169. nu.13. vol.1.*

141 Intellige tamen † id procedere, quando nihil opponeretur contra inſtrumentum, quia ſi aliquid contra illud opponeretur ex aliqua cauſa, ex qua offuſcaretur, tunc non obſtante inſtrumento, eſſet locus compromiſſo, vt ante alios dicit Marianus Socinus Senior *in conſ.4. col.1. vol.1. Ludouic. Gozadi. in conſ.72. n.3.9. Robert. Lancellott. de attentatis appellatione pendente. p.2. c.12. limit.9. n.6.7.8. Io. Pet. Surd. in conſ.252. nu.21. vol.2. in conſ.451. nu.50. vol.3. poſt M. Ant. Blanc. in trac. de compromiſs. q.4. nu.5. Flamin. Chartar. in deci. Genuæ.76. nu.3. Idem Surdus de aliment. tit.1. q.15. nu.11.*

142 Intellige ſecundo, quod ſi in caſibus † prædictis ſuper inſtrumento guarentigiato fuerit factum cõpromiſsum, interim tamẽ ſi eſt petita illius exequutio ſine dubio inſtrumentum exequitur, *voluit Barthol. Socin. in l. pecuniam. num.11. ff. ſi cert. pet. at. quẽ ſequitur Flamin. Chartarius in deci. Genuæ.2. nu.10.* Et cõpromiſsum currit ordinario interim tramite.

Sed quo ad diſpoſitionem dictæ pragmaticæ in
143 hoc Regno Neapolitano inſtrumẽta debẽt eſſe † liquida, vt illis exiſtentibus nõ ſit locus compromiſſo, vt habemus in dicta pragmatica *Odia. inſin. in tit. de arbitr. & compromiſſis.*

Et ideo, cum aliquando reduceretur in dubium, an exiſtente ſtatuto cogente ad compromiſsum,
144 † exceptis cauſis vbi eſſent inſtrumẽta liquida, an eo caſu ſi extaret inſtrumentum teſtamenti cauſa ſit compromiſſibilis? Et ſic etiam de inſtrumento dotali? in quo dubio dixi aliquando in dicto tract. de compromiſſis. §.2. *gl.1. nu.164.* quod cum cauſa teſtamentaria, & ipſum teſtamentum exigat probationes extrinſecas, ſcilicet mortẽ teſtatoris, & alia. Similiter inſtrumentum promiſſionis, vel reſtitutionis dotium exigant probationem contracti, ac ſubſequuti matrimonij, & idem in reſtitutione exigat probationem mortis viri, vel alias, ideo illo caſu illiquida dicuntur. *vt ex Bald. in l.2. C. de execut. rei iud. Franc. Aretino in conſ.32. col.1. verſ. circa primum. Alexand. in conſ.90. incipien. viſo. col.2. vol.3. Thom. Gram. in deciſ. Neap.58. num.12.13.*

145 Contrarium tamen concluſi in loco ſupra † allegato, quia paria ſunt eſſe liquidum, vel breui & in continenti liquidandum. *argum. l. fin. C. de compenſat. Bart. in proœm. Codic. num.6. faciunt notata per Accurſ. & Angel. in l. fin. §.1. ff. de vulgar. & pupill. ſubſt. Bald. in l. cum teſtamento. in fin. C. de teſtam. manumiſſ. Alexand. in l. quidam exiſtimauerunt. nu.6. ff. ſi cert. pet. & ita decreuit Sacrũ Conſilium Neapolitanum apud Anton. Capicium. in deciſ. Neap.48. voluit Vincent. Maxilla in conſuet. ad. Bari. titul. de iure dotium. in §. marito. num.22.* Et iſto caſu cauſa compromitti non poſſet, præſertim in hoc Regno.

146 Liquidandum † vero in continenti dicitur inſtrumentum, quando liquidatio fieret intra tempus ſolutionis, vel perfectionis actus, & implemento ſtatutum, *vt voluit Alexand. in conſil.166. num.ce-ro quinto vol.2. Iacob. Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. Remedio. quinto, numer.59. Tiber. Decian. in conſil.*

93.nu.23.vol.3.Octauian.Cacher.in deciſ.Pedemontan.92.num.32.Ioachim. Mynger.in obſeruat.6.nu.2.Centur.2.Fabius Turrett.in conſil.49.nu.44.vol. 2. Sed de hoc latius dicendum erit in titulo de exequutione inſtrumentorum.

147 Alimentorum cauſam †compromitti non poſſe, *voluit Alberic.de Roſate in l.de alimentis.C de Tranſact.& in l.cum hi in princ.ff.eod.titulo.quem retuli in tract.de Compromiſſ.*§.*2.gloſ.*1.*nu.*307.

148 Intellige primo valere † compromiſſum in cauſa alimentorum in arbitrum, non autem in arbitratorem,*vt voluit Specul.in titul. de arbitr.*§. *reſtat. num.*3.quaſi quod cum arbitria ſint ad formam iudiciorum redacta.*l.*1.*ff.de arbitr.* videatur, ac ſi cauſa fieret coram iudice,

149 Intellige ſecundo, † quod ſi interueniat decretum iudicis, quemadmodum in tranſactione decreto iudicis facta,id fieri poteſt eodem modo in compromiſſo alimentorum.*Idem Specul. in dicto.* §. *reſtat.nu.*3.

150 Subdeclara, quod in arbitro † electo ex forma ſtatuti fieri poteſt compromiſſum cauſæ alimentorum,quia cum ſit compromiſsum neceſsarium, dicuntur arbitri iuris,qui in cauſa alimentorum procedere poterunt, quod fuit de mente Speculatoris in dicto §.*reſtat.num.*3. *Baptiſta de Sancto Blaſ.in tract.de arbitris q.*23.*Marc. Anton. Blancus de compromiſs.titul. de quibus cauſis poſſit compromiſſum fieri.q.*4.*nu.*19.*& idem tenui in dicto tract.de compromiſs.*§.*2.gloſ.*1.*num.*309.*& Nouiſſime Surd.de aliment.tit.*8.*priuilegio.*56.*nu.*33.

151 Intellige tertio, † valere compromiſsum in arbitrum,& arbitratorem,quando eſt iuramento vallatum,vt ſcripſi in loco allegato *nu.*310. *cum pluribus ſeq.& poſt And. Alciatum in conſil.*267.*num.* 111. *voluit Surdus de alimentis.titul.*8.*priuileg.* 56.*numero* 54.

257 Tertio declara secus † in sententia arbitratoris, quia ab eo appellatur, siue recurritur ad arbitriũ boni viri, & nõ dicitur vera appellatio, quia prolatio, quam facit arbitrator, non est ex vera sententia de iure prolata, sed potius ex contractu compromissario, & est iniquitatis gratia, vt fiat specie reductionis ad boni viri arbitrium emendatio iuxta scripta per Innocentium *in c. statutum. de rescript. in 6. Bartol. in l. 1. ff. de legat. 2. argum. l. non distinguemus §. cum quidam. ff. de arb. Dyn. in conf. 19. incip. Ptolomæus. nu. 14. Bald. in c. 1. §. sancimus. quo tempore mi-*
les. inuest. Iodocus Damhouder. in praxi rer. ciuilium c. 203. nu. 26. A Egid. Bellemer. in decis. 299. Vitalis Cambanis in tract. Clausularum. cap. 92. incip. An reductioni. nu. 18. 19. Anton. Faber. in Codic. Fabrian. lib. 2. tit. 35. Defin. 6. nu. 3. in fin. vol. 1.

258 Quarto declara, nisi † in compromisso esset factum pactum, quod a laudo, vel sententia possit appellari, tunc enim appellatio permissa est. *Dyn. in l. si quis ex consensu. C. de episcopal. aud. Bartol. in l. nemo potest. nu. 13. 16. ff. de leg. 1. Ludo. Roman. in cons. 27. sub nu. 3. vers. tertio videndum est. Laufranc. de Orian. in tract. de arbitris. parte vltim. q. 28. in fin. Andr. Gail. practicar. obser. lib. 1. obser. 150. nu. 16.*

259 Quinto declara, quod si nulla † in compromisso adiecta est pęna, tunc appellatio ab illorum sententia admittitur. *Bartol. in l. 2. ff. de arbitr. in dicta l. nemo potest. nu. 14. ff de legat. 1. in l. 1. C. de arbitr. Quẽ refert, & sequitur Mynsinger. in dicta obseruat. 68. Cent. 4. Pet. Rebuff. ad Const. Galliæ. Tomo. 3. tit. de arbit. & arbitrat. articul. 1. glos. 9. nu. 3. Guid. Pap. in decis. Delphin. 60. in fin. Francis. Marc. in decis. 149. in decis. 151. vol. 2.*

260 Subdeclara tamen † secus esse, quando, & si pęna non esset adiecta, tamen esset laudum homologatum (quod verbum postmodum declarabo.) vel lapsum esset tempus decem dierum datorum ad appellandum, quia per homologationem esset approbatum, & per lapsum decem dierum, esset tacite laudum acceptatum, & non daretur appellatio. *Idem Bartol. in dicta l. nemo potest. nu. 14. Anton. Faber. in Codic. Fabr. lib. 2. tit. 35. Defin. 6. in fin. vol. 1.*

Intelligi id oportet, vt iudex, qui cogniturus
261 † sit de compromisso, & laudo homologato, possit laudo contra venientem ad pęnam in contractu positam condemnare, præcedente prius de inobedientia informatione. *Rotam Antiquis. in decis. 14. incip. nota, quod si arbitrium.*

262 Subdeclara secundo, † quod si in compromisso esset adiecta pęna, verum adesset clausula, rato manente pacto, cum eo casu ex illa sententia oriretur actio, ideoque appellatio permitteretur. *arg. l. cum antea. C. de arbi. Idem Bar. in l 2. ff. de arbi. & in dicta l. nemo potest. nu. 14. Myn. in dicta obser. 68. Cẽt. 4.*

263 Contrarium tamen in casu præfato, † appellationem non dari, *tenuerũt Albe. Bal. Saly. Angel. & Paul. de Cast. in l. 1. C. de arbit. quã opinionẽ dicit magis cõmunẽ Ias. in dicta l. nemo potest. nu. 88. ff. de lega. 1. And. Gail. practi. obser. lib. 1. obser. 150. nu. 14.*

264 Sexto declara, quod si quis † a iudice coactus sit, ad compromittendum, & illius authoritate commissum factum sit, eo casu a sententia illorum arbitrorum appellari poterit. *l. arbitro. ff. qui satisdar. cogant. Ludo. Rom. in cons. 27. nu. 3. vers. tertio videndum est. Fran. Are. in l. ex consensu. ff. de appel. Myn. in dicta obser. 68. Cent. 4.*

265 Septimo declara † posse appellari, quando sententia arbitri fuerit lata super articulo emergenti compromisso, & incidenter in iudicio deducto, *vt voluit Accur. in dicta l. arbitro. ff. qui satisd. coga. & ibidem Bartol. & voluit Ripa in dicta l. nemo po-*

test

reſt. nu. 92. ff. de leg. 1. Mynſin. in dicta obſer. 68. Abb. Panor. in conſ. 77. nu. 6. vol. 2. Pet. de Rauen. in ſing. 561. Iafred. Lafran. Balbus in deciſ. 177. incip. ſuper articulo.

266 Octauo, quia, & ſi non † appellaretur a ſententia arbitri, non tamen negaretur querela, & ſupplicatio, ac reclamatio *iuxta l. 1. C. de officio præfect. prætor. & Authen. Quæ ſupplicatio. vbi Iaſ. C. de precib. Imperator. offerend. Idem Mynſinger. in dicta obſer. 68. Centur. 4. Andr. Gail. practicar. obſeruation. lib. 1. obſeruat. 150. nu. 16. Hippoly. de Marſil. in ſingul 88. incip. Stante ſtatuto.*

267 Nono declara, quod ſi iuratum † fuerit ſtare ſententiæ arbitri, & ab ea non appellari, nec reduci ad boni viri arbitrium ſed illi renunciauerit illo caſu ſtandum eſt laudo, ſiue ſententiæ arbitrorum, maxime ſi iuſiurandum interuenerit, & modica ſit quantitas, in qua læſio interuenit, ſecus ſi læſio ſit maxima & enormiſſima. *vt poſt Bald. in l. fin. C. de non num. pecun. Paul. de Caſtro in conſ. 260. col. 2. vol. 1. Alex. in conſ. 131. In cauſa. col. penult. vol. 2. Barthol. Socin. in conſ. 220. viſis. col. 5. vol. 2. in conſ. 104. viſis. col. 4. vol. 4. Deci. in conſ. 11. col. 6. verſ. quarto principaliter. & in cõſ. 60. col. 2. Raphael. Fulg. in cõſ. 180. viſo proceſſu cauſæ. col. fin. Raph. Comenſ. in conſil. 50. incip. Stante. col. 2. Angel. de Clauas. in ſumma. §. arbiter. num. 10. Ioan. de Amicis. in conſil. 31. col. fin. Robert. Marant. in Specul. Aure. in verb. appellation. nu. 115. Cappella Tholoſ. in deciſ. 277. incip. An iurans non habere. Dixi de compromiſs. §. 2. gloſ. 6. num. 68. §. 7. gloſ. 2. num. 21. cum quatuor ſeq. §. 8. gloſ. 1. nu. 7. vſque ad finem. & quæ ego ſcripſi ibidem ſequutus eſt Borgnin. Caualcan. in deciſ. Fiuizan. 9. nu. 3. parte 1. & Franciſc. Viui. in deciſ. 58. per totam. in deciſ. 131. num. 3. in deciſ. 276. num. 6. Guido Pap. in deciſ. Delph. 519. per totam. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegalenſ. 284. nu. 18. multos alegans. Hierony. Cæuallos practicar. opinion. commun. contra communem. q. 92. q. 93.* Et eſt communis opinio non impediri reductionem ad arbitrium boni viri, etiam ſi cum iuramento fuerit renunciatum enormiſſimæ læſionis occaſione, reductioni ad arbitrium boni viri, quod illa non obſtante reductio peti poterit. *Marian. Nepos. in conſ. 48. nu. 50. vol. 1. Franciſ. Turzan. in commun. opinion. 122. Ioan. Cephal. in conſ. 208. num. 3. vol. 2. Laurent. Syluan. in conſ. 61. nu. 4. Vitalis Cambanis in tract. Clauſular. cap. 92. incip. An reductioni. nu. 23. 24. Franciſc. Burſat. in conſ. 99. nu. 12. volum. 1. & meã opinionem referentes Barthol. Bertazzol. in conſil. ciuil. 120. numero decimo nono. volum. primo & Nouiſſime Don Garzias Maſtrillus in deciſion. Siciliæ. 90. numero octauo, & nono. Iafredus. Lanfranc. Balbus in deciſion. 168. incip. Reductio. Ioan. Papon. libr. ſexto. titul. tertio. Arreſtor. primo. Thobias Nonius in conſil. ſexageſimo octauo. numero decimo octauo. Gaſpar Caballin. in Milleloq. 873. Franc. Marc. in deciſion. Delphin. 151. volum. ſecundo. Marian. Iun. in conſil. decimo ſexto. numero decimo primo. volum primo. Ioſeph. Ludo. in deciſio. Lucenſ. 27. nu. 23.*

268 Contrarium, quod ſtante † renunciatione reductionis ad boni viri arbitrium ex cauſa enormiſſimæ læſionis, quod reductio locum non habebit, voluerunt nonnulli, præſertim *Corn. in conſ. 221. litera. e. vol. 2. Barth. Socin. in conſ. 121. col. penult. vol. 3. Io. Baptiſta Peruſin. in tract. de arbitris. q. 15. Marc. Anton. Natta in conſil. 54. ſub num. 6. vol. 1. quos refert, & ſequitur Proſper Paſethus in conſil. 160. num. 10. volum. 1.*

269 Verum prima opinio communior eſt, † & omnium fere Doctorũ amplexu recepta, omnes enim cõpromittentes in arbitros, cogitant ab illis enormiſſime lædi non debere, ex enormiſſima etenim læſione dolus inſurgit. *arg. l. ſumma cum ratione, in princ. ff. de pecul. & eſſet dolus futurus, cui nec tacite, nec expreſſe renunciari poteſt. l. ſi vnus. §. illud. vbi Gulielm. de Cuneo. ff. de pact.* Et hanc opinionem quod data enormiſſima læſione, etiam ſi illi fuerit renunciatum, reductio intentari poterit, & in hoc concurrit diſtinctio. *Bartol. in dicta l. ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio.* Quod antea voluit bene ſuus Præceptor *Dynus in cap. ſcienti. de regul. iuris. in 6. vbi Celſus, Hugo, & Nicol. Boer. in Apoſtillis. Cyn. in l. cum antea. C. de arbitr. Cappella Tholoſ. in deciſion. 267. incip. An iurauſ. vbi Aufrerius. Cart. Iun. in cõſil. 79. in fin. & 141. nu. 16. Vdalrich. Zaſ. in conſil. 12. num. 3. 37. vol. 2. Alaxand. in conſil. 131. nu. 12. vol. 2. nouiſſime poſt aliqs Petrus Cenedo Collectan. iuris Canonici. 122. num. 6. parte 2. Marc. Anton. Peregrin. in conſil 74. ſub num. 2. vol. 3.* inquiens, reductionem ad arbitrium boni viri nulla cautela tolli

270 poſſe, ne detur † materia committendi dolum. *argum. dicti §. Illud. Hierony. Cagnol. in l. 2. num. 88. C. de reſcind. vend. Riminald. Iuni. in conſ. 106. nu. 8. vol. 1. in conſil. 178. num. 1. volum. 2. Gulielm. Caſſador. in deciſion. 1. num. 3. titul. de empt. & vendit. Anton. Gabriel. commun. opin. titul. de arbitr. concluſ. 3. num. 41. 42. Franciſc. Purpurat. in conſil. 460. nu. 2. vol. 3. Hierony. Cæuallos practicar. opin. commun. contra communem. q. 89. num. 6. Petr. de Anchar. in conſil. 330. col. 5. Aym. Crauett. in conſil. 142. nu. 24. Octau. Simoncell. de Decret. Minor. lib. 2. titul. 8. Inſpect. 18. num. 232. 233. Franciſ. Marzar. in conſil. 20. nu. 26. Franciſc. Caldas Pereyra in rep. l. ſi curatorem habens. in verb. Læſis. num. 1. verſ. ſed in hac contraria. C. de in integ. reſtit. minor. Plene plures allegans Ioſephus Ludouic. in deciſion. Lucenſi. 27. num. 1. cum pluribus ſeq. Hieronym. Magon. in deciſ. Lucenſ. 98. num. 30. Franciſc. Marc. in deciſion. Delphin. 149. vol. 2. Iacob. Menoch. de arbitrar. iud. quæſt. lib. 2. Cent. 1 caſu. 73. nu. 1. And. Gail. practicar. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 150. nu. 8. Marian. Iun. in conſil. 94. nu. 2. vol. 4.*

271 Intelligunt tamen pro ambarum † opinionum ſecuritate, & præſertim proximæ allegatę eſſe optimũ abſolutionẽ a iuramẽto petere antequã reductio petatur, ſecundum opinionem Baldi *in l. fin. C. de non numer. pecun. Io. de Anania in conſ. 16. in fin. Io. de Amic. in cõſ. 31. incip. Ad demonſtrãdũ col. 2. uerſ. maxime. Rob. Mara in Spe. Aur. in verb. Appellatio. n. 115.*

Cagnol. in dict. l. 2. num. 97. cum pluribus seq. dixi de compromiss. §. 8. gloss. 1. num. 9. meum dictum alle gans sequitur Borgnin. Caualcan. in decis. Fiuizan. 9. *num.* 42. *parte* 1. *Cardinal. Paris. in cons.* 45. *num.* 32. *vol.* 2. *quem sequitur Prosper Paseth. in cons.* 160.

272 *sub nu.* 10. *vol.* 1. *Dixi* † *super in titul. de iuramento in genere. vers. nonagesima sexta operatio. num... hoc eodem Tomo. Gaspar Caballin. in Milleloq.* 873. *Hieronym. Magon. in decis. Florent.* 119. *nume.* 9. *Costa de facti. scient. & ignor. Centur.* 2. *distinct.* 36. *num.* 19.

Sed admitti reductionem nulla iuramenti absolutione † impetrata, *voluit Ioan. Papon. arrestorum Cur. lib.* 6. *titul.* 3. *arresto.* 1. *quem sequitur Ranchin. ad Guid. Pap. in deci.* 519. *ante eos Abb. Panormitan. in consil.* 77. *in quinto dubio. vol.* 2. *Caballin. in dicto Milleloq.* 873. *Cacher. in decis. Pedemont.* 49. *nu.* 1. *Ioseph. Ludo. in decis. Lucens.* 27. *num.* 31. 32.

273 Decimo declara in Gallia recta via † ab arbitris ad Regem appellatur, ex ordinatione Ludouici XII. Regis, de quo habetur per Petrum Rebuffum *ad Consti. Gallic. Tomo.* 3. *titu. de arbitr. & arbitrat. articul.* 1. *gloss.* 9. *num.* 2. *Nouissime testatur Gerard. Maynardus in decis. Tholos.* 65. *in princip. & in decis.* 66. *lib.* 2. Vbi dicit, quod nec pœnam prius soluunt. *Petr. Matthæus, & Stephanus Ranchin. ad Guidonẽ Papæ in decis. Gratianopol.* 519.

274 Vndecimo declara, reductionem † secunda vice peti non posse, sed tantum semel, vt scribit Borgninus Caualcanus *in decis. Fiuizan.* 14. *num.* 49. *lib.* 1. Vbi ad comprobandum hoc dictum nihil allegat. Adde tamen Salycetum *in l. Et in maioribus. C. de appellat. Paul. de Castro. in consil.* 353. *incip. proponitur in facto, quod duo fratres. Gaspar Caballin. in Milleloq.* 880. *Bald. in l. vnica. sub num.* 10. *C. Ne in vna eademque causa. Nicol. Boer. in decis. Burdegal.* 284. *num.* 18.

275 Duodecimo declara, quod a sententia † iudicis aditi, reductionis, confirmantis, vel infirmantis sententiam arbitrorum, non appellatur, sed exequitur, cum a iudice, vt bono viro arbitrante, non appelletur. *Bartol. in l.* 1. *nu.* 18. *ff. de leg.* 2. *allegat Innoc. in c. præsenti. post medium. de rescriptis. Lanfranc. de Orian. de arbitr. q.* 22. *Guid. Papæ in decis. Gratianop.* 436. *nu.* 84. *Petrus Benimendus in decis. Bononiens.* 15. *incip. dubitatum. Quos sequutus sum, & retuli de compromiss. §. 8. gloss.* 4. *nu.* 1. *Nunc illis addo Petrum Rebuff. ad Constit. Gallic. Tomo.* 3. *titul. de arbitr. & arbitrar. articul.* 1. *gloss.* 9 *nu.* 4. *quem sequitur Gaspar Caballin. in Milleloq.* 880. *in princip. qui refert totum contextum Rebuffi, & ambo dicunt, quod in dicto titulo de rescript. non adest aliqua Decretalis incipiens, Præsenti.* Verum ego in Innocentio meo habeo Commẽtarium sub illo capitulo, quia soluit Innocentius sub vno titulo Decretalium, commentare aliqua capitula eiusdem Rubricæ existentia in libro sexto, vt est videre in eodem titulo de rescriptis, quia posito *c. quia nonnulli*, quod est finale, subiunxit *c. præsente.* & postmodum subsequitur *c. cum in multis.* quod est ab eo emanatũ in Concilio Lugdunensi, & deinde ponit *c. Dispendia.* & ambo hæc Capita sunt, *in titu. de rescript. in* 6. Esse autem posset, quod tempore Innocentij Quarti istud c. præsenti haberetur, cum tunc libri essent tantum manu
276 scripti, cum ipse creatus fuerit Pontifex † in anno Domini 1243. & vixerit annis vndecim, & men-
277 sibus quinque in Pontificatu. Et tamen † ars impressoria inuenta fuit anno 1453. a Ioanne Guttembergio, & sic per ducentos circiter annos post Innocentium, forte ita decretalis voluntate Pontificum Typis tradita non fuerit. Satis est librum meũ illius commentarium continere, & fuit ille impressus sub Domino Gulielmi Marchionis Montisferrati in oppido Tridini anno. 1511.

Contra supradictam conclusionem, quod a dicta sententia iudicis aditi pro reductione ad arbi-
278 triũ boni viri † possit appellari, quia, & si iudex videatur, tanquam bonus vir iudicare, quia sic vocatur a iure, tamen interdum sic non est, cum dari non debeat materia, sub boni viri specie male iudicandi, & idcirco in arbitrarijs etiam appelletur. *arg. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obligat. l. vir bonus. ff. iudicatum solui. l.* 1. *ff. de appell. Ita voluit Bald. in l. vnica. col.* 3. *C. Ne in vna, eademque causa & ix c.* 1. *§. fin. quo tempor. miles. quẽ refert, & sequitur Petr. Rebuff. ad Constit. Gallic. Tomo.* 3. *titu. de arbitr. & arbitrat. articul.* 1. *gloss.* 9. *num.* 5. *post Alex. in dict. l. ff. de legat.* 2. *Idem Caballin. in dicto. Milleloq.* 880. *Nicol. Boer. in decis. Burdegal.* 284. *num.* 18. *fuit originalis opinio Iacob. Butrigar. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Didac. Conar. Variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 5. *Hieron. Magon. in decision. Lucens.* 37. *num.* 4. 8. *Cæsar Barzius decis. Bononiens.* 6. *num.* 2.

279 Distinguendæ sunt opiniones † præfatæ multis modis, scilicet, quod aut iudex grauat in modico, & non appelletur, secus si in magna quantitate. *Bald. in l. vnica. col.* 2. *oppos.* 2. *C. de his quæ pœnæ nom. Ioan. de Anan. in consil.* 51. *in causa. Nicol. Milis. in verb. arbitrator.* Et istam Baldi opinionem, non solum sequitur, sed pluribus argumentis corroborat. *Lud. Roman. in cons.* 261. *incip. super eo. per totum. Sequitur Caballi. in Milleloq.* 880. *Fabius Timæus ad Magon. in decis. Lucens.* 37. *in verb. detur.*

280 Secunda distinctio est, † posse appellari a iudice recursus habiti, dum tamen prius mulctam in compromisso positam soluat, alias appellatio non recipiatur, & hæc conclusio est de mente Dyni *in consil.* 19. *Tholomæus nu.* 17. 21. *vsque ad finem. quem sequitur Caballin. in dicto Milleloq.* 880. *in fin. & ante illum dicit Petr. Rebuff. ad Constitutionem. Gallic. Tomo.* 3. *articulo.* 1. *gloss.* 9. *num.* 8. *Vitalis Camb anis in tract. Clausularum. cap.* 100. *incip. Subsequenter est ostendendum. sub nu.* 1. *vers. Redeo ad primum. cum vers. sequenti. Ioan. Papon. lib.* 6. *titul.* 3. *arrest.* 2. *Idem Rebuff. in loco allegato. gloss.* 13. *nu.* 1. 2.

281 Amplianda est supradicta secunda † distinctio, vt nec iusta causa excuset a pœna cõpromissi tentẽ petentem reductionem, cui renunciauit, *vt dicit Dyn. in dicto cons.* 19. *Tholomæus, quem sequitur Bartol.*

in

in l. qui Romæ. §. duo fratres ff. de verb. obligat.

282 Contra hanc ampliationem † tenuit *Ioan. And. in Addit. Speculat. in titul. de arbitr. in Addit. incip. Dynus in regula. & in cap. 1. in fin. de elect. in 6. quem refert Bald. in l. generaliter. C. de epiſcop. & cler. & in cap. 1. §. inter pares. de lege Conradi.* quod cauſa iuſta excuſat a pœna compromiſſi. *Nicol. Boer. in Deci. Burdeg. 284. num. 22. 23. Caballin. in Milleloq. 886.*

283 Concordat tamen has opiniones † *Bald. in dicta l. generaliter. & in l. fin. C. de arbitr. & in l. eos. §. cautionem. C. de appellat.* Quod aut compromiſſum eſt neceſſarium, aut voluntarium. Primo caſu iuſta cauſa excuſat a pœna ſecundo caſu non excuſet a pœna, quem ſequitur Vitalis Cambanis in tractatu clauſularum, *cap. 100. incip. ſubſequenter eſt oſtendendum. ſub num. 1. vſque ad finem.*

284 Limita hanc ſecundam † diſtinctionem, non deberi pœnam, ſi ſuccumbat ex nouiter productis, *vt voluit Petr. Rebuff. ad Conſtitut. Galliæ. Tomo. 1. titul. de arbitr. & arbitrat. articul. 1 gloſ. 11. nu 9.* Vbi dicit, ita in Parlamento Pariſienſi fuiſſe prouiſum.

285 Tertia diſtinctio eſt, quod admittatur † appellatio, non tamen retardetur exequutio, quia exequitur ſententia iudicis reductionis, ſed præſtatur per partē quæ ſententiam obtinuit, cautio de reſtituendo in caſu retractationis, & hæc obſeruantia eſt in hoc Regno Neapolitano, & habemus textum expreſſum in Pragmatica *Et ſi aliqua partium. in dicto tit. de arbitris, & compromiſſ. & ita poſt Matth. de Afflict. in Conſt. Regni. Appellationum tempora. num. 47. ſub rub. de Appel. ſequitur Petrus Benintend. in deciſ. 15. verſ. Adde ad iſtam partem. Quos retuli, & ſequutus ſum in tract. de Compromiſſis. §. 8. gloſ. 4. nu. 1. & gloſ. 5. num. 1. quod & placuit Nicol. Boerio in deciſ. Burdegal. 284. ſub nu. 26. & Vital. Camban. in tract. Clauſularum cap. 32. incip. Nil nouari pendente recurſu. Anton. Capic. in deciſ. 53. num. 4. quod magni facit Fabius Timæus ad Magon. in deciſ. Luceuſ. 37. in verb. Detur appellatio.*

286 Si tamen pendente † reductione ad arbitrium boni viri, aliquid innouaretur attentata reuocabuntur, quia reductio ad appellationis ſimilitudinem ſuſpendit, *vt per Bald. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. q. pen. ff. de pactis. Cardinal. in c. expoſita. de arbitr. Robert. Marant. in Specul. Aureo. parte 6. actu. 2. ſub nu. 110. Panor. in c. Quintauallis nu. 41. de iure iurand. Ioan. de Imol. in conſ. 130. ſub nu. 7. Philipp. Franc. in c. dilecto. nu. 39. de appel. Auguſt. Berous in conſ. 1. nu. 93. vol. 2. Idem Nicol. Boer. in dicta deciſ. 284. nu. 24. Cardinal. Paris. in conſ. 45. nu. 60. vol. 1. Anton. Maſſa Galles. de obligation. in forma Cameræ. particul. 4. q. 3. num. 5. Iafredus Lanfranc. Balbus in deciſ. 461. incip. Arbitramentum. quos ſequitur Robert. Lancellott. de attentatis. parte 2. cap. 17. nu. 10. 11. Vitalis Cambanis in tract. Clauſularum. cap. 32. incip.* Nil nouari recurſu pendente *AEmilian. in conſil. 47. nu. 18. Petr. Rebuff. ad Conſt. Galliæ. Tomo. 3. titul. de arbitr. & arbitrator. articul. 1. gloſ. 8. num. 30. Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Lucenſ. 27. num. 43. Hieronym. Magon in deciſ. Lucenſ. 98. num. 33. Gaſpar Cabal. in Milleloq. 887. incip. quo ad rem. Ferrant. Gargias. in Patrocin. 1. num. 3. Garſias Maſtrill. in deciſ. Siciliæ. 90. nu. 1. Cardin. Puteus in deci. 394. lib. 2.*

287 Sed non reperi in iure † cautum, quod arbitramētum per reductionem ad arbitrium boni viri ſuſpendatur, *voluit Cæſar Barzi. in deciſ. Bononienſ. 86. num. 16. allegat Cardinal. Puteum in deciſ. 113. incip. In vna Panormitana. lib. 3. Vbi hoc non dicit.* Tamen a præfata communi opinione recedendum non eſt, licet etiam Iacobus Menochius *in Addit. ad q. 70. de arbitrar. iudic. quæſtion. nu. 42.* cenſuerit, reductionem ad boni viri arbitrium deducere remedium deuolutiuum, non autem ſuſpenſuum. Sed hoc, vt dictum eſt, videtur contra ſupradictam opinionem communiorem, & approbatam.

288 Reductio ad boni viri arbitrium, licet † appellatio non ſit, eſt tamen ſpecies appellationis. *l. non diſtinguemus. §. cum quidam. in fin. ff. de arbitr. Bar. in l. ſocietatem. §. arbitrorum. num. 19. ff. pro ſocio. Antonius Theſaur. in deciſ. Pedemont. 14. nu. 2. Gaſpar Anton. filius. quæſt. Forenſ. lib. 1. q. 82. nu. 1. Afflict in deciſ. Neap. 51. nu. 2. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 151. nu. 1. vol. 2. Hierony. Magon. in deciſ. Luceu. 98. num. 1. Deci. in conſil. 60. numero 1. Lanfranc. de Orian. in tract. de arbitr. in princip. nu. 32.*

289 Et ideo reductione ad arbitrium † boni viri pendente laudum non exequitur. *Iafredus Lanfr. Balbus in deciſ. 461. incip. arbitramentalis. Alex. in conſ. 43. num. 9. vol. 6. plene Lancellot. de attentatis parte 2. cap. 16. per totum.*

Super lite mota compromittentes, Titius, & Mæuius, ſub pœna arbitramento ſtare promiſerunt. Titius Victoriam ab arbitris reportauit, Męuius a pronunciatione arbitrorum ad Senatum appellauit, pœnitentia ductus Mæuius, antequam ſenatus de cauſæ meritis cognoſceret, ab appellatione recedere, & arbitrorum ſententiæ ſe ipſum

290 parere obtulit, dubitatum † fuerat, an ad pœnam teneretur? Pariſienſis ampliſſimus ordo in anno 1582. pœnam commiſſam eſſe a Męuio iudicauit, quod eleganter retulit Anneus Robertus Rerum iudicatarum *lib. 3. cap. 8. in fin.*

291 Pœnæ vero in compromiſſo † adiectæ exactio, nō ſtatim, quod quis appellat, vel recurrit exigitur, ſed ſententia iudicis expectatur, quæ ſi contra recurrentem, ſiue appellantem prolata fuerit, exequitur, ita Dynus *in dicto conſil. 19. incip. Tholomæus. ſub num. 14. 15. ſequitur Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 284. num. 20. Cæſar Vrſill. in deciſ. Neapolit. 132. ſub nu. 6.*

292 Contrarium tamen, † quod ſtatim petendo reductionem, & appellando ab arbitramento pœna debeatur, cum id promiſſum fuerit in compromiſſo, quod tranſactionis cum ſit ſpecies, contraueniendo in pœnam incidit, vt ſibi cōtrarius dicit idem Dyn. in dicto conſil. 19. num. 17. dum reſpondet tertio capitulo.

293 Verum primam opinionem † æquiorem eſſe voluit *Nicol. Boer. in dicta deci. 284. n. 20.* Quā maxime verā puto, ſi reductio petita ſit contra dolum arbi-

tri

tri, vel ob maximam & enormiſſimam læſionem, quæ ſi coram iudice adito probata fuerit, fuſtra eſſet pœna exacta, quę ſtatim foret reſtituenda.

294 Sed pœna in compromiſſo † adiecta, parti debetur, non autem fiſco, *vt in l. arbiter intra.* 47. *ff. de arbitr.* Vbi hoc voluerunt Bartolus, & Baldus, vbi dicunt, quod partes, quæ ſunt perſonæ priuatæ, non poſſunt actionem fiſco quærere. *argu. l. 1. vbi Bartol. ff. de iure fiſci. & voluit Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 284. num. 27. & plene Petr. de Anchar. in conſ. 1. per totum. Iafred. Lanfranc. Bal. in deciſ. 164. incip. & ſi ex partium.*

Contrarium tenuit Caballinus *in Milleloquio*

295 888. † Sed ſupradicta opinio eſt verior, & magis communis.

296 Declara, niſi per † Notarium, Tabellionem, vel publicam perſonam fuerit pœna ſtipulata pro fiſco, *vt dicit Bartol. in dicta l. 1. num. 13. ff. de iure fiſci. Nicol. Boer. in dicta deciſion. 284. num. 28. & nouiſſime Bartholom. Bertazzol. in rep. l. ſi quis maior. nu. 773. C. de tranſact. Iafred. Lanfr. Balb. in deciſ. 164. incip. & ſi ex partium.*

297 Quis autem iudex erit eiuſdem † reductionis ad arbitrium boni viri, quod fit iudex rei ex Bartolo *in l. ſocietatem. §. arbitrorum. ſub num. 19. verſ. vnũ tamen puto. ff. proſoc. & in l. 2. C. vbi, & apud quem. & Alexandr. in conſil. 103. incip. conſideratis his. col. 1. verſ. pro hoc etiam. vol. 5. & Lanfran. de Orian. de arbitr. parte vltim. q. 19. voluit Roland. a Vall. in conſ. 76. num. 33. vol. 1.* Marc. *Anton. Blanc. de compromiſſ. q. 10. num. 13. quam opinionem nouiſſime ſequitur Antonin. Theſaurus in deciſ. Pedemontan. 14. num. 5. in fin.*

298 Secundo loco † altera opinio eſt, quod reductio ad arbitrium boni viri facienda ſit coram iudice illius loci, iudicis ordinarij, qui eſſet futurus iudex cauſæ, vt per Lanfranc. de Oriano in tractatu de arbitris, *parte vltima. q. 19. Robert. Marant. in Specul. Aureo. in verb. appellatio. num. 114. Bartol. in dicto. §. arbitrorum. ſub num. 19. Caſtrens. in l. cum hi. §. tranſactione. ff. de tranſact. Panor. in c. Quintauallis. col. fin. de iureiur. quem retuli in tract. de compromiſſ. §. 7. glo. 2. num. 6. argum. l. præcipimus. C. de appell. quod voluit Ludouic. Roman. in conſ. 265. nu. 3. quem refert, & ſequitur.* Matth. *de Afflictis in deciſ. Neapolit. 51. num. 1. 2. & hoc idem tenet Alexand. in conſil. 131. incip. in cauſa vertẽte. in princ. vol. 2. & hanc opinionem ſequitur idem Theſaurus in dicta deciſ. 14. num. 5. 6.* Iudicem vero ordinarium declarat ipſe, eſſe iudicem rei, & ante ipſum *Roland. a Valle in conſ. 24. num. 7. cum pluribus ſeqq. vol. 4. De ordinario loquitur Damhouder. in praxi rer. ciuil. cap. 213. num. 3. 4. Et hæc ſententia eſt communior. Roland. a Valle in conſ. 76. num. 33. vol. 1. Ioachim. Mynſinger. obſeruat. 61. Centur. 3. Andr. Gail. practicar. obſeruation. lib. 1. obſeruat. 149. num. 1.*

299 Tertio loco in hoc Regno † Neapolitano, reductionis iudex ſtatuitur is, qui eſt iudex loci, in quo laudũ, ſiue ſententia lata fuerit, ita dictat Regia Pragmatica, *incip. & ſi aliqua partium. ſupra allega-*

300 *ta.* Cuius hac ſunt verba: (Et ſi aliqua † partium ſe grauatum ſenſerit a ſententijs, vel laudis prædictis, adeat iudicem loci, vbi talè laudum latum fuerit.) Et hanc opinionem de iure communi tenuit *Specul. in titul. de arbitro, & arbitratore. §. 1. num. 4. Franciſc. Viui. in deciſ. 380. num. 5.*

301 Non dubium eſt, quin ſecunda † opinio habeat plures, qui illam ſequuntur, & vt videmus ordinarium iudicem dicunt eſſe iudicem rei, quem cum actor, ſi litigarent, eſſet ſequuturus, vt qui ſequatur forũ rei, vt videtur coincidunt, tã prima, quam ſecunda opinio, in vnam. Et quatenus in hoc ſit dicta pragmatica ſupra allegata, de cuius intellectu, illam commentando, diximus de Compromiſſis. §. 7, gloſſ. 2. per totum. Tamen in litigantibus compromittentibus eiuſdem loci obſeruatur, quod cauſa reducitur ad arbitrium boni viri ordinarium dicti loci. Sed ſi compromiſiſſent in exteros, cauti Aduocati obſeruant, vt laudum proferatur in eorum patria. Si vero arbitri fuerint Conſiliarij Regij, non attenditur locus, nec iudex ordinarius, quia turpe eſſet, quod laudum prolatum ab eis, veniat ad iudicem ordinarium, & inferiorem, ſed reducitur ad iudicium principis ſuperioris, & hanc ſeriem pluries obſeruaui, & obſeruari vidi.

302 Si arbitri fuerint vnus † clericus, alter laicus, & ab illis reductio petenda ſit, dicunt ad iudicem eccleſiaſticum, tanquam digniorem eſse recurrendũ, *voluerunt Bartol. &* Bald. *in l. præcipimus. C. de appell. & Benedict. Canophil. in tract. de priuileg. eccleſ. titul. de arbitris. priuilegio. 1. quos allegaui de compromiſs. §. 7. gloſſ. 2. num. 7. quibus nunc iungo Lud. Roman. in dicto conſ. 265. Ioannem de Arnono in ſingul. 87. incip. ſæpe contingit. allegantem Petrum de Anchar. in ſua diſputatione. incip. cum C. laicus. in ſecũdo dubio. Alexand. in conſ. 183. incip. viſo proceſſu cauſæ. col. 1. verſ. & ad oſtendendum. vol. 2. Iaſ. in l. Imperium. ſub num. 3. ff. de iuriſd. omn. iudic.*

Sed ego non ſic indiſtincte tenerem, quia ſi eſſet eo caſu in laicum, & clericum compromiſſa cau-

303 ſa † ſpiritualis, tunc dicerem, quod reductio faciẽda eſset in ſuperiorem eccleſiaſticum cuius authoritate factum eſset compromiſsum, & ita intelligerem textum *in c. per tuas. de arbitr. & quæ nouiſſime dicit Lælius Zanch. in tract. de priuileg. eccleſiæ. pri-*

304 *uilegio. 83. nu. 18.* Et ſimili modo † dicerem, quando compromiſsum eſset ſupra cauſa profana, quod reductio facienda eſset ad iudicem laicum cum iudex eccleſiaſticus iuriſdictionem non habeat, vt poſſit mandare, quod cauſam prophanam reducat ad ſuum tribunal, ex quo ſicut laicus de honeſtate tantum non poſſet de re ſpirituali, iudicare eodem modo, & clericus de re prophana, *argu. cap. contingit. de arbitr. & eorum, quæ dicit Abb. Panor. in dicto cap. per tuas. ſub nu. 3.*

305 A laudo homologato per partes † non appellatur, ſed exequitur. *Matth. de Afflict. in deciſio. Neapolitan. 117. num. 4. Hyppolit. de Marſil. in ſingul. 161. incip. homologatio.* Bertrandus *Argentreus in conſuetud. Britan. articul. 265. in verb. par acapt*

de

de iuſtice. ſub num. 16. verſic. ſed aliam exceptionem.

306 Homologationē appellat † Accurſius *in l. ne in arbitris. §. ſi quis autem. C. de arbitris.* quaſi confirmationem, & acceptationem ſententiæ arbitrorū, & ita etiam eam vocem Græcam refert *Alber. in Dictionario in verbo homologo. Abb. Panor. in conſil. 18. ſub num. 14. vol. 2. ante eos Placentinus in Summa Codicis. lib. 2. titul. 55. col. pen.* & dicendum fore ho

307 mologare ex Græco† verbo ὁμολογῶ, quaſi confirmo dicit Catellianus Cotta *in memor. in verb. homologare.* Aut denotat ſubſcriptionem, quia illud laudum latum ſubſcriptione cofirmat, vt videtur innuere Placentinus videri etiam poteſt *Iacobus Cuiacius. lib. 17. obſeruat. 16.* Quod autem de ſubſcriptione ſimili intelligatur, *eſt tex. in l. cum antea. C. de arbitr.* quem ad hūc effectum nemo ad huc ponderauit, vt arbitror.

308 Homologatum ſi ſit † laudum nullum, & ſi non valeat in vim laudi, valebit tamen in vim pacti. *poſt Afflict. in dicta deciſ. 117. num. 6. Dixi de compromiſs. §. 2. gloſſ. 6. num. 8. Marſil. in ſingul. 161. incip. homologatio. Angel. Gambilion. in conſil. 29. num. 30. vol. 1. Boer. in deciſ. Burdeg. 284. ſub num. 26. Dixi ſupra hoc titul. verſic. valebit Foren. num. 238. Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib. 2. titul. 39. defin. 1. vol. 1.*

309 At ſi homologatio, ſiue ratificatio, † aut confirmatio præcedat ſententiam non eſt tanti vigoris, vt ſententiam poſt latam ab arbitris confirmet, vel approbet, intelligitur enim ſi arbitrium iuſtum latum fuerit, quia eſſet, dolum futurum remittere, quod fieri minime poteſt. *argum. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. l. fin. C. de non numerata pecunia. l. ſi libertus. ff. de oper. libert. l. fin. C. de non numer. pecun. Bartol. in l. ſocietatem. §. arbitrorum. num. 30. ff. pro ſoci. Marian. Senior. in conſ. 85. col. 2. verſ. Nec prædictis obſtat. vol. 1. Quem ſequitur Gaſpar Caballin. Milleloq. 881.*

310 Reputatur tamen homologatum † laudum poſt triginta annos, & eſt exequendum, *vt dicit Bartho. Socin. in conſil. 220. col. 4. verſ. adiſtud primum. vol. 2. Ioſeph. Maſcard de probationib. in concluſ. 966. quos refert. & ſequitur Stephan. Gratian. in deciſion. Marchiæ. 197. nu. 14.*

311 Pluries dictum fuit ob læſionem † laudum reduci ad arbitrium boni viri, ſed læſio quanta debeat eſse, iudicis arbitrio remittendam voluit Gloſſa *in l. hactenus. in verb. pertinet. ff. de vſufruct. Angel. in conſil. 353. incip. præmitto. col. pen. Alexand. in conſil. 131. incip. in cauſa. col. vltim. vol. 2. Cardinal. Paris. in conſil. 12. num. 85. vol. 1. & multos allegans. Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. lib. 2. Centur. 1. caſu. 73. nu. 5. Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Lucens. 27. nu. 34. 35. Deci. in conſil. 39. num. 7.*

312 Alij cenſuerunt, læſionem in caſu, † de quod agitur eſse debere in ſexta parte, *vt dicit Bartol. in dicto. §. arbitrorum. num. 25. argum. l. vnde ſi Neruæ. cum. l. ſeq. ff. eod. titul. & ex Dyn. Caſtrenſ. Comens. Alexand. Lanfr. & Boer. reſtuli. de compromiſs. §. 8. gloſſ. 1. num. 34. Guid. Pap. in deciſ. Delphinal. 519. num. 3. Raph. Fulgoſ. in conſil. 50. Thom. Ferrat. in Cautel. 8. nu. 2. Dec. in dicto conſ. 39. num. 7.*

313 Contrarium tamen † in dicto loco tenui, quod læſio non in ſexta parte, ſed debeat eſse in tertia, & allegaui *Ioan. de Imol. Ludouic. Roman. Anton. de Butrio. & Alexandrum in locis ibi relatis.* Vbi de di intellectum quod textus *in dicta l. vnde ſi Neruæ. & l. ſeq.* loquitur de læſione in tertia parte. Quod tradidi etiam *ex Abb. Panor. in pluribus locis. & in capit. Quintauallis. num. 33. de iureiur. Nunc addo Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. lib. 2. Centur. 1. caſu. 73. num. 3. Sfort. Oddum de reſtitut. in integrum. q. 4. articul. 13. num. 119. parte. 1. Iacob. Gourre. Regium olim in Britannia Armorica Senatorem in rep. l. 2. in vltim. parte. col mihi. 12. verſ. prima hæc erit. C. de reſcind. vend. Anguſt. Beroum in conſil. 166. nu. 6. vol. 1. Cardinal. Pariſium in conſil. 55. num. 49. vol. 1. & nouiſſime Achill. Pedroc. in conſil. 36. num. 43. vol. 1.*

314 Probandam autem eſse † læſionem per illum, qui in ea ſe fundat, *ex Andr. Alciato in tract. præſumptionum. regul. 3. præſumpt. 22. per totam. voluit. Cardin. Puteus in deciſ. 113. num. 1. lib. 3. Cappell. Tholoſ. in deciſ. 389. incip. Item & eccleſ. Dixi de compromiſſ. §. 8. gloſ. 1. num. 1. Petr. Benincend. in deciſ. 85. num. 9. Marian. Iunior. in conſ. 16. num. 14. vol. 1. M. Anton. Natta in conſ. 199. num. 9. vol. 1. Cæſar Barzi. in deciſ. Bonon. 86. num. 11.*

315 Læſus vnus ex compromittentibus ex † laudo, vel arbitramento, etiam vltra dimidiam, poteſt agere remedio *l. 2. C. de reſcind. venditione, vt poſt alios multos voluit Hieronym. Cagnol in dicta l. 2. nu. 83. cum pluribus ſeq. poſt alios Ioachim. Mynſingerus. in obſeruat. 33. Centur. 1. Deci. in conſil. 6. num. 4. Marant. in Specul. Aureo. diſtinction. 14. nu. 8. Dixi de Compromiſs. in §. 2. gloſ. 1. num. 11.*

316 Executio laudi nulli peti non poteſt, quia † laudum nullum, laudum non dicitur. *argum. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. l. 2. in fin. ff. de pœnis. Corn. in conſ. 140. in princip. vol. 4. quem ſequitur Deci. in cō. ſil. 475. num. 36.* Tum maxime ſi appareret notoria nullitas ex actis, puta ex defectu poteſtatis attributæ arbitris, vt ex multis voluit Hieronymus de Laurentijs, *in deciſion. Auenion. 142. num. 4. 5. Stephan. Gratian. in deciſion. Marchiæ. 6. nume. 40. Ioan. Vincen. de Anna in ſingul. 299. Vide infra hoc eodem titul. num. 323.*

317 Ampliatur, hoc † procedere etiam ſi renunciatum ſit nullitatibus, *vt per Ioan. Thom. Minadoum. in deciſ. 19. in fin. vbi corrupte allegat Specul. & Alexan. apud quos in locis allegatis reperire nō potui. Ad de Angel. in conſil. 187. in fin. Ruin. in conſil. 14. nu. 18. vol. 2. Ioan. Cæphal. in conſil. 118. num. 32. vol. 1. quos ſequitur Gratian. in dicta deciſ. 6. num. 43. Cæſar Barz. in deciſ. Bononien. 112. nu. 14. Sequitur Io. Vincent. de Anna in dicto ſingul. 299.*

318 Declarant tamen † non procedere, vbicunque & ſi iuratum eſset laudum eſse obſeruaturos, nihilominus ſi ſolennitas nullitatis allegatæ concerneret omiſſionem citationis, nihilominus laudum

obſer-

obseruandum esset, *vt post Baptistam de Sancto Blasio in tract. arbitror. q. 70. vers. Quinta conclusio. voluit Ioan. Lopez de Palatios Rubios. in rep. c. per vestras. Notabili. 6. §. 12. num. 30. de donat. inter vir. & vxor.*

319 Indiuiduum † cum sit laudum, non potest ex compromisso etiam indiuiduo dici, quod partim exequatur, partim vero non exequatur, quia, vt transactio, compromissum est ex vtraque parte vltro, citroque obligatorium, *vt ex Bald. in l. fin. oppositione. 1. C. de edict. Diui Adrian. Toll. & Catellian. Cotta. in verb. iuramentum. voluit Vincent. de Franch. in decis. 173. nu. 6. 7. Et ante ipsum Ioan.* Mohedan. *in decision. 313. Cæsar Barz. in decis. Bonon. 87. num. 6.*

320 Procurator cum speciali mandato requiritur † in petenda reductione ad arbitrium boni viri. *Lanfranc. de Orian. in tract. de arbitris. parte 7. num. 42. Augustin. Berous in consil. 25. num. 1. 2. cum plurib. seqq. vol. 3. ex Bartol. in l. si procurator. num. 7. ff. de condict. indebit. Hieronym. Magon. in decis. Lucens. 51. num. 6. 20.*

321 Ratificatio reductionis † ad arbitrium boni viri extra tempora debita, non valet, nec retrotrahitur. *l. bonorum. ff. rem rat. haberi. Oldrad. in cons. 130. num. 12. Guido Pap. in decis. Gratianop. 13. nu. 1. Quos sequitur Hieronym. Magon. in decis. Lucens. 51. nu. 25. & bene Deci. in l. semper qui non prohibet. num. 12. Alexand. in consil. 110. col. 2. vers. Non obstat si diceretur. cum seq. vol. 1.* qui allegat Rotam *in decisio. 146. incip. Item licet amicus.* Quam non inuenio, & illam post eum allegat etiam *Matth. de Afflict. in decis. Neapolitan. 300. num. 2. cum multis allegatis per Hierony. Cagnol. in dicta l. semper qui non prohibet. num. 20. Cæsar Barzi. in decis. Bonon. 68. nu. 23. Sed videndus est. D. Ioan. Baptista Costa in tract. de retro tract. c. 8. casu. 4. per totum. Iafred. Lanfran. Balbus in decis. 126. incip. Ratihabitio.*

322 Declara tamen, quod licet † ratificatio facta post debita tempora non valeat admittitur tamen quo ad ipsius ratificantis præiudicium, *vt voluerunt Angel. & Paul. de Castro in dicta l. Bonorum. ff. rem rat. hab. Augustin. Berous in dicto cons. 25. nu. 24. vol. 3.* Sed de hac materia, Si D E O placuerit, dicam latius *in titul. de ratihabitione, & Ratificatione.*

Cum, vt supra hoc eodem titulo, *vers. executio laudi nulli. num. 316.* dixerimus laudum nullum dici non posse laudum, tamen si a partibus ratifice-
323 tur valebit in vim † pacti, non in vim laudi, *vt dicit Deci. in consil. 475. col. 4. & in consil. 488. in fin. & voluit Matth. de Afflict. in decision. Neapolitan. 117. sub num. 6. quem sequitur Cæsar Barzius. in decis. Bononiens. 87. sub. num. 11. Ioan. Vincent. de Anna in singul. 299.*

Potestas data arbitris sententiam, & laudum proferendi intra certum tempus, illo elapso, cessat,
324 nec † proferre potest sententiam. *l. idem Pomponius. §. ex compromisso. l. arbiter iudicij. in fin. l. si cum dies. in princip. & §. si intra. l. Non distinguemus. §. compromisso soluto. ff. de arbitr. Speculat. in tit. de arbitro, & arbitrator. §. finitur autem. num. 1. sub nu. 5. Ioan. Monach. in defensorio iuris. rub. 3. num. 15. Masuerius in practic. titul. de arbitris. sub num. 13. vers. Item lapso.*

325 Intelligi tamen, & † limitari debet, nisi a partibus fuerit ipsis arbitris tributa potestas prorogãdi compromissum. *Bald. in cap. olim. col. 2. de rescript. & in l. 1. C. de sentent. ex breuicul. recit. Alexand. in cons. 34. in fin. vol. 1. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 283. nu. 29. Gaspar Caballin. Milleloq. 892.*

326 Subintellige primo, † quod quotiescunque datur arbitris potestas prorogandi, etiam si adsit clausula, quod semel, bis, tamen non potest fieri ad vitam, vt *voluit Bald. in c. tua nobis. in fin. de appell. Alexand. in l. qui bona. §. fin. vbi alij. Idem Alexand. in cons. 34. in fin. vol. 1. faciunt notata per Ludo. Roman. in l. 2. col pen. ff. de re iudicat. Georg. Natta in clem. 1. col. 61. vers. in arbitro autem. de verb. signific.*

327 Sed tamen, quod eo † casu tributa arbitris prorogandi potestate, ad longum tempus progare nõ poterint, *vt voluit Iason. in consil. 30. vol. 1.* Præsertim si id facerent differendæ litis causa, quo casu arbitri prorogare toties non tenentur, vt dicũt Roman. & Natta in loco allegato.

328 Subintellige secundo, † quod vsque ad tres mẽses fieri possit prorogatio compromissi. *Bald. in l. 1. ff. vt in possess. legator.*

329 Subintelligunt tertio † alij, non permitti hanc potestatem prorogandi compromissum, nisi semel. *argum. l. Boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signif. Bald. in cap. olim ex literis. col. 2. vers. ibi & iterum. de rescript. Alexand. in consil. 70. col. 2. vers. secus autem si istud esset. vol. 2. Marian Socin. Senior. in cons. 117. incip. visa, & diligenter. col. 1. vers. his tamen non obstantibus. vol. 1. quos cum alijs refert, & sequitur Andre. Tiraquel. in dicto §. hoc sermone. in principi. nu. 65. & post Lanfran. Felin. & Iasonem voluit Cardinal. Paris. in cons. 43. nu. 13. vol. 1. Augustin. Berous in consil. 180. num. 13. vol. 3. Boer. in decis. Burdegal. 283. nu. 29.*

330 Declara tamen dummodo prima † prorogatio valida fuerit, alias denuo facienda erit. *l. hæc conditio. ff. de conditionib. & demonstr. Augustin. Berous in dicto cons. 180. num. 13. col. 3.*

Subintellige quarto, prorogationem compro-
331 missi faciendam esse, antequam labatur † primus terminus, alias non erit prorogatio, sed nouum cõpromissum, *argum. l. sed si manente. ff. de precar. Barthol. Socin. in consil. 99. nu. 24. col. 3. Cardinal. Paris. in dicto cons. 43. num. 7. col. 1.*

332 Contrarium, quod † prorogatio, quæ fieret post terminum, valeat, non solum, vt nouum compromissum, sed etiã, vt prorogatio, voluit post aliquos Nicolaus Boerius, *in dicta decis. Burdegal. 283. nu. 19.* Verum tamen, prior opinio est communiõr, & in puncto iuris sustentabilior.

333 Subintellige quinto, † prorogationem continere debere terminum, ac tempus, non excedens primum terminum, ita quod non sit longior termino in compromisso contento, habens enim pote-
3 tem

tem prorogandi, nõ poteſt in longius tempus prorogare. *Bald. in cap. fin. col. 9. verſ. dubitatur. de conſuetud. arg. l. ſancimus. C. de fideiuſſor. Felin. in cap. de cauſis. num. 5. de officio delegat. Cardinal. Paris. in dicto conſil. 43. num. 9. vol. 1. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 283 ſub num. 29. Hyppolit. de Marſil. in ſingul. 52. incip. prorogatio compromiſſi.*

334 Subintellige ſexto, quod † ſi prorogatio contineret aliquid diuerſum, vel additum non contentum in primo compromiſso, non diceretur prorogatio, ſed compromiſsum nouum. *Barto. in l. ſi cum dies. in princip. num. 3. ff. de damno infect.* dum dicit, de poteſtate habente à ciuitate cognitionem malefi ciorum per ſex menſes, & dicit, quod ſi diceret eligimus per alios ſex menſes, non erit prorogatio, ſed noua electio, ſi vero dicit prorogamus tempus

335 primi officij, tunc erit † prorogatio, quem ſequitur ibidem *Alexand. num. 8. Bald. in conſil. 436. incip. Quæritur ſi factum. vol. 1. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapolitan. 148. num. 2. quem ſequitur Ioan. Cephal. in conſil. 35. num. 53. vol. 1. Borgnin. Caualcan. in deciſ. Fiuizan. 20. num. 4. parte 1.*

336 Subintellige ſeptimo, quod † ſi in prorogatione interuenit nouum iuramentum non dicitur prorogatio, ſed eſt diuerſum, & nouum compromiſsum, vt ex Baldo patet *in c. venerabilẽ. col. 4. Pone. de elect.* Vbi dicit, quod prorogans terminum, in quo quis iurauerat, videtur prorogare cum eiſdem qualitatibus, *vt per Felin. in c. præterea. num. 30. 31. extra de ſponſalib. & matri. & Bartholom. Socin. in dicto conſil. 99. ſub num. 4. vol. 3. Cardinal. Paris. in dicto conſ. 43. num. 91 1. vol. 1.*

337 Subintellige octauo, quod † quando eſt arbitris data prorogandi poteſtas ipſum ompromiſsum, tunc ſi arbitri prorogant, partibus præſentibus prorogationem facere debent, aut ſaltem prorogatio partibus notificata, & intimata, alias officialis diceretur doloſe procedere, & laudum partes non coget, nec aſtringeret. *argum. l. diem proferre. in princip. ff. de arbitr. Bald. in l. 1. C. de ſentent. ex breuicul. reci. in l. eos. §. Apoſtolos. C. de appellat. Sequitur Alexand. in conſil. 34. col. fin. verſ. hoc probatur. vol. 1. Barthol. Socin. in dicto conſ. 99. col. 4. verſ. ſi ergo non prorogarunt. vol. 3. Deci. in conſ. 39. num. 1. 2. Anto. Capic. in deciſ. Neapolitan. 93. num. 5. Iafred. Lanfranc. Balbus in deciſ. 419. incip. arbiter, cui eſt data. Nicol. Boer. in dicta deciſion. Burdegalenſ. 283. nu. 32. 33.*

338 Sed quando in cũ promiſſo † diceretur ꝙ præſentibus, & abſentibus partibus poſſit prorogatio fieri, tunc facienda eſt diſtinctio, de qua bene *Iafred. Lã franc. in deciſ. 33. incip. ſi in compromiſso. in deciſion. 419. incip. arbitr.*

339 Subintellige nono, quia † ſi compromiſſum dicit ſimpliciter, quod dies poſſit prorogari, tunc ſi vtraque pars diſsentiat, per arbitrum, & arbitros prorogatio fieri non poteſt, *ita Alberic. de Roſat. in l. non diſtinguemus. §. dies. ff. de arbitr.* Vbi dicit, quod eo caſu ſi vnus diſſentiat, & alter cum arbitro

340 poterunt facere † prorogationem, & diſſentiens tenebitur ad pœnam compromiſſi, cum quo concordat, & eum ſequitur Boerius *in dicta deciſ. 283. num. 26. 27.*

341 In duos factum compromiſsum, & ſi † diſſentirent, tertium aſſumerent, non valet, in aſsumendo enim tertium poſsent diſsentire. *l. item ſi vnus. §. ſi in duos. ff. de arbitr. Franciſc. Marc. in deci. Delphin. 463. num. 1. vol. 1. Petr. Rebuff. ad conſtitut. Galliæ. Tomo. 3. titul. de arbitro. & arbitrat. articul. 1. gloſſ. 2. num. 7.*

342 Declarandum eſt, quod † ſi diſcordarent in eligẽdo tertium, iudex ordinarius illos cogere poterit, vt tertium certum eligant. *Idem Franciſc. Marc. in dicta deciſ. 463. num. 2. vol. 1. Petrus Gregor. Syntag. mat. iuris vniuerſi. lib. 47. cap. 39. ſub num. 17.*

343 Subdeclaratur † tamen, vt ſi iudice mandante, arbitri certum tertium non eligerent, eo caſu iudex illum eliget, *vt concludit Petr. Rebuffi. in dicto articul. 1. gloſſ. 2. nu. 7. in fin. argum. dicta l. item ſi vnus. §. fin. ff. de arbitr.* Sed vt ego video, textus ille hoc non dicit, vnde iſto caſu iudex recuſantibus arbitris eligere tertium, illos præturæ viribus per exactiones pœnarum captis pignoribus, & per capturas perſonarum, ſibi obtemperari illos faciet. *Toto titu. ſi quis ius dicent. non obtemper. & hoc reperi tenere Specul. in tit. de arbitr. & arbitrat. §. ſequitur. nu. 13. 14. 15. 17.*

344 Declara ſecundo, quod † ſi duo arbitri, vnus eſſet clericus, laicus alter, ad eligendum tertium, arbitrum clericum coget iudex eccleſiaſticus, laicum vero iudex laicus, & ſi eſſent duo ambo clerici eccleſiaſticus illos coget. *Specul. in titul. de arbitr. & arbitrat. §. ſequitur numero 14. Nicolaus de Neapoli. in l. Iurisperitos. §. oriundus. nu. 1. ff. de excuſ. tut. apud lecturam Bartoli. Quos ſequitur Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 463. num. 3. vol. 1.*

345 Sub declara, quod ſi † eſſent arbitratores, & eſſent diſcordes, non ipſi eligent tertium, ſed eligetur a partibus, *vt voluit Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 464. num. 3. vol. 1. Et ſi eſſet compromiſsum in* arbitros, & arbitratores, eo caſu modus, quo proceſſerint, attendi debet, *vt ex Alexand. in l. inter pares. ff. de re iudicat. Voluit idem Franciſc. Marc. in dicta deciſ. 464.* vt ſi proceſſerint tanquam arbitri, ipſi eligent modis ſupradictis. ſi tanquam arbitratores, partes eligent tertium.

346 Declara tertio, quod ſi factum ſit † compromiſſum in duos, vt in caſu diſsenſionis aſsumãt Petrũ, compromiſsum valebit, quia in aſsumendo diſsentire non poſsunt. *l. item ſi vnus. §. ſi in duos. in fin. ff. de arbitr. Placentinus in Summa Codicis. lib. 2. titul. 55. col. 3. verſ. ſane ſi duo.*

347 Declara quarto, quod ſi in tres † compromiſſum factum fuerit, valebit illud, cum ſufficiat duos in ſimul conſentire, dummodo tertius præſens fuerit, alioquin abſente eo, licet duo conſentiant, arbitrium non valere, quia in plures fuit compromiſſum, & potuit præſentia eius trahere eos in eius ſententiam. *l. ſi in tres. ff. de arbitr. Abb. Panor. in conſil. 77. num. 3. in tertio. dubio. verſ. Ad primum dico. volum. ſecundo. Marian. Socin. Senior, in conſil.*

40. *col.* 2. *vol.* 1. *ante eos Specul. in titul. de arbitr. & arbitrator.* §. *sequitur. num.* 4. *vers.* & *nota quod vbi tres. Placentinus ante omnes in dicta summa, lib.* 2. *titul.* 55. *col.* 3. *Masuer. in prac. tit. de arbitr. nu.* 14. *Stephan. Gratian. in decis. Marchiæ.* 236. *num.* 1. *Franc. Viui. in decis.* 380. *num.* 13.

348 Ampliatur supradicta † declaratio, quod etiam si tertius arbiter fuisset requisitus. alij duo procedere, aut sententiam ferre minime poterunt, *vt voluit Masuer. in dicto titul. de arbitr. num.* 14. *Abb. Panormit. in dicto conf.* 77. *sub num.* 3. *in tertio dubio. vers. ad primum dico vol.* 2. vbi plus dicit, quod etiã si tertius fuit præsens in discussione meritorum causæ, & dixit opinionem suam, & recessit, ad huc alij duo sententiam proferre nequeunt. *Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuersi lib.* 47. *cap.* 39. *num.* 17. *Francisc. Viui. in decis.* 380. *num.* 13.

349 Contrarium † autem, quod si fuerit requisitus, vel citatus, sed absentauit dedita opera, quod alij duo possint procedere, & sententiam ferre, & tenere sentẽtiam ratione latitationis illius arbitri, quia vocatus, & contumax habetur pro præsente, *argu. l.* 1. *C. quæ sit longa consuetud. & authent. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi oport. Ita ex pluribus alijs post Azonem, & alios voluit Specul. in titul. de arbit. & arbi.* §. *sequitur. sub nu.* 55. *vers. qd igitur si se.*

350 Sed hoc non prodesset, quia hoc † procederet in præiudicium contumacis, non aliorum. *Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib.* 2. *titul.* 35. *Definition.* 3. *num.* 3. *in alleg. vol.* 1.

351 Verum de iure canonico, † diffinitum est, quod si vnus ex tribus arbitris requisitus, & vocatus se absentauerit, alij duo sententiam proferre poterunt, iure ciuili non obstante, *vt est text. notabilis. in cap. fin. de arbitris. in* 6. Vbi optime Dominicus de Sancto Geminiano & Philippus Francus, & ita intelligendus est *Specul. in loco allegato. & sentit Io. Andr. ad Specul. in dicto titul. de arbitr.* §. *sequitur. in addit. incip. in principio hodie. sub num.* 4. *Masuer. in Pract. in titul. de arbitr. nu.* 14. *in fin. Panor. in dicto consil.* 77. *sub. nn.* 3. *vol.* 2. *Steph. Gratian. in decis. Marchiæ.* 236. *num.* 10. 11. 12. 13. *Francisc. Viui. in decis.* 380. *nu.* 13.

352 Intelligenda tamen sunt, quod supra dicta † iuris canonici dispositio procedat in terris, & iurisdictione Summi Pontificis, in terris vero iurisdictionis Regum, ac principum secularium, procedit dispositio iuris ciuilis, *vt per gloss. in dicto cap. fin. in verb. ciuilis. de arbitr. & ibi eam sequuntur Petr. de Anchar. & Philipp. Francus. & alij, quos allegat, & sequitur Viuius in decis.* 380. *num.* 13. 14.

353 Declara quinto, quod & si † compromissum factum in duos, quod in casu discordiæ eligant terrium non valeat, tamen, si partes dixerint, quod arbitri eligant tertium antequam de causa cognoscere incipiant, tunc valebit, *vt optime tradidit Cardinal. in c. innotuit. q.* 5. *de arbitris. Quem refert, & sequitur Stephan. Gratian. in decision. Marchiæ.* 236. *num.* 7.

354 Declara sexto, quando † fit cõpromissum in arbitratoribus, posse illis tribui potestatem eligendi tertium incertum. *Bald. in lectura antiqua in l.* 1. *C. de his, quæ pen. nom. Alexand. ad Bartol. in l. Item si vnus* §. *si in duos. ff. de arbit. & post Ioan. Monach. in rub. de arbitris. in* 6. Quem allegat *Ludouic. Roman. in singul.* 163. *incip. Tu habes. Allegat pulchram gloss. in c. cum a nobis. in verb. mediatores. de arbitris.* Qui dicit mirari de tanto Patre, quod ignorauerit dictã glossam. Alios allegans sequitur *Stephanus Gratianus in decisione Marchiæ.* 236. *nu.* 8.

355 Declara septimo † , quod si factum fit compromissum, & tribus data potestas, & in simul processerint, valebit sententia data per duos tantum. *Bernard. Cardinal. Bisgnet. in decis.* 3. *incip. compromissum. titul. de arbitr.* quod iterum relatum apud Rotam in Antiquis, *in decis.* 851. *incip. compromissum. Ant. Faber in* Codice *Fabrian. lib.* 2. *tit.* 35. *definition.* 3. *vol.* 1.

356 Declara octauo, quod si † discordant duo arbitri inter se ipsos, verum tertius discordat ab vtroq; illorum, tunc illius tertij sententia attenditur, in cuius sententiam alij duo concurrere oportet, *vt in dicta l. item si vnus.* §. *final. ff. de arbit.* Et concludit optime *Angel. in consil.* 152. *incip. In puncto. &* Marian. *Senior in consil.* 54. *incip. Bunde. col.* 1. *vers. Tertius, & vltimus. vol.* 1. *Et dixi in tract. de compromiss.* §. 5. *gloss.* 1. *num.* 8. *Corn. in consil.* 120. *col.* 2. *vol.* 2. Cum alijs hanc opinionem sequitur *Anto. Gabriel. commun. opin. lib.* 2. *titul. de arbitris. conclus.* 1. *nu.* 3.

357 Subdeclara supradictam † declarationem, quando tertius electus esset de partium voluntate, cum solus iudicare non possit, sed cogitur cum altero se concordare. *Bartol. in l. si dominium. ff. de Furt. Bald. in l. iubemus. C. de appellat. Angel. in dicto consi.* 152. *Paul. de Castro in l. an offerendis. C. de appel. Cardinal. & Felyn. in c. suspicionis. de offic. delegat. Quos refert, & sequitur Anton. Gabriel. in loco allegato. nu.* 4. *Marcel. Cardin. Crescen. in decis.* 2. *nu.* 5. *tit. de arbitr.*

Et in hoc Regno Nepolitano idem seruatur per pragmaticam *Odia. de arbitr. & compromiss.* vbi di-

358 citur, † Qui tertius intra vnum mẽsem, vna cum dictis arbitris, vel altero ex eis per suum laudum causam expediat, quod comprobaui *in tractat. de Compromissis.* §. 5. *gloss.* 1. *num.* 1. 2. *& per totum.*

In proferenda sententia, seu arbitrorum laudo

359 partis citatio necessaria erit † . *l. diem proferre.* §. *si quis litigatorum. ff. de arbit.* Rationem reddunt Doctores *in c. Quintauallis. de iureiurando & voluit Innocent. in c. ex parte. de arbitr. Iacob. de Aren. Petr. Cyn. Bartol. & Alex. in l. si quis arbitratu. ff. de verb. obligat. Spec. in titul. de arbitr. & arbitrator.* §. *excipitur. num.* 10. *vers. sed pone. Ioan. de Imol. in c. cum dilectus. de arbitr. Bald. in c.* 1. §. *sancimus. quo tempore. miles. Felyn. in c. cũ olim. col.* 9. *extra. de re iudicat. Raphael. Comens. in consil.* 7. *incip. visis. col.* 1. *Quos retuli de compromiss.* §. 3. *gloss.* 4. *num.* 62. *Nunc illis addo Anton. Gabriel. commun. opin. lib.* 2. *titul. de citation. conclus.* 1 *num.* 44. *Iacob. Menoch. in consil.* 573. *num.* 17. *vol.* 6. *Hartman. lib.* 1. *titul. de arbit. cap.* 8.

360 Limitaui primo in loco ſupra † allegato, non procedere vbicunque in compromiſſo dictum fuiſſet, quod arbitri abſentibus partibus poſſent arbitrari, quod tunc citatio non requiratur, *vt conſuluit Raph. Comens. in dicto conſ. 7.* Cui ſe ſubſcripſerunt Iuriſconſulti re, & fama conſpicui *Raph. Fulgoſ. Chriſtophor. de Caſtelion. Franciſc. de Caſtel. Taddæus de Vico Mercato, Thomas de Cambiator. Petrus Mattheſila, Ziliotus de Caluitellis, Iacob. de Salicet. Bartholom. de Boſco*, Marcus de Cannetulo, *Florianus de Sancto Petro*, & Antonius de Albergintis. *Spec. in dicto. §. excipitur. num. 10. verſ. ſed pone. Alexand. in dicta l. ſi quis arbitratu. Felin. in dicto c. cum olim. Iaſon. in §. in bona fidei. num. 17. inſtit. de actionib. Ioan. de Imol. in dicto c. cum dilectus. Hyppo. de Marſil. in ſingul. 173. incip. ſiunt cotidie. Ioan. de Arnono. in epitom. 3. incip. per regem. Marc. Anton. Bellonus in deciſio. Genuæ 21. num. 8.*

361 Contrarium tamen, † quod etiamſi in compromiſſo dictum eſſet, quod arbitri etiã abſentibus partibus poſſint ſententiã, & laudũ pferre, ad huc citatio exigeretur, *voluit Ludouic. Gozzadin. in conſil. 100. nu. 3. Anton. Gabriel. in dicto tit. de citation. nu. 47. Vbi nonnullos alios allegat.*

362 Declara has duas † opiniones, quod ſi compromiſſum partibus præſentibus, vel abſentibus, citatis, vel non citatis factum eſſet, eo caſu arbitri ad proferendam ſententiam, ſeu laudum citationem facere non tenerentur. Et hoc indiſtincte notatur ex textu *in dicto §. ſi quis litigatorum. §. ſeq. vbi Accurſ. in verb. promatur. & ibi Alberic. de Roſate*, & *Bald. Hoc idem tenuit Alexand. in l. ſi quis arbitratu. limit. 4. & ibi Vdalric. Zaſ. num. 33. Fallent. 1. ff. de verb. obligat. quos ſequutus ſum. in dicto tract. de compromiſs. §. 3. gloſſ. 4. num. 64. Quibus addo Baptiſtam de Sancto Blaſ. in tract. de arbitris. q. 70. Marſil. in ſingul. 173. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 283. nu. 38. cum alijs allegatis ab Anton. Gabriel. in dicto titul. de citation. num. 52. 54. Vbi allegat Iaſon. in conſil. 12. in fin. vol. 1. Ludouic. Roman. in conſil. 7. vbi hoc non dicit, ſed alibi, vt infra dicam.*

363 Limita ſecundo ſecus eſſe † in arbitratore, in ſententia cuius nulla citatio partis requiritur. *Gulielm. de Cun. & Bald. in l. epiſcopale. C. de epiſcopal. audien. Franciſc. de Abergott. in dicta l. ſi quis arbitratu. Alexand. in conſil. 130. incip. difficultas huius. col. 1. verſ. Nec prædictis obſtat. vol. 1. Vbi dicit, minus recte loquutum Bartol. in dicta l. ſi quis arbitratu.* Vbi dixit contrarium, & ſolam non requiri in arbitramento arbitratoris tenuit *Lud. Roman. in conſ. 61. incip. licet mihi. ſed ſub dubio in conſ. 72. nu. 4. Iaſon. in l. ſi quis arbitratu. num. 21.* Et cum nonullis alijs hanc opinionem tenuit *Ludouicus Gozzadin. in conſil. 100. num. 16. Marc. Anton. Bellonus in deciſion. Genuæ. 21. num. 9. Ioan. Lopez de Palatios Rubios in repet. c. per veſtras. notabil. 6. §. 12. qui eſt vltimus. nu. 30. de donation. inter vir. & vxor.*

364 Limita tertio non eſſe neceſſariam † citationem in proferenda arbitri ſententia, ſiue laudo, quando in compromiſſo cum iuramento promiſſum ſtare laudo proferendo, & illi non contrauenire, *vt voluit idem Ioan. Lopez in dicto loco allegato. num. 30. Ludouic. Gozadin. in dicto conſil. 100. numero. 17. 20.*

365 Limita quarto, non eſſe † neceſsariam citationem, ſi laudum proferetur vltima compromiſſi die. *Bart. in l. 2. C. de tempor. appell. Bald. in c. 1. §. ſancimus. Quo tempor. miles. & in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic proconſul. Robert. Marant. in Specul. Aureo parte. 7. membr. 1. num. 18. & ſcripſi de compromiſſis. §. 3. gloſ. 4 num. 65.*

Procurator, qui habet mandatum ad compromittendum, non tantum intelligitur de primo compro-
366 miſſo, ſed toties, † quoties opus fuerit, & lis compromiſſo finiatur, *vt ex dictis per Bald. in l. fideicõmiſſum. §. ſi quis. ff. de legat. 1. Felin. in c. 1. de Tregua, & pac. voluit Cardinal. Puteus in deciſ. 105. num. 1. lib. 1. Ioan. Paul. Tholomæus in deciſion. Nouiſſim. Roman. 867. num. 1. lib. 3. vol. 3. & in deciſ. 1062. eodem lib. 2. 3. vol. 3.*

367 Fatalia non currunt durante † compromiſſo, illoq; pendente, ſed ſubducitur tempus a die compromiſſi vſq; ad illius expirationem de medio ſubducitur, & poſtmodum iungitur primus terminus cum termino a die expirationis *ex Bartol. in authent. ſi tamen. in fin. C. de appellat. Gulielm. Caſſador. in deciſ. 9. num. 7. titul. de appell. Guid. Pap. in deciſion. Gratianop. 115. nnm. 1. in deciſ. 240. num. 2. Matth. Matheſilan. in notab. 24. incip. Nota quod tempus inſtantiæ. quem refert, & ſequitur Quintilian. Mandos. in tract. commiſſionum. forma 38. in verb proroget. q. 1. Anton. Capyc. in deciſ. Neapolitan. 11. num. 12. Iafredus Lanfr. Balbus in deciſ. 479. incip per compromiſſum. Octauian. Veſtr. in Praxi Romanæ Curiæ. lib. 7. cap. vltimo. num. 17. Stephan. Gratian. in deciſ. Marchiæ. 173. nu. 2. Robert. Lancellott. de attentatis parte ſecunda. capitul. decimo primo. numero 46. 47. & capitul. 12. num. 31. 32. Ioachim. Mynſinger obſeruat. 68. Centur. 2.*

368 Declara ſupradictam † concluſionem procedere in compromiſſo facto in arbitrum, ſecus autem eſſet in compromiſſo facto in arbitratorem, *vt voluit Petrus de Anchar. in conſ. 284. Nicol. Anton. Granat. ad Veſtrium in dicto cap. fin. nu. 41. Robert. Lancellott. in dicto cap. 12. num. 34.*

369 Contrarium tamen tenet † Ludouicus Romanus *in l. 2. ff. de re iudicat. contra Anchar.* dicens, etiam in compromiſſo facto in arbitratorem fatalia proſequendæ appellationis non currere. Quod placuit etiam *Iafredo Lanfr. Balbo. in dicta deci. 479.* Et hoc video obſeruari.

370 Declara ſecundo † primam concluſionem faciliori via procedere, ſi non ſolum de principali negotio, ſed etiam de ipſa appellationis cauſa fuiſſet factum compromiſſum, quia tempora fatalium proſequendæ appellationis minime currerent. *Bald. in l. eos. §. apoſtolos. in fin. C. de appellat. poſt Bartol. ibidem. Stephan. Gratian. in dicta deciſio. Marchiæ. 173. nu. 3. Stephan. Ranchin. ad Guid. Papæ in dicta deciſ. 115.*

371 Declara tertio † ſupradictam concluſionem nõ procedere in dilatione dierũ decẽ datorũ ad appellandum, quia, & ſi fiat compromiſſum, illo pendente, illa dilatio currit, & ſi non appellatur appellatio, ſiue illius terminus deferˈtur *vt poſt Paul. de Leazar. & Cardinal. Florenti. in clem. quamdiu. de appell. voluit Guido Fap. in dicta deciſion.* 115. *num.* 1. *Ioachim. Mynſinger. in obſeruation.* 68. *Centur.* 2. *& poſt Nicol. Milis in repertorio in verb. Appellationis proſequendæ. Et iterum in verb. Terminus proſequẽdæ appellationis. voluit Robertus Lancellott. de attentatis. parte.* 2. *c.* 11. *num.* 47.

372 Prolationis laudi tempus † attenditur, non autem ſubſcriptionis illius, *vt ex Iaſone. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. nu.* 15. *ff. de verb. obligat. voluit Cardinal. Paleottus in deciſion. Nouiſſim. Rom.* 391. *num.* 2. *lib.* 3. *vol.* 3. Vbi dicit alias in vna Mediolanenſi coram Domino Cardinali Quiroga ſimiliter fuiſſe deciſum.

373 Sed contrarium videtur † ab eadem Rota fuiſſe deciſum, quia cum Dominus Cardinalis Cæſarinus tanquam arbiter pronunciaſſet, vt in cedula, morte præuentus fuit laudi ſubſcriptio ex commiſſione facta ſubſcriptio a Domino Ioanne Mohedano ſimiliter Rotæ Auditore. vt teſtatur *Cardin. Puteus in deciſ.* 249. *lib.* 2.

374 Verum vtraque deciſio † vera eſt in ſe, quia in hac deciſione Putei, neſciebatur in cuius fauorem laudum prolatum fuiſſet, & fuerat ſolus Cardinalis Cæſarinus arbiter, & ideo fuerat commiſſio facta in Mohedanum, vt ſubſcriberet prout de iure, qui proceſſit plene diſcuſſo negotio, & citata fuerat pars ad dicendum contra commiſſionem, qui cum non comparuiſſet, fuit facta ſubſcriptio, & ideo illa attendebatur. In caſu vero deciſionis Paleotti fuerant duo arbitri, qui in cauſa proceſſerant, & laudũ potulerant, & ante ſubſcriptionem vnus ipſorum mortuus, & ideo ſubſcripſit alter viuens, quia poteſtas fuerat data vtrique, & tota facultas ſuperſtiti remanſerat, vt declarat idem Paleottus *in dicta deciſ.* 391. *nu.* 14. *Faciunt ſcripta Marcelli. Card. Creſcentij in deciſ.* 1. *titul. de arbitr.*

375 Locus arbitrij, ſiue ſententiæ ferendæ, † ſi appetitus ſit in compromiſſo, ille attendi debet, ſin autẽ, de eo loquuti nõ fuerint in loco cõpromiſſi ferenda erit. *l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. vbi Guliel. de Cun. Bartol. Bald. & alij. ff. de arbitr. Innoc. in c. præſentata. de teſtib. & atteſtat. Raph. Fulgoſi. in conſil.* 113. *Ludo. Roman. in ſingul.* 139. *incip. Tu habes. Robert. Marant. in Specul. Aur. parte vltima. 6. partis. num.* 80. *verſ. ſententia. Franciſcus Marc. in deciſion. Delphin.*

376 521. *nu.* 3. *vol.* 1. extra locum † poterit ferre ſententiam arbiter præeminentis excellentiæ, ac dignitatis. *Alderan. Maſcardus, ſtatutar. concluſ.* 5. *num.* 40. 41.

377 Declara locum intelligi non † campeſtrem, ſed oppidum, vel ciuitatem, non autem villam. *Specul. in titul. de arbitr. & arbitrat. §. ſequitur. nu.* 66. *quem ſequitur Ludouic. Roman. in dicto ſingul.* 139. *incip. tu habes.*

378 Declara ſecundo, dum † tamen locus honeſtus ſit, nec ſit popina, aut lupanar, *vt dicit I. C. in dicto. §. ſi arbiter. verſ. ſed ſi in aliquem. Franciſc. Marc. in dicta deciſ. Delphinal.* 521. *num.* 3. *vol.* 1. *Dixi ego de compromiſſ. §.* 3. *gloſ.* 4. *num.* 76. 77. *ante nos Specul. in dicto. §. ſequitur. num.* 67. *verſ. Immo locus quandoque.* Quia tunc arbitro non paretur impune.

379 Subintellige niſi eſſent ambo litigantes † lænones, ex quo locus, in quo eſſent ad audiendum laudum vocati, ipſis non eſſet in congruus, vel inconueniens, cum vnus non habet, quid alteri opponat. *argum. l. quoniam. C. de hæretic. ita Specul. in dicto. §. ſequitur ſub. num.* 67. *verſ. ſed quid ſi uterque.* Huic loco concinit verſiculus ille.

Iudæus nil Iudæo, nil Catilina Cethego.

380 Subintellige ſecundo arbitramentum † in eccleſia prolatum nullum eſſe, *vt ex Baldo in l. nemo Apoſtolorum. C. de ſacros. eccleſ. voluit Franciſc. Viui in deciſ.* 102. *num.* 3.

Sententia arbitri, cui data erat poteſtas iudican-

381 di de iure tantum, & fuerit prolata contra † ius nulla eſt, & inualida. *Ita Bartol. in l. diem proferre. §. ſtari. num.* 3. *ff. de arbitr. Angel. in l. ſocietatem. §. arbitrorum. ff. Pro ſoc. Raph. Fulgoſ. in conſ.* 180. *incip. viſo proceſſu. col.* 2. *verſ. Nunc circa hoc Franciſc. Aretin. in conſil.* 68. *Deci. in conſ.* 434. *num.* 6.

382 Cõtrariũ tenuere † nonnulli, & ita iudicatũ fuiſſe per Sacrum Conſilium Neapolitanum *refert Ioan. Vincent. de Anna in ſingul.* 111. Sed forte poteſtas in compromiſſo data non erat, quod ſententiã proferrent de iure tantum, in quo caſu durum eſſet recedere ab opinione Bartol. & Angeli, *ſuper quo Fulgoſ. in dicto conſ.* 180. dicit in curſu lectionum quandoque contrarium ſuſtinuiſſe, tamen conſulendo a tam excelſis Doctoribus, quibus nec parem ſe existimare dicit, non diſcedit. Et primam etiam opinionem ſequutus eſt *Nicol. Boer. in deciſ.* 284. *num.* 6. 7. *Corn. in conſ.* 177. *litera. z. vol.* 2. *Crauett. in conſil.* 182. *num.* 9. Et hanc ſequutus ſum de Compromiſſis §. 2. *gloſſ.* 6. *num.* 1.

383 Ampliatur, vt eo caſu ſecundum † ſtatuta loci cogatur ſententiam proferre. *Nicol. Boer. in dicta deciſion. Burdegal.* 284. *num.* 6. 7.

384 Venalis ſententia † arbitri valida eſt. *gloſſ. in l. Ita demum. in verb. exceptio. in fin. ff. de arbitr. glo. in c. cum ab omni. in verb. reprobentur. extra. de vita, & honeſtat. cleric. quas allegat, & ſequitur Iafred. Lanfranc. Balbus in deciſ.* 165. *incip. ſententia.*

385 Laudum tollens liberam † teſtandi facultatem, nullum eſt, & a partibus approbari non poteſt. *ex Decio in conſ.* 475. *num.* 33. *ſub num.* 37. *voluit Ioan. Petr. Surdus in deciſ. Mantuan.* 53. *num.* 15.

Hæres, qui poſt hæreditatem aditam cum beneficio inuentarij, compromiſſum facit, in quo fuit

386 † condemnatus, beneficio inuentarij non gaudet, quia dicitur conuentus ex ſuo proprio debito, non autem hæreditario, *vt argum. l. cum hæreditus. 36. ff. ad Trebell. voluit optime Angel. in conſ.* 31. *incip. viſo laudo. col. fin. quem ſequitur Franciſc. Aretin. in conſil.* 148. *incip. in quæſtione propoſita. col. fin. uerſ. pro*

iſta

iſta deciſione adduco quos refert, & ſequitur Deci. in cõſ. 137. n. 4. uerſ. & iſta concluſio. in cõſ. 300 nu. 8. in cõſ. 496. n. 12. Sequitur Nicol. Boer. in deciſ. Burde. 53. nu. 8. Phanuc. de Phanuc. de inuentar. parte 6. nu. 110. quos ſequitur Ioan. Petr. Surdus in conſil. 191 num. 26. vol. 2. & in deciſion. Mantuana. 297. nume ro 11.

Præſcriptio interrumpitur per citationem arbi-
387 tri, non autem per citationem arbitratoris, † quia compromiſsum in arbitratorem magis contractui, quam iudicio aſſimilatur, *vt dicit Bald. in l. cum antea. num. 11. verſ. Deinde uenio. C. de arbitr. quem refert, & ſequitur Iafredus Lanfranc. Balbus in deciſ. 39. incip. citatio. Dicam latius in titul. de præſcript. adde Lanfr. de Orian in tract. de arbitr. parte vltim. q. 32.*

388 Sententia itidem arbitri præſcriptionem † interrumpit. *l. pen. §. tũc enim. C. de arbitr. voluit Guid. Pap. in deciſ. 416. nu. 7. volnit Gulielm. de Ludo. in ſin gul. 13.*

389 Citare poſſe arbitrum, † certum eſt, *l. ſed interpel latur. §. arbiter. ff. de arbitr. Nicola. Boer. in deciſion.*

390 283. *nu. 39.* Non tamen per edictum, † ſed per nũcium, vel epiſtolam, *vt voluit Iafredus Lanfranc. Balbus. in deciſ. 339. incip. delegatus.*

391 Actio ex compromiſſo † datur ex tribus, ſi in ſcri ptura compromiſſi ſit iuratum, vel ſequuta homolo gatio poſt laudũ expreſſa, vel tacita per lapſum de cem dierum datorum ad appellandum, *l. ne in ar bitr. C. de arbitr. Lanfrancus in tract. de arbitris par te vltim. q. 35. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 284. nu me. 26. Bald. in dicta l. ne in arbitris. num. 3. 4. 5. Bar zi. in deciſion. Bonon. 63. nu. 7. 19. Vbi obſcure loqui-*
392 *tur.* Hodie nullum † fit compromiſſum, præſer tim in hoc Regno Neapolitano, in quo iuſiurandũ non apponatur. Vide ſupra hoc eodem titulo, *nu.* 206. 207. 208. 209.

393 Deducta † cenſentur in compromiſſo, quatenus laudum ſequatur, *Alex. in conſ. 21. in princip. vol. 1. Rubeus Decan. in deciſ. Nouiſſi. Rom. 171. nu. 1. parte 2. vol. 2.*

394 Suſpecti allegari poſſunt † arbitri. *l. non diſtin guemus. §. cum quidam. ff. de arbitr. Lanfranc. de O rian. de arbitr. parte vltim. q. 34. Abb. Panor. in capit. Quintauallis. num. 12. extra de iureiurand. Ioan. de Firmo in trac. de epiſcop. li. 4. p. 4. q. 11. verſ. idem in ar bitro. Auguſtin. Berous in conſil. 16. num. 29. volum. 3. Ioan. Cephal. in conſil. 750. num. 9. volum. 5. Dixi de compromiſſ. §. 4. gloſſ. 3. nu. 1. D. Garſias Maſtrill. in deciſion. Siciliæ. 91. num. 7. vbi dicit, ita fuiſſe de ciſum. Cæſar Barz. in deciſion. Bonon. 63. numero 18. 19.*

395 Amplia procedere † in arbitratoribus, vt & ipſi ſuſpecti allegari poſſint. *Panor. in dicto c. Quintaual lis. num. 12. Lanfranc. de arbitr. in dicta. q. 34. Ioan. Baptiſta Peruſin. de arbitr. lib. 11. c. 9. & dixi de com promiſſ. §. 2. gloſſ. 4. num. 145. & §. 4. gloſſ. 3. nume ro 2.*

396 Contrarium tenuerunt † nonnulli, quorum pri mus *Gulielm. de Cun. in l. epiſtola. C. de epiſcop. & cle ric. Anton. de Butr. in dicto cap. Quintauallis, in 5. dif ferent. Baptiſt. de Sancto Blaſio. in trac. de arbitr. q. 44. Ioan. de Firmo in loco allegato. Berous in dicto cõ ſil. 16. numero 29. volum. 3.*

397 Sed prima opinio eſt † magis approbata, quam ſequitur Iodocus Damhouderius in praxi rerũ Ci uilium, *cap. 125. num. 12. Et tenuit Don Garſias Ma ſtrill. in dicta deciſ. Siciliæ. 91. nu. 4. 7. allegat Nouiſſi me Anton. de Ayerue in trac. de Partitione Bonorum, parte 1. c. 4. nu. 9. Barzi. in dicta deciſ. Bonon. 63. nu.* 18. 19.

398 Notandum tamen eſt † in Regno, quod arbitri poſſunt ſuſpecti allegari, & ſimiliter tertius, qui eli gitur in caſu diſcordiæ, *vt in Pragmat. Odia. de com promiſſ. Vbi dixi, §. 4. gloſſ. 3. num. 1. verſ. & quatenus ex nigore dictæ Pragmaticæ. Ioan. Vincent. de Anna in allegat. 72. tenuerit contrarium*; præſertim, quod attento iure communi arbiter recuſatur, & quod pragmatica ſit correctoria iuris communis, cum de
399 iure communi nemo † cogatur compromittere. *l.*
400 3. §. *tametſi. ff. de arbitr.* Tamen ſua opinio † non eſt tenenda, quia, vt ſupra hoc eodem titulo, *verſic. cogi ad compromittendum. num. 36.* per quæ etiam vi gore dictæ pragmaticę contra eum concludendum eſt, maxime quia ſtatutum cogens ad compromiſ ſum non eſt iuris communis correctorium, ſed limi tatorium, *vt voluit Hippolyt. Riminal. in §. 1. num.* 156. *& ſeq. inſtit. quib. alien. non licet.*

401 In Gallia ex Regia ordinatione in † diuiſionibus bonorum, & ſimilibus arbitri eliguntur, *vt ſcri bit Gerardus Maynardus. in deciſ. Tholoſana 67. lib. 2.*

402 Acta iudicij ordinatoria † coram arbitris facta, vt ſunt, oblatio libelli, litis conteſtatio, & ſimilia, co ram iudice fidem non faciunt. *Panor. in c. præſenta ta. nu. 9. de teſtib. Bald. in l. cum antea. C. de arbitr. Lanfranc. de arbitr. parte vlt. q. 33. Quos ſequutus ſum in tract. de compromiſſ. §. 7. gloſ. 5. num. 1.*

403 De alijs coram eis geſtis ſtari eorum † aſſertioni, ſiue informationi, & hoc quando a partibus in compromiſso data eſt poteſtas arbitris procedẽdi, in ſcriptis, & ſine ſcriptis, *vt dicit Bart. in Authent. Niſi breues. in fin. C. de ſentent. ex breuicul. recit. Quod dictum magni facit Anton. de Butr. in c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpoliator. quos ſequitur Lud. Roman. in ſingul. 51. incip. quod operatur. Franciſc. Viui. in deciſ. 131. num. 1.*

404 Contrarium tamen † tenuit Angelus *in dicta Authent. Niſi breues.* quod arbitris, & eorum relationi non ſtetur, tum quia eſsent quodammodo te ſtes, tum, & multo plus, quia eſset modus, quo ſem per approbaretur arbitrorum ſententia, & laudum, & reductio ad arbitrium boni viri nunquam opera retur, quia nunquam, qui iudicem adiit pro redu ctione obtinere, quam ſententiam tenuit Raphael Comenſis *in conſil. 7. incip. viſis. col. 5. in conſ. 50. in cip. ſtante. col. 1. & in conſil. 137. incip. conſultus. col. 2. Pro hac opinione facit text. in l. ne in arbitris. C. de arbitr. & idem probauit Raphael Fulgoſ. in conſ. 142. incip. Titius. in princ.* dicens, non eſse teſtem ido-

neum,

neum,nec ci eſse credendum,quo ad iuſtificationẽ ſuæ ſententiæ,& eſse ſuſpectũ,& hos ſequutus ſum de compromiſſis.§.7.*gloſſ.*3.*nu.*1.

405 Clerici ſtatuto cogente † conſanguineos ad cõpromittendum vti poſsunt vt cogant laicos,cum quibus lites habent,ad compromiſsũ faciendum, quia gaudent pro ſe ſtatutis laicorum,pro ſe facientibus,non autem contra,*Panor. & alij. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ.extra de conſtit.Lapus in alleg.* 101. *Corn.in conſil.*61.*litera.c.vol.*4. *Barthol. Socin. in conſil.*71.*incip.circa præſentes. vol.*4. *Benedict. Canophy. de priuileg. Cleric.titul. de Conſtitutionibus priuileg.*11.*& in titul.de iure congrui.priuileg.*1.*Faciunt ſcripta per Thomam Grammat. in deciſ.* 100. *nu.*1.*Ioſeph.Gonzalez variar.quæſt.cap.*12.*num.*30. *Borgnin Caualcan.in deciſ.*22.*num.*19.*ſiue in deciſ.* 68.*num.*18.*vol.* 2.*& nouiſſime quam plurimos referens Petrus Cenedo Collectaneo Iuris Canonici.*2. *nu.*...*part.*2.*Dixi de compromiſſ.*§.1.*gl.*3.*num.*262.

406 Expenſarum, ac fructuum † condemnationem, & taxationem facere poſsunt arbitri, licet de eis in compromiſso nihil dictum fuerit.*Innoc.in c.ex parte.col.*1.*de arbitr. Bartol.in l. terminato. col.*2.*verſ. Item pronunciauit.C.de fructib.& lit.expenſ. Ioan. de Arnon.In Epitom.*35.*incip.fuit factum.et multos quos retuli de compromiſs.*§.3.*glo.*4.*nu.*85.86.*quem locum retuli,& ſequutus eſt Flaminius Chartar.in deciſ.Genuenſ*5.*nu.*9.

407 Intellige dummodo non † fiat poſt lapſum tempus compromiſſi,ſed illo ad huc durante,*vt dicunt Bald.& Salycet.in dicta l.terminato.*Alexand.*in conſil.*18.*nu.*1.*vol.*7.*Marc.*Anton.*Blanc.de compromiſſ. q.*9.*num.*87.*Chartar.in dicta deciſion.*5.*num.*9.10.

Notandum tamen eſt apud noſtros in hoc Regno Neapolitano, interdictum eſse officialibus, &

408 Magiſtratibus Regijs,tam † ſupremi collateralis conſilij,ſcilicet Regentibus, Conſiliarijs Sacri Cõſilij, Præſidentibus Regiæ Cameræ Summariæ, & Iudicibus Magnæ Curiæ vicariæ,ne ſint arbitri, arbitratores aut amicabiles compoſitores,ex Pragmatica Philippi Secundi Regis Catholici,*incip. nihil*

409 † *magis.*9.§.*Item ſtatuimus,quod nullus officialis ſub titul.de officio iudicum.Quam refert,& ſequitur Franciſco.Viui.in deciſion.*144.*num.*5.

ARGVMENTVM.

Litibus certum ac determinatum tempus a litis conteſtatione incipiens, & vſque ad ſententię publicationem durans a Legumlatoribus prefixum fuit,quod poſtea Imperatores cõfirmarunt,ne illę immortales fierent, hominumue memoriant excederent.Illud appellatur inſtãtia, in qua totum iudicium exerceri, & finem ſortiri debet,quod in ciuilibus cauſis eſt triennium,in criminalibus autem biennium, nec intereſt,vtrum cauſæ ſint ordinariæ, ſiue delegatæ,vel paratam executionem habentes vel ſummariæ, vel coram arbitro,non autem arbitratore,pendẽtes, vel feudales, niſi de iure feudorum aliter ſuper his diſpoſitum fuerit.Duplex eſt, altera dicitur inſtantia cauſę, altera appellationis.Nec currit inſtantia in cauſis fiſcalibus,ſi prorogatio a Principe, & non a partibus,quæ quidem illam breuiari poſſunt,facta fuerit,iudice intra triennium mortuo, vel niſi quis ſubterfugijs,& cauillationibus aduerſarij impediatur, neque dum ſuper emergentibus,vel incidẽtibus ante litem conteſtatam diſputetur. Tranſit a defuncto dignitatis, vel ædminiſtratore in ſucceſſorem, a mortuo principali litigatore in hæredem, ab vſufructuario in proprietariũ,& in iudicio reali in ſingularem ſucceſſorem. Perempta inſtantia iudices eſſe deſinunt,& ſententiam proferre nequeunt. In ciuilibus cuius culpa petijt inſtantia,tenetur ad expẽſas, & in criminalibus illa perempta inquiſitus abſoluitur ab inquiſitione.De iure autem Canonico nullo vnquam tempore perimitur, ſed iura omnia ſarta tectaque remanent.

SVMMARIVM.

1 *Inſtãtia in ciuilibus durat triennio in criminalibus biennio.nu.*6.
2 *Inſtantia quid ſit,ex* Iaſone.
3 *Inſtantia quid ſit ex Curtio.*
4 *Inſtantia quid ſit,ex Alciato.*
5 *Inſtantiæ duæ ſunt.*
7 *Inſtantia in Regno Neapolitano qualis.*
8 *Inſtantia an currat coram iudicibus delegatis.*
9 *Inſtantia an locum habeat in cauſis inſtrumentalibus,& alijs habentibus exequutionem paratã.nu.* 10.11.12.13.14.15.16.17.18.19.20.21.22.23. 24.25.26.
13 *In cauſis ſummarijs an detur inſtantia cauſæ.*
14 *Inſtantia an habeat locum coram arbitro, & arbitratore.nu.*15.16.17.
18 *Inſtantia de iure canonico nunquam perimitur.numero* 19.
20 *Inſtantia in Principis conſiſtorio, an l. cum habeat. nu.*21.22.

23 *Instantia triennij an currat, si antequam laberetur fact a est a Principe prorogatio. nu. 24.*

25 *Instantiæ breuiatio facta per statutum, quando currere incipiat.*

26 *Instantiæ breuiatio, quando fit a Principe, quando currere incipiat.*

27 *Instantiæ prorogatio, an per Principem fiat in Regno Neapolitano. nu. 28.*

29 *In Gallia an fiat prorogatio Instantiæ, vel a Parlamento.*

30 *In causis fiscalibus causæ Instantia an currat. num. 31. 32. 33.*

31 *In Regia Camera Summariæ non currit instantia.*

32 *Authoris seruitium pro Rege factum alteri in honorem fuit.*

34 *Mortuo iudice an instantia currat.*

35 *An currat instãtia, si calumniis partis fuerit retenta. nu. 36.*

37 *Impedimenta quo minus instantia non perierit, probanda sunt.*

38 *Impedimenta, an iuramento probentur. numero 39. 40.*

41 *Instantia cum defuncto cepta, an transeat ad hæredes. nu. 42.*

42 *Instantia cepta cum hærede, an transeat cum clerico hærede. nu. 43. 44. 45. 46. 47. 48.*

43 *Clericus succedens laico, an vtatur suo priuilegio. nu. 44. 45. 46. 47.*

48 *Instantia cum defuncto dignitatis cepta, an in successorem eiusdem dignitatis transeat.*

49 *Instantia in iudicio realt, transit in successorem singularem, secus in iudicio personali.*

50 *Instantia, an transeat in fiscum publicantem bona. nu. 51.*

52 *Partes, an inter se prorogent instantiam. nu. 53. 54. 55.*

56 *Instantia, an currat, si diu ante litem contestatam litigatur super exceptionibus propositis. nu. 57.*

58 *Instantia an a defuncto continuetur in legatarium.*

59 *Ab vsufructuario in proprietarium an transeat instantia.*

60 *Instãtia intẽtata per Remediũ c. redintegrãda. 3. q. 1. an transeat in singularem successorem.*

61 *Sententia lata peremptæ instantiæ, an sit valida.*

62 *Peremptæ instantiæ, iudex potest absoluere ab obseruatione iudicii.*

63 *In criminalibus lapso biennio, & peremptæ instantia, absoluitur inquisitus a tota inquisitione. num. 64.*

65 *Instantia peremptæ in causis ciuilibus, de nouo causa potest inchoari.*

66 *Condemnatio expensarum fit contra illum, cuius culpa instantia est peremptæ. nu. 67.*

68 *Actio subsistit, ac remanet instantia peremptæ.*

69 *Instantia peremptæ, nec minor, nec mulier excusabũtur, qui soluant expensas.*

70 *Minor an restituatur, quãdo instantia est peremptæ, saltem ad expensas.*

71 *Remedium Instantiæ peremptæ datur, quod adeatur Princeps, qui lapsu non obstante, procedendi licentiam concedat.*

72 *Remedium illud dicitur insufflatio spiritus vitæ.*

73 *Insufflati spiritus vitæ fit ex Principis gratia.*

74 *In Regno Neapolitano insufflatio fit a Præsidente Sacri Consilij, & quod pars petens soluat expensas. nu. 75. 76.*

75 *Intellectus Regiæ Pragmaticæ. incip. instantia. Regni Neapolitani. nu. 84.*

77 *Apud Sabaudos insufflatio conceditur a Senatu.*

78 *Expensæ ob insufflationem, an euitentur ex aliqua causa.*

79 *Citatio an requiratur dum Princeps, vel qui illius vices sustinet, insufflationem concedit.*

80 *Causæ iustæ concedendi insufflationem, quæ sint.*

81 *Insufflatio pluribus vicibus conceditur.*

82 *Impedimentum ex facto iudicis, aut tertij proueniens, an operentur, vt instantia non currat? quid in hoc Regno Neapolitano? num. 83.*

85 *Partis interpellatio pluries facta requiritur, vt currat instantia.*

86 *Instantiæ lapsus non currit ei, qui intra debita tempora sibi ius dici petiit.*

87 *Instantia peremptæ, an actæ omnia pereant. nu. 88. 89. 90. 91. 92.*

94 *Feudales causæ, an eandem instantiam habeant? nu. 95. 98.*

95 *In Regno Neapolitano instantia causæ feudalis, quãta sit. nu. 96. 97.*

97 *Intellectus c. 1. si de inuestit. inter domin. & Vasall. lis oriatur.*

99 *In Regno Siciliæ vltra Pharum a die litis cõtestatæ, sufficit esse conclusum in causa, vt dicatur peremptæ instantia.*

100 *Prolata sententia expirat instantia.*

101 *Procurator cũ libera, an possit renunciare instãtiæ.*

102 *Si intra certum terminum debet sententiam proferre iudex, tamen cogi vsque ad finẽ termini nõ pot.*

103 *Statutum præfigens tempus instantiæ causæ, ligat etiam clericos litigantes in foro temporali.*

104 *Instantia quando currere incipiat, præsertim in hoc Regno Neapolis, in quo in ciuilibus lis non contestatur.*

105 *Prorogatio instantiæ impetratæ per vnum ex correis, iuuat etiam correum.*

106 *Instantia prorogatur per compromissum.*

107 *Vbi iudicium est inter personas priuilegiatas, instantia non perit.*

108 *Sententia proferri potest vltimo die instantiæ.*

109 *Restaurata, & restituta instantia per insufflationem spiritus, & cepto denuo iudicio, exceptio litis pendentiæ primo loco institutæ opponi non potest.*

110 *Instantiæ restauratio non retrotrahitur, quando fit per insufflationem. num. 111.*

111 *Retrotrahitur instantia, quando de partium consensu fuit facta.*

112 *Retrotrahitur instantia, quando fuit restaurata per restitutionem in integrum.*

113 *Vitium litigiosi in ciuilibus, manet etiam peremptæ instantia.*

TITVLVS LXIIII.

De inſtantia cauſarum.

INſtantiam eſſe exercitationem iudicij a litis conteſtatione vſque ad ſententiam
1 † ſi feratur, ſin autem non feratur, durat triennio in cauſis ciuilibus, & biennio in criminalibus, *vt argum. l. properandum. in prin. C. de iudic.* Illam deſcribit Robertus Maranta *in Specul. Aureo. parte 5. ſub num. 2. Et habetur in l. fin. C. vt intra certum tempus crimin. quæſt. terminet.* Nonnulli voluerunt diuerſo modo deſcribere, in eundem tamen ſenſum inciderunt. Hinc Iaſon *in l. poſt quam liti. ſub nu. 10. C. de pact.* dicit, quod in
2 ſtantia † eſt exercitatio iudicij incipiens a litis conteſtatione vſque ad ſententiam, vel vſque ad finem triennij, ſi ante non fuit lata ſententia. *Franciſc. Curtius in eadem l. poſt quam liti. num. 3. dixit,* In-
3 ſtantiam eſſe † exercitium ipſius iudicij a conteſtatione litis incipiens, ad ſententiam vſque, ſi feratur, ſin minus vſque finem triennij protractam. *Andreas Alciatus. in l. ſi diuerſa. nu. 16. C. de tranſact.*
4 *inquit.* inſtantiam nil aliud eſſe, quã † actionis exercitationem a litis conteſtatione in definitiuam ſententiam, certo tempore coarctatam. Hæc dicta ſint pro inuenibus ne ſuper incognito nomine vagentur. *Adde Borgnin. Caualcan. in deciſ. Fiuizan. 7. nu. 1. parte 1.*

5 Duæ apud noſtros dantur † inſtantiæ, quarum vna cauſæ inſtantia dicitur, altera vero appellationis inſtantia nũcupatur, de prima in hoc titulo verba facimus, de altera vero pauca dicenda erunt, cum commodior locus erit in titulo de appellatione. Quod diuerſæ ſint cuilibet notum eſt, & dicit Rolandus a Valle *in conſil. 45. nu. 6. vol. 2. Anton. Capic. in deciſ. Neap. 11. nu. 17.*

Ciuilium itaque (vt diximus) cauſarum a litis conteſtatione expeditioni, ac definitioni triennij
6 † tempus ſtatutum fuit, biennij vero in cauſis criminalibus, *vt in dicta l. properandum. in princip. & in dicta l. fin. C. vt intra cert. temp. Placentinus in Summa Codicis. lib. 3. titul. 1. Dynus in tractat. Præſcriptionum. titu. 22. num. 3. titul. 23. num. 3. Alexander in conſil. 50. num. 7. vol. 2. Matth. de Afflict. in deciſ. Neap. 346. ſub nu. 2. Guid. Papæ in deciſ. Gratianop. 220. num. 30. Catellian. Cotta in Memor. in verb. iuſtam. Nicol. Valla de rebus dubijs. tractatu. 15. Iacob. Cuiac. obſeruat. lib. 9. cap. 22. & lib. 17. cap. 23. Iacob. Rœuardus, Variar. quæſtion. lib. 4. cap. 14. Iacob. Spiegellius in Lexico in verb. inſtantia. Ioſephus Cumia in Ritibus Siciliæ. cap. 37. nu. 2. M. Mantua Dialog. Denar. Claſſe 18. c. 32. Roland. Cauagnol. in Decretis Montisferrati. Decreto. 2. §. 10. num. 1. cum pluribus ſeq. Anto. Capic. in deciſ. Neap. 206. nu. 1. & ſeq. Roland. a Valle in conſil. 82. num. 1. vol. 4. Thom. Grammat. in voto. 31. Petrus de Benintend. in deciſi. Bononienſ. 76. per totam. Vincent. de Franchis in deciſion. Neap. 250. num. 1. Lancellott. Conradus de offic. Prætor. in cauſis criminalib. tit. de ſentent. diffinitiua criminali. nu. 1. 2. 3. Ioan. Baptiſta Aſin. in Praxi Iudicior. in princip. cap. 3. num. 15. Robert. Marant. in Specul. Aureo. parte 5. num. 5. Ioachim. Mynſing. obſeruat. 44. Cent. 3. Cardinal. Creſcen. in deciſ. 11. num. 7. titul. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Iafredus Lanfr. Balbus in deciſ. 330. incip. Inſtantia. Cephal. in conſ. 168. num. 57. vol. 2. Bertazol. in conſil. crim. 275. nu. 1. volu. 2. M. Anton. Peregrin. de fideicom. Articul. 53. nu. 17. Merend. in conſil. 70. num. 13.*

In hoc Regno Neapolitano habemus eandem
7 † inſtantiam iuris communis, *vt per Ritum. 244. ſiue. 248. incip. Item ſeruat ipſa curia, vt inſtantia. & per Prag. Regis Ferdinandi, incip. Inſtantiam. titul. de inſtant. cauſ.*

8 Primo amplia † inſtantiam prædictam locum habere, etiam in iudicibus delegatis, & in cauſis pẽdentibus coram ipſis, vt patet *in dicta l. properandũ. §. cenſemus. ibi, ſed omnes iudices. Maranta in dicta parte 5. nu. 9.*

9 Secundo amplia † inſtantiam dari etiam in cauſis habentibus exequutionem paratam, & inſtrumẽtorum guarentigiatorum. *Lud. Roma. in conſil. 174. num. 1. 4. Alexand. Anton. de Alexand. Iaſon. & alij in dicta l. properandum. in princip. Franciſc. Areti. Curtius, & Anton. de Alex. in c. 1. C. de iureiurand. propt. calumn. Alexand. in conſil. 50. incip. viſis actis cauſæ. col. 3. verſ. Præterea, & fortius. vol. 2. Marian. Senior in conſ. 95. col. 1. verſ. his tamen non obſtantibus. vol. 1. & in tract. de inſtantia. articul. 6. Ioan. de Amicis. in conſil. 66. num. 4. Matth. de Afflict. in deciſ. Neap. 346. ſub num. 6. 7.* Vbi referens Romanum dicit, hanc opinionem veram eſſe, ſicut eſt DEVS. *Iacob. AEmilian. in conſil. 67. nu. 1. Augu. Berous in conſil. 38. num. 7. & in conſil. 40. num. 1. cum pluribus ſeq. vol. 3. quos ſequitur Hierony. Magon. in deciſ. Florentin. 89. nu. 3. Vincent. Carroci. in c. cum quid. parte 2. limitat. 6. num. 11. & in deciſ. ſiue caſu. 44. num. 1. Anton. de Canar. in tract. de exeq. Inſtrum. q. 33. Barzi. de inſtrum. Guarentigiat. parte 2. q. 5. ſequitur Bernardin. Pandus de exequut. inſtru. parte 4. Declarat. 18. num. 109. Marant. in loco allegato. num. 8. Ioan. Baptiſt. Aſin. in pract. ciuili. in princip. cap. 3. num. 42. Natta in conſil 32. ſub num. 14. vol. 1. nouiſſime Barzi. in deciſ. Bononiens. 20. nu. 3. Cardinal. Pute. in deciſ. 220. num. 1. lib. 2. Iacob. Mandell. in conſil. 96. nu. 7. Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 94. nu. 25.*

10 Contrarium, quod in exequutiuis non † detur inſtantia, *tenet Alex. in conſil. 181. in fin. vol. 6. Ioan. Crotus in conſil. 113. num. 13. Franciſc. Milan. in deciſ. Sicil. num. 27. 28. lib. 1.* Tamen loquuntur in exequutione ſententiæ, non autem inſtrumentalis, vel obligationis iudiciariæ, quia eo caſu non erit dare inſtantiam, quia nulla expectatur iudicis ſententia & in hoc eſt opinio Bartoli *in l. litibus. vbi eũ ſequitur Ioan. de Platea. C. de Agricol. & Cenſit. lib. 11.* Quod probat *Matth. de Afflict. in Cõſt. Regni, vt poſt*

denunciationem.numero 7. Quem remissiue sequitur *Francisc.Bursat.in consil.* 2. *num.*3. *vol.*1. tamen etiam in executiuis instrumentorum non dari instan
11 tiã † tenet *Iafred.Lanfr.in deci.*392. *incip.in causis.*

Et quatenus aliqui tenerent contrarium, quod
12 in causis executiuis vigore instrumentorum,† non haberet locum instantia, quasi quod cum requirat litis contestationem, quæ cum in executione instrumenti locum sibi non vendicet, non detur instantia,per supradicta,respondetur,quod quando citatur pars super instrumento illa contumacia operatur, quasi negans videatur, quæ taciturnitas litis contestatio habetur, & ex alijs declarant *Ludouic. Roman.in dicto consil.*174. *Alexand.in dicto cons.*50. *Berous in dicto cons.*40. *Magon.in dicta dec.Florẽtin.* 89. *nu.*3. *Cardin.Futeus in dicta decision.* 220. *lib.*2.

Tertio amplia, quod in causis summarijs simili-
13 ter † instantia detur, quia quanto sunt magis summariæ, tanto citius sunt expediendæ. *Abba.Panor. Andr.Barbat.& Francisc. Aretin. in c. Venerabilis. de iudic. Augustin.Berous in consil.*35. *num.*4. *in consil.* 40. *nu.*1. *vol.*3. *Alexand. in cons.*50. *vol.*2. *Marian. Senior.in consil.*95. *col.*1. *Iacob.AEmilian.in consil.* 67. *in princ. Iacob.Mandell.in cons.*96. *num.*7. *Francisc.Bursat.in consil.*2. *nu.*3. *vol.*1. *Francisc. Milan. in decis.Sicilie.*21. *num.*2.3. *lib.*1. *Iafred. Lanfranc. Balbus in decis.*392. *incip. In causis, in quibus. Borgnin.Caualcan.in decis.Fiuizan.*17. *nu.* 17. *parte* 1. *Io.de Amic.in cons.*66. *nu.*4. *Io.Bapt.Asini.in Praxi. Iudicior.in prin.c.*3. *nu.*42. *D. Costa de remedijs subsidiar.remed.*94. *nu.*25. *Rolan.Cauagnol.in decretis Montisferrat. Decr.*2. §.10. *n.* 7.8. *& decr.*7. *nu.*123. *& in decr.*8. *n.*1. *Cæsar Barz.in deci.Bonon.*30. *n.* 3.

14 Quarto amplia,vt triennalis † cursus instantiæ de iure communi locum habet etiam coram arbitro, quando nullum tempus in compromisso appositum apparet,*vt post Speculat. in tit. de arbitro.* §. *Differt col.fin.vers.vt intra terminum.voluit Robert.Marant.in Specul.Aur parte* 5. *nu.*10. *Abb.Panor.in c. Quintauallis.nu.*37. *de iureiur. Dixi de cõpromiss.*§.3. *gloss.*4. *nu.*1. *Asinius in pract.iudicior.in princip.cap.*3. *num.*53. *cum pluribus seq.*

15 Intellige non procedere † coram arbitratore, quia cum corã eo non sit iudicium,sed potius æqui paretur transactioni, & contractui, in eo instantiæ tempus aliquod non datur,*vt post Speculator. in loco allegato,voluit Marant.in dicta par.* 5. *sub nu.*10. *in fin.Faciunt quæ dixi in dicto tract. de compromiss.* §.5. *gl.*1. *nu.*15. *Asin.in loco allegato.n.* 61.66. *Clau. Bertaz.ad consiliũ crim.patris.*94. *in litera.c. vol.* 1.

16 Intellige secundo,in hoc Regno † Neapolitano instantiam coram arbitris duorum mensium, si arbitri fuerint concordes, & in casu discordiæ electo
17 tertio per aliũ mensem,*vt per Prag.incip.† Odia.tit. de arbitr.& ego ibi dixi in tract.de cõprom.* §.3. *gl.*4.

18 Declaranda est conclusio, † quod non procedat de iure canonico, cuius dispositione instantia nunquã perimitur,sed semper durat *c. Venerabilis extra de iudic.vbi Panor.nu.*5. *Imol. num.* 3. *Augustin.Berous.nu.*16. *Felin.num.*1. *Innocent.in c. consuluit.de offic. delegat.Petr.de Anch.in c.sicut.nu.*2. *de* Appellat. *Alex.in consil.*23. *incip. visis scripturis col.*1. *vers.circa quartum.vol.*3. *& Corn.in cons.*111. *nu.*2. *vol.*1. *in consil.*210. *nu.*6. *vol.*4. *Augustin.Bero. in cons.*1. *nu.*18. *vol.*3. *Riminald.Senior in cons.*394. *nu.*1. *vol.*2. *Guliel.Cassad.in decis.*5. *nu.*4. *tit.Vt lit. pend.Rota in Nouis.in decis.*411. *incip silite pendente,col.*1. *vers.si authoritate ordinaria. Lud.Gomez in Regul.de Annali.q.*44. *Didac.Couar. in c. quãuis.de pactis.in* 2. *parte relectionis.*§.1. *sub nu.*4 *Octauian. Vestr.in praxi Rom.Curiæ.lib.*8. *c.*1. *sub nu.*3. *& ibi Nicol.Anton.Grauat.num.*22. *Prosper Paseth.in cõs.* 66. *nu.*19. *Io.Bapt.Asin. in Praxi iudic.in principio. c.*3. *sub nu.*21. *vers. verum enimuero.& num.*22. *Robert.Marant.in Specul.Aur.parte.*5. *nu.*12. *Io. Lotta in cons.*8. *nu.*35. *vol.*1. *Sebastian. Vant. de nullitat. ex defectu iurisdict.nu.*126. *D. Io.Bapt.Costa de remedijs subsidiar.remed.*94. *nu.* 24.25. *Paul. AEmil. Veral.in decis.*362. *num.*4. *parte* 2. *Hieremy. Zannet tin.in tract.de different.iuris ciuil.& canon.nu.* 43. *Hyppolit.Bonacoss.com.opin.crim.*§. *instantia. parte* 1. *Roland.Cauagnol.in Decretis Montisfer.in Decreto.*7. *nu.*171. *Ludolphus Schrader.de feudis. parte* 9. *cap.*7. *num.*157. *vers.secundo respondeo.vol.*1.

19 Subdeclara dictam † declarationem procedere in terris ecclesiæ,vt dicit Alex.*in dicto cons.*23. *col.* 1. *uers. circa quartũ.uol.*3. *Corn.in dicto cons.*210. *uol.* 4. *Maranta in loco allegato.nu.*12. *in fin. Io. Baptista Asin.in Praxi iudic.in princ.c.*3. *nu.*75.

20 Secundo declara † in principis consistorio instãtiam non dari,notatur per *Auth.sed,& lis.C.de tempor.& repar.appell.* Quam ad hunc effectum allegat Baldus *in cons.*217. *col.fin. uol.*3. Est etiam pro hac opinione Textus *in Authen.sed appellatione.C.eod. tit. & voluit Robert. Marant.in loco supra allegato nu.*15. *Augustin.Berous in c.venerabilis.nu.*4. *de iudic. Ioan.Baptista Asinius in dicto cap.*3. *nu.*28. 29. 30. *Roland.Cauagnolius in decretis Montisferrati. Decreto.*7. §.2. *nu.*88.89. *Faciunt notata per Marti. Laudens.in tract.de Principalis.notab.*416. *Bar.Bertazzol.in cons.crimin.*275. *nu.*3. *vol.*2. *Io.Papon. Arrest.Cur.lib.*12. *titul.*3. *Arresto.*18. *Ant.Sola in Decret.Sabaud.tit.de iud.Decreto ad causarum.glos.*2. *nu.*8. *Aym.Crauet.in consil.*263. *col.*6. *Rol.a Vall.in cons.*15. *nu.*5. *vol.*2. *Sfortia Oddus in cons.*11. *n.*1. *vol.*1.

21 Cõtrariũ quod in † cõsistorio Principis locũ habet instãtia voluit *Matt.de Afflict.in deci.Nea.*283. *nu.*4. *& sub dubio Franci.Bursa.in cons.*2. *n.*3. *uol.*1.

22 Primã tũ † sentẽtiã ꝓbarũt Marãta in loco allegato,*n.*15. *cõtra Afflict.in dicta decis.*283. *Quẽ sequũtur Io.Baptista Asin.& Cauagnol. ubi supra.* Quod ego verius credo, & perfunctorie fuisse dictum ab Afflicto,postquã cũ esset Regius Cõsiliarius,in Senatu Neapolitano, sciebat vsũ eiusdẽ Sacri Cõsilij esse iuxta primã opinionẽ quę opinio omissa Affli cti opinione in Imperali Camera nõ recipitur vt testatur *Ioachim.Mynsing.obseruat.*48. *Centur.*2.

23 Tertio declara instantiam non † currere, quando ante finem triennii est facta a Principe prorogatio, *ut voluit Paris de Puteo in tract. Syndi-*

catus in verb. Sententia. cap. Restat vnum aliud. nu. 5. Quem sequitur Robertus Maranta *in dicta parte 5. nu.* 5.17. *Roland. a Vall. in consil. 4. num. 26. vol. 3. & illos sequitur Ioan. Petr. Surdus in consil.* 199. *nu.* 14. *vol.* 2. *Et est de mente Alexand. in consil.* 42. *col.* 2. *vers. Item præsuppono. vol.* 3. *quem retulit, & sequitur Roland. Cauagnol. in Decretis Montisferrati. Decreto.* 7. §. 2. *num.* 130. *Prosper Carauit. in Ritu.* 248. *nu.* 2. *Vince. de Franc. in decis. Neap.* 250. *in fin.*

24 Intelligе primo, quod quemadmodum † potest a Principe instantia prorogari, eodem modo potest breuiari, & per Principem, & per Statutum, vt de Principe dicunt *Bald. & Alexan. in l. properandum. C. de iudic. Panor. & Felin. in dicto c. Venerabilis. de iudic. De Statuto* Alexand. *in dicto consil.* 42. *col.* 1. *vol.* 3. *De ambobus Rob. Marant. in dicta parte* 5. *nu.* 15. *Ioachim. Mynsinger. observation.* 46. *Cent.* 3.

25 Subdeclara autem, quando † breuatio instantiæ fit per statutum, tunc incipit currere a die litis contestatæ. *Bald. in Authent. Clericus, qui. col.* 2. *vers. de inde quæritur. C. de episcop. & cleric. Alexand. in dicto consil.* 42. *vol.* 3. *Maranta in loco allegato. remissiue Boer. in Consuetud. Bituricens. titul. Des Coustumes concernans les Iuges & Leurs iurisd.* §. 23. *Mynsinger in dicta obser.* 46. *Centur.* 3. *Rolan. Cauagnol. in Decretis Montisferrat. in Decret.* 3. §. 2. *num.* 4. *& per totum.*

26 Subdeclara iterum, quod † si instantiæ breuiatio fieret per Principem, eo casu non a die datæ rescripti, sed a die præsentationis illius currit breuiatio, *c. super eo. vbi hoc in* 4. *Notab. voluit Philipp. Francus. de Appell. quem sequitur Maranta in dicta parte* 5. *nu.* 15. *in fin. Mynsinger. obseruat.* 46. *Centur.* 3.

27 Prorogationem instantiæ † fieri posse per Principem in hoc Regno Neapolitano, habemus ex Ritu Magnæ Curiæ 244. *incip. Item seruat ipsa Curia, vt*
28 *instantia.* apud Carauitam est † Ritus 248. Vbi hoc annotauit, *num.* 2. *Tradidit Robertus Maranta. vbi supra. num.* 17.

29 In Gallia ẽt fit prorogatio † instantiæ a Rege, seu a Parlamento, vt testatur. *Nicol. Boer in Consuetud. Bituricens. titul. Des Coustumes concernans les iuges, & Leurs iurisdicion.* §. 23. *quem refert Prosp. Carauita in dicto Ritu.* 248. *num.* 2. *sed instantiam nullam, siue l. properandum. C. de iudic. non seruari in Gallia, vacillans quodammodo, dicit Petrus Rebuff. ad Constit. Galliæ. Tomo* 1. *in Proœm glos.* 5. *nu.* 51.

30 Quarto declara, in causis † Fiscalibus nunquam perire instantiam, sed semper procedi posse, *vt in dicta l. properandum. in princip.* ibi, (exceptis tantummodo causis, quæ ad ius pertinent fiscale, vel quę ad publicas respiciunt functiones) vbi Accursius & ceteri Doctores, *Panor. in c. venerabilis. de iudicijs, Matth. de Afflict. in decisi. Neapol.* 210. *sub num.* 1. *Robert. Marant. in Specul. Aur. parte* 5. *num.* 18. *Martin. Laudens. in tract. de fisco. Notabil.* 187. *incip. Instantiam. Francisc. Lucan. de Parma de Priuilegijs fisci.*
31 *priuileg.* 28. *Vnde in Regia* † *Magna Camera Summariæ, in qua agitantur Fiscales causæ, nunquam perit instantia, vt dicit* Matth. *de Afflict. in Constitution. Regni. Accusatorem. nu.* 5. *quem sequitur Marant. vbi supra. num.* 18. Hinc cum fuissent occupati sex decim processus facientes pro fisco contra occupatores Montis Silæ nuncupati in Calabria, dum proxime ibidem Visitationis Regiæ contra Magistratus accessis sem, illos produci feci in eadem Camera, & erant formati in anno 1578. in quibus vltra redintegrationem dicti Montis porrigentis se in longitudine septuaginta circiter milliaria Itali-
32 ca, nunc in causis illis agit Regia Camera † contra eosdem, & ambigo, ne mihi accidat illud Virgilij.

Hos ego versiculos feci, tulit alter honores.

Quanquam id Regi Nostro significari feci. Ad conclusionem tamen prefatam adde *Ioan. Vincent. de Anna, in singul.* 243. *Petr. de Benintend. in decis.*
33 *Bonon.* 76. *num.* 2. 8. Vbi optime loquitur † procedere, siue fiscus conueniat, siue conueniatur, siue sit actor, siue reus. *Marc. Anton. Peregrin. de iure fisci. lib.* 7. *titul.* 3. *nu.* 4. *Cauagnol. in Decreto Montisferrat.* 7. *nu.* 125. *& in Decreto.* 8. *nu.* 1.

34 Quarto declara, si casus † mortis acciderit iudici ante finem triennij, sed prope ipsius finem, subsequente alio successore, illi enim daretur alius integer annus ad causam expediendam, & ista prorogatio est ex iuris dictamine, vt habetur in dicta *l. properandum.* §. *sin autem in medio.* Vbi hoc habetur, etiã si iudex ex aliqua iusta causa mutaretur. *Robert. Maranta in Specul. Aureo. parte* 5. *num.* 22. Quod bene declarat Accursius ibi *in gloss. in verb. Repleatur.*

35 Sexto declara instantiam non † currere, quando ex cauillationibus, & subterfugijs alterius ex litigãtibus fuit impeditus, quia poterit iudex eo casu post triennium sententiam proferre. *Bar. & Alex. ad eũ, & ibidẽ Bal. in l. si cum ipse. ff. de excus. tutor. Fuit dictum glo. in c. venerabilis. in verb. nõ obstant. in fin. de iud. Alexan. in cons.* 42. *col.* 3. *vers. & istud videtur es severius. & in cons.* 72. *in princ. vol.* 3. *& in cons.* 71. *incip. videretur. col.* 1. *vol.* 5. *Rober.* Mar. *in loco allegato nu.* 24. *Tho. Gram. in decis. Neap.* 69 *nu.* 3. *And. Gail. pract. obser. lib.* 1. *obser.* 91. *nu.* 9. *Lancel. Gal. in cons.* 111. *nu.* 35. *vol.* 1. *Ant. Sola in Decret. Saba. tit. de iudicijs in Decret. ad causarum. glo.* 3. *nu.* 4. 5. *Rola. Cauag. in Decretis* Montisfer. *in Decreto.* 7. *nu.* 13.

36 Subdeclara perimi † instãtiã si litigãs fuit impeditus ex alijs causis, puta absentię, vel infirmitatis, vel hostilitatis, bellorũ, & similibus, quo casu etsi currat datur tamen in integrũ restitutio. *l. succurritur. cum duabus legibus seq. ff. ex quib. caus. maior. Gui. Pap. in decis. Delp.* 256. *Matth. de Afflict. in decis. Neap.* 182. *nu.* 4. 5. *quos refert, & sequitur Sebast. Vant. de nullitat. ex defectu iurisd. sub nu.* 161. *Iosep. Ludou. in decis. Peru.* 36. *nu.* 1. 2. *Idem Guid. in decis.* 46. *nu.* 13. *Iacob. Nouell. in regul.* 25. *Fallen.* 2.

37 Sed hæc impedimẽti materia sufficiens esse dẽt, & probari dẽt per testes *arg. l. Cõmeatus. ff. de re militar. l. fin.* §. *illud. ff. de temporib. appel. puta infirmitatis per Medicos. Bar. in l. quæsitum sub nu.* 6. *ff. de re iudicat. Iosep. Masca. de prob. cõclusione.* 897 *nu.* 12. *quos refert nouissime Tho. Actius in trac. de infirmitate. c.* 37. *nu.* 1. *Tib. Decian. in cons.* 14. *nu.* 32. *vol.* 3.

38 Quan-

38 Quandoque ista impedimenta † per iuramenta non affectata probentur, præcedente tamen protestatione, quod quis esset impeditus tali impedimẽto. *Matth. de Afflict. in decis. Neap. 29. num. 2. in decis. 50. nu. 3. 4. Nicol. Boer. in decision. Burdegal. 49. num. 5. plene Sebastian. Vanti. de Nullitat. ex defectu iurisd. ordin. num. 163. cum pluribus seq. Ioachi. Mynsinger. in obseruat. 59. Centur. 3. Ioseph. Ludoui. in decis. Perusin. 36. nu. 3 facit Octauian. Cacher. in decis. Pedem. 70. nu. 5.*

39 Notorium impedimentum † similiter iuramento probatur, puta quod fuisset proxime impedimẽtum bellicum, quo non fuit ius dictum in ciuitate, quia forte omnes, & officiales, & ciues vacabant pro tuitione ciuitatis, in reparanda ruina, vel impetus hostium coercendos, & propter hostes, partialitates comparere non potuit, vt fuit decisum per Sacrum Consilium, *vt scribit Matth. de Afflict. in decis. Neap. 29. per totam. Nicol. Boer. in decis. Burdeg. 40. sub nu. 7. Vantius de Nullitat. ex defectu iurisdi. ordin. nu. 166.* Præsertim si aliæ coniecturæ concur-

40 rant, impedimenta iuramento † probari poterunt. *Iosephus Ludouic. in decis. Perus. 36. sub nu. 4.*

41 Septimo declara, † quod si litigator moreretur lite pendẽte, ad huc per totum triennium durat instantia, & continuatur in hæredem instantia ipsa cum defuncto cœpta. *l. hæres absens. 19. in princip. l. si petitor. 31. l. si is, qui Romæ. 34. ff. de iudic. l. si eum hominem. 34. ff. de fideius. c. quia. G. vbi Doctor. extra. de iudic. Marian. Senior in consil. 31. col. 3. vers. Aduertendum tamen est quod instantia. vol. 1. quem refert. Robert.* Marant. *in Specul.* Aur. *parte 5. nu. 11. Io. Baptista Asin. in Praxi Iudiciorum. §. 2. cap. 13. nu. 1. Gaspar Caballin. in* Milleloq. *943. Marc. Anto. Peregrin. in tract. de fideicommis. articul. 53. nu. 18. Cæsar Barzius in decis* Bonon. *36. nu. 6. cum plurib. seq. & in decis. 49. nu. 23. And. Gail. practic. obseruat. lib. 2. obseruat. 2. nu. 11. Francis. Marcus in decis. Delphinal. 321. nu. 4. vol. 2.*

42 Subdeclara, quod † si causa agitata est tunc laico, cui postea succedit clericus, quia in eundem clericum non transit, sed noua lis instituenda est cum clerico in foro ecclesiastico. *vt ex Abb. Panor. & Felyn. in dicto c. quia G. de iudic. quos refert Marant a in Specul. Aur. parte 5. sub num. 11. faciunt notata per Cyn. Bald. & Fulgos. in Authent. quas actiones. C. de Sacros. Eccles.* Dicentes, quod clericus succedens

43 † laico, vtitur suo priuilegio, ad hoc est *Gloss. in cap. clericus nullus in glo. 1. 11. q. 1.* Vbi dum allegat dictam. *l. hæres absens.* dicit esse falsum. *Federicus Scotus in consil. 15. nu. 15. 16. 17. tit. 2. lib. 3.* Et istã opinionẽ post multa tenuit Ioannes Baptista Asinius *in Praxi Iudiciorum. §. 2. c. 12. nn. 44. vsque ad finẽ.*

44 Contrarium, quod immo, quando † lis est cœpta cum defuncto, & cum eo contestata, & ei succedit clericus, quemadmodum agebatur coram iudice laico, eodem modo clericus ei succedens coram laico prosequi debet, vt voluit *Io. de Imol. in dicta l. si eum hominem. ff. de fideius.* vbi voluit supradictã opinionem procedere, quando lis de nouo esset cõ

45 tra clericum hæredem laici inchoanda, † vt tunc coram ecclesiastico iudice conueniri debeat, secus vero si causa cum defuncto sit cœpta, & lis contestata, quia eo casu clericus ei succedens in eodem laico tribunali illa prosequi cogitur, licet dicat cum aliquali dubitatione, vt dicit Iason *in dicta Authentica Quas actiones. nu. 34.* Hanc sententiam probauit *Didacus Couar. practicar. quæst. cap. 8. sub nu. 2. vers. Hinc ergo constat. Tenuit etiam Petr. Ant. Augussol. in cons. 59. nu. 1. lib 3. quos sequutus sum apud Bellugam in Specul. Princip. Rub. 11. §. videndum. in verb. episcopo. in fin. & illos, ac alios remissiue sequitur, & allegat Petr. Cenedo Collectaneo Iuris Canonici. 37. nu. 7. parte 1. & illam sequitur Didacus Spino in Specul. Testamẽtor. Gloss. 33. nu. 72. 75. 76. Ado Socin. in regul. 181. Nicol. Boer. in decis. Burdega. 69. nu. 33. 36. Cæsare Vrsillum. in decis. Neap. 212. in fin. And. Gail. practic. obser. lib. 1. obser. 37. nu. 8. 9. quem nouissime sequitur Nicol. Vigell. in decision. 37. Centur. 1.* Et ista opinio alias fuit in Sacro Consi-

46 lio † cõfirmata, quia cum essem Aduocatus Suauiæ Rosę de Caletro, ac eius filiorum ex Mariano Cera eius viro, contra Saluatorem eiusdem cognominis, de qua causa scripseram *in consil. 31. Centur. 1.* mortuo Mariano, ex persona pupillorum eius filiorum feci adire Sacrum Consilium credens obtinere ex prima opinione supra narrata, tãdem referente Domino Vincentio de Franchis Regio Consiliario, fuit decisum contra Suauiam Tutricem, & eius pupillos ex quo erat lis contestata cum defuncto, cuius causæ meminit idem Vincentius de Franchis *in*

47 *decis. 364. in fin.* Decretũ autem fuit † huiusmodi *die. 26. Septembris. 1585. Neapoli.* Per Excellentem V.I.D. Dominum Vincentium de Franchis Regiũ Consiliarium, & causæ commissariũ, visis actis, quia ex Scripturis, & allegatis oretenus pro vtraque parte apparet, quod lis fuit cepta per defunctum, & cũ defuncto, & de iure cœpta lite, persona priuilegiata, quæ succedit, maiori etiã priuilegio, in corpore iuris clauso, non declinat forum, etiam per Ritum Magnæ Curiæ Vicariæ. Idcirco prouisum est, quod præsens causa remittatur ad officiales Illustrissimi Principis Venusij in primis causis. Vincentius de Franchis. De hac conclusione scripsi *in titul. de foro competenti. num. 61. 62. Tomo. 1.*

48 Subdeclara secundo, instantiam † cum defuncto dignitatis cẽptam, vel administratoris, cõtinuari in successorem dignitatis, & administrationis, *vt per Abb. Panor. in dicto c. quia G. nu. 11. & ibi per Deci. nu. 8. de iudic. & voluit Pan. post Inno. in c. signific. ext. de rescript. Et voluit Io. Baptist. Asin. in Praxi Iudic. §. 2. c. 13. nu. 14. Barthol. Bertaz. in cons. crimin. 400. nu. 17. vol. 2. Card. Puteus in decis. 181. per totã. lib. 2.*

49 Subdeclara tertio instantiã † in iudicio reali trãsire in successorem singularem, secus in iudicio personali. *arg. l. in iudicio. 48. ff. Famil. herciscund. Bar. in l. Lucius §. rogatus. num. 1. ff. Ad Trebell. & in l. si eum hominem. num. 9. ff. de fideius. vbi dicit transire in Singularem successorem necessarium. Cardin. Puteus in deci. 181. lib. 2. Ioan. Mohedan. in deci. 41.*

50 Subdeclara tertio instantiam † minime transire in fiscum publicantem bona, *vt voluit AEgid. Bossius in titul. de fisco & priuileg. num. 44. faciunt notata per Martin. Laudens. in tract. de fisco. Not ab.* 142. *Idem Bossi. in titul. de Bonor. public. num. 24. quos sequitur Barthol. Bertazzol. in consil. 220. nu. 2. vol. 1. ex text in l. si constante. §. fin. ff. solut. matrim. Marc. Anton. Peregrin. de iure fisci. lib. 5. titul. 1. nu. 65. Federicus Scotus in consil. 22. nu. 17. Tomo 3. lib. 1.*

51 Intellige secus esse, si Fiscus † succederet tanquam hæres, quia in ipsam transiret instantia, vt ex alijs dicit *idem AEgid. Bossius in tit. de fisco & priuileg. num. 46. Idem Peregrin. de iure fisci. lib. 7. titul. 1. nu. 11. Ioan. Baptista Asin. in Praxi iudicior. §. 2. cap. 12. num. 38. 39.*

52 Octauo declara, quod † si partes inter se breuiassent instantiã, tunc sine dubio desinit intra triennium iuxta partium voluntatem, quia ista breuiatio permittitur ob litium amputationem, & illarum finẽ, in quo publica vtilitas vertitur. Fuit originale dictũ Ludouic. Romani *in l. 2. ff. de re iudicata. Corroborat Alexand. in l. properandum. in princip. num. 18. quod sequitur ibidem Iason sub num. 23. vers. quarto limita. sequitur Robert. Maran. in Specul. Aureo. parte 5. num. 20. Ioan. Baptista Asinius in Praxi iudicior. §. 2. cap. 10. num. 2. 3. Roland. Cauagnol. in Decreto Montisferrati. 7. nu. 132.*

53 Subintellige † tamen, quod partes prorogare instantiam nõ possunt etiam cũ iuramento. *Glos. in l. 2. §. sed si iudex. in verb. Inhibita. ff. de iudic. Ludouic. Roman. in consi. 173. sub nu. 6. vers. primo quia sequeretur. Alexand. in consil. 137. incip. in causa, & lite. col. 1. vol. 2. Maranta vbi supra sub nu. 20. Iafredus Lanfranc. Balbus in decis. 426. incip. Tempus instantiæ. Petr. de Anchar. in consil. 284. Marian. Senior in consil. 31. col. 4. vol. 1. quos sequitur Roland. a Vall in consil. 21. nu. 9. 10. vol. 3. Roland. Cauagnol. in Decretis Montisferrat. Decreto. 2. §. 13. num. 3.*

Quando autem esset instantia breuior inducta
54 per statutum, & non de iure communi † illa poterit per consensum partium prorogari, vsque tamen ad triennium de iure communi, non autem vlterius. *Salycet. Alexand. & Iason in dicta l properandum. Felin. in c. venerabilis. col. 4. vers secunda declaratio. extra de iudic. Maranta in dicta parte 5. sub num. 20. vers Prædicta tamen.* Vbi dicit similiter procedere in instantia breuiori præfixa per Principem in rescripto delegatorio, qa poterit partium consensu
55 † prorogari, ad conclusionem tamen. *Vide Iafred. Lanfran. Balbum in dicta decis. 426. incip. Tempus instantiæ. & conclusionem Salyceti, & aliorum sequitur Roland. a Valle in consil. 21. num. 13. vol. 3. Anton. Capic. in decis. Neapol. 11. sub nu. 17. vers. secunda vero. Roland. Cauagnol. in Decretis Montisferrati. Decreto. 2. §. 13. num. 3. 4. 7. & in Decret. 8. num. 2.*

56 Nono declara, instantiam nunquam † currere, quam diu litigatur super aliquibus exceptionibus, & incidentibus, ac emergentibus ante litem contestatam quia etiã si per plures annos super hoc emergenti litigaretur, nunquam instantia peribit vt post originale dictum Gulielmi de Cuneo *in dicta l. properandum.* Quem sequitur ibi Iason, ac Baldus *in l. & post edictum. §. pen. in fin. ff. de iudic. voluit Maranta in loco allegato. num. 23. Ioan. Papon. Arrestor. Cur. lib. 12. titul. 3. Arresto. 17.* dum ait, non curre-
57 re instantiam, dum † de iudicis competentia, vel in competentia fit discussio, *Ioan. Baptista Asin. in Praxi iudicior. §. 2. cap. 11. num. 1. Anton. Capic. in decis. Neapol. 11. nu. 14. Iafred. Lanfr. Balbus in decis. 183. incip. Tempus. vers. Idem dum disputatur.*

58 Annotatione dignum videtur, † quod, etsi instãtia per defunctum cœpta, vt supra dictum fuit, continuetur in hæredes, non tamen locum habet in legatario, qui nouo processu indiget, & instantiam a defuncto inchoatam prosequi non potest, rationes ponit Rota in Antiquis *in decision. 551. incip. sed an possit.* quam remissiue sequitur Ioannes Vincentius de Anna, *in allegation. 14. num. 9.*

59 Ab vsufructuario tamen † in proprietarium transit instantia, vt argumento eorum, quæ tradiderunt Doctores *in l. si eum hominem. 34. ff. de fideiuss. & c. quia G. extra de iudic.* ac aliorum iurium voluit Ioãnes Vincentius de Anna *in allegatione 14. nu. 3. 10.* Vbi dicit, ita fuisse per Sacrum Consilium Decisum.

60 Hoc etiam sit consideratione dignum †, quod remedium *cap. Redintegranda. 3. q. 1. & in causa,* instantia illius canonis intentata transit in singularẽ successorem, vt concluserunt in Rota Romana, de qua loquitur *Ioan. Paulus Tholomæus in decis. Nouissima Rom. 908. lib. 3. vol. 3.*

Perempta instantia desinunt iudices esse, & sen-
61 tentiam proferre nequeunt, quia nulla † esset, *dicta l. properandum. §. illo. C. de iudic. vbi gloss. & omnes Doctores.* solum superest iudicis officium, quo pro-
62 ferre possunt decretum absoluendo partem † ab obseruatione iudicij, & ad expensas cõdemnare, *vt in dicta l. properandum. §. illo. & in l. criminales. C. vt intra certum tempus. vbi gloss. in verb. Absolui dicit, ab obseruatione iudicij. Robert. Maranta in Specul. Aur. p. 5. nu. 38. cum pluribus seq. Thom. Gram. in voto. 31. nu. 1. & per totum. Alex in consil. 137. col. 1. vol. 2. in consil. 66. col. 1. vol. 5. in consil. 166. nu. 2. in consil. 280. nu. 1. vol. 6. Ant. Capic. in decis. Neap. 206. nu. 1. 2. Idẽ Tho. Gram. in decis. Neap. 91. nu. 6. Paul. Merenda in consil. 64. nu. 16. Mar. Ant. Natta in consil. 309. nu. 11. vol. 2. Roland. a Val. in consil. 21. nu. 5. vol. 3. in consil. 82. nu. 2. 4. & per totum. vol. 4. Io. de Amic. in consil. 139. nu. 9. Hierony. Mag. in decis. Florent. 55. nu. 2. Ant. Sola in Decretis Sabaudiæ. tit. de iudic in Decreto. Ad causarum. glo. 3. nu. 3. Guid. Pap. in decis. Gratian. 220. nu. 3. Borgn. Caualc. in decis. Fiuizan. 21. nu. 11. p. 1. Garsias Mastril. in decis. Siciliæ. 70. nu. 6.*

63 Et in criminalibus † lapso biennio, & perempta instantia, inquisitus absoluitur a tota inquisitione, nec amplius molestatur, *vt in dicta l. fin. C. vt intra cert. temp.* Et in hoc differt instantia ciuilis, a criminali, quia in ciuilibus auditur, (vt in-
64 fra dicam) sed in † criminalibus, siue per querelam,

siue

ſiue per inquiſitionem procedatur, reus eſt abſoluendus, *vt poſt Salyc. in l. qui de crimine. num. 8. C. de accuſ. voluit Anton. Capic. in dicta deciſion. Neapolitan. 206. num. 4. Thom. Grammat. in dicto voto. 31. per totum. Deci. in conſil. 102. num. 20. inter conſ. crimin. diuerſor. vol. 1. Antoni. Galeatius. Maluatic. in conſil. 110. num. 40. eod. vol. quos refert, & ſequitur Roland. a Vall. in conſil. 82. num. 4. 5. vol 4. Ludouic. Carrer. in pract. crimin. §. obſeruare. num 369. Iul. Clar. in practic. crimin. q. 51. nu. 8. Vincent. de Franchis in deciſ. Neap. 250. num. 2. Mynſinger. in obſeru. 50. Centur. 3.*

65 In ciuilibus perempta inſtantia, † poteſt actor de nouo cauſam inchoare, ac nouam inſtantiam facere, *vt in dicta l. properandum. §. fin. Anton. Capic. in deciſ. 206. num. 3. Ioachim. Mynſinger. in obſeruat. 50. Centur. 3. Aſini. in praxi iudicior. §. 2. cap. 16. num. 23.*

66 Expenſarum tamen condemnatio † ſit contra illum, cuius culpa inſtãtia periit. *Bartol. in l. fin. C. vt intra cert. temp. Idem Bartol. & Iaſ. in dicta l. properandum. §. fin. Alexand. in dicto conſ. 137. vol. 2. quos refert, & ſequitur Anton. Sola in Decretis Sabaud. titul de iudicijs. in Decreto. Ad cauſarum. gloſſ. 3. nu. 4.* quæ condemnatio fit iudicis officio, quod ſupereſt

67 inſtantia perempt. a † *Ioan. de Amicis in conſil. 32. num. 9. Thomas. Grammat. in deciſ. Neapolitan. 91. num. 7. Roland. a Vall. 21. num. 5. uol. 3. Garſi. Maſtrill. in deciſion. Siciliæ. 70. num. 11.*

68 Inſtantia perempta, actio † ſubſiſtit, ac remanet, *vt in l. cum lite mortua. vbi Bartol. ff. iudicat. ſolu. Ioan. de Amicis in conſil. 32. num. 4. Ioan. Baptiſt. Aſin. in pract. ciuili. §. 2. cap. 15. num. 11.*

69 Nec mulier, nec minor, perempta † inſtantia excuſabuntur, vt poſſint iterum agere, niſi ſoluant expenſas, vt de muliere voluit *Bartol. in l. edita. vbi D. meus Ioan. Bolognett. num. 149. C. de edend. Sforția Oddus de reſtit. in integr. q. 10. articul. 3. in fin. de minore Salycet. in l. properandum. ſub num. 53. C. de iudic. & de vtroque D. Garſias Maſtrill. in deciſ. Siciliæ. 70. num. 15.*

Quanquam ego dubitem, quod minor non reſtituatur ad inſtantiam, ſed quo ad expenſarum

70 condemnationem † vt non exiſtentibus tutore, vel curatore, vel eorum fideiuſſoribus ſoluendo, quando eorum culpa lapſa ſit inſtantia, non teneantur ad expenſas ex dictis Iafredi Lanfranci Balbi *in deciſion. 336. incip. ſi culpa.*

71 Remedium ſingulare † ad inſtantiam peremptam proſequendam erit, vt adeatur Princeps, vt ei det authoritatem, vt lapſu non obſtante, inſtantia currat, & reſtituatur, quam reſtitutionem noſtri,

72 inſufflationem ſpiritus vitæ † vocauerunt, non adeo triſti nomine, vt illi non conueniat, vt quaſi homini mortuo vita reſtituatur, & reuiuiſcat, quæ verba ab Accurſio inuenta ſunt, *in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. in verb. reſtitutionis. ff. ex quib. cauſ. maior & in §. rurſus. in verb. reſciſſa. in fi. Inſt. de acti. Angel. in conſil. 53. incip. In quæſtione propoſita. col. 2. verſ. Quod autem inſufflare poſſit. Anton. Capic. in deciſ. Neapolitan. 165. num. 1. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 247. nu. 10. Thom. Grammatic. in deciſ. Neapolitan. 69. nu. 1. & in deciſ. 183. num. 117. Paris de Puteo in tract. Syndicatus. in verb. ſententia. in c. incip. reſtat. nu. 5. Matth. de Afflict. in c. 1. ſpeciali. 39. nu. 45. quæ ſint regal. M. Ant. Natta in conſ. 636. nu. 76. vol. 3. Ant. Sola in Decretis Sabaud. titul. de iudicijs. in Decreto. Ad cauſarum ciuilium. gloſs. 3. num. 6. 7. Roland. a Vall. in conſ. 4. nu. 61. 62. vol. 3. in conſil. 82. num. 11. vol. 4. Gaſpa. Cabalin. in Milleloq. 974. Proſper Caranit. in Ritu. 248. num. 5. 6. Ioan. Baptiſta Aſinius in praxi iudicior. §. 2. cap. 16. ſub num. 9. Roland. Cauagnol. in Decretis Montisferrati. Decreto. 7. §. 2. num. 130. Chriſtoph. Torniol. in conſ. 92. ſub num. 8. vol. 1. Hierony. de Monte in tract. fini. regundor. cap. 108. num. 12. D. Garſias Maſtrill. in deciſ. Siciliæ. 70. num. 8. Borgnin. Canalcan. in deciſion. Fiuizan. 25. num. 23. 24. parte 1. Lacellott. Gallia. in conſ. 109. num. 23. vol. 1. Ioan. Baptiſt. Coſta de remedijs ſubſidiarijs. remedio. 94. nu. 1.*

73 In ſufflatio autem iſta, fit ex mera † principis gratia, *vt dicit Angel. in l. ſi tempora. C. de temporib. appell. Anton. Capic. in deciſ. Neapolitan. 165. ſub nu. 2. Roland. a Vall. in conſil. 82. ſub num. 12. vol. 4. & ibi plures allegat. Ioan. Baptiſta Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 94. nu. 1.*

74 In Regno Neapolitano † fit inſufflatio vitæ in peremptione inſtantiæ per Præſidentem Sacri Conſilij ſupplicatione porrecta, & ſolet dicere habita ex penſarum ratione, ſeruata forma pragmaticæ, *in-*

75 *cip.* † *Inſtantia cauſæ. ſub titul. de inſtantia cauſæ nõ reſtituend. Robert. Marant. in Specul. Aur. parte 5. nu. 25. 26. Sequitur Roland. a Vall. in dicto conſ. 82.*

76 *num. 15. vol. 4.* Et ſi non † faceret mentionem de expenſis, & appareret ex proceſſu de partis negligentia, opponere poterit pars quod ſibi reficiantur expenſæ quia reſtitutio, & principis priuilegium, ſine præiudicio tertij intelligũtur. *l. 2. §. merito. §. ſi quis a principe. ff. ne quid in loco public.* Ita dicta pragmatica, quod ſequuti ſunt Robertus Maranta vbi ſupra. Et Rolandus a Valle *in dicto conſil. 82. nu. 16. vol. 4.* Flamin. Chartarius in deciſione *Genuens. 24. num. 3. Carolus Iallongus in Racematione. 106. nu. 1. Stephan. Grattianus in deciſ. Marchiæ. 120. nu. 11. 12.* Et in ſtatu Mediolani inſufflatio conceditur

77 ab excellentiſſimo † Senatu, *vt dicit Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 94. in princ.*

Intellige expenſas euitari poſſe, ſi ex aliqua iuſta

78 cauſa † appareat inſtantiam lapſam non eſſe ex partis petentis negligentia. *Cæſar Vrſil. in deciſ. Neapolitan. 346. ſub num. 5. Aymo Crauett. in conſil. 270. Garol. Iallong. in Racemat. 106. num. 4. quem ſequitur Ioan. Baptiſta Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 94. num. 7. Cardinal. Creſent. in deciſ. 5. num. 1. tit. de except.*

79 Citatio partis aliqua † non requiritur, dum princeps, & qui principis locum tenet, in ſufflationem ſpiritus inſtantiæ mortuæ, & peremptæ concedit, quia cum, vt diximus ex principis gratia fiat, citatio omittitur ita optime Accurſius *in l. cum tempora*

in

in verb. reparationem. C. de temporib. & reparat. appellat. Anton. Capic. in decis. Neapol. 165. *nu.* 6. *in fin. Roland. a Valle in consil.* 82. *num.* 14. *vol.* 4. *& plenius comprobat idem Roland. in cons.* 4. *num.* 69. *vsq; ad finem. vol.* 3.

80 Causæ iustæ † concedendi in sufflationem, seu restitutionem instantiæ, sunt infirmitatum, & pestis sæuientis grassatio, vastus, & insolitus, terræmotus, carcer, repentinæ feriæ, & alia similia impedimenta, vt enumerat *Ioan. Baptist. Asinius in tract. iudicior. §.* 2. *cap.* 16. *num.* 9. *Sebastian. Medices de casibus fortuitis. parte* 1. *q.* 4. *num.* 34. *cum pluribus seq. Ioseph. Ludouic. in decision. Perusin.* 36. *num.* 1. *cum pluribus seq. Anton. Sola in Decretis Sabaudiæ titul. de iudic. in Decreto. Ad causarum. glos.* 3. *sub num.* 6. *Thom. Grammat. in decis. Neapolitan.* 69. *nu.* 2. *Nicol. Boer. in decis. Burdegal.* 247. *sub. num.* 10. *ante eos Paris de Puteo in tract. Syndicat. in verb. sententia. c. restat. Maran. in Specul. parte* 5. *sub nu.* 24.

81 Prima, secunda, & tertia vice † insufflatio concedi-
tur, *argum. l. & si sine. §. restitutus. ff. de minorib. ad quod facit Bald. in l. quanquam in fin. C. si sepius in integr. restit. post ul. voluit Anton. Capic. in decisio. Neapolitan.* 165. *num.* 2. 4. *& sic etiam fuit decisum apud Thom. Grammatic. in decision. Neapolitan.* 69. *nu.* 4. *quos sequitur Roland. a Vall. in consil.* 4. *nu.* 62. *vol.* 3. *& in consil.* 82. *num.* 13. *vol.* 4.

82 Impedimentum ex facto iudicis † proueniens, aut tertij, non operatur, quin curret instantia, *vt post Bartol. Bald. Ioan. de Imol. Alex. Philipp. Franc. Felin. Socin. Luc. de Penna, & alios. voluit Robert. Marant. in Specul. Aur. parte* 5. *num.* 24. *versi. Quid autem si impedimentũ.* Vbi dicit, quod interuenien te protestatione obtineretur restitutio in integrũ. Sfortia Oddus in consil. 11. num. 11. vol. 1.

83 Sed in hoc Regno Neapolitano † cautum est, quod quando stetit per iudicem, instantia restituitur ipso iure, & per iudicem stetisse dicitur, quando processus fuisset conclusus per duos menses ante triennium cum petitione, & protestatione expe-
84 ditionis causæ, & restituitur hoc casu absque expen-
sarum restitutione, *vt in Prag. instantia.* † *sub tit. de instant. caus. non restit. quam refert, & sequitur Marant. in dicta parte* 5 *sub nu.* 24. 26.

85 Requiritur tamen partis † interpellatio, pluries facta, quam appellat importunitatem modestam *Alexand. in consil.* 59. *num.* 6. *vol.* 4. *Iacob. Menoch. in consil.* 380. *num.* 34. 42. *vol.* 3. *quos, & alios refert, & sequitur Ioan. Baptista. Costa de remed. subsidiar. remed.* 94. *sub num.* 7. *qui videntur loqui de instantia appellationis. de qua dicendum erit in titul. de appellat. Cardinal. Crescent. in decis.* 5. *num.* 1. *titul. de except. in hoc Regno sufficit simplex protestatio vt in Pragmat. instant.*

86 Qui autem infra debita tempora † petit sibi ius dici, non ei imputatur instantiæ lapsus *vt post Bartol. in l. Titia. §. vsuras. ff. de leg.* 2. *& in l. mora. ff. de vsur. voluit Iafred. Lanfranc. Balbus in decis.* 128. *incip. Petentis ius.* Et vnicam interpellationem sufficere, vt iudex constituatur in mora. *Marcell. Cardinal. Crescentius. in decis.* 17. *nu.* 3. *titul. de caus. poss. & propriet.*

87 Acta omnia, instantia perempta † corrumpunt. *l. cum lite mortua. vbi Bartol. & alij. ff. iudicat. solui. Idem Bartol. & alij. in l.* 2. *C. de eden. l. properandum. §. & si quidem. C. de iudic. & istud est regulare. Don. Garzias Mastrillus. in decis. Siciliæ.* 66. *num.* 11.

88 Tempora primo, quod † pereunt acta litis ordinatoria, vt cautiones, citationes, & similia, secus tamen quo ad acta probatoria, vt sunt confessiones probationes, & similia. *Bald. in l. cum antea. C. de arbitr. post Bartol. in dicta l. cum lite mortua. num.* 5. *ff. iudicat. solui. Matth. de Afflict. in decis. Neapolitan.* 148. *num.* 3. *idem Bald. in cap. causam quæ. il* 1. *nu.* 5. *de testib. Stephan. Aufrer. ad Cappell. Tholos. in decis.* 179. *Robert. Maranta in Specul. Aur. parte* 5. *nu.* 55. *Carol. Ruin. in cons.* 69. *num.* 5. *vol.* 1. *Guido Papę in decis.* 136. *num.* 1. *Ioan. de Amicis in consil.* 66. *nu.* 3. *Borgnin. Caualcan. in decis.* 13. *sub num.* 42. *Vincent. Carroci. in decis. siue casu.* 44. *num.* 4. *Cardinal. Puteus in decis.* 196. *li.* 2. *Iafred. Lanfranc. Balbus in decis.* 331. *incip. peremptæ instantia. Ioan. Paul. Tholomæus in decis. Nouissim. Roman.* 908. *in fin. lib.* 3. *vol.* 3. *Christophor. Torniol. in consil.* 93. *num.* 29. 31. *vol.* 1. *Marian. Socin. Iunior in cons.* 133. *num.* 2. *vol.* 2. *Idem Iafred. Lanfranc. in decis.* 441. *incip. quod dicitur. And. Gail. practicar. obseruation. lib.* 1. *obseruat.* 103. *Marc. Anton. Bellon. in decis. Genuens.* 13. *nu.* 6. *Costa de remediis subsidiariis. remed.* 94. *num.* 2. 11.

89 Vbi dicit † confessionem esse debere iudicialem, & non erroneam, de qua dicendum erit in titulo de confessis.

90 Subintellige, quod, & si acta † concernentia deci sionem causæ non pereant, id intelligitur, quando instantia per lapsum temporis est perempta, secus tamen si instantia periret pacto, vel renunciatione, *vt argum. l. cum mota. C. de transact. voluit Angel. in l. cum lite mortua. ff. iudicat. solui voluit. Iafred. Lanfran. Balbus in dicta decis.* 441. *incip. Quod dicitur.*

91 Tempera secundo, quia † instantia perempta, per litis contestationem perpetuata, actio durabit per quadraginta annos, *vt reprobata glos. in l.* 1. *C. de long. tempor. præscription. quæ contrarium voluerat, tenet glos. in l. properandum. §. si quidem. in verb. iudicij. C. de iudic. voluit Iafredus Lanfranc. Balbus in decis.* 332. *incip. instantia perempta.*

92 Tempera tertio, quod in Gallia † facto appunctamento in causis, ne perimatur instantia debent procuratores instare pro causæ expeditione. *Petr. Rebuff. ad constitut. Galliæ. Tomo primo. titul. de liter. obligatorijs in proœmio. gloss.* 5. *num.* 51.

93 Tempera quarto instantiam † non perire, in qua parti est adiunctus procurator Regius, *vt ex text. in dicta l. properandum. C. de iudic. dicit fuisse Decisum in Parlamento. Petr. Rebuff. ad constitutiones Galliæ. Tomo.* 3. *articul.* 1. *gl.* 1. *num.* 4 *in tit. de adiunctionib.*

94 Feudales causæ eandem † instantiam habent, quam habent causæ ciuiles de iure communi, do-

nec

nec feudorum iure particularis deciſio, ac diſpoſitio inueniatur in contrarium. *vt arg.c 1.de feudi co guit.*notari poteſt,& ſic voluerunt *Octaui. Corſetus quæſtion. Forenſ.ſuper Ritu.lib.2.q.14. in princip. quem refert, & ſequitur Nicol. Intrigliol. de feudis. articul.97.num.1.2.& facit.Vincent.Maxill.in conſuetud.Bari.in proœm.num.155. Ioſephus Cumia in Ritibus Siciliæ.cap.17.num.102.Petr.de Gregorio. Siculde iudicijs cauſar.feudalium.q.43.per totam. vbi Don.Garſias Maſtrillus in apoſtillis. facit quod dicit Petr.Nicol.Mozzius.de feud. de naturalib.feud.nume.134.*

95 Quamuis in hoc Regno † Neapolitano inſtantiam in cauſis feudalibus anno terminari vigore Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ,voluerit Robertus Maranta in Speculo Aureo,*parte.5.principal.num.33. verſ.decimo nono limita.Nicol.Boer.in Conſuetud.Bituricens.tit.Des couſtumes concernans les iuges,& leurs iuriſdiction.*§.23.*in fin.verſ.ſed in feudis. arg. c.1.ſi de inueſtitura inter domin. & vaſall. lis oriat.* Et ſic dicit de iure feudorum annũ dari in inſtantia
96 † cauſæ feudalis.

97 Verum declaratur illum † textum procedere in inſtantia appellationis , non autem ipſius cauſæ principalis feudalis,*vt voluerunt Andr.de Iſern.ibidem.num.55.ſub verbo. His enim eos non cogentibus. ſub verſic. Dic quod hæc eſt tertia pars.* Idem ibi dicunt Baldus *num.14.verſ.& nota.*Sequitur Iacobus Aluarotus,& Præpoſitus *num.4.vers.ſolutio dicite, quod textus.*Quos refert,ſequitur Proſper Caraita *in ritu.244.ſub num.2.* Quinimmo ſi inſpiciatur textus *in dicto c.1.in fin.Si de iuueſtitura inter Dom. & Vaſall. lis oriatur. loquitur de præſcriptione. vt ibidem.in §.ſi quis ſe.num.4.dicit idem Iſern.*

98 Et in feudali cauſa non perire † inſtantiam ſcribit *D.Garſias Maſtrill.in deciſion.Siciliæ.66.nu.21.* ſed ex præfatis,videtur hoc ſatis dubium,cum dixerimus, cauſas feudales ſortiri regulariter eandem naturam,quã ſortiuntur omnes cauſæ ciuiles.

99 Et in Regno Siciliæ vltra Pharum †a die conteſtatæ litis ſufficit cauſam eſſe concluſam, quia concluſio,& ſententia æquiparantur,*Petrus de Gregorio Siculus in tract.de iudiciis feudorum.q.43.num.8.Facit Vincent de Franchis in deciſio.Neapolitan.286.*

100 Prolata ſententia † expirat inſtantia.*arg. dictæ l. properandum.C.de iudic Alexand.& Iaſon.in l.poſtquam liti.C. de pactis. voluit Ioan. Paul.Tholom.in deciſion.Nouiſſima Roman.854.num.1.lib.3.vol.3.*

101 Renunciare inſtantiæ non poteſt † procurator, etiam cum libera.*argum.l.contra iuris.§.ſi filius.ff. de pact.l filius familias. in princip.ff.de donat. Bald. in l.ſi procurator.col.1.verſ.conclude ergo.C.de procur. Alexan.in conſ.22.col.2.verſ.Attento ergo. vol. 1.& in conſil.115.incip.attentis narratis. vol.5.Decius in conſil.402.num.9.Auguſtin.Berous in conſil. 187.num.52.vol.1.quos ſequitur Stephan.Gratian. in deciſ.Marchiæ.79.num.7.*

102 Si infra certum tempus † iudex debet cauſam expedire,tamen ad hoc non cogitur,niſi prope finẽ termini,*vt argu.l.1.§.effractores.ff.de effractor.& c. conſuluit.extra,de offici.delegat.poſt Bartol.in extra uag. ad reprimendum.in verb.procedatur.voluit Ia. fred.Lanfranc.Balbus in deciſ.394.incip. iudex qui.*

103 Statutum pręfigens tempus † inſtantiæ cauſæ, ligat etiam clericos litigantes in foro temporali, cum reſpiciat iudicij acta ordinatoria , *vt poſt Philipp.Franc.in cap.ſi duobus.§.1.notab.1.in fin. de appell.Deci.in c.eccleſia Sanctæ Mariæ nu.160.de conſtitut. Io.Cephal.in conſil.654.num.33.vol.5. Quos retulit,& ſequitur Flamin.Chartar.in deciſ. Genuę. 79.num.2.*

104 Inſtantia,quando incipiat † currere , præſertim in hoc Regno,in cauſis in quibus lis non ſolet conteſtari , quod currat a datione termini probatorij, *ſcripſit Matthæus de Afflictis in Regni Conſtitutione,Dilationes.nu.6.in fin.In conſtitutione,Exceptionis.num.5.in conſt.Hac lege.num.20.* Qui eſt actus, qui fieri ſolet poſt conteſtationem litis.& ſic eſt primus actus a quo incipit. vt poſt multos voluit Robertus Maranta *in Specul.Aure.parte 5.num.2.3.4. & voluit Franciſc. Milanenſis. in deciſ.Siciliæ.21. num.10.lib.1.*qui refert tres,aut quatuor opiniones quæ ibi videri poterunt. Et apud Petrum de Gregorio Siculum de iudicijs cauſarum feudalium,*q.43.*

105 Prorogatio inſtantiæ † impetrata per vnum ex correis,& conſortibus eiuſdem litis, conſortem iuuat,quamuis de eo mentionem non fecerit,vt poſt Thomam de Tanis *in deciſ.Nouiſſim.Roman.22.incip.procurator.voluit Robert.Lancellott.de attentat. appell.pendent.parte 2.cap.12.Ampliation.11.num.2. quos ſequitur Flamin. Chartar. in deciſ. Genuæ. 65. num.4.*

106 Per compromiſſum † prorogatur inſtantia , *Accurſ.& Bartol.in Authent. dictamen.C. de appellat. Gulielm.Caſſador in deciſ.9.titul. de appellat. Guid. in deciſ.115.in deciſ.240.in fin.Matth. Matheſilan. in notabil.24.Iafred.Lanfranc.Balbus.in decis.479. incip.per compromiſſum.Anton.Capic.in deciſ.Neapolitan.11.num.14.Quintilian.Mandos.in trac.compromiſſ.formul.8 in verb.proroget.q.1.quos refert & ſequitur Stephan.Gratian.in deciſ.Marchiæ.173.nume.2.*

107 Si iudicium eſt † inter perſonas priuilegiatas, inſtantia eo caſu non perit,*argum.dictæ.l.properandũ in princip.C.de iudic.voluit Matth.de Afflict.in deciſ.Neap.210.ſub num.1.*

108 Sententia ferri poteſt vltimo † die inſtãtię, & valet,licet alias non valeret,ſi illa perempta ferretur. *Marc.Anton.Natta in conſil 32.nu.13.vol.1. Ioſeph. Ludouic.in deciſ Lucenſ.43.num.20.21. Marc. Ant. Bellon.in deciſion.Genuæ.155.ſub num.5.& in deciſion.67.*

109 Reſtaurata,ac reſtituta † inſtantia per inſufflationem ſpiritus vitæ,& cœpto denuo iudicio, non poteſt opponi exceptio litis pendentiæ primo loco inſtitutæ, quia ceſſat primum iudicium,*vt voluit Albert. Brun in conſil.54.num.13. Aegid. Boſſius in tract. Criminal. titul. de foro compet.num.105. quos refert , & ſequitur Marcus Anton. Bellon. in deciſion.Genuæ.13.num.6.& nouiſſime Ioan. Thom. Mi-*

nadous in decision. Neapolitan. 5. num. 1. 2.

110 Simile est, quod † instantiæ restauratio non retrotrahitur, quando per insufflationem spiritus vitæ redintegratur, cum tunc non dicatur vetus, sed noua causa, *vt ex Angelo in l. 3. num. 1. C. de temporib. appellat. & Thom. Grammat. in decis. Neapolitan. 103. num. 117. 119. ac Roland. a Vall. in cons. 94. vol. 4. voluit D. Ioan. Baptista Costa in tract. de retrotraction. cap. 9. casu. 17. num. 1. 2.*

111 Intellige primo non procedere, quando † instantia esset restaurata de consensu partium, epilogando, ac repetendo omnia acta, & reassumendo omnes comparitiones, quia tunc retrotraheretur restauratio instãtiæ, vt ex Bartolo, & Alexandro *in dicta l. properandum. & ex Mariano Seniore in cons. 31. vol. 1. voluit Vincent. Carrocius in casu, siue decisio. 44. num. 3. Costa in loco allegato. num. 9.*

112 Intellige secundo, † non procedere si instantia esset restaurata per restitutionem in integrum, quia tunc retrotrahitur. *Bartholom. Socin. in consil. 299. vol. 2. Andr. Barbat. in cons. 84. vol. 3. Nicol. Boer. in decis. 247. Ioachim. Mynsinger. in obseruat. 32. Centur. 1. Francisc. Marc. in decis. 532. vol. 1. Hierony. de Laurentijs in decis. Auenion. 133. num. 12. 13. Sfortia Oddus de restitution. in integr. q. 67. & voluit D. Costa in dicto cap. 9. casu. 17. sub num. 10. in fin.*

113 Vitiũ † litigiosi in ciuilibus causis, remanet etiã perempta instantia, *Accurs. in l. properãdum. §. siquidem in verb. iudicii. vbi Bald. Salycet. & Iason. Abb. Panor. in c. causam. nu. 9. de testib. Guido Papæ in decis. Gratianop. 337. num. 4. Robert. Marant. in tract. de Multiplici alienat. prohibit. num. 94. quos sequitur referens Francisc. Vivius in decis. 385. num. 1. 2.*

ARGVMENTVM.

Aduocatorum officium humano generi valde necessarium est, vt, qui se, suasque causas tueri nequeunt, de talium gloriosæ linguæ munimine confisi, forenses cõtrouersias illorum auxilio, & consilio expedirent, & si patrocinium detrectant, ad id præstandum officio iudicis cogi possunt. Quocirca a clientibus quærendi sunt, qui scientia iuris pollent, morum integritate coruscant, & uitæ claritudine alios antecellũt, cũ pro Aduocato nullus sese gerere debeat qui per quinq, annos scientiæ legali non operam dederit, & testimonio vitę laudabiliter actæ nõ sit munitus. Dantur pupillis, feminis, debilibus, & miserabilibus personis, etiam non petentibus, illisque gratis patrocinari compelluntur. Super quota litis paciſci licet sit interdictum, attamen super certo & moderato palmario pactum in spem victoriæ litis facere est permissum. Cum edictum de postulando sit prohibitorium, ideo Clerici, Monachi, & feminæ pro alijs postulare arcentur, in negotijs autem ecclesiasticis, & proprijs admittuntur.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati, Rhetores, & Oratores sunt synonyma.*
2 *De officio Aduocatorum, aliqua tractauit Author remissiue.*
3 *Postulare, qui prohibiti non sunt, admittuntur.*
4 *Aduocatorum infinitus est numerus, & sunt plures aduocati quam testes.*
5 *Aduocati, qui causas mendicant, quærendi non sunt.*
6 *De aduocatis, vide quæ dicit D. Bernardus.*
7 *Aduocatus quærendus publici iuris peritus, & causarum agitatione exercitatus.*
8 *Perfectus orator, & aduocatus dici non potest, qui ex omni scientiarum genere cognitionem non habeat.*
9 *Apuleius tradidit, Oratores istos hæc habuisse, Cato grauitatem, Lælius lenitatem, Gracchus impetum Cæsar calorem, Hortensius distributionem, Calnus argutiam, Salustius parsimonium, & Cicero opulentiam.*
10 *Orationis grauitas in verbis posita est, vt sententias habeat acutas, subtiles, altas, & quæ a prudentissimis excogitari possunt.*
11 *Vox mentis interpres est.*
12 *Aduocati requisita quæ, ex Petro Gregorio.*
13 *Officia quæ honestiora sunt.*
14 *Aduocati olim non omnes in supremis Tribunalibus admittebantur.*
15 *Aduocati quinquaginta cõstituti apud Præfectũ Alexandriæ.*
16 *Aduocati centum quinquaginta constituti apud Præfactum Prætorio Illyrici.*
17 *Aduocati Consistoriales decem Romæ a Summis Pontificibus constituuntur.*
18 *Aduocatos Clarissima eloquentiæ lumina appellat Iustinianus.*
19 *Aduocati Consistoriales iuris vtrisque Doctores, præuia publica disputatione, & rigoroso examine creantur.*
20 *Aduocatorum officium humano generi necessarium.*
21 *Aduocati militare dicuntur.*
22 *Aduocatis nullum personale munus iniungitur, nec onere collectarum grauantur. Declara. nu. 23.*
23 *An solum Doctores actu legente gaudeant immunitatibus? nu. 24. 25. 26. 27. 28.*
28 *Priuilegia Doctoribus concessa, non habent locum in Doctorellis.*
29 *Aduocati quomodo esse debeant ex Carolo Magno.*
30 *Doctores creati Rescripto, aut Bulla, Doctorũ immunitate non gaudent.*

31 *Ad-*

31 *Aduocati officium gerere non debet, qui annis quinque non ſtuduerit.*
32 *Aduocatus cogitur litigantibus inſeruire.*
33 *Aduocati, an compelli poſſint ad dandum conſilium.*
34 *Aduocati an dentur petentibus. num.* 35.
36 *Aduocati dantur pupillis, feminis, debilibus, & miſerabilibus perſonis, etiam non petentibus.*
37 *An aduocati, qui dantur perſonis miſerabilibus, debeant gratis patrocinari.*
38 *An peccet aduocatus, qui renuit gratis patrocinari perſonis miſerabilibus. nume.* 39. *Declara. nume.* 67.
40 *Aduocatũ Regium Pauperum tenet ſuo ſumptu Rex Catholicus.*
41 *Intellectus Conſt. Regni Neapolitani incip. lege præſenti.*
42 *In Camera Imperiali, & Aduocatos, & acta gratis dare faciunt.*
43 *Pœna Aduocati recuſantis patrocinare. Declara. nu.* 44.45.46.
47 *Aduocatorum ſalaria honoraria appellantur.*
48 *Nero, an cauerit, vt aduocati gratis patrocinarentur ex Alexandro de Alexandro, & Menochio. Author aliter. nu.* 49.51.
49 *Authoris opinio an Nero voluerit, vt Aduocati gratis adeſſent cauſis.*
50 *Subſellia, quæ dabantur Magiſtratibus Maioribus, & quæ Minoribus.*
51 *Cinciæ legis opinio authoris.*
Menochij opinio refutata.
52 *Stratocles, & Diomoclides Oratores, & Aduocati Athenienſes ſe inuicem in forum inuitabant tanquam ad menſam Auream.*
53 *Aduocatorum ſalaria pro modo litis, pro aduocati facundia, fori, & iudicij, in quo acturus eſt conſuetudine, ſtatuenda ſunt.*
54 *Aduocati ſalarium pro modo laboris etiam ſtatuendum.*
55 *Iuſtum iudicium vendere iudici non licet, Aduocato licet iuſtum patrocinium. Iuriſconſulto rectum conſilium.*
56 *Aduocato niſi bene ſatisfiat, non bene ſtudebit.*
57 *Quotæ litis pactum Aduocato prohibitum.*
58 *In Regno Neapolitano quotæ litis pactum prohibitum.*
Intellectus Conſt. Regni Neapolitani. incip. Aduocatos.
59 *In ſtatu Mediolani pactum quotæ litis prohibetur.*
60 *Aduocatus paciſci poteſt de certo moderato palmario ſoluendo.*
61 *Perpetuum annuum ſalarium aduocato dandum, an paciſci poſſit vniuerſitas.*
62 *Aduocatus de habendo aliquam rem pro ſalario, an paciſcatur.*
63 *Aduocatorum, & Doctorum ſalarium per iudicis officium nobile petitur.*
64 *Quando aduocato promiſſum eſt ſalarium, ex ſtipulatu actio competit.*
65 *Ex promiſſione etiam eminentis ſalarij oritur actio, & obligatio.*
66 *Salarium, etiam non promiſſum Aduocato, debetur.*
68 *In Rota Romana concluſum, vt vſus eſt pulcherrimus, vt non voce, nec in formatione verbali, ſed ſcriptis dubia reſoluantur, vtilis hic modus partibus litigantibus, vtilior Aduocatis, vt ingeniorum perſpicacitas pateat.*
69 *In cauſa Hæreſis quando, & quomodo Aduocatus dãdus eſt. Declara. num.* 70.71.72.73.
74 *Aduocati, an teſtes eſſe poſſint pro illis, quibus patrocinium præſtiterunt. Declara. nu.* 75.76.77.78.79.80.81.82.
83 *Salarium promiſſum pro victoria plurium cauſarũ, an debeatur, ſi aliquas vicit, & in aliqua ſuccubuit.*
84 *Vaſallus an patrocinetur contra Dominum. nu.* 85.86.87.88.89.90.
91 *Aduocati ſumptibus, & expenſis expediri litem, an paciſci poſſit. num.* 92.
93 *Aduocati Regij in Galllia, & libellorum in Regia Magiſtri pro alijs prius poſtulabant, demum in anno.* 1546. *ordine Regio fuere prohibiti. num.* 94.
94 *Princeps poteſt licentiam concedere Aduocatis, & Magiſtratibus Regijs, vt pro alijs conſulant. num.* 129.
Lyſetus, Poyetus, & Montolonius olim clariſſimi Aduocati.
95 *Iudex, qui fuit in cauſa principali an poſſit eſſe Aduocatus in cauſa appellationis: num.* 96.
97 *Aduocatus minoris, an poſſit ipſum minorem inſtruere.*
98 *Aduocatus inimicus meus, an prohiberi poſſit, ne ſit Aduocatus illius, cum quo litem habeo.*
99 *Aduocati Regii, an Curialium priuilegiis gaudeant.*
100 *Aduocatus Fiſci iudicibus abſentibus, an ius dicat. num.* 101.
101 *Criminales cauſæ ſine Aduocato Fiſci Regii, fieri nequeunt.*
102 *An pro Aduocati ſalario poſſit alienari feudum ex pacto, & prouidentia. num.* 103.105.106.
104 *Feudũ Guardiæ, Caſtaldiæ, & Aduocatiæ eſt ad vitam, nec tranſmittitur ad hæredes.*
105 *Feudum an poſſit obligari pro patrocinio.*
106 *Eccleſiæ, & Barones dant feuda Aduocatis pro patrocinio.*
107 *Aduocatus Regius, & Canonicus an cõtra Regem poſſit poſtulare.*
108 *In parlamento, & Senatu Pariſienſi non admittuntur Aduocati, niſi antea ſint approbati.*
109 *In Regno Neapolitano quandoque fuere plures Doctores ab Archiepiſcopo Capuano, examinati, & reprobati ſed ſi hodie fieret, numerus reprobatorum eſſet triplicatus.*
110 *Aduocatus non debet in medio litis cauſam, & patrocinium illius deſerere.*
111 *Aduocatus in cauſa ſua, an expenſas a parte recuperet. num.* 112.113.114.115.
116 *Aduocatus colludens, ac reuelans ſecreta partis, an committat falſum.*

117 *Mulieres pro alijs in iudicio postulare nequeunt.*
118 *Postulare quid sit.*
119 *Aduocatus donatarius, an contra donantem sit aduocatus, & an priuetur donatione tanquam ingratus.*
120 *Filii familias Aduocati lucrum, an habeatur loco peculii castrensis, & an cum fratribus postea conferatur. Declara. num.* 121.
122 *Aduocatus fisci si moriatur, salarium illius anni, an hæredibus debeatur, & an sic locum habeat in alijs Aduocatis. num.* 123.
124 *Aduocatus Fisci dum Reus quæstioni subiicitur, præsens esse debet.*
125 *Qui fuit Aduocatus in causa, si constituatur iudex an possit suspectus allegari.*
126 *Clerici, & monachi in foro seculari, an postulare possint? num.* 127. 128.
129 *In Regno Neapolitano Officiales, & Magistratus Regii, Consiliarii, Præsidentes Regiæ Cameræ, iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, Auditores prouinciarum sine licentia solius Regiæ Maiestatis, ac illius dispensatione pro alijs patrocinari nequeunt contrafacientibus pœna imminet priuationis Officiorum.*

TITVLVS LXV.

De Aduocatorum officio.
De Postulando.

AVduocati, causarum patroni, Rhetores, & oratores, Synonima sunt, quia sub diuersis † nominibus idem significãt. Quamuis, si considerentur sigillatim, nomina ipsorum ampliora alia, & alia magis angustam significationem habeant, de quo Laurentius Valla elegantiarum *lib.* 4. *cap.* 12. *Videndus est Petr. Plaza delictor. cap.* 22. *num.* 23. Tuentur hi clientum causas apud competentes iudices, quorum Patronorũ, & Aduocatorum officium est, fuitque, vt pro veritate causas, & iustitia defenderet † de quorum officio aliqua differui in præfatione ad primam consiliorum meorum centuriam. Sine autem defectu Aduocatos pro alijs postulare passim non permittitur, sed edictum hoc postulandi prohibitorium est, vt qui prohibiti non sunt, pro alijs postulare non prohibeantur † *l.* 1. *ff. de postuland.* Vnde cum Aduocatorum infinitus sit numerus, & plures † sint Aduocati, quam testes. Clientis erit officium, vt Aduocatum quærat, scientia iuris, morum integritate, vitæ claritudine, ac dicendi copia præstantem. Nec illos † quærant, qui causas mendicent, & clientes expiscantur, ne oscitantes in foro, tẽpus terentes, & in negotioſi persistant. Inconuenit enim Aduocatos in quibusdam causis non vocatos accedere, sed accersiri, & rogari illos oportere, & clientes eo casu pro veritate, & iustitia tueri. De quibus Bernardus ad Eugenium de consideration. *lib.* 1. inquit, Miror quemadmodum † religiosæ aures tuæ audire sustinent huiusmodi disputationes Aduocatorum, etiam pugnas verborum, quæ magis ad subuersionem proficiãt veritatis, Corrige prauum morem, & præside linguas vaniloquas, & labia dolosa claude. Aduocatus quærendus est, priuati, ac publici iuris peritus † & in causarum agitatione exercitatus. Litiganti enim Nouitium iurisperitum, & Tyronem causidicum adhiberi, simile est illi, qui ægro, & morbo affecto, rudem, ac imperitum artis Medicæ hominem adhibet. Perfectus enim Orator, & Aduocatus dici non potest, qui ex omni sciẽtiarum genere cognitionem aliquam non quæsierit, vt passim Rhetoricis coloribus causarũ merita iudicibus enarret. Rhetorica enim ars cogitationum † animi enunciatrix dicitur, vt Maximus Tyrius sermon. 21. asseruit. Hinc oratoris officia, & Orationis partes optime hostractasse his modis scribit Apuleius Apolog. 2. quod tractarit, Cato † grauitatem, Lælius lenitatem Gracchus impetum, Cæsar calorem, Hortensius distributionem, Caluus, argutiam, Salustius Parsimoniam, & Cicero opulentiam. Daniel. Barbarus Venetus *lib. Rhetoricor.* 3. *cap.* 1. inquit, quod Orationis † grauitas in verbis posita est, vt sententias habeat acutas, subtiles, altas, & quæ non a quouis sed a prudentissimis tantum excogitari posse creduntur, artificium non vulgare, sed amplum, verba noua, grandia, vehementia, aspera. Et hæc ita declarat Petrus Gregorius in Syntaxi artis mirabilis *lib.* 18. *cap.* 5. vox (inquit) mentis † interpres est, & ideo cum mentis varijs motionibus mutari debet. Itaque in lætis erit vox simplex, plena, & quodammodo hilaris. In ira atrox, aspera, densa, cum respiratione crebra. In inuidia tensior. In certamine erectatoris viribus. In blandiendo, & satisfaciendo, & rogando, submissa. In disputationibus teres. In monitionibus, suasionibus, pollicitationibus, grauis. In metu verecunda, contracta. In adhortationibus fortis. In digressionibus fusa, & securæ claritatis. In expositione, & sermonibus recta, inter acutum, & grauem sonum media. Orator non vno vocis tenore perpetuo vti debet. Nam & ridetur Cytharœdus, qui semper obtrat chorda eadem. Hæc Petrus Gregorius. Vnde in Aduocati persona † gestum maturum, vultum lætum, moderatam humanitatem, curialem formam, & iræ temperamentum desiderat *Stephanus Aufrer. in Stylo Parlamenti. parte* 1. *c.* 1. Officia enim, vt Salustius, ait, semper honestiora habita † sunt apud omnes, quæ in genio, quæ intellectu, quæ denique eloquentia ac dicendi, suadendique artificio constant. *sequitur Roderic. Sanctius in Specul. human. vitæ parte.* 1. *c.* 17.

Aduocati causas defensuri, siue pro aliis acturi ad maiora, & suprema tribunalia non omnes admittebantur, † sed fiebat illorum delectus, quorum nomina in albo scribebãtur, in quo, qui scripti nõ erãt, eo in Prætorio patrocinari non poterãt, & si in aliis locis ꝓmittebãtur, vnde apud Augustalẽ

Præfe-

Præfectum Alexandriæ, & Ducem AEgyptiacum Leonis, & Anthemii Cæsarum tempore, quinqua-
15 ginta† constituti fuere, vt habetur in *l petitionem. 13. C. de aduocat. diuersor. iudicior.* Quandoque fuere centum quinquaginta, *vt in l. cum aduocatio. 8. C. eo. titul.* Apud Præfectum Prætorio Illyrici, simi-
16 liter centum † quinquaginta. *l. fin. C. eodem. titul.* In Præfectura Prætoriana Romana constituti Aduocati sexaginta quatuor. *l. post duos. 15. l. ad similitudinem. 16. C. eod. tit.* Sic Sancta Romana ecclesia, eiusque Summi pro tempore Pontifices Maximi,
17 Aduocatos Decem viros † iurisperitos constituũt, quos Cõsistoriales appellant, qui in Sacro Senatu, siue consistorio causas tuentur. De quibus scripsit Octauianus Vestrius in Praxi Romanæ Curiæ, *lib. 2. cap. 18.* His aptari possunt verba Iustiniani Principis *in l. restituendæ. in princ. C. de aduocat. diuersor. iudicium.* vbi Aduocatos, Clarissima eloquentiæ
18† lumina appellat. Aduocati autem Consistoriales
19 non creantur, nisi vtriusque iuris Doctores † prę-uia publica disputatione, & rigoroso examine, vt dicit Marcellus Cardinalis Crescentius *in decis. 8. num. 7. titul. de præbend.*

20 Aduocatorum officium non minus † est humano generi necessarium, quã si patriam vulneribus, ac pręliis, parentesque saluarent. *l. Aduocati. 14. C. de Aduocat. diuersor. iudicior. gloss. in c. cum ex eo. de elect. in 6.* Ii enim modo, quo debẽt, vtentes legibus meliorem ducere dicuntur vitam, quam religiosi, & prędicatores *Hostiens. in proœmio. Summæ. col. 4. vers. ciuili vero. num. 8. Iacob. Benius de priuileg. iurisconsult. parte 3. priuileg. 71. num. 1. Franc. Viuius in decis. 123. num. 24.* Borgninus Caualc. *in decis. Fi-*
21 *uizan. 33. num. 21. parte* 1. dicuntur † non minus militare, quam milites. vt argumento *dict. l. Aduocati. scribit Francisc. Marc. in decision. Delphinal. 661. num. 4. vol. 1. Antea Guido Pap. in decis. Gratianop. 88. num. 2. in decis. 388. nu. 1. cum pluribus seq. Io. Mauritius in rep. l. vnicæ. col. mihi. 117. versicul. cũ tamen ex præcedentium. C. de mul. & in quo loc. mun. sub. lib. 10. Anton. Scappus de iure non scripto. lib. 5. cap. 112. num. 9. Iacob. Benius de priuilegijs Iurisconsultor. parte 2. priuileg. 38. num. 2. Sed eleganter Ferrandus Adduensis. explication. lib. 2. cap. 6. Caua gnol. in Decreto Montisferrat. quadragesimo primo numero 10.*

Priuilegijs itaque gaudent, vt nullum illis personale munus iniungatur, nec onere aliquo colle-
22 ctarum grauantur. *vt † in dicta. l. sancimus. C. de Aduoc. diuersor. iudicior. Laurent. Syluan. in consil. 88. num. 2. 14. vol. 1. Francisc. Aretin. in consil. 94. Ante eos Petrus de Anchar. in cle. 2. num. 5. de Magistris. Hierony. Cagnol in proœm. Digestor. §. nos vero. num. 255. Guido Pap. in decis. 88. & in decis. 388. nu. 1. Nicol. Factas. de æstimo. parte 4. cap. 3. num. 46. cum pluribus seq. Ioan. Maurit. in dicta. l. vnica. col. 117. vers. eum tamen. C. de Mulierib. & in quo loco. lib. 10. Francisc. Marcus in decision. Delphinal. 647. Roland. a Valle in consil. 66. num. 36. 38. vol. 1. & habetur in l. Medicos. C. de Profess. & medic. lib. 10. Nicol. de Neapoli. in l. professio. C. de muneribus. patrim. lib. 10. Dixi in tract. de compromiss. §. 4. gloss. 2. num. 10. Roland. Cauagnol. in Decretis Montisferrati. Decreto. 41. num. 6. Ioan. Anton. de Nigris. in c. Regni. Porretta. num. 81.*

23 Contrarium tamen † tenuit Bartolus *in dicta l. Medicos. in fin.* Quo in loco tenuit supradictam immunitatem locum non habere, nisi in Doctoribus actu legentibus, non autem in Aduocatis. Idem tenet Paulus de Castro, *in 1. constit. Codicis. num. 9.*
24 dicens non reperiri † quod actu non legentes gaudeant supradicto priuilegio. Sequitur hanc opinionem Angelus de Aretio *in §. Item Romæ. nu. 2. in fin. Inst. de excus. tutor. Thomas Parpalia in l. placet. colum. 19. C. de sacros. eccles. & videtur. de morte Paridis de Puteo. de Syndicatu. in verb. Doctor. sub num. 1.*

25 Sed prima opinio est communior, & † verior, quod etiam Aduocati, & Doctores actu non legentes gaudeant dicta immunitate. Et hanc opinionem vltra supradictus allegatus tenuit, & corroborat respondendo ad motiua Bartoli. Satis optime *Ioan. Francisc. Ripa responsor. lib. 2. cap. 20. nume. 1.* Amplissimè hanc opinionem comprobauit *Marc. Anton. Natta in consil. primo & in consil. 65. per totum volum. primo, Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. quæstion. lib. secundo Centur. quarta casu. 379. numero tertio. Marc. Mantua locor. commun. lib. tertio capit. quadragesimo secundo Franciscus Marc. in decision. Delphinal. 185. num. 2. vol. 2. Nicol. de Neapoli. in dicta l. professio.* Et hanc de iure sequendam arbitror, nam si solos Doctores actu legentes illud immunitatis priuilegium respiceret, vtique admodum pauci illo fruerentur, cum solummodo in Academijs ij reperiantur, & omnis Doctorum, Patronorum, & Aduocatorum turba hoc non gauderet? Et sic lex non esset publica respiciens communes sed particulares personas, contra textum *in capitul. erit autem lex. 4. distinct.* & quæ dixi de Magistratuum *edictis lib. secundo cap...* Sed, vt vi-
26 deo Aduocati, & Doctores nullo priuilegio † gaudent, hoc non solum Principibus imputandum, sed ipsis Magistratibus, ipsis Doctoribus, iustitiam ministrantibus, qui iura pro ipsis facientia, conniuentibus oculis pertransire faciunt. Idem Mantua obseruatio. lib. secundo, cap. decimo septimo. Hanc opinionem tenuit, quem sequitur. *Andr. Tiraquell. de nobilitate. capitul. vigesimo nono. numero decimo quinto. Ioan. Baptist. de Sancto Seuerin. in tract. de debitore suspecto quæst. quinto vers. Quarto quæro. Iacob. AEmilian. in consil. decimo quarto. numero septimo. in consil. decimo septimo. numero decimo septimo. Octauian. Vulpell. in consil. 141. numero octauo Iacob. Benius de priuileg. iurisconsult. parte tertia priuileg. 96. numero quinto Roland. Cauagnol. in Decretis Montisferratis. in Decreto. quadragesimo nono numero 29.*

Hanc opinionem ego intelligo in Aduocatis, & Doctoribus, qui postulando optimum, &
27 solenne † nomen sibi quærunt, non autem in illis,

qui nomine tenus Doctorum, & Aduocatorum nomen sibi vsurpant, nescientes, aut docere nolentes. *vt arg. l. qui sub prætextu. vbi Bartol. C. de sacros. eccles. voluit Ripa in dicto responso.* 20. *num.* 9. dicens
28 priuilegia Doctoribus concessa, † Doctorellis, qui docere nesciunt, minime competere, *ex Andr. Barbatia in proem. clementin. colum. decima quarta.* quæ procedunt in priuilegijs per doctrinam concessis, secus in priuilegiis concessis ob solam Doctoratus dignitatem, *vt dicit Felin. in Rub. de maiorit. & obed. & Ripa vbi sup.* cauit optime Carolus Magnus in Capitulari de Pace *capitul.* 12. Praui (inquit) Aduocati
29 † tollantur, & Vice domini, & Vicarij, & Centenarij, & tales eligantur, qui sciant, & velint iuste causas discernere, & terminare. Ideo Aduocatus ex imperitia causam perdens tenetur parti, & facit litem suam, nisi perderet probationum defectu. *Francis. Marc. in decis. Delphin.* 649. *nu.* 1. *vol.* 1. *Aluar. Palag. de Planctu eccles. lib.* 2. *cap.* 46. *Anton. Maria Corat. de commun. lib.* 3. *titul.* 11. *incip.* 2. *num.* 19. *Petr. Cenedo. Collectan. iuris canonic. parte* 1. *collect.* 29. *numero* 18. *Horsthius in Synopsi Thesium. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 12.

Secundo non habere locum in Doctoribus Aduocatis, creatis Rescripto, vel Bulla, quia non sunt
30 † immunes, *vt scripsit Guid. Papæ in decis. Gratianop.* 88. *num.* 3. *& in decis.* 388. *num.* 11. *Iacob. Benius de Priuilegijs Iurisconsultorum. parte* 2. *priuileg.* 1. *sub num.* 5. vbi inducit Pij Quinti Pontificis Maximi Constitutionem de promouendis ad Doctoratum, quæ statuit, vt ij quo ad dignitates, & ecclesiastica beneficia, nulla gradus prærogatiua frui possint. Ad conclusionem adde *Ioan. Lopez. de Palatios Rubios in Rubr. de Donat. inter vir. & vxor.* §. 37. *nu.* 25. *Pet. Cenedo Collectan. iuris canonic. parte* 1. *cap.* 15. *num.* 9. *Cauagnol. in Decretis Montisferrat. in decreto.* 41. *num.* 3.
31 Officium † Aduocati exercere nō potest, qui p̄ sta tutum tempus annorum quinque non studuerit. *Bartol. in l.* 1. §. *Aduocatus. ff. de Variis. & extraordi. cogni. & in l. petitiones. C. de Aduo. diuer-iud.* Percipitur vero Tempus Quinquegennij, ex Procœmio Digestorum, §. *quibus si bene. vbi Hierony. Cagnol. num.* 225. 226. *Horatius Lucius de Priuilegijs Scholar. cap. vltimo. sub num.* 30. *septem annis in iure Pontificio. c. cum ex eo. de elect. in* 6. *Roland. Cauagnol. in Decretis Montisferrat. in decreto.* 41. *num.* 1. *Marinus de Caramanico in Const. Aduocatos. in verb. Admiserit. Francis. Marcus. in decis. Delphin.* 793. *num.* 5. *vol.* 1.
32 Litigantibus inseruire cogitur † Aduocatus, quā uis enim laudabile, ac honorificum sit officium, est tamen publicum, secum habens annexam necessitatem, *text. in l. custodias. ff. de public. iud. & voluit Accurs. in l.* 2. *in verb. confessum. C. de Proxim. sacror. scrin. lib.* 12. Vbi in specie Ioannes de Platea inquit, potestatem posse iurisperitos, & Aduocatos com-
33 pellere ad dandum consilium † in causis, etiam criminalibus. Hoc idem voluit Rota in Antiquis, *in decis.* 817. *incip. Sciendum est, quod si in aliqua. Amanell. in sing.* 81. *incip. Nota quod quis inuitus, est tex. in l.* 1. §. *ait prætor. ff.* 1. *vbi Accurs. in verb. non habebunt. ff. de Postuland. l. nec quicquam.* §. *obseruare. vers. Aduocatus. ff. de offic. pro consul. & legati. Quorum* authoritate idem voluit *Andr. Gail. practicar. obseruatio. lib.* 1. *cap.* 43. *nu.* 1. *cum pluribus seq. vbi alios retulit. Ioan. Papon. Arrestor. Cur. lib.* 6. *titul.* 4. *Arresto.* 4. *Constātius Rogeri. de Summo bono.* §. *quarto. nu.* 22. *Ioan. Botta. in consil.* 43. *nu.* 15. *vol.* 1. *Anto. Faber. in Cod. Fabri. lib.* 3. *tit.* 4. *Definit.* 1. *vol.* 1.
34 Amplia primo, dari petentibus † Aduocatos, præsertim si petentes aserant ob aduersarij potentiam Aduocatum non inuenire, *vt in dicta l. nec quicquā.* §. *Aduocatos. & §. fin. ff. de offic. proconsul. & legati. l. prouidendum. C. de Postulan. Andr. Gail. practicar. obser. lib.* 1. *obseruat.* 43. *sub nu.* 1. Hinc Prætor inquit
35 si non † habebunt Aduocatum, ego dabo, *in l.* 1. §. *Prætor ait. il* 1. *ff. de postuland. Petrus Gregorius Syntagmat. iuris vniuersi. lib.* 49. *cap.* 6. *sub num.* 16. 17. *pulchre Ferrandus Adduensis Explication. lib.* 2. *cap.* 5. *Cappella. Tholos. in decis.* 481. *incip. Item fuit quæsitum, numquid Aduocatus. Nicolaus Reusner. in decis. Ienensi.* 10. *nu.* 12. 13. *lib.* 2. *Hierony. Treutler. Selectar. Disput. parte* 1. *disputat.* 18. *Thesi.* 1.
36 Amplia secundo, dari † Aduocatos pupillis, feminis, debilibus, & miserabilibus personis, etiam non petentibus, *vt in dicta l. nec quicquam.* §. *Aduocatos. ff. de offic. proconsul. & leg. in dicta l. prouidendum. C. de postuland. Petrus Gregorius in dicto lib.* 49. *cap.* 6. *num.* 16. *antea Bartol. in l.* 4. §. *hoc autem in dictum. num.* 1. *ff. de damn. infect. Gail. lib.* 1. *cap.* 43. *nu.* 10. *Thom. Actius in tract. de infirmitate, parte.* 2. §. *Aduocati. num.* 1. *& dixi alias in tract. de compromiss.* §. 6. *gloss.* 3. *nu.* 3. *Cappell. Tholos. in dicta decis.* 481. *Nicol. Boer. in decis. Burdeg.* 325. *num.* 1. *Io. Bosta in consil.* 64. *num.* 12. *vol.* 1.
37 Sub amplia supranotatam † ampliationem, vt Aduocati pro ijs miserabilibus & pauperibus personis teneantur gratis patrocinari. *Gloss. in verb. Pauperes. in c. statutū.* §. *insuper. de rescript. in* 6. *Bal. in l. si furiosi. in vltimo not. ab. C. de Nupt. Panor. in c.* 1. *de offic. iud. ord. Ioan. Baptista Caccialup. in tract. de Aduocato. q.* 3. *nu.* 10. *Corn. Benincas. de priuileg. Paupertat. in primo Speculi iudicij. num.* 9. *Thomas Actius in loco supra allegato. nu.* 6. 7. *Guido Papæ. in decis. Gratianop.* 561. *Dominic. de Soto de iustit. & iure. li.* 5. *q.* 8. *articul.* 4. *Martin. Nauar. in summa Cōfessar. cap.* 25. *num.* 30. *in fin. Ioachim. Mynsinger. obseruat.* 32. *Centur.* 4. *Menoch de arbitr. iud. quæst. li.* 2. *Centur.* 4. *casu.* 369. *sub num.* 4. *Anton. Scapp. de iure non scripto. lib.* 3. *cap.* 105. *num.* 8. *ante eos Aluar. Pelag. de Planct. eccles. lib.* 2. *cap.* 46. *Ioan. Papon. lib.* 6. *titul.* 4. *arresto.* 4. *Ioan. Girardi epigrammaton legal. in distichis. scholio.* 64.

Subamplia secundo, quia peccat Aduocatus re-
38 nuens pauperi gratis patrocinari, † vt dicit *Alber. de Rosate. in dicta l. necquicquam.* §. *fin. & in l.* 1. *C. de suffrag.* Hinc Gregorius in Homelia *in Matth.* 15. quod Aduocatus, qui renuit pauperi gratis patrocinari,

nari, ſaluari non poteſt, quia abſcondit talentum
39 Domini ſui, & in foro †cõſcientiæ peccat, qui a pau pere ſcienter pecuniam recipit. Faciũt ſcripta Petri Gerardi *in ſingul.* 72. *incip. Pauper. num.* 4. Quem ſequitur Cornelius Benincas, *de priuilegijs Pauperta tis in loco allegato. num.* 10. *D. Thom. de Aquin. in* 2. 2. *q.* 71. *& ibidem Caietan. Petrus de Aragon. & Michael de Salon. Andr. Gail. lib.* 3. *obſer.* 43. *nu.* 14. *Franciſc. Viuius in deciſ.* 159. *nu.* 2. *cum ſeq. Hierony. Treutler. Diſputat. ſelectar. parte* 1. *diſput.* 8. *Theſi.* 1.

Hinc optime faciũt Reges noſtri, qui Regio ſum
40 ptu Aduocatum pauperum creant, qui vita † durã-
41 te Officialis Regius dicitur, *vt in † Conſti. Lege præſent. vbi And. de Iſer. Matth. de Affluct. & alij tam in textu, quam in Rubrica & ibi Thom. Grammat. nu.* 4. *quẽ refert Actius in dicto trac. de Infirmitate. parte* 2. *in verb. Aduocati. num.* 8. *Ioan. de Arnono in practica iudiciaria. cap.* 3. qui reſidet in Magna Curia Vicariæ in conſeſsu cauſarum capitalium eodem modo in Camera Imperiali, etiem acta pauperibus
42 ab inferioribus, † iudicibus gratis dare faciunt, & magiſtratibus inferioribus commiſſiones pro recipientibus teſtibus gratis exequi mãdant, vt teſtatur *And. Gail. prac. obſeruat. lib.* 1. *obſeruat.* 43. *num.* 15. 19. Apud Germanos & in Hiſpania ſimiliter ſeruari ſcribit Mattheius ad Guidonem Papæ *in deciſ.* 561. Eodẽ modo a Rege Gallię datur Aduocatus sũptibus Regis, *vt per Bald. in l. magis puto.* §. *Itemque ſi inops. ff. de reb eor. quem refert & ſequitur Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 324. *nu.* 6. *Ianus Langlæus Otij ſemeſtris lib.* 1. *cap.* 1.

Imminet pęna Aduocato recuſanti patrocinium
43 ſibi iniunctum alijs præſtare, vt foro arceatur, † nec amplius patrocinandi munere fungatur. *l. prouidendum. C. de poſtulando. Guido Papæ in dicta deciſ. Gratianop.* 561. *Ioachim. Mynſinger. obſeruat.* 32. *Centur.* 4. *Andr. Gail. practic. obſeruation lib.* 1. *obſeruat.* 43 *ſub num.* 1. *Cappella Tholoſ. in deciſio.* 481. *incip. Item fuit quæſtum numquid Aduocatus.*

44 Limitanda autem ſunt † præfata, vt tunc Aduocatus patrocinari cogatur, & negans, puniatur, quãdo ij excuſationem aliquam iuſtam non habeant, *vt in l. humanitatis. vbi Bald. C. de excuſ. tutor. Ioachim. Mynſing. obſeruation.* 32. *Centur.* 4. *Andr. Gail. in dicta obſeruat.* 43. *num.* 3. 9. veluti excuſabitur re-
45 cuſando patrocinium reipublicæ †, vel patriæ, vel fiſci, pro cauſa ſua, filiorum, parentum, pupillorumue, quorum tutelas gerunt, *l. pen. ff. de poſtulando. Roland. a Vall. in conſi.* 45. *num.* 51. *vol.* 1. Et ita intelligenda ſunt, quæ ſcribit Ioan. Gaſpar Hortigas in Patrocinio pro Gymnaſio Cæſarauguſtano, *par-*
46 *te* 1. *nu.* 3. excuſari etiam quandoque † Aduocatos non cogi patrocinari contra amicos diximus ex Petro Rauenna *in tract. de compromiſſ.* §. 1. *gloſſ.* 3. *nu.* 104. quod ſequutus eſt Petrus Cenedo *Collectan. iuris canonici. parte* 1. *cap.* 28. *nu.* 22. Ad hãc limitationem adde *Hyppolit. de Marſil. in conſ.* 119. *nu.* 16. *vol.* 2. *& in ſingul.* 210. *Placentin. in ſumma Codic. lib.* 2. *titul.* 7.

Quantum attinet ad Aduocatorum ſalaria,
47 † quæ honoraria appellantur, Alexander Noſter ad Alexandro Dierum Genialium *lib.* 3. *c.* 5. quem ſequutus eſt Iacobus Menochius *de arbitrar. iudicum quæſt. lib.* 2. *Cent.* 4. *caſu.* 369. *num.* 2. Alexandri hæc verba ſunt. Nero (inquit) quoque edicto cauit, ne patroni cauſarum, mercede, aut muneribus patrocinijs adeſſent. Hoc idem mutatis verbis di-
48 xit Menochius, factum ita eſt † a Nerone, vt cauſarum patroni ſine mercede, aut muneribus cauſis adeſſent. Sed ego tunc proſequar meam ſuper hoc dicto ſententiam.

49 Iſtud autem nunquam cauit † Nero, ſed Suetonius Tranquillus in eius vita *cap.* 17. Ita inquit, Item, vt litigatores pro patrocinijs, certam iuſtamque mercedem, pro ſubſellijs nullam omnino darent, præbente ærario gratuita. Hoc autem cuilibet in Hiſtorijs Romanis verſato facile intellectu eſt. Quia Nero Patronis cauſarum dari mercedem certam, ac iuſtam ſtatuit a litigatoribus. Non autem permiſit vt pro ſubſellijs mercedem ſoluerent. Apud Magiſtratuum enim domos, ſubſellia erant diuerſa quibus vtebantur, Magiſtratus maiores conſules, prætores, Proconſulet, Præſides, & præfecti Vrbis, quæ dicebantur Sellæ Curules, & ſimilia. Magiſtratus autem minores. Quæſtores, Tri-
50 buni, iudices, qui nudam † iuriſdictionem habebant tenebant, ſub ſellia. In his, & Magiſtratus, oratores, patroni, litigatores, & teſtes ſedebant, ſedentes autem mercedem ſoluebant, has vero redẽptionales ſordes Nero ſuſtulit, & ex ærario mercedem illam ſolui, & gratuito ſedentibus dari conſtituit. Conſtat ex Cicerone in Oratione pro Flacco, de more ſubſelliorum ſimili conqueritur ſuo tẽpore Plinius Cęcilius *li.* 2. *Epſtola.* 14. ad Maximũ dicens, Hoc pretio quælibet numeroſa ſubſellia implentur. Claudius Cæſar ante Neronem cauit vt Patroni pro Honorario cauſæ dena ſextertia non excederent, qui egrederentur, repetundarum pęna teneretur vt eſt author Cornelius Tacitus Annalium *lib.* 11. Quo in loco cõtra Suilliũ petentem qua
51 dringẽta millia fuerat † Lex Cincia opppoſita, qua cauebatur antiquitus, nequis ob cauſam orandam pecuniam, donumue acciperet. Cuius latæ legis cauſam reddens Liuius *lib.* 34. inquit: Quid legem Cinciũ, de donis & muneribus, niſi quia vectigalis iam, & ſtipendiaria plebs eſſe Senatui cœperat. Hanc legem M. Cincius Tribunus plebis tulit, illamque ſuaſit Q. Fabius Maximus Verrucoſus. M. Cornelio Cethego, & P. Sempronio Tuditano Coſſulibus, Anno Vrbis 549. huius Cincii meminit Liuius lib. 29. Illos vero Conſules fuiſſe in fine anni 545. ponit idem Liuius. lib. 29. & Cicero in libro de ſenectute. Et quo die legem ferre voluit C. Claudius Centho (qui cum M. Iunio Pera, Anno vrbis 529. Cenſor fuerat. Et Dictator Anno vrbis. 540) contumelioſe inquit, quid fers Cinciole, vt emas, cui reſpondit, ſi vti velis, vt refert Cicero de Oratore. lib. 2. Cumque L. Papirius Pætus Ciceroni libros quoſdam donare vellet, iocando dixit, licere illos capere Cincium dixiſſe, refert idẽ Cicero ad

Atticum, lib. 1. epistola vltima. Huius legis ad longum meminere Vdalricus Zasius in Catalogo legum antiquarum, in Cincia de donis, & muneribus. & post eum Antonius Augustinus in eadem. Et nouissime Francisc. Pollettus in Historia Fori Romani, *lib. 2. cap.* 11. Sed tamen recte C. Silius consul coram Claudio Cæsare, contra Suillium petitorem acriter incubuit, retulitque exempla veterum Oratorum, qui famam in posteros præmia eloquētiæ cogitasset pulcherrima, debere itaque vsui, & rebus subsidium præparari ne quis inopia Aduocatorum potentioribus fieret obnoxius, neque eloquentiam gratuito esse debere, & vt alienis negotijs quis intendat, omitti familiares curat, sublatis enim studiorum pretijs etiam studia, vt minus decora peritura. Hæc grauiori verborum conceptu, de illo retulit Tacitus in dicto Annalium lib. 11. & sic ego hanc Aduocatorum, & patronorum ex anti quitatibus causam erutam verum arbitror, non, vt Menochius vir grauis asseruit.

52 Sed omittam antiquorum Athenienſium, † & Romanorum Oratorum inducere exempla, qui diuitias maximas, & ad summa humanarum rerum culmina peruenerunt, quæsti, & stipendijs ita vt veteres illi Aduocati Stratodes, & Diomodides inuicem se in forum inuitabāt, tamquam ad mensam auream. Quando, & iure ciuili, & Canonico competēs merces est stabilita causarū patronis, & aduocatis. Inde deberi aduocatorum salarium, pro modo litis, pro aduocati facundia, fori consuetudine & iu

53 dicij, in quo † acturus est, *vt in l.* 1. §. *in honorariis. ff. de var. & extraord. cognit.* Quartum addidit Alexander de Ales, in Summa, *parte 3. q.* 44. *membro.* 2.

54 Videlicet † pro modo labous, quem refert *Andr. Tiraquell. de Nobilitate. capit.* 29. *num.* 28. Iure Canonum ex D. Augustino ad Macedonium *in epistol.* 54. Non licet (inquit) iudici vendere iustum iudicium, & si liceat Aduocato vendere iustum pa-

55 trocinium, & Iurisconsulto † rectum consilium, *c. non licet.* 11. *q.* 3. & iterum in *cap. non sane.* 14. *q.* 5. *c.* 1. §. *nec etiam. vbi gloss. de foro comp. in* 6. Et quæ notātur *in dicto.* §. *in honorarijs. sequitur Cappella Tholosan. in decis.* 481. *incip. Item fuit quæsitū, numquid aduocatus. Guido. Papæ in decis Gratianop.* 102. *nu.* 5. *Francisc. Marc. in decis. Delphin.* 637. *num.* 11. *vol.* 1. *& in decis.* 1061. *num.* 1. *eod. vol.* 1. Conuenit huic

56 rei, quod si non bene satisfiat † Aduocato, non potest bene studere. *Cardin. in clem.* 1. *in verb excellentissimus. de Relig. & vener. Sanct. quem sequitur Federic. Scot. in consil.* 27. *nu.* 7. *lib.* 4. *Tomo.* 2. *Martin. Nauar. in Manuali Confessar. cap.* 25. *num.* 30. *in fin. Alua. Pelag. de Planctu eccles. lib.* 2. *c.* 35.

Quotæ litis pactum, vel de habendo rem, quæ litigatur, aut illius partem pro Patrocinio Aduocato

57 † minime permittitur. *l. si quis litigatorum. C. de postuland. l. licet. C. de Procuratorib. l. si contra licitum. C. Mandat. l. sumptus. vbi Bartol. ff. de pact. Castren. in dicta. l. si quis litigatorum. Placentin. in Summa Codicis. lib.* 2. *titul.* 7. *Guido Pap. in decis. Gratianop.* 102. *num.* 1. *in decis.* 190. *Thom. Grammat. in decisio. Neapol.* 73. *num.* 16. *Borgninus Canalcan. in decis Fiuizan.* 41. *num.* 43. *Francisc. Marc. in decis. Delphin.* 19. *num.* 13. *Gerardus Maynard. in decis. Tholos.* 12. *lib.* 3. *Paris de Puteo, in tract. Syndicatus. titul. de excessib. Aduocator. cap. incip. Aduocati num.* 17. *Idem Francisc. Marcus in decis. Delphi.* 479. *num.* 1. *vol.* 2. *Specul. in titul. de Salario Aduocator. num.* 1. *vers. Illud autem certum. Ludouic. Gozadin. in consil.* 3. *nu.* 25. *Marc. Anton. Natta in consil.* 145. *num.* 15. *vol.* 1. *Ioan. de Amicis. in consil.* 148. *num.* 7. *Ioan. Baptist. Plotus in rep. l. si quando. num.* 534. *cum pluribus seq. C. vnd. ui. Franc. Beccius in consil.* 49. *nu.* 2. *Sebastia. Medices in Summa Decreti.* 3 *q.* 7. *articul.* 4. *Iacob. Benius de priuilegijs Iurisconsultor. parte* 3. *priuilegio.* 73. *num.* 5. *Artus Pinell. in repet. l.* 2. *C. de rescind. vend. parte* 2. *cap.* 2. *num.* 33. *plures allegans Petr. Cenedo Collectaneorum Iuris Canonici. parte* 1. *c.* 28. *nu.* 12. *And. Gail. practicar. obseruat. li.* 1. *obseruat.* 44. *num.* 1. *Petrus Gregori. Syntagmat. iuris vniuers. lib.* 49. *cap.* 6. *num.* 33. *Fabius Quintilianus Oratoriar. instit. li.* 12. *cap.* 7. *pactum istud Pyraticum appellat. quem sequitur Petrus AErodius Decret. lib.* 2. *titul.* 5. *cap.* 3. *Aluarus Pelagius de Planctu eccles. lib.* 2. *cap.* 35. *Ioan. Papon. Arrestorum Curiæ. lib.* 6. *titul.* 4. *Arreste.* 3. *Dethardus Horstius in Synopsi Thesium. lib.* 3. *titul.* 1. *nu.* 11. *Hieronym. Treutlerus Disputat. Selectar. parte* 1. *Disput.* 8. *Thesi.* 2.

Regni huius Neapolitani legibus idem prohibitum, pactum quotæ litis Aduocato per constitutio-

58 nem † Federici Secundi Imperatoris, *incip. Aduocatos. ibi, Nec de parte litis ineant pactiones. Vbi hoc voluit etiam Matth. de Afflict. num.* 14. *Cauetur etiam prag.* 21. *incip. præscripti in titul de offic. Sacri Consi-*

59 *lii.* In statu Mediolani † Simili modo hęc pactio prohibita, vt in Constitutionibus *lib.* 4. *titul. de Pœnis.* §. *si aduocati.* Cuius meminit faciens plures declarationes *Ioan. Baptista Plotus in l. si quādo. nu.* 535. *cum pluribus seq. C. vnd. vi.*

60 Supradicta tamen sane intelligenda † sunt, Aduocatum posse pacisci cum litigatore in principio, vel in fine causę, vt sibi certa quantitas soluatur pro suo labore, siue vincat, siue non, & de certo aliquo palmario sibi dando, vltra stipendium, si vicerit, dummodo sit moderatum. *Alexan. in l.* 1. *ff. de var. & extraordinar. cognit. Salicet. in l. item. C. de procur. Martin. Nauar. in Summa Confessar. cap.* 25. *nu.* 30. *in fin. Dominic. de Soto de iust. & iur. lib.* 5. *q.* 8. *articul.* 4. *Petr. Cened. Collectaneor. Iuris Canonici parte* 1. *cap.* 28 *num* 12. *in fin. Iacob. Benius de priuilegiis Iurisconsultor. parte* 3. *priuileg.* 71. *sub num.* 5. *ante eos. Placentin. in Summa Codicis. lib.* 2. *titul.* 7.

61 Perpetuum annuum † salarium, vel per aliquos annos constitui potest per Vniuersitatem Aduocato, & sic etiam per suos administratores cum consilio ipsius vniuersitatis, vel ipsius mandato, alias non possent administratores soli hoc facere, *vt ex gloss. in rub. C. quæ sit longa consuetud. voluit Cappella Tholosana in decision.* 416. *incip. Item fuit quæsitum, an consules.*

62 Similiter facere potest pactum † Aduocatus, de haben-

habendo aliquam rem pro salario, de qua, non est lis, quia eo casu cessat prohibitionis ratio, vt ex Baldo *in l. si quis Aduocatorũ. sub num. 2. C. de postulãd.* quem sequitur Guido Papæ *in decision. 102. sub numero 5.*

63 Salarium Aduocatorum, ac Doctorum †per iudicis officium nobile petitur, quod pro illo competit. *arg. dictæ l. 1. ff. de var. & extraordinar. cognit. voluit Riminaldus Senior. in consil. 3. num. 10. vol. 1.* Sed hoc quando nullo modo est promissum, quia si

64 est facta promissio †competit ex stipulatu actio, *iuxta Gloss. in verb. Constrinxerint. in l. vnica. C. de suffrag. quam sequitur Andr. Gail. Practicar. observat. lib. 1. observat. 44. num. 2.* Ex promissione tamen e-

65 minentis salarij Aduocato facta oritur actio, & †obligatio, *vt voluit Guido Papæ in decis. Delphinal. 190. num. 2.* Vbi dicit competere actionem, etiam si eminens promissio facta fuerit. *Vide Ioon. Cottam in consil. 43. num. 6. vol. 1. Ioachim. Mynsinger. in observat. 7. Centur 3.* Et salarium etiam non promissum

66 † Aduocato deberi, *probat. Cardin. Tut. in decis. 11. in princip. lib. 3.*

67 Dum diximus supra, *vers. subamplia † secundo.* debere Aduocatum gratis pro pauperibus patrocinari, alias peccat. Id intelligi oportet, vt hæc concurrant, vt prælentes sint ij, qui patrocinijs indigeant, & sibi occurant, nec enim per mundum, & per loca diuersa ire tenebitur, vt pauperem defendat, sed necessitas in promptu appareat, & sic cum leui ipsius Aduocati nocumento. Sic concludit *D. Thomas in dicta. q. 71. articul. 1. & ibi omnes Thomistæ. præsertim Michael Salon, & Petrus de Aragon. & voluit Syluester de Prierio in summa §. Aduocatus. num. 28. Dionysius Chartus. in Summa fidei Orthodoxæ. Tomo. 2. Articul. 130. §. 1. Io. Baptista Caccialup. in tract. de Aduocato. q. 3. nu. 6. 8. Hippolyt. Riminald. in consil. 329. num. 20. vol. 3. refert, & sequitur Francisci. Viui. in decis. 159. num. 6. 7.*

68 In Rota Romana † conclusum extitit, vt Aduocati, nõ voce, nec verbali informatione, sed scriptis resoluerent dubia, quæ proponerentur ab officialibus, de qua conclusione scribit Marcellus Cardinalis Crescientius *in decis. 17. in titul. de Procuratori.* Quæ obseruantia admodum vtilis est, non modo, vt litigatores certi reddantur de ambiguitatibus, quæ in causis tractandæ sunt, sed vt Aduocatorum ingenia perspicacius super illarum disputatione, ac solutione laborent, & exerceantur,

69 In causa Hæresis, licet absque Aduocatorũ †strepitu, simpliciter procedi soleat, iudices tamen si cõspiciant, factum ita se habere, quod inquisitus reus defensione indigeat, ei etiam minime petenti Aduocatus dandus erit, idque licentia, & permissu episcopi, aut inquisitorum, apud quos causa agitatur, interuenire debet, colligitur ex textu *in cap. si aduersus. in cap. excommunicamus. §. credentes. extra de Hæretic. cap. fin. eo. tit. in 6. Guliel. de* Monte Lauduno *in clem. 1. in verb. in causis, siue negotiis. de excess. prælator. Andr. de Isern. in cap. 1. §. Gazaros. sub verb. satisfactionem. num. 6. cum duobus seq. de Statutis, & consuetud. contra lib. eccles.* Alberic. *de Rosa. e. in 3. parte statut. q. 32. Matth. de Afflict. in Constitut. Regni. Inconsutilem. num. 43. 44. Ludouic. Carrer. in tractat. de Hæretic. num. 114. Iul. Clar. in §. Hæresis. num. 18. Emanuel Suarez in Thesauro receptar. sentent. §. aduocatus. num. 95. Ioan. Vincent. de Anna in Singul. 10. Iacob. Simancas in Praxi Hæreseos. titul. 42. num. 1. & in libro Catholicar institut. titul. 5. Dominic. de Sancto Gemin. in cap. fin. de hæreticis. in 6. Bernardus Cemens. in Lucerna inquisitor. §. Aduocatus. num. 1. Ioan. Francisc. Ponzinibius in tract. de Lamijs. nu. 78. Alfonsus de Castro. de Iusta hæretior. punitione. lib. 1. cap. 17. Ioan. Roias. in singul. 175. Barthol. Bertazzol. in consil. crimin. 95. nu. 1. vol. 1.*

70 Aduertendum tamen, quod eo casu † quo datur Aduocatus inquisito de Hæresi primo, quod tunc detur, quando non constat de Hæresi, vel reus neget, quia si constaret quem hæreticum esse, tunc nullo modo Aduocatus dabitur, nec patrocinari ꝓ eo poterit. *Iacob. Simancas in Catholicis Institutionibus titul. 5. de Aduocatis. Franciscus Pegna ad Eymericum. in Director. Inquisitorum parte 2. Commentar. 10. Bartol. Bertazzol in consil. 95. num. 1. vol. 1. criminalium.*

71 Aduertendum secundo, cum † Aduocatum, qui Hæretico datur, ac inquisito, probum esse debere, & de legalitate non suspectum, virum vtriusque iuris peritum, & fidei Zelatorem. *Eymericus in Directorio Inquisitorum. parte 3. titulo de defensionibus reorum & ibidem Pegna. Commenta. 28. allegans Locatum in opere Iudiciali. in verb. Aduocatus, & Iacobum Simancam in locis allegatis. & ex Gemin. in dicto. c. fin. de Hæretic. in 6. Bernard. Comens. in Lucerna inquisitor. §. Aduocatos. sub num. 2. vers. Non intelligitur. Lud. Carrer. de Hæretic. num. 19. Campeg. ad Zanchinum c. 5. in verb. fundit.*

72 Aduertendum tertio, † quod is Aduocatus iurabit, se iustis defensionibus vsurum, & arcana causæ celaturum, *ex c. fin. 5. q. 3. vt voluit Iacobus Simancas. in Praxi Hæreseos. titul. 42. num. 2.* Ne videatur

73 Hæreticorum fautor se defendere † tanquam bonum, & Catholicum protestari optimum esse dicit Albericus *in rub. C. de Hæretic. in fin. & in dicta. q. 3. parte statutorum. Arnald. Albertin. de Agnoscend. assertion. Cathol. vel hæretica. q. 12. sub num. 6. Claudius Bertazzol. ad patris cons. crim. 95. in verbo prostatio. vol. 1.*

74 Testes † Aduocati esse nequeunt pro ijs, quibus patrociniũ præstiterunt. *l. fin. ff. de Testib. Specul. de Teste. §. 1. nu. 74. Nellus de Gemin. de testib. nu. 3. Alberic. de Maletis Papiens. de testib. c. 4. num. 4. cum plribus seqq. Stephan. Aufrer. in tract. de testib. num. 8. Lanfranc. de Orian. in c. quoniam contra in verb. testium depositiones nu. 67. de probat AEgid. Bossius in titul. de testib. nu. 117. Iodocus Damhouder. in Praxi rer. ciuil. cap. 186. num. 16. Nepos de Monte Albano. in tract. except. Articul. 19. num. 73. Thom. Gram. in consil. ciuil. 41. nu. 7. Facit Rota in Nouis. in decisio. 126. incip. si procurator qui litem. & in decis. 154. in cip.*

eip. Sollicitator. Io. Petrus Surdus in decis. Mantuana 219. per totam. & pulcherrime, & eleganter Annęus Robertus Rerum Iudicatar. lib. 2. cap. 19. in 1. parte Decisionis. Federic. Scotus in consil. 37. num. 5. lib. 4. Tomo. 2. Emanuel Suarez receptar. sentent. §. Aduocatus. num. 96. Matth. Vuesemb. obseruation. lib. 1. titul. 4. obserua. 1. Sequitur Hierony. Treutler. Disput. Selectar. parte 1. Disputat. 8. Thesi. 2. Nouissime D. Garsias Mastrill. in decis. Siciliæ. 151. nu. 39. Anton. Faber. in Codice Fabrian. lib. 4. titul. 15. Defin. 19. parte 1. Anton. Scappus de iure non scripto, lib. 5. c. 112. nu. 13.

75 Amplia idem procedere in causa † appellationis vt is, qui fuit Aduocatus in causa principali, in primo iudicio nequeat esse testis in causa appellationis, *cap. Romana. de Testib. in 6. Albericus de Maletis. de testib. in cap. 4. incip. expedita. nu. 4. Aufrer. de testib. sub nu. 8. And. Barbat. in cons. 77. vol. 3. & in cons. 75. nu. 6. vol. 4.*

76 Intellige hanc ampliationē † procedere, quando non fuisset Aduocatus prius examinatus in testem, & postmodum susciperet Aduocationem, quia eo casu esse posset testis, *vt voluit Specul. in titul. de teste. §. 1 sub num. 74.* & licet hoc dictum impugnauerit contra Speculatorem *Ioan. de Imol. in cap. cum a nobis. de testib.* Tamen *Alberic. Malet. in dicto. cap. 4. sub num. 4. Speculatorem defendit ab impugnatione Imolæ.*

77 Primam conclusionem limita † non procedere vbicunque conuenerit de Salario, nō tamen patrocinari cœperit, tunc enim in testem Aduocatus admittitur. *Specul. in dicto titul. de teste §. 1. sub num. 74. per glos. in dicta l. fin. ff. de testibus. Stephan. Aufrer. in dicto tract. de testib. nu. 8. Lanfranc. de Orian. in c. quoniam contra. in verb. testium depositiones. nu. 67. de probat. Iacob. Ferrar. ad Guidonem Papæ in decis. 45. Vincent. de Franch. in decis. Neap. 222. nu. 10. Ioan. Vincent. de Anna in singul. 8. Surdus in decisio. Mantuæ 219. num. 6. Cardinal. Pute. in decision. 56. in fin. lib. 3.*

78 Secundo limita secus esse si † is, qui fuit vnius causæ Aduocatus, a parte contra quam patrocinatus est, in testem producatur quia isto casu non solum admittitur, sed etiam ad testimonium ferendū cogitur. *Accurs. in l. fin. ff. de testib glos. in dicto c. Romana. vbi Ioan. And. Ioan. Monach. Archidiacon. Dominic. Gemin. & Philip. Franc. de testib. in 6.* Ita in Ampliſſimis Christiani Orbis Senatibus decretum fuit in Senatu Delphinali, apud Guidonem Papæ *in deci. 45.* In Senatu Neapolitano apud Vincentiū de Franchis *in deci. 222. per totam.* Et in Senatu Pa

79 risiēsi apud Annæū Robertū † Iurisconsultissimū, & Variarū Sciētiarū cognitione conspicuum, Rerum iudicatarum *lib. 2. cap. 19.* Vtinam omnes Scriptores decisarum causarum ita scripsissent. *Emanuel Suarez receptar. sent. §. Aduocatus. num. 96. Matth. Vuesembec. obseruation. lib. 1. tit. 4. obser. 1. Hierony. Treutler. Disputat. Selectar. parte 1. disputat. 8. Thesi. 2. D. Garsias Mastrillus in decis. Siciliæ, 151 nu. 40. Cardinal. Pute. in decis. 56. lib. 3.*

80 Tertio limita admitti posse aduocatum † pro eo, cui patrocinium præstitit in subsidium ad iudicis, informationem ad faciendam quādam tantum præsumptionem. Maxime super negotio, quod faciliter probari non potest. *Aymo Crauetta in consil. 56. num. 13. 14. Ioseph. Mascard. de probat. conclus. 66. Vincentius de Franchis in dicta decis. Neapol. 222. quos refert, & sequitur D. Ioannes Baptista Costa de remed. subsidiar. remed. 70. nu. 5. Fabius de Anna ad Patris singul. 8. Francisc. Marc. in decis. Delphi. 382. nu. 2. vol. 2.*

81 Quarta limita si causa esset † finita, quia tunc Aduocatus in testem admitteretur, *vt post Albericum Galleot scribit Specul. in dicto titul. de teste. §. 1. sub nu. 74.*

82 Contrarium tenuit † Albericus de Rosate *in l. omnibus. num. 6. C. de testibus.* Vbi dicit, quod etiam finita causa cum duret respectus honoris, & affectionis, similiter non admittitur, quem sequitur Ioannes Petrus Surdus *in dicta decision. Mantuæ. 219. num. 3.* Sed in hoc semper considerandum est, an concernat depositio merita causę finitę, & etiam persona Aduocati grauis, vel infimæ classis sit, ponderandum fore arbitror.

83 Salarium promissum † pro victoria plurium causarū, verum vicit in parte non deberi, nisi pro parte causarum, quas vicit, non autē pro quibus succubuit *voluit Salycet. in l. vnica. num. 8. C. de suffrag. quem sequitur Ioan. Baptista Costa in tract. de Portione Rat. q. 122. num. 16.*

84 Vasallus potest patrocinari contra † Dominum, cuius est vasallus, pro sua causa, & pro coniuncta persona *arg. c. fin. §. clericus. vbi gloss. extra de postuland. & voluit Specul. in titul. de Aduocato. §. 1. num. 30 vers. Item quod postulat contra eum, cuius est. Io. Papon. Arrestor. Curiæ. lib. 6. titul. 4. arresto. 5.*

Si autem esset Aduocatus pro alio extraneo contra Dominum priuabitur feudo, & sic in vasallo ha-

85 bente † feudum a Domino habet locum prohibitio, *arg. l. fin. in princ. ff. de inofficios. testam. Voluit Glos. in cap. 1. §. item si delator. in verb. Perdit. versic. quid ergo si aduocatus quæ sit prima caus. benef. amittend. vbi idem voluerunt Iacob. de Beluis. Nicol. de Neapol. And. de Iser. Iacob. Aluarot. & Prepos. quos refert, & sequitur Iacobin. de Sanct. Georg. in inuestitur. feudal in verb. dictique vasalli promiserunt non committ. Felon. num. 26. Anton. Capic. in inuestitur. feudal. in verb. feuda amittuntur. col. 22. vers. uigesimo quinto si vasallus. ante eos Iacob. Ardizzo. in Summa feudorum. cap. 81. incip. item si dixerit vasallus. vers. eandem distinctionem dicas, si patrocinium. Petrus de Bella Pertica. in tract. feudor. titul. 9. nu. 22. vers. quid si fuit Aduocatus. Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 265. num. 45. Thom. Gram. in decis. Neapol. 80. Vrsil. in decis. 265. num. 48. Ioan. Ferrar. Montan. in vsus feud. lib. 4. c. 1. vers. decimo quinto vasallus. Francisc. Sonsbe. in vsus feud. parte 12. sub num. 48. Guid. Pap. in decis. Delphin. 551. sub num. 5. Ioan. Papon. lib. 6. tit. 4. Arresto. 5. Andr. Gail. lib. 1. obser. 88. num. 5. dixi in titu. de feudis. num. 652. versic pro patro.*

patrocinio. Tomo. 1. Renat. Choppin. de priuileg. ruſtic. lib. 1. cap. 6. nu. 2.

86 Altera cauſa eſt, vt tunc demum † vaſallus feudatarius ob Aduocationem contra dominum priuaretur feudo, quando ſua ſponte Aduocationem ſuſcepiſſet, ſecus vero ſi coactus per iudicem, quod diximus fieri poſſe ſupra hoc eodem titulo, *verſiculo. litigantib. nu. 32. 33. & verſicul. imminet pœna Aduocato. num. 43.* Quia eo caſu ob coactam pręſtitam, & non ſpontaneam Aduocationem feudo non pri-

87 uabitur, vt dicunt † ſupra allegati Doctores, quibus adde Matthæum de Afflictis *in deciſio. Neapolitan. 265. ſub num. 86. Ioan. Franciſc. Ripa in rep. l. fin. q. 9. num. 31. 32. C. de reuoc. donat. ſequitur Quintilian. Mandos. in tract. ingratitudinum. cap. 62. cauſa. 10. quod, & placuit eidem Petr. de Bella Pertica in dicto titul. 9. ſub num. 22. Andr. Gail pract. obſer. lib. 1. obſer. 88. ſub num. 7.*

88 Altera, & tertia cauſa, † ob quam Aduocatus non perderet feudum, eſt ſupradicta a me in ſupra dicta prima concluſione relata, quando non eſſet quæſtio de feudo, a Domino teneret, vt Pariſienſis Curiæ decreta Arreſtum factum fuiſſe refert Stephanus Aufrerius *in Collectan. Arreſto 3. quem retulit, & ſequitur, Petr. Gregor. Syntagmate iuris vniuerſ. lib. 49. cap. 6. num. 13. Ioan. Papon. Arreſtor. Curiæ. lib. 6. titul. 4. Arreſto. 5.*

89 Altera, & quarta † cauſa, quæ excuſabit Aduocatũ patrocinantem contra Dominum, ſi cauſa Domini iniuſta fuerit, eo enim caſu patrocinium abſque pœna permiſſum ſibi erit, *ex Bald. in c. 1. col. 2. tit quib. mod. feud. amitt. & c. 1. col. 2. verſ. Nota ergo cum quæritur. Hic finitur lex Conradi. Et in eodem Pariſiorũ parlamento ſic fuiſſe deciſum refert Ioan. Gallus. q. 24. quos refert, & ſequitur Idem Petrus Gregor. Syntag. iuris vniuerſ. lib. 49. cap. 6. ſub num. 13.*

90 Non omitto, quod licere † vaſallo contra Dominum patrocinari cõcludat Curtius Iunior, *de feud. parte. 4. ſub num. 72. Ioan. Gallus in q. 23.*

91 Sumptibus, & † expenſis ipſius Aduocati pactũ fieri poteſt cum litigante de proſequenda lite, ipſumque ſalarium & promiſſum validum erit. *l. vnica. C. de ſuffrag.* Cuius occaſione ita voluit Guido Papæ *in deciſ. Gratianop. 102. nu. 6.* Vbi dicit non ſolum deberi ſalarium, ſi lis per ſententiam finiatur,

92 ſed etiam ſi finem habeat † per concordiam, vel amicabilem compoſitionem. *Accurſius in l. fin. in verb. ex euẽtu. in fin. ff. Mandati. Vincent. de Franch. in deciſ. Neap. 265.*

93 Regij Aduocati in Gallia, & libellorum † in Regia Magiſtri pro alijs poſtulabant, vt fecerunt quãdoque Gulielmus Poyetus, & alij, vt teſtatur Ioannes Gallus, *in quæſtione 160.* Vbi dicit, quod in anno 1546. fuere prohibiti, & recte, tum quia erat lucroſa illis conſultatio, tum, & multo plus, quia eorum poſtulatione, ab alijs magiſtratibus conniuentibus forte oculis cauſæ, iniuſte lacerabantur. *Dethard. Horſthius in Synopſi Theſium. lib. 3. titul. 1. num. 11.*

94 Declara tamen poſſe principem † Aduocatis Regijs, & Fiſci, facultatem cõcedere, vt poſtulantibus conſulant, vt Liſeto, Poyeto, & Montolonio olim clariſſimis Aduocatis Regijs fuiſſe permiſſum per Arreſtum refert *Petr. Rebuff. in Concordat. in Rubrica de electionis derogatione in verb. Regium Aduocatum. verſ. Nonum. fol. mihi 94. arg. l. per hanc. §. ſexcenti. C. de Aduoc. diuerſ. iud.*

95 Iudex † qui fuit in cauſa principali, Aduocatus eſſe poteſt in cauſa appellationis. *vt per Specul. in titul. de offic. delegat. §. ſupereſt. verſ. Quid e conuerſo. quem ſequitur Cappell. Tholoſ. in deciſion. 277. incip. Item an ille, qui fuit* Vbi dicit melius eſſe ſi abſtineret. Sed abſtinentiam ab aduocando ego conſule-

96 rem eſſe faciendam, vt non † patrocinetur, niſi contra illum, qui in iudicio ſuccubuit, cum iudex poſſit cauſam ab eo per ſententiam terminatam defendere. Si vero ad ſententiam non fuiſſet proceſſum, optimum iudicarem, vt nemini patrocinium præſtet. *Aluar. Pelagius de Planctu eccleſ. lib. 2. cap. 35.*

97 Aduocatus minoris, ſi habet † aduerſarium litigantem ſagacem poterit ipſum minorem inſtruere in reſpondendo poſitionibus, *vt per Hoſtienſ. & Panormit. in c. paſtoralis. extra. de iudic. quos ſequitur Iafredus Lanfr. Balbus in deciſ. 36. incip. Curator. de quo dicam DEO Dante latius in titul. de poſitionibus ex articulis.*

98 Inimicus meus ſi eſt Aduocatus, & dum † litem habeo cum alio, prohiberi poteſt, ne ſit illius Aduocatus contra me per iudicem facta inſtantia, & ita per iura, & rationes quas allegat dicit pluries fuiſſe iudicatum per Senatum Luſitanicum Aluarus Vallaſcus *in deciſ. ſiue conſultation. 124. num. 3. 4.*

99 Aduocati Regij Curialium † priuilegijs gaudent, vt pronunciatum per Curiam refert *Petr. Rebuff. in Concord. in rub. de electionis derogatione. in verb. Aduocatum Regium. verſ. trigeſimum quartum. fol. mihi. 99.*

100 Abſentibus iudicibus † Aduocatus Fiſci Regij, ius dicere non poteſt. *Petr Rebuff. ad Conſt. Galliæ. Tomo. 3. titul. de recuſationib. articul. 6. Gloſs. vnica. num. 9.* In hoc Regno in Audientijs Regijs contra-

101 riũ vidi vſu fieri, ſed † tamen cauſæ criminales ſine Fiſci Patrono fieri nequeunt. *vt in prag. 5. §. Itẽ, che detti magnifici Regente. tit. de offic. Iuſt. ſiue magnæ curiæ, quæ eſt Don Petri de Toledo. & prag. 7. §. & viſto per voi. tit. de offic iuſtitiarii. quæ eſt Ducis Albæ.*

102 Pro Aduocati ſalario, & patrocinio † alienari poſſe feudum ex pacto, & prouidentia ob laborem, & induſtriam in eo defendendo ſumptam voluit *And. de Iſer. in c. 1. num. 6. verſ. Item nonne hodie. de feudo Guard. & Caſtald. Gulielm. de Perno in conſ. 14. incip. colligamus col. 9. Item nota ſingulariter, quos refert, & ſequitur Petr. de Gregorio Siculus in tract. de conceſſ. feudor. parte 2. q. 10. num. 19. quos allegat, & ſequitur Ioſeph. Cumia in c. ſi aliquem. Regni Siciliæ. in verb. Antiquis. num. 558. fol. 450. Fabius de Anna ad Patrem in ſingul. 203. vbi hos etiam allegauit.*

103 Declaratur tamen dicta † concluſio procedere in feudo Guardiæ, & Caſtaldiæ, atque Aduocatiæ,

non autèm in feudo ex pacto,& prouidentia. *Dominus Garsias Mastrillus ad Petrum de Gregor. in dicta q.*10. *in verb. Patrocinio præstito.*dicens, quod ita intelligenda sunt dicta Iserniæ, & aliorum Doctorum allegatorum.

104 Verum nulli dubium,quod † feudum Guardiæ, Castaldiæ,& Aduocatiæ sit ad vitam, & non transmittatur ad hæredes,vt vltra Speculatorem, Iacobutium Menochium,Capicium, & Mozzium allegatos, per Dominum Mastrillum scribit Franciscus Sonsbecius in vsus Feudorum. *parte.*3. *nu.*33. *cum pluribus seq. Petr. Rebuff. in declaration. feudor. num.*38.39.43. *Ioan. Thomas de Marinis de Generib. & qualitat. feudor. titul.*28. *titu.*29. *Nicolaus In trigliol. de feudis. q.*38. *nu.*32.33. Tamen *Andr. de*

105 *Isern. in loco allegato dicit*,feudum posse † obligari pro patrocinio,quem sequitur alios allegans Io. Vincent.de Anna,in singul.203.quæ obligatio parit actionem,ita vt suo tempore, vt fiat debiti solutio,nulli dubium pro debito posse alienari quodlibet feudum, vt diximus, in hac summa hoc Tomo primo, in titulo de feudo. Et quod plus *Andr. de Isern. in dicto c.*1. *de feud Guard. num.*9. *dicit*, quod hodie ecclesiæ, & Barones dant feuda Aduocatis

106 pro patrocinio † quod sequitur Gulielmus de Perno *in notabili Feudal.*82. *in primis.* Et si feudum dari potest,vt solutio fiat Domino,in annuo censu pecuniario, vel datione pullorum,Gallinarum,Anserum,chirothecarum,calcarium,caputij,accipitrum, asportationis, rami florigeri,cursus Quintanæ,can tilenæ faciendæ coram Domina, & similibus, de quibus ample dixi *in cons.*1. *num.*145. *cum pluribus seq. Centuria prima.* Tanto plus Aduocato dari potest feudum pro patrocinio Clienti præstito, vel præstando,vt vere concluditur.

107 Aduocatus Regius, & canonicus, † contra Regem postulare non posse, *voluit Ioan Gallus in quæstionibus per arrest a q.*229. *vbi dicit*, neutri postulare posse. Ego dico non debere postulare neutri, scilicet contra Regem,quia est suus officialis, & ab eo stipendiatus. Non contra suam ecclesiam, quia ab ea obtinet Canonicatum,quia in casu dubio potius pro ecclesia postulabit. alias perderet beneficium. *c. fin. vbi gloss. extra de postul. Hierony. Treutlerus disputation. Selectar. par.*1. *disputat.*8. *Thesi.*2.

108 In parlamento Parisiensi & Senatu † non admittuntur ad postulandum,nisi ante sint approbati, & graduati, *Ioan. Paponius Arrestor. Curiæ. lib.*6. *titul.*4. *Arrest.*1. *& Franciscus Marc. in decis. Delphin.*650. *num.*1. *Vbi allegat illud Nicol. de Neapoli. in l. sed & reprobari. num.*1. *ff. de excus. tut.* Vbi dicit,quod per Archiepiscopum Capuanum fuerunt iterum examinati,& fuerunt reprobati,& dicit,vtinam hodie ita fieret, Et ego dico, quod si nostro tempore fie-

109 ret,esset triplicatus numerus † reprobatorum, & ob hunc timorem,multi meliores fierent. Dictum Nicolai de Neapoli retulit etiam Vincentius Maxilla *in consuet. Bari titul. de immunit. nostræ ciuit.* §. *in ciuitate.* Sed ista cõclusio in hoc Regno antiquata est;recessitque ab vsu.

110 Deserere in medio litis causam, † & clientis patrocinium deserere non potest Aduocatus. *Angel. de Aretio in* § *præterea si Medicus. nu.*2. *Inst. de leg. Aquil.*dicens teneri ad interesse dum tamen cliens, de tempore in tempus satisfaciat ei de stipendio, quem sequitur *Francisc. Marc. in decis. Delph.*646. *num.*3. *vol.*1. Hinc illud Ouidiij.

Turpe referre pedem,nec passu stare tenaci.
Turpe laborantem deseruisse ratem.

In propria, ac sua causa Aduocatus si fuerit vi-

111 ctor expensas a parte succũbente non † recuperabit. *arg. l. si stipulatus. ff. de fideiuss. & gloss. in cap. cum pro causa. de procurator. voluit Rota in Antiquis in decis.*533. *incip. inducens causam. Nicola. Boer. in decis. Burdegal.*210. *num.*3. *Petr. Rebuff. ad Constit. Galliæ. Tomo.*3. *titul. de expens. articul.*5. *gloss. vnica. num.*27.28. *Iosephus Ludouic. in decis. Perusin.*111. *num.*13. Vbi dicit,nunquam vidisse Aduocatum

112 † in propria causa habere expensas. *Iacob. Benius de priuileg. Iurisconsult. parte*3. *priuileg.*73. *num.*4. *Emanuel Suarez in Thesaur. Receptar. sentent.*§. *Aduocatus. num.*103. *& bis iudicatum in Camera Imperiali scribit Mynsing. obseru.*2. *Centur.*1. *Gail. lib.*1. *obser.*151. *n.*17. *Surdus de Alimẽt. ti.*9. *q.*39. *n.*11.

113 Declara tamen secus † esse,si aduocatus ob suam causam probauerit non potuisse alias causas defendere, quia tunc per modum damni sibi salarium debetur,& expensæ. *Nicol. Boer. in dicta decis. Burdegal.*210. *sub num.*3. *Iacob. Menoch. de Arbitr. iud. q. lib.*2. *Centur.*2. *casu.*154. *nu.*5. *Ioachim. Mynsing. ob seruat.*2. *centur.*1.

114 Declara secundo deberi † expensas Aduocato,ẽt si alius Aduocatus gratis illi patrocinium præstiterit,quia iam iste tenebitur illi Aduocato ad antidora. *l. sed & si lege.*§ *consuluit. ff. de petit. hæred. Bartol. in l. fin. C. de fructib. & lit. expens.* licet opponat,

115 ita † tamen in duabus inquisitionum Cameris fuisse conclusum,scribit Petrus Rebuffi *in dicto tit. de expens. articul.*5. *gloss. vnic. num.*28. *Iosephus Ludouic. in dicta decis. Perusina* 111. *nu.*3. *Ioan. Baptista Asin. in pract. ciuil.*§.32. *Ampliat.*66. *nu.*5. *Petr. Cenedo in Collectan. iuris Canonici, parte*1. *collect.*28. *num.*10.11. Et de his, D E O volente, dicam in titulo de expensis.

116 Aduocatus colludens,& reuelans † secreta partis,sui clientis aduersario pœna falsi tenetur. *arg. l.*1.§. *is qui Vbi hoc tenet Bartolus. ff. de falsis. idẽ Bar. in l. si quis aliquid. ff de pœnis. in l.*1. *ff. de præuaricat. Angel. in trac. Maleficio in verb. falsario. num.. vers. sis cautus. AEgidius Boss. in titul. de præuaricat. num.*5. *Spec. in tit. de Aduocato.*§. *nũc tractemus. col.*3. *vers. caueat etiã. Paris de Puteo in trac. Syndica. tit. de excess. Aduoc. vbi cõcludit pluribus pœnis teneri. sequitur Roland. a Valle in cons.*36. *n.*23. *vol.*3. *Iacob. Menoch. de arbitr. iud. q. lib.*2. *cent.*4. *casu.*323. *nu.*5. *Cenedo collectan. iuris Canonici. par.*1. *c.*28. *nu.*21. *Emanuel. Suarez in Thesauro recept. sent.*§. *Aduocatus. nu.*107. *Treutl. Selectarũ disp. par.*1. *disput.*8. *Thesi.*3. *Franc. Marc. in decis.*640. *nu.*2. *vol.*1. *& in dec.*912. *nu.*2.3. *in decis.*915. *nu.*2. *vsque ad finem. vol.*2.

Mulieres pro alijs in iudicio poſtulare,& officio
117 Aduocati fungi, non niſi pro cauſa † propria poſ
ſunt. *l.1.§.ſexum. §.poſtulare.ff.de Poſtulan. l.femi
næ.ff.de regul.iur. l. alienum. C.de Procur. l. qui ab-
ſente. C.eo.tit. Dixi in Cõmentar. de Magiſtratuum
edictis. lib.1.cap.2.nu.31.43.44.45.46.47. illis nunc
adde Matthiam Colerum in deciſ. Germaniæ.67.nu.
1.9. Dethardus Horſthius in Synopſi Theſium. li.3.
tit.1.num.5.verſ ſexum. Treutlerus Diſputation. Se
lectar. parte 1. Diſputat.8. Theſi.2. Daniel Venator.
in Analyſi Iuris Pontificij. lib.1. tit.37.§. qui pro ſe.*

Poſtulare eſt deſiderium ſuum, vel amici ſui in
iure apud eum,qui iuriſdictioni præeſt, exponere,
118 vel alterius † deſiderio contradicere. *l.1.§. poſtu-
lare.ff.de poſtu. Late Franc. Hotoman. in indice verb.
iuris. in verb. Poſtulare. Adrian. Turneb. Aduerſario
rum lib.10.cap.6. Barnabas Briſſioni. Selectar. Anti-
quit. lib.2.cap.1.c.14. Franc. Duaren. Diſputat. An-
niuerſ. lib.1. Diſputat.1.& lib.2. diſputat.16. Hiero-
nym. Treutler. Diſput. Select. p.1. Diſput.8. Theſi.1. De
thardus Horſthius in Synopſi Theſiũ lib.3. tit.1. nu.2.*

119 Contra ſuum donantem Aduocatus † donata-
rius patrocinium ſuſcipiens,ob ingratitudinem po
teſt donatione priuari. *Abb. Panormit. in c. fin. extra
de poſtuland. quem ſequuntur And. Gail. practicar.
obſeruat. lib.1. obſeruat.88. num. 6.7. & Hieronym.
Treutler. Diſput. Select. p.1. Diſput.8. Theſi.2. in fin.*

Filiusfamilias Aduocatus,quod acquirit, caſtrẽ
ſis peculij loco habetur, & poſt patris mortem,
120 non † debetur illud cum fratribus conferre. *l. fori
tui culminis. l. cum Aduocatio. C. de Aduocat. diuerſ.
iudicior. l. velut Caſtren. C. de aſſeſſor. Bar. in d. l. fi.
Bal. in l. cũ oportet. C. de Bonis quæ lib. Martinus Lau
dẽs. in tract. de officialib. Dominor. §.172. Aſcan. Cle
mentin. de Patria poteſtate. effectu. 2. ſub num. 6. Ro
landus Cauagnol. in Decretis Mõtisferrati. in Decre
to. 41. §.2. nu.12. Hierony Treutler. Diſputat. Sele-
ctar. parte 1. diſputat.8. Theſi.3. Franciſc. Marc. in
deciſ. Delphinal. 638. ſub num.3. vol.1. Cappel. Tho
loſ. in deciſ. 10. incip. Item fuit quæſitum, an illud.
Anton. Scappus de iure non ſcrip. lib.3. c.105. nu.4.*

121 Limitant tamen, dũmodo tales Aduocati filijfa
milias in Aduocatorum matricula ſint deſcripti, *vt
poſt gloſ. in dicta l. fiſci. quam ibi ſequuntur Bar. Bal.
& Salycet. C. de Aduoc. diuerſ. iudic. & voluit Franc.
Mar. in dicta deciſ. Delp. 638. ſub nu.3. vol.1. Cap. Tho
loſ. in deciſ. 10. incip. Item fuit quæſitum an illud.*

231 sine † speciali mandato, *vt voluit Bernard. Cardinal. Bisgnet. in decis. 11. titul. de procur. Rota in Nouis. in decis. 184. incip. si procurator.*

232 Quadragesimo quarto, † a decreto, siue pronuncia de exequendo, vt quis appellare possit, speciale mandatum exigitur, *ex Angel. in l. ab executore. col. 4. ff. de Appell. Refert Felin. in c. quod ad consultationem. nu. 21. extra de re iudic. quos sequitur Hierony. Magon. in decis. Lucens. 18. nu. 22.*

233 Quadragesimo quinto † speciale mādatum exigitur, ad faciendam extraiudicialem appellationē, ut deuoluatur. *Peregrin. Fabius in decision. Nouiss. Roman. 23. lib. secundo. volum. tertio. vide quæ dico infra hoc titul. versic. quadragesimo sexto ad declarationem huius conclusionis.*

Quadragesimo sexto, alium pro alio restitutio
234 nem natalium petentem sine † speciali mandato non admitti, ex curiæ stylo, *dicit Angel. de Aretio. in §. fin. sub num. 2. vers. vigesimus quartus. allegat Specul. in titul. de procura. §. 3. vers. vigesimo quarto quem reperire non potui.*

Quadragesimo septimo, procuratorij mandati
235 intimatio habentis † speciale mandatum ad faciendam extraiudicialem appellationem ad finem deuolutiuum. *AEgid. Bellemer. in decis. 58. in princip. Peregrin. Fabius in decis. Nouiss. Roman. 24. num. 1. lib. 2 vol. 3.* Hæc addenda sunt ad declarationem eorum, quæ diximus supra, *uers. quadragesimo primo.*

236 Quadragesimo octauo, procurator sine † speciali procuratione, & mandato, debitum remittere nequit. *l. non abstulit. C. de nouat. Marc. Anton. Bellon. in decision. Genuens. 200. sub num. 4. ex Federico de Senis in consil. 2. incip. quidam habens potestatem. Alexan. in consil. 22. incip. uiso. col. 3. uers. & expresse firmat. uol. 1.*

Quadragesimo nono, alienatio rei ecclesiasticæ
237 fieri debet a procuratore † speciale mandatum habente. *Borgnin. Caualcanus in decis. Fiuizan. 45. nu. 22. parte* 1. refert, & sequitur Don Garsias Mastrillus *in decis. Sicil. 77. num. 1. Et dixi supra in titul. de rebus eccles. non alienandis. num. 31. uers. Alienatio rei ecclesiasticæ. Tomo primo.*

238 Quinquagesimo procurator † sine mandato speciali dominum super euictione non defendit, & ad euictionem dominus citari debet non procurator. *cap. fin. extra ut lite non contestata. Ioan. Gallus in quæstionib. per Arrestum. q. 54. Stephan. Aufrer. in stylo parlamenti. parte* 1. *in titul. de dilationibus.* Et ita per Curiam Parlameti fuisse ordinatum, scribit Petrus Rebuffus *in concord. tit. de electionis. derogat. in uerb. speciale. uersic. trigesimus primus.*

239 Ratificatio, mandato † procuratorio, præsertim vbi speciale exigitur, æquiparatur. *l. fin. C. ad Senatus consult. Macedon. l. quod si de speciali. in princ. ff. de minorib. Oldrad. in cons. 199. nu. 10. cum multis quæ allegat Andr. Tiraquell. de retrast. Consanguin. §. 1. glos. 10. sub nu. 61. quem refert, & sequitur Ioan. Petr. Surdus. in decis. Mantuan. 231. nu. 1. Ludolphus Schraderus de feudis. parte 4. cap. 1. nu. 69. & parte 6. cap. 3. nu. 52. Polyd. Ripa obseruat. 123. & eleganter D. Ioan. Baptista Costa. in tract. de retract. n. c. 8. casu. 4. num. 18.*

240 Speciale mandatum † habens procurator, non habet dilationem ad consulendum dominum in partibus. Generale autem mandatum habenti simi lis dilatio conceditur. *Cardin. Bisgnet. in decis. 1. titul. de dilation.*

241 Mandatum cum libera, † habet eandem, naturam sicuti mandatum speciale, & paria sunt, *l. procurator cui. ff. de procur. Alex. in cons. 44. nu. 2. vol. 2. Iason. in l. si procurator. ff. de condit. indeb. Didac. Couar. Variar. resolut. lib. 1 c. 6. nu. 3. Iosep. Lud. in cōmun. conclus. 30. Borgnin. Caualcan. in decision. Fiuizan. 21. num. 46. parte* 1. *Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 283. sub nu. 16. Francis. Marc. in decis. Delphin. 481. numero 6. volum. 1. late Augustin. Berous in q. 33. num. 9. Hieronym. Magon. in decis. Lucens. 51. nu. 6. 7. Octauian. Cacher. in decis. Pedem. 38. nu. 37. Iafred. Lanfran. Balbus in decis. 52. incip. vbi exigitur. Marcel. Cardin. Crescent. in decis. 6. nu. 3. tit. de testamen. Cæsar. Barzi. in decis. Bononien. 154. nu. 16. Idē Francis. Mar. in decis. Delphin. 693. nu. 8. vol. 2.*

242 Declara primo procuratorem † cum speciali mādato, vel cum libera potestate posse facere approbationem, de qua *in cap. cordi nobis. in fin. de appell. in 6.*

in 6. vt voluit Rota in Antiquis in decis. 358. incip. Nota, quod potest consuetudo.

243 Declara secundo, † quod si factum fuerit mandatum procuratorium duobus cum libera, si non sit expressum in solidum vnicuiq; ipsorum, non possent procedere, nisi simul *vt ex Francisc. Aretino in c. prudentiam. de offic. deleg. tenuit Rota apud Io. Paul. Tholomæum. in decis. Nouissim. Roma. 860. lib. 3. vol. 3. vide infra hoc eodem titul. vers. si fuerint cõstituti. num.... Adde Iacob. Philipp. Porti. in consil. 171. num. 9.* Vbi declarat, secus esse, si vnus ipsorũ prius litem contestatus fuerit. *Vanti. de nullit. ex defectu mand. num. 78.*

244 Contrarium tenuit † Baldus *in rub. C. de exercitor. & institit. action. num. 13. versicul. iuxta prædicta mouentur.* Vbi dicit, quod si sunt constituti plures procuratores cum libera, & plena potestate, intelliguntur in solidum constituti, ita quod quilibet ipsorum potest procedere, quem sequitur Philippus Francus *in 51. decision. colum. 2. vers. in glossa. in verbo in solidum. Deci. in consil. 627. num. 1. 2. Marc. Anton. Natta in consil. 342. numero 1. vol. 2.*

245 Conciliari possunt † istæ opiniones, quod quando procuratores fuerunt constituti cum libera, & ampla potestate, tunc procedat prima opinio Rotæ per Tholomæum *in dicta decis. 860.* Quando vero dictum esset, vel in solidum, vel vnicuique ipsorum, aut quilibet ipsorum etiam non expresso verbo ipsorum, in solidum, tunc procedat opinio Baldi, & sequacium, vt est opinio Rotæ in Antiquis *in decis. 174. incip. Nota quod vbi aliquis.* Vbi dicitur, quod si detur potestas cuilibet, intelligitur in solidum. Et dictam decisionem forte voluit allegare Philippus Francus sed corrupte. Et hoc non negauit eadem Rota apud Tholomæum in loco allegato, vbi dicit, quod mandatum in illo casu, erat cum verbo libera, sed non dicebatur in solidũ, vel vnicuique ipsorum. Et Baldi opinionem probat *Marc. Anton. Natta in consil. 428. nu. 10. vol. 2. ad conclusionem adde Cardin. Bisgnetum. in decis. 7. tit. de procur.*

246 Declara tertio, quod † procurator cum libera potestate constitutus, non poterit donare, vel dilapidare. *l. si pater. ff. de his, quæ in fraud. cred. l. filius familias. ff. de donat. l. creditor. §. Lucius. ff. mandat. Bald. & Alexand. in l. si procurator. C. de procur. Idẽ Alexand. in consil. 22. incip. viso instrumento Syndicatus. col. 3. versic. Attento ergo. vol. 1.* Vbi dicit, qui in mandato quantumcunque generali cum libera, & plena potestate, æquipollente speciali mandato, non venit, quod mãdatarius possit remittere, & donare. *Idem Alexand. in consil. 115. incip. Attentis narratis. col. 1. vol. 5. Marc. Anton. Natta in cons. 10. num. 4. vol. 1. in cons. 342. nu. 2. vol. 2. Stephan. Gratianus in decis. Marchiæ. 79. nu. 6. Hieron. Gabriel. in cons. 99. num. 35. vol. 2. Francisc. Marc. in decisio. Delphinal. 618. num. 12. vol. 1. Cæsar Barzi. in decis. Bonon. 125. num. 14. Franc. Marc. in decis. 909. nu. 3. vol. 2.*

247 Declara quarto, procuratorem † cum libera beneficium ecclesiasticum acceptare posse. *Bernard. Cardinal. Bisgnetus in decis. 8. titul. de procurat.*

248 Declara quinto, † procuratorem habentem potestatem cum libera posse prorogare tempus solutionis faciendæ. *Riminald. Senior. in consil. 173. nu. 10. vol. 1. vbi Hyppolitus in Apostill. litera. B. allegat Cardinal. Parisium in cons. 117. num. 24. vol. 1.*

249 Subdeclara istud procedere † si erit procurator generalis cum libera, non autem specialis, quia huic prorogatio solutionis non permittitur. Post alios declarat *Zas. in l. qui Romæ. §. Callimachus. nn. 7. 8. ff. de verb. oblig. vt dico infra proxime. vers. declara septimo.*

250 Declara sexto, quod † procurator cum libera non potest renunciare liti, & causæ, nec renunciare instantiæ. *Alexand. in cons. 22. num. 8. vol. 1. Augustin. Berous in cons. 187. num. 52. vol. 1. quos sequitur Stephan. Gratian. in decis. Marchiæ. 79. num. 7.*

251 Declara septimo, † quod si est procurator specialis cum libera, non potest tractare, & agere nisi specificata, & solummodo actus, quo ad quos est constitutus. *argum. l. qui Rom. §. Callimachus. ff. de verb. obligation. Decian. in cons. 91. num. 35. vol. 3. faciunt dicta supra proxime vers. Subdeclara istud. num... & optime aduertit Fabius Tinæus ad Magon. in decis. Lucens. 51. in verb. Mandato Specialt. Borgnin. Gaualcanus in decis. Finiz. 31. num. 47. 48. parte 1.*

252 Declara † octauo, quod vbi exigitur mandatum speciale, vel cum libera regulariter admittitur cum cautione rati. *argu. l. illud. §. quod si de speciali ff. de minor. voluit Iafred. Lanfranc. Balbus in decis. 54. incip. ritiam vbi de quo videndi sunt Doctores, quos allegaui. supra hoc eodem titulo, vers. ratificatio mandato procuratorio. num. 239.*

253 Cum libera † dicitur mandatum, cum in illo dicitur, quod procurator faciat quicquid ipse facere posset, *vt ex Alexand. in cons. 44. num. 1. vol. 2. Hieron. Grat. in cons. 159. nn. 8. vol. 2. voluit Cæsar Barz. in decis. Bonon. 125. num. 2.*

254 Testibus autem probari posse † mandatum procuratorium *volnit Speculat. in titul. de procurat. §. ratione autem formæ. num. 3. vers. porro vbi quis. & ibi post Vbert. de Bobio. Ioan. de Deo, & Azonem. Ioan. And. in additione in verb. testes. quos sequitur Hyppolit. de Marsil. in rub. de probationib. nu. 28. 29. vers.* Quid autem in mandato procuratoris. *Quem. retulit Petr. Rebuff. in constitut. Galliæ tomo. 2. titul. de literis dilatoriis. articul. 3. gloss. unica. num. 8. nouissime Stephan. Ranchin. ad Guidon. Papæ in decisio. Delphin. 40. Iafredus Lanfrancus Balbus in decis. 190. incip. Regulariter. Bernard. Diaz. regul. 609. Ioseph. Ludouic. in decis. Perus. 110. nu. 4. Treutler. disput. selectar. parte 1. disput. 9. Thes. 9. Francisc. Vini. in decis. 470. num. 6. Vantins de nullit. ex defectum hab. siue mandati. num. 70.*

In curijs non solum Regijs huius Regni, immo
255 nec in alijs aliorũ Dnorũ, & Baronum † nõ admitti titur probatio procuratorij mãdati p testes, sed tm scri-

scriptura, non solum in pergameno, siue membrana, sed etiam in papiro, & idem seruari in supremis Galiæ Curijs, vt mandatum testibus non probetur, sed scriptura in pergameno in Curijs supremis, in alijs autem sufficiat probatio per papirum, *vt dicit Stephan. Ranchin. in dicta Guid. Papæ decis.* 40.

256 An autem † mandatum procuratorium ad negotia probetur testibus. *dicã infra in titul. de procuratoribus ad negotia. hoc eodem Tomo.* 1.

257 Ad petendam † indulgentiam siue abolitionem pro delicto commisso puta homicidio commisso in personam delinquentis, qui ex forma statuti poterat occidi impune, potest procurator interuenire, etiam pro ipso bannito, occidente illum bannitum, vt post Iacobum de Beluiso *Bartol. in l. pen. §. ad crimen. num.* 19. *ff. de public. iudic. Bald. in l. reos. num.* 35. *C. de accusation. Nellus in tract. Bannitorum. 3. parte secundi temporis. quæst.* 68. Et hanc esse communem obseruãtiam in Regno Neapolitano, *voluit Prosper Carauita. in Prag.* 1. *num.* 167. *titul. de exulibus. & in Ritu Magnæ Curiæ.* 269. *sub num.* 6. *& post* Alberic. *de Rosate. in* 4. *parte Statutorum. q.* 83. *num.* 14. *Hyppolit. de Marsil. in consi.* 73. *num.* 76. *refert Iulius Clarus in pract. criminal. q.* 32. *num.* 22. Vbi ipse cum quibusdam moderatio

258 nibus † id intelligit, puta si producatur bannum bãnitti occisi quem sequitur Hyppolitus Bonacossa *in communi opin. crimin. §. procurator regulariter parte* 1. *Nec dissentit Vincent. de Franchis in decis. Neapol.* 314. *nu.* 3. Quinimmo in illo casu, non al-

259 legabatur nisi quod principalis erat citatus † pro homicidio, & prourator opponebat homicidiũ per suum principalem fuisse impune commissum, nec dicebatur qua ex causa. *& Albert. Gandin. in tract. malefic. titul. vtrum procurator. in fin. quos. & alios sequitur Anton. Gabriel. de malefic. conclus.* 9. *num.* 31. *& nouissime Petrus Cabballin. resolutionum criminal. casu.* 23. *num.* 6. 7. *Tango etiam ad iura Regni Neapolitani. obseruation.* 78. *lib.* 1.

Procuratorium mandatum, mandantis, siue

260 † mandatoris morte soluitur. *l. inter causas.* 26. *in princip. ff. mandat.* Et etiam morte mandatarij, siue procuratoris, *l. si quis alicui.* 27. *§. morte. ff. eo. tit. §. item si adhuc. Inst. de Mandato. Guid. Papæ. in decis.* 118. *in decis.* 491. *Hierony. Magon. in decision. Florentin.* 106. *num.* 9. *Hierony. Treutler. disput. select. parte* 1. *disput.* 9. *Thesi.* 10. *Cardin. Pute. in decis.* 73. *num.* 1. *lib.* 2. *Vanti. de nullit. ex defectu mand. num.* 170.

261 Primo intellige supradictam † conclusionẽ procedere re integra. *l. mandatum. C. mandati. §. item si adhuc. Inst. eod tit. Bartol. l. fundi. §. etiam. ff. de acquir. possess. Felin. in l. eam te. num.* 10. *extra. de rescript. Hypp. de Marsil. in sing.* 44. *Guido. Pap. in d. decis. Delphin.* 118. *& in decis.* 491. *Cardinal. Puteus in decis.* 73. *num.* 1. *lib.* 2. *Laderch. in cons.* 149. *nu.* 1. *vol.* 1. *Vant. in loco. allegato. num.* 170. *Vincent. de Franch in decis. Neap.* 255. *num.* 3.

262 Subintellige hanc declarationem, † quod mandatum tamdiu dicitur integrum puta quando procuratori fuit mãdata emptio, & ad huc procurator emptori non se obligauerit, vel arrhas non dederit vel si mandantis, vel mandatarij nondum venerit interesse, *vt in l. si procuratorem. §. mandati. ff. mandati. & voluit Accurs. in dicto. §. Item si adhuc. in uerb. Idem si adhuc. Inst. de mandato.* Vbi optime Angelus de Aretio declarat, quando mandatum dicatur re integra. Et ista locum sibi vendicant in procuratore ad negotia, vt voluerunt supradicti Doctores, & voluit *Bald. in dicta l. mandatum. C. mandat. Castrens. in l. pen. uers. principaliter quæro. ff. de solut.*

263 Subintellige secundo, in † iudicijs mãdatum intelligi re integra, quando adhuc lis non est contestata, & sic ante litis contestationem, quia post illã non esset res integra, *l. post litem.* 17. *ff. de procur. c.* 2. *de procurator. in* 6. *& hoc præsertim. procedit in procuratore actoris.* Verũ in procuratore rei, si præ-

264 stitit satisdationem, non dicitur † res integra. *clem.* 1. *de procur. Bart. in l. si defunctus. ff. de procuratorib. Specul. in titul. de procur. §. ratione quoque. uers. sed numquid procurator. vbi Io. And. in addit. Guido Pap. in decis. Delphin.* 118. *in decis.* 488. *remissiue. in fin. & in decis.* 491. *Sebastian. Medices in tract. mors omnia soluit. parte* 2. *conclus.* 64. *sub nu.* 186. *A Egidius Bellemer. in decision.* 6. *uers. Itẽ quia licet.*

Secundo intellige principaliter si Dominus fue

265 rit † translatus, deportatus, vel depositus, similiter procedit dipositio *dictæ clem.* 1. *de procur.* ex idẽ titate, rationis, & ista cum sit mors ciuilis, equipara tur morti naturali, & ita *post Zenzelin. & Cardinal. Zabarellam ibidem voluit Rota in Nouis in decis.* 376. *incip. fuit dubitatum vtrum clementina. Sebastin. Vantius de nullit. ex defectu mand. num.* 175.

266 Cõtrarium autem, quod † dispositio *dictæ clem.* 5. *de procur.* locum habet in mortuo ciuiliter, translato, deposito, deportato, & similibus ex multis argumentis expresse contra Zenzelinum & Zabarellam tenuit Guido Papæ *in decis. Delphinali.* 547. *per totam.*

267 Vtriusque Rotæ magna est authoritas, & † primam opinionem, quãdo teneretur pro vera, limitauit idem Guido Papæ *in dicta decis.* 547. *sub num.* 5. *vers. sed quæro.* non procedere in reo, sed solum in actore per rationes ibidem enarratas.

268 Tertio subintellige non † dici rem integram, quãdo mandans præstet cautionem de iudicio sisti, *vt dicit Verall. in decis.* 188. *numer.* 2. *in decision.* 189. *lib.* 2.

269 Tertio intelige mandatum † morte non expirare, quando, fit aliquid, quod fieri ex officio necesse erat, *vt dicit Bartol. in l. fundi. §. etiam. ff. de acquirend. possess. Sebastian. Medices in dicta conclus.* 64. *num.* 186. *& in l. si defunctus. ff. de procurat. Ludouic. Roma. in consil.* 202. *nu.* 4. *Hyppolit. de Marsil. in singul.* 44. *Barthol. Socin. in Regul.* 254.

270 Quarto intellige † quando actus perficiendus confertur post mortem, quia tunc morte non finitur.

tur. *arg. l. si ego* §. 1. *ff. de iur. dot. gloss. & text. notabilis in l. fin. ff. de solution. Alberic. de Rosat. in l. si vero. ff. mandat. Bald. in l. si defunctus ff. de procurat. Marian. Senior in cons. 60. vol. 1. Corn. in cons. 86. vol. 4. Francisc. Aretin. 66. incip. viso puncto. col. 2. versic. Item non est dubium. Ludouic. Roman. in dicto cons. 202. nu. 3. & in Repet. Authent. Similiter. colum. 15. versic. decima septima. C. ad leg. Falcid. Carol. Ruin. in consil. 7. vol. 2. Marsil. in dicto Singul. 44. Sebastian. Medic. in dicta conclus. 64. nu. 190.*

271 Quinto intelligo, non † procedere in causa pia, quia in illa, mandatum non finitur morte mandantis, etiam re integra, sed mandatarius potest adimplere mandatum, mandante mortuo, *vt in dicta l. si ego* §. 1. *ff. de iure dot. voluit Bald. in l sicut. in fin. C. de acti. & oblig. & in c. 1. qui succeff. teneant. Lud. Roman. in dicta Authentic. Similiter. col. 15. versic. decima septima. C. ad leg. Falcid. Marsil. in dicto Singul. 44. Ludo. Roman. in consil. 119. & in consil. 202. nu. 5. versf. secundo quia potest. And. Tiraquell. de priuileg. Piæ cauſæ. Priuilegio. 82. & Priuileg. 132. Bartol. Socin. in regul. 254. nu. 8.*

272 Sexto intelligo, fauore † pacis, morte mandatum non extingui, & ideo procurator vulnerati ad pacem faciendam constitutus, pacem facere poterit post mortē vulnerati. *Bald. (siue quisquis ille sit) in Addit. Specul. in titul. de Homicid. in fin. quem refert, & sequitur Hyppolitus de Marsil. in dicto singul. 44. quo in loco dicit hanc doctrinam non recordare alibi legisse. Sed si bene cōsideretur idem tenuit ipse Specul. in dicto tit. de Homicidio. sub nu. 6. versf. sed pone, quem refert, & sequitur Ant. Corsetus in tract. de Priuileg. pacis. Priuileg. 93.*

273 Contrarium tenuit Octauianus † Vulpellus *in tract. de pace, & inducijs. q. 5. nu. 2. 3.*

274 Septimo intelligo † non procedere in mandato facto per Papam alicui forte Episcopo, vel Prælato, quia eo mortuo successor ipsius episcopi, vel prælati obedire, & exequi debet nisi sit directum personæ, *Accurs. in l. Tale pactum. §. pater, in verb. per exceptionem. ff. de pact. Marian. Senior. in cons. 31. col. 6. versf. sexto probatur. vol. 1. Barthol. Socin. in Regul. 254. num. 4. Sebastian. Medices. in tract. Mors omnia soluit. parte 2. conclus. 64. num. 186. Raph. Fulgos. in l. More maiorum. nume. 25. ff. de iurisd. omn. iudicum.*

275 Octauo intelligo † conclusionem primam procedere, quando procurator alium substituisset, & substituens mortuus esset, qui substituens illa ex causa substituisset, quia dominus litis effectus esset, quia eo casu substituentis morte extinguitur mandatum, & alio nouo opus esset, *vt post Paul. de Leazar. in clem. fin. in gloss. 3. in fin. de Procurat. voluit AEgid. Bellemer. in decis. 6. incip. Mortuo procuratore. Et ita intelligi debet quod scribit Cappella Tholos. in decision. 369. incip. Item fuit quæsitum, an morte.*

276 Nono intelligo, † quod si procurator a domino potestatem substituendi habuerit, tunc mortuo substituēnte, ex vi mandati substitutus posset procedere, quia non ab ipso, sed a domino, qui potestatem ei dederat, videtur esse substitutus, vt ex eodem Paulo de Leazar *in dicta clem. fin. de procur. voluit idem Bellemer. in dicta decis. 6. versf. Ratio diuersitatis est. Et videtur de mente Oldrad. in cons. 130. nu. 1. Cardin. in dicta clem. si. q. 15. Carol. Ruin. in consi. 74. vol. 3. cum alijs allegatis per Sebastian. Medicem in dicto tract. Mors omnia soluit. parte 2. conclusion. 64. num. 189. Stephan. Ranchin. ad Guid. Pap. in decis. Delph. 119. Cappell. Tholos. in decis. 369. vbi Stephan. Aufrer. Ioan. Gallus. q. 63. Vincen. de* Franc. *in decis. Neap. 212 & Io. Vincent. de Anna in allegat. 107. nu. 1.*

277 Decimo intelligo, mandatum † morte non solui, vbi principalis satis dedisset pro procuratore. *Bartol. in l. si defunctus. col. 1. versf. secundo oppone. ff. de procur. Bartol. Socin. in regul. 254. num. 9. & alij multi allegati per Sebastian. Medicem. in dicta conclus. 64. nu. 192. ante eos Tancredus de Corneto. in Compendiosa. titul. de procuratorib. q. 8. Matthæus ad Guido. Papæ in decis. 119. in verb. secus tamen. Paul. Aemil. Veral. in decis. 188. nu. 1. in decis. 189. nu. 1. lib. 2. Cappel. Tholos. in decis. 264. incip. Item an finiatur. Cardinal. Crescent. in decis. 11. nu. 4. tiiul. de sent. & re iudic. Iafred. Lanfr. Balb. in decis. 278. incip. Mandatum.*

278 Vndecimo intelligo, † quod mortuo actore, & alio in locum, & ius mortui subrogato, iste subrogatus cum eodem procuratore rei, absque noua citatione causam prosequitur. *Rota in Nouis. in decis. 440. incip. si agens.*

279 Duodecimo intelligo, † quod si aliquis, puta Antonius sit contra Petrum constitutus, moriente Petro, si veniat Iacobus, contra ipsum respondere nō posset Antonius. *Rota in Nouis in decis. 171. incip. si autem constituat procuratorem.*

280 Decimo tertio intelligo, † quod quando procurator constituitur ad causam, & suscipit onus, quod est cum potestate substituendi, si substitutus moriatur, tenebitur nihilominus ad expensas, & salaria ut actor. *Rota in Nouis in decis. 303. incip. licet procurator.*

281 Decimo quarto intelligo, † in institore non procedere, quia mortuo mandante non cessat mandatum. *l. si quis. vbi gloss. final. ff. de institor. action. Bartol. in l. more. ff. de iurisd. omn. iudic. vbi etiam Alex. nu. 28. Salycet. in l. inter causas. ff. mandat. Cardin. in c. quoniam Abbas. q. 7. extra de offic. deleg. Carolus Ruin. in cons. 115. vol. 1.*

282 Decimo quinto intelligo, † quod mortuo procuratore ante sententiam, proferenda erit sententia in personam principalis, *vt post Pet. Iacob. in Practic. titul. de action. de Constitut. pecun. §. postea peruenitur. voluit Guido Papæ in decis. Gratia. §. 6. nu. 1.*

283 Decimo sexto intelligo, regulam † procedere de iure canonico, quo etiam si procurator litem contestatus fuerit, non poterit procedere ad diffinitiuā, quia per domini mortem mandatum extinguitur. *clem. fin. de procur. Guid. Papæ in decis. Delphin. 119. num. 1.*

284 Et ideo in Regno Neapolitano, † mortuo principali iudicium transfertur in hæredes, qui postmodum alium, vel eundem procuratorem constituunt & hoc de stylo curiarum seruari in Gallia etiam scribit Petrus Rebuffus *in Constit. Galliæ. Tomo. 3. titu. de sententiis. articul. vltimo. num. 9. quem sequitur Franciſc. Piſardus ad Guidon. Papæ in dicta deciſion. 119. in verb. iure canonico.*

285 Decimo ſeptimo intellige, id circo, † quod procurator conſtitutus a prælato, vel ad exequendas ordinationes aliquas ab ipſo factas, nõ expirat, nec ceſſat prælato mortuo. *Guido Pap. in deciſ. Delphinal. 491. num. 1. argum. c. ſi ſuper gratia. de offic. delegat. in 6.*

286 Contrarium tenet *Iafred. Lanfranc.* † *Balbus in deciſ. 364. incip. Mandatum.* nihilominus concordatur dictæ opiniones ex ſcriptis Matthæi, Ranchini, & aliorum *ad Guid. Pap. in dicta deciſ. 491.*

287 Decimo octauo intellige, † dici oportere, quod quando quis eſt procurator velut in rem propriam mandatum non expirat conſtituente mortuo. *l. illam. §. quod etiam. C. de donat. Bartol. in l. 1. ſub nu. 3. 4. C. de actionib. & oblig. & in l. 2. §. ſed & ſi quis mihi. ſub num. 1. ff. de donat. Bald. in l. mandatum. ſub. num. 10. verſ. Item oppono de lege illam. C. mand. cum multis allegatis per Anton. Gabriel. commun. opin. titul. de procurat. concluſ. 2. limitation. 10. num. 36. quem ſequitur. Seraphin. Oliuar. in deciſ. Nouiſſ. Roman. 174. num. 3. parte 2. lib. 2. pulchre, & optime Stephan. Forcatul. in Necyomant. iuris. Dialog. 64. nu. 5. Vurmſer. 1. pract. 5. obſer. 19. & Iacob. Cuiac. lib. 2. obſer. 31. & Nouell. 134.*

288 Subintellige procedere, quando † in morte mandantis, qui conſtituit procuratorem velut in rem propriam, vt tunc morte mandantis non obſtante, agere poſſit, quando hæredem reliquerit. *Bartol. in l. 1. ſub num. 4. verſ. mihi videtur. C. de actionib. & obligat. vbi Angel. col. 1. verſic. Et ex iſtis lecturis. Bald. in dicta l. mandatum. ſub num. 10. verſ. Item oppono de lege illam. C.* Mand. *Angel. in l. eius, qui in prouincia. col. 2. verſ. Fallit in mandato. vbi Iaſ. in §. placebat. col. 1. verſ. quinto limita. ff. ſi cert. petat. quos ſequitur Gabriel. in dicto titul. de procur. concluſ. 2. num. 37. & optime Ludouic. Roman. in conſil. 374. nume. 5. verſ. Quinta ratio. & Iacob. Cuiac. in dicto. lib. 2. obſeruat. 31. Guid. Pap. in deciſ. Delph. 547. ſub nu. 4. Sebaſt. Medices in tract. Mors omnia ſoluit. parte 2. concl. 64. num. 203.*

289 Decimo nono, intellige, † mandatum procuratorium non expirare per mortem Domini, quando procurator effectus eſt dominus litis, *ex Bald. Caſtrenſe, Alexand. Iaſone, & alijs, in l. nihil. C. de procur. voluit Hieronymus* Magon. *in deciſ. Florentin. 48. num. 14. 15. in deciſ. 52. num. 16. 17. Ioan. Paulus Tholom. in deciſ. Nouiſſim. Roman. 1046. lib. 3. vol. 3. Gulielm. Caſſador. in deciſ. 2. num. 2. tit. de procur. Cacheran. in deciſ. Pedemon. 149. num. 1. Surd. in deciſ. Mantuæ. 89. num. 6. in fin. Ioan. Bapt. Laderch. in conſil. 149. ſub num. 1. vol. primo.*

290 Vigeſimo intellige, † concluſionem primam procedere in beneficialibus, vt mortuo mandante mandatum penitus expiret. *Anton. Auguſtin. in deciſ. Nouiſſim. Roman. 1263. parte 3. vol. 3. Bene etiã Marcell. Cardin. Creſcent. in deciſ. 13. num. 1. tit. de procur. Caſſador. in deciſ. 2. num. 2. de appell. Guid. Papæ in deciſ. 119. Cappell. Tholoſ. in deciſ. 264. Ludou. Gomez. in regul. de Annal. q. 62. num. 2.*

291 Vigeſimo primo † intellige, quod quando eſt cœptum iudicium cum vno, & illo mortuo proſequendum eſt iudicium, ſi erunt illius mortui plures hæredes, tales cogentur vnum procuratorem conſtituere. *l. iam tamen. §. ſi tamen plures. ff. iudicat. ſolui. l. ſi quis cum procuratorio. 31. §. vnius. ff. de procurat. Vbi Accurſ. in verb. prohibitum. vbi Bald. hoc dicit in 2. notabili. & ante eum ibidem* Bar. *& Florian. de Sancto Petro in l. ſi familiæ. ff. famil. herciſc. Marian. Socin. Iun. in l. 4. §. Cato. num. 142. ff. de verb. obligat. quos refert, & ſequitur Stephan. Gratian. in deciſ. Marchiæ. 107. num. 7. Sebaſtian.* Medices *in tract. mors omnia ſoluit. parte. 2. concluſ. 64. ſub num. 195.*

292 Vigeſimo ſecundo, intellige † morte mandatũ non expirare mandantis, reſpectu, & fauore dotis. *Bartol. in l. 2. §. ſi pecunia. ff. de donat. Bald. in c. cum veniſſent. extra. de Teſtib. Salicet. in l. inter cauſas. oppoſition. 11. ff. mandat. Felin. in cap. relatum. verſ. ſecundo. extra de offic. delegat. Franciſc. de Crema in ſingul. 143.*

293 Vigeſimo tertio, intellige † primam concluſionem procedere, ſi mandatum procuratorium diceret, vt procurator nihil faciat, niſi certiorato prius ipſo mandante, quo mandante mortuo mandatum expirat, *vt poſt* Alexandrum *in l. centeſimis. §. fin. & ibi Iaſ. nu. 14. ff. de verb. oblig. voluit Paul. A Emilius Veral. in deciſ. 193. nu. 1. lib. 2.*

294 Vigeſimo quarto intellige † non expirare mandatum captiuitate mandantis, dum eſt apud hoſtes ſiue apud latrones, cum non inducatur ex his ſeruitus. *l. hoſtes. ff. de captiuis, & poſt lim. reuerſ. l. hoſtes. ff. de verb. ſignific. & voluit in ſpecie Flamin. Chartar. in deciſ. Genuę. 92. num. 4.*

295 Vigeſimo quinto, quando † principalis porrexiſſet ſupplicationem, puta ad reſignandum, & poſtea conſtituit procuratorem ad præſtandum aſſenſum, mortuo conſtituente, procurator poteſt cõſentire. *Guliel. Caſſador. in deciſ. 1. nu. 1. in deciſ. 3. nu. 3. titul. de renun. Sequitur Cardin. Puteus in deciſ. 83. num. 1. 2. lib. 2. in deciſ. 268. lib. 3. Cardin. Creſcent. in deciſ. 7. num. 2. titul. de renunc. & in deciſ. 8. num. 2. titul. de procur. dixi in tit. de benefic. reſig. nu. 31. verſ. poſt mortem. Tomo. 1.*

296 Non valet mandatum procuratorium, in † quo datur poteſtas faciendi procuratori, & promittit conſtituens habere ratum quicquid legitime factũ fuerit, quia conſtituens opponeret ſemper non eſſe legitime factum. *argum. l. ſi procuratorem. ff. de procurat. gloſſ. notab. in c. relatio. in verbo canonice. 11. q. 1. Iafredus Lanfranc. Balbus in deciſ. 440. incip. non valet.*

297 In rem ſuã procuratorem † facere dicitur, qui in locum ſuum aliquem conſtituit. *Bartol. & Angel. in l. in*

l. in prouinciali. §. siego. vbi etiam Alexand. num.8.ff.de oper.nouit nunc.Gloss.in c.plane.in verb. suo loco.vbi Barto.ff.famil.herciſc.cum alijs pluribus allegatis per Cæſarem Barzium.in deciſ.Bononienſ. 26.nu.6 Cardinal. Paris.in conſ.107.nu.35.vol.3. & nouiſſime Seraphin Oliuar. in deciſ.Nouiſſi. Rom. 174.nu.4.parte 2.vol.2.

298 Reſtitutionem in integrum † non concedi debere minori, qui per procuratorem cum iuramento cõſtitutum iurauit, & id eo traditur pro cautela ad uocatis, & faciant litigare minores per tutores, & curatores, quia tunc debent reſtitui, nõ autẽ quando litigant per procuratores. Ita tradidit Bartol. *in l.minor viginti quinque annis.ff. de minorib. & voluit Capp.Ila Tholoſ.in deciſ.45.incip Item fuit dubitatum.vbi Stepha.Aufrer.optime loquitur.quos ſequitur Hieronym. Magon. in deciſ.Lucens.68.nu. 30.& Cæſar Barzi.in deciſion.Bononienſ.107.nu.6.*

299 Contrarium tamen, quod † ſiue minor litigauerit per tutorem, & curatorem, ſiue per procuratorem, ſtante læſione, ſemper reſtituatur in integrum percipi, poteſt ex notatis *per Nicol. Boerium in deciſ. Burdegal. 79.per totam. & ita nouiſſime tenuit Sfortia Oddus de reſtit.in integr.q.22. articul. 12. nu.71.72.parte 1. & ante eum Petr. Rebuff. ad Conſtitutiones Galliæ Tomo.2.tit.de reſtitutionib.s. articul.1.gloſſ.2.num.4.* Vbi dicit, contrarium vidiſſe ſeruari, & non attendi has ſubtilitates. Et iſta opinio mihi videtur tutior, quando apparet læſio, & hanc opinionem tueri poſſumus ex ea traditione, quando minor reſtituatur ex decretis a iudice prolatis, de quo ample alios adducens Octauius Simoncellus de decret. minor. *lib. tertio. titul. 7.numer.primo.cum plurique ſequentib.& dicemus,* DEO auſpice, *in titul. de in integr.reſtitut.minor.*

300 Principalis in cauſa, quam † agitat aliquis, vt procurator, non poteſt pro ſe producere procuratorem in teſtem, *vt poſt Bartol. in l. deferre.§. idem de creuerunt.ff. de iure fiſci.& facit text. in c. Romana.de teſtib.in 6.& gl.Io.Andr.* Archidiac. *& Ioan. Monach. ibidem. voluit Guid.Pap.in deciſ. Gratianop.45.nu.1.& arg.l.fin.ff.de teſtib. voluit Rapha. Fulgoſ.in conſil.174.incip.ſuper eo. Nepos de Monte Albano in tract.de teſtibus.num.145.verſ.ſed an procurator.Bal.in cap.2.deleg.Corradi. Nellus de Sancto Gemin.de teſtib.num.31. Alberic. de Maletis in tract.teſtium.num.10.Lanfran.de Orian. in cap.quoniam contra.in verb.Teſtium productiones. numero 67.Ioan.Crotus in tract de teſtib.num.134. AEgid. Boſſi.in tract.in practic.crim.titul.de oppoſition contra teſtes.num.55.117.Stephan. Aufrer.in tract. de reprob. teſtium.numero 83. Raphael. Comenſis in conſil.137.incip.conſult.colum.2.verſic. quantum vero. Cardinal. Paris.in conſil.53.numero 18.vol. 4.vbi alios allegat. Concinunt dicta Annæi Roberti Rerum iudicatar.lib.2.cap. 19. Cæſar Graß.in deciſ. Nouiſſi.Rom.342.nu.1.vol.1.Cardinal Pute.in deci. 294.num.1.lib.2.*

301 Declara autem † ſecus eſſe de iure ciuili, quia nõ repellitur procurator in cauſa in teſtem recipi, *vt per Accurſ.in l.fin.ff.de teſtib.& voluit Bartol. in conſil.223.incip.An Aduocatus.numero primo.& ſecundo.*

302 Declara ſecundo, eſſe † poſſe teſtem procuratorem in cauſa pro parte, contra quam fuit procurator, & cogi poſſe, *vt per Bartol.in dicto.§. Idem decreuerunt. Idem Guido Pap.in dicta deciſ.45.quam deciſionem retulit Annæus Robertus rerũ iudicatar. lib.2.cap.19.* dicens iterum idem fuiſſe deciſum in ſupremo Pariſienſi Senatu. Et eundem Guidonem referens, ſed non dicens in quo loco, *Sequitur Cardin.Puteus.in deciſ.294 num.2.3.lib.2.*

303 Declara tertio, † quod ſi procurator eſſet ad vnam cauſam, ſeu ad vnum articulum tantum datus excepto illo, vel illa, in alijs cauſis, & articulis poteſt teſtificari, iuxta doctrinam Domin. de Sancto Geminiano *in dicto cap Romana num.8.de teſtibus in 6.de ceteris dicendum erit Deo duce, in titul.de teſtib.& nouiſſime hanc declarationem probauit Ioan. Petrus Sura.in deciſ.Mantuæ.190.nu.5.*

304 Declara quarto, quod † qui fuit procurator in prima inſtantia in ſecunda inſtantia ſi non erit procurator, poteſt in teſtẽ produci per partẽ aduerſam *vt arg.c.dilecto.& cap.ueniens.de teſtib.voluit Rota in Antiquis. in deciſio.657.incip. Dic quod ſi in aliqua.*

305 Declara tamen † quinto, quod ſeruata forma primæ concluſionis, etiam ſi procurator fuerit litem conteſtatus, & reuocatus, non poterit in cauſa teſtificari, *vt voluit Rota in Nouis in deciſ. 26.incip. ſi procurator.* Ad euitandam fraudem, & dolum præſumptum, *vt dicit Graſſus.in deciſ. Nouiſſ. Roman.343.ſub nu.1.parte 1.uol.1.*

306 Declara ſexto, quod † procurator tanquam principalis procuratorio nomine ad deponendum cogi poteſt *vt poſt Bald.& Angel.in l non ſolum.ff.de procur. dicit Matth. de Afflict.in deciſ. Neapol.92.* Vbi dicit bis illo anno fuiſſe determinatum. *Quẽ ſimpliciter ibi ſequitur Cæſar Vrſillus, & Afflictum ſequitur Cardin.Paris.in conſ.70 nu.15.vol.4.*

307 Declara ſeptimo non poſſe † procuratorem a principali in teſtem produci, etiam ſi ſolummodo habuiſſet poteſtatem ſubſtituendi. *Peregrin. Fabi. in deciſ.Nouiſſ.Roman.59.num.1.lib.1.vol.2.in deciſ.77.lib.3.eod.vol.2.*

308 Mandatarius, & procurator † tenetur in rebus alienis facere, quod faceret in ſuis, & eandem diligentiam adhibere. *Anton.Gamma in deciſ. Luſitan. 267.nu.1.*

309 Si fuerint cõſtituti † duo procuratores ſimpliciter, vnus abſque altero procedere nõ poteſt. *l. qui duos ff de procurator. Alexand.in conſ.92.vol 7.Sebaſtian.Vantius de nullit.ex defectu mãdat.nu.78. et alios referens D.Alex.Rauden in deciſ.Piſan.12. ſub nu.86.vide ſupra. uerſ. Declara ſecundo quod ſi factum.nu.....*

310 Duo † procuratores ſi conſtituti eadẽ die, vnus ad reſignandum beneficium alter ad permutandũ beneficiũ, ſi non conſtet de prioritate horæ neuter

valebit, & sibi imputet, qui sic indiscrete procedit. Est opinio Oldradi *in consil. 1. num. 8. vers. Attenditur. & idem sub verbo forte, tenuit* Bald. *in l. falsus sub nu. 25. vers. Scias tamen. C. de furtis. vt fuisse Romæ decisum, voluit Ludo. Roman. in singul. 251. incip. tu habes, quod per constitutionem.*

311 Declara primo, quod † si constaret in aliquo ex dictis mandatis de prioritate horæ, ille præfertur. *Gloss. in c. si quis iusto. in verb. Nominatus. de elect. in 6. quam sequitur Petr. Rebuff. in tract. de Pacific. possess. nu. 388. Dixi supra titul. de beneficior. permutatione. num. 33. vers. si eodem die. Tomo. 1.*

312 Contrarium † tenet *Felin. in c. Pastoralis. versic. vnius horæ. de rescript.* Cuius opinionem veriorem dicit *And. Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsump. 43. nu. 8. sed opinio prima est communis.*

313 Declara secundo, † attendi debere illius mandatum, in quo continetur minor quantitas, ac minor potestas, ex quo insurgat minor Domini constituẽtis Læsio. *arg. tex. notabilis. in l. Sempronius Proculo. 48. ff. de legat. 2. de quo Matth. de Afflict. in decision. Neap. 240. sub nu. 5. Nicol. Boer. in decisio. Burdegal. 252. nu. 11. in decis. 311. sub nu. 1. late Menoch. de Arbit. iudic. quæst. lib. 2. Centur. 2. casu. 213. per totum. & Nicol. Boe. Sequitur Rebuff. in dicto. nu. 388. Vantius de nullit. ex defectu mand. nu. 166.*

314 Declara tertio † secus esse, si in aliquo dictorũ instrumentorum mandati esset clausula, non per hoc instrumentum reuocando procuratorem in alio instrumento factum, *vt voluit Ioan. And. in Specul. titul. de procurat. §. ratione autem formæ. sub numer. 15. in addit. incip. de hoc. quem sequitur Gemin. in c. si duo. de procur. in 6. Io. Baptista. Castellion. ad Roman. in dicto singul. 251.*

315 In Gallia pro † quatuor ordinibus mendicantium, Regius procurator se intromittit in eorum causis actiue, & passiue. *Gerardus Maynardus in decis. Tholos. 20. lib. 1.*

316 Falsus procurator condemnatur † ad expensas, & punitur tanquam falsarius. *cap. nonnulli. §. sunt, & alii. extr. de rescript. Bernard. Cardinal. Bisgnetus. in decis. 12. incip. non procurator. titul. de procurat. plene Bald. in l. falsus. num. 1. cum pluribus seqq. C. de furt. vbi scribit, quot modis dicatur falsus procurator. Petr. de Anchar. in c. in nostra. col. pen. versic. vltimo circa materiam extra de procur. ad conclusionem tamen est text. in l. si procuratori falso. 14. ff. de Condict. cauf. dat. AEgid. Bosf. in pract. crimin. titul. de falsis. num. 173. Sebast. Vantius de nullitatib. ex defect. mandat. num. 68. Nouissime Petr. Caball. Resolution. Crimin. casu. 176. nu. 4. And. Gail. lib. 1. obseruat. 47. nu. 1. Ioan. Baptista Costa de facti scient. & ignor. Cent. 2. distinct. 24. nu. 4. Tomo 1. Robert. Marant. in Specul. Aur. parte 7. distinct. 16. num. 12. Barth. Bertazzol. in consil. 106. num. 32. ciuil. vol. 1.*

317 Amplia furtum etiam † committere falsum procuratorẽ. *l. falsus procurator. ff. de furt. l. falsus. C. eod. titul. Angel. in tract. Malefic. in verb. vestem celestem abstulit. col. pen. Bartol. Bertazzol. in consil. crim. 412. nu. 6. vol. 2.*

318 Amplia secũdo, quia si † impetraret rescriptum esset nullum, & omnia acta essent nulla, *vt in dicto §. sunt & alij. Ioan. Monach. in Defensorio iuris. tit. 1. contra rescriptum. nu. 35. & titul. 5. contra procuratorem. nu. 9. ample* Bald. *in dict. l. falsus. Angel. in cons. 292. incipien. viso omnibus actis. col. 2. Alexan. in cons. 32. incip. visus puncto. col. 2. vers. Accedit ad prædicta. vol. 1. & in cons. 135. incip. ponderatis. col. 2. vol. 2. Robert. Marant. in Specul. aur. parte 2. distinct. 16. nu. 12.*

319 Declara primo, quo ad † pœnam falsi, quod ipsa vitabitur, & subsequente principalis ratificatione delictum tollitur. *Petrus Caball. in dicto casu 176. nu. 4. allegans Bossium in dicto titul. de falsi. nu. 173.* Vbi hoc non dicit, sed alia, vt infra. *Natta in consil. 597. nu. 10. vol. 3. Rota in Antiq. in decis. 13. incip. Nota quod gesta. in decis. 149. incip. nota quod vbi est concluſum.*

320 Declara secundo, quod † acta facta per falsum procuratorem, si subsequatur domini ratificatio, valebunt. *l. 3. §. falsus. ff. rem rat. haberi. dicta l. si procuratori falso. ff. de condict. cauf. dat.* Bald. *in dicta l. falsus. Angel. in dicto consil. 292. & arg. l. licet. C. de procur. Guid. in decis. Delphin. 173. & in decis. 320. Petrus Cabal. in dicto casu 176. nu. 4. Cappella Tholos. in decis. 271. incip. Item fuit quæsitum, an processum. Vbi optime Stephan. Aufrer. & voluit Marc. Anton. Natta in cons. 262. num. 9. 10. vol. 2. comprobat And. Gail. pract. obseruati. lib. 1. obseruat. 47. nu. 3. 4. AEgid. Bos. in dicto titul. de falsis. nu. 134. ante eos Innocent. in c. ex parte Decani. post princip. de reseri.*

321 Quinimmo & tacite, & expresse fieri posse † rati ficationem actorum factorum a falso procuratore voluerunt Domini de Rota *in Nouis. in decis. 454. fuit dubitatum. & in decis. 455. incip. per prædictam Iafred. Lanfran. Balb. in decis. 276. incip. si dominus. Christophor. Robust. in decis. Nouissim. Roman. 105. num. 6. parte 1. vol. 1. eadem Rota in Antiq. in decis. 149. incip. Nota quod vbi.*

322 Contrarium tamen nullo † modo ratificatione subsequente acta valere *scribit Alexan. in cons. 32. vol. 1. in consil. 135. colum. 2. versic. & plus etiam voluit. volum. 2. Vide, quid dicam infra post pauca. sed idem tenet Ioan. Petrus Surdus. in decision. 289. nu. 22. 23.*

323 Prima tamen opinio † verior est, & communior siue ratificatio fiat ad damnum, siue ad commodum ratificantis, *vt post Iacob. de Aren. Bartol. Angel. & Raphael. voluit Stephan. Aufrer. in decis. Tholosan. 271. quam dicit benigniorem, & sequendã Andr. Gail. pract. obseruation. lib. 1. obseruat. 47. numero 4.*

324 Quo vero ad ratificationem † quam diximus, si ratificatio fiat ante sententiam, acta valent indistincte, si post sententiam, non valet, si est in præiudicium partis, *vt dicit Rota in Antiq. in decis. 13. incip. Nota quod gesta.*

325 Illam tamen declara, † non admitti ratificationem, si falsus procurator in principis consistorio actus gesserit, quia eo casu ratihabitione acta

non

non conualescent. *Bald in dicta l falsus nu.2. vers. secundo præmitte. C.de Furt. Matth.ad Guidon. Papæ in dicta decis. Delphin.320. in addit. incip. Gesta per falsum. Aufrer.ad Cappel. Tholos. in dicta decis.171. vers. Item nisi gesta. Panor. in dicto c. Nonnulli.§. sunt & aly.num.4.5. Iafred. Lanfr. Balbus in decis. 205. incip. Gestum per falsum.*

326 Intelligenda est autem † opinio illa eorum, qui dicunt ratificationē actorum a falso procuratore non posse ratificari, illud procedere in actis substātialibus, siue essentalibus secus autem in actis, vbi deficit consensus, quia illo superueniente, ratificabuntur, *vt post Panormitan. in dicto §. sunt & aly, uoluit ibi Felin. col.3. ampliation.3. vers. pro ista ratione quos refert, & sequitur Marc. Ant. Natta, in consil.262. num.10. vol.2. Iafred. Lanfranc. Balbus in decis.255. incip. siue sententia.*

327 Intellige secūdo, † quod licet Domini respectu acta non valeant, secus tamen respectu ipsius procuratoris, qui tenetur ad interesse. *ar. l. si vno. §. vbicunque. ff. locat. voluit idem Natta in dicto consil. 262. num. 11. vol. 2. Iafred. Lanfranc. Balb. in deci. 234. incip. iudicium agitatum. & in decis 255. incip. siue sententia. Barthol. Socin. in consil. 29. vol. 3. Sebast. Vant. de nullitat defect. mand. nu. 67. 72. Bart. Bertazol. in consil. ciuil. 106. nu. 31. 32. vol. 1.*

328 Mandatum procuratorium factum † in Curia ecclesiastica, non valet in curia temporali vt concludit Ioannes Gallus *in q.259.* quia esset instrumentum factum a Notario, & Tabellione Apostolico, cuius in Regno isto, quo ad temporalia non admittitur. *Andr. de Isern. in constitut. instrumētorum robur. & voluit Ioan. Faber. in l. secundum Diui. C. de donat. de quo amplius dicendum est in titul. de fide instrument. vide supra hoc eodem tit. numero 85.*

329 Exceptio † mandati procuratorij, vel falsi procuratoris, cessat si cum illo litigauit, & sciret quod mandatum non haberet, secus si mandatum fuisset in actis productum, quia cessaret exceptio. *Christophor. Robuster. in decision. Nouiss. Roman. 105. num. 9. vol. 1.*

330 Procurator, qui per †‖ cōtestationem litis factus est causæ dominus, tenetur appellare, *l. inuitus. C. de procur. Cappell. Tholos. in decis. 155. incip. Item fuit quæsitum si procurator. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 285. nu. 9. 11. text. in l. 2 C. de procur. Accurs. in dicta l. inuitus. in verb. extendere. vbi Bart. plene Bened. Capra in regul. 65. nu. 7. 27. And. Gail. pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 139. num. 9. Damhauder, in Praxi rer. ciuil. cap. 229. num. 8. Hieron. Treutler. disputat. Selectar. parte 2. disputat. 33 sub Thesi. 2. Alberic. in dicta l. inuitus nu. 6. Cardinal Puteus in decis. 345. nu. 3. lib. 1. Adde Antonin. Thesaur. in decis. Pedemont. 107. num. 1. Diserti ssimus eius filius. Gaspar Anton. quæst. Forens. lib. 1. q. 75. nu. 2. Iacob. Philip. Porti. in cons. 138. nu. 16. 18.*

331 Intellige primo, quod saltem † Domino denunciet contra eum sententiam fuisse prolatam. *c. non iniuste. extra de procur. Bened. Capra in dicta regul. 65. num. 24. Andr. Gail. in dicta obser. 139. nu. 9. Treutler. in dicta parte 2. disputat. 33. sub Thesi. 2.* Et si neutrum fecerit, Domino ad interesse tenetur, & statim dicam.

332 Contrarium tenuit † Rolandus a Valle *in consil. 10. in fin. volum. secundo.* dicens procuratorem regulariter appellare non teneri, nec illi imputari.

333 Tamen cum iura clara sint † pro primo sententia, tum iure canonico *per text. in dicto c. non iniuste.* Tum etiam iure ciuili, *in dicta l. inuitus. & ibi glos. in verbo extendere. & glos. in verb. appellare. in dicto cap. non iniuste. & voluerunt omnes supra allegati.* Idcirco illa est sequenda. Non enim appellare, aut domino sententiam denunciare, aut dolum, & malitiam argueret quibus obuiari oportet. Aut

334 esset summa segnities, & negligentia, † vel cum parte collusio, de qua habetur *in l. sed si vnius. §. procuratorem partis. ff. de iniur.* Ex maxime quia isto casu domino in integrum restitutio competere. *vt per Gulielm. Cassad. in decis. 5 titul. de Appellat. Petr. de Benintend. in decis. Bononien. 26.* Et tūc restitutio in integrum daretur, quando procurator

335 non esset soluendo, quia si esset soluendo † ab ipso sumptus, & interesse exigeretur, vt concludit *Cassador. in dicta decis. 5. num. 3. 4. Iafred. Lanfran. Balbus in decis. 158. incip. si procurator.* Sed de hoc dicendum erit (D E O duce) in titulo de appellationibus. Et in titulo de Restitutione in integrum. remittendo nunc lectores *ad Ioan. Baptist. Laderc. in consil. 63. vol. 1. & alios. quos retulit Ioan. Baptist. Costa de facti scient. & ignorant. Inspectio. 52. num. 8. 9. Tomo. 1. & Sforziam Oddum de restit. in integr. q. 13. Articul. 8. per totum part. 1. & licet Lancellot. in decis. Nouissim. Roman. 178. lib. 1. vol. 1. dicat,* ne-

336 gligentiam & dolum procuratoris † non excusare dominum ex Cassadoro *in dicta decis. 5. in princip.* Intelligitur tamen secundum prædicta eodem modo. *Cardinal. Crescent. in decision. 7. titul. de app.*

337 Intellige secundo, quod si sententia † fuit notificata Domino, & non appellauit, tunc procurator non tenebitur, sed sibi imputet Dominus, *ita Alex. in cons. 95. col. 3. vol. 2.*

338 Intellige tertio, quod † si procurator appellauerit, & sumus in decreto interloquutorio, tenebitur appellationem prosequi, *vt voluit Bart. in dicta l. Inuitus num. 8. & Abb. Panor. in dicto c. non iniuste. nu. 13. & ibi ante eum Innoc. Capra in dicta regula. 65. nu. 29. And Gail lib. 1. obser. 139. nu. 11. Cappella Tholos. in decis. 155. supra allegata. & Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 285. nu. 10.*

339 Subintelliget tamē, † vt appellationem ab interloquutoria prosequi teneatur procurator, si causa esset agitanda in eadem ciuitate, vel loco non in alio loco remoto, *vt post Specul. in tit. de appellation. §. 1. vers. illud autē notādum est. Cyn. Io. Fabr. Saly. Fulgos. Alex. Ias. & Iacobin. de Sanct. Geor. in dicta l. Inuitus. voluit Boer. in dicta decis. Burde. 285. sub nu. 10. Cappel. Tholos. in dicta deci. 155. Gaspar. Ant. Thessaur. quæst. Forens. lib. 1. q. 75. num. 3.*

340 Intellige quarto, quod si † appellauerit a diffinitiua, & procutator fuit solum constitutus in illa causa, tunc prosequi non tenetur. *Cappell. Tholos. in dicta decis.* 155. si autem generaliter, vel specialiter in illa, vel alia causa in eodem loco, non alibi prosequi tenetur, vt ibi. Sed in diffinitiuis prosequi non teneri indistincte tenuit *in dicta decision.* 285. *Nicolaus Boer. & Bened. Capra in dicta decis. regul.* 65. *nu.* 29. *Andr. Gail. in dicta obseruat.* 139. *num.* 11. *& post Zas. & supradictos Hierony. Treutler. in dicta parte* 2 *disputat.* 33. *sub Thes.* 2. *Rota in Nouis. in decis.* 147. *incip. si procurator. Cardinal. Puteus in decis.* 345. *sub nu.* 3. *libr.* 1. *vide Thesaurum Seniorem in dicta decis. Pedem.* 107. *& Thesaurum Iuniorem. in dicta. q.* 75. *per totam. Laderch. in cons.* 11. *sub nu.* 1. *vol.* 1. *August. in. Berous in consi.* 80. *nume.* 19. *vol.* 3. *Francisc. Marc. in decis. Delphinal.* 69. *nu.* 4. *vol.* 2.

341 Intellige quinto, quod procurator † tacite potest non prosequi appellationem, non autem expresse, *vt dicit Iafred. Lanfranc. Balbus in decision.* 135. *incip. Procurator non potest. Stephan. Gratian. in decision. Marchiæ* 79. *nu.* 3. *Veral. in decisio.* 415. *nu.* 5. *lib.* 2.

342 Intellige sexto, procuratorem † ad vnum actum constitutum, puta ad audiendam sententiam, non teneri, nec posse appellare, aut alium actum facere. *Dicit Rota in Antiquis. in decis.* 63. *incip. Nota quod vbi procurator. post Innocent. in c. petitio. de procur. & Ioan. And. in dicto c. non iniustæ, de procur. in nouell. ante eos Cardin. Bisgnetus. in decis.* 2. *titul. de procur.*

343 Intellige septimo, quod si † alius, qui non est proaurator appellanerit, & intra decem dies ad appellādum datos superueniret procuratio cum pro missione rati, appellatio conualidatur. *Rota in anti qui in decision.* 586. *incip. quidam, qui non erat.*

344 Intellige octauo, quod † si in mandato procuratorio, non solum dicit, ad agendum, defendendū, appellandum, & appellationem prosequendum, *vt argum. clem.* 1, *de procur. concludit Rota in Nouis in decis.* 147. *incip. si procurator.*

348 Intellige non, † quod si post prolatam sententiam, principalis Dominus ab ea appellauit, aliosque procuratores substituit, tunc primus procurator non potest prosequi, quia censetur reuocatus. *Rota in Nouis. in decis.* 281. *incip. si contra procuratorem.*

349 Intellige decimo, quod vbi appellatio † facta est per procuratorem, procuratorium mandatum, & appellatio parti notificanda erunt. *Thomas Falsto. in dubitat.* 35.

350 Intellige decimo, procuratorem † ab exequutione sententiæ appellare non posse, nisi in specie dicat ab executione sententiæ. *Cappell. Tholos. in decision.* 476. *incip. Item fuit quæsitum, an procurator. & vol. Ias. in dicta l. inuitus. column. tertia.*

351 Intellige vndecimo, quod † mandatum procuratorium datum ad causā cum potestate appellandi & substituendi, operatur, vt sit data potestas litigandi, ac litem prosequendi in Curia Romana, *vt scribit Paul. AEmil. Verallus in decision.* 196. *numero primo. & secundo. parte secunda.*

352 Intellige duodecimo, † quod si est factum mandatum substituentis in prima instantia generaliter in causa, & causis vertentibus inter talem, & talem, positi in locum ipsius substituentis, vt facere possit omnia, quæ ipse facere posset, & sufficiens, non modo ad appellandum, sed ad appellationem prosequendam. *Peregrin. Fabius in decisi. Nouissim. Roman.* 62. *num.* 1. *lib.* 1. *vol.* 3. Vbi dicit, ita fuisse in causa altera dictum *per Iacobum Putteum Seniorem Auditorem, de qua idem Cardinal. Puteus meminit in decision.* 345 *per totum. lib. primo.*

353 Qui habet † potestatem præsentandi in iure patronatus ecclesiastico & habet vocem suam, proqua vnum præsentat, & nihilominus tanqum procurator alterius præsentat alium, nihil agere dicit *text. in cap. si quis iusto.* §. *porro. de election. in* 6. *Lapus in allegat.* 22. *incip. an sufficiat. Abb. Panor. in c. cum olim. num.* 9. *de sent. & re iudicat. hanc eandem opinionem sequuti sunt Rocch. de Curte de iure patron. in verbo Honorificum. q.* 21. *Paul. de Cittadin. de iure patron. parte* 6. *q.* 12. *Ioan. de Firmo in tract. de episcopo. libr. primo. parte* 3. *quæst.* 14. *Ludouic. de Molina. de Hispanor. Primogen. lib.* 2. *capit.* 5. *numero* 51. *Sequitur Vincent. de Franch. in decision.* 69. *nu.* 11.

354 Contrarium tamen videtur † verius, quia *text. in dicto.* §. *porro.* loquitur in scrutinio, & electione, non autem in præsentatione in iure patronatus, in quo non vertitur nisi conscientiæ scrupulus, quando non eligitur melior, differt ratio electionis a præsentatione, quia in electione debet melior, &

355 † magis idoneus præsentari. *cap. licet, vbi gloss. in verb. qui præstantior. c. illud.* 8. *q.* 1. *c. metropolitano. in fin.* 63. *distinct.* In præsentatione vero iuris pa-

356 tronatus sufficit, quod præsentatus sit † Idoneus *c. monasterium. vbi glos.* 16. *q.* 7. *c. quoniam vbi gloss. in verb. qui maioribus, de iure patron. vbi Anton. de But. & Panor. quod sequitur Rocch. de Curte in dicto tract. in verb. Honorificum. q.* 2. *vbi ex Federic. de Senis in cons.* 95. dicit, quod eo casu, qui præsentat idoneum, cum præsentare potuisset magis idoneum non teneri, nisi in foro conscientiæ, non autem in

357 foro iudiciali, & fuerat opinio † Thomæ de Vio Cardinalis Caietani, Verum reprobato Caietano. sufficere in iure patronatus, quod quis præsentet idoneum, cum potuisset præsentare meliorem, tam in foro conscientiæ, quam etiam iudiciali, voluit Adrianus *in quart. sentent. in tract. de restitut. in capitul. inciptent. quia determinatum, quem sequuti fuere Dominic. de Soto de iustit. & iure. libr. quarto. quæstion. sexto. articul. tertio. Didacus Couarruuia. in regul. peccatum. parte secunda* §. *septimo num. sexto Ludouic. de Molina. in*

dicto

dicto capit.5.numero 57.*& post D.Thomam. de Aquin.voluit Michael Salon.de iust.& iur.in* 2.*secundæ.q.*63.*articul.*2.*concluſ.*3.*Ioan.Lopez de Palatios Rubios. Notab.* 3.§.26.*num.*12.*verſ.Meliorem autem.& Deci.in conſil.*129.*num.*2.*Quintilian.Mandos.ad Lapum in dicta allegation.*22.*in verb.conſcientia.& optime Petr.a Nauar.de reſtitut.ablator.lib.*2.*c.*2.*nu.*120.*vſque ad nu.*151. Et ita hodie conſu-

358 lui pro Domino Alfonſo Perillo † contra Dominum Marcum Antonium Maurum Bucinēſes prę-ſentatos in iure patronatus Sancti Stephani Protomartyris.

359 Amplia,quod quando † eſſe dubium, & tamen Dominus in mandato procuratorio nominaſſet perſonam præſentandam, & nominandam, tunc ceſſaret ambiguitas,quia tanquam procurator poſſet nominatum præſentare, & alium nomine proprio,*vt in c.pen.de elect.in* 6.*& voluit Felin.in cap. cum olim.col.*2.*de re iudicat.quos ſequitur Rocch.de Curte.in dicto verb.Honorificum.q.*21. *in fin.*

360 Primo nota reuocari dicitur † ſpecialis procurator per dationem procuratoris generalis,*vt per Rotam.in Nouis in deciſ.*298.*incip.ſi quis conſtituat. Cardinal.Puteus in deci.*167.*incip.in vna Conchenſi.lib.*3.*Barnab.Cornazan. in deciſ Lucens.*140.*nu.*4.*quos ſequitur D.Coſta in tract.de retrotract.c.*5.*caſu.*28.*num.*12.*cap.*9.*caſu.*13.*num.* 7.

Secundo nota reuocare quis intelligitur primos

361 & antiquos procuratores,per cōſtitutionem † nouorum.*l.ſi quis cum procuratorio.*31.§. *Iultanus.ff. de procurator.l.qui mutuam.*59.§. *Non ideo minus. vbi gloſſ. in verb. inſtaurauerit.ff.mandat. Rota in Antiquis.in deciſ.*171.*incip.Nota quod vbi aliquis fecit.& in deciſ.*175.*incip.Nota,quod vbi diuerſis temporibus.Nicol.Boerius.in deciſ.Burdeg.*347.*num.*2. *Hieron y.Magon.in deciſ. Lucens.*2.*num.*9. *Franciſ. Viui.in deciſ.*15.*num.*14.*Surdus in deciſ.* Mantuæ. 291.*num.*1.*Barnabas Cornaz.in deciſ.Lucens.* 188. *num.*102.*Iacob.Philipp. Porti.in conſil.*173.*num.*1. *Sebaſt.Vanti.de nullit.ex defect.mand.num.*163.

362 Tertio nota, † quod qui conſtituit procuratorē in ſecunda inſtantia, cenſetur primum poſitum in prima inſtantia reuocare eſto quod cū primo eſſet facta litis conteſtatio. *argum.c.ex parte Decani. extra.de reſcriptis.c.ex inſinicatione.c.in noſtra.c.mādatum. de procurat.* Rota *in Antiquis. in deciſ.*479. *incip.Nota,quod ſi dominus principalis. eadem Rota in Nouis.in deciſ.*21.*incip.ſi dominus principalis. Io. Bapti.Laderch.in conſ.*11.*ſub nu.*1.*vol.*1. *Idem* Barnabas Cornazzan.*in deciſion. Lucenſi.*188.*numer.* 3.4.

363 Quarto nota,quod ſi dominus † principalis, prę ſente tnmen procuratore,facit aliquem actum voluntarium in cauſa,cenſetur ipſum reuocare, ſecus vero illo abſente,vel ſi faceret actum neceſſarium, quod ſufficientius fieret per dominum, quam per procuratorem, quia eo caſu non cenſetur mandatum procuratorium reuocatum. *Rota in Antiquis. in deciſ.*341.*incip.Nota ſecundum aliquos. & in deci.*642.*incip.ſi dominus alicuius.Rota in Nouis in deciſ.*318.*incip.ſi procurator.in deciſ.*386.*incip.ſi procurator.Sequitur Sebaſt. Vant. de nullit. ex defectu in habil.ſeu mand.num.*197.

364 Quīto nota,quod ſi duo † procuratores in ſolidū fuere conſtituti,cum clauſula,quod non ſit melior conditio occupantis, & cum poteſtate ſubſtituendi,& reuocandi ſubſtitutos,ſi vnus ipſorum primo ſubſtituat,& ſubſtitutus in prima inſtantia procedat, licet primi procuratoris collega in ſecunda inſtantia alium ſubſtituat, & iſte ſubſtitutus in ſecunda inſtantia procedat,non idcirco ille primus ſubſtitutus per alium collegam, cenſebitur reuocatus,quin poſſit in tertia inſtantia procedere, *vt per text.in c.ſi duo de procurat.in* 6.*Rota in Nouiſ.in deciſ.*161 *incip.ſi duo procuratores.&* Ioan.*Baptiſta Coſta de retrotract.cap.*8.*caſu.*28.*nn.*11.

365 Intellige tamen, quod ſi ſunt conſtituti † duo procuratores eodem tempore,& in ſolidum in vno negotio vel cauſa,occupantis conditio erit melior, ſi autem in eodem inſtrumento ſuper pluribus cauſis,& negotijs eſſent conſtituti,& vnus vnum negotium occuparet, alius poſſet occupare aliud, ſi ſimpliciter non in ſolidum,diuidēt negotia inter eos. *l.pluribus.ff. de procur.c.paſtoralis. de reſcript. Innoc.in c.in noſtro.col.*1.*de procur.ſequitur Rota in Antiquis.in deciſion.*196.*incip.Nota quod vbi duo.*

366 Sexto nota,quod † ſi procurator fuerit litem cō teſtatus aduerſario,& ipſo procuratore contradicentibus,reuocatio fieri non poteſt, verum volente procuratore reuocato,reuocatio ſubſiſtit, de cuius præiudicio non curatur cum non fiat, ac requiratur ad alium finem, niſi, vt non præiudicetur ſuæ famæ, cum reuocatio ſtatim quo ad præiudicium reuocantis ſubſiſtat,non quo ad alios *argum. l.mandato.extra.de procur.c.*2.*eod.titul.in* 9.*Cappell.Tholoſ.in deciſ.*276.*incip.item, an procurator. Paul.de Caſtro in l.quæ omnia.num.*2.*ff. de procur. Cardinal.Puteus in deciſ.*303.*incip.procurator.lib.*2.*& bene Seraphin.Oliuarius in deciſ.Nouiſſim. Roman.*154.*num.*1.*parte* 1.*vol.*1. *Blanchett.in deciſ.Nouiſſima Roman.*410.*num.*1.*parte* 3.*vol.*1. Vbi dicit,

367 quod quantum ad alios,vt † poſſet illis reuocatio præiudicium afferre debet illis notificari,& intimari,faciunt ſcripta per Nicolaum Boerium *in deciſ.* 347.*num.*17.*Iacob.Philipp.Porti.in conſil.*135.*nume.*11.12.*Vide infra hoc eodem titul.verſ.intelligenda eſt tamen.num.*380.*D.Coſta in trac.in retrotrac. cap.*8.*caſu* 28.*num.*8.*& cap.*9.*caſu* 13.*ſub num.* 9. 10.

368 Ampliatur iſta concluſio † reuocationem validam eſſe,etiam ſi procurator vltimo loco conſtitutus,mandatum non acceptauerit,*vt ex Baldo,in dicta.l.ſi quis procuratorio.*§.*fin. quem ſequuti ibidem Angel.& Paul.de Caſtro.Boer.in dicta deciſ.Burdeg.* 347. *ſub num.*4.*poſt Ioan.And.in c.ſi duo. de procur. lib.*6.*voluit Rota in Nouis in deciſ.*281.*incip ſi contra procuratorem.verſ.præterea dando. AEgid. Bellemer.in deciſ.*529.*incip.Dominus. Sebaſtian. Vant. de nullit.ex defectu mand.num.*165.

369 Septimo intelligitur, procuratorem † primum

reuo-

reuocatum per constitutionem secundi, quando tractamus cũ eadẽ persona, vel eisdem personis, secus autẽ, si tractetur de diuersis causis & personis, *vt ex glos. in l. cum semel. ff. de Tutel. voluit idem Nicol. Boer. in dicta decis. Burdegal. 347. nu. 4. Rota in Nouis in decis. 255. incip. si quis constituat. & in decis. 298. incip. si quis constituat. Sebastian. Vant. de nullitat. ex defect. inhab. seu mand. nu. 164.*

370 Octauo nota, quod per † cessionem, & renuncia tionem litis, & causæ factam a Domino, procurator reuocatus censetur *vt argumento text. in clem. fin. de procur. voluit Rota in Nouis. in decision. 376. incip. Fuit dubitatum vtrum Clementina. in fin. quam sequitur Gulielm. Cassador. in decis. 2. nu. 2. titul. de Appellat. Thomas de Thanis. in decis. Nouiss. Roman. 55. num. 1. lib. 1. vol. 3. & Peregrin. Fabius. in decis. 32. nu. 3. lib. 3. eodem vol. 3. Vantius in dicto titul. de nullit. ex defectu inhabilit. siue mand. num. 168. Ioan. Baptista Costa in tradit. de Retrotract. c. 8. casu 28. sub nu. 10.*

371 Nono nota, quod † habens plures procuratores ad negotia, & ad iudicia, quod si postmodum constituat alium procuratorem ad iudicia cum reuocatione quorumcunque sub quauis generalitate verborũ, non censentur reuocati, nisi prouocatores ad iudicia, non autem procuratores ad negotia. *Rota in Nouis. in decis. 256. incip. si quis constituat.*

372 Decimo nota, † quod constituens procuratorem, & cum iuramento promittens illum non reuocare, hoc non obstante, reuocari poterit. *vt per Gloss. in c. fin. de procur. in 6. Bart. in l. cum precario. ff. de precar.* Alexand. *in consil. 18. visis capitulis. col. 1. vers. & ideo puto. vol. 2. Curti. sen. in consil. 32. sub num. 10. Marc. Anton.* Natta *in conf. 426. nu. 11. vol. 2. Cardinal. Paris. in conf. 69. num. 145. vol. 3. Ia fred. Lanfranc. Balbus in decis. 499. incip. & si constituens. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 207. num. 2. eleganter, & subtiliter Angel. in consil. 225. incip. super quo. quem sequitur Marian. Iunior. in consil. 44. num. 26. vol. 2. Vant. de nullit. ex defectu mand. nu. 158. Magon. in decis. Lucens. 25. num. 69. quem eximius Costa. de retrotract. cap. 9. casu. 13. nu. 9. citat.*

373 Contrarium tenuit Rota † in Antiquis *in decis. 104. incip. Nota, quod vbi aliquis facit.* Vbi dicit, quod qui constituit procuratorem ad resignãdum, aut permutandum beneficium, & cum iuramento promisit non venire contra, nullo modo reuocare poterit, & contra iuramentum venire, quam opinionem sequi videtur Cappella Tholosana *in decis. 260. incip. item an iurans. Roland. a Vall. in conf. 6. nu. 51. vol. 1.*

374 Primam opinionem declara †, vt distinguantur breuiter, quod vbi fuit præstitum iuramentum simpliciter illa opinio vera sit, sin autem alteri parti iuramentum, & ad illius commodum esset, ne illudatur, ac illi sit damnosum, & præiudiciale, cum ab illo obligatio oriatur, reuocari non poterit. *arg. l. si quis maior. C. de transact. Bald. in rub. extra. de procur. col. 5. vers. Periurium non quem sequitur Ias. in l. si non sortem. §. si centum. sub num. 7. ff. de condict. in deb.* Vbi dicit, Baldi opinionem esse arduã & ita declaratur dicta Rotæ decisio. 104. quia tractabatur de interesse partis ad cuius commodum facienda erat resignatio, & permutatio. Hoc idem refert Natta *in dicto consil. 426 num. 11. 12. vol. 2. Nicol. Boer. in dicta decis. 207. sub nu. 3. Roland. in dicto conf. 6. num. 51. volum. 1. Sebastian. Vantius de nullitat. ex defectu inhabil. seu mandati. num. 158. 159.*

375 Declara secundo † quod etsi promissor de non reuocando, reuocauerit, & ei reuocatio permittere tur, nihilominus, erit periurus, licet valeat reuocatio, & exigatur. *Alexand. in dicto conf. 18. col. 1. vers. Et ideo puto. vol. 2. post gloss. in dicto. c. fin. de procur. in 6. Boer. in dicta decis. 207. sub nu. 3.* quilicet dicat, quod reuocatio, quæ fit ex causa legitima operatur, quod non incurratur periurium, allegando ex Federico de Senis *in conf. 106. Dominic. & Phili. Franc. in dicto c. fin. §. sane.* Vbi Dominicus *num. 5.* dicit, quod remanet periurus, *vbi Philip. Franc. col. 2. vers. secundo tenementi. vbi refert Federic. in consil. 95.* quod dixerit, non incurrere periurium ex legitima causa reuocando tamen ipse concludit periurium incurrere.

376 Vndecimo nota, † quod si promissio de non reuocando procuratorem fuit facta apud acta coram iudice, ibidem etiam faciendus erit actus reuocatorius, vt authoritate Baldi, & aliorum, *in l. 1. C. de satisdand. voluit Cardin. Paris. in conf. 69. nu. 145. in fin. vol. 3.*

377 Duodecimo nota, † quod si procuratori concessum est plenum posse a Domino & omnes vices suæ, cum clausula, donec duxerit illas ad se reuocãdas, & fuerit cum potestate substituendi, is quem sibi substituerit, & substitutus acceptauerit in causa procedendo, si substituens procedere incipiat in eadem causa, censetur substitutum reuocasse. *Rota in Nouis. in decision. 386. incip. si procurator habens.*

378 Decimo tertio, † quod si mutatus sit prior monasterij cuius tempore fuit factum mandatum procuratori, non censetur isto casu reuocatum per mutationem alterius Prioris in eodem monasterio, *vt per Petr. de Anchar. in c. si duo. num. 5. de procur. in 6. voluit Christophor. Robuster. in decis. Nouiss. Roman. 554. nu. 2. parte 1. vol. 1.*

379 Decimo quarto nota, quod † reuocatio notificanda est procuratori reuocato, ne procedat vlterius ad facienda acta, nec procedat in causa. *l. si mãdasset. 15. ff. mandat. gl. in c. ex parte Decani in verb. dicebant. de rescript. Rota in Antiquis in decis. 171. incip. nota, quod vbi aliquis. Gulielm. Cassador. in decision. 2. num. 2. titul. de appell. Ioach. Mynsing. obser nat. 44. Centur. 5. Ioan. Baptist. Costa de retrotract. cap. 9. casu. 13. num. 1. 2. Hierony. de* Laurentijs *in decis. Auenion. 13. nu. 3.*

380 Intelligenda est tamen, † vt quod ipsum reuocantem, & concernentia ipsius vtilitatem, si talis procurator reuocatus procedat, nihil esse validum, sed sibi ipsi præiudicare, siue procurator fuerit certifi-

cavt

catus, ſiue non, cum non poſſit ignorantiam allegare, *vt dicit Rota in dicta deciſion. 171. incip. Nota quod vbi aliquis. Lancellott. in deciſ. Nouiſſim. Rom. 103. num. 6. num. 5. parte 1. vol. 1. D. Coſta. de facti ſcient. & ignor. inſpect. 52. ſub num. 4. Tomo. 1. Seba. Vanti. de nullit. ex defectu mand. nu. 161. Dixi ſupra in verſ. ſexto nota. nu...*

381 Intelligenda ſecundo eſt, † quod reuocatio procuratoris quo ad iudicia nota debet eſſe iudici, & parti, quo ad extraiudicialia vero ſufficit notificari procuratori reuocato. *voluit Panor. in c. ex parte Decani. ſub num. 10. de reſcript. quem ſequitur D. Coſta de retrotract. cap. 9. caſu 13. num. 4. 5.*

382 Qui obtulit uelle præſtare † iuramentum litis deciſiuum, eam oblationem illius procurator generalis reuocare poterit, iuſta tamen, legitimaque cauſa interueniente, *vt poſt Hyppolit. de Marſilijs. in l. 1. §. fin. num. 28. ff. de quæſtionib. voluit. Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedemontan. 8. num. 9. Addo Barthol. Socin. in conſ. 184. incip. difficilis, & dubius. col. 3. verſ. ſecundo adducit. vol. 2. Et Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 243. num. 2.*

383 Contumacia † procuratoris nocet domino, vt poſſit ſententia contra ipſum dominum lata exequi, ſi fuit citatus, & contumax effectus, non appellauit, & lis cum eodem procuratore erat conteſtata, vel erat cauſa, in qua lis non conteſtatur, *vt ex gloſſ. in l. 3. C. quo mod. & quando iud. Innoc. in cap. 1. verſ. Item ad hunc articulum. extra. vt lit. non conteſtata. voluit Iafred. Lanfranc. Ealbus. in deciſ. 179. incip. contumacia. de quo plene dixi ſupra in titul. de contumacia. verſ... hoc Tomo primo.*

384 Primo intelligenda eſt, quod contumacia † procuratoris domino non nocet in his, quæ ſunt grauis prejudicij. *vt ex Bartol. in l. 1. §. ſi procurator. & Curt. Iun. nu. 8. ff. ſi quis iuſdicen. non obtemp. voluit Menoch. in conſil. 1. num. 356. vol. 1.*

385 Secundo intellige tamen † quando ipſius procuratoris contumacia eſt expreſſa, & doloſa, in non ueniendo, vel non appellando, quia iſto caſu Dominus poterit appellare intra decem dies poſt ſciẽtiam. *poſt Bartol. & Angel. quos allegat, voluit idem Iafredus in deciſ. 397 incip. contumacia expreſſa.*

386 Tertio intellige non nocere † domino, niſi in illo actu, in quo contracta eſt contumacia, *vt docuit idem Iacob. Menoch. in dicto conſil 2. numero 358. vol. 1.*

387 Cõfeſſio procuratoris † in iudicio iuriſdictionis contentioſæ, nocet Domino. *l. non ſolum. 39. in prin. vbi Accurſ. in verb. vel tacuerit tenebitur. ff. de procurat. c. ſub orta. vbi gloſ. extra de ſentent. & re iud. Cyn. in l. vnica. q. 14. C. de confeſſ. Oldrad. in conſ. 126. incip. Natura cuiuſque. ſub num. 3. & in conſ. 263. incip. Dominus AEgidius. ſub num. 6. verſic. & ſi quo modo ignoras. Cappella Tholoſ. in deciſ. 391. incip. Item fuit quæſitum, ſi procurator. vbi Stephan. Aufrer. & plura Cardinal. Paris. in conſ. 115. num. 18. cum pluribus ſeq. vol. 1. Rota in Antiquis. in deciſion. 374. incip. Nota, quod vbi procurator. AEgid. Bellemer. in deciſ. 694. incip. factum, ſeu confeſſio. num. 1. Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedemont. 38. nu. 34. Franciſc. Viui. in deciſ. 384. num. 8. plures referens D. Coſta de facti ſcientia, & ignorant. inſpection. 52. num. 1. Tomo. 1. Ludouic. Roman. in conſil. 389. num. 2. Roland. a Vall. in conſ. 70. nu. 3. vol. 1. Dominicus Arumæus. in deciſ. Ienenſi. 7. num. 2.*

Tempera non nocere Domino, ſi procurator

388 † falſus fuiſſet, non habens mandatum procuratorium, vt voluit Gloſſa *in dicta l. non ſolũ. in verb. vel tacuerit tenebitur. ff. de procur. Octauian. Cacher. in dicta deciſ. 38. nu. 35.*

389 Tempera ſecundo, non nocere † domino procuratoris confeſſionem, niſi ſpeciale mandatum habeat. *Alexand. in conſ. 222. nu. 16. vol. 2. Cardin. Paris. in conſ. 115. num. 21. vol. 1.*

390 Tempera tertio, confeſſionem † procuratoris poſſe reuocari per dominum. tanquam erroneam, & vti de cauſa male informatum, *vt ex text. l. de æta te. §. fin. vbi gloſſ. ff. de interrog. act. voluit Rota in Antiquis. in deciſ. 374. incip. Nota quod vbi procurater. Cappell. Tholoſ. in deciſ. 391. incip. Item fuit quæſitum, ſi procurator. vbi Stephan. Aufrer. verſic. dicit tamen Siculus. Paul. AEmil. Verall. in deciſion. 198. num. 1. parte 1. Franciſ. Viui. in deciſion. 384. num. 1.*

391 Tempera quarto, † quod confeſſione non obſtante, permittitur domino appellatio, *vt dicit Stephan. Aufrer. in dicta deciſion. Cappellæ. 198. in fin. cetera, DEO volente dicentur in titul. de confeſſ.*

392 Tempera quinto † confeſſionem procuratoris, domino non præiudicare in iudicio ſpolij. *Cardin. Paleott. in deciſion. Nouiſſim. Romañ. 736. nu. 1. lib. 3. vol. 3.*

393 Tempera ſexto, quod † licet non noceat alteri, tamen facit aliquale præiudicium, poſt alios quos allegat Franciſcus Cantuccius *in deciſio Nouiſſim. 9. num. 6. parte 2. vol. 2.*

394 Meliorem Domini conditionem † facere poteſt procurator. *l. fin. §. fin. ff. mandat. l. ſi quis mihi bona. 25. §. ſed ſi mandauit. ff. de acquir. hæredit. Marcell. Cardinal. Creſcentius. in deciſion. 8. num. 4. titul. de renunciat. Vide infra hoc eodem titul. verſ. limita tertio poſſe. num...*

395 Poſſeſſio per procuratorem † capi poteſt. *l. 1. §. per procuratorẽ. ff. de acqui. poſſeſſ. l. 1. l. pprocuratorẽ C. eod. tit. Petr. de Anchar. in conſ. 127. incip. Ad dubia elicita. Raph. Fulgoſi. in conſ. 132. incip. Quidam ſer ſecretus. Cæſar Barzi. in deciſ. Bononienſ. 46. nume. 9.*

396 Hinc ſequitur † in materia beneficiali, quod qui dat mandatum procuratori ad capiendam poſſeſſionem beneficiorum ſibi conferendorum, dare intelligitur facultatem, vt ſtatim facta collatione id exequatur, licet beneficij nomen non exprimat. *Cardin. Biſgnet. in deciſ. 4. incip. vtrum quis poſſit. titul. de procur. Gulielm. Caſſador. in deciſ. 3. num. 6. titul de conceſſ. præben. Cardin. Paleott. in deciſ. Nouiſſim. Roman. 452. num. 2. lib. 3. vol. 3.*

397 Non tamen † extenditur mandatum capiendæ poſſeſ-

possessionis beneficij ab vna diœcesi ad aliam,& capta possessio nulla esset, nisi ratificatio subsequatur,antequam alius possessionem capiat. *Paul. AEmil. Verall. in decis. 335. num. 1. 2. lib. 2.*

398 Et quando concessum est † mandatum ad capiẽda possessionem,censetur etiam concessa facultas ad illam consequendam. *Alexand. in cons. 289. nu. 8. vol. 7. Marian. Iuni. in cons. 114. num. 9. vol. 3. cũ aliis adductis per Barnab. Cornaz. in decis. Lucens. 122. num. 50.*

399 Non solum ad causas † præsentes, sed etiam ad futuras mandatũ procuratorium extenditur. *argu. c. quia circa. extra de priuileg. Rota in Antiquis. in decis. 563. incip. vtrum procuratorium. Cardin. Crescent. in decis. 2. incip. Duæ commissiones. & in decis. 3. per totam. titul. de procur. Rota in Nouis. in decis. 456. incip. si causa committatur. & in decis. 413. incip. fuit dubitatum vtrum procurator. eadem Rota si militer in Nouis. in decisio. 19. fuit dubitatum in fin. & allegando dictam decisionem 413. dicit iterum comprobatam. Cardinal. Puteus in decisio. Nouissim. 57. lib. 1. vol. 3. Paul. AEmil. Verall. in decis. 393. nu. 1. lib. 2. Vanti. de nulli. ex defectu mandat. numero 98.*

400 Intellige supradictam † conclusionem,si in mandato procuratorio clausulæ generales existant. *Rota in Nouis in decis. 456. incip. si causa committatur. & antea in decis. 413. incip. Fuit dubitatum vtrum procurator generalis.*

401 Intellige secundo, † Quod si procurator fuit constitutus ante commissionem causæ, & dictum fuisset ad causas deuolutas, & deuoluendas, quia ad illas extenderetur,secus si mandatum procuratorium expeditum esset ad causas deuolutas, & esset expeditum post causæ,commissionem. *Rota in Antiq. in decis. 487. incip. Nota si post commissionem. eadem Rota in Antiq. in decisio. 668. incip. sciendum est. quod quando. & in Nouis. in decis. 19. incip. fuit dubitatum vtrum cum procuratore. Sebastian. Vanti. de nullit. ex defectum mand. nu. 99.*

402 Intellige tertio mãdatum † procuratorium continens clausulam in omnibus,& per omnia, extendi etiam ad res, & causas subrogata, & personas etiã subrogatas. *Rota in nouis. in decis. 440. incip. si agens. quam sequitur, sub alio tamen numero, Cardinal. Puteus in decis. 21. nu. 1. lib. 3. quem post ipsum, & post Roland. a Vall. in cons. 60. num. 21. vol. 1. sequitur doctissimus Francisc. Cantucci. in decis. Nouissim. Roman. 8. num. 6. parte 2. vol. 2.*

403 Intellige quarto, † mandatum procuratorium ad lites,intelligi etiam ad non expressas. *Ant. Augustin. in decis. Nouiss. Romana. 1199. & in decision. 13. 24. lib. 3. vol. 3.*

404 Intelige quinto, quia, & si † mandatum procuratorium,sit ad petendos census præsentes, & futuros, nihilominus ad caducitatem non extenditur. *Paul. AEmil. Verall. in decis. 181. num. 1. lib. 2.*

405 Intellige sexto,quod † si procurator sit generaliter datus ad omnes causas,potest tamen protestari,quod non intendit intromitti,nisi in vna tali causa. *Rota in Antiquis in deci. 32. incip. Nota, quod vbi procurator.*

406 Ad absentiæ causas † allegandas constitutus procurator, illas coram iudice proponere,ac se offerre debet ad illas probandas. *Rota in Antiquis. in decis. 82. incip. Nota, quod vbi est datus.*

407 Eodem modo procurator † allegans impedimẽta causæ,dominus litis effectus,dicens non habere scripturas, & carere pecunia suspendit causam, *arg. l. 2. §. si non propter. ff. si quis caut. & gloss. in c. nõ in iusta. in verb. iusta causa. extra de procurator. voluit Peregrin. Fabius in decis. Nouiss. Roman. 206. nu. 4. lib. 2. vol. tertio. vbi dicit, talia impedimenta esse probanda.*

408 Capituli mandatum † procuratorium non valet,nisi sint specificata nomina omnium canonicorum constituentium, vel adsit Capituli sigillum. *c. fin. de procur. Rota in Antiq. in decision. 132. incip. Nota, quod non valet. Sed quod nomina canonicorum sint omnino exprimenda. notat eadem Rota in Antiquis in decis. 555. incip. Vtrum si Notarius. vide infra hoc eodem titul. vers. collegium. num. 458. Adde Ioannem Gallum. q. 223.*

409 Mandatum cum † clausula in omnibus, & omnia, dicitur continere ampliſſimam potestatem, ita vt comprehendatur omnia quæ alias non comprehenderentur, *ut per Ias. in l. 1. num. 20. & ibi Ripa num. 1. ff. de leg. 1. Roland. a Vall latissime in cons. 67. num. 47. cum pluribus seq. vol. 3. quem sequutus est Francis. Cantuc. in decis. Nouissim. Roman. 8. nu. 5. parte 2. vol. 2.*

410 Maritus est legitimus procutator † vxoris, pro qua sine mandato, & sine promissione rati comparere potest. *l. fin. vbi gloss. & Salicet. C. de Pactis conuentis. Alexander in consil. 185. numero 7. vol. 6. Ioan. de Monte Sperell. in consil. 140. num. 23. vol. 1. Augustin. Boro. in consil. 44. num. 2. vol. 1. & alii quos refert Cæsar Barzi. in decision. Bonon. 43. num. 14. 15. optime Ioach. Mynsing. in obseruat. 53. Centur. 3.*

411 Procurator substitutus, † qui est litem contestatus, potest alium substituere, non vigore mandati,sed quia factus est dominus litis. *Rota in Nouis in decis. 122. incip. Procurator substitutus. & antea in Antiquis Rota in decis. 546. incip. Vtrum procurator substitutus.*

412 Qui ad emendum † pro domino mandatum susceperit, & pecuniam habuit, & rem emit nomine suo, tenetur Domino restituere. *l. si procuratorem. § fin. ff. Mandat. & post AZonem in summa. C. Mandati. num. 22. voluit Ioannes Petrus Surdus in decis. Mantuæ. 304. num. 11.*

413 Amplia illum † teneri etiam ad damna, & interesse. *l. si mandauero tibi. 22. §. sicut. ff. mandat. l. ad comparandas. C. eod. titul. Alexand. in consil. 52. nume. 8. vol. 9. quem refert, & sequitur Marc. Anton. Bellon. in decis. Genuæ. 9. num. 6. in decis. 68. num. 5. Cardinal. Paris. in consil. 91. num. 10. vol. 1. Surd. in decision. 304. nume. 4. Ioan. Baptista Costa de facti scient. & ignorant. Distinct. 14. nu. 7. Centur.*

1. Tomo. 1. & in tract. de Portion. Rota. q. 119. *nu.* 8.

414 Amplia ſecundo, teneri † etiam, & puniri pœna criminis ſtellionatus, *vt argum. l. filio. ff. ad municipal voluit Ioan. Petr. Surdus in deciſ. Mantuæ,* 304. *nu.* 12. 13. *Sed tamen mihi videtur, quod text. in l. filij. ff. ad Municip. non facit ad cauſam, prout allegauit Surdus.* Vnde pro opinione illius dicendum, quod pro ſimili delicto cum non reperiatur

415 pœna ſtabilita † habebit locũ pœna dicti criminis Stellionatus, *argumento text. in l. 3. ff. de crimin. Stellio. ſequitur Ioan. Baptiſta Coſta de facti ſcient. & ignorantia. Diſtinction.* 14. *nu.* 7. *Centur. 1. Tomo primo.*

416 Poteſtatem ſubſtituendi † quis in mandato procuratorio non dedit, ſed in clauſula releuationis, dicit, releuans eum, & ſubſtituẽdum ab eo ab onere, & cetera, non ex his verbis dicitur tributa poteſtas ſubſtituendi, quia non ſunt diſpoſitiua. *Rota in Antiquis in deciſ.* 346. *incip. ſi in procuratorio. ante eos Bernard. Cardin. Biſgnet. in deciſ.* 1. *titul. de procur.*

417 Approbatus † procurator in vna cauſa, nõ cenſetur approbatus in alia, quæ requirit ſpeciale mãdatum. *Alexand. in conſil.* 72. *in fin. vol.* 4. *quem refert, & ſequitur Barnabas Cornazzan. in deciſion. Lucenſi.* 96. *nu.* 8.

418 Mandatum † generale non comprehendit, nec extenditur ad illicita. *arg. l. fratres. §. ſocium. l. neque promittendum. ff. pro ſocio. l.* 3. *§. ſi procurator. ff. quod quiſque iuris. l. qui peculii.* 47. *ff. de pecul. l. contra iuris. §. filius. ff. de pactis. vt poſt Bartol. in l.* 1. *§. quoties. in princ. ff. de vi, & vi armata. voluit eximius Iuriſconſultus D. Alexand. Raudenſis in deciſion. Piſan.* 13. *ſub numero* 141. *&* Anton. Gamma *in deciſion. Luſitan.* 239. *num.* 2. *Iacob. Philipp. Port. in conſil.* 135. *num.* 34. *Blanchett. in deciſ. Nouiſſi. Roman.* 318. *nu.* 2. *vol.* 1.

419 Dolus procuratoris † domino nocet. *l. apud Celſum. §. quæſitum. ff. de dolo mali except. voluit Rota in Antiquis. in deciſ.* 432. *incipien. Nota verum epiſcopus.*

420 Declara tamen † ſupradictam concluſionem procedere in procuratore ad agendum generaliter facto, tunc enim domino imputatur, qui illum elegerit, ſecus in procuratore ſpeciali, cui particulare negotium commiſſum fuerit, qui ſeruata mandati forma procedendo, nocet aut non nocet domino, *vt dicit D. Alexand. Raud. in dicta. deciſ.* 13. *ſub num.* 143. Vbi declarat dictam Rotæ Deciſionem, & vide Bar. *in l.* 3. *§. ſi procurator. ff. quod quiſque iuris. & Bald. in Authent. ad hæc. C. de vſur.*

421 Fides Notarii, quod tali † die, menſe & anno fecit tale inſtrumentum, in quo eſt conſtitutus talis procurator, in iudicio fidem non facit, *vt ſcribit Guido Papæ in deciſ. Gratianopol.* 19. *num.* 1. 2. *& ibi Ranchin. & alii. faciunt notata per Matth. de Afflict. in deciſ. Neap.* 273.

422 Diem non eſſe, quo fuit † factum mandatum procuratorium, non idcirco mandatum inualidum eſſe *voluit Ioan. Gallus. in q.* 93. *nihil tamen allegat.* Poſſet forte dici, quod mandatum procuratorium, cum poſſit fieri per literas, & epiſtolam, vt dictum eſt ſupra, hoc eodem titulo, *verſ. per nuncium. & per epiſtolam. num...* quaſi cenſeatur ſcriptura priuata, & dies non requiratur. *vt in l. cum tabernam. §. idem quæſiit. in fin. ff. de pignorib. & voluit Nicol. Boer. in conſ.* 25. *num.* 30. *& in deciſ. Burdegal.* 172. *num.* 19.

423 Contrarium quod in mandato procuratorio dies requiratur, voluit Speculator *in titul. de procuratore. num.* 15. *verſ. ſed quid ſi in mandato. quẽ refert & ſequitur Bald. in dicta l. cum tabernam. §. idem quæſiit. in fin. Ad quæ facit dictum Alexand. in conſil.* 182. *colu.* 3. *vol.* 2. *Et Fiſcus Regius in Re-*

424 *gia Camera D. Marcellus † de Mauro l. C. eximus,* dum eſſet exhibitum mandatum ciuitatis Biſatii cuius cauſam ego tuebar, in quo Notarius omiſerat ponere menſem, & illius diem, illud non admiſit, donec aduenit cum omnibus ſolennitatibus, quia erat cauſa grauis, ſuper Herbagio, & paſcuo formicuſii, in parte Thori, in qua agebatur de valore ad minus duodecim millia Aureorum, in illa obtinui, ſub die 9. Maij, 1580. in eadem

425 Regia Camera, & reclamante † Regio Fiſco, facta relatione in Collaterali Conſilio die 20. eiuſdẽ fuit ſententia confirmata. Quando autem ſcriptura priuata, ſine die, & aliis ſolennitatibus fidem faciat, dicam, D E O Optimo Maximo concedente, in Titulo de fide ſcripturarum priuatarum.

426 Inſtitor, ſiue procurator † Blanchi publici, ſiue Argentarii, ſi promiſit ſoluere pecuniam alicui, poteſt condemnari, ſed executio fieri debet contra Banchum, *ex dicto Specul. in titu. de execut. ſententiæ. §. ſequitur. verſ. ſed quid ſi procurator. & Angel. in l. Plautius. ff. de procur. voluit Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol.* 64. *nu.* 1. 2. *& ibidem ſequitur Cæſar Vrſill.*

427 Sequitur ex proxima † conditione condemnationem factam contra procuratorem, vel tutorem contra ipſos non exequi ſed contra Domiuos illos conſtituentes pro virili portione, ne ſit eis eorum officium damnoſum. *l. ſed & ſi quis. ff. quemadmod. teſtam. aper.* Sic per Arreſtum Pariſienſe prouiſum ſcribit Petrus Rebuffus *ad Conſtitu. Galliæ. Tomo.* 1. *titulo de ſentent. executor. Articul.* 15. *glo.* 1. *num.* 6. *Iafred. Lanfrancus Balbus in deciſ.* 437. *licet procurator.*

428 Declaratur, ſecus eſſe, ſi † procurator promiſiſſet iudicatum ſoluere, quia ſic ſatiſdando, cenſetur ſe litiofferre, & executionem patitur, & obligatione, ſiue ſtipulatione, dominus autem actione in factum. *l. ſi ſe non obtulit. in princ. ff. de re iudicat. l. Plaucius. vbi Accurſ. in gloſſ. fin. ff. de procurator. voluit Iafredus Lanfranc. in dicta deciſion.* 437. *incip. licet procurator. Et optime declarat Iacobus Cuiacius obſeruationum. lib. decimo quarto. cap.* 30.

429 Gratioſa non poteſt † procurator facere, quando conſtitutus eſt ad iudicia, puta facere gratiam vel quod contentatur, quod nec ipſe, nec eius

dominus, vel principalis videant testes iurare, vel quod Dominus non debeat vocari, *vt concludit Rota in Antiquis. in decision. 351. incip. Nota, quod licet procurator.*

430 Monachus pro defensa † sui monasterij, vel Abbatis, potest sine procuratorio mandato agere, *per dictum Innoc. in c. cum. I. & A. de sentent. & re iudicat. voluit Rota in Nouis in decis. 334. incip. Monachus.*

431 Procurator patroni † eundem patronum in iure patronatus præsentare non potest. *vt ex Cardinal. in c. ex insinuatione. versic. secundo quæ de iure pat. Cæsar. Lambertino in tract. de iure patronat. li. 2. parte 1. q. 8 prin. artic. 9. Quia cum non possit præsentare se ipsum. vt in c. per tuas. de iure patron. Bal. in addit. Specul. in tit. de iure patron. & voluit istos allegans Paul. A Emil. Verall. in decis. 397. num. 1. 2. parte 2. ita nec per suum procuratorem.*

432 Sed ego dubito de supradicta † decisione, quia cum habeamus, quod si mortui essent Cardinales, & vnus ipsorum viueret, adhuc repræsentat collegium, & collegij ius in illo vno remanet, *arg. l. sicut municipium. §. in decurionibus. ff. quod cuiusque vniuers. nom. & glos. notabilis in c. gratum. in verb. Pauciores. extra de postul. prælat.* Quo stante cum iste vnus Cardinalis remanserit, ipse posset Summum

433 Pontificem eligere, & cum seipsum eligere † nequeat, *vt in dicto c. per vestras.* nihilominus posset procuratorem facere, vt collegij Cardinalium nomine Papam eligat, ipsum dominum in Papã posset eligere. Ita concludit *Abb. Panor. in c. licet. sub nu. 15. in fin. extra de elect. Et dixi de compromiss. §. 2. glos. 1. nu. 328. vsque ad nu. 346. quo in loco allegaui Franc. Marc. in decis. Delphin. 936. nu. 15. vol. 1.*

434 Hoc tamen † dummodo absit fraus, & ambitio, *vt dicit ibidem Panor. in fin. ad materiam vide eundem Francis. Marc. in decis. 1038. nu. 2. in decis. 785. nu. 6. in decis. 1336. nu. 1. in decis. 1341. sub num. 2. vol. 1. Nicol. Losæus de iure vniuersitatis. parte 1. cap. 1. sub nume. 32. & capit. 3. sub nume. 77.* Sed supradictam conclusionem relinquo alijs resoluendam.

435 Ex mandato † insufficienti procurator agens nõ potest ex mandato sufficienti postmodum acta conualidare, *vt dicit Bald. in l. falsus. nu. 25. C. de furtis. Lud. Roman. in consil. 446. incip. Primus. nu. 7. 8. in consil. 496. incip. Primus. nu. 5. quos refert, & sequitur Hieronym. Magon. in decision. Lucens. 51. num. 16.*

436 Quia procurator constitutus † ad certam, & limitatam causam nõn posset prosequi contra alium ex eodem mandato. *A Egid. Bellemera in decis. 314. incip. Procurator constitutus. Sebastian. Vanti. de Nullitat. ex defectu inhab. seu mandati. nu. 86. 100.*

437 Fines mandati † obseruandi, & custodiẽdi sunt. *Vulg. l. diligenter. ff. mandat. l. cum mandati. C. eo. tit. c. cum dilecta. extra de rescript. c. cum olim de offic. delegat. Iason. in l. si procurator. num. 1. cum pluribus seq. C. de procuratorib. Cardinal. Paris. in consil. 47. num. 41. vol. 1. Rota in Nouis in decision. 428. incip. si habens. Alex. in consil. 21. num. 4. vol. 6. Ioan. Petr. Surd. in decision. 209. numero 6. 7. 8. Hierony. Magon. in decision. Floren. 3. numero 13. cum pluribus seq. Marc. Anton. Bellon. in decision. Genuæ. 8. numer. 2. 3. in decision. 172. num. 3. in decision. 209. numero 3. Gerard. MazZoll. in consil. 110. num. 97. vol. 1. Lancellott. Gallia in consil. 53. numero 11. in consil. 77. num. 46. volum. 1. Prosper Paseth. in cons. 56. nu. 5. vol. 1.*

438 Amplia primo, quod † illud, quod actũ & gestũ est cõtra mandati formam nullum erit, quinimmo etiam si fuerit præter mandati formam. *l. Item eorum. §. sed si ita. vbi Bart. ff. quod cuiusque vniuers. nom. vt post Marian. Iunior. in consil. 22. numer. 14. volum. 3. & Hierony. Gabriel. in consil. 155. numero 30. vol. 1. voluit Ioan. Petr. Surdus in decision. Mantuæ. 209. num. 7.* dicens idcirco dominum minime obligari ex facto procuratoris fines mandati excedentis. *Bellon. in dicta decision. 174. numero 6. Francisc. Bursat. in consil. 395. nu. 13. vol. 3. Hierony. Magon. in decision. Florentin. 3. nu. 12.*

439 Limitatur primo, quoties † præcise, & in forma specifica adimpleri non potest, quo casu sufficit illud adimpleri, vt possibile est. *Abbas Panor. in consil. 25. sub nu. 2. vers. secundus modus, & in consil. 65. num. 3. vol. 2. quem sequitur Aym. Crauett. in consil. 65. numero 2. 3. Roland. a Vall. in consil. 43. numero 37. 38. volum. 2.*

440 Limita secundo, nisi procurator † faceret ea, quę fieri solita sunt, & consueta, *vt post Ludoui. Rom. in l. 3. §. curari. ff. de iureiuran. voluit Iason. in l. si procurato. sub nu. 8. vers. oct auo limita. C. de Procur. Ludouic. Rom. in cons. 114. sub nu. 4. vers. dicendum est. Syluester Aldobr. in cons. 42. sub nu. 11. vol. 1. Lancel. in decis. Nouis. Rom. 670. nu. 1. vol. 1. vbi post Alex. & Bal. allegat Ant. Gabr. in tit. de cõsue. cõclu. 1. nu. 25.*

441 Limita tertio, posse † procuratorem fines mandati excedere, quando excessus est ad vtilitatem, & beneficium domini. *arg. l. Præterea. in princ. cum l. seq. ff. mand. vbi Bar. & voluit Paul. de Castro. in cons. 240. in prin. vol. 1. Alex. in cons. 216. nu. 16. vol. 6. quos refert, & sequitur Hierony. Magon. in decis. Florent. 3. nu. 13. 14. 15.* Meliorem enim domini conditionem procurator facere potest, *dixi supra hoc tit. tul. versic. meliorem. num. 344.*

442 Limita quarto, quod si † procurator excessit fines mãdati, ratũ habẽdo tacite vel expresse, tunc enim excessus nõ imputatur procuratori, sed pręiudicat ipsi domino, *vt voluit Rota in Nouis in decis. 428. incip. si habens. & in hoc facit limitatio, quam refert Iaso. in dicta l. si procurator. sub nu. 8. vers. 7. limita.* Vbi dicit, licere procuratori excedere fines mandati, domino sciente. Quia tanto magis domino expresse, vel tacite ratificante.

443 Sublimita si fiat dicta ratihabitio † intra tẽpus, infra q̃ actus expediri debet, q̃ tractaretur ad sui præiudicium, quia si ad sui vtilitatem ratihabitio ẽt post tẽpus valebit. *Rota in Nouis in dicta deci. 428.*

444 Limita quinto, procuratorẽ posse † mandati fines excedere, siiusto iudicis iussu id faceret. *Marc. Anton.*

Anton. Bellonus in decis. Genuæ. 153. num. 4.

445 Qui tanquam procurator † alicuius expectantis egit, potest nomine suo postmodum agere contra illum, cuius fuit procurator, *vt dicit Rota in Nouis. in decis. 415. incip. Si secundus.*

446 In vna, & eadem causa potest † vnus ex pluribus litigantibus, siue actor, siue Reus, constituere procuratorem, partibus præsentibus, & non contradicentibus. *Bernard. Cardinal. Bisgnetus in decis. 13. incip. vtrum si constituam. titul. de procur.*

447 Dominus comparens cum † aliquo dicens, compareo cum procuratore meo, dicitur non videri constitutum illum procuratorem, sed requiritur expressa constitutio, *dicit Guido Papæ. in decis. Gratianop. 40. num. 1.*

448 Contrarium, quod cum † ille comparet cum domino videtur procurator constitutus, & valeant gesta per illum, post illum ex Innocentio *in c. cum in iure. de offic. delegat. & ex eodem Guidone Papæ. in consil. 84. in princ. concludit Stephan. Ranchinus ad Guidon. in dicta decision. 40.* Quod roborari potest, quia cum, vt diximus supra mandatum procuratorium per epistolam, & literas fieri possit, vt dictum est supra hoc eodem titul. vers. per nuncium. nu... Quanto magis per Domini præsentiam, & vocem.

449 Exhibito mandato † procuratorio fit de actis, & si parte præsente relicta fuerit copia, siue exemplum sufficit, non autem sufficeret si sola mentio fieret per Notarium, quod esset facta productio, ex cuius dicto productio probatur non autem instrumenti procuratorij tenor. post multos tenet Nicolaus Boerius *in decision. Burdega. 281. per totam. quem cum alijs per eum allegatis sequitur Flamin. Chartar. in decis. Genuæ. 78. nu. 4. cum pluribus seqq.*

450 Actio mandati oritur † inter fideiussorem, & illum pro quo fideiussit. *tex. in l. si remunerandi. §. si passus. ff. mandat. Cæsar Barzi. in decis. Bononiens. 65. num. 2.*

451 Ratificationem operatur † quando nondum finito, nec expedito negotio, mandatum superuenit. *Felin. in c. nonnulli. §. sunt, & alij. num. 11. vers. Scias tamen. quem retulit Blanchett. in decis. nouiss. Roman. 410. num. 2. parte 1. vol. 1.*

452 Declaratur tamen † non procedere quando nõ apparet mandatum, sed tantum ratificaret substitutus, qui non ostenderet habere mandatum a substituto a primo domino, per ea, quæ ex Ludouico Romano *in consil. 466. dixerat Iason in l. exigendi. sub num. 9. in fin. C. de procur. quos sequitur idẽ Blanchett. in dicta decis. 410. num. 2. vol. 1.*

453 Ratificatio autem † ipsa mandato æquiparatur, & retrotrahitur. *Alexand. in consil. 65. num. 30. vol. 6. Marian. Iuni. in consil. 97. num. 15. vol. 2. Marc. Anton. Bellon. in decision. Genuæ. 92. num. 2. in decision. 119. num. 3. in decision. 147. num. 6. Ioan. Baptista Costa. de retrotract. cap. 8. casu. 28. num. 2. Verallus in decis. 280. num. 2. part. 2. vol. 2.*

454 Vicarius generalis in spiritualibus, & † temporalibus, potest procuratorem constituere. *Cappella Tholos. in decis. 36. incip. Item fuit quæsitum, an Vicarius generalis.*

Procuratoris generalis præoccupatio etiam cũ

455 † clausula (citra tamen) ab alio procuratore generaliter constituto, esse procurator non desinit *argumen. l. plurib. ff. de procurator. voluit a contrario sensu Cardin. Puteus. in decision. 167. lib. 3. post Rotam in Nouis in decision. 298. incip. Si quis constituat. Marcellus Cardinal. Crescen. in decision. 16. incip. procuratoris generalis. titul. de procurator.* Vbi dicit secus esse vbi adesset clausula, (quod prę occupantis conditio non sit melior) quia tunc censetur reuocatus.

456 Mandatum † procuratorium non præsumi diximus supra hoc eodem titulo, *vers. Mandatũ procuratorium. nu. 85. cum sequent.* Nunc illis adde, & limita secus esse, si ex coniecturis præsumeretur contrarium, puta solutionem mercedis, actuarij, siue Notarij causæ, quæ ad solutionem partis constitu-

457 entis tangebat † & alijs de quibus Bald. *in l. 1. nunc. 2. C. de Rebus alien. non alien. Deci. in consil. 36. num. 9. Gulielm. Cassad. in decision. 1. num. 1. vers. quod videtur declarari. & in decision. 3. num. 4. titu. de procurat. Cardin. Puteus in decis. 277. in princ. lib. 1. & in decis. 214. lib. 2. Paul. AEmil. Verall. in decision. 20. lib. 1. Francisc. Cantuce. in decis. Nouiss. Roman. 8. num. 8. & in decis. 32. num. 2. parte. 2. vol. 2. Vide Cardinal. Crescent. in decis. 3. titul. de procurator. adde Ioan. Paul. Tholom. in decis. Nouiss. Rom. 900. lib. 3. vol. 3.*

458 Collegium, vel vniuersitas facientes † procuratorem, debent illum facere conuocatione facta, cũ superioris authoritate, in loco solito, & capitulari, facientes maiorem partem, *vt ex Baldo. in l. nulli. ff. Quod cuiusque. vniuers. nomin. voluit Paul. AEmil. Verall. in decis. 190. num. 2. 3. lib. 2. Nicol. Losæus de iure vniuersitatis. parte 2. cap. 1. num. 43. 61. faciunt, quæ dixi de compromiss. §. 1. glos. 3. nu. 289. 291. vide supra vers. Capituli mandatum. nu. 408. hoc eodem titulo.*

459 Si tamen Capitula essent annalia † procurator ab eo constitutus, anno finito cessat. *Cappella Tholos. in decis. 35.*

460 Nouitius procurator esse non † potest. *cap. 2. vbi glos. Paul. de Leazar. Gemin. & Philipp. Franc. de procur. in 6. & dixi de compromiss. §. 2. glos. 4. nu. 110.*

461 Actoris procurator † dicere debet de mandato, alias reus absoluendus est ab obseruatione iudicii, *vt dicit Anton. Augustinus in decis. Nouiss. Roman. 1153. num. 1. lib. 3. vol. 3.*

462 Per transitum sententiæ in † rem iudicatam, expirat mandatum procuratorium, *vt ex alijs scribit Ioan. Paulus Tholomæus in decis. Nouissim. Roman. 797. num. 2. lib. 3. vol. 3.*

463 Processus † agitatus cum vno ex pluribus procuratoribus in simul constitutis, non tamen in soli dũ, alijs se nõ opponentibus, valebit, *vt cõcludit Rota in Nouis 107. incip. si in causa beneficiali.*

464 Ordinis procurator † generalis, non potest comparere pro vno conuentu particulari, *vt dicit Thomas Falstoli dubitat. 23.*

465 Tutori, vel Curatori per iudicem † potestas dari non potest, vt ante litem contestatam constituat procuratorem. *Bernard. Cardinal. Bisgnet. in decis. 10. titul. de Procurator.*

466 Cum requiratur speciale † mandatum ad hoc vt possit procurator operari, vt dominus incidat in pœnam, est notandum, quod hoc non debet in mandato procuratorio specificari, sed sufficit quod speciale habeat mandatum ad faciendum illum actũ, ex quo resultat actus pœnæ, *vt post Alex. in consil. 39. num. 2. vol. 7. dicit Petr. Benintend. in decision. Bononien. 94. num. 1. ita fuisse conclusum. Felin. in cap. 1. num. 10. extra, vt lite non contest. quem refert, & sequitur Marc. Anton. Bellon. in decision. Genuæ 100. nu. 5. quos sequitur Flamin. Chartar. in decisio. Genuæ 100. num 3. in fin. & tetigi supra hoc eodem titul. versic. vigesimo quarto simili modo. num....*

Statuto existente, quod mulieres, vel minores
467 non possint contrahere sine consensu † propinquorum, dicunt hanc solennitatem necessariam non esse quando mulieres per procuratorẽ contraherent, *vt tradiderunt Alexand. Socin. Iaf. Claudius Aquensis, & alij. in l. 1. §. item acquirimus. ff. de Acquiren poss. quos refert, et sequitur Bernardin. Pand. in tract. de exequut. instr. parte 2. declarat. 18. num. 75.* Et istud facit in Regno hoc Neapolitano quo ad mulieres aliquas, quæ viuunt iure Lõgobardo, nec possunt contrahere sine mundualdi consensu, & faciunt pro statutis nonnullorum locorum, quibus ita ordinatum fuit, vt succureretur fragilitati mulierum, & idcirco breuiter uidendum est de veritate huius dicti.

468 Non obstãte, quod in procuratione † interuenerit solennitas statuti, & consensus consanguineorum, requiri etiam easdem solennitates dum ille procurator contrahit, quæ interuenerũt vigore statuti in mandato procuratorio. Hoc tamen ex Bartolo non firmiter loquente *in l. apud Iulianum. §. fin. ff. ex quibus causis in possessionem eat. quem sequitur Barthol. Socin. in consil. 112. incip. Multum abunde. col. pen. sub vers. postremo moueor. volum. 1.* Vbi dicit ita Senis consuluisse genitorem suum, & multos alios solennes viros, quod duplicatum est *in consil. 172.* eiusdem principij, & finis, *volum. 2. quod tenuit Ioan. Baptista Caccialup. in Authent. Sacramenta puberum. C. si aduersus vend. quem sequitur Hippolyt. de Marsil. in Singul. 255 incip. Subrogatus. circa medium. & alios allegans refert Anton. Gabriel. commun. opin. lib. 2. titul. de regul. iuris. conclus. 2. nu. 32. & nonnulli alij, quos nuper refert, & sequitur Cæsar Barzi. in decis. Bononien. 95. nu. 2. cum pluribus seq.*

469 Ego ex dictis Doctorum, iterum † breuiter asserо, supradictorum opinionem procedere, vel quando nec in Constitutione procuratoris, nec in contractu per illum facto, interuenerunt consensus, & solennitates statuti, vel interuenerunt in mandato procuratorio generali, secus autem si in mandato procuratorio ad particulare, seu certum negotium, & causam, quia tunc sufficit interuenisse solennitates in procuratoris constitutione, quia postmodum in contractu conficiendo per procuratorem, alia solennitas nõ requiritur. *Ita intelligi debet Federic. de Senis in consil. 100. incip. Abbas subiectus. Ita declarant Alexand. in consil. 189. viso statuto. num. 12. vol. 7. Ioan. Baptista Campeg. in tract. de dote. parte 5. q. 108. Barthol. de Chassan. in consuetud. Burgundiæ. rub. 4. §. 1. in verb. contracter. nume. 52. versic. limitatur decimo primo. Borgnin. Caualcan. in tract. de Tutor. & Curat. num. 130. Ioan. Lopez in rep. c. per vestras. §. 68. sub nume. 20. Ioan. Stephan. Lambertengus de contractib. car. glos. 20. numer. 3. Matth. de Afflict. in decision. Neap. 285. numer. 21. Octauius Simoncell. de decret. minor. lib. 2. titul. 5. in spect. 4. num. 49. 50. & Nouissime Bartholomeus Bertazzol. in tract. de clausulis instrumentor. clausul. 7. glos. 19. num. 8. 9. 10. qua de re alias scripsi obseruation. ad Iura Regni Neapolitan. libr. primo. obseruat. 82.*

470 Ad opponendam exceptionem † fori declinatoriam etiam in causa criminali, procurator admittitur post Guidonem de Suzaria, quem allegat, *voluit alter Guido Papæ in decision. Delphinal. 338. numer. 2.*

471 Gesta per falsum procuratorem † ratificari nequeunt, quando talis procurator declaratus est per iudicem, quod non habet sufficiens mandatum, *vt post Bald. in Authent. ei, qui. C. de tempor. appellat. voluit Guido Papæ in decision. 320. numer. 6. in fin.*

472 Dum quis † obligat se, & bona valet, tanquam non se obligat iudicatum solui. *Ioan. Gallus in quæstio. 44.*

473 Coram † seruiente, & executore potest comparere procurator habens potestatem comparendi coram omnibus, & quibuscunq; iudicibus *voluit Ioan. Gallus in quæstione. 308.*

474 Ad ea, † quæ dixi *supra versicul. Mandatum procuratorium numer. 85. 456.* dicendum est, mandatum procuratorium non exhiberi, nec cogi ad exhibendum illum, qui producit aliud mandatum secundum primi, quod petitur, reuocatorium, & ita procedunt tres Decisiones factæ in Sacro Regio Consilio Neapolitano, quarum meminit *Ioan. Vincent. de Anna in allegat. 5. num. 15. 16.*

475 Processus factus cum † procuratore constituto a maiore quatuordecim annorum, minore tamen viginti quinque, & per ipsum cum iuramento ratificata, validus est. *Cappell. Tholos. in decis. 106. incip. Item fuit quæsitum si minori.*

476 Pater constituit † procuratorem in causa filij in aduentitijs ante, & post litem contestatam, dum modo filius maior septennio consentiat, *arg. l. cum non solum. §. vbi autem. C. de bonis quæ lib. voluit etiam authoritate Inno. in c. accedens. de Procur. Cappell. Tholos. in decis. 105. incip. Item fuit quæsitum, an pater. vbi Aufrer. pro quo vide Ludoui. Roman. in cons. 241. incip. spectabiles Domini. nu. 10. sub vers. vltimo aduertendum.*

477 Sed non potest pater constituere † procuratorem

rem pro filio cõuento actione deſcendente ex lege Aquilia, *vt voluit Cappel. Thol. in deciſ. 305. incip. Nota quod.*

478 Acceptatio mandati † facienda eſt a procuratore & ante illius acceptationem ſubſtituere alium non poteſt. *Rota in Nouis in deciſ. 45. incip. ſi procurator. Hierony. de Laurentiis. in deciſi. Auenion. 69. num. 4.*

479 Ad acceptandum † accipiendum, & permutandum beneficium eccleſiaſticum poteſt procurator laicus conſtitui, *vt dicit Rota in Antiquis in deciſ. 418. incip. Nota vtrum permutatio.* Sed videtur contra concludere eadem Rota in Antiquis, *in deciſ. 529. incipien. Vtrum poſſit quis. ſecundum primã eſt opinio Bernard. Cardin. Biſgnet. in deciſ. 4. titul. de procurat.*

480 Actor † conſtitutus a tutrice, ſi agit, vt procurator & obtinet, ſententia nulla erit, quia eſt procurator tutricis, non autem pupillorum. *Marcell. Cardin. Creſcent. in deciſ. 8. num. 11. titul. de ſentent. & re iudic.*

481 Ad recipiendam † pecuniam conſtitutus procurator, ſi confiteatur illam recipiſſe, vel aliter dixerit, non tamen fuit pecunia præſenti, debitorem minime liberat. *Bartol. in l. ſi debitorem. ff. de Nouat. & in l. non abſtulit. C. eo. tit. Vincent. Carroc. in c. cum quidvna nia. parte 1. Ampliat. 6. num. 14. de regul. iur. Deci. in conſil. 493. num. 13. cum duobus. ſeq. quos nouiſſime refert, & ſequitur Ioan. Petr. Surd. in deciſ. Mantuæ. 229. num. 28.*

482 Procurator, qui acceptauit † mandatum, tenetur illud exequi, alias tenetur ad damna, & intereſſe. *l. ſi tibi mandauero. §. ſicut. ff. mandat. §. mandatum. Inſt. eo. tit. Cardinal. Pariſius in conſil. 91. num. 10. vol. 1. Marc. Anton. Bellon. in deciſ. Genuæ. 9. num. 6. in deciſ. 68. num. 5. quem ſequitur Surdus in deciſ. Mantuan. 304. num. 4. 5. Paul. AEmil. Veral. in deci. 179. num. 3. parte 2. Marc. Anton. Bellon. in deciſ. Genuæ. 147. nu. 10.*

483 Acceptaſſe autem non videtur † mandatum, ſiue procurationẽ, cauſam informando, multi enim ſunt informantes, non tamen procuratores. *Peregrin. Fabius in deciſ. Nouiſsim. Roman. 58. num. 1. lib. 1. volum. 3. in deciſion. 76. num. 4. lib. 3. volum. 3.*

Subſtitutionis procuratoris inſtrumentum co-
484 ram cauſæ Notario faciendum eſt, cuius † rogitus nomen pateat, vt fiat loci appoſitio, in quo confectum fuerit, vt ſcribit fuiſſe tentum *per Rotam Paul. AEmil. Veral. in deciſion. 103. lib. 2.*

485 Denunciatio ſiue denominatio † authoris pro euictione, non fit procuratori etiam generali, ſed principali facienda eſt, quando author eſſet præſens, *Petr. Rebuff. ad Conſt. Galliæ. Tomo 3. titul. de dilationibus. articul. 5. gloſ. vnica. num. 31. 32.*

486 Ambigua mandati procuratorij † verba in fauorem proferentis, & conſtituentis, interpretanda ſunt. *Franciſc. Cantucc. in deciſ. Nouiſſima Romana. 8. num. 3. parte 2. vol 3.*

487 Res feudales concedi ſolitas, poteſt † procurator concedere. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapolitan. 204.*

488 Geſta per alterum ex ſubſtitutis † ex duobus procuratoribus in ſolidum conſtitutis, poſſunt per alterum ratificari. *Bernard. Cardinal. Biſgnet. in deciſ. 6. titul. de procurator.*

489 Mandatum, de quo alias non † fuit doctum, puta in prima inſtantia, ſi poſtmodum appareat, etiam in ſecunda inſtantia, nihilominus ſufficit ad actorum factorum conualidationem. *Angel. in conſil. 292. incip. viſis omnibus actis. col. fin. verſ. ſi autem inclinare vellemus. Rota in Antiquis. in deciſ. 248. incip. Nota, quod vbi ad requeſtam. voluit Aymo Crauett. in conſil. 108. num. 1. quos ſequitur nouiſſime Rota vt per Braunum in deciſ. Nouiſſ. Roman. 599. num. 1. vol 1.*

490 Primo declara, ſecus eſſe, ſi fuiſſet a † principio oppoſitum, & neglexiſſet pars mandatum producere, quia tunc per productionem, non conualidantur acta. *Vant. de nullitat. ex defect. mandat. ſub nume. 114. & alios allegans Marc. Anton. Bellon. in deciſ. Genuæ. 54. num. 6.*

491 Secundo declara † dictam concluſionem procedere, dummodo mandatum procuratorium ſit factum antequam fieret ſententia, vel oppoſitio, ſecus tamen ſi poſt ſententiam. Et ita intelligi oportere *tex. in l. licet. 56. ff. de iudic. voluit Rota in Antiq. in deciſ. 13. incip. Nota, quod geſta. & voluit Crauett. in dicto conſil. 108. num. 1. in fin. Anton. Auguſtin. in deciſ. Nouiſſi. Roman. 1742. lib. 3. vol. 3.*

492 Procurator † pſumitur dominũ informaſſe intra competentem terminum, habita loci diſtantis conſideratione & rei, ac negotij, de quo agitur importantia, & grauitate, *vt arg. l. ſi quis forte. verſ. quis enim dubitet. ff. de pœnis. voluit Ludouic. Roman. in conſ. 481. nu. 7. cuius conſiliũ pluries a Rota Romana Canonizatum ſcribit & ſequitur Franciſc. Cantuc. in deciſ. Nouiſſ. Roman. 131. parte 2. vol. 2.*

493 Intelligerem ſic † procedere, maxime ſi adeſt aliqua pſumptio, quod Dñs fuiſſet certioratus literis, vel alio modo a procuratore, *vt declarat Pereg. Fabi. in deciſ. Nouiſſi. Roman. 293. num. 4. lib. 2. volum. 3. Ioan. Baptiſta Coſta. de fact. ſcie. & igno. inſpectio. 97. num. 3. vol. 1.*

494 Si dominus conſtituit † procuratorem adreſignã dum beneficium, & poſtea mutauerit voluntatem, ſi mutatio non fuerit intimata, & notificata procuratori, conſenſus quem præſtaret procuraaor validus eſſet, ſin autem eſſet intimatus, conſenſus non valeret. *arg. clemen. prima. de renunciat. ita voluit Paul. AEmil. Verall. in deciſion. 110. numero 1. parte 2.*

395 Rationem reddere † tenetur procurator domino, & illi iura reſtituere, libros, ſcripturas, inſtrumenta, vt funt *l. cum ſeruus. 81. l. qui ſub conditione. 110. ff. de condit. & demonſtrat. Deci. in conſil. 533. ſub numero 2. verſic. In tertio dubio. Verall. in deciſion. 179. num. 1. in deciſion 180. num. 3. 6. parte 2. Anton. Auguſt. in emendat. lib. 1. emendationum. cap. 3. & lib. 4. cap. 7. Hierony. Magon. in deciſ. Florentin.*

42. *num.*

nu.2.Bellon.in decis.Genuæ.53.num.2.in decis.126. nu.4.in decis.191.nu.2.

496 Si quis egit,vt procurator,† & non ostendit mã datum,sed ostendit literas sibi missas a Domino,si recognoscantur esse manum illius, admittitur, *vt voluit Peregrin.Fabius in decis.nouissim. Roman. 143.num.1.lib.3.vol.3. Ioan. Baptista. Costa de facti scient.& ignor.inspect.97.nu.3.vol.1.Marc. Anton.Bellon.in decis.Genuæ.119.nu.1. & antea in decis.47.nu.2.in decis.23.nu. 20.in decis.70.numero. primo.*

497 Procuratores,& Aduocati † informant magistratus in scriptis, & non informatione verbali. *Marcellus Cardinal. Crescent. in decis.17.in titul. de procur.*

498 Si citatus quis per audientiam † cõtradictarum fit contumax,neque procurator mittitur, vel mandatum potuit produci, & non est productum, sibi imputet. *Rota in Nouis.in decis.169. incip. si vigore citationis quam sequitur.Paul. AEmil. Verall.in decis.102.per totam.lib.2.*

499 Procurator constitutus † ad impetrandum, & contradicendum,vel ad impediendum, si literæ arrestentur per auditorem palatii, potest impedire, quod causa non deuoluatur. *Rota in Antiquis.in decis.80.incip.Nota quod procurator.*

500 Ad probandam † mandati procuratorij scientiam,conceditur remissoria in partibus, *ut post Nicol.Milis in repertor.in uerb.remissoria, uoluit Paul. AEmil.Verall.in decis.59.nu.3.lib.2.*

501 Mandatarius debet † indemnis cõseruari e quo cunque damno sibi ex causa mandati contingẽte. *l.inter causas.26.§. sed cum seruus.ff.mandati. & uoluit ex dicto textu Marc. Anton. Bellon.in decisio. Genuæ.110.num.2.in decis.174.nu.2. in decis.178. num.2.ex Alexand.in consil.52.nu.3.uol.6. Cardin. Paris.in consil.90.nu.38.39.uol.1.*

502 Procuratores,& Aduocati † Regij priuilegijs curiæ, & curialium gaudent, *Petr. Rebuff.in cencord. Franc.titul. de election.derogat.in verb. regium aduocatum.vers.trigesimum quartum.fol.mihi.99.*

503 Mandatum continens,† quod procurator sit cõstitutus in negotijs,intelligitur etiam de litibus *ut concludit Francisc.Cantuccius in decis.Nouissi.Rom. 86.num.1.parte 2.uol.2.* Sed ibi aderant etiam verba,litibus,& negotiis quia alias non sic faciliter admitterem.

504 Impugnans mandatum †procutatorium factum in aliquem,& impugnator habet consimile,non auditur. *Paul. AEmil. Verall.in decis.182.num.4. lib.2.*

505 Mandatum † procuratorium ad resignandum in manibus Ordinarij ad fauorem certæ personæ, licet interpretari possit simoniace,& non simoniace, tamen interpretandum est simoniacum, *vt censuit Rota teste Verallo in decisiou.192. num.1.lib. secundo.*

506 Procurator † constitutus ad opponendum crimina,& defectus,poterit illa opponere, quamquã in mandato non exprimantur, *vt voluit Rota in nouis in decisio.254.incip.Procurator habens.& ita dicit obtinuisse Specul.in titul.de procurator.§.1.sub nu.15.vers.sed numquid sufficit. & idem ibi tenuit Ioan.Andr.*

507 Clerici † coniugati vxor potest pro marito in carceribus detento procuratorem ad agendum, & defendendum constituere. *Rota in nouis in decis. 203.incip.Vxor prædicti.*

508 Procurator † constitutus ad consentiendum reseruationi pensionis pro Petro, non potest vigore talis mandati extendi ad translationem pensionis in alio. *Anton. Augustin.in decis.nouissim. Roman. 35.nu.1.lib.1.vol.3.& in decis.32.lib.2.eod.vol.3.*

509 Mandatum ad petendum † debita habens, non habet,nec operatur ad petendum priuari ob debita. *Anton.Augustin. in decis.nouissim. Rom.1713. lib.3.vol.3.*

510 Constitutus † procurator ad resignandum,si resignat intra triginta annos, valet resignatio, quia principalis præsumitur cuius,& prætendens principalem esse mortuum,ipse probare debet,*vt ex dictis Bald.in c.ex tenore.col.1.vers. vbi tunc. de Testib.& ex alijs tenuit Rota apud Ioan.Paul.Lholom. in decision.Nouissim. Roman.862.nu.1.lib.3.vol.3.*

511 Procurator in vna causa † constitutus, eo ipso,quod est prolata sententia, desinit esse procurator.*l.inuitus. ubi gloss.in verb.extendere. C.de procur.l.si actor.C.de appell.& consul.Ioan.Paul. Tholom.in decis.Nouissim. Roman.1124.sub num. 1.lib.3. vol.3.*

512 Ante,& post litem contestatam † procurator cõstitui potest. *l.nihil.C.de procurat. Matthias Coler. in decis.German.139.num.1.*

513 Constituens † procuratorem contra omnes personas mundi, non intelligitur constitutus contra collegium,rempublicam,communitatem, vel vniuersitatem,*vt post Bald.in Rub.C.ad Trebellian.voluit Ioseph.Ludou.in decis.Lucens.39.num.36.*

514 Generalis † procurator,potest facere ea, quæ solitus est facere,puta declarari facere emphyteotam incidisse in commissum, *arg.l. vel uniuersorum. ff. de pignor.act.Curt.Iun.in consil.147.num.16. Deci. in consil.441.num.9.quos sequitur Ioseph.Lud.in decis.Lucens.43.num.10.11.*

515 Amplia supradictam † conclusionem procedere etiam si procurator faceret ea, quæ viderentur esse Domino præiudicialia, puta recipere pecuniam ad cambium,& vsuras, quando similia dominus facere solitus fuisset. *Lud. Roman.in consil.94.visis sub num.8.uers.quarto & quia posito in consil.114.incip. visis supra consultis. sub num.4.versicul. dicendum est,quod sic.Deci.in dicto consil.441.num.9.10.Franciscus.Bursat.in consil.44.num.8.vol.1.quos retulit,& sequutus est Ioseph.Lud.in decis.Lucens.43.nu.11.12*

516 Procurator constitutus † ad locandum, potest etiam exigere pretium a conductore, & conductor eidem locatori soluendo liberatur. *l. quod seruus. 35.ff.de solut.l.non ideo nouare.ff.de nouat.l.si unus, in prin.ff.de pact.l.quod seruus. 11.ff.depos.it. Bartol. in l.eum qui ita.§.qui sibi.in fin.ff.de uerb.oblig. & sic indi-*

iudicauit in conflictu sapientium Sacrum consilium apud Vincent. de Franch. in decis. Neapolitan. 699.

517 Defensor † eo differt a procuratore, quia procurator cum mandato, sed defensor sine mandato interuenit, de quo defensore fit mentio *in l. minor viginti quinque annis. ff. de procur. in* §. *Tutores vero. versicul. ab eius uero parte. in fit. de satisdationibus. & in* §. *si uero reus. eod. titul. Specul. in titul. de his, qui alien. nom. num.* 1. dicens defensor est, qui absque mandato se alicuius defensioni offert. *Bartol. in Rubric. ff. de procur. ante eum Accurs. in dictis iuribus. & in l. unica. in fin. C. de satisdand. Claud. Battandier. regul. crimin.* 18. *nu.* 5. *Dethardus Horsthius in Synopsi Thesium. lib.* 3. *titulo.* 3. *nu.* 1. *parte* 1.

518 Absque satisdatione in aliena causa † defensor nullus admittitur, eaque cautio de iudicato soluendo est. *l. Qui proprio.* 46. §. *qui alium. ff. de procur.* Vbi qui alium defendit, satisdare cogitur, nemo enim alienæ litis idoneus defensor sine satisdatione intelligitur. *l. Non uidetur.* 53. *ff. eod. tit. & habetur in dicto.* §. *tutores uero. &* §. *si uero reus. in fit. de satisdationibus Specul. in titul. de defensore. in princip. habetur in l.* 1. *C. de satisdan. plene Iaſ. in l. filius familias. ff. Qui satisd. cog. Voluit Francisc. Marc. in decisio. Delphin.* 164. *num.* 8. *vol.* 1. *Cappella Tholosan. in decis.* 413. *incip. Item fuit quæsitum, an defensor. Dethardus Horsthius in Synopsi Thesium. lib.* 3. *titul.* 3. *parte* 2.

519 In criminalibus causis † defensor absentiæ causas allegare potest, nec tenetur satisdare. *Accurs. in l. in eo. ff. de Regul. iur. Ioan. Andr. in Specul. in titu. de defensor. Bartol. in l si uero.* §. *de viro. ff. solut. matr. Bened. Capra in regul.* 65. *nu.* 19. *quem refert, & sequitur Hippoly. Bonacos. in commun. opin. crim. parte* 1. *in verb. defensor. facit pro hac conclusione text. in l. penultim.. §. publice. ff. de procu. Barthol. Bertazzol. in consil. crimin.* 280. *num.* 2. *vol.* 2.

520 Defensorem admitti ad faciendas †, defensiones pro absentibus, notatur *in dicta. l. seruum quoque. in dicto.* §. *publice.* Verum ne huius rei quæstio irresolutior reddi videatur, dubitationē omnem ample declarauimus supra hoc eodem titulo, *versic. in criminalibus causis. num.* 116. *cum pluribus seqq.* quo in loco per plures declarationes ad luculentam intelligentiam reduximus.

521 Sed non admitti † defensorem in criminalibus, sed iudicem dicere debere, principalē volo, vt personaliter compareat, vti melius informatus, & defensoribus dicendum, non noui vos, *ex gloss. in c. literas. in verb. de fratre. extra de præsumpt. & Hieronymo Buttigella in l.* 2. *num.* 17. *C. de edendo. uoluit Dominicus Arumæus in decis. Ienensi.* 7. *nu.* 19. 20. dicens, ipsum vicies dum esset Assessor, tam in facultate, quam in Dicasterio prouinciali, defensores absentium non admittendos pronunciatum vidisse.

FINIS.

FINIS

INDEX
OMNIVM VERBORVM, RERVM, AC MATERIARVM,

IN QVOTIDIANA PRAXI TAM CIVILIVM, QVAM CRIMINALIVM causarum occurrentium locupletissimus, de quibus in hac Decisionum totius Christiani Orbis Summa tractatio suscepta est, ita dispositus, vt secundum Alphabeti seriem Studioso Lectori ad singula facilior aditus pateat.

Abbas.

Abbas commendatarius incapax est beneficiorum, & ad illa obtinenda inhabilis. Titul. 20. num. 57. 58. & Titul. 21. num. 32.

Abbas maior in communi etiam Capitulo non potest minuere ius vnius ecclesiæ, nisi ex iusta causa, & vocato possessore. Titu. 15. num. 57.

Abraham.

Abrahæ benedictio a DEO facta, propter suorum mandatorum obedientiam. Titul. 46. nu 2.

Abraham iurare fecit seruum suum seniorem, dum illum misit ad procurandam filio suo Isaac vxorem. Titul. 61. nu. 3.

Absens.

Absenti per procuratorem an concedatur Iuramenti absolutio. Titul. 61. num. 64. 65.

Absentiæ causas defensor allegare potest. titul. 66. num. 519.

Absolutio.

Absolutio iuramenti simplex, non tollit vim iuramenti. Titul. 43. num. 94. 95. 96. 97.

Absolutiones, & relaxationes iuramenti a iuramento sunt inuentæ, tanquam medicinæ, ad euitanda periuria. Titul. 61. num. 16.

Absolutio, & relaxatio a iuramento, an eneruet obligationis contractum. Titul. 61. nu. 18.

Absolutio, & relaxio a iuramento differunt, & de ambabus debet fieri dispensatio. Titul. 61. nu. 19.

Absolutio, & relaxatio a iuramento ab Episcopo iurantis, vel loci contractus concedi debet. Titul. 61 num 27 28.

Absolutio iuramenti, vide cetera in verb. Iuramenti absolutio.

Absolutio Periurij.

Absolutiones ab excommunicatione, an requirant partium citationes. Titul. 44. num. 185.

Absolutio non datur, nisi contrito, & confesso. Titul. 61. nu. 65.

Academia.

Academijs, & studijs vacantes, residentiam facere dicuntur. Titul. 10. num. 26. 35.

Accedens.

Accedentem ad fidem, credere oportet. Titul. 1. num. 15.

Acceptatio.

Acceptatio prior præfertur ex duobus expectantibus. titul. 20. num. 69.

Acceptatio primi, quæ fuit valida, licet regulariter reddatur nutilis, præstat tamen secundo impedimentum. Titul. 20. nume. 147.

Acceptatio facta ante mortem, siue per vnum diem, & ante vacationem beneficii, inualida est. Titul. 21. num. 68.

Acceptatio, & prouisio ante expeditionem literarum, valet. Titul. 22. num. 43.

Acceptatio facta ante purificationem gratiæ, si postea intra mensem purificetur, & renouetur, valet. Titul. 22. num. 42.

Acceptatio noua requiritur post verificationem pauperis. Titul. 22. num. 89.

Acceptatio pauperis ante acceptationem gratiæ, quæ non purificatur intra mensem, non valet, nisi fuerit in forma (Dignum arbitramur) Titul. 22. num. 90.

Acceptatio requiritur beneficijs reseruatis, & acceptantis animus. Titul. 23. num. 80.

Acceptanti sufficit probare, quod ante acceptationem beneficium vacauit. Titul. 21. num. 49.

Acta.

Acta facta in iudicio coram Iudice mortuo, sequi debent, coram eo, qui in locum eius est subrogatus. Titul. 42. nu. 78.

Acta iudiciaria per scripturas probantur, non autem per testes. Titul. 42. num. 81. 82.

Acta, & sententia facta a iudice incompetenti sunt nulla. Titul. 43. num 127.

Acta, & intitanta producta ante litem contestatam, reproduci debent in termino in causa dato. Titul. 47. num. 96.

Acta nulla sunt post ineptum libellum. Titul. 49. nu 50. 51. 52. 53. 54 55 56.

Acta facta coram Arbitris, an coram iudice fidem faciant. Titul. 63. num. 402. 403. 404.

Attentata.

Attentatorum reuocatio, an requirat Libellum. Titul. 49. nume. 114.

Actio.

Actione hypothecaria auocatur feudum. Titul. 34. num. 646.

Actio primordialis, non casus superueniens attenditur. Titul. 41. num. 225.

Actio ciuilis, & criminalis, quando simul cumulentur. Titul. 49. num. 177.

Actio quanto minoris, num sit ciuilis, an criminalis. Titul. 49. num. 351.

INDEX.

iones empti triginta annis præſcribuntur. titul.49.numer. 352.
Actiones Prætoriæ rei perſequutoriæ, an ſint temporales? titul. 49.num.353.
Actiones perpetuantur litis conteſtatione. titul. 50. numer. 100.
Actiones, an ex compromiſſo iurato naſcantur? titul.60. nu.93. 94.
Actionem an pariat pactum nudum ? titul.60. numer. 275. 276.
Actio ex compromiſſo ex quibus detur? titul.63.num.391.
Actio mandati, an oriatur pro fideiuſſore contra illum pro quo fideiuſſit.titul.66.nu.450.

Actor.

Actor ſequitur forum Rei.titul.43.num.46.
Actoris electio eſt in alternatiuis.titul.43.num.103.
Actori dilatio non datur, quia debet venire inſtructus.titu.47. num.17.18.19.
Actoris procurator de mandato docere debet, alias a iudicij obſeruatione abſoluitur.titul.66.num.461.
Actor conſtitutus a tutore, ſi agit, vt procurator, & obtinet, an ſententia valida ſit? titul.66.num.480.
Actor vniuerſitatis ab adminiſtratoribus, non ab vniuerſitate conſtituitur.titul.66.num.20.

Actus.

Actus reciproci in beneficialibus reprobantur. titul.20. num. 330.
Actus ex breuitate temporis præſumitur præcipitatus. titul.63. num.19.

Accuſator.

Accuſator libellum mutare non poteſt, alias tenetur Senatus cõſulto Turpilliano.titul.49.num.158.

Accuſatus.

Accuſatus, cui fuit decreta tortura, an immunitate eccleſiaſtica gaudeat? titul.3.num.94.95.

Adam.

Adamum reum fecit mandati DEI tranſgreſſio. titul.46. nume.1.3.

Adminiſtrator.

Adminiſtrator cappellæ, cui vigore inſtitutionis bonorum alienatio prohibita eſt, non poteſt ad tres vitas emphyteoſim cõcedere.titul.31.num.327.

Adiunctus.

Adiunctus, qui datur Conſiliario, ſiue cauſæ commiſſario, an iuramentum præſtare debeat? titul.60. num. 418.

Adminiſtrator.

Adminiſtratores, & procuratores Dominorum ſæcularium, ac rerum ipſorum clerici eſſe non debent.titu.11.num. 40.

Adiutorium.

Adiutorium duplex debetur, ſi Dominus, ſiue feudatarius bis maritat, puta duas filias in anno.titul.34.num.947.

Adoha.

Adoha ſoluenda eſt ſuperiori a primogenito, non a ſecundogenito, vel alijs.titul.34.num.314.
Adoha, ſi imponeretur, feudatarius non tenetur, niſi, vna vice ad illius ſolutionem Domino faciendam. titul. 34. nume. 665.
Adoha, an ſit ſolutio, quæ fit loco ſeruitij, quod præſtare tenebantur feudatarii Regi.titul.37.num.1.3.4.5.6.
Adoha, ſiue Adohamentum, quare ſic appellatum.titul.37. nume.7.8.
Adoham in pecunia quærere, vel potius exigere ſeruitia, an ſit in electione Regis? titul. 37. num.9.10.11.12.13. 14.15.16. 17.18.
Adoham, an ſoluere teneatur ſecundogenitus, qui habet vitam & militiam? titul.37.num.24.25.
Adoha ſi imponeretur, ſemel tantum ad ſolutionem Domino faciendam tenebitur.titul.37.num.30.

Aduocati.

Aduocati hæres poteſt ſeruire per ſubſtitutum. titul.34. nume. 660.
Aduocati, Rhetores, & Oratores ſunt Synonyma. titul. 65.nume.1.
Aduocati officium alibi tractauit Author remiſſiue.titul.65. nume.2.
Aduocatorum infinitus eſt numerus, & ſunt plures Aduocati, quam teſtes.titul.65.num.4.
Aduocati, qui cauſas mendicant, quærendi non ſunt.titul.65. num.5.
Aduocati. Quid dicat de Aduocatis D. Bernardus titul. 65.nume.6.
Aduocatus eſt publici iuris peritus, & cauſarum agitatione exercitatus.titul.65.num.7.
Aduocatus, & orator perfectus dici non eſt, qui ex omni ſcientiarum genere, non delectetur, & illarum cognitionem habeat.titul.65.num.8.
Aduocati requiſita enumerat Petrus Gregorius I. C. celeberrimus Tholoſas.titul.65.num.12.
Aduocati non omnes in ſupremis tribunalibus indiſcriminatim admittebantur.titul.65.num.14.
Aduocati quinquaginta conſtituti erant apud Alexandriæ præfectum.titul.65.num.15.
Aduocati centum quinquaginta conſtituti fuerunt apud Prætorium Illyrici.titul.65.num.16.
Aduocati conſiſtoriales Romæ a Summis Pontificibus decem conſtituti fuere.titul.65.num.17.
Aduocatos clariſſima eloquentię lumina appellauit Iuſtinianus Imperator.titul.65.num.18.
Aduocati conſiſtoriales iuris vtriuſque Doctores, ac præuia publica diſputatione, & rigoroſo præcedente examine, creantur, vt titul.65.num.19.
Aduocatorum officium, humano generi perquam neceſſarium. titul.65.num.20.
Aduocati militare dicuntur.titul.65.num.21.
Aduocatis nullum perſonale munus iniungitur, nec onere collectarum grauantur.titul.65.num.22 Declara, num.23.
Aduocati, quomodo eſſe debeant ex Carolo Magno. titul.65. num.29.
Aduocati munus, & officium exercere non poteſt, nec debet, qui annis quinque non ſtuduerit.titul.65. num.31.
Aduocatus cogitur litigantibus inſeruire.titul.65 num.32.
Aduocati, an dentur petentibus? titul.65.num.34. 35.
Aduocati dantur pupillis, feminis, debilibus, & miſerabilibus perſonis, etiam non petentibus.titul.65.num.36.
Aduocati, qui dantur miſerabilibus perſonis, an debeant pro illis gratis patrocinari? titul 65.num.37.
Aduocatus, an peccet, qui renuit, gratis patrocinari pro perſonis miſerabilibus? titul.65.num.38. Declara.num.39. 67.
Aduocatum Regium pauperum, ſuo ſumptu, & ſtipendio, depatat Rex Catholicus.titul.65.num.40.
Aduocatos etiam gratis dat Camera Imperialis. titul.65. num. 42.
Aduocati pœna patrocinare recuſantis.titul 65. num.43. Declara num.44.45.46.
Aduocatorum ſalaria, honoraria, appellantur. titul.65.numer. 47.
Aduocati Athenienſes Stratocles, & Diemolides, ſe in vicem in forum, tanquam ad menſam auream inuitabant. titul.65. num.52.
Aduocatorum ſalaria, pro modo litis, pro Aduocati facundia, fori, & loci, in quo acturus eſt, conſuetudine, ſtatuenda ſunt.titul.65.nu.53.
Aduocati ſalarium, & ſtipendium pro modo laboris eſt ſtatuẽdum.titul.65.num.54.

Aduocato licet iuſtum patrocinium, Iuriſconſulto rectum conſilium vendere. titul. 65. num. 55.
Aduocato niſi bene ſatisfiat, non bene ſtudebit. titul. 65. num. 56.
Aduocato prohibetur quotæ litis pactum. titul. 65. numer. 57.
Aduocatus de certo, moderatoque palmario quietari poteſt. titul. 65. num. 60.
Aduocato perpetuum annuum ſalarium, an paciſcatur vniuerſitas? titul. 65. nu. 61.
Aduocatus de habendo rem aliquam pro ſalario, an paciſci poſſit? titul. 65. nu. 62.
Aduocatorum, & Doctorum ſalarium per iudicis officium nobile petitur. Titul. 65. nu. 63.
Aduocato ſi promiſſum fuerit ſalarium ex ſtipulatu actio competit. titul. 65. num. 64.
Aduocato etiam ſi eminens ſalarium promiſſum fuerit, ex promiſſione oritur actio. titul. 65. num. 65.
Aduocato ſalarium debetur, & ſi non ſit promiſſum. titul. 65. num. 66.
Aduocati in curia Romana ex conſuetudine, & pulcherrimo vſu, non voce, nec informatione verbali, ſed ſcriptis dubia reſoluunt, qui modus litigantibus, vtilis eſt, Aduocatis vtilior, vt ingeniorum perſpicacitas nota ſit. titul. 65. num. 68.
Aduocatus, quo dandus eſt in cauſa hæreſis? titul. 65. nu. 69. Declara, num. 70 71. 72 73.
Aduocatus, an teſtis eſſe poſſit pro illis, quibus patrocinium præſtitit? titul. 65. num. 74. Declara. nu. 75. 76. 77 78. 79 80. 81. 82.
Aduocato pro victoria plurium cauſarum ſalarium an debeatur, ſi aliquas cauſas vicit, in aliquibus ſuccumbuit. titul. 65. num. 83.
Aduocati paciſci contra Dominum an poſſint? titul. 65. num. 84. Declara. num 85 86 87 88. 89 90.
Aduocati num paciſci poſſint, eorum ſumptibus, & expenſis litem finiri facere? titul. 65. num. 91. 92.
Aduocati Regij in Gallia, & libellorum Regiorum Magiſtri pro aliis prius poſtulabant, demum in Anno 1546. id optima Conſtitutione ac ordinatione prohibitum fuit per Regem Chriſtianiſſimum. titul. 95. num 93. 94.
Aduocati, vt fiant Conſiliarij Regij pro aliis, princeps in aliqua cauſa licentiam concedere poterit. titul. 65. num. 94. 129.
Aduocati Galli celebres, & clariſſimi, Lyſetus, Peyetus, & Montolonius. titul. 65. num. 94. 129.
Aduocatus an eſſe poſſit, qui fuit iudex in cauſa? titul. 65. num. 95. 96.
Aduocatus minoris, an poſſit ipſum minorem inſtruere? titu. 65. num. 97.
Aduocatus inimicus meus, an prohiberi poſſit, ne ſit aduocatus pro eo, cum quo litem habet. titul. 65. num. 98.
Aduocati Regij, an Curialium priuilegijs gaudeãt? titul. 65. nu. 99.
Aduocatus Regius abſentibus iudicibus, an ipſe iudicat? titul. 65. num. 100. 101.
Aduocato Regij Fiſci abſente, cauſæ criminales expediri nequeunt. titul. 65. num. 101.
Aduocati, pro ſalario, ac patrocinio, an feudum ex pacto, & prouidentia alienari poſſit? titul. 65. num. 102. Declara. num 103. 105. 106.
Aduocatiæ, Guardiæ, & Caſtaldiæ feudum eſt annale, nec ad hæredes tranſmittitur. titul. 65. num. 104.
Aduocatus Regius, & Canonicus, an contra Regem poſtulare poſſint? titul. 65. num. 107.
Aduocati in ſupremo Senatus Pariſienſis Parlamento, non admittuntur, niſi ſint approbati. titul. 65. num. 108.
Aduocatus non debet in medio litis cauſam, ac illius patrocinium deſerere. titul. 65. num. 110.
Aduocatus in ſua cauſa, & qui illam fouit, an ſumptus, & expenſas recuperet? titul. 65. num. 111. 112. 113. 114.
Aduocatus colludens cum parte, & reuelans illius ſecreta, num falſum committat. titul. 65. num. 116.
Aduocatus donatarius, & contra donantem ſit aduocatus, an eo caſu, tanquam ingratus donatione priuetur? titul. 65. num. 119.
Aduocatus fiſci ſi moriatur, ſalariũ anni an ad hæredes, an eodẽ modo locum habeat in alijs aduocatis? titul. 65. num. 122. 123.
Aduocatus Fiſci, dum reus quæſtioni ſubijcitur, præſens eſſe debet. titul. 65. num. 124.
Aduocatus in cauſa, ſi fiat iudex, an poſſit, vt ſuſpectus allegari? titul. 65. num. 125.
Aduocare, & poſtulare, an poſſint in foro ſæculari, clerici, & Monachi? titul. 65. nu. 126. 127. 128.
Aduocationis officio fungi nequeunt officiales, & magiſtratus Regij in hoc Regno Neapolitano, conſiliarij Regij, Præſidentes Regiæ Cameræ, Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, Auditores prouinciarum, ſine ſolius Regiæ Maieſtatis licentia atque illius diſpenſatione, vt pro alijs poſſint patroncinari, & contra facienti imminet pœna priuationis officiorum. titul. 65. nu. 128.

Aedificatio.

Aedificaſſe dicitur eccleſiam, qui pro illa ædificanda domum dederit. titul. 2. num. 2.
Aedificatio Templi. in verb. Templi.

Aegroti.

Aegroti, & infirmi ex infirmitate quæ impedit, vt quis perſona inter intereſſe nequeat, cotidianas diſtributiones habere non debent. titul. 9. num. 19.

Aegidianæ.

Aegidianæ conſtitutiones. in verb. conſtitutiones.

Aetas.

Aetas expreſſa in gratia per impetrantem probanda eſt, cum ſit fundamentum, & pars gratiæ. titul 22. num. 53.
Aetas Arbitri de iure Canonico, & ciuili, quæ ſit? titul. 63. num. 192. 193. 194. 195.

Agens.

Agens ex vna cauſa, & probans ex altera in cauſis ſummarijs obtinere debet titul. 42. num. 69.
Agens ex mandato inſufficienti, an ex ſufficienti mandato acta conualidentur. titul. 66 num 435.
Agens tanquam procurator expectantis, an poſſit nomine ſuo agere contra principalem. titul. 66. num 445.

Agnati.

Agnatis ius ſuccedendi in feudo paterno competit. Titul. 34. nume. 451.
Agnatus qui non eſt hæres defuncti debita hæreditaria ſoluere non tenetur. titul. 34. num 478. Declara, num. 479.
Agnati quando ſuccedant in feudo. in verb. feudum.

Agricolæ.

Agricolæ an gaudeant priuilegio fori tamquã perſonæ miſerabiles. titul. 56. nu. 57.

Album.

Album prætoris quid ſit? remiſſiue. tit. 44. num. 83.

Alea.

Aleæ luſu clerici abſtinere debent. titul. 11. num. 33.
Aleator clericus eccleſiaſticum beneficium obtinere non debet. titul. 15. nu. 55. 56.

Alexander.

Alexander Macedo Iaddum Pontificem Summo ſtudio, ſummaque reuerentia, adorauit. titul. 3 num. 10.
Alexander Macedo Templum Hieroſolymitanum multis priuilegijs, ac immunitatibus muniuit. titul. 3 num. 11.

INDEX.

Alexius.

Alexij Comneni Imperatoris Conſtantinopolitani Conſtitutio ad fauorem eccleſiaſtici fori. titul. 7. num. 101.

Alfonſus.

Alfonſus Decimus Hiſpaniæ Rex, Imperator electus. titul. 12. num. 43.

Alienatio.

Alienatio rerum eccleſiæ, ſine debitis ſolennitatibus prohibita eſt. Titul. 15. num. 1.

Alienatio rerum eccleſiæ, quas ſolennitates requirat? titul. 15. num. 2.

Alienare eccleſiæ res poteſt Papa, & is, qui ab eo poteſtatem habet. titul. 15. num. 5. 6. 8. 9. 10.

Alienatio rei eccleſiæ per obreptionem Papæ facta, inualida eſt. titul. 15. num. 9.

Alienatione in rei eccleſiaſticæ interueniſſe requiſitas ſolennitates, Notario id aſſerenti non creditur. Titul. 15. num. 10.

Alienationis rei eccleſiaſticæ ſolenniter factæ, creditur Prælato vel delegato aſſerenti. Titul. 15. num. 11.

Alienare poteſt Prælatus res eccleſiæ in remunerationem, vel in laboris præmium. titul. 15. num. 12. 13. 14.

Alienare donando res eccleſiæ poteſt Prælatus vita eius durante. titul. 15. num. 15.

Alienatione in rei eccleſiaſticæ, Vicarij, & officialis epiſcopi authoritas non ſufficit. titul. 15. num. 18.

Alienatio rei eccleſiaſticæ modici valoris valet. titul. 15. nume. 16.

Alienatio rei eccleſiaſticæ cum ſolennitatibus requiſitis, licet valida ſit, per in integrum tamen reſtitutionem reſcinditur. titul. 15. nu. 19. 20.

Alienatio rei eccleſiaſticæ, ſiue diſmembratio, requirit contractus expreſſionem, & Rectoris vacationem. Titul. 15. num. 21.

Alienatio rei eccleſiaſticæ per viam permutationis cum Principe valet, accedente ſuperioris conſenſu. titul. 15. nume. 22. 23.

Alienatio per Prælatum facta in conſanguineum, ſuſpicione non caret. titul. 15. num. 25.

Alienationis rei eccleſiaſticæ nullitas, allegari poteſt, Dummodo eccleſia voluerit. Titul. 15 num. 26.

Alienatio rei eccleſiæ, ob vtilitatem, vel ob æs alienum, probari debet. titul. 15. num. 27.

Alienationis rei eccleſiæ inſtrumentum ſi mentionem ſolennitatum non faciat, ſeptuaginta annorum lapſu, & curſu præſumuntur. titul. 15. num. 28.

Alienatio bonorum eccleſiæ ob ſtatutum in caſibus non prohibitis, non impeditur. Titul. 15. num. 30.

Alienatio bonorum Eccleſiæ de vna in aliam perſonam, an ſit permiſſa? titul. 15. num. 32. 33.

Alienatio rei ſterilis eccleſiæ, poteſt abſque decreto fieri. titul. 15. nu. 35.

Alienare non poſt prelatus rem eccleſiæ in menſa repertam Romano Pontifice inconſulto. R. 15. num. 36.

Alienatio rei eccleſiæ pro redemptione captiuorum, an permittatur. titul. 15. nu. 37.

Alienata per prælatum prædeceſſorem male, reuocat prælatus ſucceſſor. titul. 15. num. 51. 52.

Alienare poteſt prælatus Res eccleſiæ neceſſitatis tempore, etiam ſi iurauerit non facere Romano Pontifice inconſulto. titul. 15. num. 53.

Alienatio rerum eccleſiæ alicuius præbendæ fieri poterit per aliquos canonicos, cum epiſcopi, & Capituli conſenſu. tit. 15. num. 54.

Alienatæ res illi liberantur, qui iuſtum pretium obtulit, remoto illo, qui vltra valorem debitum, ob æmulationem plus offerret. titul. 15. num. 55.

Alienabile quod eſt, an ſit compromiſſibile. titul. 63. num. 60.

Alienationis bonorum naturam alterans, atque illius formam, an data conſuetudine, fieri valeat? titul. 15. num. 57.

Alienatio de iure prohibita, & ex diſpoſitione hominis, etiam in caſibus permiſſis fieri non poteſt titul. 15. nume. 10 58.

Alieanre bona eccleſiæ princeps non poteſt, etiam pro bono pacis abſque eccleſiaſtici ſuperioris authoritate, non dicam. tit. 15. nu. 59.

Alienante prælato indebite rem eccleſiæ, datur contra ipſum actio ad repetendum. titul. 15. num. 62.

Alienatis rebus eccleſiæ, etiam ſi non præcedat prælati, & Capituli negligentia, ſine conſenſu, & mandato omnes agere poſſunt, Titul. 15. numer. 63. Declara. numero 64.

Alienata ſi ſunt male bona, vendicanti Rectori, ſi opponatur perſonæ illegitimitas, hoc tamen non obſtante agit. titul. 15. vna cum num. 65.

Alienatione rei eccleſiaſticę bona fide facta controuertitur, cum vertatur, an emptori poterit & debitum reſtitui. tit. 15. nu. 66 67. 68.

Alienationis rei eccleſiaſticę læſio inſpicitur tempore cõtractus titul. 12. 71.

Alienationis rei eccleſiaſtici læſio non conſideratur, quando actus alij ſuperſunt, quibus prælatus moreretur.

Alienatio rei eccleſiaſtici, vltra Triden. Concilium, fieri nequit. tit 16. num. 1. 2. 5.

Alienatio non dicitur fieri per dominum præſtantem conſenſum, & ſuam voluntatem, ſed dicitur impedimentum tollere. titul. 34. num. 640.

Alienatio feudi ex primo, & ſecundo decreto, fieri non poteſt, niſi Regis, vel ſuperiores domini aſſenſus interueniat. titul. 34. num. 648.

Alienatio rei dotalis cum iuramento a muliere facta, an valeat? titul. 60. num. 128.

Alienare prohibitus, an poſſit compromittere. titul. 63. numero 54. 55.

Alienatio feudi, vide in verb. feudum.

Alienatio, ſiue permutatio facta de feudo dotali inter virum, & uxorem cum iuramento, an teneat. titul. 60. num. 216.

Altare.

Altare Domino erexit Iacob in Bethel. titul. 3. num. 3.

Alimenta.

Alimenta præſtare debet vxori maritus, deciſa pro vxore cauſa matrimoniali, & licet appellauerit, a temporali iudice cogi poterit ad alimenta eidem vxori præſtanda. titul. 43. numero 88.

Alimentorum in cauſa nulla datur dilatio, cum venter moram non patiatur. tit. 47. num. 63. Declara. num. 64.

Alimentorum in cauſa, an libellus requiratur. titul. 49. nu. 106. 107. 108. 109.

Alimentis ſuper futuris tranſactio facta. an valeat. titul 60. nu. 215. 216.

Alimentorum cauſa, an ſit compromiſſibilia. titul. 63. num. 147. 148. 149. 150. 151.

Allodium.

Allodialis, an feudalis res præſumatur. titul. 34. num. 381. titu. 38. num. 15. 16 17. 18.

Allodium eſt ius purum, & liberum, quod a nemine, ſed a ſolo DEO eſt recognitum, & eſt illius, qui illud poſſidet. titul. 38. num. 1.

Allodium vnde dicatur. titul. 38. num. 2. 3.

Allodialia bona poſſunt feudalia fieri. titul. 38. num. 4. 5.

Allodialem eſſe rem ſuam negans, poteſt poſtmodum variare, & dicere illam eſſe feudalem. Titul. 38. num. 13.

Allodium feudo incorporatum, non mutate ſuam naturam. titul. 38. num. 14.

Allodium poteſt ſine conſenſu alicuius Domini alienari. titul. 38. num. 22.

Ambitus.

Ambitus eccleſiæ, an gaudeat immunitate eccleſiaſtica. titul. 3. num. 44. 45. 46. 47. 48. 49.

Annata.

Annatam quis ſoluere tenetur ſecundum taxam factam in Camera, licet beneficium ſit maioris, vel minoris valoris. titul. 25. num. 1.

Angelus.

Angelus de Vbaldis in materia dilationum optime loquitur. titul. 47. num. 42.

Annęus.

Annæi Roberti I.C. clariſſimi Pariſienſis Laudes. Titul. 63. nume. 45.

Anni.

Anni Domini noſtri IESV Chriſti ab illius natiuitate numerantur Romæ, ſic in tota Italia, Aragonia, Catalonia, in omni Hiſpania, Dacia, & Vaſconia, ſed in Gallia, Alemania, & Anglia computantur a die Annunciationis Glorioſæ, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ. titul. 14. num. 103.

Annuus.

Annuas redditus ſuper feudo per patrem conſtitutus, non a ſolo primogenito ſoluendus erit, ſed ab omnibus alijs filiis. titul. 34. nu. 550.

Animalia.

Animalia clericorum, an exequi poſſint. titul. 7. num. 52. 53.

Anterior.

Anterior data literarum Apoſtolicarum præfertur. titul. 20. nume. 67.

Antiquior.

Antiquioris eccleſiæ ius ſeruandum erit. titul. 1. num. 14.

Antonius.

Antonius Heringius I.C. Eruditiſſimus Germanus laudatur. titul. 60. nu. 37.

Appellatio.

Appellatio a Præfecto Prætorio non dabatur. titul. 13. nume. 89.
Appellatio, an detur a ſententia condemnationis Decimarum titul. 19. num. 67 68 69 70 71
Appellatio, an detur a Dictatore Vrbis Romæ. titu. 41. num. 12.
Appellationum cauſas, quas de iure ita vocamus, cauſas Reſtor tus Galli vocant. titul 41. num. 79
Appellationum, ſiue ſecundarum cauſarum iuriſdictio ſpecialem conceſſionem requirit. titul. 41. num. 120. 121.
Appellanti ab interlocutoria ſi iudex detulit, licet appellatio ſit friuola, Iuriſdictio tamen tota ad appellantem deuoluitur. titul. 41. nu. 174.
Appellans ab interloquutoria non eſt amplius citandus, quia ſtatim eſt contumax. titul. 46. num. 130.
Appellationis in cauſa non fit iuriſdictionis prorogatio. titul. 41. nu. 120. 121.
Appellari, a ſententia, ſiue Laudo Arbitri, an poſſit, ample? titul. 63 num. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268 269 270 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287.
Appellatio, an detur a laudo a partibus homologato? titu. 63. nume. 305.
Appellationis ſpecies eſt, ad arbitrium boni viri reductio. titul. 63. num. 288. 289.

Appetitus.

Appetitus guloſus damnatus eſt. titul. 11. nu. 30.

Apoſtatæ.

Apoſtatæ tanquam infami eccleſiaſtica beneficia conferri nequeunt. titul. 20. num. 231.
Apoſtata a fide immunitate eccleſiaſtica non gaudet. titul. 43. nu. 52.

Apoſtoli.

Apoſtoli Pauli dictum ad Romanos. cap. 3. quomodo intelligẽdum ſit? titul. 1. num. 23.
Apoſtolorum Sanctorum fides. titul. 1. num. 28.
Apoſtolorum Sanctorum Symbolum pro Catholica fide. titul. 1. num. 29.
Apoſtolorum Symboli Sancti Laudes ex DD. Ambroſio, & Auguſtino. titul. 1. nu. 31. 32.
Apoſtolica prouiſio præſtat coloratum titulum. titul. 20. num. 84.
Apoſtolici impetrantes præferuntur in vim ſpecialis priuilegij præferuntur nominatis per Archiepiſcopum titul. 20. num. 200.
Apoſtolicus receptus ad poſſeſſionem ſub conditione, ſi ſibi de iure debeatur, & non alias, cenſebitur tamen pure receptus. titul. 20. nu. 207.
Apoſtoli Arij Hæreſim per deciſionẽ confutarunt. tit. 1. nu. 2.

Aprutini.

Aprutini æſtiuis temporis citati in Regijs Tribunalibus Neapoli reſidentibus ob aeris mutationem, comparere non tenentur. titul. 44. nu. 564.

Apuleius.

Apuleius memorandos Aduocatos Romæ, tradidit has proprietates habuiſſe, Catonem grauitatem, Lælium lenitatem, Hortenſium diſtributionem, Caluum argutiam, Salluſtium Parſimoniam, & Ciceronem Opulentiam. titul. 65. num. 9.

Aqua.

Aqua Fontis Baptiſmalis, dum Demetrius Epiſcopus Arianus baptizat contra eccleſiæ formam, diſparuit. titul. 1. num. 13.

Arbiter.

Arbiter an citandi poteſtatem habeat. in verb. Citatio.
Arbiter mulctare poteſt contumacem. titul. 46. nume. 83. 84.
Arbitri neceſſarij ex forma ſtatuti poſſunt mulctam indicere, quia dicuntur Arbitri iuris. titul. 46. num. 84.
Arbitri diffinitiones plures remiſſiue. titul. 63. num. 2.
Arbitrorum omnis poteſtas ex compromiſſo dependet. titul. 63. num. 9.
Arbitri creati ſtatuto cogente, dicuntur arbitri iuris. Titul. 63. num. 40.
Arbitrorum poteſtas, an ſuperet poteſtatem iudicum? titul. 63. num. 41. 42.
Arbitri electi vigore ſtatuti, an compromiſſi onus ſuſcipere cogantur. titul 63. nu. 46 47 48.
Arbiter, an procedat de iure, & de facto in procedẽdo, & in ſententiando. titul 63. nu. 159. 160 161.
Arbitrix an eſſe poſſit mulier? titul. 63. num. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171.
Arbitri in Regno Neapolitano præfixum habent terminum, intra quem debent cauſam expedire, quem poſſunt partes prorogare. titul. 63. num. 220. 221.
Arbitri ætas de iure canonico, & ciuili, quæ ſit? titul. 63. num. 192. 193. 194. 495.
Arbitri accepto ſemel compromiſſo, illud amplius recuſare non poſſunt. titul. 63. num. 223.

INDEX.

Arbitri coguntur a iudice ad procedendum, & ad sententiandum. Titul. 63. nu. 224.

Arbitri elapso termino intra quem sententiam, siue laudum proferre possunt, an ad vlteriora procedere valeant. Titul. 63. nu. 324. 325. 326. 327. 328. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340.

Arbiter tertius quo modo eligatur, præsertim in Regno Neapolitano. Titul. 63. nu. 358.

Arbitri suspecti allegari possunt. Titul. 63. nu. 394. Declara. nu. 395. 396. 397. 398. 400.

Arbitri eliguntur in Gallia ad faciendas diuisiones, & actus similes Titul 63. nu. 401.

Arbitri condemnationem expensarum, ac fructuum, an faciant. Titul. 63. nu. 406. 407.

Arbitri in Regno Neapolitano fieri nequeũt, qui sunt officiales Regij. Titul. 63. nu. 408.

Arbitrator, quis sit, & quo modo procedat. Titul. 63. num. 163. 164.

Arbitratrix fuit Femina Illustris Hilaria de Lauria Rogerij de Lauria Magni Admirati filia inter Ciuitates Fasanellæ, Corleti, & Sancti Angeli. Titul. 63. nu. 169.

Archiepiscopus.

Archiepiscopalis ecclesia, an possit dari Cardinali Diacono. Titul. 2. nu. 15.

Archiepiscopus, & Canonici stante consuetudine, ad quid teneãtur. Titul. 2. nu. 20.

Archiepiscopos duos habere vnam prouinciam, monstruosum est. Titul. 6. nu. 5.

Archiepiscopus, an per suum Vicarium contra episcopum suffraganeum procedere possit. Titul. 6. nu. 16.

Archiepiscopalis Curia Neapolitana, nullum a iuramẽto absoluit, nisi per viginti dies ante tempus solutione statutum. Titul. 61. nu. 33.

Archidiaconus.
Archipresbyter.

Archidiaconatum, vel Archipresbyteratum a Papa impetrans, dicere debet, an sit cum cura, vel sine cura. Titul. 20. nu. 115.

Archipresbyteratus cum beneficio curato, sunt incompatibilia. Titul. 20. nu. 220.

Argentarij.

Argentarii, siue Bancherii publici, an gaudeant immunitate ecclesiastica. Titul. 3. nu. 97.

Arius.

Arij Alexandrini Patriarchæ hæresis, quo ad Sanctissimam Trinitatem. Titul. 1. nu. 1.

Arii hæresim confutauit Concilium Nicenum. Titul. 1. nu. 3. 4.

Arii hæresim, qui sequuti fuere. Titul. 1. nu. 8.

Arii hæresis sequaces damnauit Academia Vuitembergensis. Titul. 1. nu. 8 9.

Arii fatalis mors. Titul. 1. nu. 10.

Arnaldus.

Arnaldus de Villanoua, qui dicebat, hominum vitam restaurari posse, si ne carnium esu, cum vino, & vitellis ouorum, reproba tur. Titul. 60. nu. 313. 316.

Arnaldi de Villanoua hæreses. Titul. 60. nu. 317.

Aristoteles.

Aristoteles DEVM Omnipotentem esse, qui Mundum regat, censuit. Titul. 3. nu. 2.

Articuli.

Articuli ad probandum, quod resignatio beneficii reseruati sit facta coram Ordinario, licet de illo prouidere nequeat, inducunt tamen quo ad Papam beneficii reseruati vacationẽ, quo ad quem sunt releuantes. Titul. 26. nu. 5.

Articulare, & probare est de iudicii ordine. Titul. 42. nu. 87.

Articuli, an debeant admitti dum disputatur, dilatio data non currit. Titul. 47. nu. 96. 98. 99.

Assensus.

Assensus, & licentia alienandi feudum semel concessa per Domi num reuocari non potest, quia cum sit gratia semel concessa non reuocatur. Titul. 34. nu. 483.

Assensus, & licentia ad alienandum feudum ad tempus concessa, elapso tempore euanescit. Titul. 34. num. 484. Titul. 36. nu. 46.

Assensus præstitus cum pacto, quod in casu pretii non soluti, feudum sit sibi obligatum, hoc pactum isto casu locum sibi non vendicat, quia esset noua obligatio, nouo assensu indigens. Titul. 34. nu. 504.

Assensus præstitus in venditione, non extenditur in retrouendi rione, neque in pacto de retrouendendo. Titul. 34. nu. 505. De clara. nu. 506. 507.

Assensus Domini requiritur in alienatione feudi. Titul. 36. nu. 1.

Assensus in quibus casibus requiritur remissiue. Titul. 36. nume. 2.

Assensus est mera gratia, præsertim in hoc Regno Neapolitano. Titul. 36. nu. 3.

Assensus censetur concessus per uerbum, fiat. Titul. 36. nume. 4.

Assensus requirit expeditionem Priuilegii, & sigillum Regium. Titul. 36. nu. 5.

Assensus, & licentia sunt stricti iuris, & ideo an debeant extendi. Titul. 36. nu. 6. 7. 8. 9. 10.

Assensus tacitus in feudi alienatione, an sufficiat. Titul. 36. nu. 11. 12. 13. 14.

Assensus, numquid præcedere, interuenire, vel subsequi debeat, contractum. Titul. 36. nu. 15. 16.

Assensus, an retrotrahatur ad tempus contractus. Titul. 36. nu. 17. 18.

Assensus, an requirat scripturam, vel possit testibus probari. Titul. 36. nu. 20. 21.

Assensus habetur pro concesso, quando contractus factus est cum Rege, vel Principe, a quo erat præstandus. Titul. 36. nume. 22.

Assensus, quando de vno casu ad alium extendatur. Titul. 36. nu. 23.

Assensus impetratus pro alienatione Titio facienda, num operetur si alienatio alteri fiat. Titul. 36. nu. 24.

Assensus impetratus super alienatione facienda, an operetur in contractu. Titul. 36. nu. 25.

Assensus continens qualitates, & conditiones, non operantur, nisi probentur. Titul. 36. nu. 26.

Assensus exigitur, si datur proxime succesuro ab intestato, sitque feudum hæreditarium, nam eo casu alienatio dicitur. Titul. 36. nu. 27.

Assensus requisitus in casu statuti, requiritur in ipso actu, non ex interuallo. Titul. 36. nu. 28.

Assensus requiritur in rei feudalis secundi decreti interpositione. Titul. 36. nu. 29.

Assensus requiritur in matrimonio mulieris habentis feudum in Regno Neapolitano, & Siculo. titulo. 36. nu. 30. 31.

Assensus non requiritur, quando fit feudi paterni alienatio in proxime succesorum. Titul. 36. nu. 32.

Assensum, quando in alienationibus feudorum Proreges, possint interponere. titul. 36. nu. 33. 34. 35.

Assensus impetrandus in alienationibus faciendis per exteros Regni de feudis, quæ acquisiuerunt in Regno, non potest præstari, nisi ab ipso Rege, non a proregibus. titul. 36. nume. 36.

Assensus si interuenit in hypothecatione, non requiritur, quando fit renunciatio hypothecæ. titul. 36. nume. 37.

Assensus interpositus in venditione facta cum pacto de retrouendendo dum fit retrouenditio non exigitur. titul. 36. nu. 38.

Assensus superioris non exigitur in alienatione feudi non quaternati, sed plani, & de tabula. titul. 36. nu. 39.

Assensum interuenisse præsumitur ex temporis diuturnitate. titul. 36. nu. 40. 42.

Assen-

Aſſenſum non habentes creditores anteriores', & excluſi poſteriores, qui habebant vendito feudo in pecunia ſub haſta. Titul.36.num.41.
Aſſenſus impetratio non prodeſt,dum obligatione feudi contracta ſaluo Regio aſſenſu,& interim fuit facta feudi reuocatio, & poſt reuocationem impetraretur aſſenſus non valebit. Titul.39.num.43.
Aſſenſus impetratus a Domino ſuper alienatione facienda, quæ iam facta erat,an validus ſit.Titul.33.num.233.234.235.236.237.
